tium reſtitui,& bene dicit ipſe Iaſ. & hoc bene firmat An-
dre.ſcilicet quòd teneatur ad pretium in cap.1. §.ſimiliter.
de capi.qui curiam vend,& in cap.1. in verbo, plauſtrorũ.
quæ ſint regalia. idem Andr. in conſtitutione regni, ſi va-
ſallus à domino ſuo.penul.col.& in cap.1.§. poſt natale. de
pace tenen.& hic in 13.col.& Alb.de Roſa.in l.de quibus.
34.colum.ff.de legi.& Andr.hic alleg.l.fin ff.de nata.reſti-
ſtuen. & remittit ſe ad dicta per eum in d.capit. ſimiliter.
& Lucas de Penna idem dicit in l.fin. in verbo, donauerit.
17.colum. C.de loca.prędio. ciuilium. lib.11. l.1.C.vt ru-
ſti. ad nullum obſequi. deuo. lib. 11. Idem pleniſſimè fir-
8 mat Fely.in c.quæ in eccleſiarum. de conſtitut. † Sed iux-
ta hoc occurrit mihi dubium, quod non reperio tactum.
Pone quòd rex reſtituit rebellem propter bonum publicũ,
puta propter pacem & tranquillitatem regni,etiam ad bo-
na alienata per regem alteri, pretio mediante, quam re-
ſtitutionem facere potuit, prout voluit Alexan.in l.fin. C.
de ſenten. paſſis, & ibi concordan. per eum, & ſic tenetur
rex reſtituere pretium,per ea quæ ſunt ſuprà alleg. Vtrum
ſi rex non reſtituat pretium,talis reſtitutio quò ad ipſa bo-
na patiat præiudicium illi emptori. ſolus Lucas de Penna
tangit hoc dubium in d.l.fi.in 18.colum,& dicit quòd ille
emptor habet actionem contra fiſcum ad pretium,argum.
l.2.& fin. C.de quadr.preſcrip. Item quia leges dicentes in
his caſibus pretium exoluendum, non dicunt antè omnia
illud ſolui debere : imo d. l.2. C. pro quibus cauſis ſerui
præmi.libe.accepe.dicit, ſeruum Romana libertate frui :
deinde ſubdit,& eorum domini pretium à fiſco percipiãt,
9 † & ſic ordo legalis literæ,ordinem obſeruationis oſtẽdit,
argu.ff.ad Trebellianum.l.hæredes. §. fi. cum concordan.
ibi per eum allega.Non ergo prius, ſed poſtea pretium eſt
ſoluendum,& ſi non ſoluitur,nõ propterea reſcinditur di-
ſpoſitum, quia ſolutio pretij non inducit modum, quia
lex illa ſecunda non dicit, vt eorum domini : quæ dictio,
vt,inducit modum,vt in l.1.C. de condi. quæ ſub modo,
ſed dicit,& eorum domini, & dum iſte caſus fuiſſet de fa-
cto,fuerunt uiſi diuerſi tex.aliqui dicebant,& eorum, ali-
qui alij libri,ut eorum &c. & ſi veritas ſtaret, vt eorum nõ
noceret emptori illa reſtitutio, niſi ſibi pretium ſoluere-
tur.Et quia multi libri dicebant,& eorum, & pauci,vt eo-
rum,quia Lucas referebat,ꝙ tex.d.l.2.dicebat, & eorum,
fuit omnibus Doctoribus uiſum,ꝙ ille emptor debeat re-
ſtituere rem illi reſtituto, & agat ad pretium contra fiſcũ.
Item inquantum dicit And.ꝙ tale ſtatutum in præiudiciũ
a vnius ciuis,etiam eo præſente,& tacente,[a] ei non præiudi
10 cat,niſi expreſsè conſentiat. Adde † ꝙ in actibus præiudi-
cialibus,tacens non habetur pro conſentiente,ſm Inno. in
c.in Geneſi.de electione.fallit,niſi fuiſſet uocatus, ut con-
ſentiat,uel contradicat,tunc ſi in illo caſu eſt præſens,& ta
cens,habetur pro conſentiente,ut dicit Abb. Sicu.in c. ve-
ſtra.de locato.& pro hoc bene facit dictum cap.ſi poſt præ
ſtitum.de confeſſis.lib.6.quòd ſi eſt quis citatus, vt reſpon
deat poſitionibus,& non reſpondet,habetur pro confeſſo,
facit.l.de ætate.§.qui tacuit.ff.de interrog.actio.& no. Bar.
in l.2.C.quãdo fiſcus,uel priuatus.& Abb.Sic.in c. nonne.
de prẹſumptionibus. ſed de iſto articulo remitto me ad
pulchram diſtinctio. Barto.in l.quæ dotis.ff. ſoluto matri-
mo.& ad ſcripta per Doctores in regula, qui tacet. de reg.
iuris, in ſexto. & ad cõcordan. quæ allegantur per Alex.
in d.l.quæ dotis.

ANNOTATIO.

a Tacente] Vide Dynum in regu.is qui tacet, & in regula,qui ta-
cet.de reg.iur.& quod præſens non uideatur conſentire in præiu-
dicialibus,Matth.in deciſ.95.in fi. Et an & quando præſens uidẽs
& tacens uideatur conſentire,uide Bar.in l quæ dotis.ff.ſol. mat.
tex.in l.fideiuſſor.§.pater.ff.de pigno.iuncta glo.& Abba. in cap.
peruenit,col.fi.in fine, extrà de emptio.& venditio. Ioannes An-
tonius Battus.

SVMMARIVM.

1 *Reſtitutio in integrum nunquid danda vniuerſitati læſæ per ſuum ſtatutum.*
2 *Caſtrum copiam hominum habens,reſtitutione gaudet in læſionibus.*
3 *Vniuerſitatem quot homines faciant.*
Vniuerſitas læſa cur reſtituenda.
4 *Conſilium regis viris refertum literatis.*

QVÆSTIO V.

QVINTO quærit hic And. in ſecunda col.
ecce quòd vniuerſitas, quæ non habet iu
riſdictionem in rebus ſuis, poteſt facere
ſtatutum, ut ſuprà dictum eſt in tertia
quæſt.& dicit Innocen.in cap. cum acceſ-
1 ſiſſent. de conſtitutio. † an ſi talis vniuer-
ſitas in hoc ſtatuto, vel quolibet alio actu decipiatur,& læ
datur,detur ſibi reſtitutio in integrũ, ſicut datur vniuerſi-
tati populi Romani. Et concludit hic Andras, quòd ſic,
per glo.in rubr. C.de iure reſpub. lib.11.& in l.reſpub. C.
ex quibus cau. maiores. tu adde quòd idem tenet Azo in
ſumma.C. ſi aduerſus vſucap. in fi. & per hoc videtur tex.
in l.1.C.de offi. eius qui vicem alterius gerit, & ibi per Al
be.de Roſa.& Cy.Petr.de bellapert. in d.l.reſpublica.C.ex
quibus cau.maior.& Inno.& Io.And.in c.1.de reſti. in in-
teg.

teg. Sed eorum opi. communiter non tenetur, vt per Barto.
& Bal. ibi, & per Lucam de Penna ſuper dicta rubri. Et di-
2 cit Iaco. Butr. in d. l. reſpub. & poſt eũ Barto. ibi, ꝙ † ſi caſtrũ
habet multitudinem, habet reſtitutionem in integrum, ſe
cus ſi habet ſolùm modicos homines, puta ſex, vel decem,
tunc non habet reſtitutionem in integrum: & hoc ſequi-
tur Pau. de Caſt. in conſi. 317. incip. vt bene attingatur. &
in Spec. in titu. de reſti. in integ. §. 2. verſi. idem quoque. &
Ioan. de Platea in d. l. reſpublica. C. de iure reipub. lib. 11.
Sed Bal. ibi non admittit iſtam diſtinctionem, ſed indiſtin
ctè dicit, quòd ſiue ſit parua, ſiue ſit magna, vniuerſitas ha
bet in integrum reſti. & hanc opinionem Bal. dicit ſibi pla
cere Abb. Sicu. in d. c. 3. de reſtitu. in integ. & alleg. aucto-
ritatem Ioan. And. in additio. Specu. in titu. de reſtitu. in
integ. §. 8. ver. ad doctrinam. vbi dicit, quòd ſic etiam fir-
mat Odofr. & Guido de Suza. Ego allego pro iſta opi. duas
auctoritates coniunctas, videlicet capitulum Regis Rober
3 ti, quod ſtatuit, ꝙ † decem homines faciunt vniuerſitatem,
& ſic poſſunt facere ſyndicum, vt in cap. Regis Roberti,
quod incipit, ſtatuimus, vt quoties perſonæ citatæ fuerint
numero decem &c. Et auctoritatem Odofre. in l. ſed ſi præ
torem. ff. ex quib. cau. maio. qui dicit, rationem, quæ eſt in
ciuitate læſa, vt habeat reſtitutionem, eſſe etiam in caſtro,
vel villa, ergo idem ius, & hoc maximè propter minores,
viduas, & miſerabiles perſonas, quæ municipio læſo læ-
duntur. ff. de ventre in poſſ. mitt. l. 1. & hoc tenet Lucas de
Penna in d. leg. quæ incipit, reſpu. C. de iure reipub. lib. 11.
vbi refert Ioan. And. in loco præallega. & ibi refert Accur.
idem tenere in quadam ſua quæſtione extraordinaria. Et
4 ego vidi obſeruatum fuiſſe in conſilio Regis, † vbi ſede-
bant viri litteratiſſimi, quòd villæ 30. focul ariorum cõceſ-
ſa fuit reſtitutio in integrum. Et Albe. de Roſa. in d. l. 1. C.
de offi. eius, dicit, ꝙ ita vidit ſeruari, & ita etiam dicit in d.
l. reſpu. C. ex quib. cau. maio.

SVMMARIVM.

1 *Vniuerſitates ſtatutorum pœnalium ſtatuendorum habentes po*
teſtatem, quæ ſint.
2 *Iuriſdictio omnis eſt apud principem.*
Conſuetudo quando ordinariam iuriſdictionem præbeat.
3 *Conſuetudines prius fuerunt in mundo quàm leges.*
Conſuetudo quomodo per Imperatorem fieri poſſit.
4 *Conſuetudo eſt fortior gratia & priuilegio.*
Conſuetudo eſt maioris auctoritatis quam ſtatutum.
Et de eius effectu, remiſſiuè.
Sententia plus poteſt quàm priuilegium.
Conſuetudines ligant etiam principem.
Ius naturale potentius eſt, quàm principatus, & quotidie na-
ſcitur.
5 *Conſuetudo contractum tollere poteſt.*
Conſuetudo feudorum generalis, maior eſt quolibet ſingulari
principe.
6 *Nobiles quam habeant iuriſdictionem in eorum terris.*
Territorium vnde nomen duxerit.
7 *Iuriſdictionis appellatione, an veniat merum & mixtum Im-*
perium.
8 *Imperium merum & mixtum, an videatur conceſſum per ver*
ba generalia.

QVÆSTIO VI.

SExto quærit hic And. in 2. colu. quia
Inno. in c. cùm acceſſiſſent, de conſtit. te-
1 net, quòd † vniuerſitates quæ habent iu
riſdictionem poſſunt facere ſtatuta pœ-
nalia. intellige, quæ non ſunt contra le-
ges, ſed præter leges, ut dicetur infrà in 7.
quæſtio. & firmat Bar. in d. l. omnes populi. in 5. & 6. q. 1.
partis. ff. de iuſtitia & iu. quæ ſunt iſtæ vniuerſitates, quæ
habent iuriſdictionem. Et reſpondet And. concludenter,
quòd ſunt illæ ciuitates, uel vniuerſitates, quæ habuerunt
iuriſdictionem immediatè ex priuilegio Regis, vel Impe-
ratoris. l. formã. C. de offic. præfec. præto. & l. 1. §. omnia.
C. de vete. iure enuclean. Itẽ illæ ciuitates, quæ hoc habue-
runt ex conſuetudine tanti temporis, in cuius contrarium
memoria hominum non exiſtit. l. 1. C. de emancipa. libe.
& tunc habetur, ac ſi ipſe princeps conceſſiſſet, ut in cap. ſu
per quibuſdam. §. 1. ff. de verbo. ſignific. concordantias al-
2 leg. ſupra in 2. quæſtio. & ſic patet, quòd † omnis iuriſdi-
ctio eſt apud principem, vt dicit Bal. de pace Conſtantiæ,
in princip. in 6. colum. Item conſuetudo dat iuriſdictio-
nem, ſecundùm And. & Docto. in l. ſecunda. C. quæ ſit lon
ga conſuetudo. & in cap. fin. de conſuetu. & in l. de quibus.
ff. de legibus. & Bal. in capitu. 1. 2. colum. de his qui feu-
dum dare poſſunt. dicit, quòd conſuetudo dat ordinariam
iuriſdictionem, quando vice propria eam habet. & idem
ibidem 4. colum. dum allegat ad hoc l. viros. C. de diuer-
ſis offic. libro duodecimo. quod non poteſt facere ſtatutũ,
ſecundùm And. hic, ex quo ſequitur, quòd maioris eſt ra
tionis, & effectus conſuetudo, quàm ſtatutum, quia ſtatu-
tum non poteſt ſibiipſi dare iuriſdictionem, quam non ha
bet. & dicit Bald. in capitu. 1. §. ad hæc. 2. colum. de pace iu-
ramen. firman. quòd ſi conſuetudo prouidet ſpecialiter de
aliquo iudice, quòd apud illum locum cenſetur eſſe pri-
ma iuriſdictio, & non apud ſuperiorem. alleg. Ioan. mo-
nac. & Nouellam Ioan. And. in cap. cum epiſcopus. de offi.
3 ord. lib. 6. † Et ideo dicebat Bald. in d. cap. 3. colum. de his
qui feudum dare poſſunt, quòd conſuetudines prius fue-
runt in mundo quàm leges. & ſic popu. Roma. non tran-
ſtulit in Imperatorem ius naturale, quod Dei formatio-
ne prouenit, ſic nec conſuetudines, niſi quantum ad pro-
bationem & reprobationem eorum, ſecundùm Cyn. li-
cet dicat ibi Bald. quòd quicquid poteſt per ſtatutum ex-
preſſum, poteſt per conſuetudinem: & quicquid non po-
teſt expreſsè per ſtatutum, non poteſt fieri per conſuetu-
dinem. alleg. Innocen. in capitu. fi. de conſuetu. Intellige
ſcilicet quando eſt præter legem. ſubdens idem Bald. ibi-
dem, in 4. colum. quòd Imperator poteſt facere conſuetu-
dinem, ſed non facere in inſtanti, & vnico contextu, ſed
bene ex actibus ſuis inducitur conſuetudo, argu. l. vel v-
niuerſorum. ff. de pigno. actione. Et ſic conſuetudines nõ
ſunt in principis poteſtate, ſecundùm Bald. ibi, in 4. co-
4 lum. nec pertinent ad legem regiam. † Et ideo fortior eſt
conſuetudo quàm gratia, ſeu priuilegium principis, ſe-
cundùm Bal. in cap. primo, de natura feudi. & dicebat An-
ge. in conſilio 52. incip. in quæſtio. propoſita. quòd plu-
ris auctoritatis eſt conſuetudo, quàm ſtatutum, alleg. no-
ta. in l. prima. C. quæ ſit longa conſuetudo. & de effectu
conſuetudinis ponit Cyn. in l. ſecunda. in 6. quæſtio. C.
quæ ſit longa conſuetu. Et ego dixi in capitu. 1. de feu. co-
gni. Sed maiorem vim habet ſententia, quàm priuilegiũ,
ſecundùm Innocen. in cap. dilecto. de præb. Et eſt ſcien-
dum, quòd bonæ, & rationabiles conſuetudines ligant et
principem, quia potentius eſt ius naturale, quàm princi-
patus, ſecundùm Bald. in cap. 1. §. & quia. in 11. colum. de
his qui feudum dare poſſunt. & in cap. 1. de natura feudi.
5 † tanta enim eſt vis conſuetudinis, ſcilicet rationabilis, ꝙ
etiam contractum tollit, ſecundùm Bal. in d. §. & quia, pe-
nul. col. quia conſuetudo eſt altera natura, & facit naturã,
ſecundùm Bald. in d. cap. 1. de natura feu. qua de re dicit
Bald. in c. inueſtitura. 2. col. de noua forma fid. quòd prin-
2 ceps eſt ſubiectus conſuetudinibus feudorum, * tanquam
ſit ius naturæ iſtius poſterioris inuentionis, quia ius natu-
rale quotidie naſcitur &c. ut ibi per eum. & dicit idem
Bal. in auth. omnes peregrini. C. commu. de ſucce. quòd cõ-
ſuetudo, quę diſponit ipſum principem, maior eſt prin-
cipe, & ſic non valet conſtitutio principis, quòd poſſit
priuare Duces ſine paribus, quia eſſet contra conſuetudi-
nes feudorum. & dicit Bald. in conſilio 110. in 1. volu.
quod incipit, proponitur. quòd conſuetudo generalis

feudo

feudorum maior eſt qoolibet ſingulari principe, & ita li-
6 gat eum ꝙ nequeat contrahere.c.1.de natu.feu. † ex quib. infertur ſm And.hic in x.colum. ꝙ ex quo Barones huius regni habent iuriſdictionem ciuilem in terris & caſtris, de quibus ſunt infeudati ordinariè, ſunt iudices ordinarij, & non delegati in dictis eorum terris, & probatur hoc in Authen.de quæſtore.§.ſi uerò.cui adde, ꝙ idem dicit Andr.in conſtitu.regni,cum ſatis.& in cap.1.in 4.colum.quid ſit in ueſtit.dicens ꝙ caſtrum habet territorium,& ſic habet iuriſdictionem,quia territorium dicitur à terrendo.l. pupillus.§.territorium.ff.de verbo.ſignifi. & ſic eſt iudex in cauſis ciuilibus ſuorum vaſallorum, ſi illos habet. Idem dicit And.in l.imperialem.§.præterea inter duos.pen.colum.de prohi.ſeo.alie.per Fede. & in c.1.§.ſi quis alium, de pace tenen.dixi in c.1. de capit. qui curi.vendidit, voluit etiam Bart.& Alex.in l.1.circa fi.ff.de iuriſd.omn.iud.& habetur in l.ſi qñ.C. de bon. vacan.lib. 10. & ſunt multæ concord.
7 quas allegaui in d.c.1.in 4.no. quid ſit inueſtito.† ſed merum & mixtum imperium eſt domini regis, vt in c.1. quæ ſunt regalia.& in iſto regno appellatione iuriſdictionis nõ comprehenditur merum & mixtum imperium, vt in conſtitut.regni,ea quæ ad decus.& ibi dicam. licet de iure cõi fortè aliud ſit,vt patet ex dictis per Ioan.And.in addit.Specul.in titu. de iur. omn.iudi.in addi. quæ incipit,vide iſtas duas opin. & per Hoſt. in ſomma de poteſtate iudi. dele.§. qui delegari. & per Bald. in l.1.§. in initio.ff.de offic.præfec. vrb. & per Albe.de Roſa.in l.imperiú.ff.de iuriſ.omn. iudi. & per Bald. in c.1.in princ. de cap. qui curi.vendi.& in l.fi.ff.de conſtit.princip. & in l. penul.C. de bon.quæ liber.& per Bar.in conſilio 189.quod incipit, primò quæritur.& per Alex.in 4.volum.conſilio 25. quod tene menti, quia vidi quendam Doctorem peritum venientem de ſtu-
8 dio Bononienſi aduocantem prolixo ſermone, quòd † de iure Baro in terris ſuis habet merum & mixtum imperiũ, etiam quòd priuilegia ſua expreſsè hoc non dicant, nã fuit deriſus,quia neſciuit dictam conſtitutionem, quæ vult, ꝙ non videtur conceſſum merum & mixtum imperium per verba generalia, & in eius conceſſione requiruntur verba ſpecialia.Ex quibus etiam ſequitur iſta concluſio,quòd Barones regni in terris eorum propter iuriſdictionem ordinariam quam habent in ciuilibus poſſunt facere ſtatuta licita & honeſta,non contra ius,nec contra leges ſuperioris, ſecundum Andr.hic in x.& 6.col.Et ſentit hoc Bart. in dicta l.omnes populi.in 1.quæſtione,etiam pœnalia, ſecundum Innoc.in d.c.cum acceſſiſſent. & per hoc facit.c.x. de maiorit.& obedien. & ca.2. de conſtitu.lib.6.cum ſimili. Sed hic cadit vna quæſtio, an Baro poſſit facere ſtatutum, quòd nec in paſcuis Baronis, nec in territorijs vaſallorum eius, animalia clericorum poſſint ſumere paſcua ſine pœna. iſtam quæſtionem bene examinat Lucas de Penna in l.2. C. de nauibus non excu.lib. 11. & in l.1.C.de paſcuis pub.eodem lib.& dicetur in conſtitu. regni, cum per partes Apuliæ.

ANNOTATIO.

a Feudorum.] Vide Andr.de Iſern.in prælud.feudorum.ibi,ſecundò quæritur.regulariter.n.princeps legib. ſolutus eſt l.princeps. ff.de legib.licet polliceat̃ viuere ſecundum leges,ut l. digna uox. C. de leg. Et an princeps ligetur lege conuentionis, vel contractus,vide Hoſtien.in ſumma de offic.lega.colum.quinta. in additione.& Bald.in d.l.digna uox.C.de legibus. Ioan.Ant.Batius.

SVMMARIVM.

1 *Pœna iuris communis, vel legis ſuperioris nunquid poſsit per ſtatutum ciuitatis augeri.*

2 *Pœna iuris communis nunquid poſsit per ſtatutum particulare in totum tolli.*

Pœna ſtatuti indiſtinctè eſt ſequenda.

3 *Statutum imponens pro homicidio pœnam pecuniariam, nunquid valeat.*

4 *Delicta punienda ſecundum ſtatuta locorum, vbi ſunt cõmiſſa.*

Lex antiqua poteſt adiuuari per nouam pœnam additam.

QVÆSTIO VII.

SEPTIMO quærit hic Andr. in 3. columna, quia ſupra dictum eſt quòd habentes ordinariam iuriſdictionem poſſunt facere ſtatuta,non contra legem ſuperioris,etiam cum pœna,†an ſi fiat ab his ſtatutum cõtinens illud idem quod ius cõe, vel lex ſuperioris,ſed additur maior pœna,an talis pœna augmentata potuit per ſtatutum poni. Andr. hic argũit ad partes.finaliter concludit, ꝙ tale augmentum pœnale potuit per ſtatutum fieri, & ſic punitur delinquens ſecundum pœnam ſtatuti illius loci, & non ſecundum pœnam legis ſuperioris generalis. cui adde quòd eãdem quæſtionem formauit Alber. de Roſ. in libro ſtatutorum, in prima parte,quæſtione duodecima. allegans ſimiliter pro & contra,& poſtea dicit,quòd iſta quæſtio eſt dubia, & indigeret deciſione Imperatoris.Allegat etiam Ioan. And. in addit. Specu.in titu.de pœna temerè litigantium. finaliter
2 dicit † quòd totus mundus ſeruat,quòd per pœnam ſtatuti particularis tollitur in totum pœna iuris cõmunis.Hanc quæſtionem poſuit etiam Bald.in l. qui ſepulchri.C.de ſepul.viola.remittens ſe ad l.qui de crimine.C.de accuſa.idẽ tenet Dyn.in l.prætor.§ 1.ff.de iniur.& Salyc.in d.l. qui ſepulchri.idem firmat Bar.in l.1.ff.ui bon.rap.per l.quoties. ff.de act.& obli.& l.fi.C.de noua.& Salyc.in d.l.qui ſepul. dicit quòd melius facit lex,in eum.ff.de furt.idem concludit Alex.in apoſtil.ad Bart.in d.l.1.ff.vi bon.rap.ubi dicit, quòd indiſtinctè pœna ſtatuti eſt ſequenda, & non pœna iuris communis,allegat.l.ſanctio.ff.de pœnis.& Bald. in l.1. 8.colum. de ſumma Trini. & alias quotas vt ibi per eum. cui adde Barto.in l.1.ff.quod quiſque iuris.ubi dicit, quòd
3 † valet ſtatutum, quod imponit pœnam pecuniariam pro homicidio, licet de iure communi ſit pœna l.Corneliæ de ſicar. & idem tenet Barto. in l.1.5.colum.ff.de publi.iudi. & in l.penul.§.ad crimen.eod.titu.& Bal.in l. cum mulier. 8.colum.ff.ſolu.matrim. dicens, quòd etiam bannitus debet gaudere beneficio dicti ſtatuti. Sed contrarium tenuerunt Hoſt.Ioan.And. & Anto. de Butr.in c.fi.de conſue. & Archi.23.queſt.4.§.item illud.& Hoſtien.in ſumma de cõſuetu.§.4. & Lucas de Penna in l.1. in verbo, diſtulerit.de deſer.lib. 12. & alij quos refert Alex. in d.l.1.3. colum.ff. quod quiſque iur. Sed ipſe tenet, quòd tale ſtatutum ualet,dummodo pœna pecuniaria non ſit contemptibilis,& ita dicit ſe conſuluiſſe.& pro iſta concloſione facit ca.2.de delictis puerorum.& quod habetur in cap. presbyteri. de
4 pœnis. † Et pro hoc etiam facit, quia delicta ſunt punienda ſecundum ſtatuta & conſuetudines locorum, vbi ſunt commiſſa,ſecundum Bald.in authen. ſed nouo iure.2. colum.C.de ſeruis fugit. qui tex. eſt melior ad hoc ſecũdum Bal.in l.2.in fi.C.de noxa. ideo dicimus, quòd iudex tenetur ſequi conſuetudinem in pœnis imponendis. ff. de extraordi.crimi.l.ſaccularij.& uoluit Bal.in l.& ſi ſeuerior.x. colum.ex quib.cauſis inſa.irroga.& in l.1.C.de aduoca.diuerſo. iudi. dixi in c.1. de ſeu. cogni.nam & lex antiqua adiuuari poteſt per nouam pœnam additam, ut eſt glo. in cle.x. in verbo tolli. de elec. & ibi per Paulum de Leazar.
a & ibi Petr.de Ancb.in 4.notabi.[a]

ANNOTATIO.

x Notabili.] An per pœnã ſtatuti tollatur in totum pœna iuris cõmunis,quæſtio illa eſt dubitabilis:& ideo circa veritatẽ uide Alber.de Roſa. poſt alios antiquos in l.ſepulchri.C.de ſepul. uiola. ubi dicit ꝙ Dynus & communiter Doctor.antiqui tenent,ꝙ per pœnam ſtatuti non uideatur receſſum a pœna iuris communis,de quo etiam per Practicam Papienſ.in forma inquiſitio.in gloſ.ſuper uerbo,debita forma iuris,ſed vide latius & melius per iſtum dominum infra, in conſtitutio. Puritenorum. columna octaua. ubi ponit regulam cum ſuis fallentijs. Item inquantum ẽi dixit

valere

valere ſtatotum imponens pœnam pecuoiariam pro homicidio, addatis quod Hoſtien. & Ioan. Andr. in cap. per venerabilem, tenent, q non, & idem Hoſtien. & Abb. in c. referente, de delic. puero. & idem Archiepiſ. Floren. in 1 parte ſummæ, in c. de conſuet. in uerſ. ſin. in 2. colum. poſt medium, & iſta eſt cōmunis opin. Doctor. quam latè proſequitur Rochus de Curte, in tractatu de conſuetudi. colum. 21. verſi. ſecundo inſertur. & addit. ad Abba. in d. c. referente, vbi latiſſimè de concordantijs.

SVMMARIVM.

1 *Statutum & conſuetudo nunquid ad paria iudicentur.*
Et quomodo inter ſe differant.
2 *Dotis reſtitutio promiſſa in omnem caſum ad formam ſtatuti, vtrum etiam intelligatur ad formam conſuetudinis.*
3 *Conſuetudo rationabilis eſt altera natura.*
Ratio eſt conſuetudinis indumentum.

QVÆSTIO VIII.

1 OCTAVO quærit hic And. † An ſtatutum & conſuetudo iudicētur ad paria. & dicit q ſic in his, quæ ſunt præter legem. Cui adde, quòd ſtatutum & conſuetudo differunt inter ſe reſpectu modi & formæ, ſecundùm Bal. in l. ſecūda. 2. col. C. quæ ſit longa conſuetu. & Cyn. ibi in 3. quæſt. & Alex. in 2. volum. cooſi. 189. iocip. maturè digeſtis. & Bar. in l. de quib. verſi. quæro nunquid de eſſe cōſuetudinis. de legib. & ſic reſpectu cauſæ efficientis non differunt. Hinc
2 dixit Bald. in l. 2. in fi. C. de bo. quæ lib. quòd † ſi promiſſa eſt dotis reſtitutio in omoem caſum ſecundùm formā ſtatuti, videtur promiſiſſe etiam in omnem caſum, ſecundùm formam conſuetudinis, quia conſuetudo idem eſt quod ſtatutum. In contrariū facit id quod dixi ſupra in 6. quæſt. dum dixi quòd conſuetudo eſt maioris auctoritatis quàm ſtatutum. de quo etiam per Alex. in 6. vol. conſi. 52. incip. viſis his, quæ in themate. Inde ſolemus dicere, quòd conſuetudo eſt altera oatura, vt dicit Nicol. de Lyra ſuper Euā
3 gel. Lucæ. 6. cap. † dum modo ſit rationabilis, & non contra bonos mores, quia dicit Bald. io c. ſicut. de probatio. quòd ratio eſt veſtimentum cōſuetudinis, aliàs eſt frigida & nuda, & tunc præſumitur inducta per errorem, & non valet, ſecundùm eum ibi. & tunc habet vim pacti ſecundùm Bal. in l. 1. C. de ſeru. fugit.

SVMMARIVM.

1 *Statutum idem efficere poteſt quod pactum.*
2 *Statutum vniuerſitatis contra ius publicum valet inter ſe, ſed non in præiudicium publicum.*
3 *Statutum dicitur iniquum dictans colonum pro domino teneri ad gabellarum ſolutionem pro fructibus.*
4 *Matthæus de Afflictis non ducit ſibi laudi, vt ſit copiator Iaſonis.*
5 *Princeps ſtatutum facere non poteſt, vt iudex partibus abſentibus procedere poſſit.*
6 *Libellus de iure ciuili de partium conſenſu remitti poteſt.*
7 *Solennitatibus in publicum fauorem inductis poſſunt partes renuntiare.*
8 *Partes in ſpecie in iudicem tanquam in arbitrum compromittere nequeunt.*
9 *Ordo iuris non eſt neceſſarius in ſententia principis.*
10 *Princeps, coram quo fuit lis conteſtata, poteſt ſententiam ferre abſque citatione ad ipſam.*
11 *Stylus longæuus conſilij ſacri pro iure poteſt allegari.*
12 *Statutum cauſas ordinarias mandare non poteſt cognoſcendas eſſe de plano & ſummariè.*
13 *Sententia nulla ob errorem in ea expreſſum, non poteſt per partes ratificari.*
14 *Vniuerſitas in rebus ſuis facere poteſt, vt cauſa ordinaria de plano cognoſcantur ſummariè.*
15 *Legatus de latere non poteſt committere cauſas ordinarias ſummariè, ſimpliciter & de plano.*
16 *Princeps ſtatutum facere non poteſt vt feratur condemnatoria de debito non probato.*
17 *Statutum eſt inualidum dictans laudum non poſſe dici iniquū enormitate eius probata.*

QVÆSTIO IX.

NONO quærit hic And. in 4. col. an quicquid poteſt fieri per pactum, poſſit fieri per ſtatutum; & an quicquid non poſſit fieri per pactum, non poſſit fieri per ſta-
1 tutum. † & in primis arguit, quòd qoicquid poteſt fieri per pactum, poteſt fieri per ſtatutum. probatur hoc in l. fina. C. de fideicommiſ. Cui adde, quòd idem voluit glo. in rubri. C. de decret. decur. libro 10. idem voluit Bald. in l. ſi ex cautione. vltima quæſt. C. de non numera. pecun. & Ioan. de Imo. in l. alia. §. eleganter. ff. ſolu. matrimo. Alexand. in 1. volum. conſilio 125. circa fioem, & in 4. volu. conſi. 59. incipien. Viſo titulo quæſtionis &c. & in 5. volumi. conſilio 50. in prima columna. ſic etiam in negatiua. Illud quod non poteſt fieri per pactum, non poteſt fieri per ſtatutum, vt dicit gloſ. in dicta rub. C. de decre. decur. & Barto. in l. omnes populi. in 3. quæſt. princip. ff. de ioſtit. & iu. & in l. Titio centum. §. ſecundo. ff. de conditio. & demonſt. & Bald. in d. l. 2. C. quæ ſit longa conſuetudo. poſt gloſ. ibi. & io l. penult. C. commina. vel epiſto. Alexan. in primo volumine conſilio 97. in 3. colum. & in 5. volum. conſilio primo, 7. colum. Io contrarium allegatur glo. io l. nec ex prætorio. & io l. neque pignus. §. priuatorum. ff. de regu. iuris. quæ di-
2 cunt, quòd † valet ſtatutum vniuerſitatis contra ius publicum inter ſe, licet non in præiudicium publicum: ſed pactum contra publicam vtilitatem noo valet, vt io legibus allegatis in gloſ. in d. §. priuatorum. ſed pro hoc tu vide Barto. in d. l. omnes populi. in tertia quæſtione principali. & ibi apoſtillam Alexan. & pro clariori intelligentia Andr. de Iſern. hic ponit quinque exempla ad probandum, quòd ioterdum poteſt aliquid fieri per pactum, quod non poteſt fieri per ſtatutum. Et primum exemplum eſt: nam per pactum poteſt fieri, vt alius pro alio ciuiliter teneatur. l. ſoluendo. ff. de nego. geſtis. l. ſi à reo. §. fina. ff. de fideiuſ. ſed oon poteſt per ſtatutum fieri, vt alius pro alio, teneatur ſine cauſa: quia princeps hoc non poſſet, per nota. in l. fina. C. ſi contra ius vel vtilitatem publi. Cui adde quòd idem dixit Bald. in l. de quibus. in tertia columna. ff. de legibus. & in l. receptitia. tertia columna. C.
3 de conſtitu. pecu. † bene facit id quod dicit Barto. in l. penes. C. de agrico. & cenſi. libro vndecimo. vbi dicit, quòd ſtatutum diſponens, quòd ad ſolutionem gabellarum pro fructibus teneatur coloous pro domino, non valet, quia eſt iniquum, & iniuſtum. & idem dicit Barto. in l. colonos. eodem titulo. allegans. l. primā. C. vt nullus ex vicaneis. libro vndecimo. per quem tex. Lucas de Penna dicit, quòd regulariter repræſaliæ contra noo debitores ſunt prohibitæ, de quo per Barto. in tractatu repreſaliarum, & per Ioan. Aodre. io capit. non debet, in mercurialibus, de regulis iuris, libro ſexto. & illam l. allegat etiam Barto. in l. quarta. §. actor. ff. de re iudica. quòd pro debito vniuerſitatis non poteſt fieri executio contra vnum de vniuerſitate, niſi pro rata ſua. Item niſi ſit obligatus inſolidum. Ad hoc bene accedant nota. per Saly. in l. & omnino. C. ne vxor pro marito. & Iacob. de Belu. in Authen. vt non fiant pignora. & eſt tex. in conſtitut. regni, patres pro filijs &cæt. Aduerte, quia in contrarium dicitur, quòd poteſt fieri per ſtatutum, vt alius pro alio teneatur pœna pecuniaria. nam Iaſ. in dicta l. de quibus. in decimaoona colum. dicit ſe allegare octo motiua, quæ
4 ab alijs noo dicuntur, vt ibi per eum. † quia oolo eſſe copiator eius, ſed illæ eius inductiones ſunt caſus ſpeciales,

les, ſicut illi octo caſus ſpeciales annotati per Io. de Plat. in
d.l.1.C. vt nullus ex vicaneis. lib. 11. Ex eius dictis addo id,
quod dicit Felynus in cap. cognoſcentes. in 1. colum. de cō
ſtitu. ubi allegat Bal. in l. 1. C. ne filius pro patre. quòd ualet
ſtatutum, vt pater teneatur pro debito filij: ſecus in pœna
corporali. 24. q. v. c. cum homo. in glo. & eundem Bald. in
multis alijs locis non cognitis Iaſoni, vt ibi per eum. & Ia-
cob. dicit in cap. ius generale. prima diſt. vbi allegat Bal. in
rubr. C. res inter alios acta, ſed non vidit Barbatiam in re-
peti. l. cum acutiſſimi. in tertia char. C. de fideicommiſ. vbi
idem dicit ante eū, ſed Felyno, & adde Alb. de Roſa. in pri
ma parte ſtatutorum. quæſtio. 58. & per eum. l. 1. C. quod
cum eo. & multa allegat, vt videre poteris. Secundum exē-
plum And. eſt, quia partes poſſunt facere, vt iudex proce-
dat eis abſentibus, & non vocatis. probat, quia hoc poſſunt
facere in compromiſſo in arbitratorem, vt in l. ius litigan-
5 tiū. ff. de arbitris. & arbitria ſunt ad inſtar iudiciorū. † ſed
nec ſtatutum, nec princeps poteſt facere hoc per ſuum re-
reſcriptum, vt l. fi. C. ſi per vim, vel alio modo. l. memine-
rint. C. vnde vi. de maioritate, & obed. ca. 4. cui adde, quòd
hoc voluit Bal. in cap. primo. de cauſa poſſeſſ. & propriet.
ubi in poſſeſſorio reſtituendæ poſſeſſionis requiritur partis
citatio, ſine qua non poteſt dici, quòd adhibita ſit cauſæ co
gnitio, vt dicit Alexand. in 1. volum. conſi. 124. incipien.
omiſſis. in 1. colum. & in 4. colum. conſilio 223. in quarta
colum. & dicit Alexan. in primo volum. conſilio 66. 3. co-
lum. quòd ſi ſtatutum dicat, quòd in aliquibus caſibus ꝓ-
cedatur ſine libello: tamen poſt requiritur, quòd petitio
verbalis redigatur in ſcriptis apud acta. Dicit tamen Ioan.
And. in cap. primo. de libel. obla. quòd non poteſt fieri ex
pacto vtriuſque partis, quòd iudex omiſſo libello profe-
rat ſententiam diffinitiuam. allegat cap. fi. de re iudicata.
libro 6. niſi in certis caſibus ibi notatis per eum. Sed benè
poſſunt partes paciſci, quòd ex toto remittant ut ſolemni-
tates iudiciorum, ut no. glo. in d. c. fi. de re iudica. lib. ſexto.
& hoc etiam dixit Abb. Sicu. in cap. de cauſis. de offic. de-
6 lega. † ſed de iure ciuili conſenſu partium libellus poteſt
remitti, ut in Authen. de exhibend. reis. § ſtatuimus. ſecun-
dùm Bal. in l. prolatam. C. de ſententijs, & interlocutio.
omnium iudic. de quo uide conſilium Bartho. Socini in
conſilio 96. incipien. viſo proceſſu agitato &c. Item, quia
iuri publico partes non poſſunt renunciare, ut in l. ius pu-
blicum. ff. de pact. l. nemo poteſt. ff. de legat. 1. cap. requiſi-
ſti. de teſtamen. & Ioao. de Imo. in d. cap. 1. de libel. obla. di
cit, quòd partes ſolemnitati iudiciorum non poſſunt re-
nuntiare, niſi uellent, quòd iudex procederet ut arbitra-
tor: hoc bene poſſet per l. ſed ſi in ſeruum. §. ſi quis iudex.
ff. de arbit. ideo glo. in d. c. de cauſis. dum quærit an partes
poſſint ſolemnia iudiciorum remittere dicit, quòd ſolem
nitates inductæ in fauorem partium poſſunt remitti, ut te
ſtes non iurent: vel quòd tempore meſſium, & uindemia-
rum ſit aperta ianua iudicis, & de ſimilibus: de quibus in
l. prima. ff. de ferijs. per Docto. & iſtis ſolēnitatibus poteſt
7 renuntiari: † ſed ſolemnitatibus inductis in fauorem pu-
blicum partes non poſſunt renuntiare, & ſic ordini iudicij
non poſſunt partes renuntiare, ſecundùm glo. ibi, & idem
uoluit glo. in clem. ſæpe. de verbo. ſigni. & ideo Ioannes de
Imo. in d. c. de cauſis. tenet, quòd ſi partes volunt, quòd iu
dex in cauſa de ſui natura plenaria, omiſſo iuris ordine,
procedat, quòd hoc facere non poſſet: nec valebit factum
ab eo, omiſſo iuris ordine requiſito, per dictā clementi-
nam, ſæpe. & glo. in cap. fi. de re iudi. lib. 6. & in d. capitu.
de cauſis, quia partes non poſſunt renuntiare ſolemnitati-
bus introductis à publico in ſctibus hominum, ut in l. 2.
§. ſed quia veremur. C. de iurā. calum. & in l. nemo poteſt.
ff. de lega. 1. niſi voluiſſent partes, quòd hoc faceret iudex
tanquam arbitrator: per id quod habetur in c. Quintaual-
lis. de iureiuran. & Barto. in l. ſi ſocietatem. §. arbitrorum.
8 in 3. colum. ff. pro ſocio. & non vt arbiter, † quia partes
non poſſunt in ſpecie compromittere in iudicem, tāquam
in arbitrum. no. in l. 1. §. & poſt operis. ff. de oper. no. nun.

Cyn. in l. ſi quis ex conſenſu. C. de epiſco. audien. l. ſed ſi ſe-
ruus. §. ſi quis iudex. ff. de arbit. bene fateor, quòd partes
poſſunt aliqua acta nulla approbare: puta atteſtationes
nulliter factas, ſecundùm Innocen. in c. cum cauſam. de te
ſtibus. quem refert ad hoc Felynus in d. ca. de cauſis. in gl.
in verbo, partium. & ibi allegat ad hoc duas deciſiones Ro
tæ. & eum ibi vide, quia ponit aliqua dicta notanda in iſtā
materia, ſed ipſe non fuit memor Bal. in l. fi. C. de teſtibus.
ubi dixit, quòd atteſtationes inualidæ poſſunt conſenſu
partium validari, de qua fuit memor Alexan. in l. prima.
in quarta colum. ff. de ferijs. & uide ad hoc glo. in ca. cum
olim. de cauſa poſſeſſ. & proprieta. & Barto. in l. quoties. de
priuileg. ſchola. libro duodecimo. & inquantum And. di-
xit, quòd princeps non poteſt procedere, partibus non vo-
catis. Adde quòd Ang. in l. princeps. ff. de legi. expreſſè di-
9 cit, quòd † in ſententia principis non requiritur ordo iu-
ris. allegat Innocen. in ca. in cauſis. de re iudica. & idem di-
cit Bal. in capitu. primo. de forma fidelita. & in cap. 1. ſi in-
ter dominum & vaſall. lis oriatur. & no. Pau. de Caſt. in l. ſi
quis Imperatorem. C. qui teſtam. facere poſſunt, & ea quæ
ſunt iuris poſitiui poteſt omittere princeps in procedendo
in cauſa, de quibus per Fely. in d. cap. de cauſis. & ſic non
tantùm ea quæ ſunt iuris naturalis, ut patet in clemen. Pa-
ſtoralis. de re iudic. & princeps poteſt ferre ſententiam par
te non citata, ſecundùm Bald. in l. ne cauſas. C. de appella.
vbi dicit, quòd ſi eſt iuſta cauſa, valet factum Principis ſi-
ne citatione, & de iſto dicto Bal. fuit memor Ludo. in l. im
perium. ff. de iuriſdictio. omnium iudic. verſicu. 35. regu-
lariter autem debet partem citare, ut ſe defendat, ſecun-
dùm Bal. notanter in l. fin. C de legibus, & Ludouic. in l. 1.
in princi. ff. de in ius uocan. Et dicit Angel. in l. omnium.
C. de teſtamen. quòd ſi facta eſſet conteſtatio litis coram
10 Principe, † poteſt per eum ferri ſententia ſine citatione ad
ſententiam. & dicit Bal. in dicta. l. fina. verſicu. extra op. C.
de fructibus & lit. expen. quod cauſa ſubſiſtente Princeps
poteſt dimittere citationem, per glo. in l. antepenul. ff. ex
quibus cauſis maiores. & Bald. in l. ceſſante. C. quomodo
& quando iudex. aliàs debet citare ad ſententiam, etiam
Imperator, ut dicit Alexand. in quarto volumine, conſilio
123. in quarta columna, ſed eſt conſilium Andr. Barbat.
quod incipit, ſcripſit Eccleſiaſticus &c. & ſtylus eſt in ſa-
cro conſilio Neapolit. quòd cum fertur ſententia ſub no-
mine regio, non citantur partes ad audiendum ſententiā,
ſicut requiritur regulariter, ut in l. de vnoquoque. ff. de re
iudica. cum multis ſimilibus. allegatis per Alexand. in ſe-
cundo volumine, conſilio 123. & in conſilio 201. in fi. &
in quinto volumine, conſilio 105. in prima columna, ſed
ante ſententiam & poſt concluſum in cauſa, fit citatio par
a tibus ad dicēdum [a] oretenus, uel in ſcriptis. & credo quòd
ſine iſta citatione ſententia eſſet nulla, per id quod dicit
Bald. in dicta l. fi. C de legibus. & quia ſtylus non erat ſer-
11 uatus, ut habetur per Bald. in l. prolatam. C. de ſenten. † &
iſte longæuus ſtylus Sacri conſilij poteſt allegari pro iure,
ut dicit Cardina. Floren. in dicta clemen. ſæpe. §. quia. de
verborum ſignificationib. & And. infrà in conſtitu. ſi quis
in poſterum. in quarta columna, de quo per Felynum in
capitu. cauſam, el ſecondo, de teſtibus. & in capitu. ſecun-
do. de reſcriptis. Tertium exemplum And. eſt quaſi idem
cum præcedenti, nam partes poſſunt facere, ut iudex pro-
cedat, ut arbitrator omiſſo iuris ordine, & litem determi-
net, ſecundùm iura: & tunc lata ſententia per eum non ua-
lebit, ut ſententia, ſed valebit, ut pactum & tranſactio par-
tium, vt notatur in l. ſecunda. C. communia vtriuſque iud.
& notat Angelus in Authen. vt differentes iudices, poſt
principium. ſed ſtatutum non poteſt facere, ꝙ ſententia
nulla ex defectu, quia partes noluerunt litigare coram iu-
dice, ſit ualida, ſicut laudum, ubi non apparet compro-
miſſum partium, quia non poteſt ſtatutum dare uelle par-
tibus ubi non eſt. Et Imperator dicit ſe nolle hominum uo
luntates audire, ut in l. omnium. C. de teſtam. vnde & ſe-
12 ruus habet uelle. l. cum proponas. de hæred. iuſtit. † nec ſta-

tutum

tutum poteſt mandare cauſas cognoſcendas ſummariè &
de plano, vbi cauſa eſt ordinaria, vt notatur in cle. ſæpe. de
verbo. ſign. & babetur in c. fi. de hære. lib. 6. nec etiam lega
tus de latere, qui poteſt ſtatutum facere, ſed nõ contra ius,
vt dicit Alex. in 4. vol. conſi. 17. & no. in l. formam. C. de of
ficio præfecti Orientis. poteſt committere cauſam ſumma
riè, ſimpliciter, & de plano, ſecundùm Hoſt. in ſumma, de
conſti. §. qui poſſunt. & no. in c. fi. de offi. deleg. vbi inferior
a Principe non poteſt facere ſtatutum contra ius commu-
ne, & ſic nec committere contra iuris ordinem, ut firmaue
runt gl. & Docto. in d. c. fi. de hære. in 6. cui adde, ꝙ partes
poſſunt facere, quòd ſententia, quæ eſt ipſo iure nulla, ha-
beat effectum, & tunc valebit ſententia, non vt ſententia,
ſed vt pactum, ſecundùm Bal. in d. l. a. hoc ẽt affirmat Bar.
in l. obſeruare. in fi. ff. de offi. procon. & Bar. & Bal. in l. 1. C.
qui pro ſua iuriſd. & Bar. in l. 1. ff. de ferijs. & in l. ſi expreſ
ſum. ff. de appel. & in l. 1. per Bal. C. quando prouo. non eſt
neceſſe. & Bal. in l. ſi diuerſa. C. de trãſac. plenè ꝑ Abb. Sicu.
13 & Fely. in c. ſignificaſti. de foro cõpeten. † fallit, ut per Ale
xan. in 1. uol. conſi. 123. in 4. col. vbi dicitur, ꝙ ſi ſententia
eſt nulla, quia in ea eſſet expreſſus error, non poſſunt par-
tes ratificare eam, ſi in ratificatione fuit etiam expreſſus er
ror, quia deficit conſenſus partium, ubi eſt error. & dicit
Bal. in c. 1. in verbo, ſententiæ quoque. de pace Conſtantiæ
ꝙ partes non poſſunt ratificare laudum, ſi nõ præceſſit cõ-
promiſſum, quia eſt peruerſus ordo ſubſtantialis, ꝙ uerum
intelligo in vim laudi: ſed bene valebit in vim pacti, ut di
cit Alex. in 6. volu. conſi. 84. bene tamen poteſt Baro com-
mittere cauſas ſummariè, & de plano, quæ de iure debent
videri ſummariè, & de plano, vt in d. cle. ſæpe. quia tunc eſ
ſet excitatio iuriſdictionis, ſecundùm do. Paridem de Pu-
teo, in tractato de ſyndicatu, in verbo, ſententia. ver. 10. ta-
men aduertendum dico, ꝙ attento, ꝙ in iſto regno per cap.
deteſtaotes. omnes cauſæ ſunt ſummariæ: Barones poſſunt
committere cauſas ſummariè & de plano cognoſcẽdas ſo-
la veritate inſpecta. Item adde inquantũ dicit hic Andreas
14 ꝙ ſtatutum non poteſt facere, ꝙ † cauſæ ordinariæ videan
tur ſummariè, & de plano. Adde quod Ioan. de Imo. in cle
men. ne Romani. de electio. ſub dubio fortè dicit, quòd in
rebus ſuis hoc poteſt facere vniuerſitas. Et idẽ ſentit Bald.
in c. cum omnes, pen. colu. de conſt. ſed And. hic firmat, ꝙ
iſtæ vniuerſitates, quæ non habent iuriſdictionem, non poſ
ſunt aliquid ſtatuere contra legem ſuperioris, ſecundùm
Bald. in l. omnes populi. in 6. colu. vnde cum ordo iudicij
eſt conſtitutus a lege communi, qui non poteſt omitti, ut
in l. prolatam. C. de ſenten. & inter. om. iud. imo ordo iudi-
cij fuit primitus in Paradiſo inſtitutus, ut dicit Spe. in ꝓœ.
in ver. cæterùm, ſequitur, ꝙ nec Barones, nec ciuitates ha
bentes iuriſdictionem, recognoſcentes tamen regem in ſu
periorem, non habentes regalia, poſſent committere cau-
ſas ordinarias ſummariè, & de plano: ſecus ſi haberent re-
galia ex priuileg. vel conſuetudine vetuſta, quia tunc cen-
ſetur Imperator in ſua iuriſdictione, ut firmat hic glo. do.
Marini in ſuo procœmio, & ſupra dictũ fuit in 2. q. de quo
tamen me remitto ad latè, & copioſè ſcripta in repeti. cle.
ſæpe. de verb. ſignifi. in prin. per dominũ Georgium Nattã
15 Aſtẽſem, in col. 75. ver. 4. fallit. & ibi in col. præcedenti, † vi
de multas remiſſiones ad probandum, ꝙ etiam legatus de
latere nõ poteſt committere cauſas ordinarias ſummariè,
ſimpliciter, & de plano. Idem tenet Car. Flor. in clem. 2. cir
ca fin. de iudi. per Pau. de Caſt. in conſi. 94. & Bartho. Soci.
in conſi. 96. ſupra allegato. Sed limitatur hoc dictum, niſi
ex iuſta cauſa legatus committat cauſam ordinariam ſum-
mariè, & de plano, ut conſuluit Alex. in 2. volum. conſil. 6.
incipien. perſpectis. in 4. colu. Quartum exemplum And.
eſt, nam partes poſſunt paciſci, quòd ſi intra certum tem-
pus non probetur, res, quæ litigatur, ſit aduerſarij; ut in l. ſi
ſuper poſſeſſione. in fi. C. de tranſact. & l. tale pactum. §. qui
prouocauit. ff. de pact. Sed ſtatutum hoc non poteſt facere,
ut bona aduerſarij ſine ordine iuris in alium transferatur,
argumen. l. pacto quo pœna. C. de pactis. Cui adde, quòd
per pactum poteſt arctari facultas probandi, ut in Auth.
ut cum de appel. cogno. §. 1. verſicu. ſed hoc præſenti, & Sa
lice. in l. iubemus. C. de iud. Ioan. de Imo. in l. cuſtodias. §.
1. ff. de public. iudi. Alexan. in 2. volu. conſi. 157. incipien-
16 te, Viſo inſtrumento, col. fi. † ſtatutum, imo nec princeps
poteſt facere, quòd fiat condemnatio de debito, quod non
eſt probatum, quia eſſet contra ius gentium & ius natura
le, ut dicit Innocen. in capitu. prudentiam. de offic. deleg. &
Bal. in l. præſcriptione. in 4. colum. C. ſi contra ius vel uti.
pub. Ioan. de Imo. in c. venerabilis. de offic. deleg. & Alex.
in 2. volum. conſi. 2. in 1. colum. incipien. viſis dubitationi-
bus &c. Quintum exemplum And. eſt, nam partes poſſunt
paciſci, quòd ſi feratur ſententia contra ſe, quòd renuntiet
appellationi, ut in l. fin. C. de tempo. appel in fi. & in con-
corda. & habetur in c. cum ſit Romana. & in cap. interpo-
ſita. §. ille denique, de appellatio. Sed ſtatutum non poteſt
facere, quòd non appelletur à ſententia inferioris ad ſupe-
riorẽ, ſed nihil in ſpecie allegat, cui adde Bal. in l. ſi appel-
lationem. C. de appellatio. & quod no. in c. veniens. de iure
iuran. & quod Barto. dicit in l. ſi cui. aliàs, is cuius. ff. de a-
qua plu. arcen. ubi dicit, quòd ciuitas, quæ etiam habet
primas, & ſecundas cauſas, non poteſt facere ſtatutum, ne
liceat appellare, quia diſponeret circa id quod non eſt iu-
riſdictionis ſuæ, quod facere non poteſt. cap. 2. de maio. &
obedien. & l. fi. ff. de iuriſdictione omnium iudicum, cum
concordan. ibi per Alexan. cui adde Ioan. And. in cap. fina.
de immunitate eccleſi. libro 6. ubi multa iura ad hoc alle-
17 gat. & Bald. in 5. volu. in conſi. 57. incipien. ſtatutum, † ubi
dicit, quòd non ualet ſtatutum, quòd laudum non poſſit
dici iniquum, ubi datur enormitas. & Alexand. in 2. vo-
lum. 68. in 4. colum. dicit, quòd inferiores à Principe non
poſſunt ſtatuta condere ſuper his, quæ ſunt Principi reſer-
uata. allegat Barto. in l. omnes populi. in 3. quæſtio. princ.
verſiculo, iuxta præmiſſa quæro, &c. ff. de iuſtitia, & iure.
hoc etiam firmat Bald. in l. fin. penul. quæſt. C. de ſenten. &
interlocut. omnium iudicum, & Bal. in titu. de pace Con-
ſtan. verſicu. ſed minores. & Bald. & Ange. in d. l. fi. C. de
tempo. appel. an autem poſſit fieri pactum, quòd ſi debitor
non ſoluat in tempore, poſſit per iudicem carcerari? iſta
quæſtio fuit diſputata per Iacob. Vene. cuius motiua pro
& cõtra refert Lucas de Penna in l. 1. C. de curioſis, li. 12.
b & ad eum pro nunc me remitto. b

ANNOTATIONES.

a Allegandum.] Adde ꝙ citatio ad dicendum ſi non fit, ſententia re
gia eſt nulla, ut hic. & an ubi petitur executio ſentẽtiæ, ſiuè actio
ne in factum, ſiue officio iudicis requiratur citatio ad dicendum:
vide Matth. infra in conſti. dilationis. ibi, quinta concluſio. col. 8.
ubi concludit quod requiritur. idem tenet Bal. in l. ab executio-
ne. numero 5. C. quorum appel. non recip. vbi idem firmat Salic.
colum. 9. in fi. & Bal. in l. 1 colum. fin. nume. 13. C. de iuris & fa-
cti ignoran. & hodie ſecundùm ſtylum Sacri Regij conſilij Nea-
politani eſt introductum, quod citatio ad dicendum, ſuccedit lo
co citationis ad ſententiam, vt inquit Matth. deciſ. S. R. C. 183.
in fi. & dicta citatio ad dicendum, ſi omittitur, ſententia regia
non tenet, ſecundùm Marantam in ſua pratica iudiciaria. in 6.
parte principali. verſicu. propoſui. nume. 7. char. 95. libro men. &
Matth. in d. deciſ.

b Remitto.] In hac materia breuiter facias duas concluſiones, unã
affirmatiuam, ſcilicet quod quicquid poteſt fieri per pactum, po-
teſt fieri per ſtatutum. ita tex. in l. fi. & ibi latè. C. de fideiuſ. Secun
da, ſcilicet quod non valet argumentum de pacto ad ſtatutum,
ſcilicet, ut dicamus ſi non poteſt per pactum: ergo nec per ſtatu
tum, ut late tradit dn. Philip. Decius in regula, nec ex prætorio,
ff. de reg. iuris, vbi ponit multa exempla. Ioan. Anton. Batius.

SVMMARIVM.

1 *Princeps appellationem iuſtam, & licitam tollere non poteſt ſine cauſa.*

2 *Appellatio iuſta innocentiæ defenſio dicitur.*

3 *Princeps dominium rei alienæ poteſt tollere, & contra omnia iura diſpenſare.*

4 *Appellatio*

4 *Appellatio à ſententia regis,vel ſacri conſilij non admittitur.*
5 *Appellatio in multis à ſupplicatione differens eſt.*
6 *Sententia abſque fideiuſſione executioni poteſt mandari , cui per triginta dies non fuit reclamatum.*
7 *Iudicium per quę ſuſpendi dicatur.*
8 *Concluſio in prima cauſa,ad cauſam ſupplicationis,in qua probentur non probata,non extenditur.*
9 *Suſpenſio petitorij ante concluſionem in cauſa, quando poſſit fieri,& quando poſſeſſorij.*

QVÆSTIO X.

DEcimo hinc ſumpta occaſione,quæ-
rit hic Andr. an rex & omnis,qui habet
iura regalia, poſſit tollere appellationē?
Et primò ponit regulam, deinde fallen-
1 tias. † Regula eſt, quòd ſine cauſa prin-
ceps non tollit iuſtam & licitam appel-
lationem . hoc probat primò auctoritate ſacræ ſcripturæ .
Actuum 25. c. dum loquitur de Paulo appellante ad Cæ-
ſarem,&c.Et eius appellationi fuit delatum. Sed iſte textu
non probat,quòd appellatio ſit de iure diuino, prout dicit
hic And.Bene tamen colligitur,quòd appellatio permiſſa
eſt a iure diuino,in c.qui ſcit.2.q.6. de cuius intellectu vi-
de per beatum Thom.2.2.q.69.ar.3.Patet ergo,quòd nul
li appellanti ſunt induciæ denegandæ . bene verum eſt,qñ
iuſtè & propter ſpem conſequendi iuſtitiam appellaret ,
prout fecit Paulus Apoſtolus,vt dicit beatus Thomas, vbi
2 ſupra.† Secundò probat ſic.Iuſta appellatio eſt defenſio in
nocentiæ,vt in c.cum ſpecialis.de appel.ſed defenſio eſt de
iure naturæ,vt habetur in l. vt vim. cum concor.ſuis.ff.de
iuſt.& iu.& io clem. Paſtoralis . de re iud.Et princeps ſine
cauſa nō poteſt tollere defenſionem, vt notatur in d.clem.
Paſtoralis. Igitur non poteſt appellationem.Tertiò probat
ſic:per appellationem reparatur ius illius qui habet ſenten
tiam cõtra:quia ſi apparebit iuſtè appellaſſe, extinguit pro
nũtiatum.l.1.in fi.ff.ad Turpil.ſed princeps ſine cauſa non
tollit ius alterius.l.quoties.C.de preci.imper.offer.l.fi.C.ſi
contra ius vel vti.pub.Et ideo dixi,quòd ſine cauſa non po
teſt princeps alterius iuri præiudicare,quia ipſe fatetur ſe-
cundum leges viuere,vt in l.digna vox.C.de legi.Sed cum
cauſa bene poſſet princeps in vna cauſa tollere appellatio-
nem:puta ſi aliàs tumultum ſedare non poſſet , ſecundùm
Andr.hic arg.l.qui creditur. ff.ad l. Cornel. de ſicar. Sicut
in ſimilibus multis graſſantibus datur venia , vt legitur in
3 l.aut facta.in fi.ff.ex qui.cau.inſa.irrog. † Et princeps cum
cauſa poteſt dominium rei alienæ tollere, & diſpenſare cõ
tra ius gent.& naturale,& diuinum,vt multum copioſè pa
tet ex ſcriptis per Feli. in c. quæ in eccleſiarum.de conſtit.
& ad ipſum de iſta materia pro nunc me remitto, & ad
And.de Iſern.hic,qui multa generalia allegat ad hoc, quæ
dant pruritum auribus. Fallit primò hæc regula: niſi cauſa
iuſta ſubſiſtente,vt ſupra proximè dictum eſt.Secundò fal-
lit,quando princeps ſcribit in reſcripto committendo cau
ſam,appellatione remota,tunc ſolùm videtur tollere friuo
lam appellationem,ſecundùm Bart. in l.1.§. interdum.ff.a
quib.app.non licet.Et habetur in c. Paſtoralis.& in c.vt de
bitus.de app.& in c.licèt in corrigendis. de offi.ordin.& p
Io.And.in c.fi.de app.lib.6.& per Bart.in l.fi. C. de ſent.&
interlo.omn.iud.& vide Barto. in l.1.§.& parui.ff.quod vi
aut clam,& per Vitalem in clauſula,appellatione remota .
Tertiò fallit,quando ſumus in caſibus,in quibus non reci-
pitur appellatio , de quibus per Azonem in ſumma,in tit.
4 C. quorum appell.non recipi. † Quartò fallit:quando ap-
pellatur a ſententia regis , vel eius ſacri conſilij : tunc non
admittitur appellatio , vt in l.1.in prin. ff.à qui.appell.non
licet.& in l.1.de ſenten.præfecti præto.& And. in l. impe-
rialem §.fi.de prohib.feudi alie.per Fede.in 8. col. Sed ſo-
lùm de gratia admittitur ſupplicatio & reclamatio , per
tex.in authen.quæ ſupplicatio.C. de preci.impe.offe.& eſt
tex.in authen.vt ſponſalitia largitas.§.ad hæc. Et quia An-
dre. hic in vltima colum. dicit, quòd ſupplicatio eſt loco
appellationis , per glo. in d.l.1.C.de ſenten. præfec.præto
Adde,quòd idem ipſe dixit in d.l.imperialem.§.fi.dicens
a quòd pari paſſu ambulant appellatio & ſupplicatio. [a] alle
gat d.l.1.in 8.col.Et dicit And.in c.1.4.col. ſi de inueſti.i
ter domi.& vaſallum lis oriatur, quòd proclamatio ad Im
peratorem habet vim appellationis . Ego credo , quòd in
omnibus,in quibus in iure non reperiatur differentia inter
ſupplicationem & appellationem,a pari procedunt appel-
latio & ſupplicatio,per glo.in d.l.1.quæ dicit, quòd ſuppli
catio habet illa fatalia,quæ habet appellatio, quia non re-
peritur aliter de iure ſtatutũ.Et clarum eſt,quòd † ex infra
5 ſcriptis differt appellatio a ſupplicatione , videlicet , quia
qui appellat , conqueritur de iudice, vt in l.apertiſſimi.C.
de iudicijs.ſed qui ſupplicat,non debet conqueri de rege ,
vel de regio conſilio, quia non præſumitur , quòd iſti ma-
gni iudices ferant ſententiam iniquam,per tex.in l.1.ff. de
offi.præfe.præt. Sed ſolùm debet allegare veniam ſui pro-
prij erroris,vt in l.præfecti.ff.de minorib. vel allegare cir-
cumuentionem aduerſarij , vt in d. l. præfecti , ſecundùm
Azo.in ſum.de ſen.præfec.præto.ideo hoc tene menti pro
formanda ſupplicatione à ſententia ſacri conſilij:nam ho-
die vt plurimum , procuratores neſciunt illam formare ,
Item differt,quia à ſententia poteſt bis & ter appellari, ſed
ſupplicatio a ſententia dictorum maiorum iudicum non
poteſt fieri, niſi ſemel , vt in l. ſi quis aduerſus.C.de preci.
impe.off.Quartò differt: quia ſi ſupplicatur à ſententia re-
gis intra decem dies, ſententia mandatur executioni , non
obſtante ſupplicatione , ſtatim præſtita fideiuſſoria cau-
tione de reſtituendo in caſu retractationis dictæ ſenten-
tiæ , vt in Autheo. quæ ſupplicatio. C. de preci. imper.of-
6 feren. † ſed ſi non reclamatur intra decem dies , ſententia
mandatur executioni abſque fideiuſſione: licet pendeat fa
cultas reclamandi intra biennium,& ſic intelligatur,quòd
ſupplicatio a ſententia ſacri conſilij facta, vel facienda in-
tra tempus faciendi ſupplicationem , non inducit illius
pendentiam, quantum ad impediendam executionem ſen
tentiæ,ſecundùm Bal.in d.authen.quæ ſupplicatio.& Spe-
cu.in titu. de ſupplicatione.§.fi. ſed per appellationem ſu-
ſpenditur executio ſententię , per titu. ff. nil nouari appel.
pend.Quinto differt, quia ſi intra decem dies non appella
tur à ſententia, illa tranſit in rem iudicatam, ut in authen.
hodie.C.de appel. ſed à ſententia regis poteſt ſupplicari in
tra biennium, ut in d.auth.quę ſuppplicat.in fi. Sexto diſ
fert : quia in appellatione alius eſt iudex ad quem à iudice
à quo : ſed in ſupplicatione eſt idem rex , ſiue conſilium ,
quia qui protulit primam ſententiam,ipſe idem cognoſcit
de ſupplicatione , vt in d. authen. quæ ſupplicatio. in alijs
non reperitur differentia , & ideo debet in cæteris iudica-
7 ri ſicut de appellatione , † bene facit pro hoc , quod dicit
Bald.in ca.ſancimus.in 2.colum.quo tempore miles,quòd
iſta ſunt, quæ ſuſpendunt iudicium , videlicet appellatio ,
recuſatio, relatio, reſtitutio . Item ſi Papa ex certa ſcientia
admittit appellationem , quam de iure non debebat ad-
mittere . Item recurſus ad ſuperiorem , qui ſuccedit loco
appellationis.ex quo ſolet dici,quòd ſicut quicquid poteſt
opponi in primo iudicio poſt litem conteſt. poteſt opponi
in cauſa appellationis , ut in l. per hanc. C. de tempo.& in
c.cum Ioan. eremita. extra de fi.inſtr. & Barto. in l. ita de-
mum. C. de procur.& Abb. Siculus in c.ad audientiam.in
2.colum. de reſcri.& in c. Paſtoralis.in 15.colum.de cau.
poſſ.& propriet.ita poteſt opponi in cauſa ſupplicationis ,
quia non reperitur expreſſè prohibitum in cauſa ſupplica-
tionis : ideo iudicatur in hoc ſicut de appellatione . Item
ſolet dici, quòd ſicut concluſio in cauſa principali non ex-
tenditur ad cauſam appellationis: quod patet,quia in cau-
ſa appellationis non probatum probabo,ut in d.l. per hãc.
C.de temp.appel.& in c.fraternitatis.de teſti. quod non eſ
ſet , ſi ad ipſam concluſio extenderetur , vt in d. cap.cum
8 Ioan. † Ita in cauſa ſupplicationis,concluſio in prima cau-
ſa non extẽditur ad cauſam ſupplicationis , in qua poſſunt
probari

probari non probata per negligentiam partis, & commu-
nis vſus ita ſe habet. Item ſicut in ſcriptis eſt appellandum
intra decem dies a diffinitiua, ita in ſcriptis debet ſupplica
ri intra bienniũ, ſecundũ Cy. & alios in d. l. 1. C. de ſenten.
præſe. prçto. vbi dicebat Bal. iſta verba formalia, quod vbi-
cunque ſtatutum permittit veniri contra aliquam ſniam,
ꝙ ipſe recurſus debet regulari ſm ꝙ regulatur appellatio
quantum ad tempus exercitij, & terminationis eius, & di-
cit ſe multoties hoc allegaſſe. Nec ob. ꝙ dicit Bal. in d. au-
then. quæ ſupplicatio. vbi dicit, ꝙ ſupplicatio non inducit
litis pendentiam. Nam non reſcindit iudicatum: ſecus in
appellatione, quæ reſcindit iudicatum.

Quia reſpondetur, quòd non reſcindit, neque ſuſpen-
dit quò ad executionem, ſicut dicimus in ſnia excõicatio-
nis, quæ non ſuſpenditur per appellationem, quia imme-
diatè trahit ſecum executionem, & tamen appellatio quò
alios effectus operatur: quia interim reducit appellantem
in priſtinum ſtatum, ſm Bal. in l. fi. 1. col. C. ſi à non compe.
9 iudi. Et propterea † audiui magnos Doctores dicere, ꝙ ſi
ante concluſionem in cauſa ſuper poſſeſſorio recuperan-
dæ poſſeſ. intentato non fuit ſuſpenſum petitorium rei, &
actoris in iudicio deductum, iuxta no. in c. 1. de reſti. ſpol.
cum concor. & lata fuit ſnia ſuper petitorio, & poſſeſſorio
contra actorem, quòd ſicut in cauſa appellationis pôt fieri
ſuſpenſio petitorij ante concluſionem cauſæ, quia conclu-
ſio in cauſa principali non ſe extendit ad cauſam appella-
tionis, vt firmat expreſsè Abb. Sicu. in d. c. Paſtoralis, in 15.
col. licet domini de Rota deci. 205. teneant cõtrarium, al-
legantes Pau. de Liaza. in cle. cauſam. de cauſa poſſ. & pro-
prieta. tñ verius dicit Abb. vbi ſup. ita dicendum in cauſa
ſupplicationis, ex quo in cã ſupplicationis licet ponere non
poſita, & non ꝓbata in cauſa principali, & ſic facere oĩa ea
quæ poterant facere ante cõcluſionem in cauſa principali.

ANNOTATIO.

a Supplicatio.] Appellatio & reclamatio, an ſint idem? vide And.
de Iſern. in l. Imperialem. § fi. de prohi. feudi aliena. per Fede. &
an ſit aliqua differentia inter eas: vide Specu. in § pen in titu. de
ſupplica. Anto Capi. deci. 28. in fi. Iaſ. in l. ſi quis aduerſus. C. de
precib. impe. offe. Io. Anto. Batius.

SVMMARIVM.

1 *Statutum, vel conſuetudo, an poſſit fieri ſuper eo cui non poſſit renuntiari.*
2 *Statutum conforme iuri naturali eſt validum.*
3 *Iuſtum nihil tam eſſe inuenitur, quo iuſtius non reperiatur.*
4 *Prorogatio de perſona ad perſonam, locum non habet coram iudice delegato.*

QVÆSTIO XI.

VNDECIMO pro declaratione quæro,
vtrum poſſit fieri ſtatutum, vel conſuetu-
do ſuper eo, ſuper quo quis non poteſt re
3 nuntiare. † Et reſpondet hic And. in vlt.
col. ꝙ ſic, ſcilicet circa ea, quæ ſunt ad li-
tis ordinationem, & nõ circa ea quæ ſunt
ad litis deciſionem. Et probat hoc modo. Certum eſt ꝙ
ante litem conteſtatam, ſi quis cõſentit in iudicem, ex tali
conſenſu non ligatur ad litigandum coram eo ſi aliàs ille
iudex eſt incompetens, per text. in l. ſi conuenerit. ff de
iur. om. iud. Fallit hoc in x. fallentijs poſitis ibi per Alex.
Si tamen fuerat ſtatutum vel conſuetudo, ut ſi ante litem
conteſtatam pars conſentiret in iudicem, qui alias nõ eſſet
ſuus competens, ꝙ non poſſit ipſum declinare: certè vale-
2 ret tale ſtatutum ſiue conſuetudo: † quia ſtatutum habet
conformitatem cum iure naturali, quod vult, pacta debe-
re ſeruari, vt in l. 1. ff. de pac. & cum illa lege, quæ vult, ꝙ
graue eſt fidem fallere, l. 1. ff. de conſti. pec. Et cũ illa lege,
quæ vult, ꝙ non fit iniuria ei qui vult. l. in die. ff. de aqua
plu. ar. Et cum illa lege, quæ dicit, ꝙ volenti non fit fraus,
nec iniuria. ff. de iniu. l. 1. in fi. & C. de tranſac. l. donatio-
nis. Item tale ſtatutũ, ſiue conſuetudo eſt iuſtior. d. l. ſi con-
uenerit. Et qñ ſtatutũ, vel cõſuetudo eſt iuſtius, ſeu iuſtior
lege ſcripta, quia eſt fundatũ ſuper iuſtitia & æquitate na-
turali: ſine dubio vincit legẽ, quæ nõ eſt ita iuſtior, vt no. in
d. l. 2. C. quæ ſit lon. conſue. & in d. l. de quibus. & in c. fin.
3 de conſuet. † quia iuſto iuſtius inuenitur, vt in l. exigendi.
C. de procu. & bono melius inuenitur. l. vbi autem. §. 1. de
ver. ob. & ff. quemad. ſeruit. amit. l. his aũt. & perfecto per-
fectius, vt in Auth. de nup. §. 1. & ff. de collat. bon. l. nonnun
quã. & in l. quiſquis. ibi, cõſilio meliori. C. de epiſ. & cler. re
gulariter. n. litigans corã iudice non ſuo, in dubio non vr
velle prorogare iuriſdictionẽ iudicis non ſui, ſed ꝙ actus
valeat, prout poteſt, ſm Inno. in c. cũ cãm. de teſti. & firmat
Alex. in l. 1. ff. de iudi. Et maximè ſi litigatur coram iudice
4 delegato, † coram quo non habet locũ prorogatio de per-
ſona ad perſonam, vt in c. P. & G. de offi. deleg. vnde ſi cõ-
miſſa eſt cauſa inter debitores & creditores præteritos, de-
bitores futuri non poſſunt prorogare iuriſdictionem illius
iudicis, quia commiſſio fuit facta de debitoribus præteri-
tis, vt in c. fi. de reſcri. & illud dictum Inno. in d. c. cum cau
ſam. refert & ſequitur Fely. in d. c. P. & G. in 3. colum.

SVMMARIVM.

1 *Inferior à principe an poſſit inducere, vt lites decidantur contra ius commune.*
2 *Princeps iuſtitiæ egrediens terminos, non eſt rex cenſendus.*
3 *Statutum contra bonos mores nullum eſt: ſicut nec pactum.*
4 *Hæres mariti an poſſit exorem de adulterio accuſare, vt ipſa priuetur dote.*
5 *Laici nil in cauſa matrimoniali ſtatuere, aut diſponere poſſunt.*
6 *Statutum, quòd dominium abſque traditione transferatur: eſt contra ius commune.*
7 *Statutum ſuper lite ordinanda dictans tolli ius publicum auctoritate & vtilitate, eſt nullum.*
8 *Dominus & vaſallus litigantes de feudo, non tenentur de calumnia iurare.*
9 *Proceſſus nõ ob id annullare, ſi iuramẽtũ de calũnia omittatur.*
10 *Pœna vſurpantis officium, eſt omnium bonorum.*
11 *Occaſiones delinquendi in primis debent reſcindi.*
12 *Iudici non modicum confiditur, cui teſtium examinatio et iuramenti delatio committitur.*
13 *Cauſa qualiter decidatur, in qua litis conteſtatio nõ requiritur.*
14 *Abſentia neceſſaria allegatio quid operetur.*
15 *Solutio debiti qualiter poſſit probari.*
16 *Statutum non valet abſque cauſa iuſta & rationabili factum.*
17 *Iudex poteſt quandoque partes cogere ad litem conteſtandam.*
18 *Statutum tollens iuris diuini vel naturalis ſubſtantialem ſolemnitatem, nullum eſt ipſo iure.*
19 *Sententia contra iuris ordinem lata ipſo iure eſt nulla.*
20 *Sententia annullatur, ſi iuris ordo præpoſteretur.*
21 *Statutum ſuper non ſubſtantialibus iudicij valet ex cauſa rationabili factum.*
22 *Statutum, quòd renuntians alicui actui iudiciali non audiatur vlterius: an ſit validum.*
23 *Statutum factum ſuper eo, ſuper quo iure communi prohibitum eſt ſtatui, nullum eſt.*
24 *Princeps tacitè & expreſsè ſtatutum & conſuetudinem poteſt tollere & caſſare.*
25 *Lex ſequens conſuetudinem præcedentem tollit & ſtatutum etiam ſi non ſit expreſſum.*

QVÆSTIO XII.

1 DVODECIMO quæro. † an inferior à
principe poſſit facere ſtatutũ, vel indu-
cere cõſuetudinẽ ad litẽ decidẽdã cõtra
ius cõe, vel cõtra ius canonicũ, uel cõtra
ius Conſtitutionũ regni, uel capitulorũ
regni. tãgit hic And. in 6. col. & Bat. in l.
oẽs popu. in 3. q. princ. ff. de iuſt. & iu. & glo. & Archi. 4.
diſt. c.

diſ. c.in iſtis,& Gandinus in tractatu maleficiorum,in tit.
de obſeruantia ſtatutorum. verſ. Sed pone,ciuitas ſecit ſta-
tutum contra ius.& Alb.in rub.C.quæ ſit longa conſue.§.
agimus nunc de virtute & effectu conſuetudinis. verſi.Pe-
trus tñ dicit &c.Et ſuper hoc dubio procedam per conclu
ſiones ſumptas ex dictis And.hic in 6.col.Et prima conclu
ſio ſit iſta, ꝙ inferior habens iuriſdictionem non pôt face-
re ſtatutum contra legem ſuperioris,per no.in c.cum infe-
rior. de maio.& obe.cum concor.allegatis,ſup.in 2.q.cir-
ca fi.Secunda concluſio ſit iſta,ꝙ ſi conſuetudo, vel ſtatu-
tum exhaurit & diuertit ius alterius, non ualet, ẽt ſi eſſet
factum à principe, niſi ex iuſta cauſa, vt infrà,p l.quoties.
2 C.de precib.impe.offe.† quia princeps,qui egreditur ter-
minos iuſtitię,non eſt Rex.2.q.1 c.ſcelus.Hinc dicit And.
in 7.col.ibi,ſecundo caſu ſubdiſtinguendum eſt &c.ꝙ ſta-
tutum,quod enormiter lædit, ut quia denegat defenſionẽ
& reclamationem,quæ ſemper dẽt dari,ut io legib.ibi per
eum allegatis, tale ſtatutum non valeret : & per rõnes per
eum adductas. Cui adde, ꝙ iſta concluſio And.procedit,
qñ eſſet ſtatutum ſpecialiter factum contra certam perſo-
nam ſine iuſta & rõnabili cauſa. Secus ſi ex rõnabili cauſa
eẽt factũ tale ſtatutum. Nã nnc ualeret: ut puta, quia ille
eſſet hoſtis, vel rebellis, ſm Bal.in l.amiſſione.§.qui defi-
ciunt.ff.de cap.dim. & firmat Ang.in l.imperata.C.ſnĩam
reſcin.non poſſe.& firmant Ant.de But.& Io.de Imo.io c.
cum omnes.de conſti.& Ang.in conſi.62.inci.nobilis mi-
les &c. Item ſecus eſſet,qñ ſtatutũ eſſet gñale & rõnabile,
licet tendat in præiudicium alicuius, ſm Bal.l.de iudicib.
in prin.C.de app.& io l.quiſquis.C.quorum appel.Sed an
tunc ſtatuentes teneantur ad ęſtimationem illi paſſo dam-
num ex tali ſtatuto? dixi ſup.in 4.q.cætera declata, & limi
ta hanc concluſiooem,ut per Fel.in d.c.cum oẽs.in 1.char.
Tertia concluſio ſit iſta,ꝙ ſi ſtatutum eſſet oneroſum, uel
diſrumperet neruum legalis diſciplinæ, ſicut dr̃ in c.fi.de
conſue. & no.8.di.cap. fruſtra. eſſet contra bonos mores,
vt dicit gl.in rub.C.de decre.decu.lib.10.& gl.in l.non eſt
3 impoſſibile.ff.de pac.† nam ſicut pactũ contra bonos mo-
res non valet, vt in l.pacta quę contra.C.de pac.ita ſtatutũ
non ualet contra bonos mores:quia ſtatutum dẽt eſſe ſan-
ctum,iuſtum, & honeſtum,ſicut lex.4.di.c.erit aũt.8.di.c.
quæ contra mores. Videamus aliqua exempla de ſtatutis
contra bonos mores. Et primò: ſi ſtatutum eſſet contra le-
gem diuinam,vel contra ius naturale ſine iuſta & rationa-
bili cauſa,ſm Inn.in rub.de conſu.circa fi.Secundũ exem-
plum eſt ſm And.hic,ſi ſtatutum diceret, ꝙ adultera poſ-
ſet petere donata à viro,hoc ſatis eſt irrationabile, & con-
tra ius, quia adultera pp adulterium non ſolum donata
non pôt petere,ſed dẽt ẽt dotem perdere,qñ vir eam accu
ſat, vt no.io c.plerunq;, de don.inter vir.& uxo.& no.in l.
conſenſu.C.de repudijs.no.Bal.in l.ſi mulier.ff.ſol.mat.&
Bar.in l.Lucius.eo.tit.gl.& Arch.32.q.7.Agatoſa.&c.pro-
uidendum. & Lud.Ro.in ſingula.ſuis in uerſ.adulterium.
4 † An aũt hæres mariti poſſit uxorem accuſare de adulte-
rio, ut perdat dotem? vide Alex.in l.rei iudicatæ, in 1.col.
ff.ſol.mat.& ibi ſunt concor. Tertium exemplum eſt:ſi ſta
tutum fieret, ꝙ maritus poſſit alienare bona dotalia ſine
uxoris conſenſu,iſtud ſtatutum eſſet contra ius,quod vult
ꝙ maritus non poſſit alienare bona dotalia inæſtimata ẽt
de conſenſu uxoris.l.1.§.&. cum lex.C.de rei vxo.actio. &
no.in l.mater pro filia.C.de iure doti.& Bar.in l.fi.ff.eo.ti.
& Alex.in l.1.& in l.ſi ęſtimatis.ff.ſol.ma.Quartum exem
plum And.eſt:ſi fieret ſtatutum,vt contra vxorem non poſ
ſet agi actione rerum amotarum,iſtud ſtatutum eſſet con-
tra ius,& induceret uxores ad delinquendum,& ideo non
dẽt ualere, ut in l.conuenire.ff.de pac.dot.& de conſue.c.
ex parte ueſtra: & ibi ſunt concordantiæ. Quarta conclu-
a ſio a ſit iſta,ꝙ ſtatutum laicorum contra ius canonicum in
materia matrimoniali eſt ipſo iure nullum, vt no.in c.no-
uit.de iudi.& c.cãm.lo 2.qui filij ſint legi.ut puta, ſi fieret
ſtatutum,quòd filiusfamilias in poteſtate patris non poſſit
contrahere matrimonium ſine conſenſu patris, & contra-
ctum ſine conſenſu patris non valeat:certè iſtud ſtatutum
noo ualet, quia eſt factum ſuper materia matrimoniali,
5 † ſuper qua laici nihil pñt diſponere, vel ſtatuere, licet ſit
conforme cum iure ciuili,ut in l.vt propoois.C.de nup.&
in l.nec filium. & in l.in conuentione.eo.titu.hĩ in l.3.§.ſi
emaocip.ff.de contra tabu.tameo eſt contra ius canonicũ.
17.q.2.c.1.32.q.1.c.uno. quo iure matrimonia dẽnt eſſe
libera.c.Gemma.de ſpon.cum concor. & hoc firmat Ioan.
And.in nouella in c.ſtatutum, lo 1.de hære.li.6.& Pet.de
Anch.in c.1.de conſti.& Aot.de But.in c.1.de ſpouſ.& ibi
per Abb. & Cyn.C.de interdic.matri.l.fi.Bald.in l.1.§.ius
naturale.ff.de iuſt.& iu.And.in conſtitu.regni, ſancimus.
ADDITIO. Et per adducta per Doc.voi ſupra,dixi le-
ges Hiſpaniæ diſponentes, vt ſuprà,non ualere:& latè ui-
deatis in l.nuptias.ff.de reg.iu. ubi D.Phili. Dec.multa ad
ducit. & hæc eſt magis cõis opi.Doctorum,cum plurimo
rum, & maiorum auctoritate firmetur, ut in l.1.§.& ſaoè
crebrior. & ibi latè.ff.de offic.quæſto. & ideo teneoda,ut
no.Bal.& Doc.in l.fi.C.de pœna iud. Quinta concluſio ſit
iſta:ꝙ ſtatutum,uel conſuetudo uniuerſitatis habentis iu-
riſdictionem liberam contra ius Romanum, quod eſt ra-
tionabilius ſtatuto uel conſuetudine, non ualet:ut ſi dicat
ſtatutum, ꝙ ſtatim facto contractu venditionis transfera-
6 tur dñium in emptorem ſine traditione, † iſtud ſtatutum
non hẽt rõnabilem cauſam iuris cõis,quod vult,vt ſine tra
ditione non transferatur dñium p ſolum contractum, ut
in l.traditionib.C.de pact.niſi in eccleſiam, vt in l.fi.C.de
ſacroſ.eccl.& in multis alijs caſib.fallit,de quib.per Mod.
in d.l.traditionib.ſed tunc ualeret ſtatutum contra legem
gñalem,qñ cauſa ſtatuti eſſet rationabilior lege.Iſtam con
cluſionem firmat hic And.in fi.6.col.cum ſeq.Idem dicen
dum eſt io principe, qui pôt per ſuum contractum tranſ-
ferre dominium, ſi hoc dicit, ſm Bal.in l.prælud.feud.in
3.char.& Ang.in l.officium.ff.de rei vend.Alex.in 2.volu.
conſi.96.& in 6.vol.conſi.3.Abb.Sic.in conſi.21.incip.in
q.hæredum quondam dñi Petri. Bal.in c.licet cauſam. de
proba.& in c.ad audientiam.de præſcrip.& in c.cæterùm.
de iud.And.de Iſer.in c.1.quid ſit inueſti. Io.And.in addi.
Spe.in tit.de iuriſd.omn.iud.§.1.ver.quæ autem ſunt me-
ri. & iſta adde ad Iaſ.in d.l.traditionibus. dum quærit, an
ex contractu facto cum principe transferatur dominium.
7 † Sexta concluſio domini And.eſt in 7.col. ꝙ ſtatutum ſu
per lite ordinaria, per quod directè vel indirectè tollitur
ius publicum auctoritate & vtilitate,non ualet:quia utili-
tas publica præfertur priuatę,ut in Auth.de reſt.& ea quæ
parit.§.quamobrem. & C.de cad.toll.l.vna,circa fi.& An.
hic ponit multa exempla, vt infrà dicam. Cui adde,quòd
hanc concluſionem firmat gl.in l.neq; pignus.in verſi.pri-
uatorum.ff.de reg.iur.quam approbat Io.And.in nouella,
in c.fi.de conſue.in 4.col.& Bar.io d.l.omnes populi. in 3.
q.princ.Et primum exemplum And.eſt: ſi fieret ſtatutum,
quòd in cauſis non iuretur de calumnia:iſtud ſtatutum eſt
contra publicam utilitatem: quia iuramentum de calum-
nia fuit inuentum,ut ueritas nõ opprimeretur,nec calum-
niaretur,ut io l.2.§.ſed quia ueremur.C.de iura.calum. &
ideo non ualet. Cui adde,ꝙ ſi conſuetudo eſſet, ꝙ non iu-
raretur de calumnia inter litigantes,talis conſuetudo,tan-
quam impeditiua ueritatis,& ſic boni publici,nõ valeret:
8 vt eſt tex.in c.cæterum.de iura.cal.ſed contra. † Nam ego
video,ꝙ ſi dñs & vaſallus litigant de feudo, ipſi litigantes
non iurant de calumnia,vt in c.1.§.quibuſdam.de conſue.
recti feudi.Idem ſi libertus & dñs litigent inſimul,nõ exi-
gitur iuramentũ calumnię à patrono,nec filij à parentib.l.
iuſiurandum & ad pecunias.§.qui iuſiurandum.ff.de iure-
iu. Solutio. Ideo valet conſuetudo, vt vaſallus & dñs liti-
gantes non iurent ad inuicem de calumnia pp præcedens
iuſm fidelitatis,quod præſtat vaſallus dño,in quo contine
tur ẽt dictum iuſm calumniæ: & dñs ideo non iurat de ca
lumnia, qñ litigat cum vaſallis:quia Imperator Federicus
apud Roncaliam remiſit dñis,ꝙ facere potuit: quia Impe-
rator p reſcriptum pôt remittere iuſm calumniæ,ſm glo.

in l.2.§.ſed quia neremur.C.de iura. calum. quam ad hoc
allegat Alex.de Imo.in l.ſi quis in iudicio.in glo.ff.ſi quis
cau.& firmat Abb.Sic.in d.c.cæterùm. in fi. Item non ob-
ſtat d.§.iuſiurandum , quia illud eſt ex legis diſpoſitione ,
vt dicit ibi gl.Bene tamen illud iuramentum poteſt omit-
ti & non remitti,ſm gl.& Doct.ibi; & eſt tex.in c.1.de iu-
ra.calu.li.6.ubi per omiſſionem iuramenti calumniæ pro-
ceſſus non redditur nullus. Et idem tenent Io.And.& alij
in c.Romana. de foro comp.& Cy.in l.a.C.quæ ſit longa
conſu.& Doc.in d.c.cæterùm.& Bar.in d.l.a.§.ſed quia ve
remur. Secundum exemplum And.eſt,quòd ſi fieret ſtatu
tum , q officialis non teneatur iurare in principio ſui offi-
cij,tale ſtatutum eſſet contra bonum publicum,& ideo nō
debet ualere, ut patet in l.rem non nouam.C.de iudicijs .
& in Auth.ut iuſiurandum,quod præſtatur ab his,& infrà
in conſti. puritatem , bene tamen tacitè hoc iuramentum
poteſt omitti,ſm gl.& Doct.in d.l.rem non nouam. Et ho
die iurant iudices ordinarij , leges & conſtitutiones, ſcili-
cet iuſtas & rationabiles ſeruare,vt in c.fi.de iureiu.li.6.&
per cōſti.regni,quę incipit §inter cætera.§ & debent etiam
iurare,ut Deum & iuſtitiam habeant prę oculis,& vnicui-
que conquerenti iuſtitiam faciant ſine fraude , & q̃ citius
poterint,litigantes expediant. Et aduerte,quia per capitu-
lum regis Caroli primi,quod incipit,Item recipiatur iura-
mentum . prouiſum eſt , q omnes officiales iurent, q ali-
quid non dederint,uel promiſerint pro ipſo officio haben
do,& niſi ſic iurauerint, non poſſint officium exercere , &
10 tenentur pęna vſurpantis officium,† cuius pęna eſt publi-
catio omnium bonorum, ut in cōſtitutione regni §duram
& diram pęnam.§ ſed de pęna iſta uſurpatę iuriſdictionis,
uide And.infra in conſtitutione, terminum,in 1.col. Ter-
tium exemplum, ſi fieret ſtatutum,q teſtes non iurent di-
cere ueritatem : certè tale ſtatutum eſt contra bonum pu-
blicum,quia induceret teſtes ad celandam ueritatem, con
tra legem,iuſiurandi.C.de teſt.nam iuramentum de ueri-
tate dicenda , quod præſtant teſtes, antequam deponant ,
multum eos refrenat à maligno,quia non facit eos imme-
mores ſalutis æternę.C.ad l.Iul.rep.l.fi.Et iuramentum de
ueritate dicenda præſtat teſtibus ſecuritatem, & formidi-
nem aufert,ut dicit tex.in c.hortamur.3.q.9.& ſtatutum,
b quod inducit [b] facilitatem ad peccandum,non debet vale
re,vt l.conueniri.ff.de pactis dota. cui adde tex.in l.vnica.
§.ſed no.ibi,ne furandi detur occaſio.C.de lati.libe.tollen.
nam & qui occaſionem damni dat,damnum dediſſe uide
tur,ut in l.qui occidit.§.in hac. ff.ad legem Aquiliam.cum
ergo tale ſtatutum eſſet occaſio ad falſum teſtimonium
perhibendum ob remiſſionem huiuſmodi iuramenti, vi-
detur grauiter peccare : quia dat viam vt dicatur menda-
cium. facit tex.in l.ſi quis ad ſe,C.ad legem Iul.de vi pub.
& 23.q.6.c.cum homo ibi , aliquando, qui cauſa mortis
11 fuit,potius in culpa eſt,q̃ ille qui occidit,&c.Et † ideo oc-
caſio delinquendi ſemper debet tolli , dicit tex.in l.1. ff.
nau. cau. ſtab.& no.gl.1.q.1.c.emēdari.partes autem bene
poſſunt facere, q teſtes deponant abſq; iuramento, ſm gl.
& Bar.in d.l.iuſiurandi. & gl.in ver.valebit.in l.1.ff.de fer.
& no.in c.tuis . de teſti.& Bar.in l.ſi quis legatum. vlt.col.
ff.de fal.& ratio diuerſitatis eſt:quia iuramentum illud re
miſſum reſpicit fauorem partis: & ſi reſpiceret publicum
fauorem,iudex,non obſtante remiſſione partis prædictæ ,
poteſt dare iuramentum de ueritate dicenda , ſecundum
Bald.in d.l.1.ff.de fer.dummodo talis remiſſio iuramenti
teſtium fieret cum auctoritate iudicis,ſecundum glo.in d.
c.tuis.& Bal.& Alex.in d.l.1.bene tamen poſſet fieri ſtatu-
tum , q teſtes debeant iurare,ſed non oportet q partes ci-
tentur ad uidendum teſtium iuramenta : quia partes poſ-
ſunt facere,q teſtes habeantur pro citatis,& iuratis. Idem
poteſt facere ſtatutum, vt dicit hic And.in 11.col.licet de
iure requiratur citatio partis, quando teſtis debet iurare ,
ut in l.ſi quando.C.de teſti.in c.2.eo.titu.quia partes tunc
confidunt de iudice , q dabit iuramentum teſtibus : ſicut
debet dari de iure,vt no.in c.1.de crimine falſi.& 6.q.3.c.

12 quiſquis.† & ita multum confidunt de iudice.& cui cō-
mittitur examinatio teſtium , bene poteſt committi dela-
tio iuramenti teſtis, per illud arg.quod dicit:cui commit-
titur plus, poteſt committi minus, vt C.de pact.conuen.l.
hac lege. Quartum exemplum And. hic (mihi placet iſte
modus docēdi, quia dicit Marcus Varro,euidentiſſimum
docendi genus eſt uarietas exemplorum) ſi fieret ſtatutū,
ut paſſim teſtimonio unius teſtis cā decidatur: iſtud ſtatu-
tum nedū eſſet contra ius diuinū,quod vult q in ore duo-
rum vel triū ſtet oē verbum, & contra legē, vbi numerus.
ff.de teſti. & l.quoties. C. de naufra. ſed ēt abſorberet ni-
mium iura partis,& daretͬ materią delinquendi,& peccan
di,ut experientia docet. Quintū exemplū,ſi fieret ſtatutū ,
q non admittatͬ excuſatio uel defenſio pro abſente,non va
leret tale ſtatutū, quia publicè intereſt admitti excuſatorē
pro abſente,ſ.ſecundario,ſed principaliter eſt intereſſe pri
uati , vt l.ſeruum.§.publicè.ff.de procu. cui adde Io.And.
13 poſt Inn.in c.ueniens.de accuſ.† vbi dicit,quod d.§.publi-
cè, hēt locum, ubi proceditur in cā,in qua non requiritur
litis conteſtatio,uel ſumus in caſu,in quo lis eſt cōteſtata ,
& pōt ferri ſnīa contra abſentem, ut iudex anteq̃ condem
net abſentem indefenſum & cōtumacem , dēat admittere
quemlibet allegantem iura cauſæ,ēt minorem, & fortè ēt
infamem,ut in d.§.publicè,& C.de procu.l.exigendi.in fi.
& intelligit iura cauſæ, quæ apparent ex actis in eadem cā
factis,non aūt poterit producere teſtes,uel inſtra, uel alias
defenſiones niſi ſit eius procurator. & dicit Inn.in d.c.ue-
niens . q pro abſente quilibet pōt comparere , & allegare
eius abſentiam pp aliquod factum,puta quia eſt infirmus,
uel carceratus,uel non pōt tranſire per iter . Sed ſi vult ex-
cuſare abſentem pro eo q non poteſt comparere pp inimi
cos,quos ibi hēt;tunc non admittitur,niſi doceat de man-
dato.Idem ſi allegaret exceptionem cōtra iudicem,uel di-
ceret,q actor eſt excōicatus, uel alias exceptiones concer-
nentes ius, ſm Bar.in l.pen.§.ad crimen,in 3.col.in verſ.di
co ergo ſic.ff.de pub.iudicijs,& vide ad hoc Spe.in titu.de
14 excuſatore,in fi.† & operatur iſta allegatio abſentię ex cau
ſa neceſſaria,q poſtq̃ conſtat iudici de impedimento alle-
gato,proceſſus factus contra ipſum abſentem eſt ipſo iure
nullus,ut no.in l.quęſitum.ff.de re iudi.ſm Bar.in d.§.pu-
blicè,& in l.2.§.ſi quis in iudicio.ff.ſi quis cautio. Sextum
exemplum,ſi fieret ſtatutum,ut ſi quis non poſſet probare
niſi per ſcripturam ſuam intentionem,non audiatur:certè
iſtud eſſet contra publicam utilitatem, quæ vult , publicè
intereſſe,ne probationes anguſtentͬ,vt in l.qm̄.C.de hære.
& C.de iureiu.l.gn̄aliter. in prin.ff.de teſt.l.curent.Io.An.
in nouel.in c.fraternitatis. de teſti.Bal.in auth. qui ſemel.
C.de prob.in 1.col.nam & iudex ad ueritatem inueſtigan
dā omnib. modis,quib. poteſt,procedere dēt,in Auth. de
tabel.in prin.no.in l.1.C.de eden. nec pacto hoc fieri pōt ,
c ſm And.[c] hic p gl.in Auth. vt debitrices matres,§.quia ue-
rò . Cui adde,quod idem tenet Odoſ.in d.l.gn̄aliter, & in
l.exceptio. de proba. ſed contrarium vͬ tenere Bar.in l. Iu-
lianus.7.col.ver.& p hęc dico.ff.de condi.indeb.ubi dicit,
q ſi ſtatutum dicat,q ſolutio debiti non poſſit probari ni-
ſi p inſtr̄m, q ſi debitor fuit condemnatus, quia non pro-
15 bauit p inſtr̄m & ſoluit , † ſuperuenientib.probationib.p
teſtes,poterit repetere per condictionem ſine cauſa . ergo
præſupponit Bar.q illud ſtatutum ualuit. Et iſtud d.Bart.
ſequuntur Ang.& cōiter Doc.ibi, & Alb.de Roſ.in l.infra
alleganda.& pro iſta parte facit talis rō, ſi p pactum poteſt
fieri,vt ſolutio non poſſit probari niſi per inſtrumentum ,
vt in ſpecie hoc uoluit Alb.de Roſa. in l.ſi quis in conſcri-
bendo.C.de epiſc.& cle. Ergo idem potuit facere ſtatutū.
Nam & lex in aliquibus caſibus hoc ſtatuit , ut no. in l.3.
C.ſi minor ſe maio.dixerit. & in cap.1.de cenſibus.in glo.
lib.6. Ego credo , quòd ſi ſtatutum diceret , quòd paſſim
in omni cauſa non poſſit fieri probatio niſi per inſtru-
mentum , quòd tale ſtatutum non ualeret , quia eſſet an-
guſtare probationes. Et quia per pactum non poteſt fieri,
quòd ſolutio non poſſit probari per inſtrumentum , quia
eſſet

eſſet contra publicam vtilitatem,ſecundum Bal.& Ang.in
l.pactum inter hæredem.ff.de pact. vbi alleg.Spe. in tit.de
proba.§.nunc videndum. verſi.ſed pone.& in tit.de teſti.§.
ſi.verſi. item no. & Abb. Sicu.in c.ſi diligenti.4.col.de ſo.
compe. ideo nec per ſtatutum ſine cauſa,quia non eſſet ra-
16 tionabile tale ſtatutum:† ſed bene valeret ſtatutum ex cau
ſa iuſta & rationabili:puta,ꝙ contra inſtrumentum dotale
non poſſet fieri probatio ſolutionis, niſi per aliud inſtru-
mentum,prout eſt conſuetudo in ſcriptis in ciuitate Nea-
polis. nam & lex in multis caſibus hoc fecit. Ergo & con-
ſuetudo & ſtatutum poteſt hoc facere in aliquibus caſib.
Hoc innuere videtur Alex.in 4.uol.conſi.58.inci.in præſen
ti cauſa,magnifice prætor, & clarius in 5.volu.in conſi.36.
inci.viſo proceſſu cauſæ. in prin.vbi multa allegat ad hoc,
quæ non refero,ne videar Alexan.copiare.Et ideo Iac.But.
Bal.& Pau.de Caſt.in l.certi cond.ff.ſi cer.pet.dicunt,ꝙ ſta
tuto prædicto exiſtente,ſi producatur inſtrm non validum
contra aliud inſtrumentum validum, poſſunt produci te-
ſtes ad coadiuuandum illud inſtrumentum non validum
de per ſe. Bene ad hoc faciunt quæ egregiè ſcribit Ant. de
But.in c.cum Io.9.col.uerſi.ad primum.de fi.inſt. Septima
concluſio And.eſt, quam ponit in 8.col.ꝙ ſtatutum, quod
tollit ſubſtantialia iudicij,ſubaudi iuris poſitiui,vt dicit gl.
in cle.ſæpe.in verbo,ſine figura.de verb.ſig. valet & tenet.
Vnde ſi ſtatutum dicat,quod procedatur ad ſniam diffini-
tiuam,ēt ꝙ lis non ſit conteſtata,valet: ſicut eſt hodie pro-
uiſum per capitulum Regis Roberti, ꝙ incipit §deteſtan-
tes§ dummodo conſtet de veritate.Et ideo in regno vt plu-
rimum fiunt proceſſus ſine litis conteſtatione. Nam oblata
petitione,& citata parte,ſi non obſtant exceptiones oppoſi
tæ ad impediendum litis ingreſſum, ſine litis conteſtatio-
ne datur terminus ad probandum,& defendendum:& ni-
ſi eſſet dictum capitulum, deteſtantes, oēs proceſſus rue-
rent in regno: quia litis conteſtatio eſt de ſubſtantia ordi-
nis iudiciarij, vt in c.de cauſis.de offi.dele.& in c.cum cau
ſam.de appel.& in c.accedens. vt li.non cont.& glo.in ver.
irritum.in c.dudum eccleſia.de elec.& ſine litis conte.non
proceditur ad diffinitiuā, gl.eſt in l.in cauſæ.§.cauſa cogni
17 ta.ff.de minor.† & multoties vidi bonos iudices, quando
reus fugit litem conteſtari,compellere eos ſub pœna ad li-
tem conte. vt dicit gl.in auth.qui ſemel.C.quo.& quando
iudex.Bar.in l.non videtur defendere.ff.de reg.iu. & in l.ſi
finita.§ Iulianus.ff.de dam.inſe. licet litis conte.ſit ſolenni-
tas iuris poſitiui:& in iure ſunt multæ cauſæ, quæ poſſunt
expediri ſine litis cont.vt patet in cle.diſpendioſam. de iu.
& ibi per Car.Flo.in verſ.4.opponitur.& Bar.in l.ne quid.
ff.de incen.rui.nauf. Doc.in c.ad noſtram.de iureiu.& Lan
18 fran.in c.quoniam contra. vt li.non conte. † non aūt valet
ſtatutum tollens ſolennitatem ſubſtantialem iuris diuini,
vel iuris naturalis, ſicut eſt citatio, & dilatio ad ſe defen-
dendum petita, vt legitur & no.in cle.paſtoralis.de re iud.
& bene ſentit hoc And.hic,in 8.col.dicens, ꝙ rō huius ſta-
tuti eſt,vt lites cito dirimantur:ſicut dicitur in l.2.in prin.
ff.de aqua plu.arc.& vt cito cauſæ dirimantur multum la-
borauerunt conditores legum,vt patet in l.properandum.
in prin. cum ſi.C.de iud. Nec ob.l.prolatam.C.de ſen. ſm
19 And.hic,in 9.col.quæ vult,† ꝙ ſnīa lata contra ordinem iu
ris eſt ipſo iure nulla; & dicitur lata contra ordinem iudi-
ciorum, & ordo iudiciorum eſt, vt offeratur libellus, lis
conteſtetur, iuretur de calum. ſcribantur depoſitiones te-
ſtium,publicentur,& ſnīa ſcribatur,& proferatur à iudice.
Qui ordo ſi peruertitur,non valet ſnīa.Quia hoc intelligi-
tur, ſi incipias à principio, vt detur libellus,& lis conteſte-
tur,& poſtea peruertitur ordo,ideſt,quia primo iuretur de
calumnia,& poſtea lis conteſtetur,&c.tunc eſt inualidum,
quod agitur. vbi uerò à principio non interuenit dictus or-
do,quia incipitur à poſitionibus, & reſponſionibus; tunc
non eſt dare ordinis peruerſionem, vbi ordo non fuit ſer-
uatus,ſicut dicimus,ꝙ prædio, quod non eſt,non imponi-
tur ſeruitus,vt in l.1.ff.cōia prędio.nec dr rumpi,quod nul
lum eſt.l.nam & ſi.ff.de iniuſto rup.l.qui binos.ff.de vſu-
fruc.vnde cum libellus pōt omitti conſenſu partium, vt in
auth.offeratur.C.de li.conte.& ſupra dictum eſt in 9.q.cir
ca ſm exemplum, & ēt litis conte.per d.c.regni §deteſtan-
tes§ ſi incipitur a poſitionibus & reſponſionibus,hoc habe
tur per li.conte.ſm And.hic,nec reperitur iure cautum, ꝙ
ſine illis ſubſtantialibus prædictis,in d.l.prolatam,non va-
20 leat ſnīa. † ſed tunc non valet ſnīa, cum ordo præpoſtera-
tur:enumerantur.n.illa ſubſtantialia tanquam ſic frequen-
tantur in iudicio, vt l.nam ad ea.ff.de legi.non ꝙ ſine illis
ſnīa ſit nulla, cui adde ad hoc id qđ dicit Ang.in d.l.prola-
tam,ꝙ ſi Papa,vel Imperator cauſam delegat alicui,& deſi
gnat modum & ordinem procedendi, ſi modus non ſerua
tur, quantumcunq; non ſit ſubſtantialis, tamen ſnia nulla
eſt, ſm Inn.in c.cum dilecta.de reſcrip.licet aliàs peruerſio
talis ordinis,vel omiſſio ordinis non vitiet ſniam,vt in d.c.
cum dilecta. per Inn.in fi. ſaluo niſi partes conſentirent,vt
talis ordo non ſeruetur, cum earum fauore Papa, vel prin-
ceps adiecerit,ſm Inn.de offi.dele.c.prudentia. in gl.nobis
21 vr. Octaua concluſio Andreæ eſt in 9.col.† ꝙ ſtatutum ſu-
per non ſubſtantialibus iudicij ex cauſa rationabili valet,
vt puta,ſi fiat ſtatutum; ꝙ ſtatim dato libello reus reſpon-
deat, & non poſſit petere inducias 20. dierum ad reſpon-
dendum,ut dr in aut.offeratur.præallegata,certè valet hoc
ſtatutum: quia licet ſit rōnabile reum debere habere indu
cias ad deliberandum, & habendum conſilium, quia ſcri-
ptum eſt, ſac omnia cum conſilio,& non pęnitebis,tamen
rationabilius eſt, vt quis de ſuo facto debeat eſſe certus, in
quo non pōt ignorantiam prætendere,vt in iuribus vulga-
ribus per eum hic allegatis. Vel vt teſtes iurent in præſen-
tia iudicis abſq; citatione,nam pōt ſtatutum dare fidem iu
dici,quia hoc poſſunt facere partes,vt ſupradixi in 3.exem
22 plo. † Vel ſi fiat ſtatutum, vt aduocati non iurent in quali-
bet cauſa contra legem,rem non nouam,C.de iud.certè va
let.Quia conſuetudo hoc pōt,quia lege cauetur,conſuetu-
dine non lr,vt ibi dr,ſufficit ꝙ ſemel aduocati iurent,vt in
auth.hodie.de iur.cal.& in Regno, quando ſcholares reci-
piunt à Regia curia literas,vt poſſint aduocare, ſemel tan-
tum iurant fideliter officiū aduocationis exercere, &c. Vel
ſi fieret ſtatutum, vt intra biduum,vel quinq; dies debeat
appellare contra auth.hodie.C. de appel.valeret,quia olim
intra biduum erat appellandum, vt in l.1.§. biduum.ff.
quando appel.ſit,in his nullum eſt præiudicium. Vel ſi fie-
ret ſtatutum, vt renuncians productioni teſtium,vel alicui
actui iudiciali, vlterius non audiatur, vbi ſine ſtatuto re-
nunciatio non valet, & ideo deberet audiri, ut in l.iube-
mus. C. de iudi. & in Authen. de exhibe. reis.§.ſi quidem,
ff.de ædi.edic.l.quęritur.§.2. & l.generaliter.in fi.C. de nō
num. pec. Certè valebit tale ſtatutum,quia arctat tempus,
& ſic lites abbreuiantur. In iſtis enim modis reſpectu tem
poris pōt ſtatutum præiudicare,arg. l. quoties. C. de prec.
imper.offeren.& Alex.in 2.vol.conſi.215.in 4.& 8.col. cū
concord.quæ ibi allegantur,& in l.in rebus.§.poſſunt.& ff.
de impēſis. l.omnino. Nā & iudex per ſuā interlocutoriā,
parte non citata,& abſente,poteſt in modico lædere, ſecus
in magno præiudicio,vide ad hoc Iaſ.in l.ſi opus. ff. de no.
oper.nun.& Alex.in 3.vol.conſi.107.in 2.col.vide ad hoc
multa collecta, ꝙ de modicis non eſt curandum, per And.
Barba.in conſi.10.5.vol.& conſi.40.in 34.col.& conſi.57.
in 5.col.& Ang.in d.§.poſſunt.& dixi in c.1.in glo. 1. in 3.
fallen.qui ſucce.teneantur,& per And. Barba. in rubr, de-
cretalium, de reb.eccl.non alie.in 6.& 11.fallen.Bal.in l.1.
& ibi remiſſi. C.de arbi. Nona cōcluſio And, eſt in 10.col,
23 † ꝙ ſtatutum factū ſuper re,ſuper qua de iure cōi expreſsè
prohibitū eſt fieri ſtatutum: tunc tale ſtatutum,ſiue conſue
tudo planum eſt,ꝙ non valet.Cui adde Bar.in d. l. oēs po-
puli.in 3.q.principali,in ver.3.iuxta prædicta, vbi dicit, ꝙ
qñ lex reſiſtit ſtatuto futuro prohibendo,ne fiat ſtatutum,
tunc non valet ſtatutum: & ratio eſt ſecundum eum, quia
ſtatuta vniuerſitatum ideo ſunt valida, quia princeps per-
miſit in d.l.omnes populi. ſed ſi princeps prohibet ſtatu-
tum fieri contra legem ſcriptam, non valet ſtatutum con-

tra ipſam prohibitionem, per legem, eos. C. de uſu & auth.
nauigia. C. de fur. & C. de ſac. ſan. ecc. Auth. caſſa. C. com. de
ſuc. auth. omnes peregrini. Decima cõcluſio And. eſt in 10.
col. q princeps, qui eſt lex animata, vt in Auth. de cõſuli. §.
pe. & vigor iuſtitiæ, vt C. de iu. fi. l. prohibitum, in fi. li. 10.
24 † tacitè & expreſsè poteſt tollere & caſſare conſuetudinem
vel ſtatutũ præteritum & futurum, & de hoc eſt tex. & gl.
in l. 3. §. diuus Adrianus. in uerſi. ſepeli. ff. de ſepul. uiol. alia
gl. eſt in proœ. §. fi. in 10. col. verſi. conſuetudinib. idem dicit
And. in prœl. Feud. in 3. q. in 10. col. vbi dicit, q lex ſequens,
quæ eſt contra ſtatutum, vel conſuetudinem, tollit præce-
dentem conſuetudinem, & ſtatutum præcedens, et ſi non
dicatur in ipſa lege, ſicut lex ſequens tollit præcedentem,
et q non dicatur, vt in l. non eſt nouum. ff. de legi. ſed de
hoc dicam in d. §. fi. ſuper d. gl. in ver. conſuetudinib. Bene
tamen fateor, quòd ſi facta eſt lex noua corrigens iura anti
qua, & non conſtat expreſsè de mente condentis legem no
uam, q voluerit corrigere antiquam: lex illa noua genera-
liter loquens, diſtinguitur per antiqua iura, per id qd not.
gl. in auth. offeratur. C. de li. conte. & no. per gl. & Doc. in l.
ſciendum. in prin. ff. qui ſatiſ. cog. & firmant Io. de Imo. in
l. ſi verò. §. de viro. 4. col. ff. ſolu. mat. & Alex. in 5. col. conſi.
107. inci. perſpectis ſtatutis. verſi. confirmatur &c.

ANNOTATIONES.

a Quarta concluſio.] Adde q iuscinile requirens cõſenſum patris in contrahendo matrimonio, fuit æquius, q̃ ius canonicum. Ant. de Bu. in c. ex literis. 4. no. de ſpon. Io. de Imo. in c. accedens. de procu. Io. de Ana. in c. 1. col. 3. de adul. quos refert Affli. in conſtic. ſancimus, col. 4. nu. 13. & ex ijs quæ Affli. hic dicit, potes inferre ad ptãtem conſti. ſancimus. videlicet an valeat. de quo vide eundem in d. conſt. col. 4. & Mod. de Campania in c. vt fiue mortalis. nu. 46. & q hæc ſit cõis opinio, firmat Fel. in c. 1. col. 5. & 7. de ſponſ. & de hoc conſenſu requiſito, vel an requiratur, vide omnino Io. Coraſium Gallum in ſuis miſcellaneis. vbi tangit hanc quæſtionem.

b Statutum qđ inducit.] Vide gl. in c. non eſt obligatorium. in prin. de reg. iu. in 6. & iõ conſuetudo, q teſtes pſentes teſtõ non teneantur videre teſtõrem, non valet. Ang. & Imo. in l. 3. ff. de teſta. nec valet conſuetudo q pſtetur fides oĩ ſcripturæ mercatorum, qñ ſcriptura de p ſe non eſt veriſimilis, nec de ſui natura. Bal. in l. vnica. circa prin. C. de confeſ. col. 3. ver. ſi aũt. nu. 13. in fi. & d. Bal. dicit notandũ Abb. in c. bonę memorię 10 2. col. fi. de poſtu. prę. reprobata opi. eiuſdem Bal. contrarium tenentis in l. cunctos populos. C. de ſum. trin. & fi. cath. nec tolerat̃ ſtatutũ diſponens teſtes pbare, licet non aſſignent rõnem, vel reddant, ſed malam, Bal. in l. ſi non ſpãli, in fi. C. de teſt. ſequit̃ Dec. in conſ. 37. in cã rigor. col. 2. ver. in primis. nec valet ſtatutum, q homicidium nõ poſſit probari, niſi p decẽ teſtes, vel q homicida non puniat̃ niſi in decẽ ſolidis. Bal. in c. ad noſtram, de proba. col. 1. quẽ ſequit̃ Fel. & ſtatutum q banni tus ſoluẽdo decẽ, extrahat̃ de banno, non hẽt locũ in banniendo, qa daret materiã delinquendi. Bar. & Bal. in l. cum lex. ff. de leg. & ſenatuſ. ſequit̃ Iaſ. in l. 3. nu. 8. ff. de iureiu. & Fel. in c. fi. col. 16. verſ. fallit ſeptimò. de conſti. nec põt Epĩs pro quolibet delicto imponere pęnã pecuniariã, Fel. in c. irrefragabili. col. 5. in prin. verſ. limita hanc. de offi. ord. & officialis q põt recipere eſculenta & poculenta, pro eis pecuniã recipere non põt: qa hoc q̃ſi colore muitaret̃ ad delinquendum. And. in conſt. litiga. in fi. & pro his facit tex. in l. vnica. §. ille aũt nouiſſimus. C. de latina lib. tollen. & Affli. in rub. de illi. ſport. arg. & in conſti. conſtõnum. col. 1. nu. 2. ſequit̃ Mod. de Campania in c. regni 159. nu. 7. & præcepta iuris poſitiui prohibent et occaſionem malorum; ita S. Thomas in 4. ſeu quem refert Affl. vbi ſup. & ibi ponit differentiam inter occaſionem & cauſam. & vide Fel. in c. 2. col. 3. ver. limita. 20. de proba. & in c. ſi diligenti. col. 4. nu. 25. de fo. comp. Aug. de Ari. in addi. ad Are. de Mal. in verbo, che me hai adulterata. col. 2. quæ inci. tñ in hac materia. & hæc ſupradicta limita per ea quæ dixit Alex. in conſi. 2. vol. 1. col. 1. ver. 7. iunctis his quæ dicit eodem conſi. nu. 8. verſ. non obſtat 7. & limita alio modo per ea quę Soc. tradit in regula, fidem frangenti. ver. fallit & Rom. ſing. 365.

c Secundum And.] Nota q non valet pactum, q ſolutio non poſſit probari p inſtrum. ita And. de Iſer. & ſequit̃ Affli. hic, alleg. gl. ord. in Auth. vt fine prohibitio. matr. & adde quod pro illa gl. facit, quia probationum ſolennitas fuit introducta ob publicã vtilitatẽ. & iõ partes non pñt renunciare legi circa ſolennitatẽ probatoriã diſponenti. Bal. in l. fi. in 1. no. C. ſi cer. pet. ergo nõ poterit qs ſe adſtringere ad certũ modũ probãdi, qa in cõſequentiã alijs modis probãdi introductis à lege renũciaret. Pau. de Caſt. in l. fi. in fi. ff. de pro. & illã gl. ſequit̃ Abb. in c. ſi diligẽti. col. 4. nu. 8. ver. p hoc ẽt decidit̃. de fo. cõp. & Imo. col. 3. & Bal. & Pau. de Caſt. in l. pactũ inter hæredẽ, in fi. ff. de pac. & Spe. in ti. de pba. §. uidẽdũ reſtat. verſ. ſed qđ ſi debitor iurauit, & multi quos refert Fely. in c. 2. col. 7. nu. 18. ver. decimò intellige. de pba. & Affl. in rub. de defenſ. impo. col. 3. num 6. adeo q hæc põt dici cõis opinio, vt dicit Imo. in d. c. ſi diligenti. col. 3. & refert Fely. in d. c. 2. nu. 19. & in c. ſi diligenti. col. 3. nu. 12. de foro compet. limita tamen prædicta non habere locum, quando illud pactum eſſet firmatum iuramento, quia tunc bene ſeruandum eſt ratione iuramenti; originale dictum fuit Spec. in d. §. videndum. verſi. quid ſi debitor. & ſequitur Fel. in d. c. ſi diligenti. colu. 12. & late idem diſputat in d. c. 2. col. fin. de proba. & Rom. ſing. 201. dubium eſt. & Alex. conſi. 102. nu. 9. lib. 5. & ſtante ſupradicta limitatione pro vera, cautela eſt, q debitores qui tale pactum fecerunt, procurent teſtes examinari officio iudicis pedanei in loco ſupra alleg. & plura bona pro dicta cautela poſuit Bar. Veronen. cau. 254. dubitari poteſt. & Rom. in ſingu. præalleg. & ad materiam vide Hippo. in rubr. de probatio.

SVMMARIVM.

1 *Rex in ſuo regno monarca cenſetur, in quo & maius dominium habet, quàm Imperator in Imperio.*
2 *Rex, quemadmodum & Imperator, an ſit in omni loquela excipiendus.*
3 *Dignitas, ſeu ptãs regalis prior tpe fuit Imperiali dignitate.*
Rex propriè dicitur qui regnum tenet ab eccleſia Romana.
4 *Crimen læſæ maieſtatis ita contra regem committi poteſt, ſicut contra Imperatorem.*
Cauſam à rege habentes litem pati nequeunt, ſicut nec qui ab Imperatore.
5 *Rege bona vaſalli rebellis alienante, non poſſunt hi conueniri, in quos ipſa alienatio facta eſt.*
Rex ſuperiorẽ non recognoſcens, ſereniſſimus dici poteſt quemadmodum & Imperator.
6 *Ciuitas, quæ nullum agnoſcit ſuperiorem, tantam in ſuo territorio ptãtem habere dicitur, quãtam ipſe Imperator in vniuerſo.*
Rex Franciæ nullum ſuperiorem recognoſcens, iura Imperatoris in ſuo regno exercet.
7 *Reges liberi in ſuis regnis exercere poſſunt iura imperij.*
Imperatoris in imperio, & regis in regno ſuo æqua poteſtas.
8 *Delegatus à rege ſuperiorem non recognoſcente, ſubdelegare poteſt, quemadmodum & is qui delegatus eſt ab Imperatore.*
9 *Reges in ſuis regnis locum tenent Imperatoris.*
Rex in regno ſuo lex animata dicitur legi cõi derogare valẽs.
10 *Reges qui in quaſi poſſeſſione libertatis reperiuntur, aliquid poſſunt in his quæ Imperatori conceduntur.*
Rex cunctis dignitatibus eccleſiaſticis præponi debet.
11 *Papæ curuandum eſt omne genu velut ei, qui omnem in cælo & in terra obtinet poteſtatem.*

QVÆSTIO XIII.

TERTIODECIMO q̃ro poſt gl. & Andr.
hic in 11. col. Verum oĩa, quæ de iure attribuuntur, & cõpetũt Imperatori, poſ-
ſint, & debeant attribui, & cõpetãt Re-
gi libero in regno ſuo? Tam gl. q̃ Andr.
poſt multas allegationes concludunt,
1 q ſic, † quia rex eſt monarca in regno ſuo. Imò maius do-
miniũ habet rex in regno ſuo; quia illud tranſit in filios, &
deſcendentes. 24. q. 1. in cap. Ermigildus. & idẽ dicit Andr.
in c. 1. in 4. col. de his, qui feu. dare poſ. & in cap. 1. de noua
for. fide. ſed Imperator non transfert in filiũ Imperiũ, quia
Imperator fit per electionem, vt in iuribus hic allegatis p
And. cui adde Bal. in l. exẽplo. 2. col. ver. q̃ritur hic. C. de pba. vbi dicit, q rex in regno ſuo dr̃ Imperator. Accedant
concordantiæ allegatæ ſ. in 1. q. circa fi. & multa, quæ allegat Fel. in c. cũ non liceat, in prin. circa medium. de pſc. Et
dicit no. Bal. in c. 1. §. fi. de phi. feu. alie. p Fed. vtrũ ſicut in
oĩ loquela dẽt excipi Imperator, ita dẽt excipi Rex: Impe-
ratorẽ. n. ſp excipio; quia tanq̃ ſtella matutina in medio ne
2 bulæ meridionalis lucet. † Rñdeo ſic, cũ ſit dñs iuratus, ex
quo ad ſuos ſubditos ipſe Rex in regno ſuo eſt tanq̃ quidã
corporalis Deus, nõ tñ pp hoc dico, q ipſe ſit alter Impator
quia vnũ eſt Imperiũ. Nã & ſi Deus vnũ Angelũ eximeret
à ſua ptãte, ſuppoſito q hoc poſſit, nõ tñ ille Angelus eſſet
Deus. Bñ ad hoc faciũt ea, q̃ ſcribit Luc. de Pen. in l. j. in verbo, regiã. C. de conducto. & pcu. li. 11. ubi inter alia dicit,
3 q dignitas, & poteſtas regia, † priuſquam imperatoria
fuit,

fuit, ét in vrbe.ff.de origi.iuris.l.2.§.in initio. Et Impera-
tor ſuũ imperiale culmen vſum regium vocat, vt in l.1.C.
nulli licere in frenis & equeſtrib.li.12.culmen ſuæ præcel
lentiſſimæ ptãtis maieſtatem regiam vocat, in l.1.C.vt né-
mo priuatus tit.&c. Et ptás imperialis regalis dr̃.96.diſt.c.
dno.& ſcriptura ſacra dicit, Cor regis in manu Dei eſt.non
dicit, cor Imperatoris.C.de ſum.tri.in epi.inter claras.pro
priè aũt dr̃ rex qui habet regnum ab eccleſia Romana, ſm
Ho.in c.venerabilem. in verbo, in Germanos.de elec.& iõ
4 concludit ibi Lucas, † q ſicut crimen lęſę maieſtatis cadit
contra Imperatorem, ita contra Regem.alle.And.de Iſer.
in titu. quę ſint rega.in ver.bona committentium crimen
lęſę maieſtatis,& idem tenuit Pau.de Liaza.& Pe.de Anc.
in cle.paſtoralis.de re iudi.& Io.An.ibi in §.curſus. & Bar.
ad reprimendam.in verbo, rebellando.& Arch.in c.fęlicis.
de pęnis.in verbo, læſæ maieſtatis.li.6.hinc dicimus, q ſi-
cut habentes cãm ab Imperatore cũ illis requiſitis, de qui-
bus in l.oẽs.& in l.bene à Zenone.C.de quad.pręſc tip.ſta-
tim ſunt ſecuri, & non poſſunt cõueniri, nec litem pati, ita
ſunt ſecuri habentes cãm à rege, qui hẽat iura regalia.licet
Abb. Sic.contrarium dixerit in 2.vol.conſ.3.in 17.q.imò
p capitulum regis Caroli primi, q incipit, & ſi frequenter,
5 prouiſum eſt, † q ſi regi obuenerint bona per rebellionem
alicuius regij vaſalli, & rex de illis bonis diſponit alienan-
do alijs: illi quibus facta eſt alienatio, non poſſunt conue-
niri à pręendentib.ius in illis bonis, ſed dẽnt agere contra
regium fiſcum intra annum, & duos menſes, quib. elapſis
excluſus eſt ab oĩ iure ſuo, & non põt conueniri, nec fiſcus,
nec ille, in quem rex tranſtulit illa bona. Et dicit Bal.in d.
l.bene à Zenone, q ſicut Imperator dr̃ ſereniſſimus, ita &
rex, q non recognoſcit ſuperiorẽ. Et ſic priuilegiũ d.l.bene
à Zenone, vendicat ſibi locũ in rege libero, cui competunt
regalia.& ſentit Bal.in c.ad apoſtolicæ.de re iud.in ſua re-
petitione, quam facit de d.c.li.6.ſentit ẽt hoc Bar.in l.1.C.
de bonis vacan.li.10.bene ad hoc facit id q dicit Bar.in l.
6 infamem.in fi.ff.de publi.iudicijs. † q tantam ptãtem hẽt
ciuitas non recognoſcens ſuperiorẽ in territorio ſuo, quan
tam hẽt Imperator in vniuerſo.& iõ dicit Inn.in c.p vene-
rabilem.extra qui filij ſint legi. q Rex Franciæ, qui non re
cognoſcit ſuperiorẽ, exercet oĩa iura Imperatoris in terri-
torio ſuo.& idem in oĩbus alijs regib. non recognoſcenti-
bus ſuperiorem, vt dicit Inn.in c.cũ P.de fi.inſt.hoc ẽt vo-
luit Abb.Sic.in c.q̃ in eccleſiarum. in 2.gl.de conſt.& pro-
pterea Bar.in l.hoſtes.ff.de capti. & poſtlim.reuerſ.dicit q
7 † reges liberi exercent iura imperij in eorum regnis. Et di
cit Lucas de Penna in l.quicunq;.2.col.C.de oĩ agro deſer
to.li.11.q comparant Imperator, & Rex, & eṗs, allegat 7.
q.1.c.in apib. Et dicit Bal.in c.cũ veniſſẽt.de eo qui mit. in
poſ.cã rei ſeruandæ, q Rex in ſuo regno eſt monarca, & to
tum cõtinens, & ab eius ſnĩa non appellatur.l.1.ff.de offi.
præfecti ꝑtorio. & And.in c.1.in 3.col.de his qui feu.dare
poſſunt, dicit q iõ ille tex.non dicit Imperatorem, & Re-
gem poſſe dare feud.quia indubitatum eſt, nam hi magna
feuda dãt, vt marchionatũ, ducatũ, comitatũ, q̃ oĩa ſunt in
8 ſua ptãte. † Et ſic par eſt ptás Imperatoris in ſuo Imperio,
& Regis in regno ſuo. & dicit Bal.in l.pen.C.de don.inter
virum & vxo. q in contractib. Imperatoris, vel Regis non
recognoſcentis ſuperiorẽ, verſaṫ publica vtilitas, & iõ ſunt
irreuocabiles. Nã Imperator & Reges pñt imponere noua
vectigalia, ſm Bart.in l.ſi publicanus.§.in vectigalib.ff.de
publicanis. Et dicit Abb.Sic.in c.paſtoralis.de offi.deleg. q
ſicut delegatus ab Imperatore põt ſubdelegare, ita delega-
tus a rege nõ recognoſcente ſuperiorẽ, & ibi And.Barb.in
2.col.& ſicut ſubditi Imperatoris dẽnt Imperatori obedi-
re, ita ſubditi Regis, Regi dẽnt obedire, vt in c.quo iure.8.
di.& in c.q̃ contra, ea.di. Accedat ad hoc conſilium primũ
Alex.de Imo.in 5.vol.in 11.col.in verſi.ꝑterea.vbi dicit, q
9 reges † tenent locũ Imperatoris in regnis ſuis, & legi dero
gare pñt.alleg. Io.And.in addi.Spe.in tit.de inſt.edi.§.por-
rò. & Old.in conſi.232. inci.vt eius, de quo q̃ritur.& Pau.
de Caſt.in conſ.225.incip.ſuper primo dubio vr̃ dicendũ.
in 4.col.& Bal.in auth. hoc amplius. circa medium. C.de
fideicom. vbi dicit, q Rex in regno ſuo eſt lex animata, &
põt derogare legi cõi. & idem Alex.in 1.vol.conſ.194.in-
50 cip.aſſumo in conſultatione prædicta. dicit, † q oẽs reges
in quaſi poſſeſſione libertatis exiſtentes hñt ptãtem circa
ea, quę Imperiali culmini conceduntur.alleg.c.p venerabi
lem.§.inſuper. qui filij ſint legi. Imo Reges in regnis ſuis
iuſtiorem titulum habẽt, q̃ Imperator in imperio, vt dicit
Old.in conſi.69.inc.conſueuit dubitari, an oẽs Reges &c.
Et dicit gl.Nicolai de Lyra ſuper Euangelio Matthæi, in c.
1.in 1.gl.q Rex ꝑponitur oĩbus Eṗis, & Patriarchis, & di-
gnitatib.eccleſiaſticis, vt patet: quia Abraham fuit Patriar
cha primus, & Dauid fuit Rex poſt Abraham: & tñ ꝑponi
tur Dauid ipſi Abrahæ pp eminentiam regię dignitatis, &
hoc credo, q procedit ſm legem veteris teſti, vt dicit B.
Thomas in 1.lib.de regimine principum, in c.14.cũ dico
51 Eṗis, excipio Papam: † quia ipſe eſt ſup oẽm principatum
& ptãtem, & ei genua cuncta curuanṫ, cęleſtiũ, terreſtrium
& infernorũ, vt dicit Aug.de Ancho.in li.de ptãte eccleſia-
ſtica, in ꝓęmio. ADDITIO. In hac materia videatis
Corſ.in trac.de excellen.regia, & maximè in q.45.ſed q̃ri
põt, qd de illuſ. Duce Mediolani, an in terris ſuis obtineat
locum ſupremi principis, & eandẽ hẽat ptãtem, quam ip-
ſemet Imperator in ſuo Imperio? & breuiter dicatis q ſic
& ita conſului anno ꝓſenti.de quo videatis Ang.idem fir-
mantẽ in cõſi.217.inci.in cã accuſationis.Car.cõſi.125.in
cip.rñdeo ad primum.Pau.de Caſt.ad quem quaſi omnes
Mod.recurrunt, cõſi.34.inci.ſuper 1.dubio, in 2.parte, Fel.
in c.q̃ in eccleſiarũ, de conſti.13.col.Lud.Bolo.conſi.1.col.
17.ver.non obſtat.Alex.conſi.229.inci.viſis codicillis.col.
4.in prin.in 2.vol.Fran.Cur.ſenior in cõſi.50.inci.memo-
riæ recolendæ.col.34.ver.nono oſtenditur.Barba.cõſi.34.
inci.ꝓclarè, pen.col.ver.nec obſtat, in 2.vol.Phil.Cor.in cõ
ſi.315.inci.vr̃ prima facie.in prin.in 3.vol.ubi refert Bald.
ita tenere.& ita reperio tenere Bal.cõſi.328.inci. Rex Ro
manorũ, cum ſeq.in 1.parte, & cõſ.359.inci. quẽadmodũ
Imperator.in 3.parte, Ant.Graſſ.in conſ.inci.prẽſuppoſita.
tradicat, ut ibi per eum.

SVMMARIVM.

1 *Regnum Siciliæ dicitur patrimonium Beati Petri quondam pi-
ſcatoris.*
2 *Appellatio à ſententia Regis Siciliæ ad Papam eſt nulla.*
3 *Imperator ſuperiorem non habet in temporalibus: ſed cæte-*

ris

ris imperat, & ipſi à nemine imperatur.
4 *Eccleſia regnum Siciliæ regi contulit liberum, prout erat penes eccleſiam.*
5 *Argumentum de Barone ad Regem eſt ineſſicax.*
6 *Appellare tertiò à tertia ſententia non licet.*
7 *Papa per viam appellationis adiri poteſt, ſi cauſa ſit ardua, aut ſcandaloſa.*
8 *Papa etiam per laicos adiri poteſt per viam appellationis, ſi ſuperior pronunciantis de iure non reperiatur.*
9 *Eccleſia Romana Chriſtianorum oppreſſorum refugium.*
10 *Dei & Pontificis ſupremi conſiſtorium vnum.*
11 *Papa quando appellationes à ſententia Regis admittere poſſit.*
12 *Regis mendoſi miniſtri impij.*

QVÆSTIO XXI.

VIcesimoprimo quærit hic Andr. poſt gl. in 16. col. & ſequenti: Vtrum
1 † à ſententia Regis huius regni, qui eſt
feudatarius eccleſiæ, vt patet in cap. apo
ſtolicæ. de re iudi. li. 6. vbi regnum Sici
liæ dr̃ patrimonium B. Petri: & idem in
c. 1. 94. diſt. poſſit appellari ad Papam. Ego iſtam q. bene
examinaui in rub. quæ ſint rega. in 14. q. ſed hic aliqua di-
2 cam, quæ ibi non ſunt dicta. Et in primis † pono regulam,
ꝙ non liceat appellare à ſententia Regis: quia ſi à ſentẽtia
præſe. præt. non licet appellare, ut in l. 1. C. de ſent. præf.
præto. ergo minus à ſententia Regis. probatur in l. 1. ff. de
offi. præſe. præto. vbi dicit Bal. ꝙ Reges ſucceſſerunt loco
præſe. præt. ſecundum Gul. de Cu. ibi. & idem dicit Bart. in
l. 1. ff. quod quiſque iu. & ſicut non appellatur à ſententia
Regis, ita non appellatur à ſententia ſacri Conſilij, ſub no
mine Regiæ maieſtatis lata, iuxta no. in l. à proconſulibus.
C. de appel. & habetur in auth. quæ ſupplicatio. C. de pre-
ci. Impe. offe. & l. 1. ff. qui & à quibus appel. non licet. 2. q.
3 6. §. anteriorum. Secundò, ſi Imperator † in temporalibus
non habet ſuperiorem: quia Imperator alijs imperat: ſed
ſibi à nemine imperatur, vt dicit Bal. in prin. ff. veteris, in 2.
col. & omnia, quæ attribuuntur Imperatori, conceſſa ſunt
Regi libero, vt ſupra 1. q. & ſeq. dictum eſt. ergo non licet
à ſententia Regis appellare ad Papam. & hoc expreſsè fir-
mat Bal. in prin. ff. vete. in 3. col. ibi, dum dicit, Item no. ꝙ
eſt cõe omnium regum, ꝙ à regiæ maieſtatis ſententia nõ
appellatur: quia eius diffinitiua ſententia pro lege ſeruat,
vt no. in l. fi. C. de legibus, & gl. 25. q. 2. inſtitutionis, cũ con
cord. Nam eſſe talem, & haberi pro tali æquiparantur, ſe-
cundum Bal. in l. omnes populi. in 19. col. ff. de iuſti. & iu.
cum ſi. allegatis per And. Barb. in rep. l. cum acutiſſimi. C.
4 de fideic. † Tertiò, quia ſancta mater eccleſia contulit re-
gnum regi liberum eo modo, & exemptũ, prout erat apud
eccleſiam, antequam conferret: & ſic habebit Rex regnũ
eo modo, prout habebat eccleſia, antequam contulit Re-
gi, argu. l. emptor. C. de hær. acti. l. 1. §. cum vrbem. ff. de of-
fi. præfe. vrb. & l. ſi quando. C. de bo. vac. lib. 10. & l. fi. ff. de
conſt. prin. & ſic omnia conceſſit præter exceptuata, vt in
Auth. de non ali. §. vt autem. ſed à Papa non licet appella-
re, quia non habet ſuperiorem. c. facta. c. iſti. c. hæc fides.
24. q. 1. gl. in c. nemine. 17. q. 4. & in c. ſic omnes. 19. diſt. ſic
etiam à Romano principe non appellatur, vt in l. 1. ff. qui
& à quibus appel. l. 2. §. exactis. ff. de orig. iur. ergo nec à Re
ge huius regni poterit appellari ad Papam. hoc argu. vti-
tur And. in l. imperialem. §. præterea inter duos. 8. colu. de
prohib. feu. alie. per Fed. & etiam hic And. in 17. col. ſentit
5 hoc arg. † Sed hoc argumentum non procedit de barone
ad Regem: quia ſi Rex habet baroniam, & ſic ab eius ſen-
tentia non appellatur, quia Rex ipſam protulit: deinde
Rex baroni concedit baroniam, non videtur concedere,
prout ipſe Rex habuit: quia baro nõ eſt monarca in baro-
nia, ſicut Rex eſt monarca in regno, vt dicit hic Andr. in
19. colu. Quartò ad idem exceptuauit Papa in inueſtitura
regni, ꝙ liceat appellari ad Papam ſuper materia eccleſia-
ſtica: ſed de temporalibus nihil dixit, ergo videtur prohi
buiſſe appellationem à iudice ſeculari ad Papam ſuper tẽ-
poralibus, vt l. cum prætor. ff. de iud. cum concord. hoc ar-
gu. vtitur gl. hic 16. col. & propterea dicimus, ꝙ grauatus
à iudice ſeculari non poteſt appellare ad Papam, vt dici-
tur in c. ſi duobus. de appel. & voluit glo. 10. diſt. c. quoniã.
96. diſt. c. cum ad verum. vbi Papa non ſe intromittit de
iuriſdictione Imperatoris, niſi ad adiutorium præſtandũ
ſecundum Inno. in cap. per venerabilem. qui fil. ſint legit.
6 Quintò facit talis ratio. † Nam etiam tempore meo in ma-
gna curia Vicariæ erãt iudices appellationum, ad quos ap-
pellabatur à ſententijs magnæ Curiæ, & ab eis appellaba-
tur ad Regem, qui alijs committebat cauſas appellationis
à iudicibus appellationum, & ſic erant tres ſententiæ: &
per conſequens erat interdicta de iure tertia appellatio, ꝑ
tex. C. ne liceat ter. prouoc. l. 1. hoc etiam firmat Andr. hic
in 17. col. & in d. §. præterea inter duos. & tamen non ob-
ſtante tertia ſententia iudex poterit conueniri in ſyndica-
tu, ſecundum ꝙ no. dicit Ang. in l. ſi filius. ff. de iudi. & In-
no. in c. paſtoralis. §. quia verò. de offi. deleg. Hæc regula ſic
7 probata: † Fallit primò, niſi cauſa eſſet valde ardua, & ſcã-
daloſa: tunc poteſt adiri Papa, etiam per viam appellatio-
nis, vt in c. pro humani. de homi. lib. 6. & ideo ſi aliquis eſ-
ſet condemnatus de crimine læſæ maieſtatis, vbi eſt pœna
mortis & honorum, vt in l. quiſquis. C. ad leg. Iul. maie.
cum concor. poteſt adiri Papa per appellationem, ſecundũ
And. hic in 17. col. videtur gl. in l. Pantonius. §. rei perduel-
lionis. ff. de acq. hær. in verbo, ſuſpenſa. ibi, vel appellatio-
nis. licet ibi non dicatur ad Papam, ſed ſolus And. hoc di-
cit. Secundò fallit, vbi articulus eſſet dubius inter legiſtas:
tunc poteſt recurri ad deciſionem Papæ, ſecundum Abb.
in c. ſi duobus. de appel. & hoc per tex. in cap. per venerã-
8 bilem. qui fil. ſint legi. † Tertiò fallit, quando non reperi-
tur ſuperior pronunciantis de iure, vel de facto, poteſt adi-
ri Papa, etiam per laicos ratione iuſtitiæ & peccati. hoc vo-
luit expreſsè Inn. in c. licet ex ſuſcepto. de foro compe. &
videtur gl. in c. tranſmiſſa. de foro compet. & probatur in
c. ſi. ſecundùm vnum intellectum. de iudic. & in c. nouit.
eo. tit. & firmat Philippus in d. c. ſi duobus. Et ſic quando
iniuſtitia eſt notoria, & manifeſta, de cauſa omnium bono-
rum, vel condemnationis ad mortem, vel vnius caſtri, cu-
ius cauſa dicitur magna, vt in conſti. regni, proſequentes.
& ſic cum peccatum eſt manifeſtum, poteſt haberi recur
ſus ad Papam, ſecundum Andr. hic, in 17. colu. & in d. §.
præterea inter duos. & Hoſt. & Io. An. in c. nouit. de iudi. &
eſt gl. in c. tranſmiſſa. de foro compe. quam ad hoc allegat
Phil. Moder. in rub. extra de re iud. in 6. colu. adducentes
tex. in Auth. vt differentes iudi. §. ſi verò contigerit. & Abb.
Sic. in rub. de appel. in 5. col. & in d. cap. nouit. Eccleſia n.
9 Romana † eſt refugium oppreſſorum Chriſtianorum fide
lium, quia Rex Dauid tuba Spiritusſancti erat recurſus op
preſſorum, vt patet in 1. lib. Reg. c. 22. & omnis, qui oppri-
mebatur à Saule, recurrebat ad Dauid: ita ſummus Pon-
tifex vicarius Dei non debet auertere faciem ſuam ab op-
preſſis. & firmat Luc. de Pen. in l. fin. pen. colu. in 5. q. C. de
loc. præd. ciuilium, lib. 6. & illud, quod dicitur, ꝙ Rex non
habet, qui facta ſua iudicet, per glo. in Pſalmo pœnitentia-
li: Tibi ſoli peccaui. verum eſt, ꝙ nullus eſt ſupra Regem
vel Imperatorem, niſi Deus, vel eius Vicarius, non vt po-
ri hominis, ſed vt puri Dei & hominis vicem gerens, vt ha
betur in c. nouit. de iudi. & ibi per Abbatem in 3. col. verſi.
quærit gl. 2. nunquid &c. patet in extrauag. Bonifa. Octa-
ui, quæ incipit, vnam ſanctam. firmat Aug. de Anch. in b.
de poteſtate eccleſiæ. in 1. q. Abb. in c. ſignificaſti. 2. col. de
10 elect. † & vnum eſt conſiſtorium Dei & Papæ, ſecundum
Abb. in c. licet. 4. col. de elect. & ſi dicitur, ꝙ dãnati ad mor-
tem ſemper poſſent appellare ad Papam: quia dicerent ſe
oppreſſos, & grauatos: nam & latro condemnatus ad mor
tem ſemper crudelem reputat iudicem. 2 1. q. 5. cap. non
eſt. & ſic pendente appellatione impediretur executio, &

ſic

ſic nunquam fieret iuſtitia, uel ſatis tardè. Quia ad hoc
tñdetur ſecundum Aod.hic,& in d. §.præterea ioter duos.
11 ꝙ Papa † non paſſim debet recipere iſtas appellationes à
ſententia Regis,uel eius officialis, ſed tñ, qñ tangit com-
modum,uel incommodum Regis: & uidet notoriè appel
lantem opprimi contra iuſtitiam, & Regem eſſe in pecca-
to ootorio, & eſt bene informatus de hoc,ac etiá de quali-
tate Regis, qui eſt ſolitus opprimere ſubditos, & facere cõ
tra ius. Nam licet p̃ſumatur pro factis Regis,qui eſt maior
iudex, vt in l.1.C.de ſent.præſ. præt. tamen contra iſtá præ
ſumptionem poſſunt allegari aliæ præſumptiones io cõtra
rium:quæ ſi ſint maiores,uincent illam, ut no. in l. diuus.
ff.de in integ.reſt.cũ ſim.unde ſi Rex eſt malus,cupidus,&
audax facere contra leges: ſic præſumitur ipſe, & ſui offi-
ciales, ſicut fuit Federicus,qui fuit depoſitus, qui habuit
iuriſperitos non bonos,ſm Andr.in c.ſi iudex. in fi.de pa-
ce tenen.Ná dicit And.in c.1.in ult.col.qui ſucceſſ.teneau.
12 quòd † ſi Rex conſueuit eſſe mendoſus, omnes mini-
ſtros eius habebit impios,quia ſecundum iudicem populi,
ſic & miniſtri eius,ut dr in Eccle. 10. c.patet ergo ex præ-
miſſis, ꝙ Papa non debet indifferenter admittere appella-
tionem eius,qui dicit ſe oppreſſum per ſententiam officia-
lis Regis,ſed debet prius maturè inquirere,& inueſtigare,
an aſſertum grauamen ſit notoriè iniuſtum: & an iudex
fuit in notorio peccato ſic iudicando. Item an qõ ſit de om
nibus bonis, uel maiori parte bonorum, uel de uno caſtro.
Item an Rex ſolitus ſit iniuſtitiam facere ſubditis ſuis. Itẽ
an ſint latę tres ſententiæ, & ſic non debet paſſim commit
tere cauſam appellationis inter laicos de re temporali: &
iſta aliqui Curiæ Romanæ pp lucrum non bene conſide-
rant. Cætera de hac materia uide per Mod.in rub.extra de
appe.& ea quæ dixi in 4.q. in rub. quæ ſint regalia.

SVMMARIVM.

1 *Federicus Imperator ſuis malis meritis fuit regno Siciliæ ſpoliatus.*

2 *Poſſeſsio ciuilis, an poſſit per eccleſiam in aliquem transferri, naturali poſſeſsione penes alium manente.*

3 *Dominium utile traditur inueſtito in infeudationibus imperialibus, regalibus & Papalibus.*

4 *Princeps inueſtiens aliquem de feudo, in inueſtitũ transfert duobus concurrentibus.*

5 *Imperator donans eccleſiæ aliqua caſtra, cenſetur etiam merum Imperium conferre.*

6 *Poſſeſsionem ciuilem nemo habere dicitur, ſi non ei dominium, vel quaſi correſpondeat.*

7 *Eccleſia Romana aliquem de regno inueſtiens, dominium directum, aut poſſeſsionem ciuilem non retinet in ſingulis feudis regni.*

8 *Vaſallus Regis ſi per aliquem prælatum feudo quaternato ſpolietur ordine iuris omiſſo, Rex mandare poteſt, dictum prælatum feudo illo ſpoliari de facto.*

9 *Dominiũ utile, qđ habet vaſallus in feudo, chimera quadã eſt.*

10 *Rege vaſallum feudo ſpoliante, non poteſt vaſallus authoritate propria poſſeſsionem naturalem recuperare.*

11 *Vitium perſonale non tranſit ad ſucceſſorem.*

12 *Expreſſum cenſetur id, quod tacitè agitur.*

13 *Spoliatus ab alio metu, vel dolo interueniente actionem habet, quod metus cauſa.*

14 *Dominus, ad quem ſine cauſa feudum reuertitur titulo pro ſuo, ratione dominij directi, poteſt illud præſcribere.*

QVÆSTIO XXII.

VICESIMOSECVNDO pro declara-
tione gl.& Andr.hic.ecce uerum eſt, ꝙ
iſtud regnum eſt patrimonium B.Petri,
1 & † Imperator Federicus filius Impera-
toris Henrici tenebat illud ex cõfirma-
tione apoſtolica ſub præſtatione cẽſus:
deinde propter ius demerita fuit per ſentẽtiam apoſtoli-
cam eo priuatus, ut patet in c. ad apoſtolicæ. de re iud. in
6.& Manfredus eius filius illegitimus princeps Tarenti po
ſtea regnum occupauit, & eccleſia multum laborauit pro
recuperanda iſta naturali poſſeſſione, & inueſtiuit de re-
2 gno Carolum fratrem Regis Franciæ: † quæritur, utrum
illa ciuilis poſſeſsio,quæ erat apud eccleſiam,quia natura-
lis erat penes Manfredum,fuit translata in Regem Carolũ
inueſtitum ab eccleſia de regno? Dicit hic Andr. ꝙ quãdo
Papa infeudauit Regem Carolum prædictum de regno,
tenebat ciuilem poſſeſſionem: naturalem autem tenebat
Manfredus,ad quam naturalem recuperandam laboraue-
rat eccleſia per amicos & deuotos eccleſiæ: & ideo retine-
bat ciuilem poſſeſsionem,ut io l.quemadmodũ.ff. de acq.
poſſ.& in l.licet.C.eo.tit.nihil tñ dicit hic And.an tranſeat
illa ciuilis poſſeſsio,quam habet eccleſia, quando aliquis
poſsidet naturaliter regnum per inueſtituram regni ipſi
inueſtito: ſed bene And.in c.1.quid ſit inueſtit. dicit in 2.
3 col.hæc uerba: † ꝙ in imperialibus,& Papalibus,& rega-
libus infeudationibus,ſecuta inueſtitura, & ſic conſtituto
feudo,uř tradi utile dominium ipſi inueſtito: regulariter
autem per talem uerbalem inueſtituram non tranſit, nec
dñium, nec poſſeſsio,ut no.in c. pro illorum. de præb. per
glo.& Innu.in c.5.de conſue. & in c.ex ore.de his,quæ fi.à
maio.par.cap.& de dona.c.per tuas.& Arch.in c eum qui.
de præb.lib.6.ſed And.hic in 17. colu.dicit,ꝙ tunc tranſit
utile dñium per inueſtituram regni traditionibus factis.
& uide ad hoc Bal. qui dicit pulchra uerba in c. cæterum.
de iud.& Alex.in 5.uol.conſi.3. Bald. in c.licet cauſam.de
proba.& in c.ad audientiam.de præſcr.Bal.in l.fi. ff.de con
ſti.prin.Bal.in c.in inueſtitura.de no.for. fid. dicit, ꝙ uerũ
4 eſt,ꝙ † per inueſtituram principis transfertur ius in re duo-
bus concurrentibus. Primò,ꝙ Rex hoc dicat in inueſtitu-
ra.allegat And.de Iſer.& non dicit ubi, ſed credo, ꝙ ſit in
d.c.1.quid ſit inueſti.Secundò, ſi feudum eſt uacans,& cõ
ſiſtit in ſola principis uoluntate: & ita intelligitur illud,
quod dicit Bald.in prælu.feu.in 3.char.3.colu. ꝙ princeps
transfert dñium per ſuum priuilegium. & Ange. in l. offi-
ciũ.ff.de rei uend.Bald.in l.2.C.de rer.permu.& in l.apod.
C.de man. teſta. & tenet Alex. præſertim in eccleſia,in 2.
uol.conſi.186.inc.in hac cauſa.5.col.& Abb.Sic.in conſil.
21.inci.in q.hæredum.facit,quod dicit Ioan.And.in addi.
Spec.in tit. de iuriſ.om.iud.§.1. in addi.quæ incipit, uidi-
5 ſtis duas opi.ubi dicit, ꝙ † ſi donatio fiat eccleſiæ de terris
& caſtris per Imperatorem, uenit etiam merum Imperiũ:
ſed ſi fiat alteri,merum imperium inhæret oſſibus Impe-
rij iure ſuperioritatis,quaſi uelit,ꝙ aliud eſt inueſtitura fa
cta per iſtos magnos principes,& aliud qñ fit per inferio-
res: & ideo And.hic in 18.col.dicit,ꝙ aliud eſt in Rege,&
aliud in alio feudatario, vt in cõceſſione regni ueniant oĩa
præter exceptuata: ſecus in conceſſione, quæ fit per Regẽ
Comiti,uel in cõceſsione,quæ fit per Comitem alteri:ſi.n.
per inueſtit.ſanctæ Romanæ eccl.de regno trãſit utile do-
minium in Regem, eo quia directum eſt penes eccleſiã in
uniuerſo regno,ut dicit hic gl.in 8.& 9.col & And. hic.&
gl.in conſtit.ſi dubitatio.in 8.col.ſed reſpectu baronum &
aliorũ feudatariorum Rex habet directum dñium, & ba-
rones & feudatarij habent utile, ut expreſsè dicit Bald. in
l. conſobrinorum. C. unde legit. & circa hoc multum la-
borauerũt hic gl.& And.ut uideri poterit.uř, ꝙ in Regem
ẽt tranſiuit ciuilis poſſeſsio,quam habebat eccl. Romana,
quia dicit no.Bal.in c.1.in 10.col.de his qui feu.da. poſſ.ꝙ
6 nullus † habet ciuilem poſſeſſionem, niſi ei correſpondeat
dominium uel quaſi: uel res à nullo alio poſſideatur: un-
de transferendo regnum in Regem,transfert omnia præ-
ter exceptuata: & ſic illam poſſeſſionem ciuilem, quã ha-
bebat. Et hoc eſt ſpeciale in iſta inueſtitura Regi facta per
eccleſiam,ut omnia ueniant præter exceptuata,ſecundum
glo.hic in ult.col.& Andr.hic in 19.col.Hoc uerum intel-
ligo,ut tranſeat in Regem ciuilis poſſeſsio,quam habet ec
cleſia Romana in ſingula feuda particularia: ſed poſſeſ-
ſio ciuilis in uniuerſo regno, quam habet eccleſia ratione
directi

directi dominij, illa non tranſit in Regem, ſicut non tranſit dominiū. & ſic intelligitur iſta materia: & hoc etiā ſen-
7 tit gl. hic in 8. col. † Et ſic in ſingulis feudis regni eccl. Romana nō habet, nec directum dominium, nec ciuilem poſſeſſionem: ſed directum dñium & ciuilis poſſeſſ. eſt penes Regem: ſed non eſt ſic, quando Rex inueſtit aliquē de feudo titulato, vel quaternato, in quo princeps habet directū dominium, & ciuilem poſſ. Quia non vř in eum transferre ciuilem poſſeſſio. imò illa ciuilis poſſeſ. remanet penes Regem. hoc probatur: nam Rex huius regni in omnibus feudis exiſtentibus in regno quaternatis habet proprietatem, & directum dominium: & per conſequens habet ciuilem poſſeſ. in eis: & vaſalli ratione feudi in ipſis tantummodo habent naturalem poſſeſ. ciuilem autem habere non poſſunt: quia illa eſt penes Regē. hoc voluit And. in cōſt. reg. ſi vaſallus, de fideiuſſ. domi. à vaſ. & in c. 1. §. præterea. de capi. Corra. dum alleg. gl. in l. 3. §. ex contrario. ff. de acq. poſſ. Item dicit Bal. in l. 1. vet. 96. ff. de ret. diui. & in c. 1. in prin. de his qui feud. da. poſ. & doct. cōiter in d. §. ex contrario. & ego de hoc vidi quandam declaratoriam Regis Roberti cum ſubſcrip. do. Bartho. de Cap. quam ſumpſi ex regi-
8 ſtro ſub data 1320. quæ incipit, aures noſtras &c. † ibi, ſi vaſallus Regis ſpoliatur ab aliquo prælato, vel Abbate aliquo feudo quaternato, non ſeruato iuris ordine, Rex pōt mandare, vt præmiſſo edicto, attento ꝙ Rex ciuiliter poſſidet dictum feudum quaternatum, ꝙ ſpolietur de facto dictus Abbas dicto feudo ratione ciuilis poſſeſſionis, quā habet in feudo, & poſtea reſtituit illi ſpoliato. licet Iaſ. in l. indebiti. §. 1. ff. de cōd. indeb. teneat, ꝙ durāte iure emphyteutico in perſonam emphyteutæ, ſi de facto poſſeſſio ad alium deuenerit, dñs directus nō poteſt vendicare: ſed nō dicit, vtrum poſſit recuperare poſſeſſionem ratione ciuilis poſſeſſionis. & dicit And. in c. 1. 2. col. de feu. ſine culpa nō
9 amit. referendo Hoſt. in ſum. de feu. vbi dicit, ꝙ illud † vtile dominium, ꝙ habet vaſallus in feudo, eſt ſicut chimera. & dicit idem And. in c. ſi quis fecerit. 17. col. quo tempore miles. eſſet quidem hæreticum dicere, ꝙ vaſallus ratione feudi habeat ciuilem poſſeſſionem, quia non reperiuntur duæ ciuiles poſſeſſiones, vna penes Regem, alia penes vaſallum, vt concludunt omnes Doct. in d. §. ex contrario. & Luc. de Pen. in l. prædia. in 17. col. C. de loca. prædi. ciui. li. 11. Facit ad hoc, quod dicit Bal. in c. 1. de conten. inter me & dñm. vbi dicit, ꝙ poſſeſſio, quā habet vaſallus in feudo, habet deputata commoda, ſecundum ſuas qualitates & ter-
10 minos. Ex † hoc ſequitur, ꝙ ſi dñs Rex, qui habet directū dominium illius feudi, & ciuilem poſſeſſionem, & vaſallū poſſidentem feudum, in quo habet vtile dominium, ſpoliaret de facto poſſeſſorem feudi, non poſſet vaſallus ipſe, qui non habet ciuilem poſſeſſionem, ſicut dř in l. clam poſſidere. §. qui ad nundinas. ff. de acq. poſſ. authorit. ꝓpria recuperare illam naturalem amiſſam, ſicut poſſet, qui habet ciuilem poſſeſſionē, vt not. in d. §. ex cōtrario. & ſi dominus Rex alteri tradidiſſet poſſeſſionē naturalem dicti feudi, penes ipſum, cui tradita eſt per Regem poſſeſſio, non diceretur poſſeſſio vitioſa vitio reali, neque in perſona Regis, neque in perſona eius, cui Rex tradidit poſſeſſionē feu. quia
11 † vitium perſonale Regis non ſequitur ſucceſſorem habentem cauſam ab eo, ſecundum Cyn. & Ang. in l. vitia. C. de acq. poſ. niſi quò ad præſcriptionem, per auth. malæ fidei. C. de præſcr. lon. temp. de cuius intellectu per Ang. de Are. Inſti. de vſuca. §. furtiuæ. & pro hoc bene facit, quod dicit Bar. in l. Pomp. §. cum quis adminiculo. ff. de acq. poſſ. ꝙ qñ creditor poſſidet à principio bona debitoris ciuiliter, puta precario, & poſtea poſſidet naturaliter, ſi denegat reſtituere naturalem poſſeſſionem debitori, nō eſt vitium reale, ſed perſonale, vt in eadem l. §. is qui precario. & ideo ſi per creditorem alteri tradatur poſſeſſio, in eius perſona nō eſt vitium reale. Nec obſtat, quod in iſta ciuili poſſeſſione creditoris concurrit voluntas debitoris, qui conſtituit ſe precario nomine creditoris poſſidere: ſed in ciuili poſſeſſione Regis in feudo particulari non eſt voluntas vaſalli, quia reſpondet, ꝙ imò in ciuili poſſeſſione, quam habet Rex in illo feudo, concurrit tacitè voluntas vaſalli, quādo recipit feudum, vt dominus Rex, qui habet directum do-
12 minium, habeat ciuilem poſſeſſionem: quia † ita eſt de iure, & quod tacitè agitur, habetur pro expreſſo, ſecundùm And. in c. 1. §. porrò. 9. col. quæ ſit prima cauſa bene. amit. dum alleg. l. cum quid. ff. ſi cert. pet. & ſemper ſecundùm eū ibi vñtur repetita, quæ in iure ſcripta ſunt. & quod tacitè ineſt in inueſtitura, debet haberi pro expreſſo, ſecundū Bald. in c. 1. §. denique. quæ ſit prima cauſa. Et ideo vaſallus nullo modo poterit agere poſſeſſorio remedio c. reintegrāda. 3. q. 1. contra illum cui Rex tradidit feudum, quia Regi peruenit feudum ſine vitio reali propter poſſeſſionem ciuilem, quam habet & ſine dolo, vel metu: & ꝑ conſequēs ceſſat remedium dicti cap. vt dicit not. Ange. in conſi. 167.
13 quod incipit, in prædicta q. vbi dicit, ꝙ † ſi quis ſpoliatus eſt ab aliquo ſolo dolo, vel metu interueniente, poteſt conueniri actione quod metus cauſa, quæ eſt in rem ſcripta, & concomitatur poſſeſſorem, uel etiam actione de dolo, & tunc poteſt conueniri ex c. reintegranda. & his duobus caſibus habet locum dictum remedium, ſecundùm Inno. in c. cum ad ſedem. de reſt. ſpol. & in c. ſæpe in fi. eo. tit. extra hos caſus non habet locum, nec inuenio remedium poſſeſſorij contra talem ſingularem poſſeſſorem bonam fidē habentem, eſſet tunc agendum petitorio, & iſte eſt mirabilis effectus, qui reſultat ex poſſeſſione ciuili, quam habet Rex in feudo, quod naturaliter poſſidet ſuus vaſallus. bene tamen poterit agere de proprietate. Sed de ueritate huius dicti do. Ang. in d. conſi. dicam infra in Conſti. circa violentiā in 9. no. Alius effectus huius ciuilis poſſeſſionis, quā habet Rex in feudo vaſalli eſt, prout dicit Bal. in ca. ſi quis
14 per xxx. in 5. col. ſi de feu. fue. contro. ꝙ ſi feudum † reuerſum eſt ad dominum, ſ. ſine cauſa, dominus ratione directi dominij, quod habet in feudo, præſcribit titū. pro ſuo: nec eſt neceſſarius alius titulus, ſed tamen requiritur bona fides: & ſubdit, ꝙ iſta quæſtio eſt vtilis, quia dominus poteſt præſcribere ex ſolo directo dominio ſine alio titulo vtile dominium: ſed non dicitur præſcriptio, ſed conſolidatio.

SVMMARIVM.

1 *Comes per Regem de comitatu inueſtitus, an habeat dominium directum feudorum ſuorum vaſallorum.*

2 *Dominium directum comitatus eſt Regis: vtile autem comitis.*

3 *Actio in rem ſuperficiario datur, qui tamen dominus non eſt.*

4 *Poſſeſſio ciuilis omnium feudorum alicuius comitatus ſui regni eſt penes Regem: quaſi ciuilis penes comitem.*

5 *Vaſallus ſubinfeudans feudum ſuum, naturalem tantùm poſſeſſionem transfert.*

6 *Vaſallus, cuius feudum eſt ab alio occupatum, non poteſt propria authoritate recuperare ipſum.*

Baro quod ius habere cenſeatur in ſuo feudatario, & quale habeat ipſe feudatarius Baronis.

7 *Poſſeſſio aliqua, an remaneat penes vaſallum, qui feudum ſuum alteri dedit.*

QVÆSTIO XXIII.

1 VICASIMOTARTIO quæro, pone † ꝙ Rex inueſtiuit Comitem per uexillum de comitatu, vbi ſunt multa feuda & feudatarij: vtrum iſte Comes, qui reſpectu Regis habet vtile dominium comitatus, & Rex habet directum dominium, ut ſupra proximè dictum eſt, ita habeat directum dominium feudorum ſuorum uaſallorum, & uaſalli habeant utile dominium: & an huic Comiti ſit dare ciuilem poſſeſſionem in feudis ſuorum uaſallorum. Iſta q. effectualiter tangitur per gl. & per And. poſt eam, in cap. 1. §. præterea. de cap. Corra. vbi redditur hæc q. diffi-

2 q.difficilis, quia † directũ dominium comitatus,ſeu baro-
nię eſt Regis,& vtile eſt ipſius Comitis & Baronis.Si ergo
Baro, qui habet vtile dñium,res ſolitas concedit in feudũ,
ut infra,iu cõſt.regni,diuę memoriæ,quid cõcedit ſuo feu
datario? Dicebant aliqui,ꝙ concedit vtile vtilis,quod non
eſt dicendum,quia hoc nou inuenitur iu iure, ſed beſte in-
uenitur vtilis actin,quę datur vtiliter,vt in eo,qui gerit ne
gotia aliena neceſſitate,non ſponte, contra quem datur a-
ctio negotiorum geſtorum ad ea , quæ acceſſerunt nego-
tijs, puta ad fętus,& illa dr̃ vtilis.C.de neg. geſt. l. curato-
ris.Et ideo alij dicebant,ꝙ illi feudatario Baronis nõ trãſ-
fertur vtile dominium,ſed effectus quidã vtilis dominij,
ita ꝙ Baroni remanet vtile dominium , & illi feudatario
confertur exercitium vtilis dominij , & vtilis actionis, vt
actionem vtilem intentet: ſicut ille,qui mãdat iuriſdictio-
nem,quia retinet ſibi exercitiũ iuriſdictionis , & transfert
in mandatarium,vt in l.1.in fi.ff.de off.eius cui man.eſt iu
3 riſd. Item † & ſuperficiario datur actio in rem , & tamen
ipſe non eſt dñs,nec vtilis,nec directus,vt ff.de rei vend. l.
ſuperficiario.& l.1.ff.de pub.& uo.in §.aliæ.Inſti.de act.&
in hac opi.videtur reſidere And.in d. §. præterea. Et infert
ipſe And.ꝙ dominus habebit ciuilẽ , & vaſallus naturalẽ ,
per l.3.§.ex plurib.& §.ex contrario.ff.de acq. poſ. ſed non
declarat,an dominus intelligatur de Rege , qui in omnib.
feudis habet directum dominium,& ciuilem poſſeſſionẽ,
vel de Barone , qui non habet niſi vtile dominium & ua-
turalem poſſeſſiouẽ,cum ciuilem poſſeſſionem habere nõ
poſsit, quia non reperitur duplex ciuilis poſſeſsio. Quare
poſſumus dicere,ꝙ,prout eſt de mente Pau. de Caſt.in d.
4 §.ex contrario. in fi.poſſeſsio † ciuilis eſt penes dominum
Regem , qui habet directum dominiũ omnium feudorũ
regni : & Baro habet vtile dominium, & quaſi ciuilẽ poſ-
ſeſsionem,& eius vaſallus habebit pro feudo , quod tenet
ab ipſo Barone , vel quaſi poſſeſsionem iſtorũ iurium : ſic
habet exercitium vtilis dominij , quia dicuntur quaſi ciui
les poſſeſsiones,quæ ſunt iura diuerſa. Et ideo iſti habent
tam directum , ratione veræ & uaturalis poſſeſsionis rei ,
quàm etiã vtile, ratione quaſi poſſeſsionis iuriũ prædicto-
rum,vt in l.fi.ff.vti poſsi. Sed aduerte,quia dicit gl.in d.§.
5 ex contrario.in fi. ꝙ ſi † vaſallus , qui poſsidet naturaliter
feudum,ex quo ciuilis poſſeſsio eſt penes directum domi-
num,det alteri in feudum,non transfert niſi naturalẽ poſ-
ſeſsionem, quam ipſe habuit,& idem tenet glo.fin. in l.1.
C.vti poſsidetis.& in l.ſi vt certo.§.ſi duob. vehiculum.ff.
commo.& Bar.& Io.de Imo.& Alex.in d.§. ex contrario .
Et ex hoc ſequitur , ꝙ ſi Baro, vel eius feudatarius iuit ad
nũdinas,& alius intrat naturalem poſſeſsiouem illius feu-
di,ꝙ ex quo non poſsidet ciuiliter dictam Baroniam, ſiue
feudum , ſed tantùm naturaliter , ꝙ non poterit ex inter-
uallo propria authoritate recuperare illam uaturalem , ſi-
cut potuiſſet,ſi habuiſſet ciuilem poſſeſsiouem , vt dicitur
in l.clam poſsidere. §. qui ad nundinas. ff. de acquir. poſ-
6 ſeſſ. ſed † deberet ire ad iudicem , & iudicis authoritate ,
propoſito interdicto , recuperare poſſeſsionem natura-
lem,vel poterit Rex virtute ciuilis poſſeſsionis quam ha-
bet,recuperare naturalem,& poſtea tradere ſuo vaſallo,ut
dixi in præcedenti quæſtione . Quid ergo habet feudata-
rius Baronis hodie in ipſo feudo,ſi Baro non habet niſi vti
le dominium & poſſeſsionem naturalem Baroniæ,& Rex
habet directum dominium & ciuilem poſſeſsionem ? Di-
co , quòd Baro in ſuũ feudatarium iu iuribus ſibi debitis ,
videlicet in fidelitate,& ſeruitio debito habet vtile domi-
nium, & naturalem poſſeſsionem , & in vtilitate conceſſa
feudatario tranſtulit in eum naturalẽ poſſeſsionem , quia
iſta ſunt diuerſa iura, & ideo bene dixit Pau.de Caſt.iu d.
§.ex contrario. in Barone reſpectu ſui feudatarij erit poſ-
ſeſsio quaſi ciuilis , & in feudatarin in illa commoditate ,
& vtilitate erit dare quaſi ciuilem poſſeſsionẽ. & animus
poſsidendi operatur in eo,ut poſsit retinere illam poſſeſ-
ſionem , quam habuit in præſentia rei animo , & ſic pote-
rit habere locum iu hac materia feudali diſpoſitio d.§.qui
ad nundinas. Et pro hoc facit, quod dicit Alber. de Roſa.
7 in d.l.1. C. vti poſsidetis. quòd ſi do tibi caſtrum in † feu-
dum, & ſic retineo poſſeſsionem ciuilem, & tu naturalẽ ,
ſi tu des alteri in feudum , nunquid remanet penes te ali-
qua poſſeſsio, ita ꝙ poſsit intentare aliquod interdictũ. di
cit glo.ꝙ non,quia ciuilis fuit penes me,naturalis nonqua
translata fuit in te , & tu alteri tradidiſti , & ſic nihil tibi
remanſit, ſicut dicimus in eo , qui habet ius vtile , ſi illud
alteri ceſsit, nihil ſibi remanet, vt in l.1.§.de illo.ff.ad Tre
bell. & in l. emptor. ff. de hæred. vel actio. uendi. Dicit
ipſe,intellige deſcenſiuè , & non aſcenſiuè . Nam ſi habeo
caſtrum pleno iure,& alteri do in feudum,& ille alteri, &
ſic deſcenſiuè, primus & ſecundus poſsideut ciuiliter,non
tertius : quia cum primus dat ſecundo,duo actus fingun-
tur interuenire, uidelicet, quòd tradit dominium directũ
& plenũ,& quòd vendatur utile.arg.l.ſingularia.ff. ſi cert.
petat.& l.generaliter.C.de rebus creditis, ſecũdùm Iacob.
de Rauen. Iſta fictio mihi non placet,quia non poteſt iure
probari. Sum ergo in concluſione, quòd ſi Baro , vel eius
feudatarius eſt abſeus à feudo,ꝙ animo poſsidet feudum,
& habet quaſi ciuilem poſſeſsionem,ex qua habet exerci-
tium utilis dominij : & propterea in eis habet locum di-
ſpoſitio d.§.qui ad nundinas . Accedant ad hoc notata per
dominum Iaſouem iu repetitione l.3.in 6.colum.C.de iu.
emphyteu.hæc ſunt notanda , quia nou ſic ſcribuntur per
Docto.in locis præallegatis .

SVMMARIVM.

1 *Rex Siciliæ, an poſſit aliquas ciuitates regni proprij alienare .*
2 *Iuramentum Regis in coronatione de non alienando iura regni, qualiter ſit intelligendum .*
3 *Iuramentum non extenditur ad non cogitata .*
4 *Rex alienationes facere poteſt , quæ regiam dignitatem non lædunt .*
5 *Donatio facta per Regem de uno principatu , quando ualere dicatur .*
6 *Rex alienare non poteſt rem valentem vltra viginti vncias annuas .*
7 *Bona demanij Regis præſcribi poſſunt quò ad dominium vtile.*
8 *Alienatio demanialis rei in eccleſiam facta per Regem , an valeat .*
9 *Iura regalia ad publicum Regis ſtatum deputata non poſſunt alienari , quòd ſi ſecus factum ſit , ſucceſſor non ratificabit .*
10 *Succeſſor in Regno non tenetur confirmare alienationes factas per præceſſorem de rebus ſtatui regio deputatis .*

QVÆSTIO XXIIII.

VICESSIMOQVARTO quæro, di-
cit hic And.in 18.col.ꝙ Rex qui habuit
per inueſtituram Papæ regnum illud ,
ſeu eius partem , nòn alienabit, ſed alia
alienabit ſine diminutione coronæ , vel
Romanæ eccleſiæ , allegat c.intellecto.
de iureiuran. licet ille tex. loquatur in regno Vngariæ .
1 † Vtrum Rex huius regni poſsit alienare ciuitates , & ter-
ras, & iura alia in priuatas perſonas, quæ ab antiquo ſem
per fuerunt in demanio regni. Et an talem alienationem ,
etiam iuramento firmatam , poſsit ipſe Rex, vel ſucceſſor
in regno reuocare ? Dicit Abb. Sicu.poſt Ioan.An. & Inn.
in d.c.intellecto. ꝙ Rex non poteſt alienare in præiudi-
cium regni, ſi ex illa alienatione grauiter læditur dignitas
regalis. & ſubdit,ꝙ ſi non grauiter læditur dignitas rega-
lis,ualet alienatio. Nam ſatis amatum eſſet dicere , Regẽ
non poſſe alienare , & donare benemeritis, ut dicit ibi Io.
Andr.in c.grandi. de ſupplen. negligen. prælato.lib. 6. Et
2 illud † iuramentum, quod præſtant Reges, quando coro-
3 nantur,ut in lib.Pontificali Romanæ eccleſiæ,quem com-
poſuit Specu.ſed poſtea eſt bene reformatus per ſanctam

Romanam eccleſiam. & de iuramento regis ad Papã facit mentionem tex. 63. diſt. c. tibi domino. de non alienando iura regni, intelligitur de illa alienatione, quæ multùm lædit dignitatem regalem, & nõ de modica alienatione, quia de iſtis modicis non videtur eſſe cogitatum, 12. q. 2.
3 c. terrulas. facit c. veniens. de iureiur. † vbi iuramentum nõ extenditur ad id, quod non fuit cogitatum. Et dicit Abb. q ita determinat Fede. de Sen. cõſi. 214. debet dicere, 210. & ita tenet ſumma Aſteſana, lib. 1. tit. 8. & ita etiam videtur tenere And. in l. Imperialem. in §. ita tamen. de prohib. ſeu. alie. per Fede. & in conſt. regnum, vbi alleg. ad hoc Hoſtien. in c. licet. de voto. & c. Papæ Honorij. licet remittat ſe ad d. §. ita tamen, qui eſt infra §. præterea ducatus. & ad c. 1. §. ex eadem lege. de lege Corradi. & vide Bar. in l. prohibere. §. planè. ff. quod vi aut clam. & ibi per Alex. in Apoſtollis, vbi alleg. multas quotas, cui adde Io. de Platea in l. prædia. C. de loc. præd. fiſca. lib. 6. vbi examinat iſtam quæſtionem per argumenta, pro & contra, & per Lucã de Penna in l. 1. C. de pet. bo. ſublatis. lib. 10. & in l. quicunque. in verbo, domeſticum. C. de omni agro deſer. lib. 10. & l. j. C. de ca. ciuium. lib. 11. & Alb. de Roſa. poſt Cyn. in l. digna vox. C. de leg. Iac. de Albergo. in c. 1. 8. col. de his qui feud. dare poſſunt. Ego iſtam quæſtionẽ examinaui in d. §. præterea ducatus. in 6. no. & in rub. quæ ſint regalia. in 5. q. & Old. in conſi. 94. quod incip. eleganter circa negotium. in
4 vlt. col. tenet, † q Alienationes dignitatem regiam nõ lædentes Rex poteſt facere, & filius eius non poteſt reuocare: allegat c. Abbate ſanè. de re iud. lib. 6. & d. c. intellecto. ſubdens, quòd donationes, quas faciunt ipſi Reges vxoribus, & maximè propter nuptias, etiam in filios, quos tenentur ſecundùm decentiã alimentare, ſunt validiores alijs; quia in eis non requiruntur illæ ſolennitates, quę requirũtur in alijs donationibus, vt in l. donationes, quas diuus. C. de dona. inter vi. & vxo. C. de quadrien. præſcrip. l. 2. & 3. C. de dona. l. ſancimus. & auth. res quæ. C. commu. de leg. & idem Old. conſi. 159. incip. ex præſenti themate. di-
5 cit, † quòd ad iudicandum, an donatio facta per Regem valeat de vno principatu, intelligo quando non erat ſolitum concedi, ſed fuerat in demanio ſemper tentum: conſideranda eſt perſona eius, cui datur, puta; quia erat filius. & ſubdit, q magnum & paruum iudicatur reſpectu perſonarum, allegat in Auth. de non alien. aut permutand. §. ſi minus igitur Imperio, & not. in Authen. niſi breuiores. omiſit allegare tex. & gl. in terminis in c. & ſi quæſtiones. de ſimo. & ad tollendum dubitationẽ, quod dicatur magnum, & quod paruum donum, emanauit declaratio Papæ Inno. VI. de qua facit mentionem Lucas de Penna in l. 1. C. de capit. ciui. lib. 11. & in l. quicunque. C. de omni
6 agro deſer. eo. tit. vbi vult, † quòd Rex non poteſt alienare rem demanij, quæ ſit valoris annui vltra vncias 20. annuas vncias bene poteſt alienare. Quid autem ſi fierẽt plures alienationes rerum demanij huius regni priuatis perſonis, quæ omnes coaceruatæ excederent ſummam 20. vnciarum annuatim, an reuocẽtur in eo, quod excedũt? Vide hoc per Lucam in d. l. quicunque. & per Ioan. de Imo. in c. 2. de dona. ubi arguit pro & contra, & finaliter tenet, quòd quando diuiſim ſunt factæ, non reuocantur, niſi illæ, quæ ſunt exceſſiuæ, & nunc dico vnum, quod non dixi in locis præalleg. quòd ſi Rex vellet concedere ciuitatẽ. vel caſtrum, quæ uel quod ſemper fuit in demaniũ, in feudum alicui benemerito: & ſic concedere vtile dominium, & ſibi retinere directum, quòd valeret iſta alienatio. hoc voluit Bal. in l. 1. C. vnde cogn. & Abb. Sicu. in conſi. 3. in q. 25. in 2. vol. & Alex. de Imo in 5. vol. cõſi. 1. in 6. col. hoc etiam tenuit Bald. in prælud. feudorũ, in 13. col. ibi dum dicit, commoda & utile dominium poſſunt concedi, ſalua tamen recognitione, & fide. Idem tenet Pau. de Caſt. in conſi. 74. incip. quia fruſtra diſputaretur. Ange. in l. contra iuris. ff. de pact. & Inno. in d. cap. grandi. & Præpoſitus in
7 præludijs, in 3. char. & pro hoc facit, † quia bona demanij quò ad vtile dominium poſſunt præſcribi, ſecundũ Barto. in l. ſi publicanus. §. in oĩbus. ff. de publicanis. & no. Abb. in c. ſuper quibuſdam. §. præterea. de verbo. ſign. quod intellige de præſcriptione tanti temporis, in cuius contrariũ memoria non exiſtat, ſecundùm And. in d. l. Imperialem.
a §. præterea. [a] bene tamen fateor, quòd ſi princeps alienaret dictam terram demanialem, quò ad utile dominium, ſubditi poſſent contradicere, ut inquit Bal. poſt Io. And. in nouella, in c. dilecti. de maior. & obedien. Subditorum enim intereſt non mutare dominos, vt inquit Ioan. And. in cap. auditis. de præſcri. per l. inuitus. ff. de fideicom. libe. & hoc ſequitur Bald. in c. in generali. ſi de feu. fue. contro. Andr. in cap. 1. §. ex eadem lege. de lege Corradi. Et ſi appelletur, ne fiat dicta emptio, cõſtituitur emptor in mala fide, licet contractus teneat ſecundùm Bal. in d. c. dilecti. & ibi plenè
8 per Fel. de hoc. † Quid autem ſi alienatio demanialis rei facta eſſet per Regem eccleſiæ ſine conſenſu baronum, & populi, an valeat ratione religionis? Pau. de Caſt. in allegato conſi. 74. concludit, quòd tanto minus debet valere, ut ſi donentur eccleſiæ cum enormi læſione regni demanialia, non debet ualere, quia ſi dicta alienatio prohibetur ex eo, quia lædit totum regnum, magis debet eſſe nulla, eo quòd facta ſit eccleſiæ, quæ cum ſit cultrix iuſtitiæ, non patitur quicquam iniuſtum in ſe, aut in alium fieri, dicit tex. in c. 1. §. 1. de alienatione feudi. Et ſicut eccleſia nõ recipit eleemoſynas, quas facit de alieno, uel cum alterius præiudicio, ut not. in c. ex tranſmiſſa. de decimis. cum concor. ita non debet recipere demania, quæ ſunt deputata pro publica utilitate. allegat pro hoc Bald. in proœmio. C. vbi dicit, quòd ſi Rex donat terras regni eccleſiæ a ſe expropriando, non ualet donatio. & Specu. in titu. de inſtru.
9 edi. §. nunc autem. in ſi. † Ex quibus infertur, q iura regalia, quæ ſunt deputata pro ſtatu publico Regis, ſi ſunt alienata per Regem particularibus perſonis, ſucceſſor in regno non tenetur illas alienationes ratas habere, ut dicit Bal. in tit. de pace Conſtan. in verbo, amplius. & Cy. & Albe de Roſ. in præallegata l. digna vox. maximè ſi ex poſt facto læderet. Hinc dicebat quidam aduocatus magnus fiſci tempore Gallorum, quòd ex quo tempore Regis Alfonſi fuit conceſſum merum & miſtum Imperium Baronibus priuatiuè ad magnam curiam Vicariæ, quod eſt ius regale ipſius Regis, ut in c. 1. quæ ſunt regalia, & in conſti. regni, ea quæ ad decus, & per dictum merum & miſtũ Imperium eis priuatiuè conceſſum, Barones ſunt ſicut Reges in terris eorum: maximè illi, qui habent etiam ſecundas cauſas, & Rex ibi non habet niſi iuriſdictionem in habitu, & faciunt quicquid volunt. Et ideo, quia ex poſt facto incipit lædere coronam, & regnum, & ſtatum publicum, q ſucceſſor in regno poſſet reuocare. allegabam pro hoc Fran. de Aretio in c. nouit. de iud. per tex. in cap. ſubiectũ. de deci. & firmat Fely. ibi in 7. & 8. col. & in c. 1. de proba. licet dicat Bal. in 3. uol. conſi. 276. quòd de iſta quæſtione nunquam fuit facta pax inter ſapientes. & alibi dicit
10 idem Bal. quòd † gratia eſt, ſi confirmetur, & iniuria, ſi eis denegetur confirmatio, & ſic reſidet in pectore ſucceſſoris. hoc dicit 3. vol. conſi. 96. ſed de hoc dicetur in conſti. regni præallegata, ea quæ ad decus, & pro nunc vide Lucã de Penna in l. 2. C. de fun. rei priu. lib. 11. ubi per duas col. tangit, an ligetur ſucceſſor Rex ex cõtractu prædeceſſoris, & per Doct. in d. c. 1. de proba. ubi in ſex caſibus dicitur q non, & per Bal. & alios in c. 1. qui ſucceſ. teneantur. & per Cy. & alios ſcribentes in d. l. digna uox. & Alex. de Imo. 5. uol. conſi. 16. in 4. char. 2. col. & in 1. uol. conſi. 101. in 5. & 6. col. & Lucam de Penna, in l. 1. C. ne fiſcus rem, quam uendi. euincat, lib. 10. & ſcribentes in c. quoniam Abbas. de offic. deleg. & per dominum Petrum de Anchara. in capitu. quoniam, de conceſſio. præben. lib. 6. Bal. in cap. decętero. de tranſactio.

ANNOTATIO.

a Præterea.] Adde Aret. in §. itẽ Seruiana. col. 7. ſuper glo. incipiẽ. de qua re. Inſti. de act. & Iaſ. ibi col. 19. nu. 105. ubi dicit, q quãdo Conſtan-

Conſtantinus Imperator fecit donationem eccleſiæ, fecit populam conſentire. & ibi apoſtil. ad Iaſ. & adde Soci. in tract. fall. 139. quæ dicit, donare non poteſt princeps. & Dec. 10 l. debitorum. C. de pact. vbi dicit, conſuetudinem eſſe in contrarium. poſſem hic adducere multas quotas, quas ſladenda notaueram, ſed quia eas, & longè plures reperi cumulatas per Lud. Gomeſ. in d. §. item Seruiana. col. 16. nu. 41. de act. remitto me ad eum. vide tamen Afſl. in deciſ. 265. Illuſtriſſime domine. nu. 69. & Fel. in c. ad audientiã. col. 2. num. 4. de præſcript. & in c. 1. nu. 4. col. 3. de probat. & facit, quod Felin. no. in c. ex parte. col. 1. de accuſ. & adde Capi. in deciſ. 161. num. 4. & Bald. in c. generali. ſi de feu. fuer. controuer. inter dominum & agna.

SVMMARIVM.

1 *Baronia ad Regem deuoluta, ſi Rex aliqua feuda de Baronia diuerſis perſonis dederit, an cenſeatur concedere vt Rex, an vt Baro.*
2 *Moderator & arbiter rei ſuæ quilibet eſſe debet.*
3 *Rex concedeas alicui terram, in qua eſt ſibi feudum apertum, cenſetur & ipſum feudum concedere.*
4 *Reſtitutio principis ad bona alienata non eſt extendenda.*
5 *Clauſula, ſaluo iure alterius, ſemper intelligitur in conceſſione facta à printipe.*
6 *Feudum ad Regem deuolutum non poteſt amplius dici feudũ, donec alteri per Regem concedatur.*
7 *Feudum nouiter factum an ſit quaternatum.*
8 *Collatio ſola feudi facta per Regem, non facit ipſum feudum eſſe quaternatum.*
9 *Nobilitas contrahitur, ſi collatio à Rege facta ſit, vt feudum ſit quaternatum.*

QVÆSTIO XXV.

VICESIMOQVINTO quero, dicit
hic Andr. in 29. colum. omnia agit Rex
regni ſicut Dominus. Nam infeudat, re-
uocat cum cã, concedit excadentias, de-
mania reducit, & allodia, & punit, &c.
1 Vtrum ſi † Baronia eſt deuoluta ad Re-
gem per rebellionem Baronis, vel quia mortuus eſt Baro
ſine filijs & agnatis inſucceſſibilibus, & Rex de ipſa Baro-
nia concedit aliqua feuda diuerſis perſonis ſimpliciter, v-
trum iſti feudatarij videantur habuiſſe feuda à Rege tan-
2 quam Rege, vel tanquam à Barone, qui tenet Baroniam?
Solemus allegare ad hoc Bal. in c. 1. in verbo, inueſtituram
recipientis. in 4. charta, de pace Conſt. vbi dicit referendo
Odofred. quòd ſi regnum Siciliæ vacat Rege, & regno vacan-
te, & Papa vacantibus Comitatibus conceſſit ipſos comita-
tus diuerſis in feudũ, deinde creauit Regem in regno, iſti
Comites creati à Papa tenentur facere fidelitatem Regi,
quia videtur conceſſiſſe dictos Comitatus tanquam Rex.
ſic poſſumus dicere in Rege, cui deuoluta eſt Baronia, quòd ſi
conceſſit alijs feuda Baroniæ, videtur conceſſiſſe tanquam
Baro, ad quem ſpectabat collatio dictorum ſubfeudorum
per conſt. regni, poſt mortem. Ad idem adducitur id, quod
dicit And. de Iſer. in conſt. regni, dignum. quòd ſi Baronia
per excadentiam peruenit ad regiam Curiam, hoc eſt de iu-
ribus regalibus Regis. Curia regia habet ipſam Baroniam,
ſicut ille qui ſuccederet in ipſa Baronia. Et ſic Rex tenebit
tanquam Baro, niſi Rex aliter declaret, quòd vellet habere
tanquam Rex, vel diceret aliqua alia verba, puta quòd te-
2 neas in capite à nobis, quia rei ſuæ † quilibet eſt modera-
tor & arbiter, &c. hinc eſt, quod dicit Bal. in c. 1. §. præterea.
quid ſit inueſtitura. quòd ſemper præſumendum eſt, feu-
dum ſecundùm propriam naturam eſſe conceſſum, niſi e-
ius alteratio probetur. In cõtrarium facit, quia quando Ba-
ronia peruenit ad Regem per excadentiam in poſſe Regis
illa Baronia deſinit eſſe feudum, vt dicit gl. magna in con-
ſtitutio. ſi dubitatio, & And. in fi. in addit. quibus cauſ. feu.
amit. Et ideo ſi Rex concedit aliquas res, quæ in poſſe Ba-
ronis erant, puta feuda ſolita concedi in feudum ſub anti-
quo ſeruitio, videtur concedere tanquam Rex, & non tan-
quam Baro, quia Baronia in poſſe Regis nõ poteſt dici feu-
dum, & ideo dicitur de nouo infeudare ſub conſueto ſer-
uitio. & pro hoc bene facit id, quod dicit Andr. in capitulo
primo, & in quarta columna. de controuerſ. feudi apud pa-
3 res ter. † quòd ſi feudum eſt apertum Regi, & poſtea Rex
concedit ibi terram, in qua eſt hoc feudum, cum iuribus &
pertinentijs ſuis, tranſit feudum illud cum tota terra in cõ-
ceſſionarium, niſi excepiſſet dictum feudum, quia ſingula-
ri titulo feudum redijt ad Regem, puta decedente feudata-
rio ſine liberis, ſecus ſi feudum veniret ad Regem titulo v-
niuerſali: puta, quia fuiſſet hæres inſtitutus, tunc concedẽ-
do terram cum iuribus & pertinentijs ſuis, non veniret il-
lud feudum. Idem dicit And. in capitulo primo. circa fin.
ex quibus cauſ. feudum amit. ibi, dum dicit, vel niſi dicat
per ſucceſſionem, non ſingulari titulo ad dominum tem
perueniſſe. ff. commu. præd. l. ſi ei. ſi ergo per excadentiam
venit Baronia Regi venit titulo ſingulari, ſi titulo ſingula-
ri, tranſibit feudum illud cum illa Baronia in Baronem. Et
ſic feudum illud erit conceſſum Baroni tanquam à Rege,
& non vt à Barone. Idem ſi alteri fuiſſet conceſſum per Re-
gem illud feudũ, vt videatur conceſſum vt à Rege, & tunc
non veniret in conceſſionem Baroniæ, quia reperitur alte-
ri per Regem alienatum, per capit. quamuis. de reſcript. li-
4 bro ſexto. & ideo † reſtitutio principis non trahitur ad bo-
na alienata, vt notant Doctor. in l. Gallus. §. & quid ſi tan-
tum. ff. de liber. & poſthum. Inde dicit Bald. in l. prima, in
fine. ff. de re. diuiſ. quòd ſi dominus vendit caſtrum, non
venit in iſta venditione feudum, quod per prius alteri erat
conceſſum, allegat capitulũ primũ, de capita. qui cur. ven-
di. & l. qui cum alio. ff. de regulis iuris. bene facit ad hoc,
quod dicit Abb. Sicu. in capitulo, nimis. de iureiuran. quòd
ſi Rex concedit aliquam rem exiſtentem intra certum ter-
ritorium feudale, poſtmodum cõcedit totam prouinciam
cum iuribus & pertinentijs ſuis, non videtur concedere rẽ
illam primò alteri conceſſam, quia id facere intelligitur ſi-
ne alterius præiudicio. in l. ſecunda. §. ſi quis à principe. ff.
ne quid in loco publ. facit etiam id, quod dicit Bal. in l. mo-
numenta. C. de legat. quòd ſi Rex Vngariæ donaret mihi
quandam ciuitatem, in qua haberet iuriſdictionem limita-
to modo, puta baſſam iuriſdictionem tantùm, illam ſolam
5 iuriſdictionem donare videtur: quia † in cõceſſione prin-
cipis ſemper intelligitur clauſula, ſaluo iure alterius. ff. de
vulgari, & pupillari. l. ex facto. in principio, nec venit ius
tertij. l. ſecunda. §. meritò. & §. ſi quis à principe. ff. ne quid
in loco publ. capit. ſuper eo. de offic. delegati. Et etiam
ſi diceretur, non obſtante conceſſione alteri facta, quia in-
telligitur de conceſſione alteri facta inualidè, non de vali-
da, ſecundùm Compoſtell. & Ioan. Andr. in capitulo, cau-
ſam quæ. de reſcriptis. Solutio, veritas eſt, quòd in dubio
Rex videtur concedere res, quæ ſunt ſub Baronia, quando
tenet Baroniam titulo ſingulari, tanquam ſi eſſet Baro, niſi
aliud expreſſit. & ſic ſi poſtea concedit Baroniam, illa ſub-
feuda conceſſa per Regem ſunt ſubfeuda Baroniæ, per iu-
ra pro hac parte allegata. Nec obſtant in contrarium alle-
6 gata, quia † licet in perſona Regis feudum deuolutum ad
Regem, non poteſt dici feudum, quia feudum eſt quędam
ſeruitus, & ipſi Regi tanquam domino feudi non poteſt
deberi ſeruitus. ff. ſi vſusfruct. peta. l. vti frui. §. in rem. ff. de
ſeruitu. vrbanor. præd. ideo in poſſe Regis feudum deſinit
eſſe feudum: ſed ſi poſtea Rex alteri concedit, in dubio
intelligitur conceſſum ſecùndùm priſtinam naturam ſuã,
illam reſumendo, vt l. ſi vnus. §. quoties. ff. de pact. & pro
hoc bene facit id, quod dixit Bald. in dictò §. præterea. pro-
ut ſupra dixi. Nec obſtat dictum Andr. in dicto capitulo
primo, quarta col. de controuer. feudi apud pares. quia res
illa, quæ fuit per Regem conceſſa, fuit primò burgenſatica
& poſtea redoxit in feudum alteri concedendo in feudum
& poſtea peruenit ad manus Regis, ſi poſtea Rex concedat
Baroniam cum iuribus & pertinentijs ſuis, tranſit feudum
illud cum dicta Baronia tanquam feudum conceſſum à
Rege, & non à Barone. Et eſt ratio, quia res illa bur-

genſatica nō erat prius de Baronia,ſed à rege facta fuit feu-
dalis,ideo tranſit cum Baronia,ſed tanquam facta feudalis
7 à rege. † ſed an illud feudum ſic nouiter factum erit qua-
ternatum ex eo,ꝙ rex conceſſit,& poſtea fuit deuolutū re-
gi,& rex poſtea conceſſit cum Baronia: vel erit feudum ſpe
ctans ad collationem Baronis.& cōcludit And.ibi, ꝙ iſtud
erit feudum quaternatum, ſpectans ad collationem regis,
ſecus in alio feudo,quod dr̃ attenelia,quod eſt de Baronia,
vt ſi rex,qn̄ Baronia eſt in ſuo poſſe,illud concedat, nō pro-
pterea erit quaternatum,niſi velit,vt dicit And.in conſt.re
gni,ſi quis Baro.ibi dum dicit,ſed feuda collata per regem
dn̄t quaternata : quia ſcripta in regiſtris & quaternis, &c.
8 † Ergo non ſola collatio facta per regem facit feudum qua
ternatum,ſi non fuit aliàs feudum quaternatū, vel rex non
dixit velle eſſe quaternatum,ſi tn̄ aliàs fuit atteneſia,vt ſu-
pra dictum eſt.Iſta proſunt ſcire ad multa,quia qn̄ eſt feu-
dum ſpectans ad collationem Baronis,non pōt dici quater
natum, quia ſi eſſet quaternatum , ſpectaſſet ad collationē
regis,vt in d.conſt.poſt mortem.& Andr.in c.1.de contro-
uer.apud pares termi.Item ſi eſt ſubſeudum ad collationē
Baronis,illud feudum per excadentiam, vel per rebellionē
deuolueretur Baroni, & non regi, ſecus ſi eſſet ad collatio-
nem regis,vt in dicta conſtitutione,poſt mortem,& ibi di-
cetur.Item ſi eſt ad collationem Baronis, adhærebit Baro-
ni,& non regi : ſecus ſi eſt ad collationem regis, & non eſt
de Baronia,de quo in dicta conſtitutione,poſt mortem. &
in c.rex Robertus habuit feudatariorum noſtrorum, & di-
9 ctum fuit in c.1.§.fi.de capita.qui curiam vendidit. † Item
ſi illa collatio facta eſt a rege, vt feudum ſit quaternatum,
cōtrahitur nobilitas,vt dicit And.in c.1. quis dicatur Dux
Comes,vel Marchio & in d.c.1.§.fi.de capi. qui curiā ven-
di.ſecus ſi eſt facta tanquam Baro,quia per illam non con-
trahitur nobilitas, vt ibidem dr̃, & prodeſt ad decidendū
illā dubiam qōnem, an releuium pro ſubfeudo debeat ſol
ui Baroni,vel regi? De qua per gl.in d.conſtit.poſt mortē.
in verbo , recepto. Et prodeſt ſcire ad qōnem illam , an in
alienatione huius ſubfeudi requiratur cōſenſus regis & Ba
ronis, vel ſolū ſufficiat conſenſus Baronis ? De qua in cōſt.
regni,conſtitutionē diuæ memoriæ.& per And. in l.impe-
rialē.in prin.& ibi dixi in 12.no. de prohi.feu.ali.per Fad.

ANNOTATIO.

2 Baroniam.] Vide Affl.in conſt poſt mortem.col.3.num.3.in fi.vbi
vtitur hoc dicto Bal.in notab.quæſtione. de quo dicto ſolet face-
re magnum feſtum Fel.in pluribus locis.

SVMMARIVM.

1 *Comes noniter comitatum acquirens,an aliqua ratione ſit comi ti antiquiori præferendus.*
2 *Dignitatis æqualitate data,præfertur qui primus illam habuit.*
3 *Subiectos habere,cenſetur præmium dignitatis.*
4 *Teſtes ſeniores ſunt iunioribus præferendi.*
5 *Cardinalis epiſcopus dignitatem maiorem non habet eo, qui eſt epiſcopus tantùm : ſed maius officium.*
6 *Varietas perſonarum ſuccedentium iuris varietatem inducit.*
7 *Comes nouus quando præferatur Comiti antiquiori.*
8 *Marchio comitatum habens,ei qui tantū Comes eſt præfertur.*
9 *Mundus ſine ſcientia regi non poteſt.*

QVÆSTIO XXVI.

VIceſimoſexto & vltimò quæ-
ro,dicit hic And. in fi. ꝙ inter Comites
eſt etiam differentia , quia dignior, qui
antiquior eſt in honore comitatus,per l.
1 1.C.de conſu.lib.12.& ſeq.tit.† Vtrum
Comes, vel Dux , qui nouiter per ſuam
virtutem , vel aliter acquiſiuit à rege huius regni comita-
tum , vel ducatum cum multis caſtellis, & vaſallis nobili-
bus in numero copioſo , ſicut eſt videre exemplum in du-
catu Amalfiæ, vbi ſunt nobiliſſimæ familiæ, & nobiliſſimi
viri,præferatur Comiti, vel Duci antiquiori,qui nō habet
tot & tantas terras,nec tot & tantos nobiles vaſallos . & v-
trum Comes , cui nouiter obuenit comitatus paternus &
antiquus,præferatur Comiti nouiter facto , antequam illi
Comiti perueniſſet feudum ex ſucceſſione . Et vtrum Co-
mes nouus,ſed animoſus,Doctor ſciētificus,præferatur Co
miti antiquiori illiterato,& idiotæ,& inexperto in armis,
qui eſt adoleſcens . & hæc ideo dico , quia honor ſedendi
appellatur priuilegium,& Barones ſedent apud regem or-
dine conſueto,ſecūdùm Bald.in capitulo primo.in 13.col.
de his qui feu. dare poſ. Ad primum quæſitum reſponde-
2 tur,quòd tex. in dicta l.prima. de conſuetud. dicit † quòd
vbi datur æqualitas dignitatis, qui primus illam habuit,
præfertur.& benefacit lex.1.ff.de albo ſcriben. ſed vbi da-
tur inæqualitas reſpectu ſubiecti,ceſſat prærogatiua in tem
pore. & pro hoc glo. in l.j. C.de anno. ciuili. libro vndeci-
mo.ibi,meritis. vbi dicit, quòd ſcholaris optimus præfer-
tur Doctori inſufficienti. pro quo facit glo. in l. Gallus. in
principio. ff.de liberis,& poſthum. quæ incipit,ecce conſi-
lium.& propter viros eminentes interdum derogatur iuſti-
tiæ,vt dicit Paris de Puteo in tractatu de ſyndicatu. in ver
bo,iuſtitia.& Luc.de Pen. in l.ad ſplendidioris. in fi. C.de
diuer.offic.libro 12.facit capit.de multa. in fi.de præb.quē
allegat ad hoc Felin. in capitulo primo.columna 26.verſi-
3 culo,fallit 7.de conſtitutio.† Vnde premium dignitatis eſt
habere ſubiectos,vt in Authen. vt iudices ſine quoquo ſuf
fragio.§.voluſmus.quanto enim quis maioribus præeſt,tan
to ipſe maior eſt , vt in Authent.de deſen.ciui.§.nos igitur.
Vnde illud,gloria regis eſt in lata gente,& in diminutione
populi contritio principis,prima quæſtio.4. §.his ita. verſi.
item Dauid . & quanto maiora quis tractat,tanto ipſe ma-
ior eſt,de conſecrat.diſtinct.5.§. de his verò. & Imperator
ſtudet locupletes habere ſubiectos.l.1. C.de prædijs curia.
lib.12.per Lucam de Pēna, & no.in Auth. vt iud.ſine quo-
quo ſuffra.§.cogitatio. Sed his non obſtantibus, in contra-
rium eſt veritas,quia eadem eſt dignitas comitatus in vtriſ
que,ideo præfertur antiquior,& non eſt in conſideratione
exceſſus vaſallorum & eorum nobilitas,vbi datur dignita-
4 tis æqualitas,ad idem gl.in l.cum quid. ff.ſi cert.pet. † vbi
dixit,quod teſtes ſeniores præferendi ſunt iuuenibus . pro
quo facit capitulum primum.de maior.& obed.& l.fin.ff.
de fide inſtrum. & ea quæ ſcribit Archid. in capit.domino
ſancto. l.diſtin. niſi adeptio maioris dignitatis faciat eum
anteire,ut in d.l.1.C.de conſulibus. vel labor prolixior, in
l.fin.C.de athletis.vel actus adminiſtrationis, qui ceſſat in
alio in eadem dignitate conſtituto.& ſic primus ſit in habi
tu,ſecundus in actu ,vt in l.ſecunda. C.vt digni.ord.ſerue-
tur.in l.2.C.de primice. lib.12. ſecundum Io. de Platea in
d.l.1.C.de cōſulibus.habet enim iſte Comes,qui habet va
ſallos in numero exceſſiuo,maius officium,ſed non maio-
rem dignitatem,ſicut dicimus , quòd ſi ſunt duo epiſcopi,
vnus habet paruam diœceſim,alius magnam,vel vnus pau
per,alter ditior,non conſiderantur iſti exceſſus.93.diſt.c.le
gimus.licet Bal.aliter dicat in c.1.de clerico,qui inueſti.fe-
5 cit.verſi.extra quæro.† Et ſic dicimus,quòd Cardinalis epi
ſcopus non habet maiorem dignitatem epiſcopo , ſed ha-
bet maius officium,ſecundùm Bar.in l.1.§.ſi quis. ff.de ap
pel.& no.Dominicus de ſancto Gemi.in c.j.de offi. lega.li.
6.licet hodie non ſit maior dignitas cardinalatus poſt Pa-
pam,ſecundùm quod no.Fel.in rubr.de maior.& obedien.
magna eſt enim authoritas antiquitatis, cui reuerentia &
prærogatiua debetur.capit.quanto.de translatio.prælat. &
no.in clem.Romani.de elect.75.diſtin. capit.ordinationis.
no.Flo.de ſancto Petro in rub.ff.ſi quadru. pau.feciſ. dica-
tur. & de iſta prærogatiua antiquitatis vide bonas quotas
per Felin in cap.primo.de maio.& obe.& pro hoc faciunt
ea, quæ dixi in prima deciſione mea , in deciſionibus im-
preſſis.ſic etiam in epiſcopis , qui ſunt pares in dignitate,
vnus præfertur alteri , ſecundùm ꝙ prius fuit conſecutus .
17.diſtinct.capi.illud.in dicto capit.1.de maio.& obe. Ad
ſecun-

ſecundum quæſitum teſpondetur, q mutata perſona do-
minantis feudum, quod eſt vniuerſitas, ſicut hæreditas, mu
tatur conditio ipſius comitatus, vt amodo non ſit in perſo-
na hæredis illa antiquitas, quæ erat in patre, vel agnato: ſed
erit noua dignitas habita per ſucceſſionem ipſius hæredis.
argumen. l. Paulus. ff. de acq. hær. l. licitatio. §. fin. ff. de pu-
blic. ff. de coll. bon. l. 1. §. ſi is qui bona. l. fiſcus. ff. de iure fiſ.
6 †varietas enim perſonarum ſuccedentium varietatem iu-
ris inducit. l. 1. C. ſi. regun. facit l. 1. C. de impo. lucra. deſcr.
lib. 10. & ibi per Lucam. Inde Dyn. in regula, beneficium
perſonale, lib. 6. dicit, quod aut loquimur de natura eſſen-
tiali, tunc mutata perſona non mutatur natura auri, vel ar-
genti: quia ſunt immutabilia, vt eſt §. ſed naturalia. Inſtitu.
de iure natur. gent. & ciu. aut loquimur de natura ciuili: ſi
quidem perſona eſt cauſa ipſius naturæ, & tunc cum mu-
tatur perſona, mutatur natura, & illa antiquitas comita-
tus, quæ erat in patre, non tranſit in filium, licet comita-
tus de nouo tranſeat in filium. Et ſic antiquior comes, li-
cet de nouo comitatum acquiſiuit, præfertur ſucceſſori in
comitatu paterno nouiter obuento: & ita vidi ſeruari in cu
7 ria Regis. † Ad tertium quæſitum reſpondetur, quòd ſi iſte
comes nouus eſſet doctor, qui propter eius eminentem
ſcientiam dicitur illuſtris. Inſti. in procem. in §. cumque hoc
Deo propitio. & in l. 1. C. de Iuſti. Co. compo. alibi dicitur,
quòd ſi legiſſet per viginti annos, & ita ego légi vltra di-
ctum tempus, eſſet comes ſacri palatij, ſecundùm Barto. in
conſtitu. C. in 4. colum. per l. 1. C. de profeſſoribus, qui in
vr. Conſtan. lib. 10. tenet Alexand. in l. 1. 8. colum. ff. de of-
fic. eius cui mand. eſt iuriſdict. & ſic, quia concurrit in eo
qualitas illa illuſtris ratione officij, vel qualitas illa, quia
comes ſacri palatij: tunc præfertur ſimplici comiti, licet
antiquiori. & pro hoc facit id, quod dicit Bald. in l. ſed mi-
8 lites. in princip. ff. de excuſatio. tut. vbi dicit, quòd † mar-
chio, & comes præfertur ei, qui eſt comes tantùm. ſecus ſi
dictæ qualitates non eſſent, licet eſſet eminentis ſcientiæ,
non præfertur comiti antiquo: quia doctores eminentis
ſcientiæ non vocantur niſi domini, ut C. de aduoc. diuer.
iudic. l. 2. ſed comites inter clariſſimos connumerantur, ut
in Authen. ut ab illuſtribus, & qui ſupra eam. circa mediũ.
Et licet olim hæc doctoralis dignitas fuerit in magna æſti-
matione, ut patet. ff. de orig. iur. l. 2. §. iuris ciuilis. quoniam
viri ſublimes & literati æquiparantur, vt patet in c. de mul
ta. de præbend. in fi. hodie tamen dicit Lucas de Penna in
l. vnica, in fi. C. de profeſſor. qui in vr. Conſtan. ſunt mul-
tum deiecti, & omnibus laicis ſunt in contemptum. &
ratio eſt, quia dantur officia perſonis idiotis, & ſine lite-
ris, qui neſciunt ea quæ ſciunt ſufficientes doctores: nec
ſciunt laudes ſcientiæ iuris ciuilis, & canonici, de quibus
laudibus me remitto ad Ioan. Fabr. in princip. Inſtitu. & ad
Alberi. de Roſa. in rubr. de oper. noui nunciatio. & tamen
9 †ſciunt laici, qui regunt, quòd ſine ſcientia mundus regi
non poteſt, ſecundùm Abb. in c. cum adeo. de reſcript. vbi
allegat cap. fin. de magiſtris. & authen. habita. C. ne filius
pro patre. & c. cum ex eo. de ele. lib. 6. vbi eccleſia Roma-
na indiget viris literatis, & non aſinis ferratis, ut dicit Ioã.
Mon. Card. in d. c. cum ex eo. quia doctorum ſcientia mun-
dus illuminatur, vt in c. cum ex iniuncto. de hære. ſecun-
dum glo. in d. c. cum ex eo.

SVMMARIVM.

1 *Mundus qualiter ab omnipotenti & æterno Deo fuerit creatus.*
2 *Initium illud Geneſis, in principio creauit Deus cælum & terram, tripliciter exponi poteſt.*
3 *Materia quædam primordialis præceſſit mundialis machinæ formationem.*
4 *Homo aliquid facturus virtutem prouidentiæ debet habere.*
5 *Opus proprium commendare an ſit licitum.*
Laudare ſeipſum quiſque poteſt triplici de cauſa.
6 *Laudare ſeipſum non licet de peccato.*
7 *Homo ad Dei imaginem ſub globo circuli lunaris creatus eſt.*
8 *Angelus cuſtos datus eſt homini à natiuitate, vt ipſum cuſtodiat.*
9 *Homo de limo terræ creatus fuit, Eua autem de coſtu viri ædificatu.*
10 *Mulier quare de viri coſtu fuerit ſumpta.*
Viri & vxoris debet eſſe coniunctio ſocialis.
11 *Vxor ſocia diuinæ & humanæ domus dicitur.*
12 *Homo creatus fuit vt immortalis eſſet.*
Adæ poſteritas tota in ipſo Adam peccauit.
13 *Deus non in totum in hoc mundo punit peccatum.*
14 *Tranſgreſſor legis ad mortem damnari non debet, ſi vtilis ſit ad vſum humanum, qui per alium non poteſt expediri.*
Pœna quibus rationibus mutari, aut in totum tolli poſſit.
15 *Adam ſi nunc viueret, non poſſet matrimonium contrahere.*
16 *Filius vt plurimum ſit ſimilis patri.*
17 *Vitium paternum nonnunquam tranſit in filium.*
18 *Virtutes omnes detrimentum patiuntur, ſi vnum vitium admittatur.*
19 *Homines natura ad diſſentiendum faciles.*
Natura humana procliuis ad delicta.
20 *Diſſenſus in homine quando peccatum inducat.*
21 *Poteſtas qualibet à domino Deo, quò fit vt Reges regnum ſe habere à Deo debent cognoſcere.*
22 *Poteſtas Imperatoris eſt à Deo permittente, ſed non iubente.*
Regnum de gente in gentem transfertur quandoq. ob Regis iniquitatem.
23 *Rex in hominibus regni mortis & vitæ habet poteſtatem.*
Principes in hoc ſunt conſtituti, vt inter malos in pace viuant boni.
24 *Status vaſallorum ſunt in Regis protectione.*
25 *Reges diuinæ prouidentiæ cenſentur executores.*
Officia Dei diſpoſitione ſunt diſtincta.
26 *Principes de geſtis & adminiſtratis Deo rationem reddere debent.*
27 *Deus dicitur Rex Regum & dominus dominantium, à quo omnis poteſtas in cælo & in terra.*
28 *Principes ſeculi ſanctam debent eccleſiam tueri.*
29 *Eccleſia ſancta qua ratione dicatur fidelium mater.*
30 *Principes Chriſtiani aduerſus hoſtes eccleſiæ debent arma ſumere.*
31 *Inimicus eccleſiæ etſi priuata perſona ſit, tamen hoſtis publicus dicitur.*
32 *Gladius duplex, materialis ſcilicet & ſpiritualis.*
33 *Conſtantinus Imperator ſciens ſe non legitimè vſum gladij poteſtate, ipſum beato Silueſtro reſignauit.*
34 *Rex dicitur vltor iræ Dei in vindictam malefactorum, laudem verò bonorum.*
35 *Rex pacem inter ſubditos ſuos procurare debet.*
36 *Vitia quæ paci ſint oppoſita.*
37 *Officiales ad iuſtitiam exequendam deputati, quibus debeant pollere virtutibus.*
38 *Iuſtitia & pax quare dicantur ſorores.*
39 *Contemptor mandati regij an poſſit morte puniri.*
40 *Hæreticus eſt, qui, eccleſiam Romanam canones non poſſe condere, aſſerit.*
41 *Negligens executionem mandati Regij, quando debeat morte plecti.*
42 *Paganiſmum ſapit, qui ſedi apoſtolicæ obedire contemnit.*
43 *Verbum Dei contemnens, capitalem in ſe ſententiam excipere debet.*
44 *Princeps quando citare poſſit ſub pœna omnium bonorum.*
45 *Regi plura licent, quæ non inferioribus, & contra.*
46 *Princeps lege, quam condidit, ligatur.*
47 *Iudex non poteſt aliquid mandare ſub pœna amiſſionis cauſæ.*
48 *Peccatum primorum parentum an fuerit infinitum.*
49 *Iudex inferior an poſſit pro contumacia domos diruere, & arbores ſeu vites incidere.*
50 *Domini temporales eccleſiarum prælatis auxilium præſtare debent.*
51 *Exceptio nullitatis executionem ſententiæ impedit.*
52 *Cognoſcere quis poſſit de cauſis nullitatis.*

53 *Sententia, quæ tranſiuit in rem iudicatam, præſumitur legi-timè lata.*
Iudex ſecularis præſumere debet ſententiam iudicis eccleſiaſtici iuſtam.
54 *Iudex ſecularis quando brachium ſuum debeat præſtare iudici eccleſiaſtico ad exequendum ſuam ſententiam.*
55 *Iudex ſecularis, an debeat iudici eccleſiaſtico auxilium præſtare ad exequendum ſententiam, contra quam oppoſitum eſt de nullitate.*
56 *Iudex ſecularis inuocatus pro auxilio ad exequendum ſententiam in cauſa hæreſis, illud præſtare debet abſque alia cauſæ cognitione.*
Iudex ſecularis nec directè, nec indirectè de cauſa hæreſis poteſt ſe intromittere.
57 *Iudice eccleſiaſtico remittente hæreticum ad ſeculum, non debet ipſe ſecularis de crimine cognoſcere.*
58 *Iudex ſecularis pro exequenda ſententia hæreſis requiſitus non tenetur eam exequi, niſi prius viſo proceſſu.*
59 *Iudex ſecularis non tenetur exequi ſententiam iudicis eccleſiaſtici ſuper crimine, de quo potuit cognoſcere.*
60 *Iudex ſecularis cognoſcens ſententiam iudicis eccleſiaſtici iniuſtam, non debet ei auxilium præſtare.*
61 *Iudice eccleſiaſtico extraiudicialiter procedente, iudex ſecularis poteſt acta videre, antequam exequatur eius ſententiam.*
62 *Epiſcopus inſiſtens, vt ſecularis iudex capiat excommunicatũ, debet ei oſtendere acta.*
Iudex ſecularis an teneatur bannire excommunicatos ad petitionem epiſcopi.
63 *Iudex ſecularis à delegato ſedis apoſtolicæ ſine ſpeciali clauſula requiſitus, quando teneatur auxilium præſtare.*
Iudex eccleſiaſticus ſecularem mucrone eccleſiaſtico non tenetur iuuare.

POST mundi machinam prouidentia. Totum iſtud prooemium diuido in quatuor partes. In prima pte Imperator ponit, quomodo origo humani generis ꝓceſſit à Deo, qui hominem de terra creauit, in maxima dignitate: ſed propter tranſgreſſionem diuini præcepti fuit à Deo punitus: & ꝙ propter peccata deſcendentium ab eo, diuina prouidentia fuerunt conſtituti principes ad vindictam malorum, & ad præmium bonorum, velut executores diuinę prouidentię, & ad defenſionem ſanctę matris eccleſię: & vt populus, mediante iuſtitia viuat in pace. In ſecunda parte ibi, nos itaque, ponit, qualiter Imperator ipſe Federicus ſecundus recognoſcit ſe habere imperium, & regnum permiſſione diuina: & quòd ſummo Deo tenetur reddere rationem: & propterea intendit iuſtitiam colere & iura condere pro ſtatu pacis, & iuſtitię cultu: & pręſentem librum Conſtitutionum Deo offerre. In tertia parte ibi, cum igitur. ponit qualiter Imperator regnum Sicilię iure hęreditario ſibi obuentum pro temporibus pręteritis, tum propter eiuſdẽ Imperatoris minoris ętatem, tum propter eius abſentiam à regno, tum propter turbationes occurrentes, fuit hactenus laceſſitum, quod inuenit ſemper eſſe ſibi deuotum, & propterea diſpoſuit, vt in eo vigeat pax & iuſtitia. In quarta parte ibi, pręſentes igitur, declarat mentem ſuam, quòd in pręſenti libro conſtitutiones, quę ibi ſunt deſcriptę, erant locales, ſcilicet in regnis ſuis, legibus & conſuetudinibus illis contrariis abrogatis: ipſasq; conſtitutiones mandat ſeruari. Sed prima pars ſubdiuidit in nouẽ partes. In prima parte ponit, qualiter Deus omnipotens ex confuſa congerie omnium rerum & elementorum mundũ creauit, ſecundùm glo. hic. ſed melius eſt dicere, quòd ex nihilo mundum creauit, quod eſt proprium ipſius Dei, ſecundùm Nicol. de Lyra, in princip. Geneſis, vſque ibi, qui facienda. In ſecunda parte ponit, qualiter Deus poſtquã mundum creauit, facienda per eum in mundum pręuiderat: & facta conſiderans, poſtquam fecit, commendauit vſque ibi, à globo circuli lunaris. In tertia parte ponit, qualiter Deus hominẽ, vt digniſſimam creaturam, ad ſui imaginem, minorem tamẽ Angelis, ſed ſuperiorem omnibus alus mundanis creaturis, quem de limo terræ creauit, dando ſibi ſpiritum vitę: poſuit eum in paradiſo terreſtri, vſq; ibi, vxorem & ſociam. In quarta parte ponit, qualiter ex coſta viri Deus produxit Euam eius ſociam, eoſq; ab initio immortales conſtituit, ac eis præceptum ſtatuit, uſque ibi, quam quia. In quinta parte ponit, qualiter dicti primi parentes propter tranſgreſſionem pręcepti diuini, non in totum fuerunt extincti, ſed priuati pręmio immortalitatis, & vt dominarentur terrę, & quę in ea ſunt, vſq; ibi, qui paterni diſcriminis. In ſexta parte ponit, qualiter deſcendentes ex dictis primis parentibus infectis, uitio tranſgreſſionis diuini pręcepti, fuerũt in peccatis: & inter eos orta ſunt odia, & cupiditates dominandi: & inde lites & diſſenſiones, uſque ibi, ſicque ipſa rerum neceſſitate. In ſeptima parte ponit, quòd uidens Deus omnipotens genus humanum procliuum ad mala, inſtituit principes, per quos coercerẽtur mali, & uitam & necem hominibus darent ſecundùm merita & demerita, ipſos uelut exequutores diuinę prouidentię ad uindictam malorum, & ad meritum bonorum, uſque ibi, de quorum manibus. In octaua parte ponit, qualiter principes regnantes tenentur ſummo Deo de iuſtitia, uel iniuſtitia reddere rationem, uſque ibi, à Rege Regum. In nona & ultima parte ponitur, qualiter ipſis principibus ſeculi pręceptũ eſt à ſummo Deo, ut non permittant ſanctam matrem eccleſiam ſponſam Ieſu Chriſti ab hęreticis maculari, ſed quòd ipſam ab hoſtibus omni conatu defendant, & ut pacem & iuſtitiã populis conſeruent, & miniſtrent, uſque ibi, nos itaque. Hęc prima pars principalis hoc dicit in ſumma. Ex ordinatione diuina ad officium principis ſpectat defendere ſanctam matrem eccleſiam contra opprimentes eam, atq;
1 pacem & iuſtitiam exhibere ſubiectis. Nota primò † ex tex. ibi, mundi, quòd mundus fuit formatus à Deo ęterno omnipotente, non quidem manuali exercitio, vt ſit compoſitio artificioſa, quę dicitur machina, vt dicit tex. in l. j. §. facere. ff de mor. inferendo. & in legibus hic allegaris in j. glo. ſed ſolo verbo ipſe dixit, & facta ſunt, vt patet Gen. 1. cap. Et ipſe mundũ regit, poſtquam eiecit Adã à paradiſo, vt plenè de hoc per Alberi. de Roſa. in l. 1. C. de ſum. Trin. Et eſt ſciendum, quòd non ſolum hoc verbum, machina, ſumitur pro conſtructione & fabricatione operis corporalis, ſed etiam pro fabricatione alicuius rei incorporalis, ſcilicet in mente, vt perueniat ad finem alicuius rei deſideratę, vt in l. 1. §. dolum. ff. de dolo. & in l. 1 C. de plus petitio. & in l. liberi. circa fin. C. de inoffi. teſt. & patet in l. ſi falſos. C. de falſ. & in cap. 1. & 3. de eo qui duxit in matrimo. quam polluit per adult. & in l. quid. n. ff. de dolo. & in l. fin. §. ſed quia quidam. C. de iure delibet. & in l. j. in princip. ff. ſi mulier ventris nomine. & in procem. clem. §. 1. & in Authen. quib. mod. natura. effician. legiti. in princip. Item eſt ſciendum, ſecundùm beatum Thomam in prima parte ſuę ſummę, quęſtio. 46. articulo
2 tertio, † quòd illud verbum Gene. primo cap. in principio creauit Deus cœlum & terram. tripliciter exponitur, videlicet in principio, ſcilicet temporis: & hęc expoſitio ita fit, vt excludatur ille error illorum, qui dicebant mundum ſemper fuiſſe, & tempus non habere principium. Secundò in principio, id eſt in filio. ſicut enim principium effectiuum tribuitur patri propter potentiam, ita principium exemplare appropriatur filio propter ſapientiam, vt ſicut dicitur: Omnia in ſapientia feciſti, ita intelligatur Deum omnia feciſſe in principio, ideſt, in filio, ſecundùm illud Apoſtoli ad Coloſſenſes, in ipſo, ſcilicet filio, condita ſunt vniuerſa. & hęc expoſitio ita fit, vt excludatur ille error illorum, qui dicebant duo eſſe creationis principia: vnum bonorum, aliud malorum. Tertiò exponitur, in principio Deus creauit cœlum, & terram, ſcilicet ante omnia: quatuor enim ponuntur ſimul

creata,

creata,ſ.cœlum empyreum,materia corporalis , quæ noīe
terræ intelligitur, tempus,& natura angelica. Et hæc expo
ſitio ita fit, vt excludatur error illorum, qui dicebant, cor-
poralia eſſe à Deo creata mediantibus creaturis ſpiritualì-
3 bus.† Secundò no.ex tex.ibi,machinam.ꝙ ante formatam
machinam mundialem erat quædam materia primordia-
lis,quam glo.hic appellat chaos,ideſt confuſa cōgeries om
nium elemētorum. ſed iſta materia primordialis non fuit
generata , ſed creata à Deo, vt dicit beatus Thom.in loco
præallegato , io reſponſione ad tertium argumen. Et ideo
bene dicit Nicol. de Lyra in libro Geoe.cap.j. ꝙ ea nihilo
creauit Deus omnia.Et propterea dicebat beatus Thom.in
opuſculo,quod dicitur,Compendium Theologię.cap.98.
ꝙ antequam mundus eſſet, nihil erat niſi Deus, & ꝙ extra
moodum oon erat aliquod corpus per ante, vel extra tem
pus,aut locum , niſi ſecundùm imaginationem tantum .
4 † Tertiò no.ex tex.ibi,prœuiderat,quod exemplo Dei qui-
libet homo rationalis debet habere virtutem prouiden-
tiæ, antequam aliquid faciat , & pro hoc bonus tex. in l.ſi
quis domum. §.inquiri.ff.locati. & in c.niſi cum pridem ,
circa fi.de renunc.ibi,legiſlatoris exempld, qui nunc aſcen
debat io montem vt ibi gloriam Domini cum maiore cer
neret libertate:nunc verò deſcendebat in caſtra,vt com vti
litate maiori neceſſitatibus populi prouideret . hanc enim
prouidentiam ex inſtinctu naturali poteſt habere etiam a-
nimal irrationale,ac ſi futurum prouideret, vt firmat bea-
tus Tho.in prima parte 2.q.40. artic.3. circa fin.ſed prudē
tia ſecundùm Tullium 2.Rhetoricorum,io tribus cōſiſtit,
videlicet in memoria præteritorum, io intelligētia præſen
tium , & in prouidentia futurorum . idem dicit Seneca in
lib.de quatuor virtutibus , ibi , præterita cogita,præſentia
ordina, & futura præuide. Iſta multùm copioſè declaran-
tur per beatum Antoninum Archiepiſcopum Florētinum
5 in quarta parte ſuæ ſummæ, tit.2,cap.2. † Quartò nota ex
tex.ibi,commendans,ꝙ licet factori operis ſui commenda
re opus ſuum, & per hoc bene facit tex.& glo.in cap.teoe-
re.31.diſtinct. Sed in contrarium facit illud prouerb. cap.
17. Laudet te os alienum,non tuum:extraneum,& non os
tuum. Sed hunc articulum,an liceat ſeipſum cōmendare :
pro & contra multa allegat beatus Thom.in libro contra
impugnantes.c.3. Solutio, ut dicit beatus Anto.in 2.parte
ſuæ ſummæ.titu.4.cap.4.§.2.ꝙ ex triplici cauſa poteſt ſeip
ſum quiſque laudare. Primo modo,cum eſſet tribulationi
bus circundatus , vel calumniatus, ſeu deſperatione tenta-
tus : propter quod recogitat bona facta, vel coram alijs re-
fert ad ſui animationem, & cōfortationem,ſicut fecit Iob.
29.c.oculus fui cæco , & pes claudo,& pater eram paupe-
rum;& cauſam,quam neſciebam, diligentiſſimè inueſtiga
bam &c. Secundo modo propter charitatem proximi, vt
cum quis habet prædicare , vel dirigere aliqua , laudat de
ſe,& narrat mirabilia,vt audientes imitentur,ſeu ut doctri
na eius efficacius recipiatur,ut patet io epiſtola Pauli.2.ad
Corinth.4. cap. & in aliis locis allegatis per beatum Tho.
ibi, vel propter exaltationem dignitatis,vt dicit Ioan.Fab.
6 in rubr.Inſtitutionum.io verbo,Augustus.† Tertiò quis ſe
laudat verè,ſiue falsè ex cupiditate,vel ex vanitate,& vana
gloria. Quandoque gratia honoris & gloriæ: vel gratia ar-
genti , & iſto modo non licet ſe commendare , vt probat
Philoſoph. 4. Ethicorum. ſic enim facit gallina, cum facit
ouum, non ceſſat clamare,donec perpenderit, q. ouum fe-
cerit , & ſic ad gloriam non licet , & ita reſidet Alberi. de
Roſa.in effectu in j.conſtit.C.in j.colum.verſicu.ſed oppo
nitur contra iuſtitiam . Et ao & quando quis ſit obligatus
ex commendatione rei,vel perſonæ: vide gl.magiſtram in
l.quod venditor.ff.de dolo.& Barba.in 2.volom. conſil.8.
& Barto.in l.legatorer.§.fin.ff.eodem tit.& in l. cum oſten
dimus.§. fin. de fideiuſſo.tuto. & Alexan. in l.ſi verò.§ qui
pro rei qualitate.ff. qui ſatiſda.cogan. & per concluſ. Alex.
ibi , liberaui quendam conſanguineum meum,qui fuerat
conuentus pro eo,quia laudauit extra iudicium quēdam ,
qui debebat recipi in fideiuſſorem ſuper facultatibus ; &
poſtea repertum eſt , ꝙ non erat ita facultoſus : nam fuit
determinatum , ꝙ ipſe non teneretur , & maximè quia non
erat eius officium approbare fideiuſſores : ſed potius illa
verba fuerunt dicta commendandi cauſa ob eius honorē :
neſciens, ꝙ ad effectum eum recipiendi in fideiuſſorē fuiſ-
7 ſet interrogatus.† Quintò nota tex.ibi,à globo circuli luna
ris,ꝙ in mundo, ſeu in eo, quod eſt ſub globo circuli luna
ris in terra,homo eſt creatus ad imaginem Dei,vt hic, & p
Archidiaconum 33.quæſtio.vltima, capito. hæc imago.&
no.Cardinal.in proœm.decreta.& eſt digniſſima creatura-
rum,vt hic , concordat.l.iuſtiſſimè. ff. de ædil.edic. & glo.
nota. io l. cognitionum.§. æſtimatio.ff.de mun.& honori.
vbi etiam quærit, an angelica natura ſeruiat homini, & nō
ſoluit . Sed bene patet ſolutio ex his, q̄ tangit beatus Tho.
in prima parte ſummæ,quæſtio.96.in ſecundo articu.vtrū
homo dominetur omni creaturæ.vbi concluditur,quòd il
lud,quod dicitur Gene.primo cap. quòd homo præeſt vni
uerſæ creaturæ, intelligitur de ea creatura, quæ non eſt ad
imaginem Dei.& idem dicit in ſecunda ſecundæ quæſtio.
64.articu.primo,& in prima parte,quęſtio.3. io primo ar-
ticu.Sed angelus & homo ſunt ad imaginem Dei creati,ſe
cundùm intellectum & rationem, & ſic iſto modo imago
Dei magis eſt in angelis quàm in homine , vt concludit
beatus Tho. in prima parte ſummæ, quæſtio.99.articu.3.
immo omnia corporalia reguntur per angelos , vt firmat
idem Thom. io dicta prima parte ſummæ, quæſt. 110.in
8 primo articu.immo † angeli nos cuſtodiunt, & à natiuita-
te vnicuique datus eſt angelus ad eum cuſtodiendum , vt
patet in clementi. ſi dominum.§. diuini amoris.in verbo ,
ex miniſtris.de reliquiis & vener.ſanctorum,quod nobili-
tatur hominis dignitas,& firmat idem Doct.in ead.prima
parte,quęſt.91.articu.j.& ibi de iſta materia,quæ eſt merè
Theologica:ideo remitto me ad Theologos,& ad Compē
dium Theologiæ beati Tho.io cap.125.& ſequenti. & ſic
Angeli maiores ſunt hominibus , vt inquit hic Imperator
9 ibi,paulò minus minor erat ab Angelis. † Sextò no.ex tex.
ibi,de limo terræ. ꝙ homo fuit creatus à Deo de limo ter-
a ræ,ſed mulier fuit ædificata à Deo de coſta primi parētis,[a]
vtrobique miraculum magnum , & ideo eſt pars corporis
viri,trigeſimatertia quæſtione ſecunda,capi. admonere,&
dicitur vna caro.ff. de ritu nupti.l.prima, & data fuit ei
in eius ſociam. Geneſ.2.cap.& Thob. cap.octauo,dicitur,
quòd vir & vxor dicuntur duo vniti, & faciunt vnam car-
nem.trigeſimaquinta quæſtio decima, capit.fraternitatis.
40.diſtinctione,cap. ſicut. & ibi Archidiaco.& ſunt vnum
corpus,trigeſimaſecunda quæſtio.ſecunda, capi.de neptis,
vigeſimaoctaua quæſtio.ſecunda,capitu.Agathoſa.in fi.&
cap.quia Agathoſa . Ex hoc infertur, quòd iſtud fuit ma-
trimonium contractum a domino in paradiſo terreſtri,vt
patet in capitu. fina. ibi , qui matrimonii fuit inſtitutor &
author.de frigid.& malefic. & ibi gloſ. quę allegat cōcor.
quia non erat conueniens hominem eſſe ſolum , ideo fuit
data ei fœmina io adiutorium viri , ſcilicet generationis ,
vt dicitur Geneſ. in cap. ſecundo. & Eccleſi.capit.17. crea-
uit ex ipſo,ſcilicet uiro,adiutorium ſimile ſibi,ſcilicet mu
10 lierem,& † ideo de coſta viri facta fuit mulier , vt vir ma-
gis diligeret eam , & ei inſeparabilius inhęreret , dum co-
gnoſceret eam ex ſe eſſe productam. inde dicitur Geneſ.in
cap. ſecundo , de uiro ſumpta eſt : quamobrem relinquet
homo patrem & matrem , & adhærebit uxori ſuæ . Sunt
etiam aliæ rationes , quare fœmina fuit creata de coſta vi-
ri,de quibus per beatum Thom. io prima parte ſuæ ſum-
mæ,quęſt.nona,& articu.2. & idem Doct. ſubdit in 3.arti.
eiuſdem quæſtionis,quòd conueniens fuit,mulierem for-
mari ex coſta viri. Primò ad ſignificandum,quòd inter vi-
rum & vxorem debet eſſe ſocialis coniunctio , & ſic mu-
lier non debet dominari uiro , nec mulier debet viro eſſe
ſeruiliter ſubiecta,quia non eſt formata de pedibus. Secū-
dò propter ſacramentum, quia de latere Chriſti dormien-
tis in cruce fluxerunt ſacramenta.ſ.ſanguis & aqua, quib.
11 eſt eccleſia inſtituta. † Eſt igitur uxor ſocia humanę, & di-

ulnæ domu s, vt inquit tex. in l. aduerſus.C.de cri.expila.
hęre. Inde d icitur iugalis, vt C. de aduo.diuer.iod.l.iube-
mus,& l.pe titionem. Et dicitur vna caro cum viro 27.q.2.
cap.ſunt qui dicuot, & cap.nullum & c.ſanè & c.ſicut vir.
& cap.fraternitatis. Et ideo glo.hic dicit,ꝙ vir & vxor in
proſperis, & in aduerſis debent eſſe participes, vt in iurib.
in ea allegatis. Iſta materia de ſacramēto matrimoniali eſt
multùm ampla,& requireret longum tractatum, de quo
vide in 4.lib.decretalium,& io ſumma Aſtenſis,lib.8.& in
ſacramentali domioi Steph.de Caieta, noſtri Neapolit. de
ſeptem ſacramentis eccleſiæ, iam impreſſo,io ſacramento
matrimonij. An autē maritus de iure Longobardo ſit legi
timus mundualdus ſuæ vxoris: vide plenè per Lucam de
Pen.in l.quicuoque, per tres magnas col.C.de re milita. li.
12 12. † Septimò no.ex tex.ibi immortales,ꝙ quando homo
fuit creatus a Deo,fuit creatus,vt eſſet immortalis: ſed pro
pter traſgreſſionem præcepti diuini: quia comedit de fru-
cto vetito,in pœnam dictæ traſgreſſionis effectus eſt mor-
talis.hæc omoia pateot per exteoſum Gen.cap.3. Ex his ſe
b quitur. Et primò, ꝙ propter [b] peccatum ſecuta fuit mors:
& ſi peccatum noo fuiſſet,bomo nō eſſet mortalis,& ſem-
per fuiſſet in iuuentute, vt oo.in cap.placuit.de cōſe.diſtin.
4. Et nonnunquam propter peccatum venit iofirmitas cor
poralis,vt dicit tex.in cap.cum iofirmitas, de pœnit. & re-
miſſio. Secundò ſequitur,ꝙ propter contemptum manda-
ti diuini,de qoo ſuprà, non ſolùm fuor puniti ipſi traſgreſ-
ſores,ſed etiam omnes deſcendentes ex eis. Nam Adam &
Eua peccauerunt: & non ſolùm ipſi fuerunt puniti,ſed to-
tum genos humanum deſcendens ab eis. Inde Apoſtolus
ad Rom.cap.5.dicit:per vnum hominem peccatū in hunc
mundum intrauit, & per peccatum mors,& de hoc plenè
per Beat.Thomam in ſecunda ſecuodæ, quæſt.64. & io j.
2.quæſt.81.ar.1. Sic etiam in crimine læſę maieſtatis pro-
pter peccatum patris puniuntur etiā deſcendentes. l. quiſ-
quis.C.ad legem Iuli. maieſta. Tertiò ſequitur ſecundùm
glo. hic, ꝙ contemptor mandati regis debet puniri pœna
mortis,ſed de hoc vide hic in gl. in verbo,io immortalita-
13 te.† Octauò no.ex tex.ibi,ne tamē ex toto, ꝙ Deus in hoc
mundo punit peccatum tranſgreſſioois præcepti oō in to-
tum, vt appareat eius prouidentia diuina. Sicut dicimos,ꝙ
Deus non omnia peccata punit in hoc mundo, ne ſubtra-
hatur iudicium generale vt dicit Beatus Thomas in epiſto
la Pauli ad Coriorhios primo.cap.2. ſic etiam princeps de
bet punire delinquentes cum miſericordia alterādo pęnā
ex cauſa:de qoo per Bartolum & Alex.io l.quid ergo.§.pę
na.ff.de infamibus.in l.hos accuſare.§.omnibus.ff.de accu.
& Andr.de Iſer.in capitulo primo.in ver.bona committen
tium crimen læſæ maieſta. quæ ſiot regalia. Bald. in l.pri-
ma.C.ſi aduerſus delic. & per Lucam de Pen.in l.ſi appari
tor.C.de coartalib.io verbo, permittimus.lib. vndecimo.
& vide eum in l.prima.C.de deſertoribus.in verbo, diſtu-
lerat: libro duodecimo. vbi plenè tangit de materia com-
poſitionis, & mutationis pœnarum corporalium in pecu-
niariam & ea quæ ſunt conſideranda per iudicem in ma-
teria compoſitionis, & per Beatum Thomam in ſecunda
ſecuodæ, quæſt.67.articulo quarto.& per Paridem de Pu-
teo in ſuo libro de ſyodicatu.in verbo,cōpoſitio, qui mul-
tam partem recepit à Luca de Penna io dicto verbo, diſtu
14 lerit.† Nonò oota ex tex.ibi, [c] vllius vſibus, quòd hic tex.
c eſt in argumentum;quòd ſi tranſgreſſor legis ueniret de iu
re puniendus pœna mortis naturalis, ſi ille eſſet vtilis ad
aliqoem humanum vſum pro beneficio publico, qui vſos
humanus ſie per alium expediri non reperitur: illa pœna
mortis oon debet infligi, vt relinquatur illi vſui neceſſa-
rio, qui per alium explicari non inuenitor: quia iodex te-
netur Deum imitari,vt io Autheot. vt omnes obediant iu-
dici.§.arripiant. nam ſic fecit Deus,vt dicitur hic in tex. &
pro hoc faciunt omnes illæ ſpecialitates, quas inducit fa-
uor publicæ utilitatis,de qnibus per Ludoui.Roma. io l.ſi
verò §.de viro.in decima principali fallentia.ff. ſoluto ma-
trimonio.Item ratione publicæ vtilitatis; vt malefactores
puoiantur, permittitur,ꝙ foriudicatus poſſit impunè occi
di, vt infrà, in conſtitutio. pœnam. Aliquando enim pro-
pter utilitatem,vel neceſſitatem reipublicę mutabantur &
laxabantur præcepta legalia.prima qoæſt.7.capit.& ſi illa.
Sic etiam nobilitas facit alleuiari pœnam.vigeſimaquarta
qoæſtio. 1.capit.qui contra.& de pœnis,cap.ſi. Item ratio-
ne dignitatis perſonæ pœna mitigatur.ff.de pœnis.l.capita
lium.§.vene.l.diſtinctio.vt conſtitueretur. & io ſin.76. di-
ſtin.capitulo,tanta.bene facit id quod idem dicit Bal. in l.
ſed reprobari.in verbo, valde.ff.de excuſa. tuto. ꝙ propter
hominis ſcientiam multùm eminentem poteſt recedi à cō
muni ſtatoto, & iſtud dictum allegat Ludoui. Roma. in l.
cum quid. ff. ſi certum petatur. Et ſic interdum licet leges
tranſgredi propter terribiles caſus,ſecundùm Iuno.in cap.
15 primo.de conſtitu.† Decimò no.ex tex.ibi, fœcundauit. ꝙ
omnes homines de mundo deſcēderunt ex Adam & Eoa:
ita ꝙ ſi Adam reſuſcitaſſet, & eſſet in mundo, hodie non
reperiret vxorem,vt dicit glo.in §.ergo.Inſtitu.de oup. Mu
lier enim producta eſt priocipaliter ad germinandum me
diante matrimooio.& ideo natura infixit eis concupiſcen
tiam,& deſiderium matrimonij,ſecundùm Bald.in l. am-
biguitatis.C. de indi. vidui. & tamen ſi vera eſſet illa opi-
nio laicorum,ꝙ nobilitas eſſet ex genere,non eſſet verum,
quia omnes ſumus deſcendentes ex Adam & Eua. Et ideo
habemus de neceſſitate dicere, quòd illa opinio laicorum
non eſt vera. Vnde verſus. Si pater eſt Adam,ſi mater cun-
ctis & Eua: Cur non omnes ſumus nobilitate pares? De-
generant homines vitijs: fiuntque minores: Exaltat virtus,
nobilitatque genus. De quo per Bart.in l.prima.C. de di-
gni. libro duodecimo. præſumitur tamen melius de illo,
qui deſcendit ex patre oobili. 56.diſtinctio.ſi gens.quia ſæ
pe ſolet eſſe,ꝙ filius ſit ſimilis patri.l.ꝙ ſi oolit.§. qui man
cipium.ff.de ædil.edic.C.de poſtula.l.prouideodum. ibi,
aut uetuſtas.concor.ſunt in glo.in verbo,paterni.inde Lau
reo. in clemen. prima. de baptiſmo. reprehendit Hoſt. in
cap.venerabilis.de præben.qui dicebat, quòd qui diſputat
de oobilitate progenitorum, diſputat de nobili ſtercore.
nam dicit hoc modo eſſe verum, quia propagatio alta &
clara ſanguinis ſoam poſteritatem nobilitat,& attollit.alle
gat d.cap.ſi gens.& 98.diſ.c.Aphros.bene facit tex.io cap.
nobiliores.C. de commer. & mer.& C de epi.audi.l.tam
dementis,& in Euange.Matth.1.c.vbi ponitur genealogia
beatæ Virginis: quæ fuit de ſtirpe nobili regali. Iſta mate-
ria requireret longum tractatum,ideo me remitto ad tra-
ctatum de nobilitate,quem fecit domi.Barth.Veronen. &
ad Lucam de Pen.in l.mulieres.C.de digni.libro 12.& ali
quid per Feli.in cap. ſuper eo.lo.2. ver.2.qualitas. de teſti.
& io cap.cum adeò.col.4. in verbo, nobilitates.de reſcrip.
vbi ſunt bonæ remiſſiones,& per Car.poſt Ioan.And.in d.
17 c.venerabilis.† Vndecimò no.ex tex.ibi paterni.ꝙ ſæpe fi-
lius ſolet eſſe ſimilis patri,& uitium patris interdum tran-
ſit in filium, ut patet in crimine læſæ maieſtatis, ut in l.
quiſquis. C. ad legem Iul. maie. & idem in crimine hære-
ſis,vt in conſt.incooſutilem,& no.Bart.io l.j.in ſi.ff.de bo.
eorum.& ideo dicit tex.patrum ioiuſtitia ſobolem eſt ſecu
ta,vt in Authen.vt omoes obe.iudi. prouin. circa princ. &
ideo bonus præſumitur,ſi de bono patre eſt genitus, vt in
Auth.de defen.ciui.circa ſi. & C.de vete. iu.enu.l.tanta. In
ſi.4.colum. facit.ff.de adi.leg. l.cum vnus. Inde dicitur in
Euange. Matth.7.capit. ouoqoid colliguot de ſpiois vuas;
aut de tribulis ficus. ſic omnis arbor bona bonos fructus
facit: mala autem arbor malos fructus facit.non poteſt ar-
bor mala bonos fructus facere, neque arbor bona malos
fructus facere.licet iſta aothoritas aliter exponatur ibi per
Nicolaū de Lira. Regulariter aotem pœna criminalis oon
traoſit in hæredem oon delinquentem,ut in l.j.C.ne ex de
licto defunctorum,& in l.crimen.ff.de pœnis.Alexan.in l.
18 eius qui.ff.ſi cert.peta. † Duodecimo no. ex tex.ibi,conce-
perunt, quòd ex uno inconuenienti plura ſequuntur. Sic
etiam dicimus, quòd omnes virtutes patiuntur detrimen-
tum ex vno vitio.glo.in cap.obi ſana.24. qoæſt.3. Nam ex
tranſgreſſio-

tranſgreſſione facta per primos parentes contra diuinum
præceptum, ſecuta ſunt multa mala. Nam homo propter
peccatum factus eſt ex immortali mortalis. Item in ſudo-
re & anguſtia laborabit terram pro ſuſtentatione humani
generis, cum primò ante peccatum terra ſine cultura pro-
ducebat fructus. & vbi ante peccatum mulier concepiſ-
ſet & peperiſſet ſine dolore, nunc poſt peccatum portabit
labores multos,& pariet cum dolore, & eorum germina-
tio habebit deſiderium dominandi, & erunt in eos iurgia,
lites, bella, & diſſenſiones: licet non ſint propterea priua-
ti libero arbitrio, vt legitur & not.Gene.2. cap. concordat
in hoc tex.in l.ex hoc iuregentium.ff.de iuſti. & iure. Ter-
19 tiodecimò † nota ex tex.ibi, quæſtionibus. quòd homines
naturaliter ad diſſentiendum ſunt faciles. Item humana
natura faciliter labitur ad delicta. Facit ad hoc l. ſi vnus.
§.principaliter.ff.de arbit. quem text. ad hoc alleg. Specu.
in titu.de arbi.§.fin. verſicu. hoc quoque notandum. & in
auth.de mona. §. ſi verò his quidem. ſecundùm gloſ. hic.
Cui adde pro hoc tex.in procœm. decretal. & de conſecra.
diſtinct.4. cap.ſicut in ſacramẽtis. & 63.diſt.ſi fortè. & de
conceſſ.præbend. in princ.ff.ad Trebel. l. quia poterat. &
iſtum tex.allegat ad hoc And. in conſti.regni, iuriſgentiũ.
4.colum. & Specu. in proœ.§.ſanè.an autem iſte diſſenſus
hominum inducat eis aliquod peccatum, beatus Thomas
tangit in ſecunda ſecundæ q.37. articu. 1. & concludit,
20 quòd † ſi ille diſſenſus contrariatur charitati erga Deum.
puta, quia cognoſcit aliquid eſſe ſecundùm rationem fa-
ciendum: tamen non vult cum alijs aſſentire, ne videa-
tur cum alijs concurrere, vt ſolent facere ſuperbi docto-
res,ſeipſos exiſtimantes pluſquam ſunt, vel ex odio,vel re-
ſpectu alicuius potentis domini, vel amore, vel ex alia cau
ſa. & iſto modo talis diſſenſus inducit peccatum mortale.
Et voluntariæ oblationes ab iſtis non ſunt recipiendę, vt
dicitur in cap. oblationes diſſidentium. 9. diſt. de quo ta-
men in ſumma Piſana, in verbo, diſcordia. Et vbi iudices
ſunt diſcordes, tenetur pronunciare vnuſquiſq; ſecũdùm
votum ſuum: vide Ang. in auth.vt iudices non expectent
21 ſacras iuſſiones. Decimoquartò † not. textus ibi, diuinæ
prouiſionis, quòd Reges & Principes à Deo regnum de-
bent cognoſcere ſe habere, quia omnis poteſtas eſt à Deo,
vt dicit text. in authen.de non aliena. verſicu. quid.n. &c.
& nota. Sed primò hoc dixit Paulus Apoſtolus ad Roma-
nos 13. cap. & in libro Sapientiæ dicitur, ꝙ Reges ſunt
miniſtri Dei, de quo etiam vide, quæ dicam infra in 19.
not. Andr.in cap.1. §. ſi quis verò. de pace iuramen. fir.2.
col.concordat l.2. in princ. C. de ſum.Trinita. ibi, per me
Reges regant. concord. ſunt in gloſ. & eſt tex. in authen.
de fide inſtru.§.1. ibi, imperium de cœlo Deus &c.& iſtũ
text.allegat Andr.in procœm.iſtarum conſtitu.in 9. colum.
& eſt text. in conſtitu. non ſine grandi. Dicit tamen And.
22 de Iſern.in præludijs feudo. 2.char. colum. 3. quòd † po-
teſtas Imperatoris non eſt à Deo præcipiente & iubente,
ſed à Deo permittente & ſinente, allegat 23.quæſt.1. cap.
quid culpatur. & in eadem colum. ibi, fatetur imperium
eſſe à Deo. allegat.C.de vete. iure enucl. l. 1. & 16. diſtin.
c. duo ſunt. & ſic intelligitur illud, quod dicit Bald. in
procœm.decr. in 2.colum. cum dicit, quòd id quod facit
Imperator, videtur facere ipſe Deus, ſcilicet Deo permit-
tente, nam propter peccata populi interdũ permittit Re-
gem iniuſtè facere,vt patet Oſeæ 13. c. ibi, dabo tibi Re-
gem in furore meo.& Iob, cap. 34. dicitur, ꝙ regnare facit
hominem hypocritam propter peccata populi. Ideo ca-
ueant populi à peccatis, quia cor Regis eſt in manu Dei:
& quocunque voluerit, inclinabit illud, vt dicitur prouer-
bio. 12. cap. Et pro hoc bene faciunt ſcripta per Andr.in
cap. 1.§ fin.vlt. colum. de capi.qui curiam vendidit, & ibi
And. allegat dictas authoritates. & interdum Deus pro-
pter iniuſtitiam Regis permittit regnum transferri de gẽ-
te in gentem, vt patet in eccleſ. c. 10. ſecundùm Andr. in
c.1. in verbo, extraordinaria collatio. in 3.colum. quæ ſint
23 regalia. † Decimoquintò no.ex tex. ibi, vitæ, neciſq;ue. ꝙ
Rex in regno ſuo, & in hominibus regni habet poteſta-
tem in eis dandi vitam & necem. olim hanc poteſtatem
habebant domini in ſeruis ſuis, vt in l. 1.ff. de his qui ſunt
ſui, & patres in filijs, vt in l. in ſuis.ff. de libe. & poſth. &
in l.fin.C.de patria poteſtate. ꝙ hodie correctum eſt,vt di-
citur in dictis legibus. & beatus Pet. in epiſto. ſua dicit,
ſubditi eſtote omni humanæ creaturæ propter Deum, ſi-
ue Regi tanquam præcellenti, ſiue Ducibus tanquam à
Deo miſſis, ad vindictam malorum, laudem verò bono-
rum. translatiuè in cap. ſolitæ. de maiori. & obedien. Nã
ideo sũt facti principes,vt boni inter malos quietè viuant.
23.quæſt.5. cap.non fruſtra. & vt vita malorũ corrigatur.
23.quæſt. 5. cap. prodeſt. ſecundùm glo. in cap. ad repri-
mendam. de offic. ordina. & debent etiam illos, qui bene
ſeruierunt, remunerare, vt in l. vt virtutum. C. de ſta. &
imagin.& not.in l.j.in prin.ff.de iuſti.& iure,& in l.in no-
mine domini. C. de offic. præfec. Affricæ. Non tamen te-
netur remunerare illos, qui præſtiterunt ſeruitia Regibus
prædeceſſoribus, et ſi eſſet hæres prædeceſſoris, vt tenet
Bart.in l.ambitioſa. ff.de decret. ab ordi. faciend. de quo
fuit memor Iaſ. in l.ex hoc iuregentium. ff. de iuſti. & iu-
re.in l.ſi nõ ſortem.§.libertus.ff. de condi.indeb. Decimo-
24 ſextò not. ibi, ſtatutaq; haberet, quòd † ſtatus vaſallorum
ſunt in protectione Regis. & iſtud multum facit contra
opinionem Cy. in l.ſi certis annis. C. de pact. volentis, ꝙ
in præſtationibus perſonalibus non ſit dare poſſeſſorium:
ſed canoniſtę dicunt, ꝙ eſt dare quidam ſtatus, vt habetur
in c.querelam. de elect. vt dixi in deciſionibus meis im-
preſſis 395. & quæ ibi dixi, hic repete. & ſic poterit im-
plorari officium regium, vt reponatur ſpoliatus in eodẽ
ſtatu, in quo erat: licet nullum poſſeſſorium ſibi cõpetat
per iſtum textum, quod tene menti: quia non reperitur à
regnicolis text. iſte ponderatus ad hoc. Decimoſeptimò
25 no.tex.ibi, velut executores &c. quòd † Reges dicuntur
quodammodo executores diuinæ prouidentiæ. Inde di-
cimus,ꝙ motus principis eſt ex cœleſti arbitrio,ut in l.pri-
ma, in fi. C. de ſumma Trinit. Alibi dicitur, nos ergo ſe-
quentes Dei iudiciũ. C.de nupt.l. ſi libertam. & princeps
dicit, ſe Deum ſequi, in authen. conſtit. quæ de dig. §. il-
lud quoque. & alibi dicit, ꝙ cor Regis in manu Dei eſt, vt
in epiſtola, inter claras. & alibi, ꝙ eſt Dei imitator. vt in
auth. vt omnes ob.iud. prouinciarum. §.arripiat. hinc tex.
in conſt.regni, viurariorum. ibi, motum,quem nos etiam
pro arbitrio cœleſti ſuſcepimus, diuinæ coniungimus vl-
tioni &c. Ex Dei ergo diſpoſitione officia ſunt diſtincta,
vt patet in auth.quomodo oporteat epiſcopos,in princ. &
ibi Ang. hinc dicit tex. in cap.poſtulaſti, de homicidio. ꝙ
Regi commiſſus eſt gladius à Deo ad bonorum laudem,
26 vindictam verò malorum. † Decimooctauò not. tex. ibi,
rationem. quòd principes ſeculi tenentur Deo reddere
rationem de geſtis & adminiſtratis, an iuſtè, vel iniuſtè in
ſe, & in alios iuſtitiam ſeruauerint, concordat text. 23.
quæſt. 5. cap.principes. ibi, cognuſcant principes ſeculi ſe
debere eſſe reddituros rationem propter eccleſiam, quam
Chriſto tuendam ſuſcipiunt &c. immo etiam omnes ho-
mines tenentur ſibijpſis die qualibet cogitare, quid illo
die egerunt, quia dicit Seneca de ira, ꝙ animus quotidie
ad rationem reddendam eſt euocandus. Ratio enim eſt
porta bonæ voluntatis, ſed cauſa eſt porta iudicij. verba
ſunt Bal. in cap.1. de probatio. Decimonono nota tex.ibi,
27 a Rege Regum. quòd † dominus Deus pater, & filius, &
Spirituſſanctus dicitur Rex Regum, & dominus domi-
nantium, vt hic. & in clemen. 2. §. fin.de re iudi. & omnis
poteſtas humana à Deo eſt, vt patet ex allegatis ſupra in
14. notab. quibus addo id quod dicitur in Ezechiel. 28.
cap.ibi, & poſui te in monte ſancto Dei. Dicit ibi glo. Ni-
colai de Lira, ꝙ omnis poteſtas à Deo eſt. & Hieremias
10.cap. ibi, dominus autem Deus verus eſt,ſcilicet cœli &
terræ: & ipſe Deus uiuens & ſempiternus: & Malac. in
c.1.in fi. ibi, quia Rex magnificus ego ſum, dicit dñs exer
cituum, ſuper omnem creaturam. dicit ibi glo. Nicolai de

Lira. & nomen meum terribile.i. timẽdum. Alibi dicitur
Imperator cœli. 1 1. quæſtio.3. Iulianus. bene facit ad hoc
tex. 8. diſtinct. c. quæ cootra morem. & ibi, Deo regnato-
ri vniuerſæ creaturę &c. in fi. Deus omnibns præponitur.
Et accedat ad hoc tex. io Apocalypſi j. c. ibi, ipſi gloria &
imperium. dicit gl. ſuper omnia alia in ſecula ſeculotum,
28 Vigeſimò † nota tex. ibi, clandeſtinis præſidijs. quòd prin
cipes ſeculi debent eſſe deſenſotes ſanctę matris eccleſiæ,
cootra hęreticos & perſonas malè ſentientes contra ſan-
ctam matrem eccleſiam. Et in hoc concordat tex. in alle-
gato cap. principes. 23. q. 5. concordat tex. in l. cum ſit. C.
vt nemini liceat ſignum &c. vbi dicitur: cũ ſit nobis cu-
ra diligens per oĩa ſupremi numiois religionẽ tueri &c.
Et tex. in aoth. quomodo oporteat epiſcopos. io princ. ibi,
nos igitur maximam habẽs ſolicitudinem circa vera Dei
dogmata, & circa ſacerdotum honeſtatẽ, & cætera, quia
quod in religionem diuinam committitur, in omnium
infertur iniuriam. dicit text. in l. manichæos. C. de hæ-
reticis. immo etiam elementis fit iniuria, vt dicit text. in
l. Arriani. eod. titu. Et alibi dicit, quòd inteodit eccleſias,
& perſonas eccleſiaſticas ſublimare, in cap. 1. de pace te-
nen. in princip. & ibi per Andr. & patet in cap. venerabili,
29 de electio. † Vigeſimoprimò not. tex. ibi, matrem. ꝙ ſan-
cta eccelesia dicitur mater noſtra ratione principij, inſtitu-
tionis, & prælatioois. a 1. diſtin. cap. quamuis. nam, vt di-
cit Cardina. in clem. 1. in 2. oppoſitione, de ſumma Trin.
vberibus ſuis nos nutrit, & in ea renaſcimur per ſacra-
mentum baptiſmi. Solus tameo Ieſus Chriſtus ſuodanit
eccleſiam, cuius mioiſterium commiſit beato Petro & ſuc
ceſſoribus eius in ædificationem, & non in deſtructionẽ,
ſecundùm Beatum Thomam in libro 3. de regimine prin
cip. cap. 10. circa fin. & bene ſentit in ſecunda ſecundæ. q.
88. ar. 12. & patet in c. vnico. de ſacr. unct. ibi, ſecundùm
apoſtolum, eſt caput eccleſiæ, quæ eſt corpus ipſius &c.
30 † Vigeſimoſecundò not. ex tex. ibi, hoſtibus. ꝙ Rex Chri-
ſtianus, ſiue Imperator Chriſtianus debet ſumere arma
contra hoſtes & inimicos ſanctę matris Eccleſiæ, & ipſam
armis defendere, & opprimere eam opprimentes. Non ta-
men credas per hoc, ꝙ Rex, uel Imperator ſit minot præ-
lato ſanctæ matris eccleſiæ, ut patet in c. duo ſunt. 96. diſ.
ſed ſunt exequutores diuinæ inſtitiæ: & ſic eccleſiæ Dei,
ut dicitur io iſto tex. & dixi ſupra in 16. ootab. ꝙ ſancta
mater eccleſia ſpecialiter commiſſa fuit beato Petro, &
ſnceeſſoribus ſuis, ut ibi dicitur in cap. qnoniam. 10. diſt.
& in cap. cum ad uerum. 96. diſt. & bene probatur in cap.
31 ſolitæ. de maiorit. & obebien. Vigeſimotertiò † not. ibi,
tex. publicorum &c. quòd quantumcunqne ille, qui eſt
hoſtis, uel inimicus ſanctæ matris eccleſiæ, ſit priuata per-
ſona, nihilominns dicitur publicus hoſtis ſanctæ Roma-
næ eccleſiæ, & de hoc eſt text. in l. hoſtes. ff. de captin. &
poſtlimin. reuerſ. & bona iſtorum hoſtium iure licito cõ-
fiſcantur, ut dicit tex. in l. ſi captiuis. §. expulſis. ff. de capti.
& poſtlim. reuer. & eſt tex. qui nõ ſolet allegari ad hoc in
l. 1. C. de bonis libertorum, de quo per Innoceo. in cap. cũ
ad ſedem. de reſtitutio. ſpolia. & per Hoſtien. & alios in c.
olim. eod. titu. & io cap. ſicut. per Innocen. de iureiuran.
32 Vigeſimoqoartò nota ex tex. ibi, gladij materialis. ꝙ † ex
hoc patet, quòd duplex eſt gladius, ſcilicet materialis &
ſpiritualis. Materialem habet Imperator, ſpiritualem ha
bet eccleſia. 33. quæſt. 2. c. inter hæc. ibi, dum dicitur, ſan-
cta Dei eccleſia mundanis nũquam cõſtringitur legibus,
gladium non habet niſi ſpiritualem, qno non occidit, ſed
uiuificat. Dicit tamen Arcbid. ex authoritate Laurentij in
c. quoniam. 10. diſt. quòd uterque gladius Petro erat cõ-
ceſſus, non autem utriuſq; exequutio, ſicut patet in epiſco
po, qui res eccleſiæ alii poteſt tradere, ſed non ſibi retine-
re. 12. q. 2. qnatuor. ſubdens, quòd Papa habet ntrunque
gladium. & ideo oportet dicere, Imperatorem oullum li-
citè exercuiſſe gladium, poſtquàm Chriſtus conceſſit iu-
33 ra ntriuſqne gladu beato Petro. † & ideo hoc cognoſcẽs
Conſtantinus Imperator reſignauit beato Silueſtro gla-
dium, vt oſtendat ſe non legirimè uſum poteſtate gladij,
cum ab eccleſia non recipit: & hoc dictum allegat etiam
Bald. in l. cũ multa. C. de bon. quæ liber. Iac. Butr. io procœ.
C. dicit, ꝙ donatio Conſtantini facta eccleſiæ, fuit reſigna-
tio. Sed aduerte pro intelligentia, ꝙ illud Euangeliũ Lucę
22. cap. ecce duo gladij hic, intelligitur, ꝑut dicit text. 23.
q. 8. in prin. vbi dicitur, ꝙ Petrus primus Apoſtolorũ mate
rialem gladiũ exercuit, vt magiſtrum à Iudæorum iniuria
defenſaret. audiuit: conuerte gladiũ tuum in vaginã, om-
nis. n. qui gladium acceperit, gladio peribit, ac ſi apertè ei
diceret, hactenus tibi, tuiſq; prædeceſſoribus inimicos Dei
gladio corporali licuit perſegui. deinceps in exemplũ pa-
tientiæ gladiũ tuum, & tibi hactenus conceſſum in vaginã
conuerte: & ſpiritualem tm̃ gladium, quod eſt verbũ Dei,
in mactatione veteris vitæ exerce &c. habet ergo Rex ab
eccleſia gladij poteſtatẽ, vt in auth. quomodo oport. epiſco
34 pos. in prin. & 9. diſt. c. duo. & c. qm̃. 10. diſt. quia † eſt vl-
tor iræ Dei in malefactores. Vnde non ſine cauſa gladium,
ideſt, enſem portat ante ſe: dicit no. tex. in c. non ſolũ. 23.
q. 5. & in c. ſunt quidam. eadem q. 2. cauſa. Et ideo dicimus
ꝙ gladius materialis eſt in auxilium gladij ſpiritualis, vt
not. in cap. cum non ab homine. de iudi. & notat Archi. in
c. adminiſtratores. 23. q. 5. & c. dilecto. de ſenten. excom.
lib. 6. & Inn. poſt gl. in c. j. de offic. ordin. & oot. in l. epiſco-
pale. per Albe. de Roſa. C. de epiſc. audien. Et ecootra, vt ꝑ
Inno. in d. c. 1. & Hoſt. in ſumma, de treu. & pace. §. quid ſit
iuſtum bellum. verſi. ſi ergo dñs. Et patet in d. c. dilecto. &
de hoc dicetur infra in glo. in verbo, gladij. Et ideo dicit
Leo Papa. Res omnes aliter tutæ eſſe non poſſunt, niſi re-
gia & ſacerdotalis defendat authoritas, vt patet 23. q. 5. c.
res omnes. nõ tamen vnus ſe immiſcet de alio, vt dicit hic
glo. in verbo, gladij. per tex. in d. c. quoniam. 10. diſt. cum
35 concordan. hic, & ibi in glo. allegatis. † Vigeſimoquintò
not. ꝙ Rex in regoo debet ſtudere, ut ſit in regno ſuo inter
ſubditos, pax, quæ aliter haberi nõ poteſt, niſi per miniſtra-
tionem iuſtitię Regis, & ſuorum officialium, vt bene pro-
bat tex. in l. congruit. ff. de offic. præſid. Et concord. ſunt ibi
in glo. vbi præſes debet purgare prouinciam malis homini
bus, & non tm̃ debet in hoc ſtudere, ꝙ omittat in ciuibus
iuſtitiam facere, quia per ciuiles diſſenſiones, & lites ſæpe
læditur reſpublica, vt dicit tex. in l. ſi quis ingenuam. §. fi.
ff. de capti. & poſtli. reuer. ſic enim populi ſunt in qnietudi
ne, vt in l. 1. §. qnies. ff. de off. præfec. vrb. & vide gl. not. in c.
ad Apoſtolicæ. in §. deierauit. in verbo, pacem. de re iudic.
lib. 6. vbi dicit, ꝙ ſex ſunt canſę, per quas non eſt pax inter
36 homines, vt ibi per eum. † Nam paci oppoountur multa
vitia, ſcilicet, diſcordia io corde, contenno in ore. inde ꝓ-
cedunt iniuriæ, ſciſma, rixa, & bellum in opere. de quibus
per beatum Thom. 2. 2. q. 34. & q. 37. & 38. Et pax multa
bona producit, vt plenè per Bal. in tit. de pace Conſt. in ver-
bo, hæc ſunt nomina. Iſta. o. pax canſatur ex iuſtitia, vt dici-
tur Iſaiæ cap. 32. ibi, opus inſtitiæ eſt pax, & in pſalmo: pax
multa diligeotibus legem tuam. & beatus Thom. in 2. 2. q.
29. art. 3. in reſpon. ad tertium arg. dicit, ꝙ pax eſt opus iu-
ſtitiæ indirectè, ſ. inquantum remouet, & prohibet. ſed eſt
opus charitatis directè, qnia charitas pacem cauſat. Rogo
ex debito charitatis Reges, qnorum animus inclinatus eſt
37 ad iuſtitiam, vt † ſtudeant habere officiales ad iuſtitiam,
viros non laſciuos, aut concubinarios, aut cupidos tempo-
ralium, oec ſuperbos vel luſores: ſed Deo & ſibi fideles, &
virtutibus præditos, ſcientificos, & oon iuris ignaros, timẽ
tes Deum, & eis præſtent ſalaria condecentia, & ſtudeant,
ac vigilent, vt habeant manus mundas, etiam ab eſculen-
tis, & poculentis: quia mnnera tollunt animam accipien-
tis, vt in prouerbijs. cap. 22. & cap. 25. qui odit munera, vi-
uit. & dicit Seneca in prouerbijs, beneficium accipere, eſt
libertatem vendere. & hoc etiam ſtatuit conſtitu. regni,
apud iuſtitiarios, & ibi dicetur. Nam debet eis ſufficere
ſtipendium iuſtum, quod habent à Rege ad actus virtutis
exercendos. Inde dicit tex. in l. io nomine domini. in §. nã
ſi vſurpauerint. ꝙ officialis nullam aliam remunerationem

debet

debet expectare pro actu virtutis e ahibirę, niſi ab ipſo prin
cipe, qui illam ſibi offert: & hos ſeruos fideles diligat, ſicut
animam ſuam, & dicitur in prouerbijs. c. 25. caueat, ne de-
fraudet eos iuſtis ſtipendijs, quia daret materiam malignã
di, & obſeruandi dictum Inno. in c. olim. de reſtit. ſpo. vbi
pro ſe ſua recuperãda etiam furtiuè licet rem alienam ſine
ſcãdalo accipere eius, qui eſt debitor rei ſuæ, etiam à rege,
qui ſolutus eſt legibus. facit, quod ſcribit circa hoc Alexã.
in 1. vol. conſi. 135. ego circa hoc pro nunc, quia non eſt ꝓ-
pria materia, pono frenum ori meo, ſed hęc dixi ex cordis
38 abundantia. † Vigeſimoſextò & vltimò not. ex text. ibi, ve
lut duæ ſorores, ꝙ iuſtitia & pax ſunt duæ ſorores. Inde di
cit glo. ſuper Pſalmo. ibi, iuſtitia & pax oſculatæ ſunt, cõ-
plexæ ſunt, dicit gl. qui facit iuſtitiam, pacem inuenit. hoc
refert And. in c. 1. in col. 1. de pace tenen. vbi dicit, ꝙ pro-
prium regis eſt iuſtitiam facere. 23. q. 5. c. regum, & ibi cir-
ca hoc multùm ſe extendit, & vide ad hoc And. in prælu;
feu. circa fin. qui dicit, ꝙ iuſtitia eſt regina virtutum, vbi
allegat Tullium li. 3. de offi. & Pſalmum ibi, Aſtitit regina
à dextris tuis in ueſtitu deaurato, circũdata varietate: quia
iudiciũ & iuſtitia eſt præparatio ſedis Dei. & vide pulchra
de iuſtitia per Lucam de Penna in l. neminem. C. de ſuſce.
& arcarijs. lib. 11. & per Paridem de Puteo in ſuo trac. im-
preſſo de ſyndicatu. in prin. ſui operis. Vidimus. n. ꝙ rex,
qui fecit iniuſtè hoc factum fuiſſe in ſuos deſcendentes, &
pro hoc auth. de ſanctiſ. epi. §. in omnibus autem, & in au-
then. Scenicas. circa medium, & ſolemus dicere, qui alie-
na priuilegia non obſeruat, ſua priuilegia decurtabũtur, c.
39 dilecti. de priuilegiis. cum concor. ibi in gl. allegatis. † Ve-
nio ad gl. ſuper verbo, immortalitate, quæritur hic, an con-
temptor mandati regis poſſit puniri pœna mortis. Et quia
iſta gl. multùm egregiè arguit pro & contra, & ſoluit bene
diſtinguendo & allegando, ideo ad eã me remitto, ſed tñ
eius dictis addo. & primò adduco ad oſtendendũ, ꝙ pœna
mortis poſſit imponi per regem contẽptori mandati eius,
illud, qđ dr̃, ꝙ perſiſtẽtibus in contumacia oportet nos eſſe
ſæueros. 2. q. 4. c. quantò. & c. ea quę. de ſtatu mo. in glo. in
verbo, rebellib. quæ allegat bonum tex. in c. 1. circa fin. de
poſtu. prælato. h. d. tex. in c. 1. de appel. lib. 6. iuſtũ eſt. n. vt
in eum iura inſurgant, qui ius & iudicem & partem elu-
dit, & alibi dicitur, ꝙ cõtemnens ꝑcepta ſedis apoſtolicæ,
nõ ſolum eſt excõicandus, ſed ẽt eiiciendus. exul fiat à ſa-
cro miniſterio, dicit tex. notanter in c. nulli fas. 19. diſt. vbi
40 dicit gl. † ꝙ ille, qui dicit, Romanã eccleſiã non poſſe con-
dere canones, eſt hęreticus, ſed ſi quis eius mãdata tranſgre
ditur, non ppea eſt hæreticus; vt in iuribus in ea allegatis.
Et ſic dẽt intelligi gl. in c. violatores. 25. q. 1. quæ dicit, ꝙ
violatores canonum ſunt hæretici, i. qui dicit, ꝙ Romana
eccleſia non põt facere canones, eſt hæreticus, ut dicit gloſ.
in c. nulli. 19. diſt. præallegata. Secundò pro hoc allego Lu
cã de Penna in l. 1. C. ut digni. ordo ſeruetur. lib. 12. ubi cir
41 ca fi. dicit, † ꝙ ſi quis eſt cõtẽptor mãdati regis, aut in exe-
cutione eius, qđ mandatur, uertitur grande periculum, pu-
ta quia mandat muniri caſtrum pp metum hoſtiũ, & tunc
nedũ cõtemnens, ſed ẽt negligens debet capite puniri, licet
ẽt hæc pęna adiecta non ſit. C. de offi. præfect. præt. Affri. l.
1. in fi. & ff. de re milita. l. 3. §. in bello, & l. omne delictum.
§. contumacia. eo. tit. Si uerò non uertitur grande periculũ,
ſed ſup leuibus rex reſcribit; tunc erit pœna extraordina-
ria. ff. de pœn. l. ſanctio. & C. de theſauris. l. 1. in fi. lib. 10. &
dicit, ꝙ hæc pœna extraordinaria poteſt excedere pœnam
relegationis, ut ff. ad l. Iuliã repet. l. lex Iulia. §. hodie. & Lu
cas ibi non allegauit iſtam glo. ſed bene iſtam glo. allegauit
in d. l. 1. C. ut dignit. ordo ſeruet. Tertiò ad idẽ allego gl.
in c. dolentes. de celebratio. miſſar. q̃ dicit, ꝙ clerici contem
nentes præceptũ apoſtolicum, & diuinum officiũ, ſunt pri-
uandi beneficiis ſuis, pp inobedientiã, ut in c. illud. de ma-
42 ioritat. & obedien. † Et ſubdit, quia pcť̃m paganitatis incur
rit, quiſquis ſedi apoſtolicæ obedire contemnit. 81. diſt. c. ſi
qui ſunt. & infidelis eſſe cõuincitur, ẽt ſi fidelis eſſe uideat.
8. q. 1. c. ſciẽdum. poſtea dicit gl. ꝙ minus punitur tranſgreſ-
ſor canonis, q̃ tranſgreſſor mãdati iudicis, vt in l. Celſus. ff.
de arb. & c. ſi celebret. de cler. excõ. miniſtr. & idẽ dicit Ar-
chid. in c. quamuis. de off. ord. lib. 6. & Abb. Sic. in c. 1. in a.
lũ. in fi. de iud. Quartò adducitur id, qđ dñt iura, ꝙ inobe-
dientia eſt grauiſſimũ crimen, vt in c. ſciendũ. 8. q. 1. & fir-
mat gl. 4. q. 1. in prin. vbi dicit poſt mediũ, quis. n. dicet, ꝙ
talis cõtumax morte punietur, qui nollet ſoluere pecuniã
ad mandatum iudicis? quaſi dicat, nullus, & ppea glo. in c.
abſit. 11. q. 3. dicit, ꝙ olim inobedientia capite puniebat̃,
ſed hodie repellitur à ꝓmotione: nõ tñ quælibet inobediẽ-
tia capite puniebatur, ſed ſola illa, q̃ ſciſma inducebat, vt
7. q. 1. c. deniq;. Quintò facit ad hoc autoritas ſacræ ſcriptu
43 ræ Numeri 15. c. † vbi dr̃, Anima, quæ per ſuperbiã aliquid
cõmiſerit, ſiue ciuis ſit ille, ſiue peregrinus: qm̃ aduerſus
dñm rebellis fuerit, peribit de populo ſuo: verbum. n. dñi
contempſit, & ſic ꝑceptum eius fecit irritum, idcirco dele-
bitur, & portabit iniquitatem ſuam. Et iſtam autoritatem
cum alijs autoritatibus veteris teſtamenti allegat Lucas de
Pen. in l. 1. vlt. col. C. de priuil. eorum, qui in ſacro pala. mi
lita. lib. 12. Sextò allegatur tex. in c. ſi apud carnales domi-
nos. 23. q. 5. vbi dr̃, ꝙ mandatum domini contemnere, eſt
violare fidem. Et ſubditur ibi. qũo. n. poteſt fidelis eſſe in
ſubſtantia Dei, qui carnali dño fidem exhibere non potuit,
faciũt ad hoc ea, quæ ad hoc allegat Præpoſitus S. Ambro-
ſij in §. hęc & ſi legib. 4. diſt. Septimò pro iſta parte allego
And. in c. 1. in verbo, bona damnatorum, quę ſint regalia.
44 † vbi dicit, ꝙ princeps põt citare ſub pœna omnium bono-
rum infligenda contumaci, ſi non cõpareat in iudicio, al-
legat. C. de iure fiſci. l. certa forma, lib. 10. & C. de decur. l. ſi
ad magiſtrum. eod. lib. dicit tñ hoc ſolùm habere locum in
principe, non in alio iudice inferiori à principe: nec prin-
ceps indifferenter dẽt dictam pœnam imponere, ſed ex ma
gna cauſa & in enormi, & incõſueto delicto. Nã pp terribi
les caſus licet leges tranſgredi, ſecundum Inn. in c. 1. de cõ-
ſtit. & ibi Fel. in verſi. fallit 7. alleg. concor. & hoc ẽt voluit
Bal. in c. 1. §. iniuria. de pace iura. firm. & in l. fi. ff. de rerum
diuiſio. & in c. 1. ex quib. cauſ. feu. amit. & ad hoc probãdũ,
ꝙ princeps poſſit hoc facere, adducitur tex. in l. unica. C. ne
ſine iuſſu prin. certis iudicibus liceat confiſcare. & ibi per
45 Azonem in ſum. † plura. n. licent regi, quę non licent alijs.
Et ſic ecõuerſo, plura licent aliis, quę non licent regi, tamẽ
ipſe rex dẽt ſe abſtinere ab omni re illicita pluſquã alij, ſe-
cundùm gl. & Bal. in l. pen. ff. de hęred. inſtit. vbi dicit, ꝙ il-
la glo. debet ſcribi literis aureis. & idem dicit And. in loco
pręall. in ſua addi. dicens, ꝙ iudices inferiores debent eſſe
contenti imponere pœnam contra contumaces ſtatutam à
lege: vt in conſtit. regni: pœnam, & nõ tranſgredere leges,
imò dicimus quò illud, qđ rex imponit ſuis officialibus,
honeſtum eſt, qđ ẽt ipſe ſeruet illud, vt C. de natur. lib. l. cũ
aliquis. & in auth. vt non fiant pigno. §. illud. ſecundũ And.
ibi, in additione pręallegata, & pro hoc facit id quod dicit
46 Alberi. de Roſa. in l. princeps. ff. de legib. † vbi dicit, ꝙ prin
ceps ligatur lege quã ipſe cõdidit obſeruandam per ſubdi-
tos, idem h. d. And. in conſt. regni, quàm plurimũ, & in c. 1.
§. fi. de pace iura. firm. in c. 1. in verbo, extraordinaria colla-
tio. in 3. col. quę ſint rega. & pro hoc facit illud, quod dicit
Ang. in l. 1. C. de cano. largi. li. 10. ꝙ qñ in pręcepto eſſet ap
poſita pœna inconſueta poni in ſimilibus pręceptis, eſt ex-
cuſatus non comparens, puta erat ſolitum in pręcepto po-
nere certam pęnam pecuniariã, ſi in pręcepto ponatur pœ-
na ęris & perſonę, excuſaretur non comparens, quia hęc
pęna erat inſolita. Idem ſentit Ioan. de Imola, licet non al-
leget Ang. ſed bene de illo dicto Ang. fuit memor do. Iaſ. in
47 ſua lect. impreſſa, in l. 1. §. 1. ff. ſi quis ius dic. non obt. † An
autem iudex poſſit mandare ſub pœna amiſſionis cauſę.
dicit Bald. quòd non in l. & in multis. C. de app. per glo. in
l. 1. §. hoc iudicium. ff. ſi quis ius dicen. non obtem. & ibi
hoc firmat Alex. de Imo. bene tamen poteſt propter contu-
maciam denegare ipſi contumaci audientiam non in per-
petuum, ſed ad certum tempus tantùm, vt in gl. in l. ſed ſi
per prætorem. §. ſed & ſi cum decreto. ff. ex quibus cauſis
in maio.

maio. & Bal. in l. conſentaneũ. 5. col. C. quomodo & quan-
do iudex. & idem Bal. in c. fi. de mutuis petitio. & Alex.
in d §. hoc aũt iudicium. & in ſuo conſi. 3. in 2. colum. in 2.
vol. qualiter ergo reſpondebimus authoritati ſacræ ſcri-
pturæ, Gen. 3. c. & huic prooemio, vbi dicit, ꝙ Deus mor-
te æterna priuauit primos parentes pp contumaciã præce-
pti ſiue mandati diuini contempti ab eis, & in Euangelio
dicitur, Exemplũ enim dedi vobis, vt quod ego facio, ita
& vos facere debeatis. & princeps debet eſſe imitator Dei,
vt in auth. vt oẽs obed. iudici. prouinc. §. arripiat. & C. de
nupt. l. penul. & dixi ſupra in 3. notab. Et ideo dixit Sene-
48 ca in Hercule furente, quod licet Deo, licet & regi. † Nã
ad hoc rñdetur, ꝙ Deus fecit præceptum primis parenti-
bus, vt non comederent de fructu vetito, cum cõminatio-
ne, ꝙ ſi comederent, morte morerentur, & quia tranſgreſſi
ſunt, & ſic infinitè peccauerunt, infinitè debuerunt puni-
ri poena comminata, ſcilicet ꝙ morerentur ipſi, & tota li-
nea deſcendens, ſed viuent ad tp̃s cũ labore & ſudore &c.
& quia iſtud erat factum arduum, & poena comminata,
dico ſecundũ gl. hic. Quòd in facto arduo poſſet rex com-
minare in præcepto poenam mortis, quia qui non obedit
principi, morte moriatur, c. 2. de maior. & obedien. Sed
non iudex inferior, qui non poteſt comminari, niſi poenas
ſolitas & cõſuetas, & ſtatutas à lege viua, vel mortua, vt ſu-
49 pra dictum eſt. † An autem iudex inferior poſſit [e] pro cõ-
e tumacia diruere domos, & incidere arbores, & vites, tan-
gunt Doct. in l. ſi is cum quo. ff. com. prædio. & Paris de
Puteo in ſuo tract. de ſyndicatu, in verbo, contumacia. in
2. q. & ego vidi in regiſtris, ꝙ Regina Ioanna prima man-
dauit dirui domos illorum Theutonicorũ, qui interfece-
f runt And. de Iſer. quem dixit eſſe virum inſontem, [f] &
iuſtum & dabat premium illis, qui eos viuos, vel mortuos
ducerent ad regiã curiam, qd mandatũ fuit factum anno
Dñi MCCCLIII. die 15. Octobris, 12. indic. In glo. in
50 verbo, gladij. ibi, dum dicit, vnum tñ non omitto. † ꝙ do-
mini temporales eccleſiæ debent impartire auxilium pro
manutenendis eccleſijs & iuribus ſpiritualibus, & ſic ecõ-
uerſo, vt in iuribus in ea allegatis, & ad hoc concordant
ea quæ dixi ſuprà in 24. no. & ea quæ dicam infrà in con-
ſtit. incõſutilem. ſuper gl. in verbo, præſentis legis noſtræ
g edicto. Iuxta hoc quærit [g] hic Andr. vtrũ rex & alij domi-
ni tẽporales, ſi ſunt requiſiti à prælatis eccleſiarum, vt præ-
ſtent eis auxilium brachij ſecularis pro executione ſentẽ-
tiæ latæ per prælatum, teneantur præſtare auxilium bra-
chij ſecularis. And. hic arguit ad partes, & primò dicit, ꝙ ſi
opponatur coram iudice ſeculari contra ſententiã iudicis
eccleſiaſtici, ꝙ non eſt exequenda, quia eſt nulla nullitati-
bus apparentibus ex eodem proceſſu, tunc non dẽt iudex
ſecularis impartire ſuum officium, quia talis exceptio im-
pedit executionẽ ſniæ, allegat l. ſi feriatis. ff. de ferijs. & eſt
tex. in l. 4. § condemnatum. & in l. ſi cum nulla. ff. de re iu.
51 & in l. licet. C. de proc. † ſemper enim exceptio nullitatis
contra ſententiam, quæ incontinenti apparet ex eodem
proceſſu, impedit executionem ſententiæ, vt firmant Do-
cto. in d. §. condemnatum. & c. cum iure. poſt Innocen. de
off. deleg. & in l. à Diuo Pio. §. ſi ſuper reb. ff. de re iud. &
in hoc ſunt multæ concordantiæ allegatæ per Alex. in d. §.
cõdemnatũ. in 2. col. & ſic in hoc debet adhiberi cauſæ co-
gnitio, vt firmant ibi Doc. ergo iudex ſecularis ante con-
ceſſionẽ ſui brachij adhibebit hanc cognitionẽ exceptio-
nis nullitatis apparentis ex eodẽ proceſſu corã eo produ-
cendo, & pro iſta opi. facit id, quod dr̃, ꝙ executor ſenten-
tiæ põt cognoſcere de exceptione nullitatis ſniæ oppoſita
coram eo, vt no. in l. ab executione. C. quor. app. non rec.
idẽ ſi opponatur, ꝙ ſniã lata fuit prætextu falſi inſtrumen-
ti, vel prætextu falſorũ teſtium, vt in l. ſi prætor. §. 1. ff. de
iud. & hr̃ in c. ſuper literis. de reſcr. quod intellige prout
52 dicit Bart. in d. l. à Diuo Pio. in princ. ff. de re iu. † vbi di-
cit, ꝙ veritas eſt, ꝙ executor ſententiæ ſi ſit iudex ordina-
rius, in alijs cauſis dr̃ miſtus executor, & põt de iſtis nul-
litatibus allegatis cognoſcere, non vt pronũciet ſententiã
exequendam non eſſe, ſed vt ſuperſedeat in executione, &
remittat ad iudicem primum ordinariũ, qui protulit ſen-
tentiam, p tex. ibi, & in l. ſi prætor. in princ. & in § Marcel-
lus. ff. de iud. & hoc tenent Inn. & alij in c. decætero. de re
iud. Sed ſi eſſet merus executor ſententiæ latæ cum cauſæ
cognitione, iſte nullam habet cauſæ cognitionem, & ſic
non tenetur admittere dictas exceptiones nullitatis cõtra
ſententiã, & ſic loquitur d. l. ab executione. & voluit Bald.
in l. & ſi non cognitio. C. ſi cont. ius vel vti. pub. & Card.
Flo. in c. paſtoralis. §. quia verò. de offic. deleg. & in cle. 1. §.
pen. in 3. q. de fo. com. & firmat Inn. in c. cum olim. de pri-
ui. & tenet Ang. in l. ſi vt proponis C. de exec. rei iu. iſte ar-
ticulus plenè examinatur p ſcriben. in d. c. decætero. & in
d. l. à Diuo Pio. & in locis ſuprà allegatis, & p Alexan. in 2.
vol cõſi. 77. in 2. col. & in eod. vol. conſi. 95. ideo me ad
ſcripta p eos remitto, quia materia eſt prolixa, & hic im-
pertinens. In contrariũ allegat̃ hic p And. Certum eſt, ꝙ
53 † de iure p̃ſumitur pro ſententia iudicis, quæ tranſiuit in
in rem iudicatã, vt in c. in præſentia. de renun. Adde pro
hoc tex. in l. Herennius. §. Caia. ff. de euict. p̃ſumitur. n. id,
qđ iudex fecit, ꝙ ſit iure factum, l. 2. C. de offic. ciui. iud. &
vbi iudicis decretum interuenit, p̃ſumit̃, ꝙ interuenerunt
ea, quæ de iure requiruntur. multa ad hoc allegat Alex. in
1. vol. conſi. 125. in 5. col. & in 2. vol. conſi. 22. & cõſ. 85. in
4. col. & cõſi. 95. 3. col. & conſi. 123. & nota in c. cum in-
ter. & in c. ſicut. de re iudi. & ibi ſunt concord. ergo ſimili-
ter iudex ſecularis debet præſumere illam ſententiam iu-
dicis eccleſiaſtici eſſe iuſtam. & pro hoc faciunt ea, quæ al-
legat Alber. de Roſa. in l. epiſcopale. C. de epiſc. aud. & ſic
debet ſuũ brachium requiſitũ impartire. Sed ad hoc mo-
tiuũ rñdet hic And. dicens, ꝙ iſta præſumptio habet locũ
inter ſubditos & litigantes, non quò ad iudicem ſecularẽ,
qui eſt requiſitus, vt exequatur ſniam iudicis eccleſiaſti-
ci, quo caſu par in parem non habet imperium, vt in l. nam
magiſtratus. ff. de arbi. cap. innotuit. de elec. & hoc ſentit
Inno. in c. 1. de offi. ordi. Pro ſolutione huius quæſtionis,
quã etiam tetigit And. in c. 1. 8. col. de controuer. inter me
& alium de beneficio, & Abbas & alij in d. c. 1. de offic.
ord. Arch. 23. q. 5. c. adminiſtratores. & Albe. in d. l. epiſco-
pale. & Spec. in tit. de execu. ſen. §. 2. & in tit. de iu. deleg.
§. ſequitur. ver. ſed nunquid ſeculare. & Card. Flo. in cle.
1. §. 1. in 10. q. de ſeq. poſ. & Paris de Put. in ſuo tract. ſyn.
in verbo, brachiũ, procedam p quatuor concluſiones ve-
54 riſſimas. Prima concluſio ſit iſta, † ꝙ ſi iudex eccleſiaſti-
cus ordinarius, puta epiſcopus, vel eius vicarius protulit
ſniam in cauſa ciuili, à qua non fuit appellatum, vel fuit
appellatum, ſed ſententia tranſiuit in rẽ iudicatam. Et iu-
dex eccleſiaſticus fecit primò quicquid potuit pro execu-
tione dictæ ſententiæ excommunicando, & interdicendo,
& illam non potuit executioni mandare, tunc ſi requirit
brachium regium, vel iudicis ſecularis pro executione di-
ctæ ſniæ, tunc iudex ſecularis abſque eo, ꝙ videat, an illa
ſententia ſit iuſta, vel iniuſta, debet præſtare ſuum auxiliũ,
h ſeu brachium ſeculare [h] pro executione dictæ ſententiæ,
& imputatur parti, quare non appellauit, vel quare non
fuit proſecutus appellationem, aliàs ſi eccleſiaſticus iudex
non fecit primò quicquid potuit, iudex ſecularis non te-
netur impartire ſuum brachium. hoc voluit in primis Ol-
dra. conſi. 89. incip. epiſcopus inuocat brachium ſeculare.
item Bal. in l. 1. C. de his qui latro. occult. per illũ tex. not.
ibi. & probat tex. in c. 2. in uerbo, ſi neceſſe fuerit. de ma-
ledicis. & firmant hoc communiter Doct. & ita intelligũ-
tur illa iura, quæ dicunt, quòd princeps ſecularis tenetur
præſtare auxilium, ſeu brachium ſeculare ad requiſitio-
nem iudicis eccleſiaſtici pro executione ſuæ ſententiæ, vt
in c. cum ad virum. 96. diſt. & c. quoniam. de off. ord. cap.
& princeps ſeculi. 23. q. 5. & ſic intelligitur Innoc. in d. c.
1. de offi. ord. & firmãt Alex. in 4. vol. conſ. 130. inci. in cau
ſa ſtrazarolũ. in 1. col. ver. p̃terea adduco. & Pet. de Anch.
in regula, ea quæ. in 10. q. lib. 6. ſecus ergo ſi ab illa ſenten-
tia iudicis eccleſiaſtici fuiſſet appellatum, & cauſa appella-

tionis

tionis penderet, tunc iudex ſecularis non tenetur præſtare
ſuum brachium, vt firmat Old. in d. conſi. 89. & Io. de mon
te murlo, vt referunt Abb. Sicu. & And. Bar. in d. c. 1. in 11.
char. de offi. ord. vbi eſt iſta materia plenè examinata p ſcri
55 bentes, & tenet Old. vbi ſup. † Quid [i] aũt ſi tunc opponere
i tur coram iudice ſeculari de nullitate ſententiæ prædictæ,
an præſtabit ſuum brachium. Dicendum eſt, ꝙ ſi apparet
de nullitate ſnīæ allegatæ in promptu, nõ debet ipſam exe
qui, quia conſtat eſſe iniuſtam, poſtquam apparet eſſe nul-
k lam, quia iniuſto mandato iudicis [k] eccleſiaſtici non eſt pa
rendum. 11. q. 3. c. qui reſiſtit. & c. Iul. & c. ſi is qui præeſt,
& pro hoc c. decætero. 1. q. 5. cum ſeq. & tex. in d. c. 1. de off.
ord. nec contra iura obediendum eſt iudici eccleſiaſtico, vt
no. in c. ſi qñ. de reſc. & quæ contra ius fiunt, debent haberi
pro infectis. l. non dubiũ. C. de legi. paria quidem ſunt non
eſſe, vel eſſe nulliter, de quo per Andr. de Iſer. & ibi dixi in
ca. 1. §. præterea, quæ ſit prima cã bene. amit. ſi aũt nullitas
ſententiæ allegata coram ſeculari non conſtaret in prõptu,
tunc quantumcunque allegatur nullitas dictæ ſentẽtiæ co-
ram ſeculari iudice, non debet differre iudex ſecularis con
cedere ſuum brachium pro executione dictæ ſententiæ. ita
tenet hic And. & patet ex his quæ dixi in prin. huius quæ-
56 ſtionis. † Secunda cõcluſio ſit iſta, ꝙ ſi iudex eccleſiaſticus
protulit ſententiam in cã hæreſis, & inuocat brachium iu-
dicis ſecularis pro executione dictæ ſententię, à qua non eſ
ſet appellatum, vel eſſet appellatum, & non eſſet delatum,
& à non admiſſione non eſſet appellatum, prout de iure re
quiritur, ſecũdùm Card. Fl. in d. c. paſtoralis. de offic. deleg.
in cle. 1. de dolo & contu. tunc iudex ſecularis debet præſta
re ſuum brachium, & non habet videre proceſſum, an fuit
iuſtè, vel iniuſtè condemnatus de hæreſi, & hoc per tex. for
malem in c. inquiſitionis. §. prohibemus. de hęret. lib. 6. vbi
dr̃, ꝙ crimen hęreſis, ex quo eſt merè eccleſiaſticum, iudex
ſecularis nec directè, nec indirectè põt ſe intromittere, ſed
nuda & pura executio ſpectat ad iudicem ſecularem requi
ſitum per iudicem eccleſiaſticum, hoc ẽt expreſsè firmant
Abb. Sic. & Pet. de Anc. & Io. de Im. in d. c. 1. de off. ord. &
idem Abb. in c. ſi. de ſtatu regula. & Ang. in l. diuus. ff. de cu
ſto. reor. per dictum. §. prohibemus. & c. præſidentes. de hæ
ret. lib. 6. licet idem Ang. in l. magiſtratib. ff. de iuriſ. om. iu.
dicat, ꝙ olim erat contrarium de iure dicẽdum. Sed hodie
pro iſta opi. eſt quędam extrauagans Federici Imperatoris,
quam habẽt inquiſitores ſub bulla Papali. hanc concluſio-
nem firmat ẽt Bal. in auth. clericus qui. C. de epi. & cle. qui
57 in finalibus verbis ſuis dicit, † ꝙ qñ iudici ſeculari remitti
tur hæreticus per iudicem eccleſiaſticum, ſecularis iudex
non habet cognoſcere de crimine, & idem dicit Sal. in l. ea
quidem, in 16. col. ver. 10. quæro. C. de acc. dicens, ꝙ qñ re-
mittitur hæreticus condemnatus per iudices eccleſiaſticos
iudici ſeculari, non habet ipſe cognoſcere de viribus ſentẽ
tiæ, quia in hoc caſu ipſe eſt executor iudicis eccleſiaſtici,
vt in d. §. prohibemus. & idem tenet Petr. de Anc. in d. c. in-
quiſitionis. in prin. & hoc ẽt firmat Ang. in l. 1. C. de exhib.
reis, & hoc eſt ſpeciale in iſto crimine. & idem ſentit in ef-
fectu Pet. de Anc. in allegata regula, ea quæ. lib. 6. in 6. q. &
58 licet Bar. in l. diuus. dicat, † ꝙ iudex ſecularis requiſitus, vt
exequatur ſententiam condemnatoriam de hæreſi contra
hæreticum, non teneatur ipſam exequi, niſi prius oſtenda-
tur ſibi proceſſus formatus per iudices eccleſiaſticos, vt vi-
deat, an iuſtè per eos fuit proceſſum contra illum hæreti-
cum ad condemnationẽ, per tex. ibi, & in §. ſi verò crimen.
in Auth. de ſanctiſ. epiſ. & hoc idem tenebãt Guliel. de Cu.
& Bar. in d. l. magiſtratib. & Ant. de Bur. in d. c. 1. de offi. or.
& ibidem And. Barb. conatus fuit defenſare Bar. tandẽ re-
mittit ſe deciſioni ſanctæ matris eccleſiæ. Profectò legiſtę,
maximè Alb. de Roſ. & Pau. de Caſt. tenent opin. Bart. Sed
Canoniſtæ cõiter tenent contrarium (vt ſupra retuli.) Ego
enim ſum cum opinione Canoniſtarum cõtra Bar. quia il-
la iura, per quę mouetur Bar. non loquuntur in crimine hę
reſis, ſed in alio crimine, de quo poſſet cognoſcere non ſo-
lùm iudex eccleſiaſticus, ſed etiam iudex ſecularis, vt in cri
minibus miſtis, vt patet infra in conſt. multę leges, & habe
tur in c. cum ſit generale. de foro compet. & tanto magis,
quia iſta concluſio Canoniſtarum optimis iuribus eſt fun-
datæ, vt patet ex ſupradictis. Et ita reperio tenuiſſe dominũ
Iaſ. in d. l. magiſtratibus, & vidi ſic fuiſſe obſeruatum de fa
59 cto per iudices magnæ Curiæ Vicariæ. † Tertia concluſio
ſit iſta, ꝙ ſi iudex eccleſiaſticus cognoſcit contra delinquen
tem de crimine, de quo poterat etiam cognoſcere iudex ſe
cularis, & tulit ſententiam condemnatoriam, & deinde in-
uocat brachium iudicis ſecularis, non tenetur iudex ſecula
ris illam ſentẽtiam exequi, niſi prius ei fiat fides per proceſ
ſum de iuſtitia ipſius ſententiæ. Ita videtur reſidere Ant. de
Bur. in d. c. 1. de off. ord. & poſt eum ibi Abb. Sic. & Andr.
de Iſer. in d. c. 1. de controuerſ. inter me & alium de bene-
fic. & etiam hic. Et hoc per tex. in d. §. ſi verò crimen, & ſic
60 infertur, † ꝙ ſi iudex ſecularis per dictum proceſſum uidet
illam ſententiam iudicis eccleſiaſtici eſſe iniuſtam, licet ab
ea non ſit appellatum, non debet impertire ſuum brachiũ,
quia ad malum faciendum non debet præſtari auxiliũ (vt
ſupra allegatum eſt.) Hinc dicit Abb. Sic. in d. c. 1. de offic.
ord. ꝙ ſi degradatus pro alio crimine, quam de crimine hę
reſis, traditur curiæ ſeculari, iuxta no. in c. cum nõ ab homi
ne. de iudicijs. iudex ſecularis debet videre proceſſum, ſi
iuſtè, vel iniuſtè fuit condemnatus, & ſi videt, ꝙ iniuſtè, il-
lam ſententiam non debet exequi, quia ille effectus eſt de
ſuo foro, & habet eũ iudicare vt ſubditum ſuum, non aũt
vt purus executor, ſicut qñ traditur ſibi degradatus de hæ-
reſi, quo caſu eſt purus executor, vt bene hoc firmat Pet. de
Anc. in d. regula, ea quæ. lib. 6. in 7. q. & voluit Innn. in d. c.
paſtoralis. §. quia verò. de off. delegat. Quarta concluſio ſit
61 iſta, † ꝙ ſi iudex eccleſiaſticus proceſſit extraiudicialiter,
& inuocat brachium iudicis ſecularis, poteſt iudex ſecula-
ris dicere, ego volo videre prius acta facta coram iudice
eccleſiaſtico, & ſi videt, ꝙ malè proceſſum eſt grauãdo par
tem, non debet præſtare ſuum auxilium, maximè ſi erat ca
ſus, vbi debebat ſeruari ordo iuris, & non fuit ſeruatus. idẽ
ſi iudex ſecularis ſciret fuiſſe appellatum à ſententia iudi-
cis eccleſiaſtici, & appellationem non eſſe per eum admiſ-
ſam, quæ debebat admitti, iuxta notata in c. ſępe. de appel.
ſubaudi, & à non admiſſione fuit appellatum, vt ſupra di-
xi. hanc cõcluſionem firmat Inn. in d. c. 1. de off. ord. & An-
dreas hic, qui in vltimis verbis ſuis allegat d. l. diuus. ff. de
cuſt. reor. fallit niſi ſententia lata per iudicem eccleſiaſticũ
eſſet declaratoria excommunicationis ipſo iure, puta, quia
iniecit manus violentas in clericum, tunc iudex ſecularis
debet ſtare literis epiſcopi, per notata in c. poſt ceſſionem.
de prob. ſcilicet quoad effectũ, vt poſſit ipſe epiſcopus de-
nunciare ipſum excõmunicatum, vt euitetur ab hominib.
62 † Sed ſi inſtat epiſcopus, ꝙ iudex ſecularis capiat perſonali
ter excõicatum prędictum, oportet, ꝙ iudici ſeculari oſtẽ
dat acta, per quę appareat de culpa, propter quam fuit ex-
communicatus, quia verberauit clericum, & tunc iu-
dex ſecularis non credit literis epiſcopi de culpa, ſed opor-
tet, ꝙ producat legitimam probationem de culpa, ut in ca.
qm̃ contra. de prob. ſecundùm Andr. & bene, & hoc ideo
eſt, quia proceſſit extraordinariè, pro cuius extraordinario
proceſſu non pręſumitur, ſicut pręſumitur pro ordinario
proceſſu, ſecundùm Andr. hic. An autem ſi iudex ſecularis
requiſitus ſit à iudice eccleſiaſtico, ut excommunicatos à
ſe non curantes de excommunicatione debeat bannire, te-
neatur iudex ſecularis illos bannire. Et quid econtra, ſi iu-
dex ſecularis requirit iudicem eccleſiaſticum, ut ſubditos
ſuos rebelles, & inobedientes debeat interdicere, & excõ-
municare. Vide per Inn. & Abb. Sic. in d. c. 1. de off. ord. &
63 Inn. in c. licet ex ſuſcepto. de fo. compe. † An autem [l] dictę
l concluſiones uendicent ſibi locum, quãdo iudex ſecularis
requiſitus eſt à iudice delegato ſedis apoſtolicę ſine ſpecia
li clauſula, ꝙ poſſit inuocare auxilium brachij ſecularis, tã
gunt hoc dubium Arc. 23. q. 5. c. adminiſtratores, ubi refert
opiniones, & Abb. Sic. in c. ſi. de exceſſ. pręlatorum. & And.
Barb. in c. ſignificaſti. de off. deleg. Arch. in c. ut officium. de

hære.lib.6.& Old.in d.conſi.89. Vnum tñ ſciendum ſecundùm Ino.in d c.1.de officio ordina. quòd iudex eccleſiaſticus non tenetur iuuare iudicem ſecularem mucrone eccleſiaſtico, uidelicet per interdictum, uel per excõicationem contra rebelles, & inobedientes iudici ſeculari, niſi prius ei fiat fides de rebellione, uel inobedientia, per proceſſum legitimè factum, & pro hoc faciũt omnia illa, quæ ſcripſit And.in c.j.qua tempore miles, & in c.1. de feudo ſine culpa non amitt. & ea quæ ibi dixi. Et per iſtas quatuor cõcluſiones poteris in ueritate reſpondere, quando eris interrogatus de dicto dubio, de quo ſæpiſſimè magnates ſolent iuriſtas interrogare. Et ſolent ẽt interrogare, utrũ liceat Chriſtianis inuocare auxilium infidelium cõtra alios Chriſtianos, de qua plenè per Old.in conſi.71. incip. nunquid Chriſtianus &c. & per Io.And.in additionib. Speculator.in rub. de Iudæis, & per Fel. in c. ad liberandum. de Iudæis.

ANNOTATIONES.

a Parentis.] Vide Goliel.Bened.in repet.c.Raynu.in verbo, eandem Per.tradiderunt, num.38.extra de teſtam. & Chaſſa.in tract. gloriæ mundi.in 2.parte 78 conſideratione. Et an mulier dicatur imago Dei, eſt tex.in c hæc imago.33 q.5.vbi dicit, quòd non, & nota. extra de maiorit.& obed.c.dilecti.& eſt notan. quòd dicit Philoſophus. Mulier ad ſpeculum pingitur in contumeliam ſui artificis, & conatur fieri pulchrior, quàm nata ſit.

b Propter.] Adde vltra Affl. hic. q propter peccatum homo comparatur beſtijs, iuxta illud pſal homo cum in honore eſſet, nõ intellexit, comparatus eſt iumentis inſipientibus. & ſimilis factus eſt illis. item reatus omnem honorem excludit.l.1.C.vbi ſenat. vel clariſſimi, peior eſt malus homo quàm beſtia, & plus nocet, dicit Philoſophus 7.Ethic.& lib.1.Politicorũ.& ait Boetius, lib.4.de Conſo.& qui virtute deſerta homo eſſe deſinit, cũ in diuinam conditionem tranſire nõ poſſit, vertitur in belluam: ſiunt.n.peccatores veluti pecora contra naturam agentes, fiunt animalia bruta, vt in tãta morum peruerſitate iam non ſit homo, ſed iners & inſcia pecus, qui non eſt peſſimus, in Auth.de inceſt.nupt.§.1.col.2.ſecundùm Ioan.Fabri, in §.1.Inſtit.ſi quadrup.pauper.feciſſe dicatur.

c Vltim.] Affl.hic notat, q ſi tranſgreſſor legis, vel committens aliquod delictum veniret puniendus pœna mortis naturalis, ſi talis tranſgreſſor eſſet vtilis ciuitati & reipubl. ad aliquem vſum hominum pro beneficio publico, qui vſus non poſſet explicari ab alio, pœna illa mortis naturalis non debet infligi, ſed artifex debet relinqui vſui illi neceſ.ita fecit Deus optimus, quem domini temporales in hoc ſequi tenentur. §.arripiat autem.in Auth. vt oẽs obe.iud.ibi, ſolummodo Deo & Imperatore ſequentem eum, & licet alleget Affl.quædam lenia. tamen opi.ſua vera eſt, & pro ipſa facit tex.ſingul.in l.ad beſtias. ff. de pœn. vbi ſunt hæc verba formalia. Ad beſtias damnatos fauore populi præſes dimittere non debet, ſed ſi eius roboris, vel artificij ſint, vt digne pop.Rom.exhiberi poſſint, principem conſulere debet. qui quidem tex.ſemper allega.ad hoc, q rõne eximij artificij damnatus ad mortem nõ debet ſuſpẽdi ſeu mori, ſed princeps eſt primò conſulendus, & illũ dicit ſing. Ro.ſing.717.poteſtas vnius loci, & ibi infert ad bonam q̃õnem, ut ibi per eum. & nota bene illum tex. quia loquitur disiunctiuè, dũ dicit, roboris, vel artificij, & ſic vnum tñ ſufficit, q concurrat, vel excellens ingenium, vel maxima fortitudo, ita illum tex. vł intelligere Barth. Veron.in caut.2 in prin.nu 1.& adde pro intelligentia Affl hic, q princeps conſultus ſuper hoc, non abſoluet omnino artificem excellentis artificij damnatum ad mortem, vel cum qui condemnari deberet, ſed tantum pœnam mitigabit, ſeu commutabit, & hoc vł expreſſe ſentire hic Afflict. dum dicit, pœna illa mortis naturalis infligi non debet, & ſic ſenſit, q alia leuior imponi poterit, dummodo reſpub. non defraudetur vſu, vel exercitio ipſius artificis, per dictam pœnam leuiorem commutatam. & q dicta per Affl. hic ita debeant intelligi, adduco id, quod audiui cõſuluiſſe Dinum in contingentia facti. Nam cum quidam excellentis artificij faber percuſſiſſet ſocium eius, ratione cuius percuſſionis manus eidem amputari deberet, & ſic puniri, in quo deliquit. Dy. dixit, q faber ille propter ſuam excellentiam in illa arte non debebat puniri pœna manus, quia reſpublica priuaretur exercitio illius fabri excellentis, vnde non fuit illi manus amputata, ſed illa pœna fuit mitigata, & commutata per principem, & ſic excellẽtia in arte non liberat quem omnino à pœna, ſed dat ſuperioribus facultatem commutandi in aliquam leuiorem pœnam, illud dictum Dy.ſing.refert & ſequitur Paris de Put.in ſuo ſing.trac.de ſynd.in verbo, pœna.col.14 in prin. & pro iſta intelligentia ad Affl. facit id quod aliàs fuit deciſum Neap.in conſi.collaterali. nam cum quidam bombarderius excellentis artificij & roboris fuiſſet inquiſitus de homicidio, pro quod veniebat afficiendus pœna mortis naturalis, ratione ſui artificij excellentis, fuit obtentum, q relegaretur per quinque annos tantum à patria, & ſeruiret Regiæ curiæ in bello Idruntino contra Turcas, ita dicit Par. de Put. in loco præalle. q eo patrocinante fuit deciſum, & ſic non fuit omnino abſolutus, ſed pœna fuit commutata. excellentia ergo in arte dat facultatem principi commutandi, & non õino abſoluendi, & ita omnino intelligas dicta hic per Affl. aliàs errares, & ita etiam intelligas Barth.Veron. in l.2.col.4.nu.18.de vſuc. pro empto. dicentem, q aliàs quendam damnatum ad mortem liberare feci in ciuitate Ferrariæ, per d.l.ad beſtias. quia erat miræ fortitudinis, & magiſtræ peritiæ in ludo enſis. nã credo, q bene fuit liberatus à morte. ſed non ab alia pœna leniori, à qua liberari non poterat per prædicta. & tene menti vnum, q licet princeps non poſſit damnatũ ad mortem, citra partis iniuriam, liberare ab illa pœna mortis: tamen ſi damnatus ad mortem eſſet perſona ſtrenua ſingularis artificij, & vtilis reipub. vtique poſſet etiam ſine partis remiſſione. ita per d. l.ad beſtias. dixit Par.de Put.in loco ſuperius alleg. facit textus in l. non oẽs.§.ſi.ff.de re mil.& vide Dec.in rub.C.qui admit. col.2.in 2.lect.& excellentia in arte facit, q ſerui iuſte prohibentur alienari, tex eſt in l 2.C de vſucap.pro empt ibi, perfectæ artis, & ex illo tex.colligit Veron.ibi.nu 14.col.2.q excellẽtes in ſuo artificio dicuntur illi, qui obtinent in ſuperlatiuo grado primum locũ in illa arte, & in hoc multum coadiuuat fama, ita dicit Ang.primo, in l.vbi aũt non apparet, ff.de ver. obl.& ſequitur Veron.in d.l.2.col.2.no.12.& illud, quod ſuperius dixi, q princeps eſt conſulendus, fallit, quando tumultus populi aliter ſedari non poſſet, niſi per mortem illius artificis, quia tunc non obſtat, quod ſit excellens & ſingularis artificij, & vtilis reipub. etenim mori debet abſq; eo q conſulatur princeps, per tex.in l.pe.ff de ſic. ita limitat Veron. in d.caut.11.& vł ſentire Par.ſed non clare in d.verbo, pœna, & in hac appoſtil de excellentia artis alia diſperſa congerã. & ad ea, quæ dicit Affl.de publica vtilitate, adde tex.in l.ita vulneratus.ad le.Aq. ibi, multa autem in iure ciuili contra ſtrictam rationem diſputandi pro vtilitate communi recepta eſſe innumerabilibus rebus probari poteſt. & excommunicatus etiam non petens poteſt abſolui ex officio ratione publicæ vtilitatis. Abb.in c.apoſtolicæ. col.1. 1.no.de excep.& dicit Ioan in c.cum iam dudum, prope finem, de preb. q propter publ.vtilit. eccleſiæ vniuerſalis, vir literatus longe promouendus, etiam ad pluralitatem beneficiorum, & quando contigerit te conſulere in hac materia, recurre ſemper ad Felyn. tanquam fontem vberrimum in c.nonnulli.calum.ag.de reſcrip. vbi ſingulariſſima dicta ponit in materia publicæ vtilitatis.

d Gladius.] Quæro quid eſt crimen ciuile, & quid eſt crimen canonicum. dic ſecundùm gl.in auth.clericus.de epiſc.& cler. ciuile crimen eſt homicidium, falſum, adulterium, & ſimile, ſed eccleſiaſticũ eſt de articulis fidei, & de ſimonia, quia principalis cognitio de his pertinet ad eccleſiam, dic quoq; crimen eſſe ciuile, ſi agatur ad pœnam imponendam ſecundùm leges: ſi verò ad pœnam eccleſiaſticam, ſcilicet vt quis excõicetur, vel deponatur, quæ materia dependet ex poteſtate clauium, tunc omne crimen, pro quo talis pœna imponitur, põt dici canonicum, & ſic non ex genere criminis, ſed ex impoſitione pœnæ cognoſcitur crimen canonicum, vel ciuile, vt.ff.de pœn.l.quod ad ſtatum damnatorum. Illud eſt verum, q ſi pœna depoſitionis imponitur, vt terminus pœnitentiæ, ſed ſi imponitur ad præparationẽ legalis pœnæ, hoc crimen non appellabitur eccleſiaſticum, vt in auth clericus.in verbo, ſed in ciuili crimine, de epiſcopis & clericis. & eſt ratio, quia non pœna emergens, ſed pœna principalis denominat delictum iuxta prædicta quæro, an adulterium ſit crimen eccleſiaſticum. Bar.dicit, q ſi in adulterio cõſideratur quoddam ſpeciale, ſcilicet matrimonium, illud eſſet crimen eccleſiaſticum, vt no.Ber.extra de purg.can.c.nos inter alios: ſed breuiter Bal.in d.auth.clericus. de epiſco.& cler.dicit, q quantum ad pœnam canonicam eſt crimen canonicum, vt extra de proc.c.tuæ.ſed quantum ad pœnam gladij eſt crimen ciuile, ut C.ad leg Iul.de adul.quamuis.idem dico de periurio, q quantum ad pœnam canonicam eſt delictum canonicum, vt in c.vlt.de foro comp.lib.6.ſed quantum ad pœnam ciuilem eſt crimẽ ciuile, ut ff. de ex.ſtellio.l.de periurio.& ſic de genere pœnæ cognoſcitur delictum, vt in l.a.de publ.iud.itẽ dicitur crimen canonicum, quod principaliter & ſpecialiter ſpectat ad iudicem, & determinationẽ eccleſiæ, quod eſt vbicunque committitur in ſacris, vel in ſacerdotibus, aut in priuilegijs eorum, vt C.de epiſc.& cle.auct. Item nulla cõſtitu. quæ eſt nona conſtitutio Federici Imper.& ibi no. Et cõclude, q crimen interdum eſt canonicum rõne perſonæ in quam committitur: puta, quia in clericum committitur, interdum ratione rei, vt quia in rem eccleſiæ committitur, quandoque ratione loci, in quo committitur, vt quia in eccleſia delinquitur, quandoque dicitur canonicum ex genere cauſæ, vt ex prædictis colligitur. & adde quod nota.in cap.licet.de foro compet. per Innoc.& no.circa hanc materiam, q Epiſcopi habent carcerem, in quẽ poſſunt inijcere nuntios, qui illicitè citant clericos, ergo ipſi habent merum imperium de iure ciuili, quia carcer ſignificat merum imperium, ſicut erigere furcas. & aduerte, q necdũ monachis, & alijs exẽptis à iuriſdõne tpali ſit pmiſſa cõparitio, ſed imò nec eſt permiſſa citatio, nec quo ad actũ iudicis cõmittentis, nec quo ad actũ nuntij exequẽtis. id ex tali citatione nunq̃ põt oriri contumacia aliqua, qđ tene menti, ex Bal.in auth. cũm quæ.C.de epiſc.& cler.

n An aũt iudex inferior &c.] Hanc q̃õnem tangunt Doct.in d.l.ſi is cum quo, & Par.in d.verbo, contumacia, vbi ẽt tractãt, quid ſi dominus eſt cõis, an poſſit deſtrui in præiudicium creditoris, & uide eundem Par.in eo.tract.in verbo, bãnum. col.2. ver. officialis facit bannum. & in verbo, captura, in 6.q.quæ incip. an officialis poſſit capere rem, vel animal. in ſi. & faciunt, quæ idem dicit in verbo publi-

publicatio bonorum.col.1.& vide eundem Par.in verbo,pœna,in 4.q.verſi.iudex poteſt ex cauſa:in quibus locis diſcutit intellectũ præd.l.ſi is cũ quo.alleg.per Affl. hic & in d.verbo , publicatio bonorum,tractat an vxor poſſit impedire deuaſtationem, de quo per Are.in trac.maleſi.in verbo,& eius bona publicamus, colu.7. in fi.& ibi Aug de Ari.in addi.quę incip.tu aũt in hac materia, tangit tam de prędicto impedimento reſpectu vxoris,quam creditoris,& poſtea quærit de colono,& de domo cõi loquitur ẽt Fel. in c.quæ in eccleſiarum,col.12.in prin.verſi.haec declarationem,de conſti.& vide Cæpo.cau.151.incip.nota cautelam pro creditore, & de domo cõi vide Corſet.in ſing.ſuis,in verbo cõitas, & Affl.in conſt.Iuſtitiarij nomen, in 7.no. vbi quærit , quid ſi domus ſtaret prope muros ciuitatis,& in conſti.citationis literæ,in 3.no. verſic. ſed iuxta hoc quæro.& vide Cap.in deciſ 130.col.pe.nu.71. & 73. vbi facit mentionem de quodã c.regni.de quo Affli&. non meminit,& hoc uidi practicari in ciuitate Surrẽti.& ſcias, ꝙ qñ vxor habet alia bona obligata,nõ põt impedire iudicẽ,Ang.in l.1. ad Sil.

f Virum inſonrem.]Adde ꝙ hic And.fuit ſummus Feudiſta.Iaſ. in l Gallus.§.ẽt ſi parente 6.colu. de lib. & poſtb. & in l.ſi is qui pro emptore.col.1.in fi.1.q.Bar.ff.de vſuc. & Catel. Cotta in ſuis memo. in tit.de iuriſperitis, & hic fuit ille,qui feuda illuſtrauit, ppter qđ doctor illuſtris appellatur. Affl.in conſtit.dilationes , col.5.& ibi,qđ ei debetur reuerentia,& fuit conſiliarius Regis Roberti, & vixit vſque ad tempus Reginæ Ioannæ primæ,pp qđ miratur Affl. cum non faciat mentionem de quodam c.Regis Roberti,vt p eum in conſti.hoſtili.col.fin.nu.26.& regnante dicta Regina Ioãna prima nepte Regis Roberti,And. eius conſiliarius protulit ſententiam contra quendam Gallicum Baronem,propter quod Baro ille iracundia plenus , And. de ſero exeuntem a caſtro nouo, ante quandam portam huius ciuitatis Neapo.vulgariter dictam,porta Petrucia,cum ſuis familiaribus occidit. ita antiqui doct.huius Regni referunt,Par.de Put.in tract.ſyndica.de exce.conſi.col.2.in fi. vbi dicit : Caueant officiales,ne ambulent de nocte, & idem dicit Cigalud.in tract.de factis principum,fo.114.& dicta Regina Ioanna prima promulgauit ſolam,ſeu edictum contra interfectorem, & eius bona ad ſimilitudinem criminis læſæ maieſtatis fuerunt publicata, & forbannitus cum promiſſione mille ducatorum occidenti eum. Par. in loco prealleg. & hoc edictum fuit factũ die 15. Octob. M C C C L I I I. 12.indic.ut dicit Afflic.hic,& de hoc edicto facit mentionem idem Afflic.in conſtit.diuæ memo. col.4. in prin.nu.3.& ibi dicit , ꝙ illa regina Ioanna prima , fuit nepta Regis Roberti, & adde ꝙ tale edictum promulgatum , vt ſupra à Regina Ioanna die 15.Octob. M C C C L I I I. habet locũ & procedit in quolibet interfectore conſiliarij Regis. ita expreſſe dicitur in illo edicto. Afflic.in conſti.ut participatio,col.2.nu.6.& procedit,ſiue cõſiliarius interficiatur ex odio particulari, ſiue ut Rex careat illo conſiliario. Affl.ſingulariter in d. conſtit. ut participatio.& de hoc edicto facit etiam mentionem Affl.in conſti. honeſtatem.col.9.nu.34.& ibi dicit fuiſſe virum inſontem & vtilẽ reip. & ꝙ hoc edictũ fuerit factũ die 15. Octob. M C C C L I I I. firmat Affl.hic,& in conſti.vt participatio.nu.6. ſed idem Affl.in conſtit. in conſutilem,col.23.nu.48.dicit, ꝙ fuit expeditum die 18. Ianuarij 11.indict.& regnorum Reginæ Ioannæ primæ,anno 4.& anno 38. propter quam contrarietatem videndum eſſet illud edictum quod conſeruatur in regiſtris in hac ciuitate Neap.& illud in prædictis regiſtris vidit Affl.vt ipſemet hic dicit,& in locis hic per me alleg. videbis quid continebit illud edictum.

g Quærit.] De materia implorationis brachij vide Paridem de Puteo in tract ſyndicatus, in verbo brachium, & Abbatem, & alios in ca.1.extra de offi ord. Archid.23.q.5.c.adminiſtratores,& Spec. in tit. de execu.ſenten.§.2.& in titu.de iudice deleg.§. ſequitur,& Andr.de Iſer.hic. Batius.

h Brachium ſeculare.] De imploratione brachij, vide omnino Par. de Put.in tract. de ſyndica.in verbo, brachium . vbi dicit ꝙ nõ ſolum unus iudex poteſt implorare brachium alterius iudicis potentioris,ſed ẽt,qđ eſt plus,officialis alicuius villæ non habens familiam ſufficientem põt conuocare incolas , & habitantes in dicta uilla pro capiendo malefactore. alle. Bal.in l.ſi quis hoc genus. C. de epiſco.& cleri. & ſi nolunt eum adiuuare,& volunt vt fugiant, tenẽtur conditione l.2.C.de ijs qui latro.alleg. Ange.in l.1. C.de Nili agger.nõ rumpen cui adde,ꝙ ſi illi incolæ conuocati & habitantes occiderint malefactorem , quem de mandato iudicis proſequuntur,non tenebuntur de occiſo,& non ſolum ſi ſunt requiſiti ab officiali,ſed ẽt ſi ſunt requiſiti à familia officialis,ita eleganter diſputando firmat idem Paris in eo.tract. in verbo , familiares ſiue familia ptãtis,col.1.& alleg.plura de quibus ibi per eum,& in verbo, reſiſtentem,col.2.vbi loquitur in ſtatuto,& alleg. Bar.in l.ſi. §.diuus.ff.de pub.& tales habitantes, & incolæ proſequentes malefactorem gaudent eodẽ priuilegio,quo gaudent familiares officialis , adeo ꝙ offendens punitur ea pœna qua punitur offendens familiares officialis. Paris in prealleg. verbo,familiares.§. qa ſup. col.1.& officialis in hoc valde cautus eſſe dẽt,quia non debet conuocare incolas & habitantes attinentes parentela aliqua offenſo ab eo quẽ proſequitur,puta tales attinentes forſan eum occiderent,etiam ꝙ capere potuiſſent,quo caſu officialis teneretur. ita dicit idem Paris in eod.tract.in verbo,iudex.§ iudices,colu. 1.in fi.ver.an iudex poſſit,ubi conſulit,ꝙ iudex non cõmittat capturam hominis delinquentis conſanguineis offenſi,& talibus incolis conuocatis, officialis dẽt dare mercedem,aliàs ei non obedientes non tenentur.ita eleganter voluerunt Nico.de Neap. & Luc. de Pen.ſuper c.regni ſexto in ordine,quod incip. ſubditorum , & eos ibi refert & ſequitur per bonas quotas Io. Ant.de Nigris.de ciuitate Campaniæ,qui practicans dicta doct.antiquorum ſuper c. regni reuelauit,propter ꝙ iuuenes multum ei debent, col. 6.nu. 20. & col.53.quem omnino videas,quia ponit bonas limitationes ad id quod dicitur,quòd incolæ poſſunt conuocari,licet de ſupradictis non faciat mentionem .

i Quid autem.] Adde Mod. de ciuitate Campaniæ in c.regni 6. columna.55.num.142.

k Iudices.] Nota,ꝙ iniuſto mandato iudicis eccleſiaſtici non eſt parendum,ſed reſcribendum,& interim debet ſuperſederi vſque ad ſecundam iuſſionem , ita firmat Panor. in c. ſi quando. extra de reſcr.& ibi Fely.per tex.in d.c.ſi quando quod limita ſecundũ Phi. Dec. in d.cap.ſi quando. non habere locum, quando conſtaret de mente ſuperioris. Batius .

l Ao autem.] Adde dictos Mod.de Campania,vbi ſ. nu.141. col.55.

SVMMARIVM.

1 *Donis auctis, donorum etiam augentur rationes .*
2 *Imperator an poſſit eſſe Rex Siciliæ.*
3 *Regi poteſt dici , tua Altitudo .*
Epiſcopatus eſt dignitatis culmen .
4 *Regna & imperium ſunt à Domino Deo.*
Imperator Henricus ſextus Conſtantiam monialem quinquagenariam duxit in vxorem .
5 *Mirabile dicitur, quod rarò contingit .*
6 *Imperator Federi. à Domino Deo duo talenta accepit .*
7 *Proteſtans deuotionem interiorem & animi fidem, dicitur Deo ſacrificare.*
8 *Regna quare , & quando legibus indigeant.*
Iuſtitia quid propriè dicatur .
9 *Principes utinam iuſtitiam opere complerent, quam ore ſe aſſerunt diligere.*
10 *Iuſtitię an ſit aliquando derogandum ob eminentiã perſonarũ .*
11 *Tranſactio nulla de delictis fieri debet cum hominibus malæ conditionis.*
12 *Pœna remitti poteſt ei, qui diu reipublicæ ſeruiuit.*
13 *Dominus inimico ſuo vaſallum ſuum tradere non tenetur .*
14 *Iniquitas omnis ex legum compoſitione exploſa eſt.*

NOS itaque. Hęc eſt ſecũda pars principalis huius proœmij:& breuiter hoc intendit in effectu. Cui plura committuntur, plura exiguntur: vel ſic. † Cum augentur dona, rationes etiam creſcunt donorum. vel ſic, Tanto ad ſeruiendum Deo promptior quis eſſe debet ex munere ; quanto obligatiorem ſe eſſe cõſpicit in reddenda ratione . Sed ad contextum hoc intendit : fatetur hic Imperator,ſe habuiſſe imperium & regna vtriuſque Sicilię pręter ſpem hominum (ſola diuina clementia operante) & ideo ſenſit ſe eſſe obligatum de duobus talentis reddere Deo rationẽ. Et propterea offert Deo omnipotenti animum ſuum in amando iuſtitiam, ſcilicet in ſe,& in alios : atque hoc opus Conſtitutionum obſeruãdarũ in dictis regnis, quę eſt pars ſui regiminis,edidit: quoniam videbat,ꝙ dicta duo regna magis indigebant prouiſione dictarum conſtitutionum , quàm alię imperiales ciuitates, terrę , & loca .

2 Nota primò ex tex. ibi, ad Imperij Romani , † ꝙ olim ante regem Carolum primum huius regni Imperator poterat eſſe rex huius regni : ſed hodie,quando fit inueſtitura per ſedem apoſtolicam regi,dicitur expreſsè in dicta inueſtitura,ꝙ ipſe inueſtitus de regno non aſpiret ad Imperium: & ſi fortè eligeretur in Imperatorem, ꝙ ſtatim intelligatur eſſe renunciatum regno iſti : & ita vidi inueſtiturã factam p̃fato regi Carolo I.de iſto regno : & etiam inueſtituram factam per Papam Pium de rege Ferdinando I. de Aragonia , filio regis Alfonſi primi .

3 Secundò nota ex tex.ibi, faſtigia. † ꝙ iure licito põt dici regi, tua Altitudo,prout dicunt Hiſpani eorũ regi, quia faſtigium nihil aliud eſt, niſi altitudo & magnitudo, ſeu ſummitas,& ſummus honor , vel culmen dignitatis, ſecũdùm

dùm Arch. 59. diſt. c. ordinatos. & legitur & notatur in l. j.
iuxta principium, ver. ideoque. C. de nouo Codice compo
nen. & no. Archi. & Domin. de Sancto Gemi. in c. fin. de re
iudi. lib. 6. epiſcopo etiam dr̃, paſtorale faſtigium, vt in cap.
miramur. 61. diſt. & d. c. ordinatos. vbi epiſcopus dr̃ habe-
re dignitatis faſtigium. alibi dicit tex ꝙ epiſcopus eſt no-
men operis, & non honoris. 7. q. 1. c. qui epiſcopatum. licet
alibi dicatur, ꝙ epiſcopatus eſt dignitatis culmẽ, vt dicit gl.
2. in c. 2. de præbẽ. lib. 6. & no. Abbas Sicu. in c. ſolitæ. in 3.
col. de maio. & obed. & Card. Flor. in clem. j. in 5. no. de re
nun. Tertiò nota ex tex. ibi, ſola dextera diuinæ potentiæ
4 præter ſpem hominum. † ꝙ regna & imperium procedũt
à Deo, concordat tex. in Auth. de non aliena. §. ſummus. &
in Auth. quomodo oportet epiſc. in prin. & in Auth. de fi-
de inſtr. §. j. & in Auth. de quæſtore. in prin. & no. Bal. in c. j.
in prin. de pace tenenda. & in tit. de pace Conſtantiæ. Sed
quæro, quare Imperator Federicus dixit hic, præter ſpem
ſibi obueniſſe iſta duo regna? Reſpondeo, quia qñ Impe-
rator Henricus VI. pater dicti Imperatoris Federici, acce-
pit in vxorem illuſtriſſimam dominam Conſtantiam mo-
nialem profeſſam in monaſterio ex diſpenſatione apoſtoli-
ca, de qua facit mentionem Io. And. in regula, actus legiti-
mi. lib. 6. in mercurialibus: illa Conſtantia, quæ fuit ſoror
carnalis regis Gulielmi, erat tunc temporis annorum quin
quaginta, & non ſperabant homines, ꝙ in tali ætate dicta
mulier potuiſſet concipere hominẽ: maximè quia lex dicit,
ꝙ ſi mulier peperiſſet in ætate quinquaginta anno. eſſet
res mirabilis, vt in l. ſi maior. C. de legi. hæred. & in l. ſi ſte-
5 rilis. ff. de actio. emp. † & quia hoc rarò contingit, dr̃ mira-
bile, vt in Auth. de cõſulibus. §. 2. in fi. & quia Deus voluit,
ꝙ in dicta ætate dicta domina Conſtantia cõciperet dictũ
Federicum Imperatorem, ad quẽ deuenit ſucceſſio dicto-
rum regnorum ex ſucceſſione materna, & ad eam legitimè
ſpectabat ſucceſſio regni poſt mortẽ ſui fratris defuncti ſi-
ne deſcendentibus legitimis & naturalibus, & ordinatio-
ne apoſtolica dedit in dotem dicta regina dicto Imperato-
ri Henrico ſuo viro: ideo dicit hic Imperator, mortua ma
tre, ꝙ præter ſpem hominum ſibi obuenit regnum & impe
rium, vt plenè de hiſ in lib. Hiſtorialiũ Beati Antonini ar-
chiepiſcopi Florentini, in tertia parte, tit. 19. c. 6. & aliquid
per And. infrà, in cõſtitu. ſtatuimus. Quartò no. tex. ibi, du
6 plicata talenta. † ꝙ Imperator iſte Federicus habuit à Deo
duo talenta, ideſt, duo regna & Imperium, & ideo de eis
vult Deo reddere rõnem. Primò de iuſtitia, ſecũdò de obla
tione huius operis, in quo ſunt noua iura cõdita. Sed quia
eius bonum propoſitum non fuit continuatum, & receſſit
ab eo, vt patet ex narratis per Papam in c. ad apoſtolicæ. de
re iud. lib. 6. ideo contingit, ꝙ hodie ſemen eius non eſt ſu-
per terram: & verificatum eſt illud vrbum, quod eſt in li-
bro Sapientiæ. c. 6. vbi dr̃: audire reges, & intelligite: qm̃
data eſt poteſtas à Domino vobis, qui interrogabit opera
veſtra & cogitationes ſubſcribit: quoniam cum eſſetis mi-
niſtri regni illius, non rectè iudicaſtis, neque cuſtodiſtis le-
gẽ iuſtitię. & ſubditur, horrẽda: & cito apparebit vobis &c.
inde Aug. in lib. 4. de ciui. Dei, dicit: remota iuſtitia, regna
non ſunt niſi magna latrocinia. & dicit And. de Iſer. in con
ſti. ſi damna clandeſtina. vlti. col. referendo Pſalmum ibi,
dum dr̃: Vidi impium, & quæſiui: & ecce non erat, illorũ
enim hæredes non hæreditabunt terram. Et ſcias, ꝙ iſta cõ-
paratio de duobus talentis, de qua hic in tex. eſt metapho-
rica, vt patet ex Euang. Matthæi 25. cap. vbi aliter exponit̃
7 quàm hic in tex. † Quintò no. ex tex. ibi, mactare, quòd
hic Imperator oſtendit ſe Deo ſacrificare, ex quo declarat,
& proteſtatur interiorem deuotionem & fidem animi ſui
propter quod dicitur ſacrificiũ facere, vt dicit B. Thomas
de Aquino in 3. parte ſummæ. q. 82. ibi, dum allegat Aug.
de ciui. Dei, metaphoricè dicendo, mactare, ſicut olim in
veteri teſtamento offerebãtur Deo oues & vituli ad inter-
ficiendum, & immolabantur: ita ipſe Imperator iura con-
dens Deo offert pręſens opus Conſtitutionum, ſicut vitulũ
ſaginatum. vel poterit ſumi illud verbũ mactare, pro ma-
gis augere, i. ꝙ intendit magis augere iuſtitiam in dictis re
gnis, q̃ fuerit in præteritum per compoſitionem iſtarũ con
ſtitutionum, quam hic appellat vitulum labiorum, quia la
bijs rex regit populum, vt in epiſto. inter claras. §. ſcriptũ. &
ſicut vitulus interfectus eſt alimentum noſtrũ, ita iſtę Con
ſtitutiones ſunt magis ad iuſtitiam exhibendam populis di
ctorum regnorum. Sextò & vlt. no. tex. ibi, circa iuſti-
8 tiam. † ꝙ iſta duo regna, ſcilicet Apuliæ & Siciliæ, magis
videbantur indigere nouis legibus quàm alię ciuitates Im-
perij. hoc ideo dixit, quia videbat regnum laceſſitum pro-
pter bella pręterita, & depauperatum: cum omne æs perue
nit ad regem Gul. auarum: ideo volebat reddere vnicuiq;
quod ſuum erat: quia dicit Beatus Ambr. in j. de offic. ꝙ
iuſtitia eſt, quæ vnicuique quod ſuum eſt tribuit, alienum
non vendicat, vtilitatem propriam non negligit, & commu
nem æquitatem cuſtodit: & quia iuſtitia eſt virtus cardina
lis, ideo aliæ virtutes ſecundariò adiunguntur, ſicut eſt vir
tus miſericordiæ & virtus liberalitatis, & aliæ huiuſmodi
virtutes. Et quia volebat dictus Imperator vti liberalitate
in populis, quæ attribuitur virtuti iuſtitiæ, vt Beatus Tho-
mas 2. 2. q. 58. art. 11. ideo dicit, ꝙ iſtud regnum magis di-
9 gnoſcitur iuſtitia indigere: † vtinam quod ore carnali di-
cunt principes ſe diligere iuſtitiam, opere complerent: &
quidem opere complerent, ſi in eis eſſet rectitudo volunta
tis, vt dicit Archid. in c. decet. de immu. eccleſi. lib. 6. Acce-
dat ad hoc, quod dicit Beatus Ambroſi. in Exametro. dicẽs,
vbi prudentia, interdum eſt malitia, vbi fortitudo, ibi ira-
cundia: vbi temperantia, ibi imperitia: vbi autem eſt iuſti-
tia, ibi omnium aliarum virtutum eſt concordia, & multa
pulchra de iuſtitia dicit Ægidius de regimine prin. c. 12. &
Aug. in 2. lib. de ciuitate Dei, c. 21. & in lib. 4. c. 4. & per Bea
tum Thomam in lib. de regimine principum. & in tracta-
tu, de quatuor virtutibus. & per Lucã de Pen. in l. neminẽ.
C. de ſuſce. & arca. lib. 10. & in rubr. C. de legat. lib. 10. ver-
10 ſi. 4. † Sed iuxta hoc quæro, an iuſtitiæ ſit derogandum pp
eminentiam perſonarũ. Paris de Puteo in tract. ſuo de ſyn-
di. in ver. iuſtitia, tangit hoc dubium, & fragiles leges alle-
gat. Sed ego allego textum in c. fi. de pœnis. vbi dicit text.
volentes tñ nobilitati parcere comitis. & ibi eſt gl. quæ alle
gat cõcordantias, & iſtum textum ad hoc allegat Lucas de
Penna in l. mulieres. C. de digni. lib. 12. 2. col. verſi. vlt. no.
& bene facit tex. in l. capitalium. §. venenarij. ff. de pœn. &
ibi glo. allegat concord. dummodo, ſi deliquit, corrigatur,
vt dr̃ in d. cap. fi. nã vt dicit Seneca in Prouer. Res optima
eſt non ſceleratos extirpare, ſed ſcelera, & pro hoc 23. q. 5.
cap. prodeſt, bene facit ad hoc tex. in c. 2. in fi. de officio de-
lega. lib. 6. inde rex Robertus in cap. regni, quod incipit, ad
11 peruerſorum. voluit, † ꝙ cum hominibus malæ conditio-
nis nulla p iudices de delictis fiat compoſitio, ſed cũ alijs
poſſint iudices facere compoſitiones. de qua materia com
poſitionum pro delictis, vide plenè per Lucam de Penna
in l. 1. in verbo, diſtulerit. C. de deſertoribus. lib. 12. Et ideo
dicit lex, nemo. C. de ſumma trinitate, ꝙ in pœnis corpora-
libus mitius punitur nobilis quàm popularis, ut ibi per Cy
num, & pro hoc l. hac edictali. §. 1. de pace iura. fir. de quo
articulo, an magis puniri debeat nobilis delinquens, vel po
pularis, vide Albericum de Roſa. in l. presbyteri. C. de epi
ſcopis & clericis. vbi refert optimam diſtinctionem, quam
de verbo ad verbum refert Lucas de Penna in l. prima, cir-
ca finem. C. de conduct. & procurato. lib. 11. & de multis
prærogatiuis perſonarum nobilium, quas non habent po-
pulares, vide per Lucam de Penna in l. mulieres. in tertia
columna, C. de dignita. libro 12. & dixi in conſtitutio. mi-
12 noribus de iure, videlicet in ſecundo not. † nec etiam iu-
ſtitiæ derogatur, ſi iudex remittat pœnam legalem illi de-
linquenti, qui multùm ſeruiuit reipublicæ, vt ff. ad Sil-
lan. l. ſi quis in graui. §. hoc quoque. vel quia detexit con-
iurationem contra principem, ita voluit Bald. in l. quid er
go. §. pœna grauior. 15. colum. ff. de his qui notantur in-
famia, & no. alium caſum, in quo non ſeruatur iuſtitia,
quem ponit Baldus in capitulo primo §. conuenticulas. de
pace

13 pace iur.fir.vbi dicit, ꝙ † dominus non tenetur tradere va
ſallum ſuum inimico ſuo, etiam ſi fecerit mille delicta:qa
tenetur eum defendere, etiã iniuſtè, nec tenetur ipſum po-
nere in manib. iudicis, vt dicit Bald.in c.j.§.ſi iudex. de pa
ce tenen. multæ etiam leges in iure Romano reperiuntur
cõtra iuſtitiã ſacrorum canonum, ꝗ longum & impertinẽs
eſſet hic enarrare: ideo remitto me ad Alb.de Roſa. in ſuo
dictionario.iu verbo,leges. & patet in ducẽtis ſeptuaginta
ſeptem differentijs inter ius ciuile & canonicum collectis
per do.Hieronymum de Zannetinis, poſitis in repetitione
impreſſa.c.j. de accuſ. In gl.in verbo, duplicata talenta.iſta
gl.laborat in exponendo illud verbum, duo talẽta &c.con
tentum in Euangelio Matthæi 25.c. vt ſupra dixi in 4. no-
tab.In glo.in verbo, iura condendo.glo. dicit in ſui princi-
14 pio, ꝙ † ex compoſitione legũ omnis iniquitas expellitur,
allegat l.j.C. de vete. iure enucl.deinde dicit, ꝙ fructus di
uinus eſt iuſtitiã ſæpius recenſeri.allegat tex.in cap.graue.
35.quæſt. 9. ſed glo. illum tex.impertinenter allegauit ad
hoc:quia ibi verbũ illud ſæpius, intelligitur, ꝙ ſi appellet à
ſnia, iudex appellationis non dẽt timere iudicẽ à quo : ſed
veritatem plenius inquirere, & nocentẽ condẽnare, & in-
nocentem abſoluere, qđ eſt cõtra aliquos iudices timentes
reuocare ſniam iudicis à quo, timore, odio, vel amore, &
ideo incidunt in canonem.c. cum æterni. de re iudic.lib. 6.

SVMMARIVM.

1 *Regi Siciliæ competit maieſtatis nomen.*
2 *Regnum Siciliæ quare dicatur hæreditas pretioſa.*
3 *Principe abſente, detrimentum reportat populus.*
Populus non æquè gubernatur per Locumtenentem, atque per regem.
4 *Populus Principe deſtitutus, dicere poteſt ſe fortitudine ſua priuatum & lumine orbatum.*
5 *Baroness regni dicuntur eſſe de regno.*

CVM igitur. Hic eſt tertia pars huius
proœmij : quæ hoc intendit in ſum-
ma. Quia regnum iſtud ſemper fuit
deuotum, & obſequioſum regib.hu-
ius regni, ſubditis patientibus con-
trouerſias rerum promittit eis quie-
tem & iuſtitiam. No. primò ex tex. ꝙ
iſtud regnum iure hæreditario ex ſucceſſione materna per
uenit regi Federico, ut declarat Andr.infra in conſt.ſtatui-
1 mus.† Secundò no. ꝙ regi huius regni competit hoc adie-
ctiuum maieſtatis, quæ nihil aliud importat niſi æternita-
tem, vt dicit Nicol. de Lyra ſuper lib. Eſdræ cap.4.ſed non
fuit æternum eius imperium propter eius peccata. Reges
enim habent Deum in iuſtum iudicem, vt dicitur in Pſal.
ſecundo, ibi, & nunc reges intelligite, erudimini qui iudi-
catis terram. ſcitote vos habere ſuperiorẽ iudicem omnia
clarè intuentem: ideo cito perijt memoria eius. de pœnit.
diſt.3.c.Achab. nam interdum peccatum aliquando homĩ
nem extollit in altum, ut lapſu grauiori ruat.de pœn.di.3.
2 cap.quod ergo. † Tertiò no. ꝙ iſtud regnum [a] dicitur pre-
a tioſa hæreditas: quia in eo eſt abundãtia victualium, & fru
ctuum, & homines ſunt multùm deuoti, & fideles regi re-
gnanti poſt iuramentum ligij, & homagij.& ideo bene di
xit iſte Fed. ꝙ iſtud regnum eſt res pretioſa. Quartò no. ꝙ
quando fuit mortuus Henricus Imperator VI. pater Feri-
ci, ipſe Fede. remanſit infans minor 7.annorum in regno:
propter quod eccleſia Romana ſumpſit eius gubernatio-
nem, vt dicitur in hiſtoriali beati Antonini in 3.par.tit.19.
3 cap.6. † Quintò no. ꝙ poſtquam Fede. ſecundus fuit effe-
ctus maior 14.annorum, fuit abſens à regno, & ſic nõ præ-
ſens, vt.ff.de procu.l.ſed etiam.& ideo pp eius abſentiã re-
gnum fuit laceſſitum. & quia eius abſentia fuit ex cauſa
reipublicæ.ideo neque ſibi, neque alteri nocere debet, vt in
l.abſentia.ff.de reg.iur. Et ſic per iuſtitiam intendit ſubdi-
tis laceſſitis reparare. Ex quo infertur, ꝙ non ſic guberna-
tur populus per vicarium, vel per Locumtenentem, ſicut p
regem, vel epm proprium. nam Locumtenenti nõ exhibe-
tur ille honor, qui pſtatur regi, ut dicit Bal.& Alex.i l.ado-
ptiuũ.§.ſemper.ff.de in ius voc.nec habet affectionẽ ad po-
pulum, ſicut habet rex, vt experiẽtia demõſtrat.& ideo di-
4 cebat Bald.in c.j.§.ad hæc.de pace iura.fir.5.col. † ꝙ caren
tes Principe, poſſunt dicere, deſeruit me fortitudo mea, &
lumen oculorum meorum, & ipſum nõ eſt mecum. No.6.
ibi, reſiſtentib.aliquib.non de ouili regni, nec noſtro, ꝙ Im
perator Federi.ſecundus habuit controuerſiã, non tñ decla
rat, an de iſto regno, vel de imperio antequam fierent iſtæ
conſtitutiones, ſed bene regnum fuit ei promptum & de-
uotum ad obſequij præſtationem.tantum eſt dicere deuo-
tum, quantum obediens, vt C.de vecti.& commiſſis.l.alla
gatis.& l.in fraudem.& l.mediterraneæ.C.de anno. & tri-
butis. lib. 10. nam reſiſtere nihil aliud eſt, ꝗ repugnare &
aduerſari, & controuerſiam facere, vt dicit no.Bal. in l.j. in
5 princ.C. de teſtib. † Vltimò no. quod dictum fuit in ſum-
mario, & ſic non erat cõtrouerſia inter eum & Barones re-
gni, quia Barones ſunt de regno, & regnũ præſtitit Impera
tori obſequium, ergo & Barones.i.officium cõueniens va-
ſallis erga dominum, de quo officio loquitur tex. in c.j.de
for. fide. ſicut dicimus de operibus obſequialib. debitis p
libertum patrono, vbi operæ non ſunt expreſſæ, debentur
ſm conſuetudinem, vt in l.libertos.C. de obſe.patr. præſt.
hic non ſunt gl.nec And.aliquid dicit, ideo ſequitur.§.

ANNOTATIO.

a Iſtud regnum.] Regnum hoc Siciliæ appellatur precioſa hæreditas (vt vides) & rationem ponit hic Affl. Adde quòd Impe. Fede. hæreditatem paternam regni huius præclaram appellat, vt in cõſtit.cum hæreditatem.lib.3.& rex Carolus ſecundus, primogenitus regis Caroli primi. & in cap.regni, quod incipit, deſiderium in ordine 91.regnum hoc appellat amœniſſimum pomerium, & idẽ Impe.Federi.inter alia regna ſua, regnum hoc appellat viridariũ electum inter agros, ut patet in conſtitutio.occupatis, poſt prin. lib. 1. & hoc bene nouerunt alienigenæ conuolantes quotidie è longinquis regionibus & partibus ad illud.

SVMMARIVM.

1 *Conſtitutiones dicuntur leges pœnales in regno.*
2 *Leges Romanorum & conſuetudines antiquæ caſſatæ ſunt in regno Siciliæ.*
3 *Conſtitutio principis conſuetudinibus & ſtatutis localibus derogare cenſetur.*
4 *Conſuetudo non valere cenſetur, ſi prohibitioni iuris communis neceſſitatem importanti contrarietur.*
5 *Conſuetudo non poteſt induci contra legem habentem clauſulã derogatoriam ad conſuetudinem.*
6 *Conſuetudo ſemel per legem damnata, denuo introduci poteſt.*
7 *Priuilegia ſi tanquam irrationabilia caſſentur, concedenda etiã caſſari cenſentur.*
Iure conſuetudinem expreſſè reuocante, reuocata etiam dicitur ea, de cuius initio non extat memoria.
8 *Conſuetudo iuri contraria, principis conſenſu tacito inducta valet, iure eam non reprobante expreſſè.*
Conſuetudo contra legem præceptoriam eſt nulla tanquam peccati inductiua.
9 *Conſuetudo, cui lex expreſſè derogat, abſque principis aſſenſu induci non poteſt.*
10 *Conſuetudo de dotario conſtituendo cum cultello plicato, non derogat conſtitutioni, dicentiam.*
Conſtitutio regni remouet conſuetudines regni conſtitutionibus contrarias.
11 *Conſtitutio imperialis conſuetudini derogans, tam de præterita, quàm de futura intelligitur.*
12 *Princeps conſuetudinem inductam tollere poteſt, & prohibere, ne de nouo inducatur.*
Conſuetudo à iure reprobata dicitur irrationabilis.
13 *Cõſuetudines antiq̃ nouis cõſtõnib. cõtrariæ, hodie ſũt ſublatæ.*
14 *Aduocatus allegans legem vel conſuetudinem per nouas conſtitutiones*

tutiones correctam, an incidat in crimen falſi.
15 *Allegans leges correctas ad cauſarum deciſionem tenetur pœna falſi.*
Lex correcta, & eius ratio allegari poteſt, vt clara habeatur notitia.
16 *Caſus contingens ante legem nouam decidi debet ſecundùm legem antiquam, licet correctam.*
17 *Lex noua non trahitur ad negotia præterita, niſi exprimatur.*

PRÆSENTAS igitur. Hic eſt quarta & vltima pars, quæ hoc intendit. Iſtæ conſtitutiones ſunt ſeruandæ in regno Siciliæ tantùm, caſſatis legibus, & conſuetudinibus contrarijs iſtis conſtitutionibus, quæ leges & conſuetudines contrariæ iſtis conſtitutionibus nullum habent vigorem, nec
1 in iudicio, nec extra. No. † primò ex tex. ibi, ſanctiones, quòd iſtæ conſtitutiones dicuntur leges pœnales in regno, vt in l. ſanctio legum ff. de pœnis. & firmat Arch. in c. ſtatutum. in princi. de reſcrip. lib. 6. & ibi ſunt concor. ſcilicet in lec. Arch. & ideo ſunt inuiolabiliter obſeruandæ: quia hoc importat nomen, ſanctio. Secundò no. quòd iſtæ conſtitutiones ſolùm ſeruantur in regno Siciliæ, intellige vtriuſque: quia iſte Imperator Federicus fuit dominus vtriuſque Siciliæ, ſicut hodie rex Ferdinandus de Aragonia tenet & poſſidet regna vtriuſque Siciliæ, & ſic potuit in dictis regnis iſtas conſtitutiones feciſſe, vt dictum fuit ſupra, in
2 procemio, in 1. & 2. q. † Tertiò no. quòd omnes leges Roma-
a norum, & omnes conſuetudines [a] antiquæ ante iſtas conſtitutiones, quæ aduerſantur, vel contrariantur alicui ex conſtitutionibus in iſto volumine inſertis, ſunt in regno Siciliæ caſſatæ, & abrogatæ, & ſunt nullius momenti, tam in iudicio, quàm extra. glo. hic allegat concordan. & quærit, An ſi poſt iſtas conſtitutiones ſuperueniſſet aliqua conſuetudo præſcripta, quæ eſſet contra aliquam ex iſtis conſtitutionibus, deberemus iudicare ſecundùm illam conſuetudinem contra illam conſtitutionem aduerſantem, vel ſecundùm conſtitutionem regni præfatam, tanquam abrogatam per iſtum tex. glò. iſta arguit ad partes, & finaliter concludit, quòd per iſtum tex. ſunt caſſatæ, & annullatæ omnes conſuetudines præteritæ, & futuræ contrariæ alicui ex conſtitutionibus in hoc lib. inſertis, per iura & rationes in ea allegata, quam glo. lege per teipſum. Cui adde id quod dicit Bald. in authen. omnes peregrini 2. col. C. com-
3 munia de ſucceſ. † quòd conſtitutio principis derogat conſuetudinibus & ſtatutis locorum, per d. authen. & ſubdit, quòd omnis conſuetudo, quę dicitur tranſgreſſio, non valet, allegat Arch. 12. diſt. c. de his. & ſubdit, quòd quando princeps intendit tollere rationem conſuetudinis tãquam abuſiuam, tollit conſuetudinem præſentem & futuram, vt ibi, & in l. 3. §. diuus. ff. de ſepulchro viola. nam non ſolùm remouet ſtatutum, ſed inhabilitat ſtatuentes. & ſubdit in d. auth. omnes peregrini, quę etiam eſt poſita in li. feudorũ de ſtatutis & conſue. contra liber. eccle. editis, quòd lex Imperatoris poteſt caſſare conſuetudines, & ſtatuta, quæ non excuſarent delinquentem à pœna, & ſic ſtatutum non excu
4 ſaret à delicto. † Et ſubdit, quòd quando ſuperior caſſat conſuetudines, & ſtatuta, ſufficit apponere generalem clauſulam, licet non apponat tenorem ſtatutorum. Et ſubdit, quòd quando prohibitio iuris communis importat neceſſitatem, non valet conſuetudo contraria: verbi gratia, non mœchaberis. 19. diſt. de epiſcopis. per Archi. Et dicit idem Bald. in l. 2. in 1. & 2. col. C. quæ ſit longa conſuetu. quòd quando conſuetudo eſt reprobata per legem ſuperioris, talis conſue. non valet. C. de furtis. auth. nauigia. nam quando conſuetudo dedit cauſam legi in contrarium condendæ, videtur, quòd conſuetudo ſit ſublata, quia illa conſuetudo erat contra publicam ſalutem, ſeu contra vtilitatem pub. dedit materiam Imperatori contrarium ſtatuendi. unimirum videtur illa conſuetudo remota, & etiam vide ſtatutum, quòd de nouo iſta conſuetudo non poſſit induci, hoc voluit Io. And. in nouella, in c. 13. col. de cenſi. lib. 6. & tãgit Cy. C. de contrahen. emp. l. dudum, &c. Item prædictis addo Io. And. & poſt eũ Abbatẽ Sicu. in c. 2. de prob. vbi di-
5 cunt, † quòd quando lex habet clauſulam derogatoriã ad cõſuetudinem, non põt induci conſue. contra legẽ. idem ſentit Bart. in l. de quib. ff. de le. & in l. omnes populi. & adducit iſtam rõnem, lex ſemper loquitur. C. de hære. l. Arriani. ergo ſemper lex reprobat conſuetudinem, & per conſequens de nouo induci non põt, & dicit quòd idem ſentiunt Pau. de Leaz. & Io. de Lign. in cle. ſi vna. de reb. eccle. non alie. & ipſe in contrarium allegat tex. ſin. iuncta gl. in clem. ſtatutum. in
6 verbo, conſuetudo. de elect. vbi apertè probatur, † quòd cõſuetudo ſemel damnata per legẽ, poteſt iterum induci, quando quidem ex cã noua veriſimiliter non cogitata per legẽ damnãtem conſuetudinem, vel ex antiqua tunc non detecta: tunc ſi fuiſſet cogitata, veriſimiliter princeps nõ dãnaſſet cõſuetudinem, tunc conſuetudo ſemel damnata põt de nouo induci. facit cap. non debet. de conſang. & affin. & quod not. Bar. in l. ſi hoiem. ff. man. ſecus quando cauſa noua fuiſſet veriſimiliter cogitata, quando derogatum fuit conſuetudini, tunc nõ poteſt inducere noua conſuetudo diſpoſitionem contra illam legem. & ita etiam ſentit Abb. in d. clem. ſtatutum. & Dominicus in c. j. de conſti. lib. 6. pen. col. & dicit Bal. in c.
7 paſtoralis. de fide inſtrum. † quòd caſſatis priuilegijs tanquam irrationabilibus, intelliguntur etiam caſſata concedenda. allegat cle. dudum. §. verum. de ſepul. & l. talis ſcriptura. de leg. j. c. quia ſæpe. de elec. li. 6. & c. j. de cle. non reſid. li. 6. & cle. hi qui. de ætate & quali. An autem damnata conſuetudine intelligatur etiam de futura, vide Fely. in c. 2. 4. col. de probat. Addo etiam prædictis id quod dixit Card. in cle. 2. in finalib. verbis ſuis, de reb. eccle. non alie. ubi dicit, quòd quando ius expreſsè reuocat conſuetudinem, tunc non ualet conſuetudo etiam de cuius initio nõ extat memoria, quia indefinitè reprobãdo cõſuetudinẽ intelligitur de qualibet conſuetudine reprobare. c. vt circa. & quod ibi no. de ele. li. 6.
8 † ſed vbi ius nõ reprobat cõſuetudinẽ, tunc cõſuetudo contraria inducta tacito cõſenſu principis, & pſcripta, vel tãti tẽporis, in cuius initium &c. ualeret ſm eum ibi. Idem dicit gl. 8. diſt. c. fruſtra. ſed repetio, quòd Pet. de Ancha. in conſi. 50. incip. conſuetudo. tenet contrarium, de quo tamen hoc vltimo per Philip. in c. cum ex officij. in 4. col. de præſcri. & per Alex. in 1. volu. conſi. 132. 2. col. & hoc vltimum, ſ. quòd intelligitur etiam caſſata cõſuetudo tãti tẽporis, in cuius contrarium &c. tenet ẽt Ant. de Butr. in c. 1. in 3. colum. de treu. & pace. niſi quando conſuetudo eſſet contra legem præceptoriam, cuius contrarium ſi fieret, induceret peccatum. &c. pro hoc. c. fi. de cõſuet. & quod no. Aug. in Auth. ut nulli iudi. §. j. Item adde Domi. de S. Gemi. in 11. diſt. c. in ſumma.
9 vbi dicit, † quando lex expreſsè derogat cõſuetudini, nõ poteſt induci conſuetudo ſine cõſenſu principis, allegat Io. And. in tit. de inſtru. edi. §. cõpendioſè. ver. ſed nunquid. hoc idem ſentit Bal. in l. de quib. in 2. col. ff. de leg. vbi dicit, quòd quando Imperator prohibet in lege conſuetudinem contrariam, non valet conſuetudo, quia minor authoritas non tollit maiorem. auth. nauigia. & auth. omnes peregrini. & auth. caſſa. de ſacroſa. eccle. Prędictis etiam addo And. de Iſer. in ca. j. §. donare. in 2. & 3. colum. qualiter olim feu. alie. poterat.
10 vbi dicit, † quòd illa conſuetudo de conſtituendo dotariũ cũ cultello plicato ſecundùm morem Francorum, non præiudicat illi conſtitutioni, quę incipit, licentiam, etiam quòd ſit conſuetudo ſubſequens poſt illam conſtitutionem, quia non præiudicat authoritati dictæ conſtitutionis. pro quo eſt. C. de vſu. l. eos. §. cæterũ. Et ſubdit, quia hæc conſuetudo de cultello plicato, ſiue præcedat, ſiue ſubſequatur, inefficax
11 eſt. Accedat ad hoc id quod dixit idem And. in præludijs feudo. colum. 10. in 3. q. in fi. ubi dicit hęc uerba formalia.
12 conſtitutio regni expreſsè remouet conſuetudines contra conſtitutiones, vt in procem. conſti. in fi. intelligitur ergo de cõſuetudinib. futuris. C. de fur. auth. nauigia. C. de vſu. l. eos. §. cęterùm, præcedẽtem conſuetudinem tollit, etiam ſi non dicatur. ff. de ſepulchro uio. l. 3. §. 2. ſicut poſterior

lex

lex tollit priorem, etiam ſi non dicatur. ff. de leg. l. non eſt nouum. niſi immineret ius Francorum in regno, quia illud ius conſtitutiones iſtæ reſeruant in ſucceſſionibus, vt in conſti. vt de ſucceſſionibus, ſed in criminalibus non ſeruatur illud ius.

11 † Vltimò pro iſta concluſione, q conſtitutio imperialis derogans conſuetudini intelligatur tam de conſuetudine præterita q̃ de futura, allego Io. And. & Ant. de But. in c. certificari. de ſepul. & idem tenet Cy. in l. 2. C. quæ ſit longa conſue. in 5. q. principali, & Io. de Imo. in d. c. fi. de conſue. poſt medium, verſi. quis ſit effectus, & Dy. & Bar. in l. ſi mihi & Titio. §. fi. ff. de leg. 1. & Ioan. de Imo. in l. 4. ff. de teſta. in 1. & 3. col. vbi allegat glo. in c. 1. de conſti. li. 6. quæ dicit, q illa eſt irrationabilis conſuetudo, quæ eſt reprobata à lege. & iſtam glo. allegat Alexan. in 5. volu. conſi. 123. circa primum dubium, & ita firmat Alexan. de Imo. in 2. volu. conſi. 195. inci. viſo teſtamento dicti Franciſci, in 2. col. allegat tex. iuncta glo. in verſi. derogare, in d.

12 c. 1. de conſti. lib. 6. † vbi princeps poteſt non ſolum conſtitutionem inductam tollere, ſed etiam vt de nouo non inducatur, & idem habetur in cle. ſtatutum, de elec. præalleg. & hoc idem firmat Bar. Soc. in conſi. 23. inci. præſens conſultatio. in 8. colum. verſi. non ob. ſecundum principale. & hoc nota, quia vidi multos præſumptuoſos iuuenes Doct. fundaſſe intentionem ſuorum clientulorum in conſuetudine, quæ erat contra conſtitutionem regni, tamen in fine remanſerunt pleni vento, & ſine laude, ideo caueant inducere conſuetudinem contra antiquam regni conſtitutionem, quia illa conſuetudo dicitur irrationabilis, ex quo eſt reprobata, vt ſuprà dictum eſt. & patet, quòd illa ſit irrationabilis, quia reprobata à iure, vt dicit glo. in d. l. fi. & patet in c. ex parte veſtra, & in c. cum venerabilis. de conſue. ſecundùm Aſtenſem in 1. lib. ſuæ ſummæ, tit. fi. verſi. circa

13 tertium: † Quartò no. ex tex. ibi, antiquitatis. quòd leges, ſiue conſuetudines antiquæ obuiantes, & contradicentes iſtis conſtitutionibus ſunt ſublatæ, & ſic antiquitas legum repellitur per nouas leges, ad idem Inſti. de teſtamen. in prin. Et dicit gl. quòd iſtud facit contra ſenes, & antiquos, & antiquitates eorum, & profectò in multis laudatur ſenectus & antiquitas, & in multis vituperatur, ſic & iuuentus in multis laudatur, & in multis vituperatur, de quibus plenè per Lucam de Penna in rubr. lib. 10. C. de legatio. verſic. 8. & in l. 1. in princ. C. de conſulibus. lib. 12. & in l. vnicuique. in glo. C. de proxi. ſac. ſcriniorum. lib. 12. & in l. decem. C. de decur. lib. 10. in verſi. ſenectutem, & in l. fi. in verſi. defenſa. C. de primicerio, lib. 12. & de laudibus ſenectutis, vide in l. ſemper. ff. de iure immuni. & per Bald. in l. ſenium. C. qui teſtam. face. poſſ. & in l. cum antiquioribus. pen. col. C. de iure delib. Doct. in l. cum quid. ff. ſi cer. pet. & vide Hierony. in Epiſtola ad Nepotianum, & Ioan. And. in c. magnæ. de voto. & per Beatum Thomam in ſecunda ſecundæ, q. 160. ar. 5. & de iſtis remiſſionibus poteris facere longum tractatum. In glo. fi. quærit hic glo. de

14 duabus quæſtionibus. † Prima, vtrum ſi aduocatus allegat aliquam conſuetudinem, vel legem correctam per iſtas conſtitutiones coram iudice, qui admittit dictam allegationem, teneatur crimine falſi, Et glo. ſimpliciter dicit, quòd ſic, per tex. C. de Iuſt. Co. cõfir. §. hinc igitur, & C. de vet. iure. l. tanta §. hęc igitur. & l. fi. ff. ad legem Corne. de falſis. Sed tu dic ſecundum Bart. in l. fi. quòd aut quis vult allegare leges correctas ad deciſionem cauſarum, quæ habuerunt cauſam de præterito, ſcilicet tempore, quo leges correctę vigebant, & poteſt allegare, vt in Auth. vt cum de appel. cogno. in prin. & firmat Bal. in l. 1. in prin. C. de Iuſt. Cod. confir. niſi lex noua diceret expreſsè, quòd corrigat legem veterem in præteritis & futuris, quia tunc nullo modo lex vetus põt produci vel allegari in iudicio, aut ad deciſionem cauſarum futurarum, & tunc, aut vult eas in argumentum ducere, & tunc aut ſunt inſertæ in corpore iuris, & poteſt hoc fieri impunè, vt in c. authoritate. de præb. lib. 6. & idem videtur dicere Barto. in l. 2. in prin. C. de lati. libe. tollen. aut non ſunt in corpore iuris inſertæ, & tunc non licet. C. de lat. libe. tollen. l. 1. in prin. & tenetur pœna

15 falſi, vt in d. l. 1. de Iuſt. Cod. confir. † aut vult allegare leges correctas ad deciſionem cauſarum, & tenetur pœna falſi, vt in d. l. fi. niſi allegetur per habentem poteſtatem legis condendæ, vt firmat Alex. de Imo. in d. l. fi. in ſua apoſtilla. & vide Abbatem in c. nouit. 8. col. de iudi. vbi dicit, quod poteſt allegari lex correcta, vt habeatur clara notitia. Item poteſt allegari eius ratio, vt ibi per eum. Et ſic intellige iſtam gl. hanc ſententiam tenet Bar. in repe. l. omnes populi. in col. fi. ff. de iuſti. & iu. Secunda q. glo. eſt, vtrum caſus contingens ante nouam legem debeat determinari ſecundùm legem antiquam correctam per nouam, vel debeat

16 iudicari ſecundùm legem nouam. † Et glo. iſta tenet, quòd debet determinari ſecundùm legem antiquam, quia iſtæ conſtitutiones ponunt formam futuris negocijs poſt conſtitutiones iſtas, & non præteritis negocijs, vt in iuribus in ea allegatis. Iſtam glo. non vidit Bar. in d. l. omnes populi. in 5. q. principali, vbi dicit, quòd iſta quæſtio eſt dubia, & ſatis vtilis. vbi diſtinguit, aut quæris de præteritis negocijs deciſis, & ad illa negocia extenditur lex noua non infringendo, ſed confirmando, ſic loquitur l. cauſas vel lites. C. de tranſac. aut ſunt negotia præterita pendentia, & tunc aut ſunt in iudicium adducta in cauſa principali, vel appellationis, & ad ea nõ extenditur, per tex. in Authen. vt cum de appella. cogno. in princi. & in Authen. vt in medio litis non fiant ſac. iuſſ. & pro hoc glo. in cap. grauis. de cenſi. in

17 verbo, conſtitutione, & eſt tex. in c. fi. de conſtitu. † vbi lex noua non trahitur ad præſentia negocia, ſed ad futura tantùm, niſi expreſsè dicat, quòd trahatur ad præterita, & iſtud ponit pro regula Philip. cum quatuor ampliationibus, & cum decem limitationibus in d. c. fi. de conſti. Cuius dictis pro nunc nihil addo, niſi quòd remitto me ad eum, & ad Cy. & Bal. in l. leges. C. de legi. & ad Alexan. de Imo. in 5. volu. conſi. 95. inci. viſo proceſſu agitato in ciuitate. Imo. in 2. col. verſic. ſed præmiſſis non obſtantibus, & ad remiſſiones, quas ibi allegat, & ad repetitionem Domini Ioannis Baptiſtæ Seuerinatis in d. l. omnes populi. in vigeſima charta, & ſequenti, quia videtur mihi, quòd iſtud procœmium fuit bene dotatum, & non potuiſſet amplius dotari, vt percipitur ex allegationibus iam deductis.

ANNOTATIO.

a Omnes conſuetudines.] Aſſlic. hic colligit ex hoc textu, quòd omnis & quælibet conſuetudo contraria conſtitutionibus inſertis in hoc volumine, p tex. hunc fuit caſſata, & certe tex. hic optime pbat ibi, caſſatis legibus &c. & ſemp allegatur à doct. Regni ad hoc, q conſuetudo contra conſtitutiones iſtas tam præterita, q̃ ea quæ poſt conſtitutiones conditas inoleuit, non valet, tanquam a lege reprobata, p quem tex. poteſt inferri ad no. q. Et primo, ſtatutum fuit in regno, q concordia inter accuſatorem & accuſatum inita ſine licentia curiæ non valet poſt litis conteſtationem. imò quilibet ex eis ſi proceſſerit ad concordiam ſine licentia curię, punitur ad pœnam 12. auguſtalium, & nihilominus fiſcus procedet in cauſa, concordia non obſtante, ita eſt conſti. incip. poſt citationem, infra in 2. lib. ibi, poſt li. conte. Nam talis conſtitutio procedit, etiam ſi in aliqua parte regni eſſet conſuetudo, q accuſator & accuſatus ſine licentia curiæ poſſint ſe concordare, quia talis conſuetudo non attenditur tanquam contraria dictæ conſti. poſt citationem, & caſſata per hunc tex. ita dicit Aſſl. in d. conſt. poſt citationem. 8. no. nu. 9. quod eſt bene no. quia conſuetudo alias approbat & validat conuentionem à iure reprobatam Pau. de Caſt. in l. pactum quod dotali, in fi. C. de coll. & quia incidenter facta eſt mentio augustalium, ideo ſciendum eſt, q auguſtalis eſt genus monetæ forſan, ſic dictum ab Auguſto & quilibet auguſtalis valebat Carl. 15. ſed hodie rarò huius monetæ genus inuenitur, vt declarat idem Aſſl. in conſti. quicunque mulierem, col. 1. num. 3. lib. 1. & ſequitur Mod. Doc. de Campania in c. ad hoc, quod eſt in nume. eo. c. regni. to. nu. 130. quod tene menti pro declaratione plurium conſti. Secundo infertur, q in regno audientia teſtium poteſt committi in cauſis ciuilibus infra & vltra dietam, vt in conſti. in pecuniarijs, in princ. lib. 2. & in c. 46. conceſſo huic ciuitati Neap. per regem Federicum, & confirmato per regem catholicum. Nam talis conſti. & c. procedunt, et ſi eſſet conſuetudo in contrarium, q a tanquam aduerſatiua illi conſtitutioni, in pecuniarijs, attendi non debet, p tex. hunc, per quem ita determinat idem Aſſl. in d. conſt. in pecuniarijs. primo no. Tertiò infertur, q audientia teſtium in cauſa criminali de iure cõmitti non põt regulariter. auth. apud eloquentiſſimum.

D

tiſſimam. C. de fide inſtr. conſti. in pecuniarijs, ibi, in crimine autẽ talis auth. & conſtit. habent locũ, etiam ſi eſſet conſuetudo in contrarium, quæ ſublata fuit per hunc tex. per quem ita firmat idem Affl. in d. conſt. in pecuniarijs, nu. 17. verſic. quarto quæro. Quartò infertur, ſtatutum eſt in regno ꝙ inſtrumenta nõ probent, niſi ſint in charta de pergameno, & ſubſcriptionem habeant teſtium, conſtit. conſuetudinem, & conſti. baiulos, & ibi Affl. col. 15. nom. 56. in prin. certè conſuetudo in contrarium non valet, per ſuprà ſcrip. & ideo idem Affl. in d. conſt. baiulos, col. 15. nu 57. in fi. infert, ꝙ ſtilus S. R. conſilij, qui habet, ꝙ ſi producitur copia inſtrumenti de protocollo alicuius notarij de ciuitate Neap. cum ſuo ſigno, cum nominibus teſtium viuentium, talis copia plenam fidem facit. Nam dicit ibi, ꝙ talis ſtilus redditur dubius, & ꝙ ipſe ſemper dubitauit, tanquam contrarius illi conſtit. per hunc text. Sed Affl. dubitare deſijſſet, ſi non fuiſſet oblitus eorum, quæ dixit. Nam S. R. conſi nõ eſt ſubditum conſtitutionib. tanquam Regem repræſentans, ideo poteſt iudicare & ſententiare contra & præter conſti. ut declarat Affl. in conſt. diuorum, col. 1. nu. 4. non mirum ergo ſi talis ſtilus, vel conſuetudo fuerit diu obſeruatus, & ad huc vigeat, teneo tamẽ opi. eius, quando talis cõſuetudo & ſtilus eſſet in alio tribunali huius regni, per prædicta, maxime, quia illa conſti. conſuetudinẽ, eſt exorbitans à iure communi, l. donatio ſiue directa, in fi. C. de do. ideo non ligat S. R. conſi. Quintò infertur, conſtit. capitalem pœnam, lib. 1. per quam cauetur, raptorem condẽnari debere ad mortem, etiam ſi mariter rapiam & dotem illi conſtituat, procedit nõ obſtante conſue. in cõtrarium, per illum tex. & per bone, per quos ita firmat ibi Affl. in 3. no. Sextò infertur ad ampliationem conſt. rapinas, per quam cauetur, bona naufragium vel incendium patiẽtium debent eidem reſtitui, adeò ꝙ conſuetudo alicuius loci, quæ vellet, capientes ea bona poſſe conuertere ad proprios vſus, vel ꝙ per triduum à die paſſi naufragij ſint fiſci, tanquam contraria illi conſt. non valeret, & ſic illa conſtitutio procedit ẽt non obſtante conſue. per tex. hunc, per quem ita firmat idem Affl. ibi, in 2. col. fi. nom. 1. Septimò infertur ad id quod dicit Bar. in l. viros. C. de diu. offi. li. 12. vbi dicit, ꝙ licet vnus officialis non debeat ſe immiſcere de iuriſdictione alterius, iuxta tex. in l. 2. de appar. præf. lib. 12. hoc autem ibi limitat, niſi vnus ex conſuetudine preſcripta poſſet ſe immiſcere in officio alterius. Nam talis limitatio non procedit in regno, quia talis conſuetudo eſt contra conſt. iuſtitiarij decætero, ibi, impediti, & fuit annullata per hunc tex. per quem ita dicit idẽ Affl. in d. conſt. iuſtitiarij, ex 3. no. Octauò per hunc tex. bonã quæſtionem determinat Affl. in conſt. cum per partes Apuliæ, in 3. no. nu. 3. Nonò infertur ad ampliationem conſti. comite, vel barone, lib. 3. poſtquam fuit cautum, ꝙ filij comitum & baronum non poſſint recipere ſacramenta ab eorum vaſallis ſine licentia Regis. Nã procedit illa conſtitutio, etiam ſi eſſet illa conſuetudo in contrarium, quia fuit caſſata per hunc tex. per quẽ ita firmat Iſer. & Affl. in 3. col. nu. 2. Decimo poteſt inferri ad no. q. quam poſuit idẽ Affl. in conſti. iudices, in 8. no. in fi. nu. 7. Vndècimo per hunc tex. bonã q. determinauit Iſer. quem omnino videas in c. 1. §. donare. col. 3. nu 7. quali. olim feu. po. alie. & per hæc alias in facto dicebã, ꝙ conſti. volumus, ſituata in t. li. diſponens ꝙ officialis ſucceſſor debeat interuenire in ſyndicatu officialis prædeceſſoris, procedit ẽt ſi aliqua vniuerſitas præcederet conſuetudinem, ꝙ ſoli ſyndicatores per eam electi habeant ſyndicare abſque interuentu ſucceſſoris, quia talis conſuetudo tanquam contraria dictæ conſtit. volumus, fuit annullata per hunc tex. pro quo alleg. quæ no. idem Affl. circa materiam d. conſtit. volumus, in conſt. monetibus li. 3. & ita dicebam iudicibus magnæ curiæ tunc temporis, qui licet prima facie dubitaſſent, tamen ita decreuerunt in cauſa magnifici Octauiani Ricij lauenſis, quem defendebam in ſuo ſyndicatu, cum vniuerſitate terræ Terticij, & feci poſtea expedire prouiſiones ſyndicatoribus dicti magnifici Octauiani, quod non procederent ſine interuentu officialis, quod eſt valde nota. Omnia tamen, quæ ſuperius dicta ſunt, limitantur non procedere, quando eſſet conſuetudo, cuius initij hominum memoria non extaret, quia tunc talis conſuetudo locum haberet, ẽt contra conſtitutiones, per tex. not. in c. 1. §. pterea. de cap. Corra. nec obſtat iſte tex. quia intelligitur de præteri. 30. uel 40. ann. ita eleganter ſupradicta omnia limitat Affl. in conſti. hac edictali, in t. not. in 1. lib. quod non ſit verum cogita, quia conſuetudini reprobatæ præſcribi nõ poteſt. Affl. qui multos alleg. in conſt. cum per partes Apuliæ, nu. 3. & quod ſacrum Conſilium poſſit iudicare præter legem, nec ſit ſubditum apicibus iuris, vide dominum Thom. Gramma. in deciſione 76. in fine.

De hæreticis & pacterenis. Rub. I.

GLOISA hic continuat iſtam rubr. dic vt in ea. vel dic, ꝙ ſuprà in proœmio in prima parte dixit, ꝙ à ſummo Deo requiritur, ꝙ Imperator, & Rex non permittant ſanctam matrem eccleſiam à clandeſtinis & perfidis maculari, ſed ipſam ab hoſtibus tueri, & per hæreticos maculatur ſancta ma ter eccleſia, ideo incipit prouidere contra hæreticos. Et de diuerſitate multarum hæreſum, & earum multiplicitate, vide tex. 24. q. 3. c. quidam autem hæretici. & in c. pen. de hære. & C. de hær. l. Arriani. & l. quicunque, & l. quoniã. Et iſta materia eſt multùm prolixa, vt patet in ſum. Hoſt. in tit. de hæ. & ſunt iura noua in 6. & in clem. de quibus non habuit notitiam Hoſtienſis, & vide ſummulas iuris ciuilis, & iuris canonici, in eod. tit. & Alber. de Roſa. in rubr. C. de hæret. & vtilem tractatum Reuer. domini Franc. de Gaieta Epiſcopi Scelarenſis, quem fecit ſuper materia hæreſis, qui fuit optimus doctor, & conſcientiatus vir, & eum habui in maxima reuerentia, ideo de iſta materia me remitto ad eum, & ad ſummam Aſteſanam, lib. 2. tit. 18. & ad 6. li. dec. in tit. de hæret. & ad ſcri. in tit. de hæret. in clem. & primò hic ponitur de hæreticis in genere, & poſtea de hæreticis, & pacterenis in ſpecie.

SVMMARIVM.

1 *Hæreſis eſt crimen maximum & publicum, quod multis committitur modis, in quo per inquiſitionem proceditur.*
Supplicare principi pro hæreticis licet nemini. & infra nu. 45.
2 *Tunica Chriſti inconſutilis, quid nobis ſignificet.*
Hæreticus Chriſtianæ fidei iniuriatur, ab eius vnitate Chriſtianum ſeparans.
3 *Hæreticus quis ſit, & vnde dicatur.*
4 *Chriſtiani omnes ſunt ſub protectione diui Petri.*
Prælatus de ſola hæreſi à ſubditis poteſt argui.
5 *Hæreticus propriè is eſt, qui aduerſus fidei Chriſtianæ articulos ſentit, aut credit.*
Hæretici varijs hic notantur titulis.
Hæreticus omnis excommunicatus eſt.
6 *Nomina debent eſſe conſona rebus.*
7 *Nomen bonum habere confert quandoque, ſuſpicantur quippe homines mali quippiam ex nomine horrido.*
Nomen pulchrum non eſt vili comparandum.
8 *Argumentum à denominatione eſt validum.*
Simplicitas reprobatur, quæ prudentiæ non copulatur.
9 *Hæretici aduerſus fideles intro dicuntur ſerpere.*
Antichriſtus fini hominis inſidiatur, multas immittens tribulationes.
10 *Hæretici apud fideles cenſentur venenoſi.*
11 *Sectas & doctrinas hæreticorum neſcire fidelibus expedit.*
12 *Hæretici crudeles in ſeipſos ſæuientes, vitæ prodigi, & mortis ſunt improuidi.*
13 *Hæretici qua ſint pœna plectendi.*
14 *Hæreſis in Lombardia quo maximè pullulauerit tempore.*
Hæreticorum fons ex Italia proceſſit, & ad alias manauit regiones.
Deo potius obediendum, quàm hominibus.
Iudicia claudicare non debent.
15 *Crimen hæreſis inter publica connumeratur crimina.*
Hæreſis eſt grauior crimine maieſtatis læſæ.
Dictio, imo, multis capitur modis.
16 *Deo magis obediendum eſt, quàm cuilibet homini.*
17 *Inquiſitor hæreſeos an poſſit aut debeat procedere contra diuinatores, aut ſortilegos.*
18 *Dæmones inuocans an ſit hæreticus.*
19 *Mulieres ſuper beſtias cum Diana paganorum Dea nocte poſſe ire, falſum eſt.*
20 *Expuens in crucem timore diaboli, an poſſit apoſtata dici.*
21 *Infernum aut paradiſum negans, an ſit hæreticus.*
22 *Imagines, ſeu picturas ſanctorum frangens, an poſſit vt hæreticus puniri.*
23 *Fornicationem ſimplicem aſſerens non eſſe peccatum, an poſſit hæreticus dici.*
Concubinatus inter ſolutum & ſolutam prohibitus.
24 *Decimas prælatis eccleſiæ non eſſe debitas aſſerens, an ſit hæreticus.*
25 *Profeſſus in religione matrimonium publice contrahens & conſumans, an ſit hæreticus cenſendus.*
26 *Inquiſitor an poſſit procedere contra defunctum, qui in articulo*

mortis

mortis petijt hoſtiam non conſecratam.
27 *Hiſtorias Bibliorum aſſerens falſas, an dicatur hæreticus.*
28 *Libros ab eccleſia Romana reprobatos tenens in domo ſua, an ſit dicendus hæreticus.*
29 *Pœnas tres incurrit, qui perduellionis crimen committit.*
Crimen læſæ maieſtatis quare dicatur perduellionis.
30 *Hæreticus his afficitur pœnis, quibus qui crimen incurrit læſæ maieſtatis.*
31 *Laicus in hæreſim incidens eſt igni cremandus, & clericus degradandus.*
Hæreticus mortuus eſt ſepultura priuandus.
32 *Suſpectus de hæreſi, contra quem non plenè probatur, qualiter puniatur.*
33 *Crimen hæreſis poteſt inquiri, & puniri nemine accuſante.*
34 *Iudices laici hæreticos debent inquirere regni.*
35 *Hæreticus errorem ſuum cognoſcens & abiurare volens, eſt audiendus.*
36 *Hæreticus ante ſententiam eccleſiæ reconciliatus mortem euadit.*
37 *Hæreticus de hæreſi pœnitens, qualiter debeat abſolui.*
38 *Conuictus de hæreſi pœnam mortis euadet pœnitens.*
39 *Condemnatus de hæreſi appellare non poteſt.*
40 *Hæretico pœnitenti parcitur, aut certè parcendum eſt.*
41 *Pœnitentes ad ſe reuertentes ſuſcipit Deus.*
Pœnitere poteſt negans, donec conuincatur, vel poſtquam conuictus eſt.
42 *Filius ingratitudinem committens aduerſus patrem, an poſſit pœnitere, ita quod exhæredari non poſſit.*
43 *Hæretici ſunt viui comburendi.*
44 *Hæretici, qui comburuntur, ſe martyres eſſe putant.*
45 *Supplicare, aut interuenire pro hæreticis nemini licet. & ſupra nume. 1.*
46 *Procurator an poſſit interuenire coram iudice competenti pro inquiſito de hæreſi.*
47 *Patrocinium quando poſſit hæretico coram iudice præſtari.*
48 *Hæretico nullum præſtatur patrocinium.*
Pœna indignationis Imperatoriæ eſt timenda, quia arbitraria.
49 *Verba, indignationem beatorum, &c. poſita in literis apoſtolicis, quid importent.*
50 *Beneficium curatum quod dicatur, & quod non.*
51 *Seruitus quæ cauſam continuam habere dicatur.*
52 *Effectus rei mutatur nomine mutato.*
53 *Inquiſitores hæreticæ prauitatis, an poſſint procedere contra blaſphemantes Deum, aut Sanctos.*
54 *Blaſphemus eſt hæretico æquiparandus.*
55 *Iudex quo caſu ex officio abſque accuſatore, vel denunciatore poſſit procedere.*
56 *Ius publicum in ſacris, ſacerdotibus, & magiſtratibus conſiſtit.*
57 *Iudex ſecularis an poſſit nouum formare proceſſum contra hæreticum ſibi remiſſum per inquiſitores.*
Reus criminis ex ſuſpitione leui nemo debet iudicari.
58 *Suſpitio leuis de hæreſi ſufficiens eſt, vt contra aliquem procedatur.*
59 *Iudicis animus ad dubitandum inducitur, cum auctor aliquid aſſerit, quod per reum negatur.*
60 *Suſpitio quid propriè dicatur.*
Probationum tria ſunt genera, vera, plena & veriſimilis.
61 *Monitio vna iudicis ad comprehenſos in hæreſi an ſufficiat.*
62 *Citatio trina requiritur, ſi vaſallus per vaſallum requiratur.*
63 *Monitio vnica ſufficit in cauſis ſummarijs.*
Abiurans hæreſim non plenè probatam, ſi poſtea deprehendatur in eadem, fingitur à principio talis.
64 *Delicta augmentum recipiunt per actuum multiplicationem.*
65 *Delinquentes ex conſuetudine ſunt ſeuerius puniendi.*
66 *Libri hæreticorum ſunt comburendi, nec eos in domo tenere licet.*
Supplicare regi an liceat pro his, qui in crimen læſæ maieſtatis inciderunt.

INCONSVTILEM tunicam Dei noſtri. [a] Totam iſtam Conſtitutionem diuido in decem partes.

In prima parte oſtēdit Imperator, qualiter hæretici conantur vnitatē eccleſiæ ſegregare, & oues ſanctæ matris eccleſiæ ab ea ſeparare: vſque ibi, hi ſunt.

In ſecunda parte vocat hæreticos diuerſis cognominibus in eorum detractionem vſque ibi, eorum ſectę.

In tertia parte dicit, ꝙ iuſtis rationibus ſectæ hæreticorum in publicum in veteribus legibus non ſunt annotatæ, vſque ibi, crudelius.

In quarta parte ponitur magnum præiudicium, quod faciunt hæretici in eccleſia Dei, vſque ibi, itaque.

In quinta parte ponitur dedignatio Imperatoris contra hæreticos propter iniuriam, quam inferunt fidei Chriſtianæ, & ſanctæ Romanæ eccleſiæ, vſque ibi, acerbiſſimum.

In ſexta parte dicit, ꝙ crimen hæreſis, eſt crimen publicū: videlicet læſę maieſtatis diuinę, & ideo horribilius iudicatur, q̃ crimē læſæ maieſtatis humanæ, vſq; ibi, nemine.

In ſeptima parte dicit vnum ſpeciale in hoc crimine hęreſis, quia in eo poteſt procedi ſine accuſatione, ſed per inquiſitionem, vſque ibi, per officiales.

In octaua parte ponit, ꝙ iudex ſecularis debet ſtudere ad inquirendum iſtos hæreticos, & notatos hoc crimine, etiam leuibus argumentis, vt remittat iudicibus eccleſiaſticis, vt inquirant, & examinent, vſque ibi, per quos.

In nona parte ordinat, ꝙ ſi hæretici fuerint conuicti de hæreſi per iudices eccleſiaſticos, & noluerint hæreſim renuntiare, & perſeuerent in eorum erroribus: ſi declarati per eos ſunt in hæreſim incidiſſe, per iudicem ſecularē viui comburantur, vſque ibi, apud.

In decima & vltima parte iubet, ꝙ nullus ſupplicet principi pro talibus hęreticis, quod ſi ſecus fiat, ſciat ſe indignationem principis incurrere, vſque in fin. Et in ſumma hoc
1 intendit. † Crimen hæreſis, quod multis modis committitur, eſt maximum & publicum, quia offenditur diuina maieſtas, inde turbatur, & iniuriatur vnitas Sāctæ Romanæ eccleſiæ, & fides catholica, ea propter in eo per inquiſitionem procedimr, & ſi conuicti per iudices eccleſiaſticos ad gremium ſanctæ matris eccleſiæ, ſponte abiuratis eorū erroribus, non reuertantur, ſecuta declaratione, ꝙ inciderunt in hæreſim, traduntur iudici ſeculari, qui eos viuos comburi faciat, bonis publicatis, ſicut in crimine maieſtatis læſæ. nec licet cuiquā ſupplicare principi pro eis abſque
2 eius indignatione. † No. primò in verbo, inconſutilem tu-
b nicam. [b] ꝙ veſtis Ieſu Chriſti, Dei & hominis, fuit inconſutilis, i. ſine ſutura, vt dicit Nico. de Lyra ſuper Euang. Io. c. 19. & dicit B. Aug. ꝙ tunica ſignificat virtutem totius catholicæ eccleſię, ne ſcindatur, & ideo ad vnū puenit, quia oēs in vnum collegit &c. illa verò veſtis, q̃ fuit indiuiſa, ſignificat vnitatem eccleſiæ, vt probatur 24. q. 1. c. pudenda. circa fi. & vnitas Ieſu Chriſti non recipit diuiſionē, vt patet in c. denique. in fi. 7. q. 1. & ꝓ hoc c. firmiter. de ſum. trini. & de hære. c. firmiſſimè. ſicut. n. ſi alicui quis ſcindit veſtem quā habet in dorſo ſuæ pſonæ, ex hoc ille dr̄ iniuriatus, pp coħærentiā veſtis cum pſona, vt dicit Bar. in l. licitatio. §. ꝙ illicitè. ff. de publi. & ibi concor. ita fortiori ratione fit iniuria catholicæ fidei, cū ſcinditur Chriſtianus ab vnione ſanctæ matris eccleſiæ. & hoc expreſsè dicit iſte tex. ꝙ hæreti-
3 cus facit iniuriam fidei Chriſtianæ. † Secundò no. ibi, diuiſionis. ꝙ hæreticus dr̄ diuiſus & ſeparatus ab vnione ſāctæ eccleſiæ. & dr̄ ab erciſcor erciſceris, ideſt, diuido diuidis, inde familiæ erciſcun. ideſt iudicium ſubſtantiæ diuidundæ. inde eremita, quaſi diuiſus ab alijs. ita hæreſis. i. ſeparatus à fide catholica, vt probat iſte tex. & no. gl. in ſum. C. de hæreticis, & Hoſt. in ſum. eo. ti. §. 1. in fi. & no. in c. firmiſ-
4 ſimè. de hæreticis. & Arch. in c. 2. eo. ti. in 6. † Tertiò no. ibi, & oues à Petri cuſtodia. ꝙ oēs Chriſtiani quoad animā, & ſpiritualitatē, ſunt ſub iuriſdictione B. Petri vicarij dñi nſi Ieſu Chriſti Dei & hoīs, & ſucceſſorū in d. vicariatu. nā per

oues intelligitur populus Chriſtianus, vt patet in c.ſcriptu
ris.8.q.1.qui eſt fundatus ſup illis verbis dininis dictis Pe-
tro: Paſce oues meas. inde dr in c.diſplicet.23.q.4.& vos
oues Chriſti eſtis,& characterem dominicũ portatis.& ſub
ditur, monentis,vt vos ad ouile eius redire cogamus.& pa
ter in c.oues.2.q.7.& 6.q.1.c.ouis. vbi oues.i.populus non
arguit ſuom prælatum,niſi de hæreſi: quia non eſt diſcipu
lus ſupra magiſtrum. per Petrum antem ſignificatur caput
eccleſiæ, vt dicit tex. 19.diſt.c. ita dñs. vbi ab ipſo quaſi à
quodam capite dona ſua velut in corpus omnium effunde
ret, vt extorrem intelligeret ſe diuini miſterij eſſe, qui au-
ſos fuiſſet a Petri ſolennitate recedere. hunc enim in con-
ſortium diuinę charitatis aſſumptum,id quod ipſe erat,vo
luit nominari,dicendo,Tu es Petrus,& ſuper hanc petram
ædificabo eccleſiam meam. ad idem 21.diſt.c.in nouo. &
24.q.1.c.loquitur.vbi eſt optimos tex.de hoc, & patet ex-
preſsè in epiſt. Papæ Ioannis ad Imperarorem Iuſtinianom,
5 quæ incipit, inter claras.de nouo C.componendo. † Quar
tò. no.ex tex.ibi,hi ſunt lupi rapaces &c.ꝙ hæretici ſunt il-
li, qui ſentiunt cõtra articulos fidei,quos tenet eccleſia Ro
mana,vt in l.1.in fi.C.de hæreti. & qui malè ſentiunt de ſa
cramentis eccleſiæ,vt in c.ad abolendam.de hæreti.& alijs
modis etiam dr hæreticus, vt in c.3.de hæreticis. vocantur
lupi rapaces angeli peſſimi, filij prauitatũ nequitiæ,& frau
dis, & deceptores. colubri, ideſt, ſerpentes proijcentes
venena in populis,qui columbas decipiunt,& ſunt ſerpen-
tes,qui cum cauda feriunt,& venena euomunt. quibus ad-
de,ꝙ omnis hæreticus,ſiue occultus,ſiue manifeſtus,eſt ex-
cõmonicatus, vt 24.q.1 c.1.& 3.& d.c.ad abolendam. Itẽ
eſt infamis,vt no.Bar.in l.1.C.de ſum.trin.& in auth. gaza
ros.C.de hæreti.& in c.excõmunicamus.lo grande. de hæ-
reti. Item ſunt fures animæ ſuæ, vt dicit Archi.in c.2.vlt.
6 col.de hęreticis.lib.6.† Quintò nota ex eadem litera,ꝙ oĩa
ſupradicta cognomina conueniunt hæreticis, & ſic nomen
c eſt conſequens rei, [c] vt no.Inſtit.de dona.§.eſt & aliud.& in
Auth.de conſulibus.§.ſi quis.& glo.hic allegat ad hoc glo.
in l.tugurij.ff.de verb.ſign.Cui adde gl.in procе. 6.libri in
verbo,Bonifacius.& gl.in Auth.de priuil.dotis.§.1. in ver-
bo,impoſuerunt. faciẽda eſt ergo vis in nomine,ſm Arch.
23.q.4.c. morte fidelis. vbi ad hoc multa bona exẽpla ad-
ducit.& poſtea arguit in cõtrarium & ſoluit dicens,aut no-
minatio eſt facta in iudicio,& de illa eſt vis facienda, ſecus
ſi extra iudicium. item facienda eſt vis in nominibus ap-
pellatiuis,ſecus in nominibus proprijs,quia de illis non eſt
facienda vis, ſm gl. hic, licet Abbas Sicu. in c. cum ſm. de
7 præbend.dicat,ꝙ bonum eſt habere bonum nomen,† quia
ex horrido nomine ſæpe homines ſuſpicantur ſiniſtrũ, pu-
tantes a prauo euentu illud fuiſſe ſibi impoſitum.& de hoc
etiam per Andr. Barbatiam in c.1.de depoſito.facit tex. &
glo.in l.facta.§.ſi in dando.ff.ad Trebel.& vide Spec.in tit.
de his qui ali.nomi.in iudi.int.circa fin.& dicit Ioan. And.
d in d.c.1.de depoſito.& in d.c.cũ ſm.ꝙ ſi pulchra[d] nomina
venderentur, deberent emi cariori precio. Inde dicimus,ſi
nomine priueris, nec res habere mereris, ſi nomen ſignifi-
cat ſubſtantiam: ſecus ſi ſignificet ſimplicem demonſtra-
tionem, ſm Bald.in c.1.in fi.de milite vaſ.qui ar.belli. de-
poſu. Accedat ad hoc gl.in clemen. per literas. de præben.
quæ dicit,ꝙ ex denominatione percipitur, verum eccleſia
ſit hoſpitale,vel eccleſia, bene facit conſt. quæ incipit, ma-
gnæ curiæ noſtræ,vbi magiſter iuſtitiarius ſumit nomẽ ab
effectu: quia ipſe eſt ſpeculum & norma iuſtitiæ. Item de-
nominatio facit indicium, ſecundùm Bald.in l.nõ ignorat.
C.qui accuſare non poſſunt. & dicit Bald.in c.1. an mari-
8 tus, † ꝙ validum eſt arg. à denominatione.c.fi. de cõuerſi.
infide.& a nominis interpretatione. Bald. in c. fin.per quos
fiat inueſti. ex nominatione enim filiationis cognoſcitur,
quem eſſe filium.l.vnica.§. ſimiliq; modo. C. de lati. libe.
tollen.facit l.nominationum.C.de decu.lib.10. nomen ap
pellatiuum attendere debemus, & non proprium, ſm Bal.
in rub.ff.ſol.mat.idẽ Bar.in rub.C.de impube.& alijs ſub-
ſti.& in l.penul. ff. de reb. dub. & ſic ex nominũ diuerſita-
te arguitur diuerſitatis effectus.l.ſi idem.& ibi Bald. C.de
codicillis.& dicit Bald.in c.item cum quis. de reſtitu. ſpo-
liatorũ.ꝙ ex nominibus poſſeſſiuis pręſumitur proprietas.
An autem liceat ſine fraude nomen ſibi mutare, vide text.
in l.ſciendum.in fine.ff.ad Trebel.& glo.hic,& Io. And. in
procе.6.libri. Sextò nota ibi,ſimplices animas, quia hic dã-
natur ſimplicitas,quia non eſt cum prudentia; quia ſi eſſet
cum prudentia, hæretici nihil poſſent cum viris prudenti-
bus. 16.q.1.cap.ſi cupis. decipiunt ergo animas ſimplices
ſine dolo, & ideo tex.dicit, ſint homines ſimplices ſicut co
lumbę: nec cuiquam machinentur dolos,& ſerpentis aſtu-
tiam habeant,ne aliorũ ſupplantentur inſidijs.in d.c. ſi cu-
9 pis.& in c.ex merito. 5.q. 1. † Septimò no. ibi,quia latenter
videntur inſerpere,ꝙ hæretici aduerſus populum Chriſtia
num videntur inſerpere,ideſt,valde ſerpere. illud in, poni-
tur pro valde,vt in l.Gallus.§.ille caſus. ff. de libe. & poſth.
& dicit Archi.de pœn.diſt.1.c.ſerpẽs.ꝙ ſerpẽs tortuosè in-
cedit,& denotat diabolum,qui ſui doloſitate & deceptio-
ne venit ad hominem,vt ipſum decipiat, & ad barathrũ in-
ferni eum ꝑcipitet. terrã comedit,quia vitia & peccata ter
rena appetit, & inſidiatur calcaneo mulieris, ideſt fini ec-
cleſiæ: quia in fine ſeculi veniet Antichriſtus,qui immittet
multas tribulationes & anguſtias in eccleſia, & inſidiabit
fini hominis, qualiter ipſũ decipiat & ſic facit hæreticus,
prædicando contra typum ſacræ Romanæ eccleſię argu-
mentis apparentibus,leuibus & habentibus mel dulce,ſed
amarum intrinſecus,aut falſis & venenoſis concluſionibus
percutiunt ſimplices animas fidelium, & hoc eſt ſerpere,
ſicut dicimus, ꝙ quando peccatores faciunt eleemoſynas,
eſt ſerpere, ideſt,quia citius illuſtratur, vt perueniat ad pœ
nitentiam:dicit text. in c.miror. de pœniten.diſt.1.facit ad
hoc tex.& ibi Ang. in l.ſi quis pecuniam.§.quanquam. ff.ſi
quis omiſſa cauſa teſta. in verbo,ſerpit,quod verbum dicit
ſe alibi non legiſſe. vbi ex illo tex.dat iſtam doctrinam, ꝙ
vbicunq; diſpoſitio prouidens in vno caſu producitur ad
ad alium caſum, illa productio appellatur tractio, ſeu ſen-
tentia ſerpẽtina,quia cũ cauda ſe reuoluens percuſſit aliũ,
10 quàm oculus eius reſpiciat, & ſic facit hæreticus.† Octauò
no.ex tex.ibi, aconitum,ꝙ hæretici dicuntur homines ve-
nenoſi apud Chriſti fideles. aconitum enim eſt herba ve-
nenoſiſſima omnium venenorum,& ſi quis cum dicta her
ba tetigerit ſexum muliebrem, eodem die morietur, & oc
cidit lupos comeſta,& mures eius odore moriuntur, & de
iſta herba venenoſa loquitur tex.in l.eius.§. alio. ff. ad legẽ
Corne.de ſicar.& gl.hic docet regionem,vbi naſcitur,& di
11 cetur de hoc in conſti. mala, & noxia. † Nonò no. ex tex.
ibi,non ſunt notatæ,ꝙ multæ ſectæ hæreticorum non ſunt
notatæ in legibus,ne in publicũ veniant:quia expedit eorũ
ſectas neſcire.Inde dicit gl.28.diſt.c.quãuis.ꝙ omnis ſcien
tia,quæ dat occaſionem peccandi, mala eſt. Decimò no.ex
tex.ibi, non contentæ, ꝙ interdum ſectæ hęreticorũ perſe-
quentes illam hæreſim non ſunt contentæ, vt fuit ſecta Ar
riani,Vel Neſtoriani,de quibus loquitur tex.in l.damnato.
C.de hær.immo,qñ illæ ſectæ fuerint reprobatæ,& condẽ-
nati dicti inuentores,& banniti,& combuſti, vt hic proba-
tur, putabant ſe vt martyres mori, & ob hoc offenderunt
Deum & proximos. & ideo non debent in publicum pro-
pter eorum grauiſſimum delictum eorum nomina notari,
licet(vt dixi in rub.) multa nomina hæreticorum ſunt nota
ta in illis iuribus ibi alleg. Vndecimò no. ibi,miſeri pacte-
reni.de iſta hæreſi pacterenorum vide auth.gazaros. C.de
12 hæreticis. & in cap.penul. eod.titu. † Duodecimò no. ibi,
ſæuiunt in ſeipſos, ꝙ hæreticus dicitur homo ſatis crude-
lis,quia propter ſuum errorem parat principaliter ſibi per-
ditionẽ animæ ſuæ. & ideo dicitur in tex.prodigi vitæ, &
mortis improuidi, & etiam tendit in perditionem ani-
marum proximi, & etiam per ſententiam iudicis declara-
toriam perdit bona: & eius corpus traditur igni combu-
rendum, & tantum præiudicium & damnum poſſet eua-
dere per agnitionem veræ fidei,vt dicit iſte text.& dicetur
inferius. & ideo dicit crudelis, quia in ſeipſum ſæuit, ſicut
ille

ille qoi ſe ipſum occidit,de quo loquitur tex.in l.cum au-
tem.§.excipitur.ff.de ædil.edic.& ibi ſunt concor in gl.ex
quo ſequitur,quòd ille,qui ſibi ipſi non parcit, non eſt cre
dendum , vt alteri velit parcere. & pro hoc l.ſi.ff.de bonis
eorum qui mor. ſibi conſci. Nec obſt.text.in l.ſed ſi dam-
num.§.ſed ſi ipſe.ff.de peculio. vbi dicitur, q̃ licet in ſeip-
ſum ſæuire:quia ibi dicitur,quòd licet ſeruis in ſeipſos ſę-
uire ad effectum,ut domini illud damnum non poſſint de
ducere à peculio, & non ad alium effectum:quia omni iu-
re prohibitum eſt ſeipſum occidere , vt patet in c.non eſt
noſtrum. 23.q.5. & in l.omne delictum.§.qui ſe vulnera-
uerit.ff.de re mili. quia nemo eſt dominus membrorum
ſuorum, vt in l.liber homo.ff.ad legem Aquiliam.Et ideo
ſi clericus ſeipſum percutiat, incidit in canonem latæ ſen-
tentiæ, vt tenent Doc.in c.contingit. lo 1.de ſen.excom.&
in c.1.de vi.& hon.cle.li 6. facit tex.in c.ſi non licet.23.q.
5.vbi dicit text. ſi non licet alicui priuato hominem occi-
13 dere,profectò qui ſeipſum occidit,homicida eſt &c.†De-
cimotertiò nota ibi, continere non poſſumus,indignatio-
nem Imperatoris contra iſtos hæreticos. nam minatur eis
debire gladium exarationis inferre . nam exareo ab areo ,
ideſt,exiccare,ardere.& ſic minatur eis mortẽ per ignem ,
vt infra dicetur in eadem conſtit. & ponit cauſam , quare
indignatur contra iſtos hæreticos : quia ipſi faciunt iniu-
riam fidei Chriſtianæ & ſanctæ Romanæ eccleſiæ,quæ eſt
caput omnium aliarum eccleſiarum . ſic etiam dicitur in
allegata epiſtola,inter claras,& in c.pręceptis.12.diſt.& in
c.rogamus.24.q.1. & 3.q.6.c.dudum . quæ nunquam er-
rauit, neq; hęreticis vnquam ſuccubuit,ſed potius omnes
hęreſes deſtruxit , vt no. in c.à recta.24.q.1. & ſic fatetur
Imperator ſe eſſe Deo obligatum pro defenſione eccleſię.
& hoc probat expreſsè text.96. diſt. cap.boni principes.
& in c.princeps.23.q.5. & quies eccleſię principum ſęue-
ritate iuuatur, dicit text.in c.prout eſt ſęueritas veſtra.23.
q.5.quos eccleſia corrigere non poteſt . eadem q. & cauſa
c.principes.& c.nõ vos.& c.de Liguribus, &c. inceſtuoſi .
14 Decimoquarto no.text.ibi, à partibus Lombardię,† quòd
tempore huius Imperatoris multùm pullulauit hęreſis in
partibus Lombardię, & maxime in Mediolano, vbi hęre-
tici interfecerunt beatum Petrum Veronenſem , ob quod
dicitur ſanctus Petrus martyr,in anno Domini MCCLII.
Et in tantum pullulauit hęreſis in Italia , quòd ſuos riuu-
los produxit vſq; in hoc regnum , vt teſtatur hic Impera-
tor , quod acerbiſſimum reputauit : & ſic fons hęretico-
rum proceſſit in Italia , & de fonte deſcendit in riuulos ,
vt vtar uerbis tex.in c.ieiunium.lo 2.76. diſtin. & ideo fa-
cta fuit hęc conſtitutio, ut auferatur materia iſtorum riuu
lorum hęreſis: ſicut in ſimili dicitur, ut auferatur materia
periurij,ut in c.uerùm.de iureiu. quia plus Deo quàm ho-
minibus deferendum eſt , ut in c.relatum.de ſent.excom.
quod malè obſeruant quidam iudices , qui plus deferunt
hominibus dignitates,& diuitias habentibus, quàm Deo
& pauperibus: iudicia enim non debent claudicare.c.inſi-
nuante. de offi.delega.l.ſi cum dies.§.ſi arbiter.ff.de arbit.
15 † Decimoquintò no.ibi,publica crimina.quòd crimen hæ
reſis eſt crimen numeratum inter publica crimina , & ſic
eſt publicum crimen, vt dicit Spe.in tit.de reſcri.§.1.verſi.
quid de portantibus.alleg.1.diſt.c.ius publicum.Quæ au-
tem ſunt crimina publica, patet in l.1.ff.de pub.iud.& ibi
dicit Alexan. quòd ſemper quando offenditur eccleſia,vel
perſona eccleſiaſtica , dicitur crimen publicum, alleg.l.ſi
quis in hoc genus.& ibi Bart.C.de epiſ.& cler.& l.1.§.hu-
ius ſtudij.ff.de iu.& iure . Decimoſextò no.ibi, imo quòd
maius eſt crimen læſæ maieſtatis diuinæ , quod commit-
tit hæreticus , quàm crimen læſæ maieſtatis contra Impe-
ratorem, vel regem, quia longè grauius eſt ęternam, quam
temporalem offendere maieſtatem, vt in auth.gazaros.C.
de hære.& in c.vergentis.eo.ti.& ſic adiectiuè ponitur hęc
dictio imo. ſicut in l. iubemus poſt hac. §. œconomus.C.
de ſacroſan.eccle. & C.de no. Cod.§.quibus. ſecũdùm gl.
hic. interdum ponitur correctiuè , vt per Bald.in l.1.C.de
fur. & in iuribus hic allegatis in gl. & vide Bar.in d.§.qui-
bus.& in l.ſi ita ſcriptum.ff.de hære.inſt.& in l.Stichus.ff.
de manu.teſta.& Albe.de Roſa.in dictionario ſuo, in ver-
16 bo, Immo . † Inde dicimus , quòd magis obediendum eſt
Deo , quam cuilibet homini. 11.q.3.c.ſi dominus. & in c.
qui reſiſtit. & c.Imperatores. & c.Iulianus.& c.is qui præ-
eſt . Et ſic licet ſoleat dici, quòd crimen hæreſis æquipara-
tur crimini læſæ maieſta.vt no.glo.& Sal.in l.2.C.ad l.Iul.
maieſta.& patet in c.ſtatutum,el 2.de hære.lib.6.tamen in
plus ſe habet , quod dicit tex.in Auth.de mona.§.hinc au-
tem , quòd diuina gratia debet legibus præualere . multis
enim modis committitur crimen læſæ maieſtatis, vt patet
ex ſcriptis per Hoſt.in rub.de maledicis,& ego dixi in c.1.
in verbo,bona committentium crimen læſæ maieſta.quæ
ſint regalia . ſic etiam crimen hæreſis multis modis com-
mittitur,vt patet in ſumma Hoſt.eo.titu.& in locis allega.
ſupra in rubr.huius conſtitutionis . Ideo quęro hic de de-
17 cem quęſtionibus , de quibus vidi dubitari . † Et primo ,
vtrum pertineat ad officium inquiſitoris procedere con-
tra diuinatores & ſortilegos.dicit glo.Io.And.in c.accuſa-
tus.§.ſanè.de hęre.li.6.ſuper verbo,ſortilegij. quòd inqui-
ſitor nullam iuriſdictionem habet ſuper illis, nec ſuper il-
lis,qui demones conſulunt,vt habeant eorum reſponſum,
vt 26.q.2.c.hi qui.& q.4.igitur nec habet iuriſdictionem
ſuper reſtitutione vſurarum, niſi quis dixerit, vſuram eſſe
licitam,tunc eſt hęreticus,vt in clem.1.de vſur.quibus ad-
do Oldr.in conſi.centeſimodecimo. quem refert & ſequi-
tur Dominicus de ſancto Gemi. in c.cum verò.§.ſacerdo-
tes.de hęre.in ſexto, dando intellectum ad id , quod dicit
beatus Auguſtinus in libro decimo, de ciuitate Dei, quòd
ad dæmones pertinent ludificationes animarum ſibi ſub-
ditarum.ſicut enim ponit Sanctus Thomas ſecunda ſecun
18 dę , dum loquitur de ſuperſtitionibus,† an inuocatio dę-
monum ſapiat hęreſim manifeſtam . & in hoc ſic diſtin-
guunt Doctores, attendendum eſſe ad intentionem inuo-
cantis, ad quem finem inuocat, cum delicta ex intentione
diſtinguantur, vt in c.cum ex voluntate.de ſenten.excom.
quia aut inuocat ad finem , vt ſciat futura , & illud ſapit
hęreſim manifeſtam , quia creaturę attribuunt , quod eſt
proprium creatoris,iuxta illud Iſaiæ.41.cap:Annunciate,
quę ventura ſunt in futurum , & ſcimus , quia dij uos
eſtis. Et iuxta illud euangelicum : Non eſt veſtrum noſſe
tempora, vel momenta,quę pater poſuit in ſua poteſtate .
Aut inuocat ad tentandum pudicitiam mulieris , & tunc
quia inuocatur diabolus ad id,quod eſt eius proprium,ſci
licet tentare , cum ſaluator noſter Ieſus Chriſtus in Euan-
gelio vocat eum tentatorem. Et licet hoc facere ſit grauiſ-
ſimum peccatum & turpe, tamen non ſapit hęreſim mani
feſtam. & hoc verum, quando facit per modum imperij ,
ſecus ſi faceret, vt ipſum adoraret , quia tunc ſaperet hæ-
reſim manifeſtam, & firmat Ioan.And.in additio.Spec.in
titu. de ſacrilegis.in rubr.& Albe.de Roſa.in rubri.de hę-
ret.pro hoc facit, quod dicit ſanctus Thomas ſecunda ſe-
cundę , quæſtione octogeſima , & beatus Antoninus in 1.
parte ſummæ,titu.6.c.13.ubi dicit, quòd ſi ratio ſit ligata
totaliter per opus diaboli mouentis imaginationem,quic-
quid agit homo, tunc non imputatur ei ad peccatum. be-
ne facit text.in c.1.15.q.1. Et ſi dicatur , quòd de nocte
vadit cum alijs mulieribus, &c.dico prout dicit text.in c.
epiſcopi . 26.q.5. vbi dicit : Illud non eſt omittendum ,
19 quòd quædam ſceleratæ † mulieres poſt ſatanam conuer-
ſæ,dæmonum illuſionibus & fantaſmatibus ſeductæ,cre-
dunt , & profitentur cum Diana nocturnis horis dea pa-
ganorum, vel cum Herodiade , vel cum innumera multi-
tudine mulierum equitare ſuper quaſdam beſtias,& mul-
tarum terrarum ſpatia intempeſtæ noctis ſilentio pertran
ſire , eiuſque iuſſionibus obedire velut dominæ , & cer-
tis noctibus ad eius ſeruitium euocari . & ſubdit , quòd
qui credit iſtas tranſmutationes poſſe fieri ab alio quàm
ab ipſo creatore , qui omnia fecit , & per quem omnia
facta ſunt : proculdubio infidelis eſt , & pagano de-
terior.

teriot. Audio tamen, quòd inquiſitor hæreticæ prauitatis
aliud ſentit: tñ de his remitto me ad determinationem ſan
ctæ matris eccleſiæ, & vide ad hoc beatum Antoninum in
20 ſecunda parte ſummæ. in lib. 12. c. 1. §. fi. † Secundò quęro:
quædam mulier inuocauit dæmonium pro actu luxuriæ,
dæmon venit ad eam, & voluit, ꝙ ſpueret in crucem, & ip-
ſa fuit malè contenta de hoc: ſed timore diaboli ſpuit in
crucem: vtrum poſſit dici apoſtata? Refert Nicolaus in
ſumma ſua, quę vocatur Piſanella in verbo, apoſtaſia, Ray
mundum de Penna forti dicentem, ꝙ talis non eſt apoſta-
ta, nec hæretica, licet mortaliter peccauit, vt in c. quædam.
de apoſtaſia, vbi dr: maledictus homo, qui terram duabus
vijs ingreditur: & indui veſte non debeat lino, lanaq; con-
texta. concordat tex. 32. q. 4. c. ſicut ſanctius. Et hoc ideo,
quia iſta non totaliter receſſit à fide, ſi totaliter receſſiſſet
à fide: tunc eſt hæretica, ſm Inn. in c. 1. in prin. de apoſtatis.
& firmat Beatus Thomas de Aquino in ſecunda ſecundæ,
21 q. 12. & q. 24. † Tertio quæro, vtrum pertinaciter aſſerens,
ꝙ non eſt infernus nec paradiſus: & mortuo corpore, ani-
ma etiam eſt mortua, ſit manifeſtus hæreticus? Vide Fede.
de Se. in conſi. 245. quod incipit, reuerendo in Chriſto pa-
tri. vbi concludit, ꝙ ſapit hæreſim manifeſtam. per verba
enim prædicta comprehenditur, ꝙ eſt infidelis: quia ſicut
ruſticatio de ligno offendit fructum eius, ſic verbum ex co
gitatu cordis hominis, vt dr in Eccleſia. c. 27. voces enim
ſunt notę earũ quę ſunt in anima paſſionũ. de deſp. impu.
c. ex literis. c. intelligentia. & c. præterea. de verb. ſign. nul-
lum enim eſt maius teſtimonium q̃ qualitas inſpecta ver-
borum, ſm Bal. in c. 1. de conten. inter dominum & vaſ. de
portione fratris. facit ad hoc l. Labeo. ff. de ſupellec. leg. &
dicit Bal. in c. mandatum. in 1. col. de reſcrip. ꝙ mens eſt ra
dix verborum, & eius ſubſtantia prima: & habet eam ſicut
22 mancipium ſub ſua iuriſdictione. † Quartò quæro, an qui
frangit picturas ſanctas eccleſiæ, vel imaginem Crucifixi,
vel glorioſę Virginis, vel alicuius ſancti, poſſit puniri vt hę
reticus? And. in auth. gazaros. de ſtatu. contra liber. eccle.
edi. in vſi. ſeu. concludit, ꝙ non ſit hæreticus, ſed alia pęna
duriſſima debet puniri. de conſe. di. 3. c. perlatum. & glo 7.
q. 1. c. vlt. & in c. 2. in fi. de offi. ord. li. 6. & vide gl. de conſe.
di. 3. c. venerabilis. niſi frangeret, pro eo quia putaret ea eſ-
ſe ſimulachra, & quòd ſit peccatum illa adorare in eis, id
eſt, quod repræſentatur per eos, hic eſſet hæreticus, ſecun-
dùm eum, & idem Hoſt. in ſumma de hære. §. qua pœna.
& vide Rationale diuinorum officiorum, in rubrica 5. de
23 picturis. † Quintò quæro, an ille, qui affirmat pro certo, ꝙ
ſimplex fornicatio non ſit peccatum mortale, ſit hæreti-
cus? Arch. 1. q. 1. c. fertur. ſimpliciter tenet, ꝙ ſit hæreticus:
quia omnes ſancti Theologi tenent, ꝙ ſimplex fornicatio
ſit peccatum mortale, vt dicit Paulus Apoſtolus ad Gala.
c. 5. & ad Epheſios 5. c. & firmat Auguſt. de Ancona in lib.
de poteſtate eccleſiæ. q. 53. arti. 4. & Aſtenſis in libro ſupra
titu. 46. & titu. 58. Io. And. in regula, ſine culpa. in mer. ex-
preſsè tenet concubinatum, etiam inter ſolutum & ſolu-
tam, eſſe per eccleſiam prohibitum, vt patet 32. q. 4. c. ne-
mo pręceptum Dei. Non mœchaberis. & nomine mœchę,
fornicatio etiam continetur. 32. q. 4. c. meretrices. & quia
eccleſia ſancta tenet, ꝙ ſimplex fornicatio ſit peccatum
mortale, qui aliter ſentit, & ſe non vult corrigere, hæreti-
cus eſt. 24. q. 3. c. qui in eccleſia. & gl. in cle. ad noſtram. ſu-
per ſeptimo. in verbo, non eſt, expreſsè firmat, ꝙ ſimplex
fornicatio eſt peccatum mortale. & allegat idem tenere
Beatum Thom. de Aquino in ſecunda ſecundæ. q. 154. in
24 2. art. † Sextò quæro, an ille, qui pertinaciter aſſerit deci-
mas non deberi prælato eccleſiæ, ſit hæreticus? Reperio
Pet. de Anch. in cle. 1. §. ſanè. de vſu. tetigiſſe iſtam q. dicen
tem, quòd quidam prędicator in publica prædicatione aſ-
ſerebat, ꝙ laici non tenebantur ſoluere decimas clericis;
nec eis confiteri, nec oblationes eis dare, & ꝙ peccabant
contrarium facientes, cum eſſent omnes clerici mali, & de
eccleſijs remouendi: quærebatur, an iſta hæretica eſſent,
& procedi poſſet contra eum tanquam hæreticum? Et fir-
matum fuit per omnes ſacrę Theologię Doctores, qui ibi
erant: & per Doctores vtriuſq; iuris, quòd ſic. & bene, per
doctrinam gl. in d. §. ſanè. & dicit Pau. de Liaza. quòd hæ-
reticus eſt nedum qui malè ſentit, & docet de articulis fi-
dei, ſed etiam qui falſam expoſitionem in diuinis facit
contra id, quod tenet ſancta mater eccleſia &c. & eſt tex.
25 de hoc in cle. 1. in §. porrò. de ſum. tri. † Septimo quæro,[e]
e quidam profeſſus contraxit matrimonium publicè, & il-
lud conſumauit: an ex hoc poſſit puniri vt hęreticus? Iſtam
quæſtionem poſuit Iacob. But. in l. cunctos populos. C. de
ſum. tri. & Abb. Sicu. in c. de homine. de cele. miſſ. & dicit,
ꝙ debet puniri vt hæreticus: quia præſumitur in errore eſ-
ſe: quia contrarium dicitur in c. vnico. de voto. lib. 6. & in
cle. eos, de conſan. & affi. ſed ſi non perſiſtit in errore, tunc
non punitur vt hæreticus, vt infra dicetur. & patet in d.
cle. eos. & ibi glo. allegat alia iura, quæ imponunt alias pę-
nas religioſo in ſacris contrahenti matrimonium. ſecus ſi
occultè contraxit: quia tunc fuit in dolo, & non punitur vt
26 hæreticus, & ſequitur eum ibi Sali. † Octauò quæro, qui-
dam infirmus petit hoſtiam non conſecratam ſibi dari, vt
poſſit dici ſe corpus Chriſti recepiſſe, inquiſitor vult inqui
rere contra eius memoriam tanquam contra hæreticum,
vtrum poſſit? Ioan. Cald. in conſi. 4. ſub tit. de hære. conclu-
dit in effectu, quòd non ſit hæreticus, per iura per eum ibi
allegata. Contrarium tamen videtur ſentire Ioan. de Ana.
in c. ad abolendam. de hære. licet in fi. relinquat cogitan-
dum. dicit tamen Card. Floren. in d. c. de homine. de cele.
miſſ. allegando Beatum Thomam in ſuo quolibeto, quæ-
ſtione ſexta, de ſacerdote, quòd ſi peccatori occulto peten
ti euchariſtiam, dat hoſtiam non conſecratam, talis ſacer-
27 dos ſecundùm Thomam peccat in idolatriam. † Nonò
quæro, ſi aliquis pertinaciter aſſerat, & dicat, ac in animo
perſeueret, vt dicunt Doc. in c. contumacia. de hære. lib. 6.
quòd hiſtorias poſitas in libro diuinarum ſcripturarum,
quæ dicitur biblia, eſſe falſas, an ſit hæreticus? Non reperi
iſtam quęſtionem tactam per aliquem Doctorem, niſi per
Aſtenſem in ſumma, lib. 2. tit. 58. vbi dicit iſta verba. Ter-
tiò fides extenditur ad hiſtorias in biblia contentas, & per
oppoſitum hæreticus eſt, qui aſſerit aliquam hiſtoriam bi
bliæ eſſe falſam, & ſi hoc pertinaciter aſſerat, hæreticus
28 cenſetur. † Decimò & vltimò quæro, ſunt aliqui, qui vſ-
que in hodiernum diem retinent in domo libellum magi
ſtri Petri de Vinea compoſitoris iſtarum conſtitutionum,
vbi ſunt multæ epiſtolæ contra ſtatutum Romanæ eccle-
ſiæ, qui libellus eſt reprobatus à ſancta matre eccleſia, vtrũ
contra eos poſſit procedi de hæreſi? Dicit Io. de Ana. in c. ſi
quis epiſcopus. de hære. in 3. col. quòd Ioan. de Fantu. in c.
ſanè profertur. 24. q. 2. dicit quòd ſic. ſed quare in iſto cri-
mine hæreſis ſufficiat ad plenam probationem, ꝙ ſi liber
reprobatæ lectionis reperiatur apud aliquem, poteſt tan-
quam hæreticus puniri, ſecus in vſurario, quia ſi in ſcrinio
alicuius inueniantur rationes, vel inſtrumenta, per quæ pa
tet eum vſurarium fuiſſe, non probat eum fuiſſe manife-
ſtum vſurarium. ita dicit glo. in d. c. ſanè. & dicit ꝙ hoc eſt
propter enormitatem & odium delicti. Sed miror de tam
magno Doctore, qui non vidit Arch. in c. quicunq;, de hæ-
re. lib. 6. in 2. col. vbi dicit iſta verba formalia. Item qui li-
bros hæreticorum ſuſcipiunt, dico ſuſpectos, & eis purga-
tionem indicendam. ſi tamen eos ſtatim incendio deſtru-
xerunt, vel alio modo, credo innoxios iudicandos, ar. 5. q.
29 1. c. 1. & c. ſi quis. † Decimoſeptimò no. ibi, perduellionis.
ꝙ ille, q. committit crimen perduellionis, incidit in tres pę
nas. Et primò: qa pôt condemnari ad mortem. ſcdò ipſo iu
re priuatur omnib. bonis mobilib. & ſtabilibus. tertiò pôt
condemnari poſt mortem eius memoria. Quęro, quare cri
f men lęſæ maieſtatis dr crimen pduellionis? rñdet gl.[f] Inſt.
de hære. q̃ ab inte. defe. §. p contrarium. ꝙ olim ſi alicui am
pingebatur, ꝙ commiſiſſet crimen læſæ maieſtatis contra
Imperatorem, vel regem, erat pmiſſum duellum, id eſt, pu
gna duorum. vel dr crimen perduellionis, eo qa perduel-
les dñr hoſtes, vt ff. de verb. ſigni. l. quos nos. & ſic incidens
in

in crimen læſę maieſtatis dicitur hoſtis regię maieſtatis:&
de illo crimine perduellionis fit mentio in multis iuribus
allegatis per gl.in d.§.per contrarium.Cui adde tex.in c.1.
§.ſi quis hominem . de pace tenen.& ibi dixi de iſta mate-
ria duelli,& dicetur infra in conſt.monomachiam.& vide
Oduſr.in trac.de duello,quem tractatum cõmentatur Pa-
ris de Put.& eſt impreſſus.& de materia criminis lęſę ma-
ieſtatis dixi in c.1.in uerbo , bona committentium . & eſt
30 tex.in l.quiſquis. C. ad l.Iul. maieſt. † Decimooctauò no.
ibi:ſic & in prædicto crimine,ꝙ illiſmet pœnis,quibus pu
nitur committens crimen læſæ maieſtatis contra principẽ
non recognoſcentem ſuperiorem, punitur ẽt committens
crimen hæreſis contra diuinam maieſtatem. Nam ipſo iu-
re perdunt bona , & applicantur fiſco , vt hic, & in c.cum
ſm.de hære.li.6.& in c.excõicamus.lo 2.de hære.8.diſt.c.
quo iure. Intellige,ſi ſunt laici,applicantur fiſco ſeculari ,
vt in dictis iuribus:ſi ſunt clerici,applicantur eccleſiæ,cui
ſunt ſubditi,vt ibidem dicitur.& Pet.de Anc.in c.vt com-
miſſi.de hære.li.6.& in c.vergentis.in antiquis.& patet ẽt
in auth.gazaros.de ſtatutis contra libe.eccl. Et tantò plus:
quia ſi non vult reuocare ſuum errorem & vult ſtare in te
nebris, eſt excõicatus, vt in c.excõicamus.de hære.& in c.
ad abolendam.eo.titu.Item hæreticus deponitur ab omni
dignitate,quam habet. 40.diſt.c.ſi Papa.24.q.1.c.qui con
31 tra pacem.& in d.c.ad abolendam. † Item ſi eſt laicus,pu-
nitur:quia comburitur,vt hic dicitur.& l.Arriani.C.de hę
re.& in auth.credentes.eo.ti. Si eſt clericus in ſacris,degra
datur per proprium Epiſcopum conuocatis abbatibus , &
alijs prælatis, & religioſis perſonis,ac literatis ſuæ diœce-
ſis,vt in c.1 de hære.li.6. & ſm Io.An.non excluditur per
hoc capitulum ſuum.18.q.2.c.nullam . degradatione aũt
celebrata , epũs dicit poteſtati ſeculari,ꝙ recipiat degrada-
tum in ſuum forum;& epũs rogat Poteſtatem,vt citra mor
tem eum puniat,vt in c.nouimus.de ver.ſig. Item punitur
hæreticus:quia poſtquam eſt mortuus , non dẽt ſepeliri in
eccleſia, ſed debet carere ſepultura, vt in c.quicunque . in
prio.de hære.li.6.Item puniuntur eius filij:quia ſunt inha
biles vſq; ad ſecundam generationem ad publicum offi-
cium,vel beneficium eccleſiaſticum, vt in d.c.quicunq;.§.
3.Item ſi poſtquam deprębenſus fuerit, incidiſſet in hęre-
ſim,ſi ſtatim & incontinenti vult hæreſim abiurare , tunc
debet recipi abiuratio & debet in perpetuum carcerem ad
agendam pœnitentiam intrudi,vt in c.pen.de hære. & no.
gl.in c.ad abolendam, in verbo,recurrere.eo.tit. & gl.in c.
quũ,in verbo,perpetuam. de ſimonia.& firmat gl.43.di.c.
ſcimus.in verbo,recedere.in fi.& ꝙ dicta procedunt,quan
do conſtat de crimine hæreſis legitimè.Quid aũt ſi ſponte
ſine indicijs quis confitetur hæreſim inquiſitori , & para-
tus eſt abiurare illam,an imponet publicam pęnitentiam ,
& dic ꝙ non:quia ſecreta peccata ſecretè purgantur, vt di-
32 cit Arch.in c.filij.de hære.li.6. † Quid autem ſi contra in-
quiſitos de hæreſi non conſtat plene , ſed per indicia non
ſufficientia ad torturam,ſed vel ſuſpecti ſunt de hæreſi le-
ui ſuſpicione, quid fiendum ? dicit tex.in c.excõicamus.§.
adijcimus.eo.tit.ꝙ dẽt ſe purgare, & deficiente purgatio-
ne, punitur vt hæreticus, ſecundùm illam gl.& concordat
tex.in c.ad abolendam.§.qui verò inuenti fuerint. & ad ar
bitrium epi iuxta conſiderationem ſuſpitionis, & qualita
tem perſonæ punietur. & no.in c.vt famæ . de ſen.excom.
& dicit Arch. in c.accuſatus. §.ſi verò. ꝙ poſſet condem-
nari ad conſtruendum aliquem pium locum , vel dotare
quandam eccleſiam : & ſi poſt abiurationem factam per
iſtũ ſuſpectum depręhenſus fuerit in hæreſi , de qua prius
fuit leuiter ſuſpectus , non damnatur vt relapſus,niſi poſt
depręhenſionem conſtet de illo crimine, de quo erat leui-
ter ſuſpectus , vt dicit multum no.Pet.de Anch.in d.c. ac-
cuſatus.in 6.& 7.no.Et ſi iſte talis ſuſpectus ſit uocatus ab
inquiſitoribus deputatis,iuxta cle.1.de hære.vt de fide ue
niat reſponſurus , & fuit contumax per annum : poſt an-
num uelut hæreticus poterit condemnari,per c.contuma-
ciam.de hære.lib.6.& ibi per Io.And.& patet in auth.gaza-
33 ros.de ſtatu. contra lib.eccle.editis. † Decimononò no.ex
tex.ibi,nemine etiam deferente. ꝙ in crimine hæreſis põt
procedi nedum per accuſationem & denunciationem,ſed
etiam per inquiſitionem ex mero officio , nullo exiſtente
accuſatore , vel denunciatore per iſtum tex.concor.tex.in
l.nemo.C.de Iudæis.& in l.apoſtatarum.C.de apoſta.& in
extrauaganti,ad reprimendam.ubi idem dicitur in crimi-
ne læſæ maieſtatis contra Imperatorem,uel regem.& in l.
2.& 3. C.ad legem Iul. maieſta. reliquos caſus , in quibus
procedi põt ex officio iudicis ſine denunciatore ad inqui-
rendum , uide per gl.in l.1.§.ſi publico.ff.de adulte.& per
Spec.in tit.de inquiſitione.§.quando aũt . ubi ultra dictos
duos caſus ponit 12.alios caſus. & per conſtitutionem re-
gni,quæ incipit,Iuſtitiarij non per calendas. ponuntur alij
caſus , in quibus procedit iudex ſine denunciatore per in-
quiſitionem . & no.And.in conſti. regni, hi qui. alij caſus.
ponuntur in capitulis regni : & maximè in c. regis Caroli
ſecundi : quod incipit, ut pœna. & in c.ſequen.num.200.
ſm ordinem Neapodani , & regis Roberti. quod incipit ,
diu iam. & pluries in alio c.regis Roberti,quod incipit, vt
delatas. Et ſcias, ꝙ ſicut in crimine læſæ maieſtatis proce-
ditur ſummariè , ſimpliciter, & de plano,ut in d.extraua-
ganti,ad reprimendam.ita in cauſa hæreſis, per c.fi.de hæ-
34 re.li.6. † Vigeſimò no.ibi,& per officiales noſtros.ꝙ iudi-
ces laici in regno debent ẽt inquirere hæreticos,ſicut alios
malefactores. quod intelligo eſſe uerum ad effectum , ut
remittant ad iudices eccleſiaſticos,quia hoc crimen hære-
ſis eſt merè eccleſiaſticum,& ſic eius cognitio ſolùm ad ec
cleſiam pertinet, ſed executio pœnæ corporalis ſpectat ad
iudicem laicum,quia eccleſia non imponit pęnam corpo-
ralem mortis, ut in c.in archiepiſcopatu. de rapto.& pro-
bat iſte tex.& no.glo.ult.q.inter crimina, quæ ſpectant ad
iudicem eccleſiaſticum , & non ſecularem , ponit crimen
hæreſis , in c.cum ſit generale.de fo.comp.& patet in c.ad
abolendam.& in c.uergentis.de hęre.& in c.ut inquiſitio-
nis.& in c.cum ſm.eo.tit.lib.6.An autem quando crimen
eſt merè eccleſiaſticum,& ſumus in caſu, in quo bona cri-
minoſi ſpectant ad fiſcum laicum,poſſit ratione bonorum
cognoſcere iudex laicus,tangit hic And.& ſe remittit in c.
1.in uerbo,bona contrahentium inceſtas nuptias.quę ſunt
regalia. & ibi dixi in uerbo,pœnam.in 7.q.eo.tit.& dicam
35 infra in conſti.uſurariorum . † Vigeſimoprimò no.ex tex.
ibi,nolunt agnoſcere Deum,ꝙ in hoc crimine hæreſis,qui
eſt euidenter repertus hæreticus,põt pęnitere & dicere iu-
dici,ego cognoſco errorem meũ,ego uolo abiurare hære-
ſim, ꝙ tunc debet audiri. & ſic euadet pœnam mortis per
ignem , per iſtum tex. vt concordat tex.in ſæpe allegato c.
ad abolendã. ubi dicit tex.ut quicunq; manifeſtè fuerit in
hæreſi depræhenſus,confeſtim ad fidem orthodoxam &c.
idem dr in c.excõicamus. & in d.c.accuſatus.& in c.ſuper
eo.de hære.lib.6. ſunt concor. ibi in glo.in uerbo , nolunt
agnoſcere.dummodo talis pœnitentia non ſit ſimulata,ſe
ipſos fallentes, ut dicit tex.in c.ut officium. de hære.lib.6.
Et firmat Hoſt.in ſumma, de hær.§.qualiter.& §.qua pœ-
36 na & quando dicit,† quòd ante ſententiam hæreticus po-
teſt reconciliari : quia eccleſia nemini claudit gremium
ſuum : quia cor contritum & humiliatum Deus non de-
ſpicit, ut no.in l.hi qui.de apoſtatis.Niſi qñ poſt condem-
nationem ex interuallo pœnitet: & dr confeſtim, & ſpon-
te pœnitere,eo ipſo,ꝙ ante ſententiam ignis uel mortis pę
niteat : etiam conſtito de delicto per probationes & con-
feſſiones,ſecundùm conclu.Ioan.Cald.in conſi.2.in tit.de
hære.ut ibi latius per eum. Item tenet Card.Flo.in d.c.ad
abolendam. dicens,ꝙ ſi conſtat de hæreſi,& non eſt relap-
ſus; põt pęnitere,donec traditus ſit igni. & idem tenet Io.
de Ana.ibi. & Arch.in c.commiſſi.de hære.lib.6.& ponit
practicã , quõ iudices eccleſiaſtici dẽnt pronunciare, poſt-
37 quam inquiſitus de hęreſi pęnituit.† Nam dẽnt iſta uerba
pronuntiare,quia te inuenimus per tuam confeſſionẽ, uel
alias legitimas probationes hæreticum eſſe, uel hæreticos
adoraſſe,uel ſimilia ꝑpetraſſe,nunc ſaniori uſus cõſilio,uis

vel ad veritaté ſanctæ matris eccleſię,prout aſſeris,de cor-
de bono,& fide non ficta redite: ideo te in præſens,abiu ra
ta omni hæretica prauitate, ſm formam eccleſiæ,ab excõi-
cationũ vinculis , quibus tenebaris aſtrictus, abſoluimus:
ſi tñ ad eam ex corde redieris, vt in c. vt officium.§.2. de
hęre.li.6.& iuncta tibi mandata ſeruaueris,iuxta formam
in c.cum deſideres. de ſent.excõ.& 11.q.3 c.cum aliquis.
Et quia in Deum & ſanctam matrem eccleſiam prædictis
modis temerè deliquiſti,ad perpetuam pœnitentiam con-
dignam in perpetuum carcerem detrudi volumus:& præ-
cipimus ibidem perpetuò te morari:& hoc verum,niſi ar-
bitrio noſtro aliter dicta pœna fuerit commutata, per tex.
in d.c.commiſſi.§.& illorum.& Car.in d.cle.volentes.ver.
in inquiſitoribus.firmat ét Io. And. in d c.excõicamus . in
38 quadam apoſtilla,vbi dicit,q̃ † conuictus de hæreſi,ſi po-
ſtea vult pœnitere , ſiue ante ſniam, ſiue poſt,euitabit pœ-
nam mortis.& firmat gl.in c.pen.de hære.& Ab.in d.c.ex-
cõicamus.per tex.in d.c.accuſatus.vbi relapſo tñ non par-
citur,vt ibi.& in c.ſuper.eo.ti.li.6.ſed ſemel lapſis in hęre-
ſim parcitur,ſi pęniteant. & idem firmat ibi Pet.de Anch.
Et pro iſta deciſione eſt tex.in epiſt. inter claras. in §.æquũ
quippe eſt . C.de ſum. trini. Et hanc concluſionem firmat
And.in d.auth.gazaros.de ſta.contra lib.eccle.ſed vbi non
eſſet condem natus de hæreſi, tunc condemnatur ad perpe
tuum carcerem,ſicut qñ pœnituit ſtatim poſt condemna-
tionem ſm And.hic,remittit tñ ſe ad ſtatuta Papalia, quæ
habent iſti inquiſitores. Qualiter autem ipſe pœnitens ab-
iurabit ipſam hæreſim , patet in tex. de conſe.diſt.2.c.ego
Berengarius . Vigeſimoſecundò no.q̃ poſtquam per iudi-
ces eccleſiaſticos declaratum & ſniarum erit,inquiſitor in
cidiſſe in crimen hęreſis,ſi ſunt clerici,& fuerint degrada-
ti ſm formam eccleſiæ , & traditi iudici ſeculari, vt faciat
iuſtitiam. ſi verò ſunt laici , iudex ſecularis dẽt iſtos hære-
ticos,tam laicos,q̃ clericos degradatos condemnare ad pę
nam mortis , ita vt viui in conſpectu populi flammarum
ignib.comburant: quia (vt dixi) eccleſia,minimè condem
39 nat ad mortem, ſed lex ciuilis imponit pœnã mortis † nec
licet eis appellare,quia de iure interdictum eſt hęreticis be
neficium appellationis,& reclamationis,vt in c.vt inquiſi-
tionis.de hære.li.6 .Et q̃ clerici pro iſto crimine dẽant pati
pęnam degradationis,patet in c.ad abolendam §.pręſenti.
de hære.& in d.c.excõicamus.ibi, damnati ſecularibus po
teſtatibus relinquantur animaduerſione debita puniendi ,
clericis prius à ſuis ordinibus degradatis . idem dicitur in
c.pen.eo.tit.Et q̃ hæretici ſint ad mortem condemnandi ,
probatur non ſolùm per iſtam conſtitutionem , ſed ẽt per
tex.in l.Arriani. ibi, & vltimo ſupplicio tradẽdis, &c.& in
l.ſeq.quæ incipit, damno, dicitur publicè comburi decer-
nimus &c. idem in effectu dicitur in l.quicunq;.eo.tit. Et
in quibus caſibus imponatur pœna flammarum, vide Lu-
40 cam de Penna.C.de imm.conceden.li.10. † Vigeſimoter-
tiò no.ibi, nolunt agnoſcere Deum . q̃ per iſtam conſtitu-
tionem parcitur hæretico pęnitenti,ẽt quoad pęnam mor-
tis . Et vide optimam cautelam faciendam pro hæreticis
nondum inquiſitis , nec condemnatis per Bart. Veronen-
ſem , in cautela 152.quæ incipit , bonum , & vtile conſi-
lium &c.ſed ſi ſit inquiſitus, vel condemnatus, dic vt dixi
ſuprà in 21.not. bene fateor , q̃ ſi ex interuallo hæreticus
condemnatus velit pęnitere ex corde & voluerit reintegra
ri eccleſiæ catholicæ, q̃ eccleſia nemini volenti pœnitere
claudit gremium , quia dicit Pſalmiſta , cor contritum &
humiliatum Deus non deſpiciet. & iſtum Pſalmum alleg.
glo.in d.l.bi qui.de apoſtatis.aliàs cum diabolo & angelis
eius incendio infernali erit particeps , vt dixit tex.in c.fir-
41 miſſimè.de hære.† ſemper enim pęnitentes ab eorũ pecca
tis ſuſcipit Deus,vt bene probat hic glo.ſuper eodem ver-
bo.& quæ ſit perfecta pęnitentia, uide de pęni.di.1.c.per-
fecta,& Hoſt.in ſumma,de pęn.& rem. §. quis ſit effectus,
& Albe.de Roſa.in ſuo dictionario,in verbo, pœnitentia.
vbi multa dicit . Et de iſta materia, qñ in delictis hẽat lo-
cum pęnitentia,vide optimam gl.& poſt eam Bar.in l.qui
ea mente.ff.de fur. & ibi per Alexan. in apoſtillis . & vltra
eum ibi,vide Bal.in c.1.§.porrò.quæ ſit prima cauſa bene-
fic.amit.& tex.& Bar.in l.1.C.de grege do.lib.11. & gl.in
§.iciant.in verbo,emendatis. in Auth. vt iud. ſine quoquo
ſuffra. & dicit Bal.in c.vaſallus.2.col.ſi de feu.fue. contro.
inter dominum & agnat. q̃ negans poteſt pęnitere , donec
conuincatur . Et dicit plus , q̃ ſi habuit iuſtam cãm negan
di,vel ſaltem ceſſat dolus, vel lata culpa, indubitanter põt
pęnitere.& dicit Bal.in c.1.de beneficio fęmi.q̃ qui renun
tiauit iuri ſuo,non põt poſtea pęnitere.allegat multa iura,
vt ibi per eum.Item dicit Bal.in c.1.circa fi.de vaſ.qui con
tra conſti.Lotharij,q̃ in obligationib.quæ re contrahunt,
non habet locum pęnitentia,quia non eſt res integra,vt in
42 iurib.ibi allegatis. † Et an liceat filio committenti ingrati
tudinem cõtra patrem , per quam pater poterit ipſum ex-
hæredare,de quib.in gl.in c.quintauallis.de iureiu.pęnite-
re & petere veniam patri,ita q̃ per talem pęnitentiam pa-
ter non poſſit poſtea ipſum exhęredare,vide gl.in c.admo
nere. in verbo, pœnitentia.33.q.2.& 6.q.1.c.illi. & c.quis
crimen. & per Ant.de But.in c.de his . de accu.per Abb.in
c.2.de pęn.& rem.bene tñ ſi pater reconciliat eum,vr tol-
lere culpam,per quam poterat ipſum exhęredare,ſm Bar.
in l.3.§.fi.ff.de adimen.leg.de quo per Bal.in l.fi.C.de do-
tis promiſſione . & per Alex. de Imo.in l.1.15.col.ff.ſolu.
matri.& de hoc meminit dominus Iaſ. in l.in arenam. C.
43 de inoffi. teſta. † Vigeſimoquarto no.tex. q̃ hæretici con-
demnantur ad mortem per ignem, non vt primò morian-
tur,& deinde mortui comburantur,ſed viui dẽnt combu-
ri per flammas ignis . Et hæc pœna eſt per iſtam conſtitu-
tionem,ſed de iure Romano eſt alia pęna,vt patet in l.qui
cunq;.C.de hære.vt etiam declarat hic glo.in verbo,pęna.
Sunt multi caſus,in quib.debent pro delictis viui combu-
ri,quos ponit Iacob.de Ardizone in ſua laudabili ſumma,
vlt.charta , in §.comburitur.& Alb.de Roſa.in ſuo dictio-
nario. in verbo , pœna. & vide hic glo.in verbo,pęna. Sed
quæro,quia hic dicitur, quam pœnam mortis hæretici af-
fectant,cum mors ſit vltimum terribilium ſm Phi.4.Ethi
44 corum. † Reſpondetur , quòd iſti hæretici , qui perſiſtunt
in eorum errore contra fidem catholicam, & nolunt pęni
tere , poſtquam eorum erroribus ſunt conuicti , putant ſe
eſſe martyres,quia ita diabolus eos excæcauit. & iõ nimis
affectant mortem , vt dr ſuprà in 3.parte,ibi,ſed in exem-
plum martyrum,& vt mors non ſit eis ſolatium,iubet Im
perator, q̃ mors ſit per ignem, & dolet legis conditor , vt
per impoſitionem dictæ pœnæ ſatisfiat eorum voluntati ,
Nec aliquid fructus ex hoc inde ipſi cõſequuntur , ex quo
amiſerunt corpus & animam.hoc enim iudex facit vt mi-
niſter Dei . nam dicit tex. in c.quicunq;.23.q.8.quicunq;
percutit malos , in eo quòd mali ſunt,& habet cauſam in-
terfectionis , miniſter Dei eſt. Inde dicit tex.in c.fi.in fi.2.
q.2. quòd mali pro peccatis ſuis per legitimam poteſta-
tem gerentes , non ſolùm flagellantur, ſed etiam rite per-
duntur. Inde dicit glo.in c.non ſolum,ea.q.& cauſa,quòd
bonum eſt,quòd hęretici ſint.& alleg.d.c.fi.in fi.quia ſunt
vltrices iuſtitiæ Dei,vt dicit tex.in d.c.non ſolum.23.q.5.
vbi dicit gl.quòd vt bonum eſt,quòd dæmones ſint,ſic bo
45 num eſt,quòd hæretici ſint &c.† Vigeſimoquintò no.ibi ,
pro talib. quòd pro hæreticis non licet aliquib. interueni-
re,nec ſupplicare,vt hic dicit glo.apud regem , non ſolùm
qñ ſunt declarati hæretici,ſed ẽt qñ pendet inquiſitio con
tra eos, quia hoc importat verbũ interuenire,ideſt,medio
venire,& reſcriptum pro eis conceſſum non valet , vt in l.
2 . C.de ſum. trin. & l.Arriani. in fi.C.de hære.ſecundùm
glo.fi.hic . Et ex ſola poſtulatione rei prohibitæ poſtulari
quis punitur , concordantiæ ſunt in glo.in l.1. C.de peti.
bono.ſubla.li.10.de reſcrip.c.ſi quando.no. in c.quamuis ,
de reſcr.li.6.8.q.1.c.audacter.quia cuius prohibetur peti-
tio, eiuſdẽ rei non valet conceſſio.l.1.& 2.C.ſi nuptiæ ex
reſcripto petant. & no.gl. in l.1.C.de bonis vacan.li.10.&
Bal.in d.l.2.C.de ſum.tri.& And.in l.imperialem.§.ita tñ.
de prohi.feu.alie.per Fed.Et hoc qñ prohibetur petitio re-

ſpectu

ſpectu perſonæ.concor.tex.in c.1.de reſcri.lib.6.ſecus ſi re-
ſpectu rei,ſm Bal.in d.l.1.C.de pet.bono.ſubla. & per Bar.
46 in l.vniuerſis.C.de preci.impera.offeren.† Hinc ſumpta oc
caſione quæro, vtrum pro inquiſito de hæreſi poſſit inter-
uenire procurator,& aduocatus coram iudicibus eccleſia-
ſticis competentibus? tex.in c.ſi aduerſus.de hæreti. expreſ
ſè prohibet aduocatis & procuratoribus,ne pręſtent defen
ſionem pro eis.Sed tex.in c.excommunicamus.§.credẽtes.
eo.tit. prohibet, vt nullus pro eis præſtet defenſionem ſub
pœna excommunicationis latæ ſententiæ. & idem in c.ſi-
cut,eod.tit & idem in c.2.eo.titu. lib.6.glo.in d.c.ſi aduer-
ſus.dicit, ꝙ infra annum poteſt præſtari patrociniũ, donec
non conſtat eos eſſe hæreticos: ſed poſt ſi conſtiterit eſſe
tales,tunc non licet pro eis aduocare.Io.An.ibi dicit,quòd
patrocinium denegatur iſtis hæreticis, non tamen iuſtitia
per iudices. referens Hoſti.dicentem, ꝙ hæc prohibitio nõ
habet locum niſi in his,qui ſunt hæretici, non,his qui fue-
runt,& non ſunt hæretici. & ſic ſentit Ioã.An. ꝙ dum non
conſtat eſſe hæreticos, poteſt pro his interuenire aduoca-
tus. & ita etiam ſentit Anto.de But.in d. c. ſi aduerſus. ſed
Abb.Sicu.ibi dicit, ꝙ dictũ c.procedit, qñ eſſet aliquis hę-
reticus potens, qui non poteſt de facto per iudices eccle-
ſiaſticos puniri,tunc nullum auxilium, vel patrocinium ei
præſtandum eſt. Si autem poteſt hæreticus de facto puni-
ri,tunc ſi redit ad fidem catholicam, quia nun dr amplius
hæreticus,pro eo tunc poteſt præſtari patrocinium. Ioã. de
47 Ana.in d.c.dicit,ꝙ ille tex.nõ procedit, † quando quis ac-
cuſatur,vel inquiritur de hæreſi, & ipſe negat ſe hæreticũ,
& vult ſe defendere,& oſtendere ſe non eſſe hæreticum,&
tunc poteſt interuenire pro eo patrociniũ. & pro hoc facit
cle.1.de vſuris. vbi dicit, ꝙ vſurarius tenetur oſtendere li-
bros ſuos. nam dicũt Doctores, ꝙ illud non habet locum,
vt propter illos poſſit conuinci tãquam vſurarius, ſed poſt
quam conſtat, ꝙ eſt vſurarius poteſt cogi, vt per illos con-
uincatur de reſtituendis uſuris perceptis. Ergo ſi conſtat ip
ſum eſſe hæreticum, tunc pro eo non poteſt præſtari patro
cinium. Dominicus de S.Gemi.in c.fi.in prin.de hære. lib.
6.dicit,ꝙ ſi iudices procedunt contra hæreticum ſumma-
riè,ſimpliciter,& de plano,prout de iure poſſunt,tunc non
admittuntur aduocati:ſecus,ſi plenariè,cum tex.non prohi
beat intereſſentiam aduocati,ſed ſtrepitum aduocatorum,
ſed in c.2.3.col eo.tit.lib.6. dicit, ꝙ in hoc debet conſide-
rari perſona,tempus,& locus, & ſic tacitè ſentit, ꝙ iudicis
arbitrio committitur.Io.de Ligna.in d.cap.ſi aduerſus,qui
fuit Doctor magnæ authoritatis, vt dicit Rapha. Fulgo. in
conſi.150. 2. col.circa fin.dicit hæc verba formalia. Nun-
quid omnis defenſio debet eis denegari? dicit Hoſti. ꝙ vbi
conſtat de crimine,ſic. Sed vbi eſt dubium, vt quia calore
iracundiæ protulit aliquod verbũ, & aduocatus defendit
ipſum non incidiſſe, aliud eſt. ſed ſi hæreticus de alio cri-
mine,quàm de hæreſi inquiritur, põt in illo crimine aduo
48 catus ĩteruenire pro eo.Et idẽ dicit Io.And.vbi ſupra.† Cõ
cludo igitur ex mente Doctorum, ꝙ ꝓ hæreticis nullo mo
do liceat patrocinium præſtare,ſed ſi non conſtat ipſos eſſe
hæreticos, tunc pro eis licet patrociniũ præſtare. Sed quid
ſi ſunt ſuſpecti de hæreſi,conſulo,ꝙ non præſtetur patroci
nium,niſi de mandato iudicum cõpetentiũ, ut dicit Laud.
in cle.1 ſuper verbo,in cauſis, ſiue negotijs.de exceſſi.præ-
lato.Vigeſimoſextò no.ex tex.noſtrę idignationis aculeos.
ꝙ iſta pœna indignationis Imperatoris debet timeri, quia
eſt pœna arbitraria. Omnis.n.pœna in principe non reco-
gnoſcẽte ſuperiorem eſt arbitraria,tam ante ſñiam, quàm
poſt,ſecundùm Bal.in l.cunctos populos.C.de ſum.trin.&
in l.fi.ff.de ſenato.facit,quod no.Bal.in l. legis virtus. ff.de
legi.& iſtis verbis:ſ.aculeos indignationis, vtitur etiã tex.
in l.manichęos.in fi.C.de hęret.Et exponitur iſtud verbũ,
aculeos.i.pœnas,ut in l.1.§.poteſtas.C.ut intra certum tem
pus quæſtio ter.vel.i.motus proprios.35.q.5.c.ſi Paulus.in
prin.dicit tñ Arch.in c.1.in fi.in verbo,maledictionem, de
cenſi.lib.6.ꝙ iſta verba, indignationem Dei omnipoten-
tis &c.quæ ponuntur in literis Apoſtolicis, nõ multùm ab
aliquibus timebantur, ſed Bal.in c.1.§.porrò.in 2.col. quę
49 ſit prima cauſa benefic.amittendi.dicit,† ꝙ iſta verba in li-
teris Apoſtolicis,videlicet,alioquin indignationem beato-
rum Apoſtolorum ſe nouerint incurſuros, comminantur
priuationem beneficiorum eccleſiaſticorum. ijſdem ver-
bis vtitur Papa in cle.1.§.fi. de celeb. miſſarũ. ibi, ſi Dei &
Apoſtolicæ ſedis indignationem euitare voluerint. & etiã
Imperator vtitur iſto verbo,indignationẽ noſtram nõ eui-
tabit.in c.1.§.receptatoribus.de pace iura. firman. & in l.ſi
vacantia.C.de bo.vac.lib.10.ubi dicit Ang.ꝙ iſta verba im
portant,ꝙ arbitrariè punientur,ex quo pœna eſt incerta, vt
in l.hodie.ff.de pœnis.& hoc verbo,indignationem. vtitur
ẽt tex.in l.2.C.de peti.bono.ſubla.lib. 10. & ibi dixi.In gl.
50 1.ibi,& ideo dr &c.vide quæ ſuprà dixi in 5.no.† Quibus
adde,quid ſi conceditur expectatiua ad beneficium cura-
tum,& uacat eccleſia,quæ fuit aliàs curata, ſed tẽpore con
ceſſionis non eſt curata in effectu,quia non habet populũ,
an poſſit dici beneficium curatum? Bal.in l. ſed & milites.
§.primipilatij.ff.de excuſ.tut. dicit per illum tex. ꝙ qñ be-
neficium conceditur ratione officij, non ſufficit beneficiũ
in habitu,ſed requiritur,ꝙ ſit in actu.Et ideo illa eccleſia,
quæ eſt habitu curata,ſed non effectu, quia non habet po-
pulum, non poteſt dici eccleſia curata, quia caret effectu,
per iſtam gl.cum iuribus in ea allegatis.ſed ſubdit idẽ Bal.
ꝙ canoniſtæ tenent contrarium, ꝙ iſta cura animarum eſt
in ſeparabilis ab eccleſia, & non allegat vbi canoniſtæ hoc
dicant. Tu dic,ꝙ iſte articulus eſt dubius inter cano. Nam
Hoſti.in cap.de multa.de præben.tenet,ꝙ qui habet bene-
ficium,quod eſt curatum in habitu,& non in actu,non di-
citur habere beneficium curatum, & ideo nõ uacat primũ
beneficium curatum habitu, & non actu ad proſecutionẽ
ſecundi curati in actu. Et idem firmat latius idem Hoſt.in
c.quia nonnulli.de clericis non reſiden. in eccle.& Fede.de
Senis in conſi.130.& Pau.de Liaza.in cle.1.de offi.vica.&
Abb.Sicu.in d.c.de multa.in fi.quia in pœnalib. verba de-
bent capi in potiori ſignificatu,ut euitemus pœnam, argu.
c.ſtatutum.de elec.lib.6.& pro eo facit:quia pręſens ſtatus
præſcriptus debet conſiderari,ut in c.cum de beneficio, de
præben.lib.6.bene facit diſputatio Io.Cal.quæ incipit, im-
petrauit,ubi dicit,ꝙ ille,qui impetrauit curatum, non põt
petere illud,quod hodie eſt ſimplex,& idem dicit Bal. in l.
ſi mater. C. ne de ſtatu defunctorum. & Pet. de Ancha.in
cle.1.de conceſ.præben. ubi refert dictam diſputationem
Io.Cal.& firmat Fel.in c.eam te.vlt.col. de reſcr. facit pro
hoc,quod dicit Bal.in rub. Digeſtorum. 2.col.ubi dicit, ꝙ
remoto actu remouetur habitus,vbi non eſt ſpes reparatio
nis,vel ꝙ parochiani reuertantur. Faciunt ad hoc notata p
Andr.in c.1.de capi. Corrad. in quæſt. an ciuitas deſtructa
retineat priuilegia ciuitatis. Sed Inn. & Io. Cald. in d.c.de
multa,tenẽt cõtrariũ,quòd ſufficit,ꝙ aliàs eccleſia fuit cu-
rata. Nam ordinatio epiſcopi facit ipſam curatã,& nõ ac-
cidentia facti. idem firmãt Pet.& Io.de Imo.in d.c.dẽ mul
ta,penultima charta,quia ita vr iudicandũ de eo, qđ eſt in
potentia,ſicut de eo,qđ eſt actu,arg.eorum,quæ no.in cap.
nõ ſolùm.de appel.lib.6.vbi iudicatur idem, ſi aliquid at-
tentatur infra tẽpus appellandi,qđ iudicatur, ſi aliquid at-
tẽtetur poſt appellationem. Ad idem facit, qđ habetur in
l.Labeo.ff.de ſta. libe. ubi ſatis dr verificari uerbum noce-
re,ſi aptum ſit ad nocendum.Facit etiam, quod habetur in
51 l.foramen.ff.de ſerui.vrb.prædio. † vbi ſeruitus ſatis dici-
tur habere cauſam continuam,quę apta eſt continuè ad re
cipiendam ipſam ſeruitutem.dicit tamen Hoſt.in d.c.quia
nonnulli,quòd ſi eccleſia,quæ habebat parochianos nunc
non habet,quòd ſatis dr curata quoad habitum, & habet
priuilegium curatarum eccleſiarũ: de quibus per Hoſt.in
ſumma,in tit.de parochijs.§.in quibus.& ideo ſi reuertun
tur parochiani,non oportet habere nouam prouiſionẽ.Fa-
ciunt no.per Bal. in l.fi.& ibi Alex.& Pau.de Caſt. ff. ſi ex
no.cauſa agatur.& Doctores in d. c. quia nonnulli. & in d.
c.de multa.ſed quò ad materiam d.c. de multa,non cenſe-
tur eccleſia curata: quia pro habẽda pluralitate beneficio-
rum,

rum, plus ponderatur cura reſpectu exercitij, quàm reſpe-
ctu hab. tus. quod patet, quia ponderatur periculum ani-
marum, qđ non poteſt ſubeſſe, vbi non ſunt parochiani. &
firmat Pau. in d. cle. 1. de offi. vic. plus dicens, ꝙ quantũ ad
diſpoſitionem c. licet canon. de elect. lib. 6. non dicetur cu-
rata eccleſia, ſi non habet parochianos, de quo fuerunt va-
rij, & contrarij Io. Mona. & Archid. in d. c. licet. & Io. And.
in nouella, nullam ex dictis opinionibus firmat. Et cũ Pau.
concurrit Pet. de Anch. in d. clem. 1. de offi. vicar. Et ꝑ per-
fecta intelligentia huius articuli, an ſi nomen caret effectu
in actu, ſed non in habitu, debeat, vel non debeat carere no
mine, vide Ant. de But. in proœ. clem. vbi diſtinguit, cuius
diſtinctioné refert Dominic. de S. Gem. in d. c. licet canon.
in 3. col. ideo eam hic non refero. & vide ad hoc Bald. in l.
52 fin. & ibi Pau. de Caſt. ff. ſi ex noxa. cauſa agatur. † In eadé
ibi, mutato rei nomine, mutatur effectus. Adde quæſtioné,
quæ fuit de facto tempore Regis Ferdinandi, fuerunt præ-
ſtitæ multæ fideiuſſiones de iudicio ſiſti. demum Rex Frã-
ciæ habuit regnum iſtud, vtrum per mutationem noui Re
gis ſint extinctæ dictæ fideiuſſiones? Vidi multos peritos
Docto. tenere ꝙ ſic, per id quod dicit Ang. in l. cum propo-
nebatur. ff. de iud. vbi dicit, ꝙ ſi mutatum eſt nomen, & ve
xilla, nõ eſt eadem ſocietas, nec eſt idem tribunal. ſed Rex
Franciæ dicitur habere diuerſa vexilla, & diuerſum tribu
nal, ideo non durat dicta fideiuſſio, vt in l. ſi ante acceptũ.
& in l. cum quærebatur ff. de iudi. ſol. & in l. non à iudice.
§. ſi quis alio. ff. iudi. ſolui. & in l. non à iudice §. ſi quis alio.
ff. de iudi. Item allegabatur Pau. de Caſt. in l. cũ apud Sem
proniũ. ff. iudi. ſol. vbi dicit, quando tribunal eſt diuerſum,
extinguitur fideiuſſio pręſtita coram diuerſo tribunali: ſed
ſi tribunal non diuerſificaretur, nec inſtantia, vt contingit
in ſucceſſore: tunc durat illa fideiuſſio, quia iſte ſucceſſor
ſuccedit in locum primi, ſecundùm Inn. in c. cum M. Ferr.
de conſt. facit ad hoc, quod dicit Bal. in l. cum ex ratione.
ff. de excuſ. tut. ꝙ ſententia retro lata non prodeſt ſtatu mu
tato, quia finita cauſa permutationis, finitur effectus. In gl.
53 in † verbo, diuinæ maieſtatis iniuriam. Quæro, an inquiſi-
tores hæreticorum poſſint procedere contra illos, qui ex
conſuetudine blaſphemant Deum, vel eius Sanctos cano-
nizatos per eccleſiam? Videtur quòd ſic, quia qui facit con
tra honorem Dei, eſt hæreticus, quia dicitur rebellis ille,
qui facit contra honorem Imperatoris, vt patet in extraua-
ganti, qui ſint rebelles. Item blaſphemia pertinet ad infi-
delitatem, & opponitur confeſſioni fidei, & derogat diui-
næ bonitati, & honori, vt dicit B. Thom. 2. 2. q. 14. art. 1. &
ſubdit ibi in 1. art. ꝙ blaſphemia prohibetur à iure diuino
per illud præceptum, non aſſumens nomen Dei in vanum.
Item propter blaſphemiam prouocatur Deus ad iram, di-
citur in Auth. vt non luxurientur contra naturam. Item ſe-
cundùm Thom. in 4. ſententiarum, diſt. 13. art. 17. hæreti-
54 ci, & † blaſphemi æquiparantur, fateor, ꝙ dicitur hæreti-
cus largè. 24. q. 3. c. illi qui. §. quia verò. cum ſequentibus
capitulis. Item blaſphemia directè pertinet ad contemptũ
Dei, ſecundùm Tho. 2. 2. q. 7. ar. 2. Nam ſicut committitur
crimen læſæ maieſtatis per occiſionem Regis conſiliarij,
vt patet in l. quiſquis. C. ad leg. Iul. maieſt. & in edicto fa-
cto per Reginam Ioannam primam, qñ fuit occiſus Andr.
de Iſern. eius Conſiliarius, in anno 1318. menſe Ianuarij,
die 18. 11. indict. regnorum eius anno quarto, ita offendi-
tur Deus per blaſphemiam eorum Sanctorum, qui ſunt
ſocij Dei, vt firmat Hoſt. in ſumma de maled. §. qualiter.
ver. blaſphemantes. & Ioan. de Ana. in c. ſtatuimus. de ma-
ledicis. & hoc verum intelligo, ſi ſunt moniti, & poſt mo-
nitionem non ceſſant blaſphemare, tunc vt hæretici iudicã
tur, vt dicit tex. 24. q. 3. c. qui in eccleſia. Quid de eo qui eſt
g conſuetus [g] vnum ſanctum blaſphemare, vtrum prohibi-
tio de blaſphemia habeat locum in prædicto blaſphemã
te vnum ſanctum ex conſuetudine? Faciunt multa ſimilia
ꝙ ſic, de quibus per Fel. in c. omnes. j. diſtin. Sed ego teneo
illud, quod dixi infra in conſt. multæ leges. Cæterũ de ma
teria blaſphemiæ dicetur in cõſtitutione, quæ incipit, bla-
ſphemantibus. In eadem, ibi, ideò etiam nemine deferen
55 te. † Nota hanc glo. [h] quæ ponit caſum ſpecialem, in quo
h iudex poteſt procedere ex officio ſine accuſatore, vel denũ
ciatore, ſ. quando iniuria facta eſt eccleſiæ, vt in legibus in
gl. allegatis. Cui adde, ꝙ iudex poteſt procedere ex officio,
non ſolùm qñ iniuria facta eſt epiſcopo, vel perſonæ eccle-
ſiaſticæ, vt in l. ſi quis in hoc genus. per Bal. C. de epiſco. &
cler. facit tex. in c. ſi quis deinceps. 17. q. 4. & 24. q. 3. cap.
quiſquis. vbi declaratur pœna imponenda pro dicta iniu-
ria. & ratio eſt, quia intereſt reipublicæ, ne fiãt dictæ iniu-
56 riæ eccleſiæ, & perſonis eccleſiaſticis. † Nam & ius publi-
cũ conſiſtit in ſacris, ſacerdotibus, & magiſtratibus. 1. diſt.
c. ius publicum. & in l. 1. §. publicum ius. ff. de iuſt. & iure.
immo iudex inquirit ex officio in delictis publicis & pri-
uatis, quæ committuntur contra miſerabiles perſonas, ſm
Inno. in c. ad noſtram. de iureiur. per l. illicitas. §. ne poten-
tiores. ff. de offic. præſid. hoc refert, & ſequitur Bal. in auth.
ad hæc. circa fin. C. de vſuris. & Cy. & Bal. in l. milites. C. ſi
mancipia ita fuerint alienata. & Bal. in c. 1. §. iniuria. de pa-
ce iura. fir. & in l. nec quicquam. §. vbi decretum. 15. col. ff.
de offi. proconſ. & leg. & Ant. de But. in c. 1. de iudicijs. &
Bar. in l. 4. §. hoc auté iudicium. ff. de dam. infec. Abb. Sicu.
in c. ad noſtram. 2. col. de iureiuran. vbi tenet hoc, & cõclu
dit etiam, ꝙ ſuper iuribus eccleſiæ, tam iudex ſecularis, q̃
eccleſiaſticus poteſt inquirere ex officio, de quo ibi per eũ.
In gl. in verbo, & per officiales noſtros. Intellige iſtam glo.
inquantum dicit, quòd iudex ſecularis inquirit ſpeciali-
ter contra hæreticos, & ipſos debet exterminare, quòd iſta
punitio fienda per iudicem ſecularem debet fieri, poſt-
quam declaratus eſt inquiſitus per iudices eccleſiaſticos
57 incidiſſe in hæreſim, vt dixi ſupra, in 20. not. Et an † iudex
ſecularis poſſit facere nouum proceſſum contra hæreticũ
ſibi remiſſum, & videre primũ proceſſum factum ꝑ inqui-
ſitores, & inquirere an bene proceſſerunt? Bart. dicit ꝙ ſic.
in l. diuus. ff. de cuſtod. reor. referés Guli. de Cuneo in l. ma
giſtratibus. ff. de iuriſd. om. iud. Ego concluſi cõtrarium ſu
pra in proœm. in 1. par. ſuper glo. in verbo, gladij. ideo te-
ne, vt ibi dixi. In gl. ſuper verbo, etiam & leuis ſuſpicionis.
Nota iſtam glo. quæ ponit regulam & fallentiam. Regula
eſt, ꝙ nemo ex leui ſuſpicione dẽt iudicari reus criminis,
vt eſt tex. in l. 3. §. 1. ibi, & ſi leuior ſit ſuſpicio. ff. de minor.
vt dicit gl. no. hic, ꝙ leui præſumptioni non eſt ſtandum, al
legat. ff. de pœnis. l. abſentem. in prin. & ff. de prob. l. ſi chi-
rographum. & iſtam ſuſpicioné, ſeu ꝓſumptioné Albe. de
Roſa appellat temerariam, in l. fi. ff. qđ met. cau. allegat ad
hoc d. l. abſentem. & l. fi. C. de accuſa. & idem dicit in l. ſiue
poſſidetis. C. de proba. & de iſta ſuſpicione temeraria lo-
quitur tex. in c. oẽs. 6. q. 1. vbi dicit, ꝙ oĩs ſuſpicio potius re
pellenda eſt, quàm recipienda, & ideo tex. in l. fi. C. de pro-
ba. in criminalibus exigit probationem luce meridiana cla
riorem, qui tex. eſt canonizatus in decretis. 2. q. vlt. c. ſciãt.
hinc dicit lex in c. multi. 2. q. 5. noluit. n. Deus hominem
ab homine iudicari ex arbitrio ſuſpicionis, vel etiã extra-
ordinario iudicio, ſed potius ex lege Dei, ſm ordinem ec-
58 cleſiæ &c. Fallit in † crimine hæreſis, vbi proceditur ꝑ in-
quiſitores cõtra ſuſpectum de hæreſi, etiã ꝙ ſuſpicio ſit le-
uis, per iſtum tex. & in Auth. gazaros. de ſtat. contra lib. ec-
cle. ędifi. & in l. ꝓſenti. C. de his qui ad eccl. confug. non in-
telligas, ꝙ leuis ſuſpicio ſufficiat ad condemnãdum de hę-
reſi, ſed ex illa leui ſuſpicione interrogabitur de articulis
fidei, & ſacramentis eccleſię, qualiter ſentit, & ſi uidet eum
errare in fide, & eſſe corrigibilem, parcet ei, ſi autem eſt in
corrigibilis, tunc declarabitur hæreticus, ideo Bart. in l. ad-
monendi. in 3. col. ver. hoc præmiſſo. ff. de iureiur. dat vnã
ſingularem doctrinam ad ſciendum ea, quæ ſunt facti tranſ
euntis, videlicet per credulitatem per quatuor gradus. Pri
59 mò † cum iudici res proponitur per actorem, & per reum
negatur, tunc inducitur animus iudicis ad dubitandum,
quia neſcit ubi applicet animum ſuum, an ad unã partem,
an ad aliam. Poſt dubitationem põt iudex inclinare ani-
mum ſuum ad aliquam partium ex leui indicio, uel leui
argumento:

argumento,& iſta dicitur ſuſpicio,quæ mouet animum iu
dicis,nõ tñ in totum remouet dubietatem,vt in d.l.abſen-
tẽ,& ff.ad l.Aquil. l.in l.Aquil.ſi deletum. ibi, ad ſuſpicio-
nem iudicis, & hic eſt primus gradus probationis, ſeu cre
dulitatis, quia iá incipit animus iudicis adhærere vni par-
ti,licet remanet dubius. Poſt autem iſtam ſuſpicionem, ſi
iudici apparent argumenta fortiora:tũc iudex incipit opi-
nari,tñ adhuc dubitat,ne ſit contrarium, modicum tñ du-
bium remanet,& iſta vocatur opinio. Poſt iſtam opin.ſi iu
dici apparet tm̃,ꝙ firmiter adhæreat vni parti,tunc dr̃ per-
fecta credulitas,ſeu perfecta probatio, vt ibi latius per eũ.
Cui adde id,quod dicit Bal.in rub.de contro. inueſt.ꝙ cer
ti ſunt gradus inueſtigabiles, videlicet gradus informatio-
nis, gradus hominis præſumptionis, gradus præſumptio-
nis legis,gradus vehementis adminiculationis, gradus ſe-
miplenæ probationis,& gradus indubitatæ ſcientiæ, & ꝓ-
bationis. & ſubdit ibi circa finem ꝙ tres ſunt animi iudicis
motus,videlicet impulſiuus,ſiue ſuſpicans: præſumptiuus,
ſiue inclinatio vehemẽs,ſeu impreſſiuus:& clarus,ſiue ple-
narie informatus. primus videlicet ad inquirendũ &c. ut
ibi per eum. Hinc dicit Bal.in l.ea quidem. in 1. col. C.de
60 accuſ.ꝙ † ſuſpicio eſt aliquis applicatio animi ad aliquid
cum vehementi titubatione. allegat.ff. de teſta.l. ſtat.ſed p̃-
ſumptio hominis eſt quidã conceptus cauſatus in mente
ab aliqua probabili coniectura.ff de verb.obl. l. continuus.
§.cum ita.& iſta conſcientia iudicis eſt Angelus menti præ
ſidens, ſm Bal.in l.2.C.de fideic. & iſta conſcientia quan-
to magis cauſatur ab indicijs proximis, tanto eſt validior.
ſic econtra, quanto indicia ſunt remota,tanto eſt debilior:
ita inquit Bal.in l.non ignorat.C.qui accuſ.nõ poſ. Sed idẽ
Bal.in c. 1. in 2.col. de conſue. recti feu. dicit, ꝙ tria ſunt
genera probationum, videlicet vera,plena, & veriſimilis,
& non plena.Item nec veriſimilis,nec plena,& iſta ꝓ nulla
habetur, vbi agitur de magno præiudicio. Fallit in crimi-
ne hæreſis,vt ſupra dixi. Secundò fallit in crimine adulte-
rij, ſi maritus ter denunciauit alicui, ne loquatur cum ſua
vxore,quia hẽt ipſum ſuſpectum de adulterio, ꝙ ſi poſtea
inuenit eum loquentẽ cum ea, & hoc probatur,præſumit
ipſam adulteraſſe, & hac ſola p̃ſumptione, ſeu ſuſpicione
dãnatur,vt in Auth.vt liceat matri & auiæ.§. is quoque.&
C.de adulte.auth.ſi quis ei. Sed mihi vr̃, ꝙ iſta nõ ſit ſuſpi
cio,ſed præſumptio iuris,& de iure,quia ſic ſtatuit illa lex.
& hoc tenet Abb. Sicu.in c.is qui.de ſponſal. & ſic non eſt
fallẽtia, vt dicebat Alb.in d.l.ſi.quod met.cau.& vide mul-
tas ſpecies præſumptionum, videlicet 180. per Lucam de
Pen.in l.3.C.de apo.publ.lib.10.In gl.in verbo, commoni
61 ti. † Quæro iuxta iſtam glo. & tex.ecce proceditur contra
iſtos ſuſpectos de hæreſi, & ſunt comprehenſi in errore,&
ſunt moniti,vt recedant ab eorum erroribus, & ſunt perti-
naces: vtrum ſufficiat vna admonitio iudicis, vel debeant
eſſe duæ,& tres. Glo.hic vr̃ dicere, ꝙ ſufficiant duæ, vt in
iuribus in ea allegatis. cui adde,ꝙ qñ iudex monet ad ſen-
tentiã partem, ſufficit vna monitio, & tunc illa habet vim
trinæ monitionis.gl.eſt in c.conſuluit.in verbo,terminum.
de offi.deleg.& alia gl.eſt in l.2.C.quomodo & quando iu
dex. & ſimiliter qñ vnus iudex debet requirere alium iu-
dicem,ſufficit vna monitio.gl.eſt no.in cle.1. in verbo, re-
quiſierint. de hæret. Item quando archiepiſcopus monet
epiſcopos ad ſynodum,ſufficit vna monitio,vt no.glo. 18.
diſt.c.ſi epiſcopus.Item dicit Bal.in l.qui crimen.C.qui ac-
cuſ.non poſ.in 3.col.ꝙ aut monitio requiritur ad intiman
dum,& ſufficit vna, aut ad exhortandum, & idem,allegat
dictam cle.1.de hæret.aut ad contumaciam indicendam,
ſi illa fit per iudicem præſenti, & intelligenti, tunc ſufficit
vna monitio,allegat gl.in d.l.2. idem Abb. in d.c.2. de te-
ſti.ſed Io.de Ana.in c.2.de accuſa.dicit,ꝙ ubi de iure requi
ritur monitio,ſi iſta monitio fiat iudicialiter in forma iudi
cij,requiritur trina,vt no.in cap. nouit.de iudi.ſi verò facit
extraiudicialiter,ſufficit vna,allegat gl.in d.clem. 1. Io. de
Imn.in c.cum cauſa,de offic.deleg.dicit, ꝙ ſi quidem in ſe-
rior requirit ſuperiorem,cui debet adhibere reuerentiam,

tunc requiritur trina requiſitio. facit l. tres denũciationes
C.quomodo & quando iudex.l.& poſt edictum.ff.de iud
nu.in clem.ſæpe.de verbo.ſign.c. 1.de ſuppl.negl.præla.ma
ximè vbi tractatur de priuatione iuris alieni, vt ibi.& ita
loquitur gl.in d.c.cum cauſa. ſed ſi ſuperior requirit infe-
riorem,tunc ſufficit vna monitio, & ita loquitur c. ſi eps.
62 Nec obſtat c.1.de milite vaſallo,qui contumax eſt.† vbi re
i quiritur trina citatio, ¹ quando dñs requirit vaſallum,quia
illud ꝓcedit in citatione iudiciali, ſecus in monitione ex-
traiudiciali,ut dicit And.Barba.in d.c.cum cauſa.in 3.char
ta. & ibi vide eum,qui allegat in contrarium duas glo. ſ.ꝙ
requirãtur tres monitiones,cum ſuperior requirit inferio-
rem. vna eſt in c.1.§.fi.de pace iuram.firm.quam ibi repro
bat Bal.Item allegat tex.in c.ex literis.de conſtit.ibi,tertio-
ve commonitus. ſed ibi ponitur caſus ſpecialis, cum octo
alijs caſibus ſpecialibus poſitis ibi per Feli.in 7. col. in ex-
traiudiciali ſufficit vna monitio,ut dicit gl. in d.cle.1.Item
ſufficit vna requiſitio,qñ inferior requirit ſuperiorem, tri-
bus vicibus facta,& vno contextu,vt in clem. quamuis. de
appel.Item ſufficit una requiſitio, qñ iudex dicit nuncio,
requite partem hic præſentem,ſm do.Anto de But.in c.1.
9.col.de libel.obl.& idem voluit Bald.in l.3.C. quomodo
& quando iudex. per l.ſi procuratori præſentis.ff.de uerb.
obl.licet aliud ſenſerit Abb.in d. c.conſuluit. quem in hoc
non ſequitur dñs Georg. de Aſtis in cle. ſæpe.§. & quia,in
63 gl.in verbo, peremptoriè.de uerbo.ſign.† Item ſufficit una
monitio in cauſis ſummarijs, ubi nõ requiritur in citatio-
ne peremptorium,ut not.in d. clem.ſæpe.in uerbo, perem-
ptoriè,ut no.Ang.in l.ad peremptorium.ff.de iud. uide 23.
alios caſus,in quibus ſufficit una monitio,ſine citatio, ſiue
peremptoria, quos poſuit do.Mar.Soc.in ſuo laudabili tra
cta.de citationibus,art. 27.q. 6.& alios 20. caſus ponit, in
quibus requiritur trina monitio. alij caſus, ubi requiritur
trina monitio,unus eſt in clem.1.de uita & honeſt. cler.ut
deſiſtant clerici ab officio macellarij,& tabernarij,& alius
eſt in c.ſacro,& in c.conſtitutionem. de ſent. excom.lib.6.
In glo.in uerbo,nolunt agnoſcere.ibi,ſed ſi poſt abiuratio-
nem.No.ergo iſtam gl.ꝙ ille,qui abiurauit hæreſim,etiam
quæ non fuit plenè probata,ſi poſtea deprehenditur in ea-
dem, fingit ius iſtum fuiſſe à principio talem,qui poſtea ta
lis eſſe conuincitur, & iſte dr̃ relapſus, & ſine ulla penitus
audientia relinquendus eſt iudici ſeculari, nec admittitur,
ſi dicat ꝙ uult pœnitere,ut in c.ad abolendam. §. illos. de
hæret.& in c.ſuper eo.& in c.accuſatus.eod.tit. lib.6. Et ſic
patet,ꝙ eccleſia militans ſemel tm̃ parcit hereticis.Inde di
cit tex.in l.3.C.de epiſc.aud.ꝙ qui geminat delictum, non
debet ſperare ueniam, per quem tex. dicit ibi Gul. de Cu-
neo,ꝙ non valet indultum principis ſuper remiſſione cri-
minis,ſi non fuit facta mentio,ꝙ aliàs commiſit idem de-
lictum,& habuit à principe remiſſionẽ.Idẽ uoluit gl. Abb.
Sicu.& Io.de Ana.in c.1. de clerico percuſſo. & dicit Bart.
in l.ſi cui.§.fi.ff.de accuſa. ꝙ furta alibi facta ſatis aggrauãt
furtum hic factũ, ita ut poſſit ſuſpendi tanquam famoſus
latro. & ibi uide apoſtillã Alex. ubi allegat multas quotas
ad hoc dictum,& Lud.Ro.in conſi.236 incip. ut præmiſ-
ſa conſultatio.& de iſta materia,qñ actus reiteratus cauſet
pluralitatem delictorum,uide multas bonas quotas, quas
allegat Fel.in c.ſicut.in 1.col.de teſti.& Io.de Ana.in c.fin.
64 de colluſi.detegenda.† Delicta enim recipiunt augmentũ
per eorum reiterationem,ſiue actuum multiplicationem,
ſecundùm Inn.in c.nouit.in 1.col.de iudi.unde pœna per-
iurij, quæ imponitur per tex.in Auth. ut non luxu. contra
naturam,non habet locũ,niſi in eo,qui eſt conſuetus periu
rare in contemptum Dei,ſm Pet.& Bald.in l. 2. C. ad leg.
Iul.maieſta.& idem dicit in l.2.in fi.C.de reb. cred. & pro
hoc tex.in c.ad apoſtolicæ.ibi, deierauit multoties. de re
iudi.lib.6.punitur ergo magis delictum reiteratum, ut no.
glo.in c.ita nos.per illum tex.25.q.2.allegat ẽt d.c.ad abo-
lendam.§.illos.& ff.de re mil.l.3.§.ſi plures & 27.q.1. c. ꝑ-
uenit.ideo conſuetudo peccandi multùm aggrauat pecca-
tum, dicit tex.de pœnit.diſt.2.c. ſicut. & qui longiori mo-
ra cum

ia cum excommunicato participat, debet dutius pœnitere, vt in c. ſicut dignum. §. illis. de homici. Inde dicit tex. in c. hi qui. 15. q. 8. ꝙ grauius punitur delictum pp iteratioñe quia facit ſicut canis ad vomitum reuertens, & not. glo. in

65 c. hoc veſtræ. 11. diſt. † Cum iſtis ergo, qui delinquunt ex conſuetudine, ſeueritas eſt exercenda, vt ff. de pœnis. l. capitalium. §. ſolent. & facit tex. in c. ſi quis diaconus. 50. diſt. & in c. abſit. & 55. diſt. c. nullus. in fi. & 25. q. 3. c. iuſtũ. Cõſuetudo peccandi facit peccatũ grauius. c. fi. de cõſue. & de ſimo. c. non ſatis. & difficilius releuatur, vt not. Arch. 24. q. 1. c. ſciſma. & dicit Lucas de Penna in l. 1. 12. col. C. de deſerto. lib. 12. ꝙ tales delinquentes non ſunt admittendi ad compoſitioñe, & vide eundẽ in l. ſi apparitor. in verbo, pmittimus. C. de cohart. lib. 12. vbi ẽt ponit, ex quibus cauſis licet iudici alleuiare pœnã delinquenti, & ibi dicit, conſuetudo peccandi facit, ꝙ non eſt alleuianda pœna. ad idẽ vide ſummam Raymundi de Pennaforti, in tit. de pœnis, quẽ refert Alb. de Roſ. in ſuo dictionario, in verbo, pœna. & prædicta procedunt tam in iudicio ſeculari, quàm in iudicio eccleſiaſtico. ſed quantùm ad eccleſiã triumphantẽ, & ipſum Deum, ſi peccator verè pœnitet de delictis in infinitum reiteratis, Deus miſericors recipit eius pœnitentiã, vt in authoritatibus hic in gl. allegatis. Cui adde id, quod dixit Ieſus, Deus omnipotẽs, per os Euangeliſtæ, Matthæi cap. 18. vbi beatus Petrus interrogauit eum: dñe quoties peccabit in me frater meus, dimittam ei vſq; ſepties. dixit illi Ieſus: Non dico tibi ſepties, ſed vſq; ſeptuagies ſepties, ideſt toties quoties peccabit, ſm ſacros Doctores eccleſiæ. Accedat ad hoc id, quod dicit beatus Aug. ſuper Io. vt refert Arch. de conſec. diſt. 3. c. inter. ò bonum verbũ, peccaui: ò tres ſyllabæ ſunt, quæ aperiunt cœlum & portas paradiſi. audeo dicere peccaui, non te tædeat pudere hois, non timet dæmones, non deſperatio de enormi peccato. Iudã enim non tm̃ ſcelus, quod cõmiſit, quàm deſperatio de ve

66 nia damnauit. † In gl. in verbo, præſentis legis veſtræ edicto. ibi, de hoc crimine ſola executio fit per iudicem ſecularem. Dic de hoc, prout dixi ſupra in proœ. in 1. parte ſuper gl. in verbo, gladij. In gl. in verbo, pœnã. dic, vt dixi ſupra in 24. not. Et inquantũ gl. dicit, ꝙ libri hæreticorũ ſunt comburendi, vt in d. l. quicunque. §. nemo huius libros. de hæret. Inſero, ꝙ non licet eos habere in domo, & an libros Dantis poetæ, qui fuit dãnatus, vt hæreticus, liceat retinere in domo? Dicit Fel. in c. 2. vlt. col. de reſcri. ꝙ Doctores in c. nouit. de iudi. dicunt, ꝙ Dantes fuit damnatus vt hæreticus. In gl. fi. dic vt dixi ſupra in 25. nota. ſed quærit hic glo. an liceat Regi ſupplicare pro illis, qui inciderunt in crimẽ læſæ maieſtatis? & dicit ꝙ non, per l. quiſquis. §. denique. C. ad leg. Iul. maieſt. ſic ẽt probibetur p legem, vt nullus petat ſibi concedi bona alicuius condemnati ex crimine læſę maieſtatis: & ſi petantur, & concedantur p reſcriptum principis, non valet conceſſio, vt eſt tex. in l. 1. C. de peti. bonorum ſublatis. fallit ſm Bal. ibi, niſi ad poſtulationẽ conceſſiſſet feuda deuoluta p rebellationẽ, q̃ ſolita ſunt concedi. allegat tex. in Auth. de refer. §. ꝓpterea. hene facit tex. infra in conſti. vt de ſucceſſionibus, in fi. Secundò fallit, niſi princeps de bonis deuolutis contrahat, & non p reſcriptũ procedat, prout loquitur d. l. 1. de peti. bonorum ſub. Tertiò fallit, niſi de conſilio procerum conſiliariorum concedat illa bona ad poſtulationem, quia ea, q̃ fiunt cũ cõſi. ꝓcerũ, magis valent, ſm And. in c. 1. de prohib. feu. p Lotharium. Quartò fallit, niſi in reſcripto eſſet clauſula, non obſtante. l. 1. C. de peti. bonorũ ſub. vt dicit ibi gl. Quintò fallit, niſi eſſet cl'a, motu ꝓprio, vt ꝓbat tex. in fi. vbi latius poſui iſtas limitationes, & iſta ſufficiũt ꝓ dote iſtius cõſtõis.

ANNOTATIONES.

a Dei noſtri.] In hac conſtitutione ibi, publicam prodeat. hæc conſtitutio adducitur in arg. ꝙ non licet palam diſputare de fide pro minori rgitur clam, vel in ſchulis. dic, ꝙ minime peius. eſt. n. facere clam, quàm palam. vnde videtur obſtare ff. de ritu nupt. l. fi. & de admin. tut. l. non exiſtimo. Super hoc poſt Cyn. & alios dicit Iaco. But ꝙ clam tractamus de cauſa delicti, aut de effectu. ſi de cauſa, quæ eſt dolus, aut conſtat de dolo: & non facio differentiam, an clam vel palam, quia regulariter eadem pœna imponitur. Fallit in caſibus expreſſis à iure, vt in furto. Aut non conſtat de dolo, & tunc refert: aut tractamus de ijs, quæ ſunt de genere prohibitorum, & non facio dfiam clam uel palam, quia ſemper dolus præſumitur, vt C. de ſica. l. 1. & ff. ad leg. Aquil. l. ſi quis fumo. ſaluo ꝙ rõne exterioris cauſæ hoc inſpicitur quandoq; vt in rapina, quæ magis punitur, q̃ furtum, non ideo ꝙ ſit facta palã, ſed ideo, quia eſt maius delictũ, quia habet in ſe violentiam; ſimile eſt in homicidio & veneficio: nam veneficium dr̃ graue, non ꝙ fit clam, ſed quia habet in ſe proditionem quandam. l. 1. C. de malef. Aut loquimur in ijs, quæ ſunt de genere permiſſorum: tñ in quadã ſui ſpecie ſunt prohibita, & tunc aut fiunt clam, & præſumitur dolus aut palam, & pſumitur error. d. l. ſi ff. de ritu nup. & l. ſi adulteriũ cũ inceſtu ff. de adult. & hoc ſi conſidero delictũ ex parte cãæ. ſi autem ex parte effectus, tunc dico, ꝙ peius eſt facere palam, rõne dañi exempli. tenet Iac. But. in l. nemo clericus. C. de ſum. Trin.

b Tunicam.] De hac tunica vide per Arch. 16. q. 6. c. item ſicut.

c Conſequens rei.] Adde ea quæ ponit Affl. in cõſti. priuilegia. nu. 2. & in cõſti. magnę curię, in 2. no. & in conſti. iuſtitiarij normam. in 1. no. & Fel. in c. ius generale. in apoſtil. ad Abb. 2. col. 5. 1. diſt.

d Quod ſi pulchra.] Adde quòd hoc dictum fuit vxoris Io. And. & ipſe dicit, & Fely. in proœmio decre. in verbo, Gregorius. colum. 8. ver. ſubdunt. & Abb. in c. 1. col pen. nu. 36. de iudi. ibi, hinc dicunt criminales, quòd ſi plures inquiſiti eſſent capti pro aliquo maleficio, & eſſet dubium, à quo prius inchoari debeat tortura, ceſſantibus alijs iudicijs, ab illo debet inhoari, qui habet malum nomen, ita Girard. ſing. 75. hoc dicit Franc. Bru. in tract. de indicijs & tortu. nu. 14. col 2. & ratio eſt quia talia noĩa ſignificant indiciũ inquitatis, Doct. in c. gratis. commod. de his tamen nominibus uide omnino Girar. ubi ſupra, & Modernos Hiſpanos in §. ſic itaq;. nu. 17. inſti. de act. unum tamen tene menti, quòd illud dictum Bruni ſupra relatum procedit, quando tale nomen turpe ſuit impoſitũ ab euentu: ſecus ſi in baptiſmate, quia tunc nõ operatur præſumptionem hanc. ita limit. Pet. in l. 2. §. appellat. in nu. 5. in vlti. lec. ff. ſi cert. pet.

e Septimo quæro.] Quis magis peccet quò ad effectum delicti, cõmittens delictum occultè, vel palam? vide l. fi. ff. de ritu nupt. & Abb. in loco alleg. hic per Affl. Are. in §. 2. col. fi. inſti. de vi bono. rapt. & Fel. in c. cum quidam. col. 3. in fine. ver. ſecta declaratio. de iureiur. ubi ponit q. tactam hic per Affl. & in c. cum ex iniuncto. in prin. de hæret. & faciunt, quę voluit Fel. in c. porrò. in prin. de ſen. excom. & uide apoſtil. in l. 1. col. 3. ver. in gl. fi. C. de vſuc. ꝓ emp. So. in regula 55. inci. baractaria. ver. primò fallit. Roma. in ſing. 714. regula eſt. & ibi bona additio. & vide Curſet. in ſing in verbo, occulti. ubi autem tractat q. motam hic per Affl. & Par. de Pu. in tractã. ſyndicatus. in verbo, contrahere. col. 2. & ex ſupradictis habebis ueram intelligentiam ad d. l. fi. de ritu nup.

f Reſpondit gl.] Hãc gl. ſequitur Io. de Ligna. in tract. de bello, quẽ refert Zabar. in clem. paſtoralis. in 5. q. de ſent. & re iud. ſed hodiè talia pugna eſt prohibita, vt concludit Io. de Imo. in l. is qui reus. 18. col. ver. eſt etiã tertia. ff. de publ. Iud. & ſequuntur multi, quos enumerat Cotta in verbo, perduellionis crimen. & bene deducit idem Affl. in cõſt. monomachiã. col. 1. 1. not. & ibi alleg. Bal. in l. cũ filius. § fi. ff. de leg. 2. dicentem audiuiſſe ab Imperatore multa eſſe neceſſaria in hoc duello. Et quid ſi duo principes ſub pœna magna promittunt eorum differentias armis decidere die S. Franciſci: & adueniente die, vnus eorum recuſat pugnã, an perdere debeat manum, cum de pœna nullum eſt dubium. Iaſ. in l. ex hoc iure. col. 3. & 4. poſt Imo. & Ang. ff. de iuſt. & iure. & Arno. in Epi. 44. & conuictus in tali duello non inioitur pœna mortis. Bald. l. fi. in fi. C. de proba. quia licet conuictus per teſtes mori debeat, conuictus tamen per pugnam, quæ eſt præſumptiua probatio, mors infligi non debet: ſed amputatur manus. qđ dicit ſing. Fel. in c. qualiter & qñ. Io 2. §. ad corrigendos. col. 7. ver. tertia cauſa. nu. 39. Et quare dicatur crimen perduellionis, uide nouam opinionem bonis authoritatibus fundatam Catel. Cottæ in loco ubi ſupra. & tene menti perpetuò, quòd tali iuri proponendi in accuſationem de crimine perduellionis præſcribitur ſpatio quinque annorum, glo. in l. Manichæos. in verbo, ſubire. in fi. de hęre. C. & eam dicit ſing. Roma. in ſing. 431. ubi eſt bona apoſtilla. & ſequitur Fel. in c. cum nobis. col. 4. nu. 11. ver. conſidera primò. de præſcrip.

g Conſuetus.] Ad hanc materiam uide Bar. in l. 1. §. ſed ſi unum. ff. vi bon. rap. vbi voluit, quòd ſi ſtatuto cauetur, quòd producẽs falſos teſtes puniatur aliqua pœna, habet locum ſtatutum, etiam ſi quis unicum falſum teſtẽ produxit, & Bar. ſequitur Ange. de Are. in c. 1. col. 4. in prin. inſti. de iure perſo. & in §. 2. col. 1. inſti. de obligat. quæ ex quaſi delict. naſ. & in tract. de maleſi. in verbo, falſario, col. 5. ver. quæro vt plurimum. cum adductis ad eundem Affl. infra in conſti qui falſitatem. in principio.

h Nota hanc gl.] Adde ꝙ iudex ex officio põt procedere & inquirere de iure eccleſiæ, & hoc rõne publicæ vtilitatis, quæ conſiſtit in ſacris. §. ius autẽ ciuile, inſti. de iure natu. gen. & ciui. & hanc deciſionem firmat Rom. in ſing. incip. Inno. dubitat, ubi dicit idem, qđ Affl. hic, quòd videlicet pro iniuria illata contra perſonam miſerabilem iudex ex officio procedit, & ibi eſt bona additio.

i Trina citatio.] Nota, quòd in cauſa feudali non ſufficit vnum edictum

ctum pro omnibus, ſed requiritur, ꝙ præcedat trina citatio, de quo vltra Affl. hic, vide eundẽ in rubr. de numero baiulorum per loca infra. & Guidonem in tract. de forma inuentarij. col. 3.

De pacterenorum receptatoribus, credentibus, & fautoribus. Rub. II.

SVMMARIVM.

1 *Imperator quare contra receptatores & fautores hæreticorum ſtatuerit.*
2 *Hæretici ipſa etiam elementa offendere dicuntur.*
3 *Fautores & defenſores hæreticorum non immerito puniri debent.*
4 *Socij & participes hæreticorum, teſtes eſſe non poſſunt.*

GLos. continuat rubricam ad proximè
præcedentia. dictum eſt ſupra de hęreti-
cis, qui debent inquiri, & inuenti in hę
reſi traduntur flammis, vt in præceden
ti conſti. verùm quia iſti hæretici, qui
cõturbant fidem Chriſtianã, nõ poſſunt
diu latere, ſi receptatores eorum puniantur, vt in l. 1. ff. de
receptatoribus. & in l. congruit. ff. de offi. pręſidis. propte-
rea Imperator facta conſtitutione contra hęreticos, proui-
det per aliam conſtitutionem contra receptatores ipſorum
1 † hęreticorum, & contra eis credentes, & contra præſtan-
tes opem, auxilium, uel fauorem. & hoc ideo fit, ut dictis
hęreticis non remaneat locus, ubi poſſint moram trahere,
ut dicit tex. in l. 3. in prin. C. de ſumma Trini. & fi. cathol.
nec licet eis conuerſari cum catholicis Chriſtianis, ut dicit
tex. in Auth. de priuile. dotis hæreticis mulie. non præſtan.
in prin. 8. col. quia de facili morbida facta pecus totum cor
rumpit ouile, ut 24. q. 3. cap. reſecandæ. & bene probatur
in l. ædiles. la 1. in §. hoc autem ꝙ deterior. ff. de ædil. edic.
ubi gl. allegat dictum Catonis. cum bonis ambula. & ali-
bi, cum ſancto ſanctus eris, & cum peruerſo peruerteris,
2 ut dicit Io. And. in c. repellantur. de accuſa. † Et eſt ratio,
quia hęretici offendunt etiam elementa, videlicet eis iniu-
riando, ut in l. Arriani. C. de hæretic. Et quoniam ſunt ali-
qui homines peruerſi, qui iſtis hęreticis credunt, & aliqui
qui credunt, & præſtant eis fauorem, opem, & auxilium,
quibus dignè pœna debet imponi, prout iam pœnam ſta-
tuit Federicus Imperator in authen. credentes. C. de epiſco.
& cleri. & domus, ubi fit iſta congregatio hęreticorum, de
bet eccleſię applicari, ut in Authen. de interdictis colle. hę
ret. 9. colla. ſed illa pœna non erat ad ſufficientiam, ideo in
iſto regno facta fuit iſta Conſtitutio: ſed de iure canonico
alia pœna imponitur credentibus hęreticis, & receptatori-
bus, & defenſoribus, & fautoribus eorum, in c. 2. de hęre.
lib. 6. & in c. ut inquiſitionis negotium. eod. titu. in 6. ma-
3 gna enim † ratio ſuadet iſtis fautoribus, & defenſoribus, &
opem pręſtãtibus hęreticis debere puniri pœnis aliquibus
in allegatis iuribus: quia & in alijs criminibus fautores,
& opem pręſtantes puniuntur, ſicut principales delinquen
tes, ut patet in l. unica. §. decętero. C. de rapt. uirginum. &
in l. raptores. circa finem. C. de epiſcop. & cleric. ubi idem
dicendum eſt de receptatoribus forindicatorum, ut in con
ſtitutio. pœnam eorum. idem de receptatoribus latronũ,
ut in cap. Regis Caroli Primi, frequẽs, & ineffrenata. char
ta 7. ſed poſtea illa pœna contra receptantes latrones fuit
mitigata per Regem Robertum, ut in cap. quod incipit,
4 licet contra receptantes. charta 33. ſic etiam ſocij † & par-
ticipes criminum repellũtur ab accuſando. C. de liber. cau-
ſa. l. ſi liberum. & C. de epiſco. & cler. l. ſi quemquam. ſic
etiam ſocij & participes criminum non poſſunt eſſe teſtes.
l. quoniam. C. de teſt. ſic ſi par crimen commiſit. l. uiro atq;
uxore. ff. ſolu. matrimon. de quibus per Roffre. Bene. in lib.
libellorum iuris canonici. in titu. de accuſati. §. repellun-
tur etiam aliqui ab accuſando, quia ſunt ſocij.

SVMMARIVM.

1 *Receptatores, complices & fautores hæreticorum priuantur bonis proprijs.*
2 *Receptatores & fautores hæreticorum de iure canonico ſunt excommunicati.*
3 *Receptans abigeum non punitur eadem pœna.*
4 *Receptator malefactorum licet puniatur eadem pœna, non tamen tanta.*
5 *Receptator corrumpentis virginem non punitur eadem pœna.*
6 *Dictio, non tantùm, qualiter intelligatur.*
7 *Hoſtis & rebellis agnationem perdit & cognationem.*
8 *Hoſpes non punitur, ſi malefactores per vim domum ſuam ingrediantur.*
9 *Receptans ſemel tantùm malefactorem, an teneatur pœna receptantis.*
10 *Receptans furem cum re furtiua, an puniatur eadem pœna.*
11 *Receptans bannitum propter amicitiam inueteratam, an ſit puniendus.*
12 *Hæreticus charitatem illam à ſeipſa incipientem habere non dicitur.*
13 *Publicatio bonorum hæreticorum an fiat ipſo iure, vel requiratur ſententia.*
14 *Publicatio bonorum quibus caſibus fieri debeat.*
15 *Punitio in rebus fit ob peccata hominum.*
16 *Relegatus in perpetuum à iuſtitiario, an cenſeatur relegatus à toto regno.*
17 *Fautores & receptatores hęreticorum cum ſuis filijs, honoribus præteritis & futuris ſunt priuati.*
18 *Infames aſſumi non debent ad dignitates, vel honores.*
19 *Præuaricatores fidei Chriſtianæ ſunt infames.*
20 *Infamis regulariter à teſtimonio repellitur.*
Infamis quibus caſibus teſtimonium ferre poſſit.
21 *Infamis teſtimonium quando faciat probationis adminiculum.*
22 *Infamis quis efficitur, ſi crimen contra eum in iudicio probetur.*
23 *Infamis contra infamem teſtificari poteſt.*
Infamis teſtificari poteſt contra eum, qui crimen læſæ maieſtatis committit.
24 *Filij receptatorum hæreticorum hæreticos manifeſtantes præmium merentur.*
25 *Reſtitutio ad famam, non neceſſariò à principe impetratur, ob manifeſtationem ſpontaneam hæreticorum.*
26 *Excommunicatus per annum habetur pro confeſſo.*
27 *Excommunicatus per annum contumaciter, an perdat beneficia eccleſiaſtica.*
28 *Pœna legis antiquæ non tollitur, licet per legem nouam noua pœna imponatur.*
29 *Iudex, in quem lex noua ſua dirigit verba, pœnam legis antiquæ non debet imponere.*
30 *Pœna legis generalis ceſſat per pœnam ſpecialiter impoſitam, ſi per eandem legem ex certis circunſtantijs eſſet impoſita pœna ſpecialis.*
31 *Punitus per iudicem loci, in quo delictum commiſit, non debet puniri per iudicem loci originis.*
32 *Vtilitas propria an ſit alienæ præferenda.*
33 *Filius pro patris delicto puniri non debet: ſed hoc fallit in multis.*
34 *Filius ex coitu damnato natus ob patris delictum punitur, eſt enim eius hæreditatis incapax.*
35 *Filius hæres patris pro eo ciuiliter tenetur.*
36 *Filij libertorum puniuntur ob delicta paterna aduerſus patronos commiſſa.*
37 *Filius pro patre puniri poteſt vigore ſtatuti.*
38 *Pater videns filium pati propter ſe, maiori afficitur dolore.*
39 *Filius ſciens patrem incidiſſe in crimen læſæ maieſtatis punitur, ſi non denunciauerit.*
40 *Pater nunquam pro delicto filij tenetur.*
41 *Pater videns filium recipere decurionatum pro eo tenetur ſi non contradixerit.*
42 *Filius qua ratione pro patre puniatur in crimine læſæ maieſtatis, &*

tis, & hæreſis, & non pater pro filio.

43 *Emancipatus non punitur ex paterno delicto poſt emancipationem commiſſo.*

Præterenorum. Tota iſta Conſtitutio imperialis diuiditur in tres partes. In prima imponit pœnam, quam ſuſtinere debent receptatores hæreticorum, & credentes in eis, & quocunque modo fautores. In ſecunda ibi, & ipſorum filijs, imponit pœnam filijs ipſorum. In tertia ibi, ſi tamen aliqui, concedit particulare beneficiũ reſtitutionis quoad famam filijs ipſorum, ſi detexerint aliquem hæ-
1 reticum, vſque ad finem. Et hoc intendit. † Receptatores, complices & fautores hæreticorum debent priuari omnibus bonis eorum, & perpetuò relegãtur, & eorum filij efficiuntur inhabiles ad honores, & incurrunt infamiã perpetuò, & repelluntur tanquam infames à teſtimonio: niſi aliquis ex dictis filijs detexerit aliquem hæreticum occultũ: tunc ipſe conſequitur beneficium reſtitutionis in integrũ, quoad infamiam incurſam. Sed antequam veniam ad notabilia pro declaratione facio iſtam oppoſitionem. hic dicitur, ꝙ credentes in hæreticos puniuntur pœna iſtius conſtitutionis. contra, imò puniuntur pœna cõſtitutionis præcedentis: quia credentes in hæreticos ſunt hæretici. Solutio. hic loquitur de credentibus in hæreticos, qui dicunt, ꝙ tenent, quod credit ſancta mater eccleſia, vt dicit Inno.
2 in c. 1. de ſum. trini. & fide catho. aliàs procedat argu. † Nōptimò, quod dictum eſt in ſummario. & non ſolùm tales receptores, & fautores incidunt in dictas pœnas in hac conſtitutione contentas, ſed ẽt de iure canonico ſunt excommunicati, vt in c. excommunicamus. §. credentes. de hæret. vbi etiam efficitur infamis & inhabilis ad publica officiã, nec etiam eſt habilis ipſe & eorum filij, vſque ad ſecundã generationem ad beneficia eccleſiaſtica, vt in c. 2. de hæte. lib. 6. concordantiæ ſunt hic in gl. 1. Secundò nota ex tex. ꝙ licet regulariter receptatores malefactorum debeant puniri eadem pœna, prout puniri debet ipſe, qui fecit maleficium, vt eſt tex. in l. j. ibi, vt perinde puniatur. ff. de recepta. & in l. 1. ibi, per ipſos & reos pœna expectet. C. de his qui lat. vel alios male. occultaue. cum ſim. iuribus allegatis per Florianum de S. Petro, in diſputa. ſua, quæ incipit, inquiſitus de crimine. in 2. q. ibi, quia receptantes non minus delinquunt quàm aggreſſores. ff. de incen. rui. nau. tamen iſta regula fallit in receptatoribus hæreticorum, quia iſti receptatores non puniuntur pœna mortis, ſicut puniuntur hæretici prorſus impœnitentes, vt ſupra conſtitutione proxi-
3 ma. ſed puniuntur alia pœna, vt hic vides. † Secundò fallit in receptante abigeum, qui non punitur eadem pœna, ſicut ipſe abigeus, ſed minori pœna, vt in l. fi. §. fi. ff. de abigeis, ſecundùm gl. in d. l. 1. ff. de recepta. Tertiò fallit in receptante foriudicatum, quando requiſitus non offert eum iudici, nam non punitur ſicut foriudicatus, ſed minori pœna, vt patet in conſti. regni, pœnam eorum. Quartò fallit in receptante illum, qui cõmiſit crimen læſæ maieſtatis, quia non punitur eadem pœna de iure Romano, ſicut ille, qui commiſit crimen læſæ maieſtatis, qui punitur pœna mortis, & confiſcatione omnium bonorum, vt in l. quiſquis. C. ad l. Iul. maie. ſed qui receptauit eum, punitur ſolùm pœna deportationis, & ſic publicantur eius bona, vt in l. eorum. & in l. Metrodorum, ff. de pœ. & per conſti. regis Caroli primi, quæ incipit, nuper Tranum, receptatores rebellium puniuntur pœna ſuſpenſionis, & publicationis omnium bo-
4 norum. † Quintò fallit, quia licet iura dicant, receptatorem puniri eadem pœna, vt principalis delinquens, ſemper intelligas, vt eadem pœna puniatur, ſed non tanta: ſicut dicitur in Euangelio, eſtote perfecti, ſicut pater veſter, qui eſt in cœlis, ꝙ non intelligitur de impoſſibili, & ſic, ideſt non tantum, vt dicit glo. in l. cuſtodia. ff. de peri. & com. rei vendi. & ff. de pign. act. l. ſi cum venderet. §. fi. Item & 6. fallit niſi per ignorantiam receptauit eum, quem neſciebat eſſe bãnitum, ſecundùm Bar. in l. 1. C. de colo. Illiricianis, lib. 11. & Bar. in l. omnes. C. de agri. & cenſi. lib. 11. & in l. 1. de deſertor. in l. fi. C. de fabricen. & dicitur ſciens, ſi erat publicum, de quo per Ang. Are. in tractatu maleficiorum, verbo, dicto maleficio ſemper aſtitit. in 4. char. ꝙ intellige, vt per Bald. C. de his qui latro. occult. Septimò fallit, niſi hoſpes bannito tranſeunti dederit ad bibendum & comedendum, quia non punitur, ſecundùm Bar. in d. l. omnes. C. de agri. & cenſi. lib. 11. facit l. Seia. §. idem quæſijt.
5 ff. de fundo inſtr. & Alex. in d. l. j. ff. de receptator. † Octauò fallit in receptatore corrumpentis virginem, qui non punitur eadem pœna, ſecundùm Cy. in l. crimen. C. ad l. Iul. de vi publica. Sed iuxta hoc quæro de aliquibus quæſtionibus, & primò, vtrum ſi aliquis receptauerit bannitum, vel aliquem debitorem, vt non capiatur, nec ſoluat, teneatur ipſe receptans pro eo ſoluere? Dicit quòd regulariter non tenetur pro eo ſoluere, niſi vi eximeret, vt in l. 1. ff. ne quis eum qui in ius voc. fallit in caſu l. quoties. C. de exact. trib. lib. 10. & in caſu l. 3. C. de aſſeſſor. ita Bal. firmauit in l. fi. C. de oper. lib. & idem Bal. in 3. vol. conſi. 120. incipit, in
6 quæſtione domini Milani. verſi. ſequitur videre. † Secundò quæro, quia ſupra dixi, ꝙ non tm̃ punitur receptans delinquentem, quantum principalis, quomodo intelligitur iſtud verbum, non tm̃? Dico, prout dicit Flo. de S. Petro in dicta diſpu. in 2. q. ꝙ debet puniri extraordinariè, & ſic arbitrio iudicantis: quia pœna eſt indeterminata, argu. l. 1. §. expilatores. ff. de effractio. arbitratur autẽ iudex primò conſiderando criminis qualitatem, vtrum ſit de maximis criminibus, de quibus loquitur l. fi. C. de male. & ma. vt ſic durius puniat receptantem, vel de alijs criminibus, in quibus reperiretur certa pœna ſtatuta; vt in c. 1. de ho. in 6. & illã ſimiliter arbitretur. Item conſiderabit, an aliquod emanauit edictum, vel præconium de exhibendo delinquentem ad certam pœnã, & non exhibuit, vt ad illam condemnet, tanquam contumacem præconio, vel edicto, argu. l. 1. ff. ſi quis ius dic. non obtem. & quod eſſet conſanguineus, ſm Bar. in d. l. 2. ff. de recepta. ſed in regno receptans bãnitum punitur pœna duc. centum, vt in c. regis Caroli primi, qđ incipit, dudum contra proditores. char. 7. ſed iſta pœna nõ eſt in vſu, per c. Regis Roberti, quod incipit, receptatores maleficiorum, charta 33. vbi dr̃, ꝙ ſi barones receptauerũt bannitos poſt ſex menſes ſcienter, poſſeſſio & domus, vel prædia, vbi ſunt receptati ipſi delinquentes, ſunt fiſci per quinque annos. Alij verò puniantur illa pœna, qua debet puniri ipſe receptatus ſi vniuerſitas receptauerit, tunc ipſa vniuerſitas puniatur pœna pecuniaria ibidem ſtatuta, & vide in conſtitu. pœnam, in fi. Item conſiderabit, an talis receptator ſit affinis, vel conſanguineus receptati, quoniam propter dictam potẽtiam arbitrabitur in minorem pœnã, per l. fi. ff. de recepta. & firmat hic Andr. & in cap. 1. §. receptat. de pace iura. fir. poſt. gl. & Iac. de Bel. ibi, vbi etiã hoc dixi, & voluit Ioan. de Ana in c. 2. de delictis puerorum, in 5. col. & Ale. in 2. vol. conſi. 144. in fi. & hoc verum, niſi receptaſſet agnatum, vel cognatum, violatorem pacis & hoſtem publicum, vel condemnatũ de rebellione contra principem, ſecundùm Andr. in d. §. receptatoribus, & Bart. in d.
7 l. fi. per l. 1. C. de his qui latro. & eſt ratio, quia hoſtis, & rebellis perdit agnationem & cognationẽ, per l. poſtliminij. §. filius. de capt. & poſtli. ſecundùm Bar. in d. l. fin. & hoc dixit dñs Nellus de S. Gemi. in tractatu de bannitis, in 3. parte, quæſt. 21. Item fallit in vxore recipiente virum bannitũ & rebellem, quia impunè poteſt ipſum receptare, ſecundùm Alex. in d. l. fi. argu. l. ſi cum dotem. §. ſin autem in ſeruiſſimo. ff. ſol. mat. & in l. 1. C. de diuor. & in c. inter alia. de ſenten. excommu. & no. And. in conſtitut. pœnam carere volentes, quia hodie non fit ſeparatio matrimonij ex aliquo delicto, vt in c. 2. & in c. gaudemus, de diuor. 32. q. 1. c. in coniugio, & tenet And. de Iſer. maximus doctor in c. 1. § ſi quis hominem, de pace tenen. & in cap. 1. §. porrò, quæ ſit prima cauſa bene. amit. & dominus Nellus prædictus in dicto loco, q. 22. nec per hoc debent perdere eorum dotes

ſecundùm

ſecundùm And.in d.conſt.pęnam.& Sali.in l.1.C.de repu.
& in c.regis Caroli ſecundi,facti in planitie S. Martini, qđ
8 incipit,item ſtatuimus,char. 23.† Tertiò quæro de quadá
quæſtione,q̃ fuit de facto: certi malefactores,& malandri-
ni de Marcenuſio, bániti per regiam curiam ſunt cógrega-
ti,& per vim & violentiam in domibus particularium ho-
minum habitantium in villa ſunt hoſpitati,an hoſpitantes
teneantur ad pœnam,de qua in l.fi.C.ad l.Iul. de vi publi-
ca,vel priuata. fuit dictum,ꝙ nõ tenentur ad pœná, per id,
quod dicit Bal.in l.iu delictis.ff. de noxal.quia illi recepta
tores non potuerunt per eos expelli ſine eorum periculo,
& firmat Lud.in l.1.§.in eo qui.ff.ad Syll.& pro hoc bene
facit tex.in l.1.§.quod autem ait prætor.ff.de ſeruo corru.
vbi non dr ſeruus deterioratus, qñ eſt cópulſus,ſicut quan
9 do eſt perſuaſus ad delictum.† Quartò quæro, vtrú ſemel
tm̃ receptans malefactorem,vel bannitum teneatur pœna
receptantis.dicit Archi.in c.2.in verbo,receptatores.de hæ
re.lib.6. quia ſm grammaticos,receptare eſt frequenter re
cipere,ſed legiſtę non ſic.nã & ſi nõ frequenter, ſcienter re
ceptauerit malefactores incidunt in pœnam,vt not.in c.fœ
licis. de pœnis,lib.6.& facit l.maritus.§.quæſitum. ff.de a-
dul.ille n.dr receptator,qui latenter recipit,& cœlat, vt cõ
ſeruatus manus iudicis euadat,& non ſit in eius ſortia, ſeo
carcere,vt no.in l.1.& 2.ff.de recepta.& d.l.congruit. & in
l.vnica.C.de his qui lat.& ita tenent Arch.& Pet.de Anch.
in d.c.2.& Gãdi.in tract.de malef.in tit.de receptato. & in
10 quæſtionibus ſtatutorum.† Quintò quæro,an qui receptat
furem cum re furtiua,puniatur eadem pœna. Bald.dicit ꝙ
ſic in l.eos.C.de furtis.ſed in 1.vol.conſ.396. incipiente,ſu
per vnitate furtorum.dicit,ꝙ ſtatutum puniens furtum fa-
cientem, non vendicat ſibi locum in receptante rem fura-
tam,maximè quia aliud eſt furtũ ,aliud receptare rem fu-
ratã,bene tñ fateor,dicit ipſe,ꝙ dr opem ꝑſtare furi ſecun-
dùm Bar.in l.qui furem.ff.de fur.Fallit,niſi ignoranter re-
ceptauerit,neſciens eſſe rem furatam, ſecundùm Bal. in l.ſi
furti.C.de his qui not. infa.& ſup hac quæſtione vide Are.
in tract.de malef.in verbo,dicto maleficio ſemper aſtitit.
11 in 4.char.& ibi p Aug.in ſuis additionibus. † Sextò quæ-
ro, vtrum receptans bannitum pp inueteratam amicitiam
ſit puniendus pœna receptationis? Dicit Sal.in l.nullus.C.
de maled. ꝙ amicitia reprobornm eſt repellenda. vnde di-
cit,ꝙ amicitia inueterata non excuſat receptantem banni-
tum.& idem dicit Io.de Ana.in c.1.pen.col. de maledicis.
Septimò quæro,pone ꝙ quidam receptauit ſcienter quen-
dam hæreticũ demum iſte hæreticus pœnitẽtia ductus re-
uerſus eſt ad verã fidem,& abiurauit hæreſim, & ſic remiſ
ſum eſt ſibi delictum: quia eccleſia non claudit gremium
ſuum petenti,vt dictum eſt ſ.in ꝓcedenti conſti. & And.in
Auth.gazaros.de ſtatu.contra lib. eccle.editis.an in conſe-
quentiam ſit remiſſum delictũ receptationis illi , qui eum
receptauit? Dicit hic And.ꝙ non,quia illa indulgentia con
ceſſa per pœnitentiã hæretico non extenditur ad aliã per-
ſonam,ſ.ad receptãtem,allegat l.1.ff.de conſt.prin. cui ad-
de id,quod dicit And.in l.imperialẽ.in prin.de prohi. feu.
alie.per Fede. ꝙ gratia principis nõ extenditur de perſona
ad perſonam,de quo in c.quæ à iure.de reg.iu.lib.6.c.con-
ſtitutionem.de reg.facit l.quod verò.ff.de legi. & quod no
tatur in l.ſi verò. §. de viro.ff.ſol. mat.ſic ẽt dicimus, ꝙ di-
ſpenſatio facta ex vna cauſa non trahitur ad aliam perſo-
nam ẽt ꝙ militet eadẽ cauſa, vt no. Ant.de But.in c.poſtu-
laſti.de reſcrip. Accedant notata per d.glo. in l.nemo.C.de
ſent.& interlo.om.iu.ꝙ reſcriptum legis conceſſum ad pô
ſtulationem partis non eſt allegandũ in alijs cauſis.Et iõ di
cit Bal.in c.ſuper eo,de offi.deleg.ꝙ oẽs clauſulæ appoſitæ
in reſcripto reſtringuntur ad litigantes,non ad alias perſo-
nas.Inde dicit Bal.in l.ſi quis ad declinandam.4.char.C.de
epiſc.& cler.ꝙ priuilegium formatum reſpectu vnius per-
ſonæ,non põt extendi ad aliam perſonã,voluit idem Bald.
in l.1.C.de legi.& dicit Bal.in l.illã C.de col. ꝙ ſtatutũ nõ
trahitur ad perſonas ſimiles. vnde ſi ſtatutũ diceret, ꝙ pa-
truus excludat ſororem,tñ nõ excluderet amitam, quæ eſt

remotior.& voluit hoc Alex.in 2.vol.conſi.97.in 2.col.Fa
cit id,quod dicimus,ꝙ dilatio conceſſa principali debitori
per regem,iuxta l.quoties. C.de preci.impet.offe.non extẽ
ditur ad fideiuſſorem contractus,ſecũdùm Bal.in d.l.quo-
ties.& per Io de Imo.& ſcribentes in l.cum filius.§. ſi ſtipu
latus.ff.de verbo.obl.& per Bal.in l.tam mandatori. C. de
non nu.pec.cum ſi.facit ad hoc,quod dicit Bal.in l.1.C.de
diuerſis reſcr. ꝙ beneficium collatum vni non extenditur
ad perſonã ſeparatam,& nõ connexam,allegat.C. de don.
inter virum & vxo.l.ſi maritus. inde dicit Fel.in d.c.poſtu-
laſti.verſi.circa tertiam quæſtionẽ &c.in 3.col ꝙ diſpenſa-
tio tunc extenditur ad acceſſoria,qñ acceſſorium eſt tale ,
ſine quo ipſa diſpenſatio ſtare non poſſet: ſecus ſi ſtare poſ
ſet,quia non trahitur ad conſequutiua ſeparabilia, per bo-
12 na iura,quæ ipſe ibi allegat. † Tertiò no.ex tex.ibi, impro-
uidi. ꝙ licet prima charitas incipiat à ſeipſo,vt in l. præſes.
C.de ſerui.& vtilitas ꝓpria dẽt ꝑferri alienæ. ff. de ꝑ̃cr.ver
bis. l.ſeruandarũ.tñ hæreticus non hẽt hanc charitatẽ,quia
perſiſtendo in perfidia,ſeipſum principaliter perdit , & iõ
dr hic improuidus,& incautus,quia ſeipſum prodit in ani
ma & in corpore,hoc eſt contra ius naturale, quod vult, ꝙ
magis quis teneatur prouidere ſibi quàm alijs.ff.ſi quis o-
miſ.cauſa teſta. l.Iul.& not. Bal.in l.1.2.col.C.de inoffi.do.
Fallit in ſeruo,quia ipſe ſalutem dñorum debet ꝑ̃ferre ſuæ
ſaluti,vt l.1.§.eodem tecto.ff.ad Syllan.Quartò no. ibi,pu-
blicatis bonis oĩbus. caſum, in quo publicantur bona oĩa:
videlicet pp receptationem hæreticorũ,vel pp credentiam
in eos habitam,vel pp fauorem , vel opem, vel auxiliũ eis
13 præſtitum. † Sed quęro, [a] an iſta publicatio bonorum fiat
a ipſo iure,vel requiratur ſententia: & hoc dico pp fructus,
& propter facultatem teſtandi,vel alienandi,vt in ſimili di
cit Bald. in auth. inceſtas. C. de inceſtis nup. & Barto.in l.
poſt contractum.ff.de don. Dico, ꝙ eo ipſo,ꝙ quis eſt de-
claratus hęreticus,licet nihil dictum ſit de bonis,immedia
tè & ipſo iure ſunt publicata , vt dixi ſuprà in præcedenti
conſtitu.per auth.gazaros.de hære.& p c. cum ſecundùm.
de hære.in 6.Idem de iſtis receptatoribus,& fautoribus,vt
ſi declarati ſunt,ipſos receptaſſe,vel fuiſſe fautores hæreti-
corum,tunc ipſo iure bona ſunt confiſcata.requiritur ergo
declaratoria iudicis ſuper delictis ꝓdictis, ſicut dicit And.
in c.ſancimus.quo tẽpore miles.& in c.1.de feudo ſine cul
pa non amit.& notant Doctores in d.c.cũ ſecundũ ,de hæ-
re.lib.6.in hoc crimine hæreſis,& læſæ maieſtatis , eo ipſo
ſunt interdicta bona, ita ꝙ delinquens non poteſt de eis di
ſponere,nec in vita,nec in morte,ut dicit Bald.in l.1. C.ne
ex deli.defun.in 2.col.ſed in alijs delictis, in quibus publi
cantur bona,non perdit adminiſtrationem lite pendente.l.
aufertur.§.in reatu.ff.de iure fiſci.de quo per And.in c.1.in
uerbo,bona damnatorũ,& proſcriptorũ, quæ ſunt regalia.
Sunt aũt multi alij caſus , in quibus eſt pœna publicatio-
nis oĩum bonorũ, de quibus per Bal. in c.1.in 5.col.de pa-
14 ce tenẽda. † Item eſt alius caſus in Auth.inceſtas.C. de in-
ceſtis nup.Itẽ eſt alius caſus in Auth.de manda.prin.in §.ti
tulos.Item alius caſus eſt in bannito & forindicato , vel in
bannito tm̃,vt infrà in cõſt.pœna.& in cõſt. forindicatorũ.
Item alius caſus eſt in faciente guerram in regno,vt in con
ſti.comes .& in c.regis Caroli.I.qđ incipit, dũ regiæ conſi
derationis &c.Item alius caſus eſt in falſificãte monetam ,
vt in c. Regis Caroli I. quod incipit,cũ ex diuerſis.& cõſt.
qui nũmos,no.And.q̃ ſint regalia in verbo,monetæ.Itẽ eſt
alius caſus in barone recipiente cómendatos in terris de-
manij poſt ſecundã monitionẽ,ut in c. Regis Caroli I. qđ
incipit,prædeceſſorum noſtrorũ. Item alius caſus eſt, ſi ua
ſallus demanij acceſſerit ad terram baronis,& terra dema
nij derelicta ſit,vt in conſt. regni , perſonas. Item eſt alius
caſus,in quo fit publicatio oĩum bonorũ,uidelicet in rece-
ptante uiolatorem pacis,ut in d.c.j §.receptatoribus.de pa
ce iura.fir.regulariter aũt pro alijs delictis non imponitur
pœna publicationis oĩum bonorum,ut patet in auth. bona
dãnatorũ.C.de bon.dam.& in §.fi.in Auth.ut nulli iudicũ.
& no.Ang.Are.in tract.maleficiorum.in verbo,& eius bo-
na

na publicamus. hic caderent multæ quæſtiones, quæ tan-
guntur per Aret. in loco præallegato, & per Andr. in titu.
quæ ſint regalia. in verbo, bona damnatorũ & ꝓſcriptorũ.
15 de quibus ſcripſi ibi, ideo hic omitto. & ſic patet, † ꝙ pp
peccata hominũ fit punitio in rebus. Ad hoc vide multa e-
legantia verba, quæ ſcribit Lucas de Penna in l. 1. C. ſi cu-
rial. relic. ciuit. &c. lib. 10. & in l. qm̃. C. de cur. publico. lib.
12. Quinto no. ibi, relegandos in perpetuũ. ꝙ relegatus ex
crimine receptationis hæretici, dr̃ relegatus in perpetuum,
cum regulariter relegatio fiat ad tempus, vt dicit Spe. in ti.
de accuſa. §. ſequitur. ver. cęterùm. & ét in perpetuum, vt di
cit tex. in l. relegatorum. §. hæc eſt differentia. ff. de interdi.
& relegat. & ꝙ talis relegatus in perpetuum eſt infamis, vt
hic. an autem talis infamis poſſit facere teſtamentum, tan-
git Bar. in l. is cui. §. ſiquis ob carmen. ff. de teſta. & in diſpu
ta. ſua, quæ incipit, ſtatuto ciuitatis Lucanæ. & concludit,
ꝙ talis receptor hæretici, qui eſt infamis, non pòt facere te-
ſtamentum, quia ita expreſsè dicit conſtitutio Imperatoris
Federici, quæ incipit, credentes. poſita in tit. de ſtatutis con
tra liber. eccle. editis, qui tit. eſt in vſi. feud. Sed qñ incurrit
infamiam ex alia cauſa, talis infamis pòt facere teſtm̃, per
l. eum qui. §. fi. ff. de teſta. inquantum loquitur de relegato,
qui poteſt facere teſtm̃, & tamen eſt infamis, vt in l. cogni-
tionũ. §. minuitur. ff. de var. & extraordi. cognit. & proba-
tur in l. 2. C. de ſecundis nupt. & firmat Bal. in l. fi. in 1. col.
C. ſi a non compe. iudi. Io. Andr. in regu. infamibus, in 6. &
16 Bal. in l. 1. 3. col. de ſecun. nupt. † Sed quæro vtrum iſte re-
legatus in perpetuum a iuſtitiario erit relegatus per totum
regnum? Dico, ꝙ de iure iſta relegatio cõſtituta fuit ab Im-
peratore, qui fuerat dñs regni vtriuſque Siciliæ, qui voluit
conſtitutiones iſtas ſeruandas fore in dictis regnis. & ideo
iſta relegatio intelligitur per totum regnum, quia eius mã
dato facta eſt, ſecundùm Bal. in l. placet. 8. col. C. de exec. rei
iud. vbi dicit, ꝙ licet regulariter nemo poſſit interdicere ni
ſi prouinciæ, quam regit, vt per Bar. in l. relegatorum. §. eſt
quoddam. ff. de interd. & releg. tamen hoc non procedit in
Imperatore, qui ſic ſolet interdicere, & ideo cõſtitutio prin
cipis, licet non ſit ius ſcriptum, facit legem, ſecundum Bal.
in l. nemo. C. de epiſc. and. ſubdens, ꝙ extra loca propria ho
die poteſt ex conſuetudine fieri relegatio, & dicit Abb. Si-
cu. in c. poſtulaſti. de foro compe. in 4. col. ꝙ cum hæ pœnę
inſligantur in perſonam, & nõ ſunt perſonæ afflictiuę, por-
rigunt effectum etiam extra territorium, quia ſequuntur
perſonam ſicut lepra leproſum &c. vt in iuribus allegatis
17 per Bal. in d. l. nemo. † Sextò no. ex tex. ibi, ad honores, ꝙ
iſti receptatores, & fautores hæreticorum & ipſorum filij,
non ſolùm ſunt priuati honoribus præteritis, ſed etiam fu-
turis, unde non poterunt eſſe nec ſyndici, nec legati, nec ha
bere aliquod publicum officium, vt in l. j. ff. de muner. &
honor. & in l. 1. C. de bono. & muneri. lib. 10. nec notarij,
vt firmat Lucas de Penna in l. vniuerſis. C. de decurio. libro
10. nec habere beneficium eccleſiaſticum, ut in c. quicũq;.
de hæret. lib. 6. imò priuatur eo, qđ habet. c. 1. de ſciſmat.
& no. 56. diſt. c. ſatis peruerſum. & de hoc, an notarius in-
famis poſſit conficere inſtrumentum, uide Bal. in l. Caſſius.
ff. de ſena. & per Bal. in d. l. 1. 8. col. C. de ſum. trin. Inn. in c.
fraternitatis. in uerbo, depoſitus. de teſti. Bar. in l. eadem. §.
1. ff. ad l. Iuliam repetundarum. nec decurio. l. à decuriona-
tu. ff. de uac. mun. nec pendente proceſſu ſuper dicta rece-
ptatione, uel fauore præſtito poteſt ad nouos honores pro-
moueri, per tex. in l. unica. C. de reis poſtula. lib. 10. & pro
18 hoc bene facit l. 2. C. de dignita. lib. 12. † ubi notati infa-
mia non debent ſumi ad honores, & ad dignitates: & ſi di-
gnitas conferatur infamibus, dignitas maculatur, ut C. ſi
ſeruus, aut liber. ad decur. aſpira. l. 2. & peccant principes
ſuſtinẽtes infames ratione peccati in dignitate, ſecundùm
Innocen. in c. qualiter & quãdo. de accuſa. quia infamibus
ſunt interdicti actus legitimi. cap. licet ex quadam. de teſti.
quia digni ſunt in adminiſtratione præponendi, & ordi-
nandi, ut in Authen. ut iudi. ſine quoquo ſuffrag. §. cos au
tem, uerſi. itaque. Ex quibus patet, ꝙ propter delictũ per-
ditur priuilegium. cõcord. l. 1. C. de uetera. lib. 12. & idem
dicitur in cap. ad abolendam. de hæretic. & Lucas de Pen.
in d. l. 1. de ueteranis. ponit multos caſus, in quibus perdit
priuilegium, ut ibi per eũ. Septimò nota tex. ibi, infamiæ
perpetuæ. quòd iſti receptores hæreticorum, & fautores, &
19 eorum filij ſunt infames infamia iuris, per iſtum tex. † om-
nes enim præuaricatores fidei Chriſtianæ ſunt infames, ut
in cap. alieni. 2. q. 7. & 6. quæſt. 1. cap. infames. Sed non tol-
litur infamia per emendationem uitæ, ut not. in c. teſtimo-
nium. de teſtibus. & Alex. in l. prætor. §. is etiam. ff. de eden.
bene tamẽ credo, ꝙ iſta infamia poteſt tolli per regem, de
quo per Bar. in pe. quæſt. in l. infamem. ff. de pub. iud. & per
Iaco. de Belui. in c. 1. hic finitur lex Corradi. & vide ſuper
hoc apoſtillam Alex. in d. l. infamem. & per hoc l. 1. §. ſena-
tus. ff. de poſtulan. ubi Bart. ſentit, ꝙ rex non recognoſcens
ſuperiorem hoc poteſt facere. & idem Ioã. de Imo. in d. l.
infamem. & pro hoc eſt lex, Caſſius. ff. de ſenato. & in l. 2.
C. de ſenten. paſſis. & plenè notatur in c. cum te. de iudic.
Octauò nota ex tex. ibi, nec in teſtes. quòd iſti receptato-
res, & fautores hæreticorum, & eorum filij non poſſunt eſ-
ſe teſtes in aliqua cauſa ciuili, uel criminali, quia ex quo
ſunt priuati omni honore, ſunt etiã priuati honore feren-
di teſtimonium, quia ferre teſtimonium, honor eſt, ut in
iuribus hic in gl. allegatis. Et eſt ſciendũ, ꝙ etiã in caſibus,
in quibus teſtes infames non repelluntur à teſtimonio, in
illis caſibus non poterunt eſſe teſtes fautores, & receptato-
res hæreticorum, & eorum filij, quia infamia eorum, quã
incurrũt, excedit alias infamias, ut hic, & in l. 1. C. de ſum-
ma trinit. & in auth. gazaros. C. de hæreti. & iſtud proce-
dit, ſi tex. huius cõſtitutionis dicat, nec in teſtes, nec in cau-
ſis, in quibus non repelluntur infames, aliquatenus admit
20 tantur. † Nam regulariter teſtis infamis repellitur à teſti-
monio, ut in l. 3. in prin. & in §. lege Iulia. in fi. ff. de teſta. 4.
quæſt. 3. cap. ſi autem ea, ſecundùm Inno. in c. cum P. Man-
conella. de accu. habetur per Dyn. in regula, infamibus, lib.
6. & ff. de his qui not. infa. l. ſecunda. §. miles. & in Spec. de
b teſti. §. 1. uer. itẽ excipitur, ꝙ eſt infamis. & maximè ubi [b]
de iure, uel per ſtatutum requiruntur teſtes idonei, & inte-
græ opinionis: tunc etiam infames infamia facti repellun-
tur, ut in c. 1. qui teſtes ſint neceſ. ad proban. ingratitudinẽ.
hoc firmat Io. de Ana. in c. 1. in fi. de accu. & Felyn. in cap.
c licet cauſam. de probat. Sed bonũ eſt hic uidere [c], qui ſunt
caſus, in quibus de iure infamis poteſt ferre teſtimonium.
Et dico, quòd primus caſus eſt, quando quis eſt infamis in-
famia facti, tunc poteſt ferre teſtimonium; ſed minus cre
ditur, dummodo cum tormentis, ſecundùm Barto. in l. 2.
§. duæ autem. 2. col. ff. de Carbo. edicto, & eſt gl. in d. l. 1. C.
de ſumma trin. & in Auth. de teſti. § ſi uerò. & firmat Bart.
in d. l. 1. ſed Abb. Sic. & Bal. in c. licet cauſã. de prob. dicunt
per illum tex. ſing. quòd eſt in arbitrio iudicis, an teſtes
infames infamia facti uelit admittere ad teſtimonium, &
dicit Bal. ibi, ꝙ non reperitur alibi melior tex. ſed Bald. in
c. 1. an remoueri debeant teſtes, qui pares eſſe deſierunt.
21 dicit, quòd † teſtis notatus infamia facti ſi deponat teſti-
monium ſuum, & cum eo concurrat aliqua alia probatio
non plena, eius teſtimonium facit adminiculum. & ponit
exemplum. pone, teſtamentum eſt ſcriptum manu teſtato
ris, & teſtes ſe ſubſcripſerunt: nam licet iſta ſcriptura pri-
uata nõ faciat plenam fidem, ſi tñ iſta ſcriptura eſt coadiu
uata uiuo teſtimonio, teſtis infamis infamia facti, ex quo
habet adminiculũ, admittitur, ſecus ſi in actibus ſolenni-
bus non habet aliquod adminiculum, quia tunc nihil ua-
let eius teſtimonium, ut no. in l. Caſſius. ff. de ſenatoribus.
& no. in d. l. 1. C. de ſum. tri. & intellige, ſcdm Bal. in d. l. 1.
de infame infamia facti elidens, & debilitans fidem hoĩs,
tunc in cauſis criminalibus, & grauibus non eſt idoneus te
ſtis, ſed in cauſis nõ grauibus nec criminalib. maior fides
adhibetur, niſi habeat cohærentia, vel adminicula ꝓ eo, ſe-
cũdũ Bal. in d. l. 1. & in d. c. 1. an remoueri dẽat &c. iſta in-
famia facti ad effectũ repellendi teſtes irrogatur p ſñiam
iudicis, uel decreto ſuperioris in publicis iudicijs, ut habet
in

ſu d.l.infamem. & no.in d.l.Caſſius. & bene hoc dicit Al-
ber.de Roſ.in l.nullam. C.ex quib.cau.infa. irrog. vbi re-
fert Arch.de verbo ad verbum,in c.teſtes.2.q.7.vbi multa
dicit de iſtis infamibus infamia facti. de iure autem cano-
22 nico ſufficit,quòd † probatum ſit crimen in iudicio,vt ef-
ficiatur infamis infamia facti, per c. ſuper eo. de teſt. ſm
Abb.Sic. in c.teſtimonium.2.colum.eod.tit. Quid autem
ſi aliquis ſit accuſatus de crimine publico, propter quod
incurritur infamia, an pendente accuſatione admittatur
in teſtem? Dicit Abb.Sic.in fi.de teſti.quòd hoc dependet
ab eo,an ſit abſolotus, vel condemnatus, ſed Abb.in d.c.
teſtimonium.in 4.col.dicit, quòd in cauſa criminali infa-
mis infamia facti repellitur à teſtimonio,& etiam in cau-
ſa ciuili,ſi eſt infamatus de crimine,quod ſit proxima cau
ſa infamiæ,niſi talis infamatus ſit emendatus: tunc noo re
pellitur à teſtimonio in cauſa cinili, per illum tex. in fi. &
dicit, ꝙ ita tenet ibi Ioan.An. & ſobdit, ꝙ omnes infames
de iure ciuili ſunt infames ſecundùm canones, ut probat
tex.io c.nmnes verò. 6.q.1.& no.Inno.in c.qualiter & q̃n.
de accuſat. Secundus caſus eſt, ſi producitur teſtis infamis
infamia facti in cauſa ciuili cum alio teſte integrę opinio-
nis, quòd iſti duo teſtes faciunt plenam fidem, ſecundùm
Bal.in l.ſi quis ex argentarijs.§.cogentur. & ibi Alex.ff.de
eden. ſecus eſſet dicẽdũ in infame infamia iuris, quia eius
dictum nno ſuppletur propter alium integrum teſtem, vt
dixit Bal.ibi per l.maritus.ff.de quæſt.& eſt de mẽte Ang.
in d.§.cogentur.& ibi firmat hoc Alex. & Sal.in l.in bonę
fidei. 10.col.C.de reb.cred. & Bald.in l.1.3.col. C.de teſt.
Tertius caſus,quia in ſubſidium teſtis infamis cum tormẽ
tis poteſt examinari,& eius teſtimonium admittitor,ſecũ-
dùm Bar.in d.l.1.C.de ſum.Trin.in 6.col. per l.ob carmẽ.
23 §.pe.ff.de teſti.& l.qui vltimo. ff.de pę. †Quartus caſus eſt
ſi producitur teſtis infamis contra alium infamem,nã va-
let eius teſtimoniũ, vt tenuit gl.in l.3. §.lege Iulia.ff.de te-
ſti.ſed Bal.in l.cum mulier.in 18.col.ff.ſol.mat. auctorita-
te Bar.ibi diſtinguit,ꝙ aut teſtis infamis contra infamẽ eſt
ratione eiuſdem ſectæ,ſeu delicti,tunc valet eius teſtimo-
niũ:aut teſtis eſt infamis ratione diuerſi delicti,& non ad-
mittitur in teſtẽ,ſed idẽ Bart.& Bald. dat aliam limitatio-
nẽ in l.in arena.C.de inoff.teſt. videlicet, ꝙ valet teſtis in-
famis contra infamẽ, niſi iudex uellet ipſum teſtẽ ex offi-
cio infamẽ reijcere,ꝙ poteſt facere:licet ipſe infamis,con-
tra quẽ producitur,non poſſit reijcere,allegat Guil.de Cu
neo,arg.l.quos prohibet.ff.de poſtu. facit ad hoc glo.in l.
quoni à.C.de hære.& quæ ſcribit Iaſ.in d.l. in arena. Quin
tus caſus eſt in crimine læſæ maieſtatis,vbi infamis admit
titur ad teſtificandũ,vt in l.in quæſtionibus. per Bart.ff.ad
leg.Iul.maieſt.& eſt gl.in d.l.3.§.lege iul.ff. de teſti.ꝙ verũ
eſt ad probandũ delictum tantũ,non autẽ adminicula, ut
dicit Bar.in d.l.in quæſtinnibus. Et ad probãdũ ipſum de-
lictũ non aliter admittitur niſi cũ tormentis, ſm Ino. in c.
cũ P.Manconella.de accuſ.& firmat Alex.in l.ex libero.ff.
de quæſt.Sextus caſus eſt ad excipiendũ,vel excuſandũ de
calũnia, ſufficit probatio p teſtes infames, verba ſunt Bal.
in addi.Spec.io tit.de calũoiat.in finalib.verbis. Septimus
caſus eſt, ſi per ſtatutũ eſt quis infamis,tunc poteſt eſſe te-
ſtis ad probandũ amplexũ in adulterio,ſed non matrimo-
nium,ſm Bal.& Sal.in auth.ſi dicatur.C.de teſt. allegat c.
per tuas. de ſimo.Sed pro intelligentia facio hic vnã oppo
ſitionem. dicitur hic, ꝙ infamis ex receptatione hæretici
non poteſt eſſe teſtis,etiam in caſu, vbi infames ex alia cau
ſa poſſunt ferre teſtimoniũ,ut patet in ſeptẽ caſib.ſupra po
ſitis,ergo infames ex receptatione ſunt magis priuilegiati,
quia in illis caſibus etiã repelluntur. Solutio,iſtud non ad-
mittere infames tales in teſtes,non eſt priuilegiũ, imò eſt
dedecus magnũ, quòd in nullo caſu quis poſſit eſſe teſtis,
ex quo eſſe teſtem eſt honor,ut dicit hic gl.poteſt & ſecũ-
do modo ſolui ſecundùm aliã literã huius conſtitutionis,
quæ dicit,vt nec in teſtimoniũ in cauſis, in quibus repellũ
tur teſtes infames, aliquatenus admittantur : & tunc cla-
rus eſt ſenſus, ꝙ tales infames ex receptatione hæreticorũ
non admittuntur in teſtes,ſicut alij infames ipſo iure, qui
nullo modo poſſunt eſſe teſtes,ut in c.præterea. de teſtib.
cogen.& no.in d.c.teſtimoniũ.& in c.licet ex quadam. de
teſt.& gl.in d.l.3.§.lege Iulia.niſi in crimine læſæ maieſta
tis,ſecundùm Salycet. in authen. ſi dicatur. C.de teſti. nec
hic valet argumen. à contrario ſenſu, ergo ubi teſtes infa-
mes admittuntur, vt in caſibus præmiſſis, & iſti infames
ex receptatione admittuntur, quia teſtes infames infamia
iuris nullo modo admittuntur in teſtes in caſibus, in qui-
bus teſtes infames ex infamia facti admittũtur, quia reſul
taret correctio plurium iuriũ, uiolẽtium, ꝙ teſtis infamis
infamia iuris,nullo modo admittatur in teſtimonium per
iura ſuperius allegata.& ideo non procedit argu.à contra-
rio ſenſu,ut no.in l.ſi plures.C de condi.inſertis. & not.in
c.vnico.de æta.& qualit.cum concord.quæ allegantur per
Iaſ.in l.1.ff.de offic.eius cui mand.eſt iuriſdi.& per Fel. in
24 1.diſtinct.in lib.decreti. † Octauò no.ex tex.ibi, dixerint,
quòd ſi filij illorum,qui receptauerunt hæreticũ occultũ,
hæreticum manifeſtauerint, quòd ex hac manifeſtatione
conſequentur præmium reſtitutionis in integrum quò ad
priſtinam famã,& ſic deſinent eſſe infames,& erunt habi-
les ad honores,& dignitates. ſic de iure ſeru, qui in publi
cum detulerint aliquẽ facientem adulterinam monetam,
ex hac manifeſtatione conſequentur præmium libertatis,
& reſpublica Romanorũ ſatisfaciet domino pretium ſer-
ui,ut in l.2.C.quibus ex cauſis ſerui præmium liber. acci-
piunt. ſic etiam ex manifeſtatione falſæ confeſſionis factę
in iudicio, quòd patronus aſſeruit libertum ſuum eſſe in-
genuum, vbi non erat ingenuus, ſed libertus, & hoc erat
occultũ, quòd erat libertus, ipſe reuelans acquiret ius pa-
tronatus, & ipſum ſeruum uigore l.2.C.de colluſio. dete-
gen. & ille patronus falsò cõfitens eum ingenuum, perdit
ius patronatus. Et ſic patet,quòd datur præmium ex actu
virtutis,ſicut dicitur in l.& virtutum.C.de ſtatu.& imagi-
nib.& 12.q.2. c.charitatem. vbi, qui præſtat obſequium,
debet conſequi beneficium. Sed iuxta hoc quæro, quid ſi
iſti filij receptatorum hæreticorum ſimiliter receptaſſent
hæreticos,& detexiſſent ſocios receptantes, an conſequan
tur præmium ſupradictũ? Bald.in ſimili tangit hoc dubiũ
in l.1.C.de condi.ob turp.cau. & refert Bar.in l.1. §.ſi tibi.
ff.eod.tit.& concludit,quòd ſic. nec obeſt, quòd ſi ſtatutũ
præmiat reuelantes crimina,quòd non intelliguntur præ-
miari ſocii criminum & fautores : quia iſtud eſt uerum,
quando eſſent interrogati à iudice : ſecus ſi ſponte reue-
laſſent complices, ſocios, & fautores & an detegens tales
receptatores hæreticorum teneatur probare iſtam recepta
tionem,ut gaudeant dicta reſtitutione famæ. text. iſte ex-
preſsè requirit,quòd probetur: tamen me remitto ad ſcri-
pta per Ang.de Are.& Aug.in tract. maleficiorum,in ver-
25 bo,necnon ad denuncia.†Nonò no.ex tex.ibi reſtitutionis
in integrũ. quòd iſta reſtitutio in integrum ad famã non
oportet, ꝙ impetretur à principe propter manifeſtationẽ
ſpõte factã de receptatorib.hæreticorũ occultis, ex quo re
ſtitutio ipſa facta eſt per iſtã conſtitutionẽ, poſtquã appa-
ret de reuelatione prędicta,& receptatione,ex quo iſte Im
perator reſtituit in priſtinũ ſtatũ,præterquã in bonis confi
ſcatis,iſtos filios receptatorũ hęreticorũ ad priſtinã famã,
ut quod abſtulit eis delictũ paternu,benignitas huius con
ſtitutionis reddit per reuelationẽ receptatorũ hæreticorũ.
facit ad hoc l.fi. C.de ſen.paſſ. & l.ꝙ ſi minor.§.reſtitutio.
ff.de minor.Apparet ergo tex. quòd iſta nõ eſt plena reſti-
tutio, ſed tantùm ad famam, & ideo non recuperat bona,
firmat Card.Floren.in c.quia diligenti. de elect. quem ad
hoc allegat Felyn.in c.de his,circa fin. de accuſ. quia reſti-
tutio plena eſt in priſtinum ſtatum repoſitio. l.uideamus.
§.in Fauiana. ff.de uſur. no.Andr.in c.1. de uaſ.decre. æta.
26 †Decimò & ultimo no.ex tex.ibi,beneficium, quòd reſti-
tutio in integrum appellatur beneficium, gl.fi. hic allegat
concor.ſed ego addo tex.in c.fi. & ibi per Abb.extra de re
ſtitutione in integ.& iſta uerba ſub ſpe dictę reſtitutionis,
ſunt poſita de æquitate in fauorem fidei,aliàs ſolẽt dici ſi-

ne ſpe reſtitutionis, & hoc dicitur ad terrorem, vt in c. quo
niam. de ſimo. & in c. veritatis. & ibi Abb. in 2. col. de dolo
& cont. In glo. 1. ibi, & poſtquam quilibet ipſorum. no. iſtã
3. gl. quod receptatores hæreticorũ, vel fauentes hæreticis, vel
eis credentes, poſtquam quilibet eorum ſunt officiali denũ
ciati, ſi non ſatisfecerint infra annum, ipſo iure efficiuntur
infames, ſicut quilibet hæreticus, vt in iurib. alleg. in glo.
cui adde, quod ille, qui ſtat in excõicatione per annum, ea tan
ta contumacia habetur pro confeſſo delictum, ex quo fuit
citatus, & excõicatus, & fuit cõtumax per annum, vt tenet
Spe. in tit. de accuſ. §. ſequitur. in princ. & pro hoc c. ruſus.
& c. quicunque. 11. q. 3. & pro hoc vi. bona gl. in c. cum cõ-
tumacia. de hæret. lib. 6. vbi dicit, quod etiam in alijs crimini-
bus ab hęreſi ſtans in excõicatione per annum habetur pro
conuicto de illo crimine, & debet vt hæreticus condemna
ri, & patet in conſti. Feder. gazaros, ſæpe alleg. ſupra, & no.
Anto. de But. in c. cum bonæ. in fi. de æta. & qual. & firmat
Abb. Sic. in c. 1. in 13. col. de iud. & dicit Auth. item quicũ-
que. de ſta. contra liber. eccl. edi. quod ſi quis ſteterit in excõi-
catione per annũ, quia aliquid fecit contra libertatẽ eccle-
ſiæ, imperiali banno ſubiaceat, & ab eo nõ extrahatur, niſi
prius ab eccleſia fuerit abſolutus, & per cap. Regis Caroli
editum, in planitie ſancti Martini, prouiſum eſt, quod ſi quis
ſtetit in excõicatione vltra annum cõtumaciter, debet per
iudicem eccleſiaſticum denunciari curiæ ſeculari, vt pœna
debita per ipſam curiam imponatur, vt in c. quod incipit,
Item ſtatuimus, quod ſi contingat. & de hoc tangunt doc. in c.
contingit. de dolo, & cont. & in c. grauem. de pœnis. & Io.
And. in c. pro humani. de homi. lib. 6. & de hær. c. excõica-
mus. §. ſi verò. & aliqualiter per And. in c. 1. in fi. per quos
fiat inueſt. & dixi in c. 1. in fi. quib. mod. feu. amit. & de iſta
27 annali contumacia, vide infra in conſt. pœna. in 2. lib. † An
autem ille, qui ſtetit per annum, & ultra in excõicatione,
hoc ipſo perdat etiam beneficia eccleſiaſtica? Inno. dicit, quod
ſic, in d. c. cũ bonæ. de æta. & qual. de quo per Ant. de But.
& Abb. in d. c. 1. de ind. & per ſcribentes in c. veritatis. & c.
contingit. de dolo & contum. & dicit Hoſt. quod qui ſtetit in
excommunicatione per annum, & vltra, quod debet perdere
cauſam. c. tuæ. vt lite non conteſt. & in d. c. cũ bonæ. & Ant.
de But. in d. c. veritatis. & in d. c. cõtingit. In eadem ibi, nec
innouantur prædictæ pęnæ. ſentit hic gl. quæſtionem, vtrũ
propter pœnam impoſitam per iſtam conſtitutionem rece
ptatoribus, & fautoribus hęreticorum, & eis credentib. ſit
ſublata pœna excommunicationis, quæ imponitur per ca-
nones, vt in c. excõicamus. §. credentes. & c. pen. §. credẽtes.
de hær. & dicit, quod non, immo per conſtitutionem iſtam eſt
augmentata pęna dictorum canonum, & d. auth. gazaros.
& pro hoc allegat. l. qui ſepulchra. C. de ſepul. viol. & ibi
vide Sal. ponentem vnam diſtinct. ſuper hoc articulo, &
quando pęna iuris cõis concurrat cum pęna ſtatutaria. &
eius diſtinctio pro maiori parte fuit Bart. in l. ſanctio legũ.
ff. de pœnis. de quo vide etiam per Io. de Imo. in l. 1. in 1.
char. ff. de pub. iud. & per Bal. in l. data opera. 2. col. C. qui
accuſ. non poſſ. & Dyn. in l. 1. ff. vi bon. rap. & ibi optimam
apoſtil. Alexã. vbi allegat multas quotas ad hoc, & d. l. qui
ſepulchrum. allegat Bal. in l. 1. in 1. col. C. de inoff. do. vna
cum l. quoties. ff. de actio. & obl. ubi dicit, quod auxilium an-
tiquum concurrit cum nouo, quod cępit competere. & ibi
gl. allegat cõcor. per quam legem dicit Bald. in l. in eum. C.
28 de furtis. quod † licet lex noua imponat nouam pœnam pro-
pter delictum, non tamen per hoc tollitur pęna legis anti-
quæ, quia plures leges pęnales poſſunt in eodem facto di-
ſponere, ut in l. ſenatus. ff. de accu. & no. in l. 1. C. de calum.
& pro hac regula, quod una pœna poſita per legem antiquam
non tollitur per nouam imponentem maiorem, uel leuio-
rem pęnam, ultra iura allegata hic in gl. ſolet allegari etiã
tex. in l. 3. in princ. & ibi per Dyn. ff. de libe. homine exhib.
& gl. & ibi Domin. de S. Gemin. in c. 2. in uerbo, per annũ.
de tempo. ordi. lib. 6. & in c. cupientes. §. quod ſi per xx. in
uerbo, petere. de electio. lib. 6. & ideo dicimus eſſe firmam
concluſionem, quod ſi pro uno delicto ius canonicum impo-
nit unam pœnam, & pro eodem delicto ius ciuile imponit
aliam pœnam, & delictum eſt tale, quod pertineat ad utrũ
que forum, ambas pœnas ſubſtinebit delinquens. hoc uo-
luit glo. in c. 1. de emp. & uend. firmat bene hoc Bal. in l. 1.
9. col. uer. modò circa hoc incidit talis quæſtio. C. de ſum.
Trin. & idem Bald. in l. placet. & in auth. clericus. C. de epi
ſcop. & cler. & Io. And. in nouella, in c. fęlicis. de pęn. lib. 6.
& Ant. de But. in c. cum ſit generale. de foro comp. & in c.
tuæ. de procur. in 2. col. bene etiam firmat Petr. de Anch. in
regula, ea quæ. lib. 6. in 9. q. poſt argum. pro & contra. fir-
mat etiam Ioan. de Anan. in c. de his, 2. col. extra de accuſa.
& in c. 2. in 1. col. extra, de adulter. & ego dixi poſt Andr.
in c. 1. in uerbo, pęnarum. in 7. q. quæ ſint regalia. hæc con-
cluſio bene probatur in d. l. placet. quia una iuriſdictio de-
bet aliam adiuuare, ſecundùm Alber. de Roſa. ibi. de quo
dixi ſupra in proęmio harum Conſti. in princ. in glo. in ver
bo, gladij. Item bene probatur Inſtit. de noxal. §. ſin autem.
in d. l. quoties. ff. de act. & obl. & in l. cum ex vno. & in d. l.
qui ſepulchra. Sed hæc regula habet decem limitationes.
Et primò fallit, niſi ex intentione latoris nouæ legis appa-
reat, quod voluit, quod delinquens ſolùm puniatur pęna contenta
in noua lege, & non ſecundùm legem antiquam, vt quia
certum eſt, quod voluit pęnam antiquam minuere, vel aug-
mentare: nam tunc receſſum eſt à pęna veterum legum. &
hoc per tex. in l. qui cum vno. §. qui poſt. in gl. in verbo, re-
ceſſerit. ff. de re mil. ſecũdùm Bal. in l. in eum. C. de fur. idẽ
voluit Domin. de S. Gem. in c. 2. de temp. ord. præall. & Io.
de Ana. in c. quod olim. de Iudæis. dicens idem ſi ex præ-
ſumptionibus appareat, quod lex noua voluit corrigere in pę-
29 na leges antiquas. † Secundò fallit, niſi lex noua dirigat ver
ba ſua in iudicem: tunc non poteſt delinquenti imponere
pœnam contentam in lege veteri pro illo delicto, ſed de-
bet imponere pęnam contentam in lege noua, ſecundùm
Bal. in d. l. in eum. & in auth. ſed nouo iure. C. de fur. Tertiò
fallit, quando quælibet actio tendit ad vindictam: tũc vna
pęna poſita pro vno delicto in vna lege tollitur per aliam
pęnam poſitam in ália lege pro eodem delicto, hoc per l.
prætor edixit. §. 1. ff. de iniurijs, ſecundùm Bar. ibi, & idem
Bartol. in l. 1. ff. vi bonorum rapt. hoc etiam expreſſè fir-
mat Lapus allegat. 30. quæ incipit, conſilium fuit. in 3. col.
verſi. nunquid. & Abb. Sic. in c. de cauſis. de offi. del. Quan-
do autẽ dicatur agi ad vindictam, & quando pro re fami-
liari, bene declarat Salyc. in d. l. qui ſepulchra. Quartò fal-
lit, niſi pęna poſita in vna lege pro eodem delicto eſſet ex-
traordinaria, vel arbitraria, & alia lex pro eodem delicto
imponeret certam pęnam, tunc illa arbitraria eſſet ſubla-
ta per legem nouam imponentem certam pęnam: hoc ex-
preſſè voluerunt Bartol. in l. 1. ff. vi bono. rapto. & Salyce.
in d. l. qui ſepulchra. licet Bal. ibi hoc impugnet, vt ibi per
eum. Quintò fallit, quando lex variè delictum punit: tunc
iudex poteſt imponere pœnam, quam velit de expreſſis in
iure, ſecundùm Abb. Sicul. in d. c. 1. de empt. & vendi. alle-
gat d. l. quoties. & c. quoniam, in fine, vt lite non conteſt. &
hoc ex cauſa. Nam iudex ex cauſa in ſententia poteſt miti-
gare pœnam legalem, etiam ſi ſit impoſita à ſtatuto mu-
nicipali, ſecundùm Abbatem in d. c. 1. per l. quid ergo. §. pę
na grauior. ff. de his qui no. infam. & ibi etiam per Bart. &
ſcribentes, & per Bald. in l. & ſi ſeuerior. C. ex quibus cau-
ſis infam. irrog. & per Andream in c. 1. in verbo, bona com
30 mittentium crimen læſæ maieſtatis. quę ſint regalia. † Sex-
tò fallit, vbi per eandem legem eſſet impoſita pęna ſpecia-
lis ex certis circunſtantijs: tunc ceſſat pœna legis genera-
lis per pœnam ſpecialiter impoſitam, vt eſt videre in cri-
mine falſi, ſecundùm Iacobum de Rauen. vt refert Cyn. in
d. l. qui ſepulchra. per l. ſanctio legum. ff. de pę. licet Bal. in
d. l. qui ſepulchra. hoc non firmet, ſed ipſam firmat in l. da
ta opera. in 2. col. C. qui accuſ. non poſ. Septimò fallit, quan
do ius commune imponit vnam pœnam pro delicto, &
aliam imponit ſtatutum particulare loci: tunc punitur pœ
na ſtatuti, & non poteſt puniri pœna iuris communis, ſecũ
dùm Alber. de Roſ. in d. l. qui ſepulchra. circa finem. & di-
cit vidiſſe

cit vidiſſe ſic ſeruari, alleg. Spe. in tit. de pœna temere liti-
gantium. verſ. vltimo. & in tit. de accuſ. in 3. parte. §. 1. verſ.
1. ſed Io. de Imo. in l. 2. 2. col. ff. de pub. iud. dicit, ꝙ hoc pro
cedit quò ad executionem pœnæ, ſed quò ad natiuitatem
actionis, nata eſt vtraq; pęna. Idem tenet Pau. de Leaza. in
cle. paſtoralis. de re iudi. ſed Abb. Sic. in d. c. de cauſis, tenet
contrariom, niſi appareat, quòd ſtatutum voluit recedere
à pęna ioris communis impoſita. Idem firmat Dominic. de
ſancto Gemi. in c. 2. in 3. char. de conſti. & dicit ita tenuiſſe
Richardum de Senis, vnum ex compoſitoribus ſexti libri
decretalium. & vide ad hoc Io. And. in nouella, in cap. fi. de
ele. li. 6. verſi & idem ibi diſputauit Richar. Malumbræ. ta
men ex conſuetudine ſeruatur prima opinio, licet de iure
Abb. Sic. & Dom. de ſancto Gemi. dicant veritatem. Quid
antem ſi per ſtatutum imponitur pęna mortis pro delicto,
& pro eodem delicto de iure communi non imponitur pę
na mortis, ſed alia pęna: & illud delictum eſt commiſſum
extra territorium ſtatuentium, an puniatur pœna iuris cō-
munis, vel ſtatuti? Vide Alex. in 1. volu. conſi. 111. in 1. col.
31 Octauò fallit, niſi † vnus iudex vnios territorij puniuit de
linquentem ratione delicti commiſſi in ſoo territorio, qua
ſi alios iudex alterius territorij ratione originis, & domi-
cilij velit eum de eodem crimine punire, noo poteſt, vt di-
cit diſputando Iac. de Belui. in l. 1. C. vbi de crim. agi opor.
prout refert Bald. qui hoc tenet in l. nullum. C. de teſtibus.
Nonò fallit, niſi ab vna lege ponantur duæ pęnæ alternati-
uæ: tunc ſufficit alteram imponi, per regulam, in alternati-
ois. lib. 6. & tunc electio eſt iudicis, per tex. in l. 1. §. expila-
tores. ff. de effracto. & l. 2. ff. de ſer. fug. ſi verò à diuerſis le-
gibus pro vno delicto diuerſa pœna imponatur maior al-
tera, tunc eſt in electione iudicis, ſecundùm glo. in c. fra-
ternitatis. 24. diſt. & tenet Bart. io d. l. ſanctio legum. & io
d. l. ſenatus. & in d. l. 1. ff. vi bo. rap. & poteſt eligere etiam
grauiorem pœnam, ſi ſibi videbitur, vt dicit Pet. de Anch.
c. 1. de re iudi. lib. 6. Subdens, quòd hoc procedit, quando
agitur ciuiliter, ſecus quando agitur ad vindictam: tamen
remiſit ſe ad dicta per eum poſt dominum ſuum, qoi fuit
Bal. in c. conqueſtus. de ſo. comp. qui titulos non reperitur
impreſſus in lectura Bal. ſuper ſecundo decretalium. Deci-
mò & vltimò fallit, niſi lex noua ſuperueniens imponeret
duas pœnas, vt ſi diceret ſtatutum quòd ſi quis turbauerit
aliquem in poſſeſſione, reſtituat poſſeſſionem, & ſoluat
centum, aliquis turbauit, & non ſoluit, quòd non habet lo
cum illa pœna ſtatuti: quia ſi pęna reſtitutionis non habet
locum, meritò non habet locum alia pœna, ſcilicet, de cen-
tum, vt dicit Iac. de Bu. in l. mancipia. C. de ſer. fug. & iſtud
dictum ad hoc allegauit Bartho. Soc. in conſi. 71. in 1. col.
In eadem ibi, notandum eſt, an & quando mitius punia-
tur receptans delinquentem, quàm ipſe delinquens, dic vt
dixi ſupra eo. in 2. no. In glo. in verbo, improuidi. in quan-
tum glo. allegat l. qui ſeruandarum. in prin. ff. de præſcrip.
32 verb. ad id, quod dicit, quòd † vtilitas propria præferen-
da eſt alienæ: dic quòd ibi dominus nauis videns nauem
periclitare, vt ipſam ſaluaret, proiecit merces exiſtentes in
naui propter naufragium, non tenetur domino mercium
ad precium, quia fecit iactum prędictum ſine dolo & cul-
pa: licuit enim ſaluare nauem ſuam cum iactura domino-
rum, ſed omnes, qui ſont in naui, quorum intereſt, debent
participare iſtud damnum, vt in l. 1. & 2. ff. ad legem Rho-
di. de iactu. & etiam dominus ipſius nauis, vt in l. 2. § pla-
cuit. eo. titu. facit ad hoc, quod no. Dy. in l. ab omnibus. §.
deniq;. ff. de lega. 1. Sic etiam dicimus, ꝙ ſi in aliquo vici-
nato domus cōburitur ex caſu, vel culpa domini domus,
ſi deſtruit domus vicini, ne ignis vltra procedat, quod fie-
ri poteſt, debet communiter damnum reſarciri, cum pro
communi vtilitate ſit factum, vt dicit Bal. in d. l. 2. allegat
l. ſi quis fumo. §. 2. ff. ad leg. Aquil. & ad hoc vide Io. And.
in addi. Spe. in rub. de iniur. In gl. ſuper verbo, ipſorum fi-
lij. glo. tangit multùm prolixè & copioſè, an & quando fi-
lius puniatur pro delicto patris. ſed ego pono primò regu-
33 lam, deinde fallentias. † Regula eſt, quòd filius non debet
puniri pro delicto patris, tex. in l. 2. § nullum patris deli-
ctum innocenti pœna eſt. ff. de decurio. & ibi eſt vna plena
glo. quæ allegat concor. multas, & aliquas fallentias: & vi-
de totam diſt. 56. & alia glo. eſt in l. ſi quis ſuo teſtamento.
C. de inoffi. teſta. & habetur in l. 1. C. ne filius pro patre. &
glo. in c. ſatis peruerſum. in præalleg. 16. di. & glo. in l. cri-
men. ff. de pęn. Sed vt regiſtratas hic habeas omnes fallen-
tias. Dic quòd primò fallit in crimine læſæ maieſtatis: &
patet expreſsè in l. quiſquis. C. ad leg. Iuliam maieſt. & eſt
ratio, quia pęna filiorum eſt pœna parentum, ut no. in l. ſi
quidem. ff. quod metus cau. & ideo puniuntur filij pro-
pter delictum parentum: licet alia ratio aſſignetur in d. l.
quiſquis. & etiam hic in iſta glo. Secundò fallit in crimine
hæreſis, vt patet in conſtitutione præcedenti, cum concor.
ibi allegatis. & in c. vergentis. de hære. in c. quicunq;. in 6.
Tertiò fallit, quia ſecundùm vnam opinionem, filius po-
teſt exhęredari propter delictum patris, de quo tamen per
Bart. in l. 3. §. ſi emancipatus. ff. de bon. poſſeſ. contra tabul.
34 & infra in conſti. ſancimus. in 3. lib. † Quartò fallit in filio
nato ex non iuſtis nuptijs, vel ex fornicatione, vel ex dam-
nato coitu: nam propter delictum patris ipſe non ſuccedit
patri, & eſt incapax bonorum patris, vt in l. 1. C. de natura.
liber. & in Authen. quib. mod. natur. effi. ſui. §. vltimo. nec
etiam mater adultera ad bona eius, cum quo adulterata
eſt, poteſt habere participium, vt in Auth. de inceſt. nup. §.
1. licet quidam iuris ignari contrarium dixerint, vt dicit
Lucas de Penna in l. ſi cohartalis. C. de coharta. li. 12. ſub-
dens, quòd tales filij nati ex coitu damnato non ſunt filij
nominandi, vt in Auth. quib. mod. natur. effi. ſui. §. vltimo.
& no. Hoſtien. in ſumma, qui filij ſint legiti. §. 1. in princ.
& in c. nonnulli. de reſcrip. & contra iſtos filios ſpurios,
vide tex. in 56. diſtin. c. ſi quis. & cap. nunquam. & Lucam
vbi ſupra. punitur ergo filius ex incontinentia patris. 15.
q. 8. cap. cum multæ. & no. Luc. de Pen. in l. 1. C. de his qui
ſe deferunt. lib. 10. & in l. fi. C. de his qui ſponte mu. ſube.
eo. lib. Et tales filij ſpurij non ſunt honoris patris, ſed pu-
doris, vt latius per Lucam in d. l. fi. vbi multa ad hoc alle-
gat. Quintò fallit, quia ſi pater cohartalis, ideſt berruarius
ſeruiens magiſtratibus, peruenerit ad aliquem honorem,
eo priuatur, & eius filij debent reduci in priſtino officio
cohartalis: nocet ergo defectus patris filio, ad idem C. de
libe. & eorum liberis. l. 2. cum concor. & no. ff. de iurepatr.
35 l. diui. † Sextò fallit, niſi filius ſit hęres patris: tūc tanquam
hæres tenetur pro patre ciuiliter, ſecundùm Bal. in l. econ-
tra. C. ne filius pro patre. & no. And. in conſti. eos qui ſcien
ter. & tenet Bar. in l. 1. ff. de inter. & relega. ſuper illa quæ-
ſtione, an ex delicto patris filius priuetur feudo. intellige
de alio delicto læſę maieſtatis: & ibi vide multas remiſſio-
nes in apoſtillis Alex. & ego tetigi in c. 1. §. hoc quoque. de
ſucceſ. feu. ſuper glo. 1. poſt Bal. ibi: & vide glo. & Doct. in
l. adoptiuum. in fi. ff. de in ius vocan. Septimò fallit in filio
primipili, qui tenetur fiſco ex debito paterno, etiam quòd
non ſit hæres. ſed alijs creditoribus non, niſi ſit hæres, vt
eſt tex. in l. fi. C. de primipilo. li. 12. Octauò fallit in priuile
gijs conceſſis à iure patri & filijs, vt ſi pater committat cri
men, propter quod debet illud priuilegium amittere, talis
macula patris afficit filios poſt maculam conceptos, vt in l.
emancipatum. §. fi. ff. de ſenato. in l. 3. ff. de interd. & releg.
36 † Nonò fallit in filijs libertorum, vt delicta paterna com-
miſſa contra patronos noceat eorum filijs natis poſt deli-
ctum paternum, vt eſt tex. in l. 2. C. de liber. & eorum libe-
ris. & eſt glo. in l. diui. ff. de iure patro. Decimò fallit in infa
mia, vt ſi pater ſit infamis, etiam filius eius eſt infamis, vt
6. q. 1. §. verum. & 15. q. 8. c. cum multæ. tenet glo. 1. q. 4. in
prin. Vndecimò fallit in pœna diuina, vbi ex dictis paren-
tum ſont puniti filij, vt patet in diuina ſcriptura, ibi, patres
comederent vuam acerbam, & dentes filiorum obſtupue-
runt. hoc no. glo. in Auth. vt omnes obediant iudi. prouin-
ciatum. in princ. in verbo, ſecura. & patet ex tranſgreſſione
primi parentis, propter quam tota gens humana fuit puni
ta, ut diximus ſupra in procemio iſtarum conſtitutionum,

in prima parte. & pro hoc faciunt illæ authoritates, quas
allegat beatus Tho. in 1. parte. 2. q. 81. ar. 1. & 2. dicens in
reſponſione ad primum articulum, quòd pœna ſpirituali
nunquam puniuntur filij pro patre, niſi communicent ei
in culpa, vel per originem, vel per imitationem: quia om-
nes animæ immediatè ſunt Dei. Sed bene corporali pœna
interdum iudicio diuino, vel humano puniuntur filij pro
parentibus, inquantum filius eſt aliquid patris ſecundùm
37 corpus. Duodecimò fallit, niſi † vigore ſtatuti filius punia-
tur pro patre, de quo dictum fuit ſupra in præludijs. q. 9.
& eſt glo. notab. in rub. C. de decu. lib. 10. In eadem ibi, &
in alijs caſibus propter immanitatem criminis receditur à
iure communi. nam regulariter confeſſus crimen, & con-
uictus, non poteſt appellare, vt in l. 2. C. quorum appel. ta-
men propter immanitatem criminis conuictus, licet non
confeſſus, non poterit appellare, & ſic denegatur ſibi be-
neficium iuris communis, vt ſunt concor. in glo. in d. l. 2.
Et ideo dicebat Bald. in cap. Obertus. ea quibus cauſis feu.
amitt. quòd propter terribiles caſus, licet iudicibus leges
tranſgredi, allegat Inno. in c. 1. de conſtit. in vlt. glo. & alibi
dicit Bald. quòd interdum eſt æquum ex cauſa tranſgredi
legem. in c. 2. de re iudic. & dicit Saly. in l. & ſi ſeuerior. C.
de infa. quòd iudex, qui iurauit ſeruare ſtatuta, ſi ex cau-
ſa ſtatuta illa tranſgreditur, non dicitur periurus. faciunt
ad hoc multa ſimilia, quæ allegat Fely. in d. c. 1. in 6. char.
verſic. ſeptimò fallit. de conſtitu. In eadem ibi, & eſt ratio.
Quærit hic glo. quæ ſit ratio, quòd in crimine læſæ maie-
ſtatis, vel hæreſis commiſſo per patrem, filius punitur. glo.
allegat tres rationes. Prima eſt propter immanitatem cri-
minis, ideſt, atrocitatem, vel magnitudinem, vel creduli-
tatem criminis: & de iſto verbo, immanitatem, facit men-
tionem tex. in l. Illiricum. C. de coharta. lib. 12. Secunda
38 ratio, quia † maior pœna eſt patris, cum uidet filium pati
propter ſe, per d. l. iſti quidem. ff. quod me. cau. quia non
eſt amor, qui uincat amorem paternum, ut in l. fina. C. de
cura. fur. & metu iſtius horribilis pœnæ patres debent ab-
ſtinere ab iſtis criminibus atrocibus, vt dicit glo. & vide
optimum exemplum, quem ponit And. in cap. 1. §. publici
latrones. de pace tenen. vbi pater & filius inquirebantur
de homicidio, & erant indicia contra eos; ſed non conſta-
bat, cuius ictu fuit mortuus, & torti nihil confitebantur.
Rex Carolus Primus finxit ambos debere furca ſuſpendi,
credentes in pede furcarum ſe ſuſpendi: dixit pater, amo-
do non eſt remedium, quòd poſſimus euadere, confeſſus
eſt pater, ſe illum occidiſſe, & ſic pater fuit ſuſpenſus, &
filius liberatus. & dicit ibi Andr. quòd fuit bonus dolus
Regis, ſicut fecit Salomon de illis duabus meretricibus, ut
legitur & no. in cap. afferte. de præſump. ſed iſtæ fictiones
non ſemper ſunt faciendæ. nam narrat Paris de Puteo in fi.
ſui libelli de ſyndicatu, quòd cum Rex Laudiſlaus noluiſ-
ſet, quòd iudices magnæ curiæ vicariæ, inter quos fuerat
quidam ſingularis doctor, frater Io. de Capiſtrano, inqui-
rerent de crimine læſæ maieſtatis contra patrem & filium:
& facta relatione Regi, quòd pater ſolùm erat in culpa, &
non filius, iuſſit Rex, quòd per ſententiam ambo condem-
narentur: ſed ducerentur ambo ad locum decapitationis,
& patri ſolùm incideretur caput, & poſtea liberaretur fi-
lius, & hoc eſſet ſecretum. filius viſo quod patri fuit inciſum
caput, ſtatim ex timore mortuus fuit, propter quod dictus
doctor factus fuit frater de Ordine Minorum ſancti Fran-
ciſci, nolens ſeruire dominis temporalibus, ſed ſoli Deo;
fuit enim vir magnæ religionis, & ſanctitatis. Tertia ratio
39 eſt, quia † filius ſciens patrem incidiſſe in crimen læſæ ma
ieſtatis, & eum non accuſando, vel non denunciando de
dicto crimine læſæ maieſtatis diuinæ, vel regiæ: iuſtum eſt,
quod debeat puniri, tanquam imitator paterni ſceleris, ut in
iuribus hic allegatis in glo. ſed iſta ratio non eſt vniuerſa-
lis, quia ſi probarent filij, ſe ignoraſſe, ceſſarent diſpoſitio-
nes conſtitutionis præſentis, & d. l. quiſquis. & tamen in
eis præſumitur ſcientia, & eſt præſumptio iuris, & de iure.
& patet in d. l. quiſquis. §. filij. ver. item, quia pœna d. l. quiſ-
quis. habet locum generaliter, ſiue filij ſint nati ante deli-
ctum prædictum paternum, ſiue poſt, ſecundùm Saly. ibi,
contra quam non poteſt probari contrarium, vt in l. fi. C.
arb. tute. cum concor. & no. Ang. in l. non eſt uериſimile. ff.
quod met. cau. & Bald. in l. ſiue poſſi. in princ. in 4. col. ibi,
quædam eſt præſumptio, quæ tranſit in ſtatutum &c. In ea-
dem ibi, & contrario. pater pro filio hæretico non punitur.
40 ſume ea iſta glo. regulam, quòd † nunquam punitur pater
pro delicto filij. tex. eſt in l. ex pœnalibus. ff. de reg. iu. & ibi
ſunt concor. in glo. Et patet infra, in conſtitutione, ob filio-
rum. & in conſtitutione, patres pro filijs. Et pro hoc totus
titu. C. ne filius pro patre. & maximè in l. filius, & tex. in l.
imperialem. §. inſuper. de prohi. feu. alie. per Fed. debet ta-
men pater filium delinquentem, ſi poteſt, ducere ad domi
num pro ſatisfactione iniuriæ commiſſæ erga dominum,
vt dicit tex. in d. §. inſuper. Et hoc procedit, quando filius
erat cum patre, ſecus ſi non habitaret cum patre; quia non
teneretur ducere ad eum ſatisfaciendum iniuriæ commiſ-
ſæ per eum erga dominum, ſecundùm And. in d. §. inſuper.
Hæc regula fallit primò, niſi per ſtatutum eſſet prouiſum,
quod pater teneatur pro delicto filij pecuniariter, vt tenet gl.
in rub. C. de decre. decur. lib. 10. & dixi ſupra in prælud. 9.
q. & firmat Bal. in l. 1. 2. col. C. ne filius pro patre. Secundò
fallit, niſi ex contractu, vel iuſſu patris, vel de in rem ver-
ſo, vel inſtitoria, vel exercitoria ageretur contra patrem, ut
41 in §. ſi Inſti. quod cum eo, qui in aliena poteſtate. † Tertiò
fallit, ſi pater videt filium recepiſſe officium decurionis,
& non contradicit, obligatur pro eo tacitè inſolidum tan-
quam fideiuſſor, ſi ſit in eius poteſtate. l. 2. ff. ad muni. & in
l. 1. & l. filios. C. de decur. lib. 10. & in l. 1. C. de filijsfa. &
quemadmodum pater pro eis teneatur. lib. 10. & hoc eſt
fauore publicæ utilitatis. Quartò fallit, ſi filiusfamilias iuſ-
ſu iudicis recepit tutelam patre ſciente & non contradi-
cente: tunc pater tenetur pro eo inſolidum, vt in l. 1. C.
quod cum eo. Quintò fallit, ſi filius duxit uxorem ignomi
nioſam. & pater ſcit, & tacet, ex hoc uidetur ſe obligare, &
bona ſua ad dotis reſtitutionem, ut in l. ſi cum dotem. §.
tranſgrediamur. ff. ſol. mat. Sextò fallit, vbi pater obligatur
pro filio, quatenus eſt in peculio conceſſo tacitè vel expreſ
ſè per patrem ipſi filio, vt in l. 1. §. fi. & l. 3. §. filiusfamilias.
42 & in l. ſi quis. & ibi Bal. ff. de pecu. † In eadem ibi, & eſt ra-
tio diuerſitatis. hic glo. quærit, quæ eſt ratio diuerſitatis, quod
in crimine hæreſis, & læſæ maieſtatis filius pro patre, ſed
pater non punitur pro filio? Gl. aſſignat perſuaſiuas ratio-
nes. Sed tu dic, prout dicitur in principo hiſtoriæ ſcholaſti
cæ, quòd filius cenſetur eadem cauſa cum patre, & humor
aſcendit à trunco ad ramos, ſed humor à ramis nõ deſcen
dit ad truncum: & per gl. in allegata. l. iſti quidem. ff. quod
met. cau. dicit, quod amor patris deſcendit in filium, ſed non
econtra. Inde dicit Bart. in l. quod dicimus. circa fi. ff. de ver.
obliga. quòd votum patris eſt quærere filio, ſed non econ-
tra. & glo. in d. l. quiſquis. C. ad legem Iuliam maieſt. dicit,
quòd filius ſolet patri aſſimilari. pro hoc l. quòd ſi nolit. §.
quia mancipia. ff. de ædil. edic. In eadem ibi, vltimò ſcien-
43 dum eſt: no. iſtam glo. quòd in materia pœnali, vbi † filius
punitur pro delicto patris, intelligitur de filio in poteſta-
te, non de filio emancipato ante patris delictum, cui pater
donauit bona, vt tenet glo. in verſi. non valeat. in d. l. quiſ-
quis. In glo. in verbo, nec in teſtes. de materia huius glo. di-
ctum fuit ſupra in octano nu. de alijs contentis in glo. di-
ctum fuit in notabilibus.

ANNOTATIONES.

a Sed quæro.] Vide Affl. in conſt. contingit. vlt. no. Gaid. Papæ deci. 76. nu. 2. Beſſam. deciſ. 691. Loff. in conſi. 21. nu. 5.

b Maxime vbi.] Adde eundem Affl. in conſti. corruptelæ, num. 4. & Pet. conſi. 37. col. 3. nu. 8 & conſi 105. col. 2 in fi. & Hipp. ſing. 188. cum alijs additis ad eundem Affl. in cõſt. ſi quis in poſterũ. nu. 13.

c Videre.] Adde quod infamis poteſt ferre teſtimonium in crimine læ ſæ maieſtatis Bar in l. in quæſtionibus, & in l. famoſi ff. ad leg. Iul. maie. & eſt tex. in d. l. famoſi. Et an in crimine læſæ maieſtatis cre- datur vni teſti, vide Pari. de Put. in tract. ſyndic. in verbo, ſui ſemel rogatus,

rogatus, col. 2. Et quid de teſte inimico, an ſit admittendus in cau ſa criminis læſæ maieſtatis, vide Bar. in d. l. in quæſtionibus. vbi tenet, quod non. & Tho. Gramma. in voto 11. nu. 17. Alex. de Imo. conſ. 127 4. vol. & vt teſtis poſſit reprobari tanquam inimicus, requiritur probari aliqua cauſa inimicitiæ in ſpecie, nec ſufficit ita in genere. Tho. Gramma. deciſ. S.R.C. Neapol. 86. no. Batius.

SVMMARIVM.

1 *Apoſtata is eſt, qui in totam fidem Chriſti proſtergat: hæreticus qui in aliquo fidei articulo errat.*
2 *Hæretico reuertenti parcitur, non autem apoſtatæ.*
3 *Hæretico mortuo quandiu eius delictum accuſari poſſit, ad ipſius delendam memoriam, & vſque ad quantum tempus accuſari poſſit apoſtata mortuus.*

De apoſtatantibus. Rub. III.

DICTVM eſt ſupra de hæreticis, & hæ-
reticorum receptatoribus: verum quia
apoſtatantes à fide catholica ſunt pluſ-
1 quam hæretici. † Quia iſti apoſtatæ à
fide catholica in totum recedunt: ex
quo de Chriſtiano efficitur Iudæus, vt
in l. 1. C. eo. titu. ſed hæreticus non recedit in totum à fide,
ſed errat in aliquo articulo fidei. Et de iſtis magnis hæreti-
cis, qui in totum recedunt à fide, non erat dictum, ideo
ſubſequitur iſte titulus. Et vt ſcias differentias inter hære-
ticum & apoſtatantem à fide catholica. Dico, quòd prima
2 differentia eſt, quam mox dixi. † Secunda differentia eſt,
quia hæretico pęnitenti, & renuncianti hæreſi iudices de-
bent parcere, vt viſum fuit ſupra, in conſti. inconſutilem.
ſed apoſtatantibus pœnitentibus non parcitur, vt in l. 2. &
l. hi qui. C. de apoſta. ſcilicet quò ad pęnam temporalem,
ſed quo ad Deum, cor contritum & humiliatum Deus nō
3 deſpiciet, vt dicit glo. in d. l. hi qui. † Tertia differentia eſt,
quia contra hæreticos mortuos poteſt procedi, vt damne-
tur eius memoria, etiam reſpectu bonorum, vt not. in l.
quiſquis. C. ad legem Iul. maie. & habetur in l. manichęos.
C. de hære. ſcilicet vſque ad annos 30. vt concludit Alb. de
Roſ. in l. 1. C. de apoſta. ſed contra apoſtatam mortuum ſo
lùm infra quinque annos poteſt procedi, poſt uerò quin-
quennium talium memoria accuſari non poteſt, quia ac-
cuſare volentibus negligentia temporis nocet, ſecus in hæ-
reticis, facit ad hoc in arg. l. fi. C. de his qui à non domino
manumittuntur, ſequitur nigrum.

SVMMARIVM.

1 *Chriſtianus fide Chriſti ſpreta Iudæus effectus dicitur apoſtata, & fiſco tribuuntur eius bona.*
Apoſtaſia triplex eſt, ſcilicet fidei, inobedientiæ, & irregularitatis.
2 *Apoſtatare à fide dicuntur, qui idolis, ſeu dæmonijs ſacrificant.*
3 *Apoſtata à fide quibus ſubijciatur pœnis.*
4 *Apoſtata à fide eſt infamis, nec poteſt eſſe teſtis.*
Chriſtianus mortis metu Chriſti fidem negans oretenus, an ſit apoſtata cenſendus.
5 *Supplicationes apoſtatarum Imperatori, vel Regi porrecta non admittuntur.*
6 *Clericus litigioſus à teſtimonio eſt repellendus.*
7 *Feuda non veniunt in generali bonorum appellatione.*
8 *Apoſtatans à fide nullo modo poteſt parentibus ſuccedere.*
9 *Apoſtata fidei omnibus actibus legitimis eſt ſpoliatus.*
10 *Clericus prima tonſura non incedens in habitu clericali, an perdat priuilegium clericale.*
11 *Clericus legitimè monitus non incedens in habitu & tonſura, ſi per iudicem ſecularem capiatur, penes eum remanere debet.*
12 *Clericatus an, & per quot teſtes probari poſſit.*
13 *Clerici ſecularia exercentes negocia, quò ad bona in patrimonialibus perdunt priuilegia.*
14 *Clericus prima tonſura vxorem virginem ducens priuilegium clericale perdit in ciuilibus.*
15 *Clericus, qui priuilegium clericale perdidit, eo quòd in habitu non inceſſit, an pœnitentia ductus illud recuperare poßit.*
16 *Clericus prima tonſura aliquem mutilans, vel occidens, an perdat priuilegium clericale.*
17 *Clericus de prima tonſura chirurgiam exercens, an ipſo iure clericatum perdat.*
18 *Apoſtata largè dicitur, qui contra Dei præcepta operatur.*

APOSTATANTES à fide catho. ſi
1 Chriſtianus † efficiatur Iudæus, dici-
tur fidei apoſtata: & omnia eius bona
fiſco publicantur, & ius ſucceſſionis ſi-
bi à iure auſertur, & ab omni actu legi
timo ipſo iure priuatus eſt. h. d. & con-
cordat tex. in iure communi, in l. 1. C. de apoſta. Et eſt præ-
mittendum id, quod dicit gl. & Inn. in c. 1. de apoſta. quòd
triplex eſt apoſtaſia. Videlicet apoſtaſia fidei, quando quis
recedit à fide Chriſtiana, de qua loquitur iſta conſti. & d.
l. 1. C. de apoſta. & 2. q. 7. c. non poteſt. & iſta eſt propriè
apoſtaſia. 3. q. 4. c. beatus. Secunda eſt apoſtaſia inobedien-
tiæ, quando quis tranſgreditur præceptum prælati, vel ſa-
cris canonibus non obedit. de maio. & obedi. c. ſi quis ve-
nerit. & cap. illud. Tertia eſt apoſtaſia irregularitatis, cum
quis recedit ab ordine ſuo, ſiue ſecta ſuæ religionis, vt c. 1.
de apoſta. & 50. diſt. c. vlt. & de temp. ordi. c. ex parte. & de
iſtis duabus apoſtaſijs nihil loquitur hæc conſtitutio: ſed
de iſtis tribus apoſtaſijs loquitur Arch. in c. 1. de temp. or-
di. lib. 6. in verbo, apoſtatæ. & gl. hic. No. primò, quòd apo-
2 ſtatantes † à fide catholica non ſolum ſunt illi, qui ſum-
pto baptiſmo ſancto efficiuntur Iudæi, ſed etiam illi, qui
faciunt ſacrificia dæmonijs, vel idolis: vel qui iſta facienda
alijs mandant, fidem Chriſtianam polluendo, quam Deo
dedicauit, & proditionem diuini myſterij in profana mi-
grando, ſecundùm Azo. in ſumma, C. de apoſta. & concor-
dat tex. in d. c. beatus. 3. q. 4. Ideo dicit beatus Thom. ſecun
da ſecundæ, q. 12. arti. 1. quòd ſi Chriſtianus ſepulchrum
Mahumeti adoret, apoſtata reputatur: quia apoſtata im-
portat retroceſſionem quandam à Deo, quia dicitur apo-
ſtata, id eſt, retro ſtans, ſecundùm glo. in d. c. 1. de apoſta. &
3 27. q. 7. c. non obſeruetis. † Secundò no. hic pœnas, quas
ſubit apoſtata per receſſionem à fide. nam publicantur om
nia eius bona. Sed iſte tex. intelligitur ſecundùm ius com-
mune, niſi habeat liberos vel cognatos, quibus defertur
ſucceſſio, ut in l. 1. & 2. & l. apoſtatarum. C. de apoſtatis.
Item puniuntur, quia non ſunt capaces actiuè, vel paſſiuè
teſtamenti, quia non poſſunt facere teſtamentum, nec poſ-
ſunt aliquid capere ex teſtamento, uel ex ultima uolunta-
te per iſtum tex. & in l. 1. C. eo. titu. nec etiam poſſunt ali-
quo modo ſuccedere ab inteſtato ſuis conſanguineis. Item
repelluntur ab omni actu legitimo. Et de iure communi
eis non conceditur pœnitentia, niſi quantum ad Deum &
eccleſiam, quæ nulli claudit gremium, vt in l. fi. C. de ſum.
Trin. & ſic non recuperabit bona, ſed bene in eo habet lo-
cum c. ad abolendam. de hære. Item contra apoſtatam pro
ceditur etiam eo mortuo infra quinquennium à tempore
mortis, vt dicit Azo in ſumma. C. de apoſta. & dixi ſupra
in rub. & dicit Io. de Ana. in d. c. 1. de apoſt. q. ſi poſt mor-
tem proceditur, bona deferuntur proximioribus fideli-
4 bus. † Item efficitur infamis, vt in d. c. non poteſt. 2. q. 7. &
6. q. 1. c. infames. & non poteſt ferre teſtimonium, ut dici-
tur ſupra in conſti. præcedenti, & in d. l. 1. & 2. & l. apoſtata
rum, & debent carere hominū ſuffragijs, & ſic debent ex-
pelli à ciuitate, ut patet in d. l. hi qui. & uoluit Azo in ſum.
de apoſta. & Ho. in ſum. eo. tit. §. qualiter puniatur. Et ſi eſt
apoſtata aliquis dominus temporalis habens vaſallos, ip-
ſo iure ſunt abſoluti uaſalli à iuramento fidelitatis, & eius
domino, ſm beatum Tho. ſecunda ſecundæ q. 12. art. 2. &
patet 40. diſt. c. ſi Papa. 24. q. 1. c. qui contra pacem. & te-
net Goff. de Trano in ſua ſumma, in tit. de hære. Item ſunt

excommunicati à iure, vt in d.c.ad aholendam. Sed bic ca
dit vna quęſtio, vtrum Chriſtianus, qui per timorem mor-
tis negat fidem Chriſti ore, non corde: vel facit reueren-
tiam idolis, dicatur apoſtata? Dicit Raimun.de Pennaforti
in ſumma eo.tit. quòd iſti non ſunt apoſtatæ, nec hæretici:
tamen mortaliter peccant, quantumcunq; faciunt per me
mm, vt patet 32.q.4.ſicut ſanctus, & ita tenet beatus Ant.
in ſumma ſua, in 2.parte.tit.12.cap.6. Bene tamen liceret
Chriſtiano ex iuſta cauſa, vel ratinnabili portare veſtem in
fidelium palam, ſicut fecit ſanctus Sebaſtianus, qui ſubtus
militarem habitum infidelium, portabat veſtem Chriſti,
& hoc vt confortaret martyres, in martyrio exiſtentes: re-
fert beatus Anto. in loco præallegato, & idem dicitur in
ſum. Angelica, in verſi. infidelitas.§.nono. Tertiò no. iſtum
5 tex. in † verbo, execramus. q; ſupplicationes apoſtatarum
apud Imperatorem, vel Regem, ſcilicet poſtquam conui-
cti ſunt de apoſtaſia fidei, non ſunt audiendæ ab ipſo prin-
cipe, & ſic non admittitur eius pœnitentia quò ad forum
iudiciale, hoc importat hic iſtud vocabulum, execramus.
ſed quò ad Deum bene admittitur pęnitentia, vt ſupra pro
ximè dictum fuit. Ideo dicimus, quòd quando homo pec-
cat mortaliter, dicitur corpus execratum. nam corpus eſt
veſtimentum animæ, vt dicitur in tex. iuncta glo. in cap. ſi
enim inquit. in 3.col.de pęn.di.2. Alibi dicitur execrabile,
ideſt, deteſtabile, & extra ſacrum, & ideo damnabile, ſe-
cundùm Lucam de Pen. in l.ad reparationem. C.de aquæ
ductu.li.11.alleg.l.2.C.de ſacrificijs paganorum, & C.de
delato.l.ex varia.li.10. Alibi dicit tex. in l.item.§.poteſt.ff.
de alie.iud.mutan.cauſa facta. quòd honeſtum eſt lites exe
crare, ideſt, abhorrere lites. Et ibi dicit Odofre. q; quidam
fuit interrogatus, quid eſt de vobis, ille dixit, bene: nam ho
die cōteſtatus ſum litē in quinquaginta actionibus. iſte nō
6 bene dicitur execrator litis, quia eſt litigioſus: & † clericus
litigioſus repellitur à teſtimonio, vt dicit Io.de Imo. in c.
cum decorem. de vi.& hon.cle. vbi dicit, quòd magis pec-
cat litigioſus, q̄ adulator: & ego vidi quoſdam dicentes, ſe
neſcire uiuere ſine litibus, iſti non ſunt honeſti viri. Alibi
dicitur, quòd domini non execrantur ſeruos, ideſt, non ha
bent odio ſuos ſeruos, in l.lex quæ tutores. circa medium.
C.de admi.tut. Alibi dicitur, execrabile delictum eſt, q; ſer
uus vendat dominum ſuum. in l.moueor. C. ſi ſeruus ex-
porta. væneat. Alibi exponitur ſacro, pro execrabili, vt in l.
ſi quenquam. C.de epiſ.& cler. in ver. auri ſacra fames. Ali-
bi dicitur, errores execramus, in cle. ſi.§.cum autem. de hę-
ret. Quartò no. ex tex. ibi, vltione. quòd ad Imperatorem,
ſiue Regem ſpectat uindictam facere de apoſtatis fidei;
nam vlciſci nihil aliud eſt, niſi vindicare per pęnarum im-
poſitionem, & earum exactionem. nam per iſtam conſtitu
tionem Imperator ſpoliat ipſos bonis omnibus, tam mo-
bilibus, q̄ ſtabilibus. Et ſub iſta generalitate in iſto caſu ſpe
ciali ueniunt etiam bona feudalia propter immanitatem
criminis. Ex quo cautum eſt in iure, ut ſupra dictum eſt, q;
7 apoſtata fidei perdit dominium feudi, & vaſallorum. † Et
ſic no. iſtum tex. quòd licet regulariter in generali locutio-
ne bonorum non comprehendantur feuda, vt in c.in gene
rali. & ibi dixi, ſi de feu. fue. controuer. Tamen hoc fallit,
niſi per aliam legem declaratum ſit, quòd etiam feudum
perdatur: tunc alia lex faciens mentionem in genere de
bonis, comprehenduntur feuda. Et quia tex. dicit, ſpolia-
mus, intelligere debemus, quod bona iſta debent fiſco re-
gio deuenire, ſecundùm quod ſupra dixi, in 2.no. Quintò
no. ex tex. ibi, naufragantes: quòd apoſtata, qui recedit à
profeſſione Chriſtiana, quam ſemel Deo uouit per aſſum-
ptionem ſancti baptiſmi, dicitur pati naufragium à fra-
ctione nauis. nam religio Chriſtiana per figuram dicitur
eſſe nauis, quæ patitur fractionem per fracturam fidei fa-
ctam ab apoſtata. Sextò no. ex tex. ibi, ſucceſſiones tolli-
8 mus. q; † apoſtata fidei nullo modo poteſt ſuccedere pa-
rentibus ſuis, vel cognatis, aut agnatis: nec ex teſtamento,
nec ab inteſtato, quia iſtud verbum, ſucceſſio, ad omnem
ſucceſſionem quomodocunq; fiat, porrigitur, ſecundùm
Bar. in l.ſi.ff.de fideicom.liber. & ſic nec per legatum pote
rit capere, ut patet in ſcriptis per D. Abb. Sic. in c.cum ſe-
culum. de iure patro. & tenet Fede. de Senis in conſi.222.
An autem poterunt ſuccedere in titulo ſingulari, per con-
tractum donationis? Videtur quòd ſic: quia appellatione
ſucceſſionis intelligitur de vniuerſali, & non ſingulari, ut
no. in l.quædam.§.nihil intereſt. & ibi Doct.& Alex.ff.de
edendo, & Bar. in l.emptorem. C.locati. & Bar. in l.pater.§.
mater.ff.de lega.3. Item quia contractus ſunt de iure gen-
tium, ut in l.ex hoc iure gen.ff.de iuſt.& iu.& iſtis apoſta-
tis non ſunt interdicta iura naturalia gentium, ergo &c. In
contrarium tamen facit, quia apoſtata eſt quaſi ſeruus, qui
pro nihilo reputatur, vt dicit hic glo.fi.& ſeruus non po-
teſt ſibi paciſci, ſed domino tantùm. l.& hæredi.§.quòd ſi
ſeruus.ff.de pact.& Inſti. per quas perſonas nobis acquiri-
tur. ergo apoſtata titulo ſingulari etiam non ſuccedit in bo
nis, & ſic eſt hic dare caſum ſpecialem, in quo appellatio-
ne ſucceſſionis intelligitur etiam de ſingulari in materia
hæreſis. Duas alias limitationes poſuit Alex. in d.§. nihil
intereſt. & de hoc etiam infra dicam. Septimò no. ex tex.
9 ibi, in fi. omne ius legitimum. quòd † apoſtata fidei nul-
lum actum legitimum facere poteſt. vnde non poterit age
re, vel accuſare, vel teſtificari, nec facere teſtamentum acti-
uè, nec paſſiuè, nec aliquem actum iudiciarium exercere:
nec electionem, vel poſtulationem, nec etiam pręſentatio-
nem, nec emptionem, vel venditionem, qui ſunt actus legi
timi, ut dicit Dy. in regula, actus legitimi. li.6. ubi dicit, q;
etiam locatio & conductio eſt actus legitimus. item ſocie
tas, mandatum, ſtipulatio, & cæteri contractus ſunt actus
legitimi: & alij actus legitimi, de quibus in l.actus legiti-
mi.ff.de reg.iur. Priuatus eſt ergo apoſtata omni legitimo
iure, & ſic non poterit habere ius offerendi, nec aliquid,
quod conceditur à iure, vel conſuetudine, vel ſtatuto alijs
perſonis, nec etiam gerere aliquod officium, & ideo bene
dixit hic gl.fi. quòd pro nihilo reputatur. In glo.1. ibi, nec
credant canoniſtæ. Quęrit hic glo. vtrum de iure ciuili pu-
niatur apoſtata ratione religionis, de quibus apoſtatis lo-
quitur totus titulus extra, de apoſtatis. Et dicit glo. q; de iu
re ciuili etiam punitur talis apoſtata ratione religionis, vt
10 in iuribus hic in glo. allegatis. † Hinc ſumpta occaſione
a Quærit hic And. vtrum clericus de prima tonſura, ſi non
uadit in habitu & tonſura, ſed uadit ſicut laicus, debeat
gaudere priuilegio eccleſiaſtico quò ad forum, id eſt, q; nō
poſſit cōueniri niſi coram iudice eccleſiaſtico, ita q; iudex
laicus ſit quò ad eum incompetens, vt dicitur in auth. ſta-
tuimus. C.de epi.& cle. cum concor. quæ ibi allegantur. Di
cit hic And. q; clericus abijciendo tonſuram & veſtes, ſecu
lariter incedendo, vel viuendo, non perdit priuilegium. c.
ſi quis ſuadente. 17.q.4. Niſi ſit monitus. ſ. à ſuo pręlato, q;
dēat incedere in habitu, & tonſura. & iſta monitio dēt eſſe
trina. & non ſufficit, ſi fiat à priuato, vel laico: & dēt fieri p
interualla dierum, nec ſufficit vna cum interuallo dierum,
vt dicit gl. in cle. 1. in verbo, tertiò. de vi.& hon.cle.& Inn.
in c.ex literis. eo.tit. gl. in c.ſi verò.§.1.de ſen.exc.& gl.5.q.
4.c.ſine ornatu. Arch.69.di.c.ſin.& tunc factis monitioni-
bus, ſi reperitur clericus in minorib. non incedere in habi-
tu & tonſura, habitur pro laico. Ante ergo iſtam monitio-
nem in omnib. erit de foro eccleſiaſtico, vt conſuluit Alex.
in 1.vol.conſi.8. ſed poſt monitionem prædictam, ſi uadit
vt laicus ſine habitu & tonſura, erit de foro ſeculari. Inn. in
c.1. de apoſta. Et ſubdit idem And. hic in finalibus verbis
ſuis, q; ordinarius, id eſt, epſ, vel pręlatus citius dēt induci,
vt faciat iſtam monitionem. Quib. addo tex. in c.ſi iudex
11 laicus. de ſen.exc.li.6. vbi tex. vult, q; † ceſſante ſupradicta
monitione, clericus, qui non uadit in habitu & tonſura, ſi
ſit captus p iudicem ſecularē, dēt remanere penes ipſum,
donec fuerit cognitum p iudicem eccleſiaſticū de clerica-
tu, & cognito de clericatu dēt remitti ad iudicē eccleſiaſti
cū, & ita ſeruatur. & pro hoc faciunt no. in c.in audientia.
de ſent.exc & rea. in c.quicunq; ex clero. 23.q.8. ubi cleri
cus, qui uadit armatus, & ſic ſecularia regit, non perdit pri
uilegium

uilegium clericale,ſed debet mulctari. Niſi propter inimi-
citiam portaret arma,ſecundùm gl.ibi, ergo debet remitti
ad iudicem eccleſiaſticum. Idem dixit Bal.in l.ſi qua per ca
lumniam.C.de epi.& cle.allegat Io.And.in nouella in d.c.
ſi iudex,idem dicit Dom.de S.Gem.in c.licet canó.de elec.
in 6.& Arch.69.diſt.c.ſi.& Card.in repet. c.perpendimus,
12 de ſent.exc.† Sed quæro,[b] an ille qui dicit ſe clericum, ſed
b non habet literas de clericatu , poſſit probare per duos te-
ſtes clericatum? Ego ſolitus ſum dicere, ꝙ ſic, quia non re-
peritur iure cautum,ꝙ probatio de clericatu debeat de ne
ceſſitate fieri per ſcripturã, ideo ſufficit probatio legitima,
quæ dr per duos teſtes,vt dicit gl.in Auth.quibus mod.na-
tu.effi.§.qm̃.in verbo,legitimis. hoc tenent Pet.Cy.& Alb.
in l.ſi qua per calumniam.& ibi Bal.C.de epi.& cle.& pro
hoc eſt tex.in c.tuæ fraternitati. de cler.peregr.imò ſolitus
ſum etiam dicere,ꝙ ad probandum,ꝙ talis ſit clericus,ſuf
ficit vnus teſtix idoneus,ſecundùm Bal.in c.licet vniuerſis.
de teſtib.& in c.nuper.eo.ti.idem ſi velit probare,quem eſ
ſe baptizatum,vel eccleſiam eiſe conſecratam , vt dicit Iaſ.
in l.precib.C.de precib.imper.offer.Et an per literas epiſco
pi,in quibus enunciatus, talem fuiſſe clericũ,probetur cle-
ricatus? Vide Io.And.In mercur.in regula, non licet. in 6.
& Abb.Sic.in c.nonnulli. §.ſunt & alij.de reſcri.& aliquid
in c.poſt ceſſionem.de prob.Ego reminiſcor,ꝙ Rex Ferdi-
nandus Primus voluit,vt dominus Iulius Carrafa vicarius
reuerendi domini Oliuerij Carraſæ archiepiſcopi Neapo.
& nunc etiam Romanæ eccleſiæ epiſcopi Hoſt.Cardinalis
multum laborauit , vt dictus Vicarius faceret generalem
monitionem, vt omnes clerici de prima tonſura incederẽt
in habitu & tonſura,aliàs ſi incederent ſine tonſura,& ſine
habitu clericali,ꝙ haberentur pro laicis, & dictus vicarius
poſuit in longum,taliter, ꝙ non fuit vnquam legitimè fa-
cta,& hoc ne arctaretur iuriſdictio iudicix eccleſiaſtici , &
hoc eſſet in damnum iuriſdictionis eccleſiaſticæ,& fuit re-
perta quædam prouiſio facta per Papam Honorium ſuper
dicta monitione facienda cum dicta comminatione faciẽ-
da per prælatos,ſed prælati non faciunt propter eorum in-
tereſſe.Accedat ad hoc id,quod dicit Io.de Imo. in c.ex li-
13 teris.de vita & honeſt.cler.† ꝙ clerici quò ad bona perdũt
priuilegium clericale in patrimonialibus,ſi exercent nego
cia ſecularia, & ter moniti non deſiſtant , non aũt perdunt
quò ad bona eccleſiæ,& ibi ſubdit,ꝙ clericus gerens nego-
cia ſecularia,ſi ter monitus non deſiſtat,tenetur ſoluere ga
bellas,ſcilicet de mercantijs ratione ſui vſus, vt habetur in
clem.præſenti.de cenſib.bene tamen per c.Regis Caroli Se
c cũdi,[c] quod incipit,item ſtatuimus,ꝙ clerici.char.25.pro
uiſum eſt,ꝙ clerici,qui clericaliter viuunt,non tenent con
tribuere cum laicis pro bonis eccleſiaſticis,& patrimonia-
libus. ergo ſecus,ſi non clericaliter viuunt , ſed de hoc me
remitto ad dicta per Io.de Imo.in d.c.ſi. de vita & honeſt.
cler.& pro hoc eſt aliud c.Regix Caroli Secundi,quod in-
cipit,volumus & mandamus,& in Spec.de cler.coniu.§. t.
verſi.& huiuſmodi. & uide in tract.impreſſo, de gabellix,
14 per Ioannem Berth.de Firmo,in 7.par.char.15.† Sed iux-
d ta hoc quæro,[d] an clericus de prima tonſura,qui accepit le
gitimè uxorem unicam & uirginem , gaudeat priuilegio
clericali? Dic,ꝙ in ciuilibus perdit priuilegium clericale,
ſed in criminalibus,ſi incedit in habitu & tonſura, nõ per-
dit priuilegium clericale,nec quò ad forum,nec quò ad pri
uilegium canonis,ſi quis ſuadente,ut in tex.in c.5. de cler.
coniuga.lib.6.& firmat Io.de Im.in d.c.ex literis,ſed ſi du-
xiſſet uxorem,poſtea mortua illa duxiſſet aliam ſecundam
uxorem,tunc perdit omne priuilegium eccleſiaſticum,per
id,quod no.in c.5.de bigam. lib. 6. idem ſi duxiſſet uxorẽ
uiduam,uel corruptam ab alio,ut 84.diſt.c.quiſquis.Et in
telligé,dummodo ſit matrimonium canonicè cõtractum:
ſecus ſi contra canones fuiſſet contractum matrimonium,
ut quia habuerit aliquod canonicum impedimentum, per
quod impediretur matrimonium iam contractum , ut di-
cit Io.And.in c.Ioannes. de cler.coniug. & in c.2. de biga-
15 mis.† Item quæro,pone ꝙ facta fuit monitio,us clerici ua-
dãt in habitu & tonſura,aliàs ſint priuati priuilegio ec cle-
ſiaſtico,quidam clericus poſt monitionem non vadit in ha
bitu & tõſura,& ſic perdidit priuilegium clericale, poſtea
pœnitentia ductus vadit in habitu & tonſura,vtrum recu-
peret priuilegium clericale? Dicit hic And.ex dictis Inno.
in d.c.j.de apoſtata. ꝙ talis clericus non reaſſumit priuile-
gium clericale,quia monitus perdidit illud,vnde non recu
perat, ſi reaſſumit habitum & tonſuram: ſicut non reaſſu-
mit,ſi mortua vxore vidua vult viuere clericaliter cum ha
bitu & tonſura, quia priuilegium ſemel perditum non re-
cuperatur,ſecundùm Inn in c.2. de oper.no.nun. ſicut nec
virginitas amiſſa poteſt recuperari,vt in l.1. C.de rap.virg.
& in c.acutius.26.diſt. vbi dicit,ꝙ caſtitas virginitatis cor
rupta non reſtituitur.ſic etiam qui committit furtum,licet
poſtea reſtituat rẽ furtiuam, nihilominus fur eſt, vt in tex.
in l.qui ea mente.ff.de fur.concord.ſunt ibi in gl.quæ tan-
git,qñ in delictis habeat locum pœnitentia,de quo ibi per
Bar.dictum fuit ſupra in conſt.inconſutilem,& no.Bald.in
c.1.de controu.inueſt.& in l.1. C.de fur.& in l.ſi quis non
dicam rapere.C.de epi.& cle.& Pet.de Anch.in regula,pec
cati.& tetigi in c.j.quid iuris ſit,ſi poſt alie.feudi id recupe
16 ret.† Item quæro,clericus de prima tonſura aliquem muti
lauit,uel occidit, utrum perdidit ex hoc priuilegium cle-
ricale? Io.de Imo. tangit hoc dubium in d.c.ſi. in 4.col. &
dicit per uerbum uidetur , ꝙ ex quo factus eſt irregularis,
perdit priuilegium clericale,per clem.ſi furioſus. de homi
cidio,& cap.1.& c.ex parte, el 3.de priuileg. Item quæro,
quid de clericis portantibus uirgatam,ſeu partitam,uel di
uiſatam ueſtem,uel pileum,uel uadit cum ueſte breui? Vi
de de hoc in clem.2.de uita & honeſt.cler.Item quæro, an
dicatur apoſtata ille , qui tranſit ad minorem religionem.
Bal.tangit hoc dubium in l.iubemus.§.1.C.de epiſc.& cle.
& allegat Inn.in c.intelleximus,de æta.& qualit.ꝙ non eſt
apoſtata,dummodo ſeruet ſubſtantialia regulæ, nec habi-
17 tum monachalem dimittat.† Item ulterius quęro , an cle-
ricus de prima tonſura exercẽs chirurgiam perdat ipſo iu-
re clericatum? Dic ꝙ nõ,niſi per ſententiam, ut not.Card.
Flor.in cap.ſententiam.penul.q.ne cler.uel mona.ſeculari-
bus nego.ſe immiſce.uide Inn.in cap.tua.de homicidio.In
eadem ibi,de monacho uerò apoſtatãte.ſentit hic glo.quę-
ſtionem.Qua pœna puniatur monachus,qui recedit à ſua
religione,& quis ſit apoſtata, & quomodo contrahitur iſta
apoſtaſia religionis,de quibus hic per glo.& latius per Ho
ſtien. in ſumma, in §.quid ſit apoſtata. & in §.qualiter pu-
niatur apoſtata.uerſ.ſed cui acquirit monachus fugitiuus.
& per Arch.in c.j.de temp.ordi.quia de iſta apoſtaſia non
eſt hic tractandum,ſed tractatur in decretalibus in titu.de
apoſtatis.In eadem ibi, eſt & tertia apoſtaſia inobedientię.
Dic ꝙ apoſtaſia inobedientiæ contrahitur per illum,qui ſa
cris canonibus obedire contemnit , de qua loquitur capit.
ſi quis.de maiorit.& obedien.& 3.q.4.c.alieni.Quicunque
ergo per peccatum mortale recedit à Deo, poteſt generali-
ter dici apoſtata,ut dicitur in eccleſ.10. capitu.Initium ſu-
perbiæ hominis eſt,apoſtatare à Deo,quoniã ab eo receſſit
cor illius,& patet Geneſix 3. capitu.Et de iſta inobedientia
circa præcepta Dei dixi ſupra in procem. harum conſtitut.
18 † Et ideo dicit hic glo. quod apoſtata, largo ſumpto uoca-
bulo, eſt qui facis contra pręcepta diuina , & largo modo
dicitur committere ſacrilegium,ut l.prima. C.de crimi.ſa
crilegij . Dicitur etenim ſacrilegium committere,qui ar-
ticulos fidei, uel præcepta Dei neſciendo , uel negligendo
uiolat,& offendit.17.q.4.c.conſtituit.1.diſtinct.ca.ius pu-
blicum. Sed de iure ciuili ſacrilegium eſt , cum ſacrum de
ſacro tollitur. ff.ad legem Iuliam pecu. l.4. ff. de pœnis , l.
aut ſacta.§.locus. & C.de crimine ſacrileg. per totum . Et
an crimen ſacrilegij ſit crimen merè eccleſiaſticum,uel mi
ſtum,uide per Abb.Sicul.in capit.cum ſit generale.in prin
cip.de foro compet.& per Docto.in l.ſi quis in hoc genus.
C.de epiſc.& cler.& per Io. And.in addit. Spec. in rubr.de
maior.& obed. Bald.in auth.clericus.C.de epiſc.& cler.&
dicam infra in conſtitut.ſequen.

ANNOTATIONES.

a Occaſione.] Et an clericus recedens à clericatu aſſumpto abijciẽdo tonſuram & veſtes ſeculariter viuendo, vel incedendo perdat priuilegium clericatus, ſi non fuerit monitus. vide Tho Gramma. in voto 33 nu. 11. & 12 quid ſi vt laicus captus fuerit per iudicem ſecularem, an ſit remittendus, vide eandem Tho. in deciſ. R.S.C. Neapol. 81. nu. 2. & an & quando clericus in minoribus dimittens habitum, & tonſuram reputatus vt laicus admittat priuilegium clericale. Anton. Capi. in deciſ. 161. Batius.

b Quæro.] An clericatus poſſit probari per teſtes? Vide infra, & an ex eo, quòd Papa conferendo beneficium in ſua bulla nominet ipſum clericum, probetur clericatus. Vide Thomam Gram. deciſ. 81. num. 3. & 4. Batius.

c Secundi.] Quæro, an clericus habens bona communia cum fratribus, vel nepotibus poſſit defendere omnia bona à collectis ratione priuilegij clericalis, adeo q frater laicus non teneatur ad collectas ratione communionis, quam habet cum fratre clerico? & Anton. de Nig. non tangit hanc quæſtionem ſuper illo c. item ſtatuimus. ſed eam tangunt Mod. in ſoliloquio 83. & firmant, q frater laicus ſit immunis à collectis etiam pro parte ſua ratione priuilegij clericalis ſui fratris, & pro firmanda tali concluſione adduxerunt tantum conſi. Ludo. de Ludouiſijs conſulentis, quòd ſi duo fratres ſimul habitant, quorum vnus eſt immunis à collectis, & ab alijs oneribus propter numerum liberorum, iuxta tex. in l. ſi quis decurio. C. de decur. lib. 10. quòd alter frater gaudet tali priuilegio, licet non habeat nu libe. ſicut alter frater, & illud conſi. refert Hip. in ſuis conſi. criminalibus conſi. 84. vias tuas domine. nu. 33. & 34. & adde licet ipſi non dicant, quòd bonæ memo. Ant. de Alex. in apoſtil. ſua ad illud capitulum refert Bart. de Cap. tenuiſſe eandem opin. per tex. in c. quod in dubijs. de conſec. eccle. vel alta & per l. illud, de ritu nupt. tu dicas, quod opinio contraria, q frater laicus non ſit immunis à collectis, videtur magis communis, & eã arguendo ad partes per bona iura firmauit Spec. in tit. de cler. coniug. verſ. q ſi clericus habens, & Abb. in c. ſi. col. ſi. ver. q ſi clericus, extra de immun. eccl. & Ant Corſe. in repert. ad Abb. in litera, C. in verſi. ſi clericus habet bona communia. & Luc. de Pen. in l. id ab vnaquaque. in ſi. in verſi. & ſic apparet. de anno. & trib. lib. 10. & Ant Corſet. in ſua ſingu. inueſtitura feudorum, in verbo, feudum clericale. §. de collectis. verſi. clerici. in q. quæ incip. quid ſi clericus habet, qui facit mentionem de illa apoſtilla Ant. de Ales. & an clericus pro bonis emptis gaudeat tali immunitate. ponit Affl. in conſt. ſtatuimus, la 2. col. 6. num. 16. & late Io. Ant. de Nigris in c. regni, quod incip. priuilegia, nu. 24. & ſi clerici ea priuilegio haberent immunitatem et pro bonis emptis, ſi vellent adiuuare laicos emendo bona ſub nomine eorum de pecunia laicorum, fraudando communitates detecta fraude talia bona debent publicari. Ant. de Corſet. in ſuis ſingul. in verbo, gabella. verſic. clerici vel alij. alleg. Bart. in l. 1. de nauib. non excu. lib. 11. quæ lex etiam bene facit in arg. & vide Affl. in conſt. iuſtitia cultoris, in 5. not.

d Quæro.] Nota, quòd clericus primæ tonſuræ accipiens vxorem viuam & virginem gaudet priuilegio c. ſi quis ſuadente. 17. q. 4. vt hic. quid ſi non duxit vxorem, ſed ſe enormibus immiſcuit, an amittat priuilegium d. c. ſi quis ſuadente. vide Thom. Gram. in voto 33. num. 13. Ioan. Anton. Batius.

Ut nullus ſe intromittat de factis, & conſilijs. Rub. IIII.

DICTVM eſt ſupra de apoſtatis ratione perfidiæ, verùm quia ſunt etiam apoſtatæ ratione præcepti, quia non obediunt præceptis diuinis, vt ſupra proximè dictum eſt & præceptis iuris publici, quæ conſiſtunt in ſacris ſacerdotibus, & magiſtratibus, ut diſtio. j. c. ius publicum, & inter magiſtratus principaliter ſunt reges & principes nõ recognoſcentes ſuperiores, contra quorum facta, & electiones, & iudicia nõ licet ſubditis contrauenire, nec de eis diſputare, ideo ſubijcitur iſta rubrica, vel rubrica de ſacrilegio. quòd non eſt verè ſacrilegium, ſed quaſi. in C. in tit. de crimine ſacrilegij. l. 2. quæ eſt in effectu, ſicut iſta conſtit.

SVMMARIVM.

1 *Diſputare de fide & alijs rebus iam deciſis prohibitum eſt.*
2 *Pœna extraordinaria imponitur, ſi pro delicto certa pœna in iure non reperiatur.*
3 *Principe quem vltra modum puniri mandante, ad triginta dies debet iudex executionem differre.*
4 *Subditi pro nuptijs contrahendis non debent ſupplicare.*
5 *Subditi rationes, quibus princeps ad aliquid faciẽdum mouetur, non debent diſcutere.*
6 *Rex omnia faciens cum conſilio ſapientis regitur.*
7 *Conſtitutiones factæ à Rege non ſunt per ſubditos arguendæ.*
8 *Diſputantes in publico de conſilijs Regis, & iudicio, quaſi ſacrilegium committunt.*

DISPVTARE. Prohibitum eſt ſubditis diſputare de factis, & iudicio, & arbitrio Regis, & contrafacientes ſunt quaſi ſacrilegi, hoc dicit. concordat tex. in l. 2.
1 C. de crim. ſacri. No. primò † ex tex. ibi, diſputare. quòd prohibitum eſt de rebus deciſis diſputare. Item ſimiliter diſputatio de fide dubitando eſt prohibita. C. de ſum. Trin. l. nemo. no. in c. nos ad fidem. 96. diſt. nec de eo, de quo ſtatim conſtare poteſt. 96. diſt. bene quidem. in glo. dubia non deciſa debemus diſputare ratione, vt in l. 1. ff. de inoffi. teſtam. & l. ſi. §. miſta. ff. de muner. & hono. & rationibus determinare, vt in d. §. miſta. Item aduocati poſſunt diſputare cum iudice circa depoſitiones teſtium, vt in Auth. de teſtib. §. ſi verò deducens. in gl. iuncto tex. nam in dubijs veritas diſputando inuenitur, vt in d. §. miſta. & in l. diui fratres. de iure patr. Secundò no. tex. ibi, Regis iudicio, q ſi Rex eligat in aliquod officium aliquam perſonam, non licet ſubditis Regem arguere, q malè fecit eligendo illam perſonam indignam, vel inhabilem ad dictum officium, & ſi conuictus de dictis verbis extitit, poterit extraordinariè puniri tanquam transgreſſor præcepti Rex, ex quo non reperitur certa pœna ſtatuta. Et pro hoc bonus tex. in c. ſi quis ſuadente. in §. committunt. 17. q. 4. & in l. 2. C. de crim. ſacril. habetur per Io. de Ana. in c. 1. de maledic. & no. Inn. in c. cum pro cauſa.
2 de ſent. excom. † vbi enim pœna [a] certa pro delicto non re-
a peritur in iure ſtatuta, pœna eſt extraordinaria, vt in l. j. §. expilatores. & ibi Bart. ff. de effracto. & expilato. & in l. ſanctio. ff. de pœnis. de quo per Alexand. in l. ſi quis id quod. ff. de iuriſd. omn. iudic. habetur in cap. de cauſis. de offi. deleg. Alexand. in l. hodie. in apoſtillis ad lecturam Barto. ff. de pœnis. Ex quo infertur, quòd facere contra præceptum legis, pœna eſt arbitraria. hoc voluit glo. & Bartol. in l. nemo martyres. C. de ſacroſ. eccle. & Alexand. in d. l. hodie. Eſt ergo dignus ille, quem princeps elegit. 17. q. 4. c. ſi quis ſuadente. in fine glo. Nec licet dicere illum eſſe indignum vt ibi. & in concordan. ibi allegatis. Bene tamen liceret Regi ſupplicare, vt prouideat de alio digno, ſi ſua intereſt, vel publicæ vtilitatis ſecundùm An. hic, iuxta authen. quæ ſupplicatio. C. de precibus imper. offeren. Nam ſupplicatio ad principem malè informatum, bene informandum, eſt permiſſa. l. j. C. de relationibus. & l. j. §. quæſitum. ff. de appellat. no. Bald. in l. fin. C. de relatio. Prædicta pœna non habet locum, ſi conſiliarij Regis, ad quorum officium pertinet conſulere iuſtum & honeſtum, diſputarent ſecretè inter ſe de electione facta per Regem de aliqua perſona in aliquo officio, quæ non eſt digna, vt bene ſentit hic And. dum allegat legem, culpa eſt immiſcere ſe rei ad ſe nõ pertinenti. ff. de regul. iur. Sed melius facit text. in l. ſi vindicari.
3 C. de pœnis. vbi dicit, † quod ſi princeps iubet aliquem puniri vltra modum regularem, iudex debet differre vſq; ad xxx. dies ad effectum, vt princeps malè informatus ſe corrigat. Sic etiam dicimus, quando Papa reſcribit aliquod iniuſtum, debet reſcribi per iudicem, & expectare ſecundam iuſſionem, vt in cap. ſi quando. de reſcript. & pro
b hoc gl. in Auth. de manda. [b] princip. in verbo, nuncians. faciunt ad hoc omnes illæ inductiones, quas allegat Fely. in d. c. ſi quando. Item prædicta pœna non habet locum, quando id, quod iubet princeps. eſt contra Deum, & bonos mores. tunc non ſolùm poſſunt de hoc diſputare, ſed etiã non eſt ei obediendum contra præceptum Dei, vt 11. q. 3. c. qui reſiſtit. & in c. Iulianus. & c. ſi dominus. ſecũdùm Abb. Sic. in c. paſtoralis. §. quia verò. de offi. dele. & no. Inn. in c. cum pro cauſa. de ſent. excõ. & Abb. in d. c. ſi qũ. & maximè pro

fide,

ſide, reſiſtendum eſt, vt patet in Epiſtola Pauli ad Galatas
2.c.vt refert Lucas de Penna in l.omnes.in 3.col. in verbo,
reſiſtant.C.de dec.lib.10.& B.Tho.2.2.q.34.ar.4. Inno.in
d.c.cum pro cauſa.de ſent.excom.& in l.j. C.vt dig.ord.li.
12.per Lucam de Penna.nam ab omni ſuperioritate intelli
gitur exceptum ius honeſtatis.Et ideo ſi princeps inuitaret
dominas ſubditas ad tripudiandum,non tenentur ire, ſm
Bal.in l.pro liber.C.de ope.lib.ſecus ſi inuitaret eas cũ allo
ciandi conſortem principis, tunc tenentur ire, quia ceſſat
cauſa inhoneſtatis. Et ideo Rex debet magis ſibi cauere à
re illicita,ſm Bal.poſt glo.quæ debet ſcribi literis aureis,in
4 l.pen.ff.de hære.inſtit.† & ideo vult lex,ꝙ caueant ſubditi
ſupplicare pro nuptijs contrahendis,vt infra l.1.C.ſi nupt.
ex reſcrip.in pen.glo. & ibi Ant.in c.inſinuan. qui cler.vel
vouen.hoc dico illis,qui deſiderant ſuperna, ſed diligenti-
bus mundum, dico prout dicitur in Eccl.4. c.noli reſiſtere
contra factum potentis, & nõ coneris contra ictum fluuij.
& ideo ſolet dicere And.ꝙ principi non poteſt dici,cur ita
facis? 19.di.ca.in memoriam.& ſola voluntas in eo eſt pro
ratione.l.1.ff.de conſt.prin.an & quando liceat reſiſtere iu
dici iniquè exequenti, vide Luc.in l.contra. C.de extra. &
exec.lib.12.& Bal.in l.addictos.C.de epi.au. & Bal. in l.ab
exec. C.quorum ap. & Lucam in l.prohibitum. C.de iure
fiſ.lib.10.Tertiò no.ex tex.ibi, conſilijs, ꝙ quando princi-
pes per plures rationes mouentur ad aliquid faciendum,
5 † ſubditi illas rationes non debent diſputare, vel diſcepta-
re,detrahendo rationibus principis, vt moueant populum
contra regem,ſm And.hic,vel vt populus adeat regem,vel
rationibus ſe parem facere principi, & ſic punitur talis di-
ſputatio, quando fieret in publico, vt dicit hic Andr.ſecus
ergo ſi fieret in loco priuato ſecretè,& ſine ſcandalo,ſic lo-
quebantur Apoſtoli de ſanctis per Pilatum contra Ieſum,
Lucæ vlt.c.quid autem ſi conſilium,ideſt, congregatio plu
rium deputatorum in regimento principis,abſque conſcië
tia eius,puta,quia princeps eſſet minor, vel parum prudẽs,
vel eſſet abſens,& eius conſilium aliquid ordinaſſet,& illa
ordinatio diſputaretur in publico, ꝙ non eſſet bene facta,
vtrum quod dictum eſt de principe, habeat locum in di-
cto conſilio. Dico,ꝙ ſi bono zelo populus ad honorem, &
vtilitatem principis reſiſteret,& contenderet,ꝙ illa eorum
ordinatio non eſt ſalubris populo regis abſentis à dicto cõ
ſilio,nec expediens principi,& fama eſſet, ꝙ illi conſiliarij
eſſent iuuenes,non prudentes,tendentes ad ſolum priuatũ
commodum, & haberent latens odium, iſti non ſunt veri
cõſiliarij,vt dicit Alb.de Roſ.in l.j.C.de Iuſt.Cod.compo.
& bene ad hoc facit c.cum æterni.de re iud.lib.6.nec de ta
libus conſiliarijs loquitur lex, ſed de illis conſiliarijs, qui
propriam vtilitatem abijciunt,& publicam aſſumunt,iux-
ta no.8.diſtinct.c.1.& c.Romani,& iſti ſunt pars corporis
principis,vt in l.quiſquis. C.ad l.Iul.maieſta. & de iſtis lo-
quitur tex.Prouerbiorum 2.c.conſilium tuum cuſtodit te,
& prudentia ſeruauit te,ut dicit And.in cap.1.§.hic conſe-
6 quenter.hic finitur lex Federi.† Rex enim faciens cum cõ-
ſilio regitur ſapientia.Prouerbiorum, c.13. non detrahen-
tes iuri tertij,uel fiſci,iuxta l.reſcripta. C.de preci.impe.of
fer.& tunc dr princeps plenus philoſophia, ut C. ad Silla.
l.pen.quia raro princeps iuriſta inuenitur,ſecundùm And.
in c.1.qui ſucce.tene. ult.col. ſed quando eſt cum conſilia-
rijs ſuis, tunc eſt plenus philoſophia, ſecus qui uadit uena
tum,ſecundùm Bal.in l.præſcriptione.1.col.C.ſi cõtra ius,
uel uti.pub.& in c.1.in §.ſi quis autem. de pace Conſtan.ſi
enim princeps cum eius conſilio aliquid faceret, quod eſ-
ſet iniuſtum prima facie, tunc habet locum iſta cõſtitutio,
quia quicquid princeps facit, uidetur facere permiſſione
diuina,etiam ꝙ ſit malum,ut no.And.de Iſer.in cap.1.§.fi.
circa fi.de ca.qui cur.uendi. quia cor eius in manu Dei eſt,
ut in Epiſto.inter claras. & ſi facit malum, uidetur hoc fa-
cere propter peccata populi,ut dicit Andr. in d. §. fina. qui
enim facit contra coronam principis, facit geminum faci-
nus,unum contra coronantem, aliud contra coronatum,
imò contra ſenatum urbis,qui hodie ſunt Car.ſanctæ Ro-
manæ eccleſiæ,ſecundum Bald.in l.executorem.in 13.col.
C.de execu.rei iudi. licitum eſt igitur regi ſeculari aliquid
facere in præiudicium iuris alterius, ſi in melius commu-
tatur, ſm Inno.in c.debitores. de iureiuran. vt refert Bald.
in c.de cauſis.vlt.char.de offi.deleg. & idem dicit in cap.1.
in 11.colum.eod.tit.concludo ergo,ꝙ conſiliarij regis de-
bent eſſe,prout dicit Beatus Aug.ad quendã Comitẽ, elige
tibi conſiliarios timentes Deum,& veritatem amantes, &
hoc prius dixit tex. Exodi, c.8. Elige tibi ex omni plebe vi-
ros prudentes,timentes Deum,in quib.ſit veritas,& qui o-
diant auaritiam, pro nunc pono frenum in ore meo, quia
iam aliàs feci de hoc vnum tractatum quem dedicaui re-
7 gi Ferdinando primo, ſunt iam plures anni. † Quartò
no.ex tex.ibi,inſtitutionibus. quòd inſtitutiones quę fiunt
à rege huius regni, non ſunt arguendæ à quocunque ſibi
ſubdito: ſunt enim inſtitutiones leges optimis rationibus
conditæ. hinc dicimus, liber inſtitutionum, vbi ſunt præ-
cepta,quib.homines inſtituuntur,atq; docentur,& inſtitu-
tiones regum,ſm Andr.hic debent argui cum eduntur, ſci
licet ab illis,qui habent poteſtatẽ, non poſtquã ſunt editæ,
vt in l.humanum.§.pe.C.de legi.& 4.diſtin.c.in iſtis. & 8.
q.1.c.dilectiſſimis. bene facit id,quod dicit Ino.in c.ex par
te.lo.1.circa prin.de verborum ſignifi.vbi dicit,ꝙ de pote-
ſtate principis, vel eius ſententijs nullus, niſi ipſe ſolus co-
gnoſcit.11.q.3.c.iſta ſunt &c.quia multum præſumitur ꝓ
ſententia & decreto,iuxta not.in l.Herennius.§.Caia.ff.de
euict.cum concordant. & dicit Bal.in c.1. apud quem, vel
quos contro.feudi debeat termi.ꝙ intentio principis pręſu
mitur eſſe,qualis eſt lex ſcripta,& rõ naturalis dictat.Idem
dicit And.in c.1.in fi.de controuer.inueſti.& propterea cõ
mittit ſacrilegium faciens contra prohibitionem legis, vt
l.deuotum.C.de meta.lib.12.ſecundùm Lucam in d.l.1.vt
dignitatum ordo ſeruetur. ideo ſub iuſto principe viuere
ſumma eſt libertas,vt dicit Seneca,quem refert Ang.in l.1.
8 in fi.ff.de ſerui.vrba. prædiorum. † Quintò no. ex tex. ibi,
eſt par ſacrilegij.quòd diſputantes in publico de regis iudi.
cio,& eius conſilijs, & inſtitutionibus, committunt crimẽ
ſimile ſacrilegij,non tamen committunt ſacrilegium,quia
non omne ſimile eſt idem,ut in l.fin.C.de codicillis. Nam
ſacrilegium eſt negligere imperialia præcepta, ut in l.1.C.
vt digni. ordo ſerue. libro 12. & ibi per Lucam de Penna,
ſed diſputare de factis principum,non eſt ſacrilegium, ſed
eſt ſimile ſacrilegij,vt hic,& in d.l.2.C.de crimi.ſacrilegij,
cum concordan. allegatis. Nullus ergo debet ſe intromit-
tere de factis, quæ non pertinent ad eum,& ſi ſecus faciet,
dignus eſt pœna & damno,vt in cap.apoſtolicæ,de re indi.
in 6.& pro hoc in c.non eſt ſine culpa.de reg.in.lib.6. cum
concord. quæ ibi allegantur. quę autem ſit eius pœna, pa-
tebit in conſt.ſeq.

ANNOTATIONES.

a Pœnæ] Nota vbi per legẽ nõ ſtatuitur certa pœna, tũc erit extra-
ordinaria,gl.in l.nemo Martyres,hic alle.per Affl. & ideo ſi ſit ꝓ-
clama, ꝙ quilibet deſcribi faciat abſque mora omnia bona ſua in
æſtimo,licet tale proclama pœnã non contineat,põt contrafaciẽs
puniri pœna extraordinaria, ita per d.gl.firmat Alex. in l.decem,
nu 17.ff.de verb.oblig. & idem quod voluit d.gl. voluit gl.fi.in c.
ad Apoſtolicam,extra de reg.& gl.in verbo,pęna.in l.generali.C.
de decu.lib.10.& gl.fi.in c.fi.de exce.li.6.& hæc eſt uerior opinio,
dicit Affl.in conſt.ſi quis in poſterum,nu.50.licet prædictas gl.nõ
alle.& in conſt.præſenti,in 5.not. & vide Marantã in 10.diſt.nu 4.
fo.32.& Affl.in conſt.quia nũquam,in 11.q.& ibi limitat, hęc eſſe
vera, niſi ex vetuſtiſſima conſuetudine imponeretur certa pœna,
quia tunc eſſet arbitraria,alleg.San. Ant.in loco de quo ibi per ip
ſum,& hoc idem firmat in conſt honorem,col.3.nu.11.
b De manda.] Gloſſa iſta notat illum tex.eſſe contra miſeros pręla
tos,qui timent in tantũ literas domini Papæ,ꝙ non audẽt recla-
mare. Adde ꝙ gl.iſtã ſequitur Paris in verbo,officialis.col.2.in fi.
verſi.officialis nõ debet recipere vel admittere, & ibi refert Ang.
dicẽtẽ, ꝙ iudices & prælati vidẽtes literas Papę & principis cõtra
eos emanatas debẽt reijcere,& illas non admittere, niſi ſecundæ
literæ venirẽt,de quo dic vt ibi p eũ,& in verbo,tortura.§ manda
uit rex prãu.in prin.& Bal in proœ.decre.col.4. verſi.dicit Colle.
& ibi per iſtã gl.firmat,ꝙ Papę ſcribenti pro intruſo nõ eſt leuato
velo obediendũ,alleg. Arch.in c.qui culpatur, ſuper verbo,legiti-
mo,

mo,23.q.1.& eſt gl.ſimilis in l.puniri.C.ſi contra ius vel vti.pub. in verbo,iudices.& ibi Bal.& Iaſ.p has duas glo.bonas quæſtiones ponit Fel.quem omnino videas,in c.ſi quãdo, col.1.& 2.de reſcr. & vide nouiſſime Mod.de ciuitate Căpaniæ in c.regni,quod inci. ſubditorum,6.in ordine,col.51.in fi.& col.53.in prin.num.153.

De crimine ſacrilegij. Cap. V.

QVIA in titu. præcedenti facta eſt mentio de eo, qui incidit in crimen ſimile crimini ſacrilegij, ideo hic ſubnectitur rubrica de crimine ſacrilegij, quod interdum punitur pœna arbitraria, interdum pœna mortis naturalis,
a & ideo ſubditur, & de arbitrio regis.[a]

ANNOTATIO.

a Et de arbitrio regis.] Ad vltimam partẽ huius rub.no.liberũ arbitriũ dici quatuor modis. Primo modo dicitur habere liberũ arbitrium ille,qui habet poteſtatẽ præferendi iniquũ æquo,vt ff.de lega 3.l.fideicommiſſa.§.quãquam.quod contingit in rerũ ſuarum diſpoſitione,non in aliarũ diſpoſitione,vt ff.manda.l.creditor.§. Lucius.& ff.de admin.tut.l impuberi filio.& l.Centurio.ff.de vul. & pup.& l.ex facto.poſt prin.de mil.teſt.l.in fraudẽ,& quod no.p Cy. C.de dotis promiſ.l.3. Secundo modo dicitur habere liberũ arbitriũ ille,qui iure cõi eſt ſubnixus, vt ff.de procura.ante litem. Tertio modo dicitur habere liberum arbitriũ ille,qui nullo cogẽte,vel prohibẽte imperio, ſed libero arbitrio & ſola uoluntate ſua negotia geri, ut C.de tranſ.l.ſi quis maior. C.de teſt.l omnium. Quarto modo liberũ arbitriũ dicitur,quod non requirat ſolennitatem legum,id eſt ſolennitatem iuris ciuilis,vt ff.de mil.teſt.l.1.

SVMMARIVM.

1 *Pœna ſacrilegij extraordinaria eſt de iure ciuili.*
2 *Sacrilegus de iure canonico eſt excommunicatus.*
3 *Sacrilegium quot modis in rebus eccleſiæ committatur.*
4 *Sacrilegium tribus modis committitur.*
5 *Baptizans iterato ſacrilegium committit.*
6 *Sacrilegium non eſt crimen merè eccleſiaſticum.*
7 *Sacrilegus tam in foro ciuili, quàm eccleſiaſtico puniri poteſt.*
8 *Iudex tam eccleſiaſticus, quàm ſecularis cognoſcere poteſt de criminibus miſtis.*
9 *Iudex laicus poteſt vſurarium per iudicem eccleſiaſticum punitum iterata punire.*
10 *Sacrilegium duobus caſibus capitali pęna punitur.*
11 *Pluralis locutio quando in ſingularem reſolui debeat.*
12 *Manifeſtum quid propriè dicatur.*
13 *Nox quid ſit, & quando crimen de nocte commiſſum dicatur.*
14 *Crimen de nocte commiſſum quando dicatur, ſtante ſtatuto quòd &c.*
15 *Officia diuina turbans, qua pœna plectatur.*
16 *Nobilitas perditur ob periurium, falſum teſtimoniũ, vel aliud delictum.*

MVLTÆ leges. Diuiditur in duas partes. Primo ponit regulam. Secunda ibi, niſi, ponit duas exceptiones ad regulam.hoc intendit.Pro crimine ſacrilegij per hanc conſtitutionem pœna eſt arbitraria,niſi templa Dei manu frangãtur. Item niſi bona & vaſa ſacra furentur de nocte, tunc pœna
1 eſt capitalis,h.d. † No.primò,q ſicut de iure ciuili pro crimine ſacrilegij imponitur pœna extraordinaria,& ſic arbitraria,vt patet in l.Iul.peculatus.§.mandatis.& in l.ſacrilegij pœnam. & glo. in l.ſacrilegij capitis puniuntur.ff.ad l. Iul pec.ita per iſtam conſtitutionem pœna eſt arbitraria in crimine ſacrilegij.& licet tex.in d.l.ſacrilegij pœna,dicat, q pro crimine ſacrilegij imponitur pœna capitalis, intellige de pęna capitali,quæ multiplex eſt,& non de pęna capitali.ſ.mortis naturalis,ſed ex iudicis arbitrio pro qualitate pſonę & rei,vt patet in l.hac lege tenetur. §.1 .ff.ad leg.Iul. peculatus. & firmat gl.in d.l.ſacrilegij. & ita firmat ẽt Sal. in rub.C.de crimine ſacrileg. facit ad hoc gl.in c.2. § fi. de offi.ord.li.6.quæ dicit, q illi,qui irreuerenter tractãt Crucẽ Chriſti,vel figurã Beatæ Virginis,vel Sanctorũ, arbitrariè puniuntur.dicit.n.d.l.ſacrilegij pęnã.ſcio multos ad beſtias damnaſſe ſacrilegos:nonnullos exuſſiſſe,alios verò in furca ſuſpendiſſe,ſed moderãda eſt pœna vſq; ad dãnatio-
2 nem beſtiarũ &c. † de iure verò canonico committens ſacrilegium eſt excommunicandus,ut firmat gl.in c. conqueſtus.de fo. comp.& Io.de Ana. in c.fi.in 4.col.de homi.ſed Doct. ſunt varij,an ſit ipſo iure excommunicatus,ut refert do.Abb.Sic.in d.c.conqueſtus.ſed idem Abb.in c.conqueſtus.de ſent.exc.cõcludit, q aut qs rapit bona eccleſiæ ſine incendio,ſeu fractione:& tunc non eſt ipſo iure excommunicatus,ſed excommunicandus,ẽt ſi eſſent res ſacræ, ut calices,& p hoc c.fi.de fur. & d.c.conqueſtus.aut iſta rapina cõcurrit cũ fractione, vt q a fregit oſtia, ſeu parietem eccleſiæ,& inde bona eccleſiæ ſubtraxit, tunc eſt excõicatus ipſo iure, p tex.in d.c. conqueſtus.idẽ ſi eſt incendiarius eccleſiæ,ut in c.tua.& ibi Abb.eo.ti.de ſent.exc. & idẽ latius firmat Abb.referẽdo opiniones in c.cũ pro cã.de ſent. exc. Sed iuxta hoc utiliter q̃ro, quot modis cõmittatur ſacrilegiũ.Dic p ut dicit Car.Flo.in cle.1.de pœnis.& Ioã.And.in
3 nouel.& Pet.de Ancha.in c.fœlicis.de pœnis.li.6.† q committitur in reb. eccleſiæ non ſolũ quãdo occupant,& vſurpantur,ſed etiã quando eccleſia in eius bonis, ſeu poſſeſſione illorum bonorũ moleſtatur,& turbatur,& ſic competit iuriſdictio iudici eccleſiaſtico cõtra laicos rõne ſacrilegij, non ſolùm ex vi expulſiua,ſed etiam ex vi turbatiua.Nam ſacrilegium committitur qualitercũq; lædendo & dãnificando eccleſiam,p tex.in d.c.conqueſtus.in fi.ubi non ſolũ cognoſcit eccleſia de violentia, ſed etiam de iniuria illata eccleſiæ,iſta ſunt verba formalia Abb.Sic.in d.c.conqueſt. in 3.no.& vlti.col. de fo. comp.ideo dicit Inn.in c.cum ſit generale.eo.tit. q raptores & inuaſores bonorum eccleſiæ ſunt ſacrilegi, vt patet 17.q.4.c.3.& c.ſicut. & idem dicit Abb.in d.c.cũ ſit generale. Et eſt ſciendum pro intelligentia,q ad hoc vt dicatur ſacrilegium,duo debent concurrere,ſcilicet,q ſacrum auferatur, & de ſacro loco, & hoc de iure ciuili,ut in l.ſacrilegij,circa fin.ff.ad l. Iuliam peculatus.ff.de pœnis.l.aut facta.§.locus.ſecus de iure canonico, vbi ſufficit vnum,vt 17.q.4.cap.quiſquis.ſecundùm gl. in l.diuus ff.ad l.Iuliam peculatus, & idem tenet ibi Bart. & ſic ſecundùm canoniſtas ſacrilegium eſt, ſiue auferatur ſacrum de ſacro,ſiue ſacrum de non ſacro, ſiue non ſacrũ de ſacro,vt patet in dicto cap.quiſquis,& in cap.ſi quis contumax.& habetur in d.cap.conqueſtus.& no.Innocen. in ca. fina.de immu.eccleſ.& notat Bal.in l.ſi nondum.C.de furtis. vbi etiam dicit, quòd ſi conſtitutio ſuper ſacrilegio facta eſt a laico,intelligitur de ſacrilegio ſecundùm ius ciuile,ſed ſi ab epiſcopo, intelligitur ſecũdùm ius canonicum.
4 & dicit etiam Baldus in dicta l.ſi nondum.† quòd ſacrilegium committitur tribus modis.Primo modo ratione perſonæ, vt quando verberatur clericus, vel religioſa perſona, ut in cap. ſi quis ſuadente.17. quæſtione 4. uel ſi aliquis coeat cum moniali.27.q. 1. cap. impudicas.& augetur ſacrilegium ex perſona eius, in quem committitur, vt in l.ſi quis in hoc genus.C.de epiſcop.& cleri. de pœnitẽt. diſt.5.c.ſerpens.& notat Archid.in cap. fœlicis. de pœnis. in 6.ideo dicitur atrox iniuria illa, quæ fit clericis,dum diuina celebrant, ut in d.l. ſi quis in hoc genus. & in cap.ſi quis deinceps.17.quæſtio.4.& 24. quæſt.4. cap.quiſquis. ubi dicitur,q graue ſacrilegium cõmittit. Secundo modo ratione loci,vt cum eccleſia,uel cœmiterium, uel immunitas uiolatur.17.q.4.cap.frater. Tertio modo ratione rei,& hoc tripliciter ſm canones,vt ſupradictum eſt. Item ſacrilegium committit,qui immunitatem eccleſiæ violat,vt in l.placet, & Bal.C.de ſacroſanct.eccleſ.17.q.4. per totum. Item dicit Lucas de Pẽna in l.j. C ut digni. ordo ſeruetur. lib.12. quòd ſacrilegium committit habens ſufficiens patrimonium,ſi res eccleſiæ ad ſuperfluitatem recipit.16. q. 5.c.quoniam.in fi.Item ſi, quod religioſis locis datum eſt, ſtuduerit retinere.17. quæſt.4. cap. ſacrilegium.Item qui

fugientem

fugientem de eccleſia extrahit. 17.q.4.c.frater noſter. Item
qui diuinæ legis ſanctitatem offendit.ead.q.2.cauſa.§. qui
5 autem.† Item qui temerè iterato baptizat. 23.q.5.c.ſi nos.
Item ſacrilegium Chriſtiani cōmittunt, dum Iudæorum
cibis vtūtur. 28.q.1.omnes. Item par eſt ſacrilegio vende-
re, vel emere id, quod eſt ſpirituale. 1.q.4.c.audiuimus. Itē
violare benedictionē ſacerdotalem nuptura impoſitam,
ſacrilegij inſtar eſt. dicit tex. 27.q.2. c. de coniugali. Item
velut ſacrilegus puniri debet, qui Iudæis publica officia cō
mittit. 16.q.4. conſtituimus. Itē ſacrilegium cōmittit, ꝙ
eccleſias, vel aliquid eccleſiaſticum de manu laici recipit,
vt dicit tex.c.dudum de deci.& talis titulus hr̄ pro non ti-
tulo, ſm gl.ibi. Itē qui Papæ mentitur. d. c. ſerpens. de pœ.
diſt. 1.quibus ēt adde, ꝙ retinere relicta eccleſiæ facta, cō-
mittit ſacrilegium. 17.q.4.c.ſacrilegium. Item ille, qui de-
dit eccleſiæ aliquid, & poſtea reuocat, committit ſacrile-
gium.ead.q.& cauſa.cap. ſunt qui opes. Item ſacrilegium
cōmittit, qui maculat imaginem Chriſti, vt in l.1.C.ne li-
ceat ſignum Saluatoris.& not.in l.ſacrilegij.ff. ad leg. Iul.
pecu.& no.in c.cum canonici.§.fi.de offi.ordi. Pet. de An-
cha.in conſi.15.quod incipit, ſpiritualis iudex. & in regu-
la, ea quæ.col.35.lib.6. Item ſacrilegium committit prælā-
tus, qui de bonis eccleſiæ ditat conſanguineos ſuos, vt di-
cit Abb. Sicu.in c.inquirendum.de pec.cle. Item ſacrilegiū
eſt fraudare pauperum eleemoſynas. 12.q.2.c. multi ædifi
cant. Item qui imponit collectam non debitam eccleſiæ,
incurrit ſacrilegium, vt in l.pe.C.de ſacroſ. eccl. an autem
qui furatur reliquias ſanctas, cōmittat ſacrilegiū. Arch. in
c.corpora.de conſec.diſt. 1.dicit, ꝙ committit ſacrilegiū,
niſi quādo ipſas furatur à locis ſaracenorum. Secundò no.
6 quòd † crimen ſacrilegij non eſt merè eccleſiaſticū: quod
patet, quia ſi eſſet merè eccleſiaſticū, nō poſſet de hoc co-
gnoſcere iudex laicus, vt in c.inquiſitionis.§. prohibemus.
de hære.lib.6.& tū de iure ēt iudex ſecularis cognoſcit de
ſacrilegio, vt patet ꝑ totū titu.ff.ad leg.Iul.pecu. patet ēt in
iſta conſt.& ex hoc ſequitur, ꝙ crimē ſacrilegij eſt crimen
miſtū, quia tam iudex eccleſiaſticus, quàm iudex ſecula-
ris pōt de hoc cognoſcere, vt eſt tex.in c.cū ſit generale.de
foro compe.& eſt tex.in c.fi.de pœ.lib.6. bene facit l. pla-
nè.C.de ſacroſ.eccl.& 23.q.5.c.ſunt quidā. Sed iuxta hoc
quæro, vtrum punitus per iudicem eccleſiaſticū de ſacrile
gio poſſit de eodem crimine puniri per iudicem laicum?
Bal.tangit iſtā quæſt.in d.l.placet.poſt Gul.& Iaco.ibi, con
cludit, ꝙ pp pœnam impoſitam à iudice eccleſiaſtico non
prohibetur iudex ſecularis imponere aliam pœnam, quia
iſtæ pœnæ imponuntur ex diuerſis legibus. & hāc rōnē fir
mat Lapus in allega.30.in 3.col.quę incipit, cōſilium fuit.
7 allegat ēt l.ſenatus.ff.de accu. † Item quia offenditur tam
iudex eccleſiaſticus, quàm ſecularis: & ideo poteſt puniri
ab vtroque, per tex.in Auth.de ſanc.epiſc.§. ſi verò crimē.
Sed idem Bald.in l.1.C.de ſum.Trin. firmat ſimilē quæſt.
& nō determinat: videlicet pone, quidā cōmiſit inceſtū, &
adulteriū cū conſanguinea, & nupta: qđ crimē ſpectat ad
eccleſiā, quantū ad pœnam eccleſiaſticam, vt in auth.cleri-
cus.per Bal.C.de epiſc.& cler.modo eps cōdemnauit iſtū
ad perpetuum carcerem, iudex ſecularis vult eum condē-
nare ad mortē, utrū poſſit? Dicit ipſe, non determino, quia
pendet de facto. ſed bene vr̄ iſtā quæſtionē idē Bal. deter-
minare in d. auth. clericus. vbi dicit, ꝙ crimen adulterij
quantùm ad pœnam canonicam eſt crimen eccleſiaſticū,
ſiue canonicū, ſed quantùm ad pœnam gladij eſt crimen
ciuile, vt in l.quamuis.C.de adul.& idem dicit de crimine
periurij, vt quantùm ad pœnam canonicam eſt delictū ca
nonicum, vt in c.fi.de foro comp.lib.6. ſed quantùm ad pœ
nam ciuilem eſt crimen ciuile. & hoc verum, qn̄ corā iu-
dice ſeculari non eſſet dubiū de matrimonio, an illud ma
trimonium valeret, vel haberet aliquod canonicum impe
dimentum, quia tūc cognitio huius articuli pertineret ad
forum eccleſiæ, ut concludunt Doct.in l.Titia.ff. ſol. mat.
& Bal.in l.quoties.in 3.q.C.de iud.& Abb.Sicu. de iſta q.
in c.de cauſis.de offi.deleg.ſe remittit ad Io.An. in Nouel.
in c.fęlicis.de pœ.lib.6.Pet.de Anch.in regula, ea, q̄.lib.6.
8 in 11.q.referēs Io.And.in d.c.fęlicis. † cōcludit, ꝙ in iſtis
criminibus miſtis, vterq; iudex puniet delinquentē: eccle-
ſiaſticus ſm canones, & ſecularis ſm legem ciuilem, quia
per pœnā canonicam non tollitur pœna legalis, & no. Cy.
in l.qui ſepulchri.C.de ſepulc.vio. Idem tenuit Dom. in c.
2.in pe.char.ver.quæro vlterius.de conſt.lib.6. faciunt ad
hoc ea, q̄ dixi ſupra in ꝑlud. 7.q. hanc concluſionē firmat
And.in c.1.in verbo, bona contrahentiū inceſtas nuptias, q̄
ſint regalia. vbi etiā dicit, ꝙ crimen vſurarum eſt canonicū
& ciuile, & ſic miſtum. Nā ſi agit, ut puniatur pœna cano-
nica, tunc ſpectat ad iudicem eccleſiaſticū: ſi agit, vt punia-
tur pœna ciuili, quæ eſt publicatio bonorū, vt infra in cō-
ſti.ſeq.cognitio eſſet iudicis ſecularis, ſecus ſi eſt dubium
vtrū cōtractus ſit vſurarius, tunc cognitio ꝑtinet ad iudicē
eccleſiaſticum. & hoc ēt firmant Doct.in d.l. Titia.ff.ſolu.
mat.cum concor. Inde dicit Lap.Abb. qui fuit vnus ex cō
9 poſitorib.6.lib.decr.in c.1.de uſu.lib.6.ꝙ † licet iudex ec-
cleſiaſticus puniat vſurarium, tn̄ iudex laicus poterit illū
punire, & iſtud dictum allegauit And.Barba.ſed non facit
mentionem de And.de Iſer.ubi ſupra, in d. c. de cauſis. de
off.deleg.ſed ꝓ latiori examinatione huius dicti, vide Phi.
in d.c.cum ſit gn̄ale.de ſoro comp.& in hanc ſniam incli-
nat ēt Ant.de Bur.in c.tuæ.de proc.& in d.c.cum ſit gene-
rale.de foro comp.inde dicit Alex.in 4.vol.cōſi.111.in 1.
col.ꝙ rōne delicti, quod fit in eccleſia, pōt delinquens pu-
niri ꝑ iudicem eccleſ.& per iudicem ſecularem, & ſic lai-
cus delinquens in eccleſia eſt de foro eccleſiæ, vt puniatur
pœna canonica, ſm Oldr.in conſi.86.inci. quæritur. ſuper
iſta q. nolo hic amplius ſcribere, ſed remitto me ad dicta
per Pet.de Ancha.in d.c.fœlicis.ver.15.no.& ad ea, q̄ ſcri-
pſi in c. 2.in verbo, pœnarum.in 7.q.quæ ſint regalia. ſed ſi
delictum eſſet merè eccleſiaſticum, & ius canonicum pu-
niret ipſum, & ius ciuile idē crimē puniret alia pœna, tūc
ſolum haberet locum pœna iuris canonici, & non ciuilis,
ſm Andr.in conſti.ſeq.& ibi ēt de hoc dicetur. Tertiò no.
ex tex.duos caſus, quibus crimen ſacrilegij punitur pœna
10 capitali, & non pœna arbitraria. † Primus eſt, qn̄ manife-
ſtè quis violenter tēplū Dei, i.eccleſiam materialem frege
a rit, & vtrum ſufficiat [a] vnā eccleſiam uiolenter & manife-
ſtè frangere, uel requiratur fractio ad minus duarum. hic
tex.loquitur in numero plurali, uidelicet templa Dei. nu-
merus pluralis duorum numero eſt contentus, ut in re-
gula iuris, pluralis locutio.lib.6.no.Bal.in ca. 1. de no.feu.
Bar.i l.ſi gemina.ff.ar.fur.cęſ.l.ubi numerus.ff.de teſti. ſed
dico cōtrarium, ꝙ iſta cōſtitutio loquēs in plurali uerifica
tur ēt in ſingulari, vnde ſi unam eccleſiā manifeſtè, & vio-
lenter fregerit, incidit in pœnam capitalem, & pro hoc al-
lego id, quod dicit Bar. in l. 2. §. ſed ſi vnus.ff.vi bon.rap.
ubi refert Dyn.dicentē, ꝙ ſi ſtatuto cauetur, ꝙ ſi quis pro-
duxerit falſos teſtes, &c. habet locum etiā ſi unum falſum
teſtem produxerit, per illum tex.& in l.3.in eo, ꝙ dicit, ne
gotia, i.negotium.ff.de neg.geſt.& uide apoſtil, Alex.in d.
§.ſi unus.& eundem in 4.uol.conſi.95.in 1.col.incip. ani-
maduerſis, &c. bene facit ad hoc, quod dicit Card.Flor. in
cle.1.in 32.q.de foro compet.ubi textus uult, citationem
fieri in pluribus eccleſijs, & tn̄ ſufficit, ſi fiat in una eccle-
ſia, & numerus pluralis reſoluitur in ſingularem, ut in c.
ut priuilegia.de priuil.& idem dicit Bar.in l.falſi.§. fin. ff.
11 de cond.& demon. Præterea quando † uerba dicta in plu-
rali numero reſoluuntur in ſingularem, ſi non reſultat ali-
qua abſurditas, ſeu contrarium naturali, uel ciuili rōni, uel
menti loquentis, uel iniuſtum: tunc debet reſolui in ſingu
larem, iſta ſunt uerba Bal. notanda in l.cum quidā.ult. col.
uer.modo generalius q̄ritur.C.de impub.& al. ſubſt.& be
ne firmat idem Bal.in l.1.2 col.uerſi.quid ſi ſupereſt unus
ſolus.C.de condi.inſti.& pro hoc uide Bar.& Alexan.poſt
Iac.But.in l.ſi ſeruus.§.plurium. ff. ſi quis cau. ſed eadē eſt
rō puniendi fractorem eccleſiæ unius reſpectu offenſionis
diuinæ, ſicut in eo, qui fregit duas eccleſias: ergo habet lo-
cum pœna iſtius conſtōnis in frangentibus manifeſtè, &
uiolenter

uioleoter unam eccleſiam. & ad hoc faciunt multæ allegationes, quas Foly. adducit in c. omoes. 1. diſt. Secundus eſt, quando bona, & vaſa ſacra furto ſunt ſubtracta noctis tempore, pœna eſt capitalis, Quæro pro declaratione de duab. quæſtionibus. Primò, quid ſi noctis tpe non à loco ſacro ſit furto ſubtractum aliquid ſacrum, ſed à loco priuato, vtrũ erit locus pœnæ capitali hic contentæ? Certè iſta conſtitutio nõ diſtinguit, an res ſacra erat in loco ſacro, vel in loco priuato; vnde compreheodit vtrunq; caſum, ſed Aod. hic diſtinguit inter rem ſacram furatam à loco ſacro, & à loco priuato, ut in 1. caſu pœna ſit capitalis, in ſecundo ſit arbitraria, & dicit, ꝙ hoc non eſt tanti ponderis, & placet mihi ſua opi. licet Lucas in l. 1. vt dig. ord. ſer. li. 12. intelligat p̄ſentem cõſtõnem, vt ſupra dixi, an ſit pœna capitalis mortis naturalis, vel ciuilis, ſ. deportationis. Dic ꝙ intelligitur de pœna capitali ciuili, ſ. deportationis, & non mortis naturalis, hoc voluit glo. fin. in l. 1. C. oe Chriſtianuoi mancipium hæreticus, &c. quam gl. pro ſingulari allegat Ioã. de Imo. ad hoc in l. a. ff. de publ. iud. allegat ẽt pro hoc auctoritatem Io. And. in c. quanto. in Nouella, de iureiu. ſecus ſi diceret conſtitutio, capitis amputatione plectetur, ſecundum Io. de Imo. ibi, ſed de hoc plenius dicetur infra in cõſti. qui literas, & pro nunc vide in 3. vol. conſi. Alexã. 116.

12 2. colum. † Item quæro, quomodo accipitur hic in tex. illud verbũ, manifeſtè? Dico, prout dicit Bal. in l. ea quidẽ. in 5. col. de accuſ. dicens, ꝙ manifeſtum eſt id, quod euidẽter appater per quemcunque ſenſum corporis, ſiue per viſum, ſiue per auditum, vt ſonus campanæ, ſiue per quemlibet alium ſenſum, vt in l. 1. §. occiſorum. ff. ad Syll. de quibus ſenſibus not. in l. eũ. §. pen. ff. de acq. poſ. & dicit Bart. in l. hæredes palam, in prin. ff. de teſtam. ꝙ manifeſtum dr̃ illud, quod innoteſcit pluribus, ſed notorium eſt publicũ oĩbus, vt no. in l. ciues. C. de appel. de quo in Spe. in titu. de ootorio crimine §. 5. & voluit Bald. in l. falſus. 5. col. C. de fur. Item dicitur manifeſtum crimen ſi in eo ſit deprehenſus, ut dicit Bar. ff. de fur. l. fur. & Abb. Sicu. in c. 3. loco. de prob. Item dicitur manifeſtum illud, quod percipitur ex coniecturis, & veriſimilibus præſumptionibus, ut patet in l. licet. ff. de leg. 1. & no. Abb. Sicu. in c. 1. in 5. col. de cle. noo reſi. Item dicitur manifeſtum delictum, ſi illud delinquens ſua ſponte confiteatur, dicit tex. 15. q. 5. c. pen. Item dicitur manifeſta probatio, quæ reſultat ex lectura publici inſtrumẽti, vel priuilegij, ſm̃ do. Abb. in c. licet cauſam. de proba. & not. in c. 1. de ſpon. lib. 6. & no. Ant. de But. in cap. cum Bertol. de re iud. Imo. io l. quæſitum. ff. de re iud.

13 † Item quæro, quomodo hic accipiatur nox, vt furantes de nocte res, & vaſa ſacra puniantur pœna capitali, ꝙ ſi tale delictum ſit commiſſum de ſero, vel ſummo mane in crepuſculo, an dicatur delictum de nocte, vel de die. dicit Bar. ꝙ ſi fiat de ſero, quando incipit nox, erit de nocte: ſed ſi fiat de mane, qñ incipit dies, erit da die. in l. qui duos. §. hæc conditio. ff. de man. teſt. & hanc quæſtionem per arg. pro & contra examinat Luc. de Pen. in l. qui agros. C. de om. agro de. lib. 11. & ſoluit, aut tẽpus, quo cõmiſſum eſt crimen, magis adhęret nocti quã diei: puta, quia nimis ab ortu ſolis, vel occaſu diſtat, aut econtra. Primo caſu erit da nocte, ſecuodo caſu erit de die, arg. c. 1. de conſe. eccle. uel alta. ibi, ſecus ſi remotum, & l. quæritur. ff. de ſta. ho. & ff. ad Sylla. l. excipiuntur. C. de metatis. l. 2. lib. 12. poſtea dicit, uel dic clarius, ꝙ nox eſt abſentia ſolis, à nocendo oculis dicta, quæ tñ ſtellarum & Lunæ ſplendore luceat, propriè nox dr̃, & fortius ſi propter impedimenta oubiũ ſtellæ non dant lucẽ, hæc habet octo partes, quatuor vicinas diei, videlicet Veſperũ, crepuſculum poſt ſolus occaſum 1 diluculum & antelucalũ, ante ſolis ortum, ſm̃ Papi. crimẽ commiſſum in veſpero, & anteluculo, quæ ſunt partes Vicecomites diei, ac ſi de die commiſſum foret, venit puniendum, vt ſi propriè accipiamus tempus vicinũ, i. finitimũ, & confine diei & nocti. & de partibus noctis ponit Arch. 5. q. 1. c. ſuperueniente. Io. An. tangit hoc dubiũ in Nouel. in c. cum dilecti. de dolo, & cont. remittẽs ſe ad cap. ſi perfodiens. de homi. & quia iſta quæſtio eſt multum antiquã vt dicit Bar. in l. aut facta. §. tempus. ff. de pœ. & Io. de Ana. ſimiliter ipſam diſputat ad partes in d. c. ſi perſodiens. & ibĩ refert multas opi. & uide pulchrã apoſt. Alex. de Imo. in d. §. tempus. confirmatur ſupradicta concluſio Bart. per

14 id, quod dicit Ang. in l. more. ff. de fer. † vbi dicit, quòd ſi ſtatutum punit maleficium cõmiſſum de nocte, ſi maleficium eſt cõmiſſum, cum ſol ſuper terram ooo eſt, etiam ſi cœlum albeſcat, dicitur cõmiſſum de nocte, allegatur pro hoc l. Titius. §. Lucius. vbi etiam Bar. ff. de libe. & poſth. & C. de ſica. l. furem. ſed Bal. in l. 2. in fi. C. quib. res iud. non noc. tenet cootrarium, ſ. ꝙ delictum factum inter diem & noctem debet puniri tanquam in die, licet tunc nõ ſit nec dies nec nox. l. a. ff. da furibus balneatijs. dicit Io. de Imo. In d §. Lucius, quòd propriè dies eſt, quando ſol eſt ſuper terram, ut in l. hæc verba. ff. de verbo. ſign. ſic illud crepuſculum nõ eſt dies, ſed nox. & idem tenet An. in l. 1. C. de cuſt. reo. ſed Fran. Are. tenet in d. § Luc. per tex. in d. c. ſi p̄fodiens, quòd ſi maleficium eſt factum in crepuſculo; ita ꝙ poteſt diſcerni, quid agatur, dicitur commiſſum de die, per illum tex. pro quo facit dictum Bal. in cap. 1. §. porrò. quæ ſit prima cauſa benef. amit. tenet hoc expreſsè Abb. Sicu. in d. c. ſi perſodiens. ego teneo opi. Io de Imo. quòd donec ſol non eſt ſuper terram, non dicitur dies, per d. l. hæc verba, & per cap. cõſuluit. de offi. deleg. & in authen. de iud. §. oportet. tamen iudex arbitratur, an eſſet tãta claritas, vt attribuatur diei, an tãta obſcuritas, vt attribuatur nocti, ſeundùm Abba. Sicu. in d. cap. ſi perfodiens. in dubio autem mitior pars eſt eligenda, ſecundùm Io. And. in nouell. in d. cap. ſi perfodiens, & Bal. in d. c. cum dilecti, & uidetur ſemel iudicatum per tres Docto. in regia cameræ ſummariæ, quòd iſtud crepuſculum inter diem & noctem iudicetur de die, vel de nocte arbitrio iudicantis cõſideratà claritate, vel obſcuritate, & qualitata facti, & hoc etiam firmant Guido de Suza. & Ioan. de Lign. in d. cap. ſi perſodiens, niſi ſtatutum diſtingueret noctem à die per ſo

15 num campanæ. † In glo. uni. in uerbo, licet pœna moderanda. ibi, l. ſi quis in hoc genus. adde., quòd licet d. l. ſi quis in hoc genus, dicat, quòd ſi quis turbauit diuinũ miniſterium celebrari in eccleſia, punietur capite, per authenticam, ſed nouo iure, ibi poſitam mitigata eſt pœna, quia pro tali iniuria uerberabatur, & in exilium mittitur, ſed tex. in capitulo, ſi quis deinceps, decimaſeptima, quæſtione quarta dicit, quòd iudex eccleſiaſticus ipſum excommunicabit, & bona eius tradet eccleſiæ, cui commiſſa fuit iniuria. alibi dicit tex. vigeſimaquarta quæſtione tertia, capitulo, quiſquis, quòd bona committentis tale delictum publicantur, & clauditur in monaſterio ad agendum perpetuam pœnitentiam. & ego vidi ſemel, dum Vicarius archiepiſcopi Neapolitani in quodam feſto ſolenni celebraret conſecrationem cuiuſdam monialis in eccleſia, quidã nobiles turbauerunt eius officium, & Vicarius eos ſtatim pulſatis campanis excommunicauit, & anathematizauit. & pro hoc bene facit etiam tex. duodecima quæſtione ſecunda, capitulo, indignè. & credo, quòd illi nobiles ex dicto delicto perdiderunt eorum nobilitatem, quia effecti ſunt infames, ut ſexta quæſtione prima, capitulo, infames. ò quantum debent nobiles abſtinere à uitijs, & delictis,

16 † Nam ex periurio, falſo teſtimonio, uel delicto perditur priuilegium nobilitatis, ut patet quadragesima diſtinctione, capitulo, Adam. & de pur. canon. capitulo primo. & in l. penultima, C. de uere. ſecundùm Lucam ibi, & in l. mulieres. C. de dign. lib. 12.

ANNOTATIO.

a Vtrum ſufficiat.] Adde ſicut ponit Afflic. in conſt. incõſatilẽ. col. 13. nu. 49. & in conſtitutione, Blaſphemantibus. col. 3. verſ. ſeptima dubitatio. & Corſe. in ſing. quod incip. ſtatuta Italiæ diſponunt. ſuper verbo, ſtatutum, quòd Mod. io conſt. regni huius incipien. in ſoliloquio 79. & Io. de Platea. io §. ſi plures. Inſti. de legit. agn. ſucc. cum alijs additis ad eundem Afflict. conſtit. qui falſitatem. in prin. ibi, nec diſtinguit.

De vſuris puniendis. Rub. VI.

DICTVM eſt in titu. præcedenti de pœna ſacrilegij, uerùm quia aliqui Chriſtiani reperiuntur, qui exercent uſurã, facientes contra illud diuinum præceptum. Motuum dantes, nihil inde ſperantes. de quo io Euangelio Lucæ c. 6. translatiuè in c. conſuluit. extrà, eo. tit. & ſic ſunt apoſtatæ ratione inobedientiæ, quod delictum eſt peſſimum. ideo punitis ſacrilegijs, ſequebatur videre de alijs inimicis eccleſiæ, ſ. de vſurarijs puniendis. ideo ſequitur hæc rub. de vſuris, quæ eſt materia diffuſa, & grandis, & in iure ciuili, & in canonico ſunt tituli proprij de vſuris, & Domi. Lauren. de Rod. Doct. Flo. repetijt c. conſulit. de vſuris. vbi poſuit centum quinquagintaquatuor quæſtiones in materia vſurarum, & Io. And. in mercurialibus, in regula, peccatũ. lib. 6. & ſummiſtæ iuris ciuilis, & canonici ſimiliter diffuſè tractauerunt de iſta materia, & Albe. de Roſa. in rub. C. de vſu. remiſſiuè multas quæſtiones tetigit, & ſimiliter fecit Cardi. Flo. in clem. 1. de vſu. & Pet. de Anch. in cap. 1. de vſu. lib. 6. ideo me ad eos remitto, & ſolùm tangam hic ea, quæ mihi viſa ſunt neceſſaria tangenda pro intelligentia iſtarum duarum conſtitutionum. vide hic gl. rubr. quæ dicit, quare dicitur vſura, quæ eſt differentia inter fœnus & vſuram. dic vt in ea.

SVMMARIVM.

1 *Vſurarij manifeſti ad ſacram communionem non admittendi.*
2 *Iudex competens quis ſit in quæſtione facti vſurarum.*
3 *Vſuraria prauitas tribus conuincitur teſtibus.*
Probatio dubia non eſt probatio.
4 *Vſuram exercens contra legem naturæ cenſetur peccare.*
Hæreticus eſt vſuram licitam aſſerens.
5 *Cauſa ſpiritualis dicitur, cum de peccato dubitatur.*
6 *Iudex tam laicus quàm eccleſiaſticus de cauſa vſuraria cognoſcere poteſt.*
Vſurarius tam coram iudice eccleſiaſtico, quàm coram ſeculari poteſt conueniri.
7 *Cauſa eccleſiaſtica per canones non determinata, an poſſit determinari per leges ciuiles.*
8 *Terminus vitæ hominis eſt centum annorum.*

STATVIMVS. Pro intelligẽtia iſtius conſtitutionis præmitto vnum, videlicet, quòd iſta conſtitutio edita fuit per Regem Gulielmum primum patruum Feder. Imperatoris, & Regis huius regni, vt declarat hic And. qui Gulielmus fuit tempore Papæ Alexandri III. qui celebrauit duo concilia generalia, vnum in Frãcia, in ciuitate Turo. aliud Romæ in eccleſia Sancti Io. Later. & iſte Papa cum concilio
1 generali celebrato in Laterano ſtatuit, † quòd vſurarij manifeſti non admittantur ad communionem, nec eorum oblationes ab eccleſia recipiantur, & quando moriuntur careant Chriſtiana ſepultura, & debet fieri reſtitutio vſurarum illis, à quibus fuit extracta, & iſtud ſtatutum eſt regiſtratum in c. quia in omnibus. extrà de vſuris. & in c. cum in manifeſtis. eod. tit. hoc præmiſſo hoc intendit iſta conſtitutio; quæſtiones vſurariorum, ſcilicet quando non dubitatur in iure, an contractus ſit vſurarius, ſed ſolùm dubitatur in facto, an vſura ſit exacta, quia iam conſtat contractum eſſe vſurarium, coram iudice ſeculari, hæc quæſtio debeat determinari ſecundũ dictum decretum Papæ Alexan. III. ſubaudi poſitum in iuribus præallegatis. † Not.
2 1. ex tex. ꝙ vbi tractatur de quæſtione facti, ſcilicet an contractus vſurarius ſit facti, vel de repetitione vſurarum, uel an ſit ſimulatus in fraudem pignoris, quia fuit facta venditio, ſed in veritate eſt pignus, ut dicit Abb. in d. c. cum ſit generale. & Bal. in l. quoties. C. de iudi. iudex ſecularis eſt iudex competens, & ſic iſta conſtitutio approbat opi. Pet. de Liaza. in cle. 1. de vſu. volentis, ꝙ vbi quæſtio eſt facti an quis fecit cõtractum vſurarium, iudex laicus eſt iudex competens. Idem voluit Bar. in l. Titia. ff. ſolu. mat. & in l. 2. ff. de iuriſ. om. iud. & Iaco. But. in l. cũ allegas. C. de vſu. & Archi. in c. quid dicam. 14. q. 4. & Ant. de Butr. & Card. Flo. in c. cum ſit generale. de foro comp. & dom. Abb. Sic. ibi, qui dicit hanc opin. eſſe communem, quam ſecuti ſunt Ioan. de Imol. & Ludo. in d. l. Titia. & idem Alex. de Imo. & Ioan. de Imo. in clem. 1. de vſuris. & poſt Card. in quæſ. 18. & Dominicus de Sãcto Gemin. in cap. 1. de vſuris. lib. 6. & noſter Andr. de Iſer. in cap. 1. in verſi. bona contrahentium inceſtas nuptias, quæ ſint regalia. Pau. de Caſt. in conſi. 144. incipien. in puncto præſenti tria, &c. licet propriè non loquatur de vſura, ſed de matrimonio, ſed bene idem Pau. in conſi. 71. incip. viſis & ponderatis. tenet ſupradictam opi. in materia vſurarum. & Ioan. de Lig. in c. nauiganti. 4. col. de vſuris. & Fede. de Senis conſi. 96. incipiente, apparet quædam lex. & hanc opin. videtur approbare Ioan. And. Anto. de But. & Abb. in cap. tua. de ordi. cogn. & Petr. de Ancha. in regula, ea quæ. 26. col. verſi. 2. quæro. Bal. in c. 1. §. ſimiliter. de controuerſ. inueſti. Sali. in l eos. §. fi. de vſu. Io. de Ana. in c. poſt miſerabilem. de vſu. & dicit Fely. in d. c. cum ſit generale. quòd ab iſta opin. non eſt tutum diſcedere. Et pro iſta interpretatione bene facit declaratio Reginæ Io. quæ incipit, Lud. & Ioanna regentibus cu
3 riam Vicariæ, & iudicibus ipſius, quia nouiter &c. † vbi dicit, ꝙ ſi tres teſtes fide digni teſtificentur criminatum de vſuraria prauitate in eos exercuiſſe vſurariam prauitatẽ, non obſtante, quòd in eorum teſtimonio ſint ſingulares, & in eorum cauſis proprijs depoſuiſſe noſcantur: habeantur, ac ſi probatum eſſet legitimè crimen, & exinde meritò condemnatio ſubſequatur, & ſic iudex ſecularis procedit in crimine vſurarum, quando non eſt dubium iuris, licet Alex. in hoc de teſt. ſingularibus in materia vſurarum teneat contrarium, in 1. vol. conſi. 72. in 2. & 3. col. ſed hoc dicetur poſt And. infra in conſtit. ſeq. Sed quæro, quomodo colligitur ex iſta conſti. ꝙ iſta opin. ſit per eum approbata? Reſpon. quia tex. dicit, quæſtiones vſurariorum, & ſic non erat dubium, an contractus eſſet vſurarius, quia ſi eſſet dubium, an contractus eſſet vſurarius, donec non appareт, nõ diceretur vſurarius, quia ſi caret nomine uſurarij, caret et effectu. l. decernimus. C. de epiſcopis & clericis. l. à nullo iudice. C. de ferijs. nec in dubio quis dr̃ uſurarius, ſm̃ Bal. in l. rogaſti. §. ſi tibi. in fine. ff. ſi cer. pet. per l. ſi ea pactione. cum ibi nota. C. de vſu. ſicut dubia probatio non eſt probatio, ut no. in cap. in præſentia. de proba. Item quia vera eſt concluſio canoniſtarum, quòd vbi uertitur dubium, an contractus ſit uſurarius, ſolùm iudex eccleſiaſticus de hoc debet cognoſcere, & non iudex ſecularis, quia ubi dubitatur de peccato, ſemper eccleſia debet iudicare, & non iudex laicus, an ſit peccatum, ut plenè concludunt Docto. in d. cle. 1. de uſu. & in c. uenerabilem. qui fil.
4 ſint legit. & in cap. nouit, de iud. † nam qui vſuram facit, peccat mortaliter contra legem naturæ, quia abutitur natura rerum, ut dicit multùm egregiè Ioan. And. referendo Garſiam, in d. c. 1. de uſu. in 6. in nouella. Nã uſurarij uendunt tempus, quod non eſt ſuum, ſed commune omnibus animantibus, ut no. Inn. in c. in ciuitate. de uſur. ſecundùm Bald. in rubr. C. eod. titu. & pecunia per uſum non deterioratur, & de ſe nullam facit utilitatẽ, & tempus de ſe ſumptum nõ eſt in commercio, ut bene ſcribit Alex in 3. uol. conſi. 80. in 1. col. & Ariſtotel. dicit, uſuram eſſe lucrum prohibitum naturaliter, ut dicit Bald. ubi ſupra. & eſt res prohibita omni iure diuino, ueteris & noui teſtamenti, ut probat Abbas in dicto capitulo, cum ſit. & Alex. in ſecundo uolumine, conſi. 107. in 1. colum. & in 4. uolumine, cõſilio 49. imò eſſet hæreticus, qui diceret, uſuram eſſe licitam, ut dicit tex. in d. clem. 1. de uſur. ideo de hoc peccato cõtra naturã rei cognoſcit Deus; uel eius uicarius, qui eſt

Papa;

Papa; & ideo ubi eſt dubium, an ſit peccatum, eccleſia co-
gnoſcit. Et refert Io. Andr. in loco alleg. in nouel. Idem te-
net Io. Mo. ibi. & idem Pet. de Anchar. & alij d. cap primo,
5 & ideo cauſa vſurarum, † vbi dubitatur de peccato an ſit
vſura, dicitur cauſa ſpiritualis, vt tenet gl. in cle. diſpédio-
ſam. de iudi. & Lap. in duabus ſuis allega. & glo. in c. ex li-
teris. de iureiuran. & c. 1. de offic. ordina. & firmant etiam
ſcribētes omnes in locis præallegatis, quicquid dicat Bal.
in authen. de cler. C. de epiſc. & clericis. vbi dicit, ꝙ non
omnis cauſa ratione peccati pertinet ad eccleſiaſticum iu-
dicem, tamen ibi dicit, quæ ſunt crimina eccleſiaſtica, ut
ibi per eum: tamen Alex. in 4. vol. conſi. 39. in 3. col. tenet,
quòd materia vſurariorum non ſpectat ad iudices laicos.
allegat dictum conſilium Feder. 96. & glo. prædictæ cle-
men. diſpendioſam. & dictum cap. cum ſit. ſed clarum eſt,
quòd vbi vnum verbum poſitum in conſtitutione pōt in-
telligi ad permiſſum, & ad prohibitum, ſemper debet in-
terpretari ad permiſſum, & non ad prohibitum. l. tertia. §.
ſi is pro quo. ff. quod quiſque iuris. l. ſi procurat. in princi.
ff. de condi. indeb. l. pater. ff. quæ in fraud. cred. l. nemo. ff.
pro ſoc. ergo non videtur in dubio iſta conſtitutio intelli-
genda, vt in quæſtionibus vſurariorum, id eſt, vbi dubium
eſt, an contractus ſit vſurarius, quòd iudex laicus debeat
cognoſcere, ſi coram eo vertitur tale dubium, de iure ca-
nonico ſpectat ſolùm ad iudicem eccleſiæ, & iudex laicus
in tali quæſtione eſt omnino incompetens, & ſic prohibi-
tus cognoſcere, & determinare, & tanto magis, quia ſtatu-
tum debet interpretari, ſecundùm ius commune. l. 2. C.
de noxal. & in l. vt gradatim. §. ſed ſi lege. ff. de mune. & ho
6 no. † Secundò no. ex tex. ibi, qui ad noſtram curiam addu
cti fuerint. quòd hic approbatur illa opi. quòd cauſas vſu
rariorum poſſunt cognoſcere, & determinare tam iudex
laicus, ſecundùm quòd ſupradictum eſt, licet ſit quæſtio
ſuper facto; quàm iudex eccleſiaſticus, ſi coram eo vertan
tur. & hoc etiam firmat Petrus de Ancha. in conſil. 238.
incipit, inhærendo arg. quæſtionis. ſed quando introducta
eſt cauſa vſurariorum coram iudice eccleſiaſtico, ipſe ha-
bet maiorem poteſtatem, quia habet iudicare, an contra-
ctus ſit vſurarius, vel non, quod non poteſt facere iudex ſe
cularis, vt ſuprà concluſum eſt. & pro hoc bene facit cap.
Regis Caroli ſecundi, in planitie S. Martini. quod incipit,
item ſtatuimus. vbi dicitur, quòd nullus iudex ſecularis
ſe intromittat de aliquo crimine eccleſiaſtico, quod intel-
lige, vt ſuprà dictum eſt. & ſic patet, quòd ex quo reus vſu
rarius poteſt conueniri tam coram iudice ſeculari, quàm
coram eccleſiaſtico, electio erit actoris, coram quo iudice
velit agere, ex quo reus habet iſta duo fora de iure com-
muni, & pro hoc vide tex. in l. cum clericus. & ibi Bald. C.
de epiſcopis, & clericis, & eſt tex. cum glo. in l. fi. C. vbi in
rem act. ſecus quādo reus habet plura fora ex priuilegio,
de quo in l. quod fauore. C. de legi. uide ad hoc Petrū de
Anchara. in c. 1. de priuileg. lib. 6. & per Bal. in authen. ha-
7 bita. §. verum. C. ne fil. pro patre. † An autem cauſa eccle
ſiaſtica poſſit determinari per leges ciuiles, ſi non reperi-
tur determinata per canones? Andr. hic dicit, ꝙ ſic, p not.
in c. 1. de operis noui nun. ſed ibi vide optimam diſt. Io.
Calder. in Apoſtil. ad nouellam Io. And. & Petrum de An
cha. in repet. cap. canonū ſtatuta, vigeſimaprima columna,
verſiculo, primo quæro. cum ver. ſequentibus, de conſtit.
& Ioan. de Imo. in repetit. capit. cum contingat. in quar-
ta columna, de iureiuran. Domini. in capitulo primo,
decima diſtinct. & Antonius de But. in capitulo, clerici. vl-
tima columna, de iud. & Domin. in capitulo fin. circa prin
cip. de præſcrip. Vltimò no. tex. ibi diffiniantur, & termi-
nentur, quòd iſta duo uerba ſunt ſinonyma, idem impor
tantia. Nam illud verbum, diffiniantur, importat diffiniti-
uam ſententiam, præuia litis conteſtatione, & iuris ordi-
ne ſeruato: aliàs non diceretur diffinitiua ſententia, ut no.
glo. in cap. 1. de cauſa poſ. & proprie. in uerbo, termine-
tur. Idem etiam ſignificat uerbum, terminetur, id eſt per
terminos ſeruandos perueniatur ad diffinitiuam, ut dicit
glo. in §. ſed hodie. Inſti. de ſatiſdatio. inde dicit tex. in ca-
pitu. cū à nobis, de arbi. ibi, diffiniendo cauſam huiuſmo
di determinauerunt, & ſic ultimus terminus eſt ſenten-
tia, ſicut ultimus terminus uitæ hominis eſt mors, ut di-
cit tex. in Authen. de hæredi. & Falci. §. his omnibus. licet
ſit incertus, ſecundùm glo. ibi, tamē lex fin. C. de ſacroſan.
8 eccle. dicit, † ꝙ terminus uitæ hominis eſt centum anno-
rum. hic non ſunt glo. nec Andr. aliquid ultra dicit.

SVMMARIVM.

1 *Vſurarij hominum genus peſſimum.*
2 *Vſura vorago dicitur, & qualiter animam deuorare cenſea-
tur.*
Vſurarij præ omnibus maledicti.
3 *Vſurarius pecunia abutitur, & ad eum vſum quo deſtinata
eſt non vtitur.*
4 *Vſurarij Deum audacius contemnunt, quàm peccatores cæteri.*
Fænerari, ſeu vſuras exercere eſt hominem occidere.
5 *Vſura ſanctorum patrum ſententijs eſt damnata.*
6 *Rex Siciliæ arbitrium puniendi delicta ab ipſo Deo habet.*
7 *Iudices poſt ſententiam pœnas legales commutare non poſ-
ſunt.*
8 *Crimen vſuræ & à Deo, & ab eius vicario, ſcilicet Princi-
pe, punitur.*
9 *Conſtitutio regni ligat forenſes in regno delinquentes.*
10 *Statutum puniens factum aliàs non damnatum, non ligat ex-
terum ignorantem.*
11 *Ius canonicum irregularitatem infligens reſpicit animam.*
12 *Moram trahentes in regno Siciliæ prohibentur pecuniam ſub
vſuris mutuo dare.*
13 *Statuta non niſi in caſu proprio intelligi debent.*
Vſura directa quæ ſit, & quæ indirecta.
14 *Vſura eſt, ſi pecunia ad negotiandum detur ſic, quòd capitale
ſaluum ſit, & lucrum diuidatur.*
15 *Debitor, qui voluntariè ſoluit vſuras creditori, an poſſit illas
repetere, & ipſum fiſco denuntiare.*
*Vſuras exercentes naturæ & vtriuſque teſtamenti ſunt con-
temptores.*
16 *Vſurarius aliquando pœna publicationis omnium bonorum
punitur.*
17 *Actiones & nomina debitorum, an veniant in publicatione
omnium bonorum.*
18 *Deſertio appellationis hoc operatur, vt deſerens non appellaſ-
ſe fingatur.*
19 *Probatio nulla eſt, iudice admittente ad probandum id, quod
de iure probari prohibetur.*
20 *Iudex teſtibus ſingularibus fidem adhibere poteſt.*
21 *Teſtes ſingulares non probant.*
22 *Probatio qualis requiratur, vt contractus vſurarius pro-
betur.*
23 *Delator in quo differat ab accuſatore.*
24 *Iudæi, an poſſint licitè cum Chriſtianis vſuras exercere.*
25 *Rex an poſſit in ſuo regno Iudæis licentiam dare exigendi vſu-
ras à ſuis vaſallis.*
26 *Vſuræ prohibentur omni iure etiam Euangelico, contra quod
non poteſt Papa diſpenſare.*
27 *Papa an poſſit diſpenſare cum Iudæis, vt poſſint fœnerari, con-
currente voluntate ciuitatis.*
28 *Iudæi poſſunt compelli ad reſtitutionem vſurarum.*
29 *Papa vſuras permittere non poteſt, quod eſt contra eos, qui
dicunt, vſuras Eccleſiæ in temporalibus vtiles eſſe lici-
tas.*
30 *Iudæis blanditijs, & non aſperitatibus ad fidem ſunt redu-
cendi.*
31 *Meretrices tolerantur, vt maius malum euitetur.*
32 *Princeps quò ad ſuos ſubditos terrenus quidam Deus di-
citur.*
33 *Fructum de pecunia recipere quare non liceat.*
34 *Vſurarium denunciare quis poſſit, & quando.*
35 *Crimen publicum quod dicatur.*

VSVRARIORVM. Tota iſta conſti-
tutio diuiditur in quinque partes.
In prima parte damnat vſurariã pra-
uitatem, tum auctoritate ſanctorum pa
trum, tum imperiali & regia auctorita-
te, quam cœleſti arbitrio ſumpſit.
In ſecunda ibi, huiuſmodi noſtræ conſtitutionis. præci-
pit, vt nullus moram trahẽs in regno pecunias mutuet ſub
vſuris publicè, vel occultè, ſiue magnis, uel paruis vſuris.
In tertia parte ibi, & vt ipſorum audacia. imponit pœ-
nam publicationis omnium bonorum exercentibus vſu-
ram in regno.
In quarta parte ibi, omnibus, ſtatuit, quòd crimen vſura
rum ſit publicum, & ideo liceat omnibus, etiam quorum
non intereſt, deferre, vel accuſare vſurarios.
Io quinta parte ibi, annexu. excipit Iudæos morantes in
regno exercentes vſuram, qui non ſunt de ouili Ieſu Chri-
ſti, quibus non datur licentia exercẽdi vſuram, ſed exactio
vſurarum ab eis moderatur, vt in vno anno non poſſint p-
cipere de decem vncijs mutuatis, niſi vnam vnciam, & ſi
vltra exigant, ſoluãt fiſco nonuplum. hoc dicit vſque in fi.
in ſumma, ex quo vſura prohibita eſt omni iure, additur
hic pœna publicationis omnium bonorum, & declaratur
quod eſt crimen publicum, excipit Iudæos, quibus non eſt
permiſſum exercere vſuram, ſed ſi exerceant, & vltra mo-
derationem hic ſtatutam vſuram recipiant, pęna nonupli-
ci puniantur. † No. 1. ex tex. ibi, nequitiam, quòd hodie
1 peſſimum genus hominum ſunt iſti vſurarij. Nam olim
homines nequam ſignificabant homines nullius pretij, ſi-
ue æſtimationis, quaſi minimi inter genus hominum. Po-
ſtea inualuit uſus, vt denotaret hominem libidinoſum, vn-
de aurum nequam appellatur, quia hominem trahit ad
malum. Inde Virg.

Quid non mortalia pectora cogis,
Auri ſacra fames?

Hinc nequitia ideſt laſciuia & libido, illecebra, ſiue lu-
xus vitæ prodigus. aliqui tamen nequitiam pro ſolertia
& aſtutia accipiunt, ſed hic iſte compoſitor iſtius con-
ſtitutionis poſuit iſtud verbum vſurariorum nequitiam,
quaſi homines vſurarij ſint talis conditionis, quòd nihil
queant, ideſt acquirant, cum ſeipſos perdant, ideſt eo-
rum animam, & ideo ad nihilum valent, & iſta eſt melior
expoſitio, vt patet in lib. Nicolai Cornucopię. Quapropter
Io. Mon. Card. quem refert Ioan. And. in c. 1. in nouella, de
2 vſuris lib. 6. dicit per illum tex. † quòd vſura dicitur vora-
go. ſed quomodo poteſt deuorare animã, cum ſit immor-
talis. Reſpondet Beatus Gregorius in 4. dialogorum. quia
anima eſt immortalis quò ad viuere, quia illud nunquam
amittit, ſed eſt mortalis quò ad bene viuere, qđ perdit per
mortale peccatum. faciunt enim iſti vſurarij contra uetus,
& nouum teſtamentũ, ut in c. ſuper eo. de uſuris. unde quæ
rit Propheta. Quis habitabit in tabernaculo tuo: aut quis
ſtabit in loco ſancto tuo? Cui Deus reſpondet: qui ſuam pe
coniam nõ dabit ad uſuram. 14. q. 4. c. ſi quis oblitus, & c.
quoniam hic. dicit Archi. in d. c. 1. ꝙ uſurarij faciunt con-
tra prohibitionem ſanctorum patrum, ut patet 14. q. 4. &
5. per totum. Item contra conſtitutiones eccleſiaſticas anti
quas, & nouas, & ideo iſti uſurarij dicuntur raptores pau-
perum, trucidatores, abſtractores, turpis lucri auaritiæ cau
ſa infideles, fures, ſerui, capite diminuti, filij diaboli non
naſcendo, ſed imitando ipſius opera. Item dicuntur male-
dicti. unde ſuper omnes mercatores maledictus eſt uſura-
rius. & hoc confirmat Archi. multis iuribus, ut ibi per eũ.
& ideo iuriſdictio inquiſitorum hæreticæ prauitatis exten
ditur etiam contra uſurarios, ut dicit Ioan. Mona. ut eum
3 refert Bal. in c. 1. §. ad hæc. de pace iur. fir. † Secundò no. ex
tex. ibi, abutuntur pecunijs. ꝙ uſurarius non utitur pecu-
nia ad illum uſum, quo deſtinata eſt; ſed ipſa pecunia abuti
tur contra eius uſum, & ſic peccat contra naturam, ut de-
clarat Ioan. Andr. in nouella, & in d. c. 1. eo. tit. lib. 6. dicens
ꝙ philoſophus dicit, ꝙ pecunia non eſt bonum per ſe, ſed
eſt menſura bonorum. l. 1. ff. de contrah. empt. l. ſi ita fide-
iuſſorẽ accepero. ff. de fideiuſſoribus. & quia menſura non
parit, ſed partum ſibi inſuſum reddit, ob hoc, quòd pecu-
nia pecuniã pariat, eſt contra naturam rei, licet ex reb. na-
turalib. acquitatur pecunia, & ecõtra, ſed ꝙ ex pecunia ac-
quiratur pecunia, eſt contra naturam. ita ẽt dicit B. Tho. in
2. 2. q. 78. art. 1. & idem plenius dicit Io. And. in c. peccatũ.
de reg. iur. lib. 6. verſi. 2. quærebatur. Læditur ergo Deus,
natura naturans, & natura naturata per abuſum rei à Deo
creatæ, quia domini eſt terra & plenitudo orbis terrarum.
c. tua. de decimis. & in tantum iſtud maledictum peccatũ
4 eſt ab hominibus fugiendum: † quia miſeri uſurarij auda-
cius Deũ contẽnunt, quàm alii peccatores. Nam alii pec-
catores ſaltem erubeſcunt dę peccatis: ſed uſurarius de uſu
ra percepta minimè, ſm Ioan. Cal. in repet. c. conſuluit, de
uſur. & hoc refert Pet. de Ancha. in d. c. 1. eo. tit. lib. 6. Item
uſurarius Deũ contemnit. Itẽ naturã eludit, quia rẽ, ideſt
pecuniã, quæ non germinat, germinare facit, & ſic utitur
re ad alium uſum quã a natura, uel ab arte fuerit ordinata,
contra id, quod habetur de reli. dom. c. de xenodochijs. Itẽ
reſpuit ſacram ſcripturam, quia ſi crederet ſcripturæ, non
exerceret uſuram. 14. q. 4. c. ne hæ. & ſæpiſſimè perſeuerat
uſque ad mortẽ, nõ obſtante iurium prohibitione, & ideo
caret Euchariſtia, & Chriſtiana ſepultura, ut in c. quia om-
nib. & c. 2. eo. tit. lib. 6. iſta ſunt uerba Io. An. in regula alle-
gata, peccatum. col. 3. circa fi. & Pet. de Anch. in d. c. 1. eo. ti.
in 6. peccat ergo vſurarius contra naturam, item contra iu
ſtitiã commutatiuam, & cõtra charitatẽ, quæ eſt incompa-
tibilis cum mortali peccato, & ſic fęlicitas non poteſt con
ſiſtere cum mortali, ut dicit Io. de Ligna. in c. nauiganti. in
4. colum. de vſur. & ad hoc accedat id, quod dicit Cicero
in 1. lib. Tuſc. quæſtionum, vbi dicit, ꝙ cum quæreretur à
Catone, quid expediret in re familiari, & reſponderet, be-
ne paſcere, bene veſtire, bene arare: & cum quæreretur, an
fęnerari. ſ. expediret? reſpondit, quid eſt hominem occide-
re? quaſi dicat, fęnerari eſt occidere ſubtractione neceſſa-
5 riorum. † Tertiò no. ex tex. ibi, ſententijs ſanctorũ patrum
nequitiam vſurariorum cõdemnatam &c. quæro vbi ſunt
iſtæ ſententiæ ſanctorum patrũ, qui condemnauerunt ne-
quitiam vſurariorũ? Dicit hic glo. ꝙ fuerunt trecenti octo
quando fuit factum concilium Nicenum, per qđ prohibi-
tæ ſunt vſuræ, vt 47. diſt. c. quoniam multi. & illud conci-
lium Nicenum, cum tribus alijs concilijs generalibus, ui-
delicet Conſtantinopolitanũ, Epheſinum, & Chalcedoni-
cũ fuerunt approbata per Imperatorẽ Iuſtinianũ, ut in Au-
then. de eccl. tit. circa prin. & in epiſtola, inter claras. §. ſuſci
pimus. de ſum. Tri. & in l. quicunque. C. de hæreti. propter
quod dicit gl. ꝙ quicquid in ff. & C. reperitur, ꝙ ſoluantur
vſuræ, eſt correctum. quibus addo, ꝙ vſura eſt prohibita.
Primò p ſanctos patres prophetas, vt patet in Ezech. c. 18.
ibi, pignus non reddentem, ad idola leuantem oculos ſuos
ad vſuram dantem, & amplius accipientẽ &c. & c. 13. ibi,
ad vſuram non accommodabis. Item per ſanctũ Prophetã
Pſalmiſtam ibi, qui pecuniã ſuam non dedit ad uſuram. &
in alio pſalmo. Non defecit de plateis eius uſura & dolus.
& iterũ. Ex uſuris & iniquitate redimet animas eorum. Itẽ
Exo. c. 23. ibi, nec uſura opprimas eum. in Leuit. c. 27. ibi,
pecuniã tuã non dabis ad uſuram. Item Deut. c. 23. non fę-
nerabis fratri tuo ad uſurã. Secũdò eſt prohibita p ſanctos
Doc. eccleſiæ, ut patet per B. Ambroſium, tranſlatiuè. 14. q.
4. c. ſi quis uſuram accipit, rapinam facit, uita non uiuet. &
idẽ S. Aug. in c. ſeq. idẽ Hier. ſuper Ezech. tranſlatiuè. 14. q.
3. c. putant quidam. Idem Greg. 33. di. c. maritũ. ibi, nec il-
los, qui uſuram accepiſſent. Item S. Lucas Euangeliſta. 6. c.
mutuũ dãtes, nihil inde ſperantes. Itẽ eiuſdẽ uſurę dãnatio
patet in 3. ſent. diſt. 15. & patet etiam in cõcilio Later in d.
c. in omnibus. de uſur. & per glo. in c. quid dicam. 14. q. 4.
6 † Quartò no. ex tex. ibi, ex arbitrio cęleſti. ꝙ rex huius re-
gni habet arbitriũ puniendi delicta à ſummo Deo oĩpotẽ-
ti, ſubaudi mediante eius uicario. Nã oĩs iuriſdictio à Deo
eſt, ut cõcludit Hoſt. in c. 1. §. hæc ſancta. de sũ. Tri. & Arch.

11.q.3.c.cui eſt.& Abb.Sic.in conſi.82.inci.conditor om
nium &c.& And.in prælud.feud.in 2.char.& dictum fuit
ſuprà in proœ.iſtarum Conſti.& Bal.in l.cum multa.C.de
bon.quæ lib.& eſt tex.in allegata epiſtola, inter claras. &
per Inn.in c.quod ſuperius.de voto,& vo.red.tamen iſtud
arbitriū intelligitur eſſe conceſſum ſine præiudicio tertij,
vt in l.1.& in l.in fraudem.ff.de te.mili.& ff.de admi.tu.l.
impuberes.niſi ratione publicę vtilitatis,vt dictum fuit ſu
pra in preludijs,in 3.& 4.q.& ibi concor.Item dummodo
dolus abſit.l.creditor.§.iuſſus.ff.man.& no.Bar.in l.ſi ſic le
gatum.ff.de leg.1.item dummodo non arbitretur contra
ſpecialia mandata diuina. pro hoc l.procurator tuus.ff.de
cond.inde.vbi conceſſo arbitrio non venit,quod poſſit fa-
cere à iure prohibitum.Idem dicit Odoſ.in l.Labeo.§.hæc
clauſula.ff.de ar.niſi ex iuſta cauſa diſpenſat.de quo p Fel.
in c.quæ in eccleſiarum.de conſti.in 2.col.& ſeq.itē dum-
modo conſtet ſibi vt iudici,id eſt,data copia defenſionis,
vt in cle.paſtoralis.de re iud.& propter cęleſte arbitrium,
quod habet Imperator à Deo,omnis pęna,quæ imponitur
à iure,quoad ipſum,eſt arbitraria,ſm Bal in l.cunctos po-
pulos.C.de ſum.Tri.& in l.fi.ff.de ſena.l.legis virtus.ff.de
7 legi.inde dicit And.de Iſer.† ꝙ iudices in fęnore licet ha-
beant arbitrium ex cauſa commutandi pęnas legales ante
ſnīam,non tñ poſt ſnīam,in c.1.in verbo,& bonæ commit
tentium crimen læſæ maieſtatis. quæ ſint regalia.in 3.col.
& ſeq.& idem dicit Bal.in l.2.C.de ſen.ex breu.reci.& Ar
chi.23.q.4.c.innocens. ſed ipſe princeps,quia hēt cœleſte
arbitrium ante ſnīam,& poſt ſnīam,poteſt commutare pę
nam ſm And.ibi, & Archi.ubi ſupra:& ego uidi de facto
latam fuiſſe ſnīam condemnatoriam ad pęnam mortis cō
tra quendam nobilem ex crimine læſæ maieſtatis, quem
taceo pro honeſtate, & poſtea rex Federicus pepercit ſibi,
remittendo pœnam mortis, non tñ ſibi reſtituit bona feu-
dalia,& hoc potuit facere propter cęleſte arbitrium,quod
8 habuit à Deo.† Quintò no.tex.ibi,diuinę coniunginius vl
tioni,ꝙ crimen vſuræ non ſolùm vlciſcitur,id eſt,uindica-
tur,ſiue punitur à Deo,ſed eius uicario.primo:quia pdūnt
animas pp graue peccatum, quod committunt, vt ſuprà
oſtenſum eſt.Secundò quia tenentur reſtituere integrè vſu
ras illis,à quibus exegerunt,& ab hoc primo incipiendum
eſt,vt in c.cum tu.in gl.de vſu.& in c.ad noſtram.de emp.
& vend. Item iſti manifeſti vſurarij puniuntur, quia ſunt
priuati, ꝙ non poſſunt ſumere euchariſtiæ ſacramentum,
nec eorum oblationes recipi debent.Item puniuntur,quia
in morte nō debent ſepeliri in eccleſia,vt in c.quia in om-
nibus. de vſuris. quod hodie recipit limitationem ſm c.
quamuis.de vſu.lib.6. Item poſſunt excommunicari, ſm
Doc.in d.c.cum tu.Item puniuntur,quia quilibet prohibe
tur eis locare domos ad fęnerandum,& ſi fuerint laici,poſ
ſunt excommunicari per ſuum prælatum:ſi verò ſunt per-
ſonæ eccleſiaſticæ,aliter puniuntur, vt patet expreſsè in c.
1. de vſu.li.1.Item quia non poſſunt facere teſtamentum,
& inhibetur, ne aliquis interſit ſuo teſtamento, vt in d.c.
quamuis.eo.tit.lib.6. Item inquiſitores poſſunt procedere
contra iſtos uſurarios,tanquam contra hęreticos,vt in cle.
1.eo.tit.ſed etiam Imperator hic coniungit aliam vltionē,
idest uindictam ſiue pęnam:quia punit iſtos vſurarios pę-
na publicationis omnium bonorum,& facit iſtud crimen
publicum, vt ſupra dictum eſt.Sextò no.ex tex.ibi, noſtræ
conſtitutionis edicto. ꝙ iſta conſtitutio imperialis eſt lex
generalis in iſto regno, quia hoc important iſta uerba, vt
patet. C.de legi.l.digna uox. & l.hac edictali. C.de ſecun.
nup.& ideo iſta dicitur conſtitutio,vt dicit tex.1.diſ.in c.
9 conſtitutio.†Septimò no.ex tex.ibi,etiam ſi extra regnum
fecerint. ꝙ iſta conſtitutio ligat non ſolùm ciues & habi-
tantes in regno,ſed etiam ligat foreſes & extraneos, qui
non ſunt de regno,dummodo deliquerint in regno in vſu
raria prauitate, quia exteri tenentur ſeruare cōſtitutiones
regni,dū ſunt in regno.concor.ſunt hic in glo.& hoc ideo
eſt, quia lex iſta iuſta eſt,ideo cum exterus intrat regnum
ligatur lege regni.& pro hoc auth.qua in prouincia.C.vbi
de cri.agi oportet ſecundùm And.in c.1.in 3.col. in princ.
quæ ſint regalia. Et hoc dicit Alex.de Imo.in 4.vol.conſi.
86.quod incipit,viſa inquiſitione.vlt.col. vbi dicit,ꝙ exte
rus tenetur lege regni, ſi traxit ibi magnam moram. idem
ſi non traxit magnam moram,ſed illud factum erat prohi
bitum in alijs ciuitatib.& terris. & ibi allegat multas quo
tas.& idem Alex.in 4.vol.conſi.86.7.colū.hoc idem dicit
Bal.in l.cunctos populos.in 20.col.verſi.circa maleficium
aliquid videamus.C.de ſum.Tri.Idem firmant gl.& Abb.
Sic.in c.à nobis.el 1.de ſent.excom. & ſic nō diſtinguitur,
an forenſis ſciuit vel ignorauit legē regni ſuper facto pro-
hibito, etiam de iure cōi. Fallit in ſententia excommuni-
cationis lata etiam in facto reprobato de iure communi,
nam tunc ignorans illam excommunicationem vigore ſta
tuti non eſt excommunicatus,ſi de iure non erat excōmu-
nicatus,ſm do.Anto.de But.& Abb.in d.c.à nobis. & in c.
vt animarum.de conſt.licet aliud ſenſerit Io. Andr.ſcilicet
10 † ꝙ ſtatutum puniens factum aliàs damnatum, non ligat
exterum ignorantem. tamen Abb.in d.c.à nobis.ſequitur
op.Ant.de But.ſed iſta materia eſt multū ampla,& remit-
to me ad ſcripta per dominum Ant.in c.2.pen.col. de con
ſtitutionibus.& ad Cy.in l.1.C.de ſum.Trin.& ad gl.in d.
l.fi.§.licet quis.ff.de publi. & in l.ſed ſi pupillus.§.proſcri-
bere.ff.de inſtitoria.dicit autem Paulus de Leaza.in cle.2.
de conſt. ꝙ ad pœnam nouam additam ad antiquam non
punitur ignorans. Idem dicit Spec.in tit.de conſti. ſed de
iſta materia,an pœna ſtatuti pro delicto liget exteros igno
rantes ipſum ſtatutum: vide plenè per Fely.in d.c.2.de cō
ſtit.ideo iſta non examino hic, quia non eſt propria mate-
ria huius conſtitutionis.vnum tamē dico,ꝙ habui pluries
in facto:eſt conſtitutio ſynodalis antiqua in archiepiſcopa
tu Neapolitano, ꝙ nullus presbyter aduena poſſit celebra
re in diœceſi Neapolitana ſine licentia archiepiſcopi, vel
eius vicarij ſub pœna excōmunicationis latæ ſentētię,quæ
conſtitutio publicatur oī anno in die Iouis ſancta in ma-
iori eccleſia: modò euenit,ꝙ quidam aduena ſacerdos ve
niens Neap.ſine licentia vicarij Neap.celebrauit, & ſic in-
cidit in excommunicationem,vtrum per hoc ſit irregula
ris? Fuit per me dictum,ꝙ ſi iſte ſacerdos ignorauit dictā
conſtitutionem,& ſic excōicationem latæ ſententiæ, ꝙ nō
eſt irregularis,ſi celebrauit,hoc voluit Io.And.in c.apoſto-
licæ.in nouella, de clerico excommunica. miniſtrante. &
Pet.de Anch.in cap.1.in verſic.dicebat.de conceſſio.pręb.
lib.6. nec in iſto caſu eſt in conſideratione, quòd exterus
ſacerdos non interrogauit de ſynodalibus archiepiſcopi,
& ſic videtur, quod iſta fuit ſupina ignorantia, & per con
ſequens contrahitur irregularitas, ut no. in dicto capitulo
apoſtolicæ, & tenet Specu.in titu.de legato.§.iuxta.verſi.
vt autem. quia reſpondetur, quòd vbi datur ignorantia
ſtatuti ſuper eo, ſuper quo de iure communi non datur
prohibitio, ſed per ſtatutum ſic, non datur contemptus,
& ſic non eſt excommunicatus, vt dicit Abb. in allegato
11 capitulo,à nobis. † & tanto magis quia ius canonicū quan
tum ad irregularitatem conſiderat animam, vt dicit Abb.
Sicu. in capit. ſignificaſti. 3. colum. de homicid. bene ad
hoc facit id, quod dicit dominus Cardin. Fluren. in con-
ſilio ſuo 33.in princip. quod incipit, in primo dubio vi-
dendum, licet allegans ignorantiam conſtitutionis ſyno-
dalis non audiatur, quia non creditur ei: tamen ſi diluci-
dè poteſt probare ignorantiam, auditur, allegat Innocen.
in dicto capitulo ſecundo, de conſtitu. ignorantia ergo cō
ſtitutionis ſpecialis excuſat ignorantem ab eius pœna, ut
dicunt Innocent. & Abb. in capitulo, ad audientiam. in
fi.de ſenten. excommun. & Pet. de Ancha. in capitulo, ſo-
let. de ſenten. excommun. libro ſexto. Item facit id,quod
dicit Bald. in l. ius ciuile. in fine. ff.de iuſtit. & iure. & in
l. prima. ff. de legi. quòd ſi forenſis committat delictum,
quod eſt delictum ſolùm vigore ſtatuti, & non de iu-
re communi, ſi forenſis ignorauit illud ſtatutum, & in-
cidit in illud delictum, excuſatur à pœna ſtatuti, & hoc
tenet Alexand. in quarto volumine, conſilio 87. quod in-
cipit,

cipit, uiſa inquiſitiune. in vlt.col.& in 5.vol.conſi.120.in
3.col.facit id, quod dicit Spe.in tit.de conſti.§.1.ver.quid
ſi extran.us.vbi extraneus non puoitur pęna ſtatuti ciuita
tis.i.data ignorantia ſtatuti,& ipſo ſtante modica mora in
ciuitate:ita ꝙ veriſimile eſt,ꝙ non poterat habere ſcientiã
ſtatuti. & idem dicit Cy.in d.l.1.C.de ſum.Tri.& pro hoc
facit glo.in l.Mela.in prin.ff.ad leg. Aqui.per quam gl.no.
ibi Flor.ꝙ licitum eſt forenſi allegare ignorantiam obſer-
12 uantię illius loci.† Octauò no.ex tex.ibi,mutuo.quòd per
iſtam conſtitutionem prohibentur omnes trahentes mo-
ram in regno mutuò dare pecuniam ſub uſuris, ſiue ma-
gnis,ſiue paruis: & ſic quicquid exigitur vltra ſortem, eſt
vſura, vt 14.q.3.c.vſura.& c.plerięq;.& per Ezechiel.19.c.
qui ad vſuram non commodat, & amplius non accipit,vi-
ta viuet.& Lucæ 6.cap.mutuum dantes, nihil inde ſperan
tes.& patet in c.conſuluit. extra eo.titu.& ſic vſura ſolùm
verè habet locum in contractu mutui, qui contrahitur in
his rebus, in quibus conſiſtit mutuum, vt in l.2.§.appella-
ta.ff.ſi cer.pet.ergo ſequitur,quòd ſi committatur vſura in
alio contractu, q̃ in contractu mutui, ꝙ non habet locum
pęna huius conſtitutionis: quia ſtatutum pœnale loquens
in vno caſu,non debet extendi ad alium caſum.c.in pęnis.
& c.odia.de reg.iu.lib.6.cum ſimi.allegatis per Alex.in 1.
vol.conſi.8.incip.videtur ſuper primo.in 3.col. Item,quia
13 † ſtatuta non ſunt intelligenda,niſi in caſu proprio.c.in no
ſtra.de iniur.l.1.§.is qui nauem.ff.de exercito.l.3.§.hęc ver
ba.ff.de neg.geſt.Bal.& Ang.in l.more.ff.de acq.hęre.cum
ſimi.item quia ſtatutum loquens de debito ex contractu,
non habet locum in debito ex quaſi contractu, ſecundùm
Alex.in 3.vol.conſi.8.in fi.& in 5.vol.conſi.76.2.col. ego
dico, ꝙ uſura committitur directè & indirectè: directè,
quando mutuatur pecunia,vel alia res conſiſtens in ponde
re, numero, vel menſura cum hoc, ꝙ aliquid vltra ſolua-
tur. indirectè ſit uſura, quando ſit contractus in fraudem
contractus mutui,ut ſi dicatur,vendo tibi tales res tali pre
tio, & tu vendis mihi minori pretio, vt lucriſaciam, illud
eſt vſura.Item vendo tibi talem mercantiam,ſi dabis pecu
niam in præſentiarum, dabo pro decem ſi dabis pecuniã
in paſcha, dabis 15. tunc dicitur commiſſa vſura indire-
cta, vt dicũt Doc. in c. in ciuitate.de vſur. & Bal.in rub.C.
eo.tit.& Alex.in 5.vol.conſi.100.21.col.Item vſura eſt fa-
cere fructus ſuos rei pignoratæ,vt in c.1.de vſur.vel quan-
do dationi quantitatis adijcitur pęna, tunc illa pęna vide-
tur promiſſa in fraudem vſurarum. l.Iulianus.§.idem re-
ſpondit.ff.de act.emp.no. Alex. in 2.volu.conſi.119.in 3.
col.allegat etiam gl.in l.cum allegas.& ibi Doc.C.de vſu-
14 ris.& Cano.in c.tuam. de pęnis.cum alijs concor.† item ſi
detur pecunia ad negociandum, ꝙ capitale ſit ſaluum, &
lucrum diuidatur, vt ſolent facere quædam mulieres, vt
firmat Alex.in 2.vol.conſi.131.in 4.col. Et ſic dico, ꝙ iſte
tex.vendicat ſibi locum nõ ſolùm in eo,qui commiſit vſu-
ram per contractum mutui,ſed etiam in eo, qui indirectè
commiſit uſuram,faciendo fraudem contractui ipſius mu
tui: quia verba ſunt intelligenda cum effectu.l.3.ff.quod
quiſq; iuris. omnis enim ſuperabundantia prohibetur, vt
in c.conſuluit. extra eo.tit.& non eſt vis in mutatione no-
minis, ut de ſimo.c.ea quæ,& c.in tantum.ſecundùm Ho.
in ſumma de vſur. §.an aliquo caſu.verſi.in alijs autem. Et
ideo hæc conſtitutio pœnalis prohibens vſuras ex contra-
ctu mutui, extenditur etiam ad uſuras ex alijs contractib.
factis in fraudem mutui, per id, quod no.Bar.in l.ſi quis
ſeruus.C.de fur.cum concor.alleg.per Alex.in 1.vol.conſ.
137. item quia ſtatutum exorbitans à iure communi po-
teſt extendi ex identitate rationis ad caſus, qui ſub lata ſi-
gnificatione vocabuli poſſunt comprehendi, vt in iuribus
alleg. per Alex.in 2.vol.conſi.97.incip. viſo themate.in 1.
col. Item quia ſtatutum debet intelligi & ſuppleri ſecun-
dùm ius commune,ſecundùm iura allegata per Alex.in 2.
vol.conſi.19.& conſi.37.item ſtatutum inductum ob pu-
blicam vtilitatem extenditur ad caſus,vbi eſt ſimilis ratio.
Alex.in 3.vol.conſi.68. in 2.col.bene tamen fateor, ꝙ iſti
contractus, qui apparenter non ſunt de mutuo,ſed ſunt fa
cti in fraudem mutui propter lucrum,ꝙ iudex eccleſiaſti-
cus primò debet iudicare,quòd ſunt facti in fraudem vſu-
rarum in contractu mutui: & poſtea iudex ſecularis pote-
rit procedere ad publicationem bonorum per iſtam con-
ſtitutionem,vt bene ſentit hoc Io.de Ana.in d.c.conſuluit.
15 de vſuris. in vlt.col.† Sed iuxta hoc quæro,pone ꝙ debi-
tor uoluntariè ſoluit uſuras creditori, utrum poſſit illas re-
petere & denunciare fiſco illum tanquam uſurarium, ut
ſit pęna huius conſtitutionis? Dico, quòd ſic,quia tex.in c.
tua dudum. de vſur.expreſsè dicit,quòd uſurarij, quibus
promiſſum fuit,quòd uſuræ non repetantur ab eis,nihilo-
minus tanquam uſurarij tenentur ipſas reſtituere:ſed ſi in
tali promiſſione interuenit iuramentum, poſſunt petere
abſolutionem,ut ibi dicitur in glo.& no.in c.debitores.de
iureiuran.ergo poſtquam conſtat ipſos eſſe vſurarios,inci-
dunt in pęnam præſentis conſti.ꝙ ſi creditor mutuat pecu
niam nauiganti, & recipit in ſe omne periculum, dummo
do detur ſibi tantum pro centenario,an ſit uſurarius? Ex-
preſsè dicit tex.quòd ſic,in c.nauiganti.de uſur.de hoc ple
nè per Hoſt.in verſi.præallegato,in alijs autem.& Aſtenſis
lib.3.tit.11.verſi.ſequitur uidere de quarto. Nonò no. ex
tex.ibi,inulta non maneat.quòd exercentes uſuras non ſo-
lùm ſunt contemptores naturæ, ſed contemptores ueteris
& noui teſtamenti:& ſic iuris diuini & canonici, & etiam
imperialis conſtitutionis, & ideo quia multas leges con-
temnunt,diuerſis pęnis puniuntur.& ſic punitus de uſura-
ria prauitate per iudicem eccleſiaſticum,poteſt puniri pœ-
na publicationis bonorum per iudicem ſecularem, vt di-
cit Ant.de But.in c.tuæ. de procu.& in c.cum ſit generale.
de fo.comp. & no.Io.And.in c.fęlicis.de pęn.li.6. & Io.de
Ana. in c.ſuper his. de accuſ. An autem abſolutoria lata in
uno iudicio pariat exceptionem rei iudicatę in alio,tangit
16 Bar.in l.2.§.1.vi bon.rap.†Decimò no.ex tex.ibi,omnium
bonorum ſuorum.caſum, in quo uenit pęna publicationis
omnium bonorum, videlicet, quando quis legitimè con-
uincitur exercuiſſe uſuras,& condemnatur ad publicatio-
nem omnium ſuorum bonorum, & hoc probat tex. ibi,
dum dicit,damnamus.Et ſic ſecundùm And.hic,non ipſo
iure, ſed per ſententiam.nam dicit ipſe And.ꝙ antequam
fiſcus accipiat bona,debet damnari uſurarius,ꝙ ſiue bona
publicentur ipſo iure, ſiue per ſententiam in caſu requiri-
tur, ꝙ feratur ſententia contra poſſeſſores ipſorum bono-
rum, allegat ad hoc And. hic tex.in l.1.C.ubi cauſæ fiſ.&
ff.ad Sylla.l.neceſſarios.& ff.de iure fiſ.l.1.§.an bona,in gl.
& gl.in Auth.de ince.nup.in prin.& ff.qui & à quib.l.quę-
ſitum.& ff. pro ſoc. l. ſi fratres. §.idem reſpondit. & idem
latius dixit idem And.in c.1.in verbo, contrahentium in-
ceſtas nuptias.quæ ſint regalia.& idem dicit in crimine læ
ſę maieſtatis,ut bona publicentur,requiritur ſententia de-
claratoria in c.1.quo ip̃e miles.& in c.1.de feudo ſine cul-
pa non amit.& ibi dixi.& in hoc caſu ceſſat auth.bona dã-
natorum.C.de bon.dam.Quęrit hic And.quid ſi eſſet lata
ſententia contra uſurarium,& cõdemnatus ad publicatio-
nem omnium bonorum in caſu,in quo nõ eſſet confeſſus,
& ſic non eſſet conuictus & appellaſſet,an nõ obſtante ap-
pellatione, fiſcus poterit exequi ſententiã? & reſpondit ꝙ
nõ dẽt exequi, per tit.nihil nouari appellatione penden-
te. & pro hoc in tex.in appellatione. C. de appel.& habe-
tur in c.dilecti filij.extra eo.ti.appellatio reponit appellan
tem in priſtino ſtatu.ff.de admi.tut.l.chirographis.§.1.ſcd̃m
Bal.in l.fi.C.ſi a non comp.iud.& hinc infert,ꝙ titulus ni-
hil nouari appellatione pendente,hẽt locũ ẽt contra fiſcũ,
niſi qñ condemnatus ſit conuictus,vt in l.qm̃.C.de app.&
l.non abſtinendũ. C.quorũ app. vtit̃ ergo fiſcus iure cõi in
cauſis ſuis.l.1. C.de pet.hær.& l.qđ placuit.ff.de iure fiſ.ni
17 ſi ubi reperitur priuilegiatus.† Sed an publicatis bonis oĩ-
bus ueniant ẽt actiones? Dic ꝙ ſic,vt dicit Alb.in l.1.ff.de
ſtatu ho.per l.ſi ademptus.C.de ſent.paſ.Item q̃ro, an lata
ſñia ſuper publicatione bonorum pro iſto crimine uſura-
rum ſint publicata bona exiſtentia extra regnũ fiſco regio,

vel fiſco, ubi ſunt bona, uel non ſint publicata? Iſta quæſtio
requireret longam examinationem, & hic non eſt materia
ſua, ideo remitto me ad dicta per Oldr. in conſi. 17. & ad
Alb. de Roſa in l. 2. de ca. di. & in l. 1. C. de hære. inſti. & in
opere ſuo ſtatutorum, in 3. parte. in 1. q. & ad Bart. in l. in-
terdum. §. idem. ff. de publica. & in l. pp litem. §. licet. ff. de
excu. tut. & ad Bart. & Bal. in d. l. 1. C. de ſum. trin. & ad Io.
And. in nouella, in c. cum ſecundùm. de hære. li. 6. & plenè
per And. per duas col. in tit. quæ ſint regalia. in verbo, con-
demnatorum. Ant. de But. in c. poſtulaſti. de ſo. compe. Io.
de Imo. in l. ex facto. ff. de hære. inſti. Io. And. in addi. Spe.
in tit. de accu. in additione magna. & Ang. de Are. cum ad-
ditionib. Angeli in tract. de maleficijs. in verbo, & eius bo-
na publicamus. vbi multas alias quotas allegat, maximè
conſilia Pauli, & ſingularia Lud. vt ibi per eum. vide etiam
Alex. de Imo. in 1. vol. conſi. 31. Item quærit hic And. pone
ꝙ lata fuit ſententia contra vſurarium, per quam fuit con-
demnatus ad publicationem omnium bonorum, & ipſe
non appellauit intra decem dies, iuxta auth. hodie. C. de
appel. an poſſit poſtea dicere, ꝙ eſt nulla, & impedire exe-
cutionem? & concludit, ꝙ ſi illa ſententia apparet iniuſta
contra ius litigatoris, debet exequi, quia qui non appellat,
videtur ſententiæ acquieſcere. l. 4. & l. ciues. C. de appel. &
purgatur vitium ſententiæ latæ contra ius litigatoris, ſe-
cundùm And. hic, per l. fi. C. vt lite pend. idem ſi fuiſſet ap-
18 pellatũ, & eſſet deſerta. † nam iſta deſertio operatur, quia
fingitur non appellaſſe. in conſti. appellationum tempora.
in fi. & voluit Bal. in l. 1. 4. col. C. quando prouo. non eſt ne
ceſ. & Bal. in l. per hanc. §. ſin autem. C. de temp. appella. ta-
men poteſt videri de nullitate, ſecundum Bal. ibi. & Inn. in
c. ſæpe. & in cap. dilecto. de appel. & habetur in l. ſi expreſ-
ſim. ff. de appel. & ſi nullitas apparet ex eiſdem actis, impe
dit executionem, ſecundùm And. hic, ſecus ſi requirit al-
tiorem indaginem. l. 2. C. de falſis, & ff. ad exhib. l. fi. & in
l. 4. §. condemnatum. & ibi Bart. & Doct. ff. de re iudi. Sed
a iuxta hoc quæro,[a] ecce quòd vſurarius intra legitima tem-
pora appellauit, dicendo ſententiam nullam, & ſi qua eſt,
appellauit, prout dicit Bar. in d. l. ſi expreſſim. & eſt proſe-
cutus appellationem, & ſunt decurſa fatalia, vtrum po-
tuit dicere, ꝙ ſententia eſt nulla? Videtur quòd non, quia ſi
eſt deſerta appellatio, eſt etiam deſerta nullitas, quæ tacitè
inerat in appellatione, ita voluit Ioan. de Imo. in d. l. ſi ex-
preſſim. col. 21. verſi. poteſt dubitari iuxta prędicta. & ſub-
dit, quòd quando nullitas venit ſimul cum appellatione,
eadem inſtantia eſt nullitatis, & appellationis, etiam quan
do dictum eſt de nullitate ſententię, etiam ſi qua eſſet, fuit
appellatum, ſecus quando principaliter fuit intentata nul-
litas, quia tunc regulatur tempus nullitatis ſicut inſtantia,
licet poſſit nullitas contra ſententiam opponi infrà trigin-
ta annos, per no. in l. ſicut. C. de pręſcriptio. triginta vel 40.
annorum. & no. in c. in noſtra. de procu. & no. Inn. in c. di-
lecto. 10. col. de appel. & Spe. in tit. de ſenten. §. iuxta. verſi.
fi. & firmat Alex. in 5. volu. conſi. 47. in fi. & conſi. 53. &
multùm egregiè per Fely. in d. c. dilecto. ad quem me re-
mitto. vbi dicit hoc verum agendo, ſecus excipiendo, quia.
tunc perpetuò, vt ibi per eum, quia non eſt hic locus con-
gruus examinandi iſtam materiam, ſed hæc veloci calamo.
ſcripſi, quia And. hic aliqualiter tranſgreditur: ſed tangam
infrà in conſtitu. dilationes, in 2. lib. Item quærit hic And.
pone ꝙ probatum eſt contra accuſatum de uſuraria praui
tate per teſtes, quos ipſe accuſator reprobauit, & repulſa-
uit legitimè, quid operetur iſta repulſa? Dicit ipſe, quòd
habentur ipſi teſtes repulſati, ac ſi nihil dixiſſent, argu. l.
ſi prætor § Marcellus. ff. de iudi. & infrà in conſtitu. proſe-
quentes. vbi ſi producitur angarius in teſtem contra nobi-
lem, & deponit contra eum, habetur ac ſi non eſſet produ-
ctus, per regulam. l. non dubium. C. de legib. ſecundùm
And. in c. 1. qui teſtes ſint neceſ. ad proban. no. inue. in ad-
di. ſua. & ea quæ ibi ſuper hoc dixi, non repetam. hic ſo-
lùm addo id, quod dicit Bal. in l. contractibus. 1. col. C. de
19 non num. pecu. vbi dicit, † quòd ſi iudex admittit ad pro-
bandum id, quod de iure probari prohibetur, nulla eſt
probatio, ſed in hoc nolo inſiſtere, quia eſt regula brocar-
dica, verum quod a prin. eſt inualidum, ſi poſtea produca-
tur, & pars tacet, reconualeſcat. vide per Iac. But. in l. non
diſtinguemus. §. 1. ff. de arbitr. & in l. patre furioſo, & ibi
etiam per Alb. de Roſ. ff. de his qui ſunt ſui, vel alie. iur. &
Lud. in l. certi condictio. §. quoniam igitur. ff. ſi cer. peta. &
Bald. in l. Barbarius. 2. col. ff. de offi. præto. & ſcribentes in
c. 1. de reſti. ſpol. & Barth. Veronen. in ſuis cautelis, char.
b 37. Item quærit hic [b] And. an per teſtes ſingulares dicen-
tes Titium eſſe uſurarium, eò quia unus teſtis dicit, quòd
mutuauit Sempronio ſub uſuris; alius teſtis dicit, quòd
mutuauit Petro ſub uſuris: & tertius teſtis dicit, quòd mu-
tuauit Martino ſub uſuris: & concludit, quòd probant ip-
ſum in genere eſſe uſurarium; licet in illo actu particulari
non habeat conteſtem, allegat in ſim. Inno. in c. qualiter. de
teſt. & in c. qualiter & quando. lo 2. de accuſa. vbi iuriſdi-
ctio in genere probatur per teſtes ſingulares deponentes
in diuerſis actibus iuriſdictionis. hanc concluſionem fir-
mauit etiam Bal. in l. 1. C. de teſti. poſt argumenta pro, &
contra, ſcilicet vt poſſit contra eum inquiri, ex quo per di-
ctos teſtes ſingulares probatur infamia, non autem poteſt
condemnari ſecundum Bald. in l. 1. C. de proba. & de hac
materia dixi ſuprà in præcedenti conſtitutione, in primo
notabili. facit ad hoc id, quod dicit Pau. de Caſt. in l. admo
20 nendi. ff. de iureiurando. quòd † iudex poteſt adhibere fi-
dem teſtibus ſingularibus. & idem dicit in d. l. Lucius. ff.
de his qui no. infa. licet regulariter non probent, vt no. in
c. licet ex quadam. de teſti. item ad probandum contractũ
vſurarium admittuntur, & ſufficiunt probationes, quæ in
alia cauſa non eſſent omnino ſufficientes, & hoc propter
excogitatas calliditates, quæ in contractibus fœneratores
committunt, vt dixit Ioan. And. in c. ex literis. de iureiu. &
in cap. 2. eo. titu. in 6. & firmat Alexan. in 3. uolu. conſi. 46.
incip. circa præſentis conſi. 2. colum. verſi. concurrit. & ac-
cedat ad hoc conſilium Gaſparis de Cald. plenè in titu. de
teſti. quod incipit, an probent teſtes. ubi dicit, quòd teſtes
ſingulares probant in genere, quem eſſe uſurarium, alle-
gat Spe. in titu. de inquiſitione. §. 1. verſi. quid ſi unus. licet
quidam contradicunt, ut patet ex dictis per Innocentium
in c. qualiter & quando. lo 2. de accuſa. tamen ipſe tenet,
quòd ſi uolo probare dictum propter ſe, tunc ſingularia te
ſtimonia non ſufficiunt, per d. cap. licet cauſam. ſed ſi uolo
probare id quod elicitur ex actibus, tunc non eſt neceſſe,
quòd teſtes, qui deponunt de actibus concordent de loco,
& tempore, & cauſis, & dicit, quòd iſta fuit intentio Inno.
ſed aduerte, quia Ant. de But. in cap. cum oporteat. de ac-
21 cuſa. expreſsè dicit, † quòd ſi vnus teſtis dicit, quòd P. exer
cuit uſuram: quia mutuauit Seio ſub uſuris, eo præſente
& uidente: & alius teſtis dicit, quòd P. exercuit uſuram,
quia mutuauit Sempronio ſub uſuris eo uidente, quòd
iſti teſtes non probant eum eſſe uſurarium; quia iſti teſtes
ſunt ſingulares. hoc idem firmauit Alexan. in 1. uol. conſi.
72. incip. inſpecto diligenter proceſſu. & illud eſt duplica-
tum in 2. volu. conſi. 174. & allegat etiam Fede. de Senis
in conſi. 63. & conſi. 27. & Lauren. de Rodulphis in dicto
cap. conſuluit. q. 118. & idem in effectu ſentit Bald. in l. di-
ctantibus. C. de teſtam. hodie in iſto regno deciſum eſt per
capitulum regni, quod allegaui ſuprà in conſtitu. præce-
denti. ideo me amplius non extendo, & uidi per commiſ-
ſarium regium ſententiatum contra uſurarium per tres
teſtes ſingulares, uigore d. cap. regni. Quibus autem mo-
dis fit probatio contra uſurarium, uide quandam apoſtil-
lam longam Alexan. de Imo. in l. 2. ff. de furt. ubi multa
dicit, & ultra eum dicit Bald. in l. ſcripturas. C. qui po. in
pign. ha. quòd per teſtes probatur, quòd eſt uſurarius ma-
c nifeſtus. Et an per ſcripturam libri [c] priuati probetur uſu-
rarius manifeſtus? Vide Archid. 54. diſtin. qui ſyncera. &
Dominicum de ſancto Gemi. in c. quanquam. in princ. in
6. colum. de uſu. lib. 6. & no. in clem. unica. eo. tit. & ſcias,
quòd Bald. in l. interpoſitas. C. de tranſact. dicit unum di-

ctum

22 ctum ſatis ad propoſitum, nidelicet † quòd ad reſcinden-
dum contractum tanquam nſurarium, non ſufficit in ge-
nere probare, quòd contrahens erat vſurarius, niſi probe-
tur ſpecificè, quòd ille contractus erat vſurarius. & Alex.
de Imo. ibi addit Cyn. & Bald. idem tenentes in l. 1. C. de
proba. & Arch. & Io. And. in d. c. quanquam. de vſu. in 6. &
Pau. de Liaza. in diſputatione ſua, incipiente, contra inſtru
mentum debiti, & in dubio. & Abb. in c. ex literis. de iure-
iur. & iſtud dictum Bal. allegat Alex. in d. l. 2. ff. de fur. Vn-
decimò no. ex tex. ibi, publicum. quòd accuſatio de vſura-
d ria prauitate eſt crimen publicum [d] per iſtam conſtitutio-
nem, & competit iſta accuſatio cuilibet de populo, etiam
quòd ſua non intereſt, per iſtum tex. Sed de hoc dic, vt di-
cam infrà in gl. in verbo, deferendi. ſed quid ſi non eſſet di-
ctum in tex. iſto, ſit crimen publicum, ſed fuiſſet dictum;
quòd omnibus liceret accuſare, an propterea eſſet crimen
publicum? Bar. & Ang. in l. 1. ff. de publi. iudi. dicunt, quòd
non eſſet crimen publicum, niſi eſſet ſpecificè dictum, &
ſic non eſſet infamis. ſed Io. de Imo. ibi videtur tenere con
trarium: ſed in practica ſeruatur opi. Bart. In hoc non inſi-
ſto, quia iſte tex. expreſsè dicit, quòd hoc crimen vſura-
rium eſt publicum, & competit cuilibet de populo accuſa-
tio. ſed ſi delictum ſit publicum, licet non ſit dictum, ta-
men cuilibet de populo competit accuſatio. Remitto me
ad Io. de Imo. in d. l. 1. & Alex. in l. in prouinciali. §. ſi in pu
blico. ff. de ope. no. nunc. ſed quia tex. iſte dicit, quòd cuili-
bet de populo licet accuſare, nec à delatione aliquis repel-
23 latur. † Quæro, an ſit aliqua differentia inter accuſatores;
& delatores? dico quòd ſic, nam delatores ſunt occulti ac-
cuſatores, & interdum calumnioſi, ſed accuſatores ſunt pa
lam. Item delator non ſubit litis ſumptus. C. de monopoli.
l. 1. item delatorem lex prouocat præmio, vt in l. edicto. §.
ſenatus. ff. de iure fiſ. ad idem tex. in l. 3. C. de maleficijs. di
cit, accuſatorem illorum criminium non eſſe delatorem,
ſed dignum magis præmio arbitramur. Et idem in l. nulli.
in fi. C. de epiſ. & cler. ſed Lucas de Penna in rub. C. de de-
latoribus. lib. 10. quaſi nullam in effectu adhibet differen-
tiam inter delatorem, ſiue denunciatorem, & accuſatorem
vt ibi poteris uidere, & ibi uide glo. quæ exponit quot mo
dis capitur delator. & vide in l. noſtris. C. de calumniato.
vbi dicitur delator, qui nomine ſuo denũciat, ſed alterius
24 mandato, qui non poterat denunciare. † Duodecimò no.
ex tex. ibi, Iudęos tantum excipimus. quòd licet ab iſta pro
hibitione & punitione eximantur Iudæi: non tamen per
iſtam conſtitutionem eſt eis permiſſum, quòd poſſint nſu-
ram cum Chriſtianis exercere: imò expreſsè ſtatuit, ꝙ vi-
gore huius caſſationis nſurarijs non datur licentia exer-
cendi uſuram, licet moderetur exactio vſurarum: hoc fa-
cere potuit iſte Imperator, vti dicit Pau. de Caſt. in conſi.
378. incip. quoddam commune conuenit. & per hoc be-
ne facit gl. in cle. 1. in uerbo facere. de vſur. quæ dicit, quòd
ſi ſtatuto caueatur, quòd uſurarius non poſſit accipere prę
ter duus denarios pro libra, non videtur ſtatutum permit-
tere, quòd uſurarij poſſint accipere duos denarios: quia ſta
tuentes inciderẽt in pęnam excommunicationis. & iſtam
glo. allegat ad hoc Bald. & Alex. in l. ſi eum. §. qui iniuria-
rum. 6. colum. ff. ſi quis cautio. & Bal. in auth. ad hæc. C. de
25 vſur. & in l. Gallus. §. ille caſus. ff. de lib. & poſth. † Sed hic
quæro, utrum rex in regno ſuo poſſit dare priuilegium Iu-
dæis exercendi vſuras moderatas a ſuis vaſallis? Alexan. de
Imo. 5. vol. conſ. 57. inci. quoniam in quæſtione propoſita,
refert Card. Flo. in cle. 1. in 15. q. de vſu. dicentem, quid de
rege Aragonum, qui leuat tributum à Iudæis propter uſu-
ras, quas permittit eis exercere, incidit ne rex in excom-
municationem? & dicit ꝙ ſic, quia nedum Chriſtiani, ſed
etiam Iudęi ſunt prohibiti, etiam lege ueteri, exercere vſu-
ram, maximè cum Chriſtianis, vt in c. quanto. & in c. poſt
miſerabilem. de vſu. Idem dicit Hoſt. in ſum. eo. tit. §. in ali
quo. ubi dicit, ꝙ quilibet tenetur reſtituere vſuras, ſiue ſic
Chriſtianus, ſiue Iudæus: vt habetur Deutero. c. 28. ſed idẽ
Alex. in 2. vol. conſi. 107. inci. pro inueſtigatione prędicto-
rum. multùm copioſè examinat iſtam quæſtionem, & ar-
guit ad partes: & finaliter concludit, ꝙ diſpenſatiuè hoc
poſſit, potius tolerando, q̃ permittendo, ut ibi latius pote-
ris videre. & uide ad hoc unum pulchrum conſilium do-
mini Ant. de Pratoueteri, poſitum in 4. uolu. conſi. Alex. in
conſi. 49. incip. paucis vtar, ne &c. vbi probat vſuram eſſe
prohibitam iure C. item iure Authenticorum. item iure
26 veteris Teſtamenti. item per concilium Nicenum. † item
per ius Canonicũ, & ꝙ ſuper iſto crimine non poteſt fieri
diſpenſatio, quia ſunt prohibitæ per euangelium, & Papa
contra euangelium non diſpenſat, ut tenet D. Ant. de But.
In c. ſuper eo. de vſur. & Io. And. in mercu. in regula, pecca-
tum. in vlt. art. 2. membri. uerſi. ſed ſi fiat ulterius. & dicit
ſe conſuluiſſe, ꝙ non poteſt Iudæis concedi poteſtas fœne-
randi, & qui contrafacit, citò uenit ſibi iudicium Dei, ut
ibi latius per eum. Accedat ad hoc quoddam nobiliſſimũ
conſilium Pet. de Anch. 244. incip. Chriſtianiſſime & illu-
ſtris princeps. ibi poſt quinq; fortiſſima argumenta ad pro
bandum, ꝙ princeps poſſit concedere decretum cum vo-
luntate populi, ꝙ Iudæis poſſit fieri iuſtitia ſuper uſuris,
concludit contrarium, ex quo Iudæi tenentur Chriſtianis
reſtituere uſuras exactas ab eis, ut in allegato. c. poſt miſe-
rabilem. & ibidem idem firmat Io. de Ana. referens breui-
ter dictas quinq; rationes Pet. de Anch. ſuper hac materia.
Habeo unum pulchrum conſilium d. Alex. de Neuo Vi-
centini, magni iuriſconſulti, in quo quęrit de quinq; quæ-
ſtionibus. Et in prima, an peccent Iudæi fœnerando Chri-
ſtianis. Secunda, an eccleſia de hoc peccato, quod faciunt
Iudæi contra Chriſtianos, debeat ſe impedire. Tertia, an ec-
cleſia debeat tolerare, uel conſentire huic peccato propter
maius malum uitandum, uel propter maius bonũ, quod
exinde ueriſimiliter ſequi ſperatur. Quarta, an principes ſe
culares, uel communitates poſſint Iudæis dare licentiam
fœnerandi cauſa maioris mali euitandi, uel boni, quod ex-
inde ſequi poſſit, & an incidant ex hoc in pęnam cle. pe. de
27 uſu. & in pęnas c. in omnibus. eo. tit. in antiquis. † Quinta,
an Papa ex cauſis prædictis poſſit concedere ex diſpenſa-
tione apoſtolica licentiam Iudæis fœnerandi, concurrente
uoluntate ciuitatis hoc etiam petentis. Et quia non inten-
do ſuper quæſtionibus bene examinatis, & ſuper ſolem fa
cibus date lucem, ſolùm eliciam breues concluſiones. Su-
per prima quęſtione concluditur, quòd Iudæi peccant fœ-
nerando Chriſtianis, hoc tenet Beat. Tho. de Aquino ſe-
cunda ſecundæ. q. 78. art. primo. & Hoſt. in ſum. in d. §. an
aliquo caſu. Io. And. in nouella, Ant. de But. & Card. Flor.
in c. conqueſtus. de uſuris. & Archi. in c. ab illo. 14. q. 4. &
Raymundus de Pennaforti in ſum. de uſuris. & iam idem
28 ego ſupradixi. † Ad ſecundam quæſtionem concluditur,
quod licet ſoleat dici, quòd de his, quæ foris ſunt, nihil ad
eccleſiam pertinet iudicare, ut in c. multi. 2. q. 1 & cap. qui
ſyncera. 45. diſt. tamen hoc militat in hac materia uſura-
rum, ex quo tex. in c. poſt miſerabilem. præcipit omnibus
iudicibus, quòd compellant Iudęos ad reſtitutionem uſu-
rarum, quia uſura lege naturæ prohibita eſt, & contra ius
diuinum exercetur uſura, ut patet per Ioan. And. in dicta
regula, peccatum. in mercurialibus. Ad tertiam quæſtio-
nem concluditur, quòd non licet mihi facere peccatum,
ut alius ſaluetur, ut 2 2. q. 2. c. primum. & c. ne quis. & 14.
q. 5. c. fortè. & ſic non licet mihi committere minus pecca-
tum, ut alius euitet maius: & patet in allegato c. ſuper eo.
de uſuris, & ſic eccleſia non debet permittere Iudæis ſace-
re uſuras, ut Chriſtiani euitent maius malum. hoc mul-
tum egregiè probat frater Girardus de Senis, ut refert Io.
And. in dicta regula, peccatum, in 3. q. Ad quartam quæ-
ſtionem reſpondetur, prout ſupra dictum eſt, ꝙ rex non
poteſt permittere Iudæis, quòd faciant uſuram, ut ſuprà di
29 ctum eſt. † Ad quintam quæſtionem reſpondetur, quòd
Papa uſuras permittere non poſſit, quia uſuræ ex utroque
teſtamento ſunt prohibitæ, ut patet in d. c. ſuper eo. & per
Io. And. in dicta regula, peccatum. in mercuria. licet bene
Papa poſſit interpretari, & modificare ius diuinum, ut pa-

tet in c. licet. de fer. de quo in c. à nobis. per Io. And. de de-
ci. & per Fel in c. quæ in eccleſiarũ. in 2. col. & ſe. de conſti.
itē pōt Papa diſpenſare poſt cõmiſſum peccatũ contra prę
ceptum diuinũ pęnitentia iniuncta, vt declarat bene Io. de
Ana. in d. c. ſuper eo. in glo. prim 2. Decimotertiò no. ex tex.
ibi, quos conſtat non eſſe ſub lege. ꝙ Iudæi tanquam ho-
mines perditi, de quibus ſancta mater eccleſia parum cu-
rat; non ſunt ſub lege euangelica. & ideo licet ipſi vſuras
exerceant contra eorum legem veteris teſtamenti, vt ſu-
pra dictum eſt, & patet ex iſtis, quæ ſcribit Abb. Sicu. in c.
poſt miſerabilem. de vſu. eos non punit directè, quia de eis
non curat, quia iam ſunt damnati, niſi conuertantur, bene
tñ pro intereſſe Chriſtianorum prouidet eccleſia, vt non
immoderatas vſuras exigant à Chriſtianis, vt in c. quanto.
de vſuris. & iudices ſeculares poſſunt ipſos compellere ad
reſtituendas immoderatas vſuras ad petitionem Chriſtia-
norum, vt in d. c. poſt miſerabilem. ſicut dicimus de mere-
tricibus, quæ propter earum vilitatem non merentur le-
gum laqueis innodari, vt dicit tex. C. de adulte. l. quæ adul
terium. inde dicit tex. in c. gaudemus. de diuortijs. 2. q. 1.
c. multi. quid ad nos de his, quæ foris ſunt iudicare. licet
ſancta mater eccleſia ex pietate Chriſtiana eos receptet, &
30 ſuſtineat, vt dicit tex. in c. ſi Iudæis. & † ipſos blandimen-
tis, & non aſperitatibus ad fidem reducat, vt dicit tex. 45.
di. c. qui ſyncera. Decimoquartò no. ex tex. ibi, ſed metam
ipſis imponimus, ꝙ valet ſtatutum laicorum ſuper mode-
ratione vſurarum percipiendarum per Iudæos à Chriſtia-
nis, hoc etiam voluit Bal. in auth. & omnino. 6. col. C. ne
vxor pro marito. & Pau. de Caſt. in allegato conſi. 375. in-
cipiente, quoddam cõe conuenit. Alex. in conſi. 219. in 2.
vol. ſed de hoc vide, quæ ſcribit Io. de Ana. in c. præterea.
in gl. in verbo, facere. de vſuris. Et quę dicatur vſura immo
derata, vide Io. de Ana. in d. c. quanto. in j. gl. de vſuris. & te
ne menti iſtum tex. per quem ſtatutum eſt, ꝙ ſi Iudęi perci
piant à Chriſtianis vltra vnam vnciam pro decem vncijs
mutuatis pro vno anno, debent per fiſcum regium puniri
pœna nonupli eius, quod vltra vnciam pro decem vncijs
mutuatis habuerunt. & de iure canonico poteſt eis interdi-
ci cõuerſatio cum Chriſtianis, vt in d. c. poſt miſerabilem.
& compelli ad reſtitutionem vſurarum immoderatarum,
vt in d. c. quanto. & d. c. poſt miſerabilem. & ſic patet, ꝙ
aliæ pęnę, quę imponuntur Chriſtianis pro peccato vſurę,
non habent locum in Iudęis, vt in c. quia in omnib. de vſu-
ris. vbi illæ pęnæ conueniunt Chriſtianis, & non Iudęis. ſic
etiam imponitur pęna nonupli officiali, qui in ſuo compu
to fraudat fiſcum, vt patet in ritibus magnæ cameræ ſum-
31 mariæ. † Decimoquintò, & vlt. no. ex tex. ibi, propter neceſ-
ſitatem hominum, ꝙ ſicut interdum pp bonum, quod ſe-
quitur ex aliquo malè geſto, ipſum malum toleratur, vt
13. di. c. nerui. & no. gl. in c. inter opera. de ſpon. quæ dicit,
ꝙ propter maius malum euitandum eccleſia tolerat mere
trices ſub quadam diſſimulatione: ita Imperator hic pro-
pter neceſſitatem Chriſtianorum, taxat hic vſuras perci-
piendas per Iudæos à Chriſtianis, non ꝙ eas permittat, vt
ſuprà dictum fuit in 12. no. non ergo iſta moderatio & to-
lerantia inducit permiſſionem, ſed inducit, ꝙ ex hoc non
puniuntur, ſicut in ſimili dicit Sal. in l. nullus. C. de Iudæis.
& Alex. in allegato conſi. 107. in 2. vol. vlt. col. Et ideo ſole
mus dicere, ꝙ multa permittuntur ex cauſa neceſſitatis,
quæ aliàs non concederentur, vt no. gl. quę allegat concor.
in l. 1. ff. de offi. eius cui man. eſt iur. & glo. in c. non eſt, de
regu. iur. & de obſerua. ieiu. in c. conſilium. & in conſti. ſi
quandò. in 3. lib. ſub rub. 37 & alibi, neceſſitas non eſt ſub
lege, vt in l. 1. ff. de offi. conſulis. no. Alex. in l. principalib.
ff. ſi cer. pet. & in l. 1. C. de ope. lib. de quo plura de hoc per
Lucam de Penna in l. 1. C. de commeatu. lib. 12. & per Bal.
& Albe. de Roſa. in d. l. 1. in fi. ff. de offi. conſulis, dixi in c.
2. 5. no. de feudo ſine culpa non amit. Legimus enim diſci
pulos Ieſu Chriſti comediſſe de ſpicis alienis, ꝑpter neceſ-
ſitatem. de conſe. diſt. 5. c. diſcipulos. 47. di. c. ſicut. & vide
glo. 32. q. 4. c. ſicut. in verbo, infame. In glo. j. ibi, nec dicat

quis: hic gl. ſentit vnam oppo. hic Imperator taxat Iudæos
exercentes vſuram, & ſic tacitè permittit Iudęis iſtam vſu-
ram hic taxatam recipere, ita ꝙ non poſſunt compelli ad
reſtitutionem, ergo ſequitur, ꝙ Iudæi ſunt melioris condi-
tionis q̃ Chriſtiani, quibus prohibetur, vt etiam quid mi-
nimum pro mutuo non liceat paciſci, quod eſſe non dēt:
quia non debet eſſe melioris conditionis malus q̃ bonus,
vt no. gl. quæ allegat concor. in l. non ſolum. ff. de noxalib.
Solu. dicit Iudæis non permittitur, ꝙ poſſint mutuare ſub
vſuris, ſed ſi ipſi faciunt contra legem diuinam, eccleſia nõ
curat de eorum perditione. & ideo ſunt peioris conditio-
nis, q̃ Chriſtiani, vt ſuprà dixi in 12. & 15. no. In glo. 2. dic
vt dixi ſuprà in 3. no. In gl. in verbo, ſuſcepimus. dic vt dixi
32 ſuprà in 1. no. † In gl. in verbo, diuinæ coniungimus vltio-
ni. ibi, princeps dicitur Deus terrenus. allegat gl. in l. 1. §. ad
municipium. ff. ad l. Falc. adde Bal. in l. Imperialem. in fi. de
prohi. feu. ali. per Fed. vbi dicit, ꝙ rex quò ad ſuos ſubditos
in regno ſuo eſt tanquam quidam corporalis Deus. & di-
cit Bal. in 1. vol. conſi. 126. incip. præmiſſis. ꝙ lex non exe-
quitur aliquod iniuſtum, vel iniquum, quia oculus legis
ſicut oculus Dei omnia videt, omnia intuetur, l. ſi pecuniã.
§. ſi ſeruum. ff. de condi. ob cau. & rex in regno dr̃ lex ani-
mata, vt in Auth. de conſulib. & in l. princeps. ff. de legi. &
ideo antiquitus dicebatur, ꝙ corona imperialis inuiſibilis
imponebatur à Deo ipſi principi, materialis verò & viſibi-
lis eſt ipſa infula, de qua loquitur lex, bene à Zenone. C. de
qua. præſcr. ſm Bald. in conſi. 349. incip. ſuper eo. in 3. vol.
& dicit Bal. in l. ius pluribus. ff. de iuſt. & iu. ꝙ ius diuinum
conceſſit principib. ſupremam poteſtatem, vt patet in euan
gelio. ibi, non haberes poteſtatem, niſi data eſſet deſuper.
& de Papa dicit Bal. in c. bonæ. de poſtu. præla. lo 2. ꝙ Papa
eſt ſicut ſol in planetis, & ideo unus Deus, unus ſol, unus
Papa, ut dicit glo. in cle. fi. de hære. In gl. in uerbo, etiam ſi
extra regnum, an exteri excuſentur à pœna conſtitutionis
33 regni. dic, ut dixi ſuprà in 7. no. † In glo. in uerbo, dare
e fœnori. quæ eſt ratio, quòd de pecunia non licet recipere
aliquem fructum, ſed de re empta ex pecunia licet recipe-
re fructum? Reſpondet gl. quòd pecunia de ſe nullum fru-
ctum parere poteſt, & ideo uſura eſt præter naturam, ſe-
cundum Philoſophum. idem Ioan. And. in mercu. in regu-
la, peccatum. & in c. 1. in nouella, de uſuris. lib. 6. & Bal. in
rub. C. de uſuris. ſed recipere fructum, uel penſionem de
re locata licitè recipitur; quia periculum rei locatæ ſpectat
ad locantem. ff. de rei uendi. l. ſi nauis. quod non eſt ſic in
pecunia mutuata. In ea. gl. ibi, ſed diceret aliquis. Glo. hic
ſentit unam pulchram quæſtionem. pone ꝙ mihi ſunt mu
tuata centum, & ego ſponte ſibi promitto ſoluere decem
pro uno anno pro illis centum mutuatis, & ſponte ſoluo,
an ſit uſura? Vr̃ ꝙ non; quia ego poſſum de bonis meis li-
berè ſibi donare illa decem: certè ſic, cum nemo uideatur
pati iacturam uoluntariè, l. nemo uidetur. ff. de regu. iur. &
rei ſuę unuſquiſq; eſt moderator & arbiter. l. in re manda-
ta. cum ſi. & pro hoc facit, quia debitor pōt legare ſuo cre-
ditori ultra id, quod debet, ut in l. Menius. §. debitor. ff. de
leg. 2. & tale legatum eſt donatio. ff. de leg. 1. l. legatum. In
contrarium quòd mutuanti non liceat ab eo, cui mutuauit
reſpectu ipſius mutui aliquid recipere, etiam ſi ſponte ſol
uat, uel ſponte promittit ſoluere, quia occaſione mutui ſol
uitur, & dicit euangelium, mutuũ dantes, nihil inde ſpe-
rantes. Secus ſi aliquid ſponte offeratur ſine promiſſione,
& ille, qui mutuauit, erat aliàs mutuaturus, tunc licitè da-
tur, & accipitur, arg. c. dilectus. de ſymo. & c. ſicut epiſco-
pum. ut dicit Io. de Ana. in c. præterea. in prin. de uſuris. &
pro hoc benefacit. c. debitores. de iureiu. ubi probatur, ꝙ
uſura ſponte ſoluta ſine promiſſa ſolui ẽt cum iuramento,
ſi eſt ſoluta, repetitur. c. cum tu. & c. cum quis. de uſuris. &
firmat hoc And. in prin. & pro hoc. l. quamuis. C. de uſur.
Solutio. ſi gratis aliquid dat̃ mutuanti pecuniã ſine pacto,
non eſt uſura. 19. q. 2. c. uſura eſt. 18. diſt. c. de elogijs. ni-
ſi mutuans habeat ſpem aliquid recipiendi, ar. c. tua. de ſy-
mo. 14. q. 3. c. 1. & in c. conſuluit. de uſuris. ſed ubi interue

nit

nitpromiſſio etiam ſpontanea, vel ſolutio vſuræ ſpontanea pro mutuo, vſura eſt. & firmat Hoſt. in ſum. eo. tit. §. 1.
34 † In glo. in verbo, deferendi. adde ad iſtam gl. ꝙ licet om-
f nibus ſit permiſſum per iſtam conſtitutionem denunciare vſurarios iudicibus ſecularibus, tamen hodie per capitulum reginę Ioannę primæ, & in ordine, & per ritum magnæ curiæ vicariæ, prouiſum eſt, ꝙ nullus admittatur ad denunciandum curiæ aliquem de vſuraria prauitate: ſed tantùm admittetur ad accuſandum, & tunc proceditur ordinariè ſeruato iuris ordine, & ſic per capitula regni, & ritus magnæ curiæ eſt correcta in hoc præſens conſtitutio. Sed quæro, quid ſi accuſator deſiſtit ab accuſatione ante ſententiam, an fiſcus poterit proſequi? Dicit hic And. ꝙ ſic, arg. l. 3. C. de abolitionibus. & ibi hoc firmat Bal. poſt Cy. & an teneatur proſequi mortuo accuſato? Dic ꝙ ſic, ſm Bar. in l. ſenatus. §. ſi propter mortem. ff. ad Turpil. & ſi accuſator deſiſtat poſt litem cõteſt. punitur pęna Turpiliani, & poteſt compelli, vt proſequatur, vt in l. quæſitum, per Bar. ff. eo. tit. & ibi vide apoſtillam Ale. & Bal. in l. 1. in 7. col. C. qui accu. non poſ. & vide Io. And. in Spe. in tit. de accu. §. vt tractandum eſt. & vide Bart. in l. 3. §. 1. ff. de præuaric. & in l. 1. §. ſi quis aũt. ff. ad Turpil. Cy. in l. qui crimen. C. qui accu. nõ poſ. Saly. in l. 1. C. ad Turpil. & ſcias, ꝙ per iſtam gl. in cauſa accuſationis de vſuraria prauitate poteſt interuenire procurator ex parte accuſati, quia non venit imponenda in hoc de iure pęna corporis afflictiua, ſed ſolùm venit imponenda pęna publicationis bonorum, licet ſit crimen publicum, cui adde gl. idem tenentem infrà in conſti. beneficium. Item adde tex. in l. cum rem pecuniariam. C. de procu. & idem tenet Imo. in l. accuſatore. §. ad crimen. ff. de publi. iudi. vbi dicit etiam, ꝙ ex parte accuſatoris admittitur procurator, lite conte. per tex. in l. licet. §. 1. ff. de procu. bene tñ credo, ꝙ propter maioritatem pręiudicij, quia cauſa ardua eſt, requiritur ſpeciale mandatum, itaq; non ſufficeret gñale. arg. l. non ſolùm. §. fi. ff. de procu. & hoc eſt in priuilegium cauſæ arduæ, vt ſentit Alex. in d. l. cum pecuniariam. & de multis priuilegijs facti ardui, vide per And. Barba. in ſuo conſi. char. 4. & in conſi. 44. in 2. char. & per Fely. in c. quoniam. §. 1. de offi. deleg. reputo enim eſſe cauſam arduam, vbi agitur quæſtio de omnibus bonis, vt patet infrà in conſti. proſequentes. ibi, aut de om-
35 nibus bonis. † In gl. fi. quærit gl. quod dicatur crimen publicum? Vide gl. cui adde, quòd omnia iudicia enumerata in l. 1. ff. de pub. iudi. ſunt publica crimina, vbi dicit Ang. quòd omnia crimina, quæ ponuntur ſub aliqua rub. incipiente ad. l. Iuliam, dicitur publicum iudicium. Item dicitur iudicium publicum latè, qñ competit cuilibet poteſtas accuſandi, vt in l. quòd ſenatus. in prin. ff. de iniur. & in §. conſequẽs. Inſti. de ſuſpe. tu. item dicitur publicum, quando lex ſtatuit, quòd ſit publicum. ſicut ſtatuit iſta conſtitutio, quæ vult, quòd crimen vſurarum ſit publicum. & pro hoc bene facit tex. in l. 3. §. fi. ff. de præuarica. & ſic patet, ꝙ ex quo crimen vſurarum eſt publicum per iſtam conſtitutionem, quòd ex hoc efficitur infamis. ſed pro hoc eſt tex. in l. improbum. C. ex quib. cau. infamia irro. idem de iure canoni. vt in c. infames. 3. q. 7. & 6. q. 1. c. infames. voluit ẽt Ant. de But. in c. Raynutius. de teſta. & frater Ang. de Claraſio in ſua ſum. Angeli, in ver. vſuras, colligit nouem pęnas, quas incurrunt vſurarij, de quib. aliqua dixi ſup. in 5. no. & per iſta eſt expedita lectura huius conſtitutionis.

ANNOTATIONES.

a Quæro.] An deſerta cauſa appellationis, ſit deſerta cauſa nullitatis, quando ſimul ſunt propoſitæ, vide infrà, & practicam Papienſem, verſ. & inquantum ſit aliqua, de forma appellandi. Io. Ant. Batius.

b Quærit.] An teſtes ſingulares deponentes quem eſſe uſurarium probent? Vide infrà. & Fel. in c. perſonas. extrà de teſti. uide ad idẽ regiam Pragmati. quæ incipit, Lodouicus & Ioanna. Et an contra vſurarios poſſit procedi ex officio, vel via ordinaria? Vide. c. regni, Item ꝙ prędicti officiales. & regiam nouel. Pragma. Caroli quinti Imperatoris, ꝗ incipit, vſurarum ẽt voraginem. Io. Ant. Batius.

c Scripturam libri.] Adde, ꝙ manifeſtus vſurarius dr, & intelligitur, qñ cõis opinio eſt, ꝙ ipſe ſit vſurarius, & ꝙ probetur per duos vel tres teſtes: licet tñ probetur vſurarius, & non probetur cõis opinio, vel actus publici facti, non dr vſurarius manifeſtus, etiam ſi appareat per codicem rationum ſuarum. & hoc probatur ſingu. per tex. in l. ſcripturas. C. qui poti. in pig. hab. gl. eſt. 14. q. 3. c. ſane. el 2. & per Io. And. in c. cum in diœceſi, extra de vſuris.

d Publicum.] Iuxta hoc quæro, an mulier & pupillus admittantur ad accuſandum, ſeu denuntiandum tale delictum vſurarium: vbi nec ſuum, nec ſuorum damnum proſequuntur? & loquor in terminis huius conſt. Moder. quidam huius regni in ſoliloquio 4. tangunt hanc quęſtionem, & firmant, mulierem & popolum non admitti, per l. mulieri. ff. de popul. actio. vbi litera dicit, mulieri & pupillo populares actiones non dantur, niſi cum ad eos pertineat. & ita dicunt debere limitari hanc conſt. loquentem generaliter. ſed hæc limitatio apud me eſt valde dubitabilis, quia vr̃ contra tex. huius conſti. ibi, omnibus. ꝗ eſt dictio vniuerſalis, & complectitur omnes etiam mulierem & pupillum. Imò verba ꝗ ſubſequuntur in tex. ibi, nec à delatione propterea aliquis repellatur, ꝙ damnum proprium vel ſuorum proſequuntur. corrigunt in materia noſtra d. l. mulieri. eo quia ipſius non interſit. vnde credo potius illam l. mulieri, limitari per conſtitutionem noſtram, quàm conſtitutionem limitari per eam. & ſic contra tales Mod.

e In gl. in verbo, dare,] Adde, ꝙ licet dicta huius gl. in ſe vera ſint, tamen non eſt bona ratio, quam reddit. ꝙ ideo vſura prohibetur, ꝙ non ex re, ſed pp rem percipitur, & eſt ciuilis acceſſio. nam & penſio non ex re, ſed pp rem percipitur, ſeu præſtatur. & ciuilis acceſſio eſt, vt patet in l. ſi nauis. in prin. de rei vend. ideo dicendũ eſt ſecundùm ſanctum Thomam de Aquino, ꝙ quædam ſunt res, quarum vſu conceſſo, conceditur conſumptio ipſius rei; vt vinũ, pecunia, & ſimilia, & in his peccatũ eſt recipere aliquid. & rõ eſt, quia tenetur ad reſtitutionem rei mutuatæ conſumptæ: ergo dici videtur, ꝙ pro vſu rei non conſumptæ aliquid perciperetur, cum res & vſus rei talis ſit idem, & in alijs rebus aliud eſt res, aliud vſus. & ideo propter pecuniam accipere non eſt peccatum, ſi tamen daretur vſus pecuniæ ad oſtentationem, & non vt conſumaretur, licite poſſet recipi penſio, quia nõ datur ad vſum, ad quem eſt principaliter inuenta pecunia, ſed ad vſum vſurarium.

f Conſtitutionem.] Quid ſi aliquis iurauit non deferre, ſeu accuſare vſurarium, an teneatur ad obſeruantiam huius iuramenti? dic ꝙ non: quia iuramentum fuit illicitum, & ideo non ſeruandum, extra de iureiu. c. ad noſtram. el 2. in gl. 2. in prin. Batius.

De decimis. Rub. VII.

DICTVM eſt ſuprà in titulis præcedentibus de vitatione hæreſis, & vſurarũ, & alijs delictis: verùm quia non ſufficit abſtinere à malo, niſi homo faciat bonum, vt 12. q. 5. c. de forma. & in c. epiſtola. de forma fide. in vſi. ſeu. ideo declarat hic Imperator, quòd in primis ipſe debet facere bonum, & ſimiliter debent facere eius barones, & ſubditi, & iſtud bonum conſiſtit maximè in ſoluendis decimis illis, quib. ſoluendæ ſunt decimæ, vt in c. parochianos. de decimis. ex qua ſolutione decimarum reſultat ſoluentibus decimas ſanitas corporum, fructuum abundantia, indulgentia peccatorum, & præmium æternum, vt dicit tex. 16. q. 1. c. decimæ. & econtra, ſi decimæ non ſoluantur, homines tranſgreſſores ſunt præceptorum ſanctæ matris eccleſiæ, vt in c. reuertimini. eadem q. & ex illa cauſa terra non dabit fructum in abundantia, vt in c. decimæ. & c. reuertimini. ea. q. & cauſa. Item quod non datur Chriſto, dabitur fiſco, vt in c. maiores. 17. q. 1. ideo ſubditur hic rubrica de decimis.

SVMMARIVM.

1 *Ditiores Deo ſunt obligatiores.*
2 *Eccleſia ſeruitores ſuos remunerare tenetur.*
3 *Obligatio ad antidora rationabilis dicitur.*
4 *Exiguntur plura ab eo, cui plura ſunt commiſſa.*
5 *Decimæ vbi in nouo teſtamento ſolui præcipiantur.*
6 *Decimarum ſolutio an ſit de iure diuino.*
Decimarum inſtitutio dupliciter intelligi poteſt.
7 *Votum fieri non ſolet de his, ad quæ homo tenetur.*
8 *Solutio decimarum non fuit præceptum diuinum morale.*
9 *Theologi an peccent ſolutionem decimarum de iure diuino deberi negantes.*

10 *Prædicans decimas non deberi de præcepto, eſt excommunicatus.*
11 *Conſuetudo an inducere poſſit vt non ſoluatur decima integra.*
12 *Decimæ perſonales ſunt in præcepto.*
13 *Theologi non formant conſcientiam de decimis non ſolutis.*
14 *Solutio decimarum præſcribi non poteſt.*
15 *Decimæ prædiales petitæ ex præcepto debentur.*
16 *Decimam non ſoluentes, quæ mala incurrant.*
Decima an ſolui debeat de rebus malè acquiſitis.
17 *Meretrix an debeat de lucro ſuo decimam ſoluere.*
18 *Vſurarij non debent conſtruere, aut ædificare hoſpitalia.*
Decimæ qua actione petantur per miniſtros eccleſiæ à perſonis laicis.
19 *Decimas debitas ſoluere renuens, rem alienam inuadere dicitur.*
Decima integra ſolui debet abſque expenſarum deductione.
20 *Colonus partiarius abſque deductione expenſarum debet dimidiam, vel tertiam partem ſoluere.*
21 *Ruſtici verba capiunt, prout vulgariter proferuntur.*
Semen non eſt deducendum in ſolutione decimarum.
22 *Decima, quæ ſoluitur, electro vel gummæ comparatur.*
23 *Decimæ prælatis eccleſiarum ſunt ſoluendæ.*
Decimæ parochiali eccleſiæ ſunt debitæ.
24 *Decima quo tempore anni ſit ſoluenda.*
Decimæ perſonales in fine anni ſolui debent.
25 *Decimæ expenſis domini, vel villici vſque ad domum eccleſiæ debent deferri.*
Rex de quibus redditibus decimam ſoluere teneatur.
26 *Iura noua regis Siciliæ quæ ſint, & an de eis debeatur decima.*
27 *Decimæ de quibus rebus ſolui debeant.*
Decima Deo ſoluitur etiam de tempore.
28 *Decima non debetur de bonis immobilibus titulo lucratiuo acquiſitis.*
Decimæ de omni artificio ſunt ſoluendæ.
29 *Eccleſia eleemoſynas recipere non debet factas de alieno, vel cum alterius præiudicio.*
Decima quibus diſtribui debeant.
30 *Epiſcopus quid facere debeat de redditibus ſui epiſcopatus.*
Epiſcopi pauci inueniuntur, qui bona eccleſiæ diſtribuant debitè.
31 *Gloria epiſcopi eſt dare pauperibus.*
32 *Oblationes, quæ fiunt in eccleſia, qualiter debeant diuidi.*
33 *Oblationes factæ imagini alicuius ſancti ad quem ſpectent.*
34 *Imperator conſtitutus dicitur in præeminenti dignitatis culmine.*
35 *Imperator dicitur eccleſiarum aduocatus.*
36 *Imperator præceptis Dei & eccleſiæ ligatur.*
37 *Imperator non eſt ſolutus dictamine rationis.*

a QVANTO cęteris.[a] Tota iſta Conſtitutio diuiditur in quatuor partes. In prima ponit procemium in genere, & poſtea in ſpecie. In ſecunda ibi, officialib. pręcipit omnibus officialib. in regno, vt ſine alio mandato ſoluant decimas prælatis eccleſiarum de iure fiſci regij, prout ſoluebantur tempore regis Gulielmi ſui conſobrini. In tertia ibi, nos. n. declarat Imperator mentem ſuam, quòd non intendit, quòd in aliquo iura eccleſiarum minuantur, ex quo ipſas recipit in ſuam protectionem, imò eius propoſitum eſt, eorum iura augere. In quarta parte ibi, ſubiectis, vt de bonis feudalib. & burgenſaticis ſoluant integras decimas illis, quibus decimæ debentur, ſm q ſoluerunt tempore dicti regis Gulielmi. Et hoc intendit. præcipitur hic omnib. vt non expectent aliud mandatum à rege de ſoluendis prælatis decimas de iurib. fiſcalib. eo. modo & forma prout ſoluebatur tempore regis Gulielmi ſui conſobrini. & idem ēt dēant facere oēs ſubditi. ſ. quòd ſoluant decimas prædiales integras, tam de bonis feudalibus q̃ burgenſaticis, prout ſoluerunt in præteritum tempore dicti regis Gulielmi, qm̃ Imperator non vult, quòd in aliquo diminuantur iura eccleſię, ſed potius intendit ipſa augere quia eius protectionem
1 ſuſcepit. † No. primò ex tex. ibi, ad antidora. quòd quantò
quis eſt ditior, & in maxima proſperitate, tantò plus eſt Deo obligatus ad antidora, ſicut qñ quis recipit ab aliquo aliquod beneficium, dr naturaliter obligatus ad antidora, ideſt vt bene faciamus illis, qui nobis bene fecerũt. & ideo eccleſia ſemper orat pro benefactorib. bene facit ad hoc tex. in l. ſed ſi lege. §. conſuluit. ff. de peti. hære. l. ſi teſtamento. ff. de fideiuſ. no. in l. ex hoc iure gentium. ff. de iu. & iure. Sed quęro, ecce aliquis rogat pro me apud magnates vt obtineam beneficium eccleſiaſticum, & illud obtinui, an eis ſim obligatus ad antidora? Rñdeo, ſi ego ſum dignus pro illo beneficio eccleſiaſtico, & non habeo animum a principio eum remunerandi, ita quòd nolo eſſe obligatus ad antidora, licitè ſine ſimonia retineo beneficium, ſecus ſi habui animum a principio remunerandi, & ſic eſt dare caſum, in quo quis non eſt obligatus ad antidora. ita dñe Inn. & ſcribentes in c. tuam. de æta. & qual. & idem dicendum ēt, ſi aliquis eſſet mihi obligatus ad antidora, & vt eximeret ſe ab illa obligatione pro me interponit preces, vt obtineam dictum beneficium, & ego remitto ſibi illam obligationem, dicor hr̃e beneficium cum ſimonia, quia in talib. idem eſt remittere, quod dare, ēt ſi remittatus obligatio naturalis tm̃, quo obligatus eſt ad tantundem, & anti-
2 dora. l. a. ff. de calum. † Item quæro, vtrum eccleſia teneatur remunerare ſeruitores ſuos, & ſic teneatur obligatione ad antidora? Dico quòd ſic, pro hoc bene facit tex. & gl. in l. iubemus nulli. §. ſanè. C. de ſacroſan. eccle. & patet 12. q. 2. c. quicunq;. & c. eccleſiaſticis. & 25. q. 1. c. vlt. circa fi. non tñ credo, quòd pp iſtam obligationem ad antidora poſſit deueniri ad alienationem bonorum ſtabilium ſeu immobilium eccleſiæ, quia alienatio bonorum eccleſiæ non eſt permiſſa, niſi in duob. caſib. videlicet, ob neceſſitatem, & vtilitatem, vt patet in toto tit. de reb. eccle. non alie. & iſta nõ eſt neceſſitas, nec vtilitas, vt tenet Odof. & Mart. Sili. in allegata l. iubemus nulli. & idem Alb. de Roſa. ibi, bene tñ poteſt remunerare ſeruitores de bonis mobilib. vt no. per Inn. & alios in c. relatum. de teſtamentis. & tenet Bar. in d. l. iubemus nulli. Item poteſt remunerare ſeruitores, concedendo ad modicum tempus fructus alicuius rei ſtabilis, ſm Inno. in c. cum in officijs. de teſta. & debet conſtare de meritis aliter, quàm per aſſertionem prælati ſecundùm Io. And. in rub. in addi. Spe. in tit. de reb. eccle. non alie. & per Bal. in d. l. iubemus. 3. col. verſi. deinde vides hic tex. & pro hoc l. ſi fortè. ff. de caſtren. pecul. & in l. ſi donatione. C. de colla. & in l. 1. §. nec caſtrenſe. de col. bon. per Bart. & per Bal. in præludijs feud. in tertia diuiſione. & Old. in conſi.
3 16. & ſequen. & per Abb. in c. fi. de præſcrip. † Et eſt ſciendum, quòd iſta obligatio ad antidora, eſt obligatio rationabilis, nec contrahitur ad aliquid certum in ſpecie, vel in ſuo genere regulariter, ſed ſtat in genere generaliſſimo: nõ. n. tenetur quis ad remunerandum eius benefactorem rebus, vel verbis, vel econtra, ſed poteſt remunerare quomodocunq; velit, ita quòd eſt remuneratio, quæ oritur ex naturali rõne, quę depēdet a mente eius, qui recipit aliquam gratitudinem, ne reputetur ingratus, & ſic non oritur ex aliquo præcepto coarctante, ſed ex quadam diſceptatione & inſtinctu naturæ, vt declarat Pau. de Caſt. in d. l. ex hoc iure. in pen. col. An autem ille, qui eſt obligatus ad antidora, ſi ſoluit, poſſit repetere? Vide deciſi. Pau. de Caſt. ibi. & ideo dico, quòd in tex. huius conſti. iſtud verbum, ad antidora, non ſtat propriè, ex quo ex præceptis Diuinis ſumus obligati Deo præſtare charitatem ſupra omnia, propter illud præceptum: Vnum cole Deum, quia ipſe eſt iuſtus dominus noſter, ipſe noſter creator, & omnium quæ ſunt ad noſtra alimenta, ipſe eſt noſter dominus & pater, quando eius mandata implemus, & noſter iudex, quando eius mandata tranſgredimus. ipſe eſt nobis benefactor, q dedit iter ad vitam æternam, & ipſe nobis p̃cipit dare decimas, vt infrà dicam. & ſic p̃ſtatio decimarum Deo, & eius miniſtris non fit ex obligatione ad antidora, ſed ex præcepto, & ex debi-

ex debito naturæ, ut patet ex textu illo Proue. 3. c. Honora Dominum de tua ſubſtantia. Et ſic iſta obligatio ad antidora eſt reſpectu hominis ad hominem, & non reſpectu hominis ad Deum, & ſic eſt dare differentiam inter obligationem humanam & Diuinam, vt in l. vt inter Diuinũ. C. de ſacroſan. eccle. & ſic obligatio ad antidora non cadit inter Deum & hominem, ſed inter homines. Et in hoc errauit iſte Petrus de Vinea, qui compoſuit iſtas cõſtitutiones, ſicut in multis errauit in epiſtolis ſuis contra Eccleſiã.
4 † Secundò no. ex tex. ibi, cui amplius creditur, magis exigitur. ꝙ cui plura committuntur, plura exiguntur. ad idẽ in l. presbyteri. in fi. C. de epi. & cle. & ibi concor. inde Beatus Greg. in homil. dicit: cum. n. augentur dona, rationes ẽt creſcunt donorum. tantò ergo eſſe humilior atq; ad ſeruiendum Deo promptior quiſq; debet ex munere, quantò obligatiorem ſe eſſe conſpicit in reddenda rõne, & à Deo cuncta bona procedũt, vt no. in c. tua nobis. eo. ti. & in alijs in 1. no. Tertiò no. ex tex. ibi, illud ẽt &c. vbi Imperator fa cit ſm proœ. ad iſtam conſti. & dicit, ꝙ decimæ ſunt ſoluendæ miniſtris eccleſię ex præcepto veteris & noui teſtamenti. iuxta hoc quæro, vbi in veteri teſtõ præcipitur, decimas eſſe ſoluendas miniſtris eccleſię? Rñdetur, ꝙ hoc probatur primò in li. Geneſ. c. 18. vbi Abraham de omnib. quæ ipſe percipiebat dabat decimam Melchiſedech. & ibi, Dñs loquutus eſt Iacob, vt cunctorum decimas afferat, & qui nõ facit, voluntati Dei contradicit. Item patet Exo. c. 22. ibi, decimas & primitias tuas non tardabis offerre &c. Item patet in Leui. c. fi. vbi de omnib. frugib. terræ oẽs dẽnt ſoluere decimam. Item patet Deut. c. 14. ibi partem decimam ſemp habebis de cunctis frugib. tuis. Item patet in li. Nu. c. 18. filijs Leui dedi oẽs decimas in poſſeſſione pro miniſterio, qui ſeruiunt mihi in tabernaculo fœderis, neq; dẽt morari ſolutio. Item patet in li. 2. Paralipo. c. 31. præcepit Ezechias populo, vt daret partes ſacerdotib. & Leuitis &c. Item in Eccle. c. 35. ibi, non minuas primitias frugum tuarum. & patet in li. Prophetæ Malach. c. 3. ibi, Reuertimini ad me, & ego reuertar ad vos, & dixiſtis, in quo reuerte-
5 mur &c. Et ſubdit, in decimis & primitijs. † Secundò quęro, vbi in teſta. nouo Deus præcipit, ꝙ decimæ ſoluantur? Rñdetur, ꝙ patet in euan. Luc. 11. c. ibi, Veh vobis phariſæis, qui decimatis mentam & rutam, & oẽ olus, & præteritis iudicium & charitatem Dei: hæc oportuit facere, & illa non dimittere. & patet in euang. Matt. 10. c. dignus eſt operarius mercede ſua. & Pau. Apoſt. 1. ad Cor. 9. c. dicit: Quis militat ſuis ſtipendijs vnquã? aut qs plantat vineam & de fructib. eius non edet? & in euang. Luc. c. 18. decimas do oĩum q̃ poſſideo &c. & euãgeliſta Matthęus 5. c. dicit, niſi abundauerit iuſtitia veſtra plus q̃ ſcribarum & phariſęorum, non intrabitis in regnum cœlorum. ſed Io. And. in regula, qui prior. in mercu. rñdet iſtis authoritatib. videlicet, ꝙ illa non ſunt verba Chriſti, vel euangeliſtæ, ſed phariſęi. & de hoc infrà dicam. Item oẽs quatuor Doc. eccleſię. ſ. Aug. Ambro. Greg. & Hierony. dñt decimas ex præcepto deberi, vt patet 16. q. 1. c. decimæ & 16. q. 7. decimas. & c. quicunq;. & firmat Abb. Sic. in rub. de decimis. & hoc ſtatutum eſt in multis concilijs gñalib. per eccleſiam conſtitutis, vt refert Arch. & poſt eũ Dñic. in c. 1. eo. ti. li. 6. & dicit tex. & Abb. Sic. in c. 2. eo. tit. ꝙ non ſatisfacit præcepto Dei, qui integram decimam non ſoluit. & Beatus Tho. de Aquino in ſum. ſcda ſcdæ, q. 87. art. 1. concluſiuè tenet, ꝙ ad ſolutionem decimarum hoĩes tenentur, partim qdem ex iure naturali, partim ẽt ex conſtitutione eccleſiæ, vt patet in toto tit. de decimis, in decretalib. & firmat hoc Arc.
6 16. q. 1. c. decimæ. † Tertiò quęro, vtrum hodie ſolutio decimarum. i. ꝙ integrè ſoluatur decima, ſit de iure diuino, vel ſit ex conſtitutione eccleſiæ? Beatus Tho. vbi ſuprà expreſsè tenet, ꝙ ſolutio decimæ integrè non ſit ex præcepto euangelij, ſed ex conſtitutione eccleſiæ, nam lex euangelica non præcipit ſolutionem decimæ integrè, ſed præcipit dari miniſtris alicuius eccleſiæ in ſubſidium, ſed bene integra decima debetur ex conſtitutione eccleſiæ, & quatuor Doctorum eccleſiæ, vt patet, 16. q. 1. c. quicunq;. & c. decimas. & in c. decimæ. & patet in c. quadrageſima. de conſe. diſt. 5. in fi. hoc ẽt ſtatuit ſacrũ conciliũ gñale vnitatis eccleſię, vt in c. in aliquib. de decimis. Aduerte ſup iſta qõne q̃ Archi. 16. q. 1. c. decimæ. & Aſtenſis in ſua ſum. lib. 6. c. 35. dicit, ꝙ inſtitutio decimarum põt intelligi dupliciter: vno mõ, ſm determinationem partis exhibendæ, puta quia pars aliqua eſt exhibenda Deo, vel miniſtris eius. & iſto mõ decima debetur ex præcepto iuris naturæ, & diuino: dictat. n. ius naturæ, ꝙ Deus debeat de propria ſubſtantia honorari, vt patet in prouerbijs. 3. c. honora Dominum de tua ſubſtantia, & miniſter eius dẽt ſuſtentari; vt patet in auctoritatib. ſuprà allegatis. alio modo põt intelligi ſm determinationem certæ partis exhibendę, puta decima integra, & hoc non eſt de iure naturali. probatur hoc ex illa authoritate Geneſis, c. 28. vbi Iacob voluit decimas dare, ſi
7 rediret proſperè: † votum aũt non ſit de his, ad quæ hõ tenetur. Iſta qõ dependet ab illa, vtrum in veteri teſtõ præceptum de decimis ſoluendis integrè erat morale, vel ceremoniale, vel iudiciale. Super qua qõne Doctores Canoniſtæ contradicunt theologis: nam theologi tenent, ꝙ pręceptum de decimis quò ad determinationem certæ partis, ſ. decimæ, non eſt morale, quia non eſt ſcriptum ſimpliciter in corde hominis. morale enim eſt ſcriptum in corde hominis, ſm Aug. nec ẽt erat ceremoniale præceptum, quia non erat datum ad ſignificandũ aliquid in futurum principaliter, licet ſignificaret in futurum aliquid conſequenter, ſicut & oĩa Iudæorum facta, ſm illud primæ ad Cor. 10. Omnia in figura contingebant illis. qui. n. decimam dabant, q̃ perfectionem ſignificabat, eo ꝙ denarius eſt quidam numerus perfectus, partib. nouem ſibi retentis, pręſtabatur quaſi in quodam ſigno ſe imperfectũ eſſe, & à Deo pfectionem futuram p Chriſtum expectare, & in hoc conueniebat dictum pceptum cum ceremonialib. præceptis, quę principaliter erant inſtituta ad ſignificandum aliquid in futurum, vnde quantum ad hoc põt dici præceptum de decimis eſſe ceremoniale, ſm quid, non tñ ſimpliciter. itẽ ſolutio decimarum erat in veteri lege præceptum iudiciale, quia datum principaliter ad ſeruandam æquitatem mutuę diſtributionis, vt eſſet ęqualitas dati & accepti ſm qd, poſſibile & conueniens inter ſeminantem ſpiritualia, & dantem tpalia, Dñs Deus taxauit decimam partem dari ſacerdotibus, qui non habebant poſſeſſiones, vnde viuerent. & ideo Deus ſtatuit decimas & partem eis dari, quia nouerat, ꝙ aliqui erant in futurum tranſgreſſuri dictum præceptum. & ſic illud pręceptum de decimis ſoluendis in veteri teſtõ integrè diſponebat ſtatutum iuſtitiæ obſeruandæ. vnde ſi qs dictũ præceptum ſeruaret gratia obſeruandi ipſam legem antiquam, peccaret, & præiudicaret veri-
8 tati fidei, ſm Aſtenſem in prin. ſuæ ſummæ. † tenent ergo theologi, ꝙ ſolutio decimæ integræ non fuit præceptum diuinum morale, neq; ceremoniale, ſed iudiciale. ex quorum opi. ſequitur, ꝙ poſtquam pręceptum de decimis ſoluendis non eſt morale, ſed iudiciale, ꝙ tpe gratiæ non obliget, ſeruari tñ debet, ſi idem ſtatuatur ab illis, qui hñt poteſtatem legis condendæ, & ſic ꝙ aliquid ſoluat Deo, & eius miniſtris, eſt de iure naturali & lege diuina morali: ſed ꝙ ſoluat decima integrè tpe gratiæ poſt Chriſtum nõ eſt per legem euangalicam, ſed de cõſtitutione eccleſiæ. & in hac opi. fuerũt Thomas, Ale. de Ales, & quaſi omnes Theologi. Canoniſtæ ſunt in contraria opi. ſ. ꝙ ſit præceptum diuinum, quòd ſoluantur integræ decimæ, ut fuerunt Hoſt. in ſum. de deci. verſi. 7. quæritur. & Inn. in rub. de deci. & ibidem oẽs alij Canoniſtæ per iura & auctoritates pallegatas in 1. & 2. q. quam ad hoc allegant Inn. & Io. And. in nouella, in d. rub. extra de deci. & Hoſt. in ſum. eo. tit. §. 7. & Io. Cald. poſt Io. And. in d. rub. de decimis. dicentes, quòd confundi deberent quidam noui magiſtri, & prędicatores, qui in hac materia docent, & prædicant contra vetus & nouum teſtamentum. & tñ nunquam inueniunt Auguſtinũ, Ambroſium, & Gregoriũ, uel alium ſanctum Doctorem

aliud ſenſiſſe. quare ſemper ego fui in opi. ꝙ ex quo ſancta
mater eccleſia in d.c.quadrageſima. dicit, iubemur autem
& ab omnipotenti Deo omnium bonorum noſtrorum de
cimas dare. & idem dicit in c.in aliqnibus. ibi, diuina con-
9 ſtimtinne. ex quo infert D.Ant. ꝙ † peccant theologi ali-
ter dicentes, quia debemus ſtare in hoc c. potius canoniſtis
q̄ theologis, quia poteſtas determinandi data eſt Summo
Pontifici, & non theologis, & ſanctis, vt in c. per venerabi-
lem. qui filij ſint leg. & ſic tenet frater Baptiſta de Salis, de
ordine minorum, in ſua ſumma, in eodem verbo. licet con
trariũ dicat frater Ang. de Clauaſio in ſua ſumma, referē-
do quaſi id, quod ſuprà dixi, ſed non curo de eis, quia con-
tra eos tenent omnes quatuor doctores eccleſiæ, & tanti
Doct. iuris canonici: inter quos fuit Inn. Papa quartus, &
poſtea Io. And. & alij ſcribentes in d. rub. de deci. ꝙ ſolu-
tio decimarum eſt de iure diuino, ēt reſpectu ipſius quo-
tæ. & ita firmat Ant. de But. & Abb. Sic. Card. Flo. & cõiter
Cano. in d.c. in aliquibus. & mouebar iſta ratione: ſi enim
tpe veteris teſtamenti populus tenebatur ad decimam in-
tegram miniſtris eccleſię virtute præcepti iudicialis, quan-
tò magis virtute nouæ legis, ſ. noui teſtamenti, & tempore
gratiæ populus Chriſtianus tenetur miniſtris eccleſiæ Ieſu
Chriſti, ex quo tranſlato ſacerdotio neceſſe eſt, quòd legis
tranſlatio fiat, vt in c. tranſlato. de conſti. maximè cum ip-
ſe populus Ieſu Chriſti ad maiora ſummo Deo eſt obliga-
tus. & ideo dicebat euangeliſta Matthęus 5. cap. niſi abun-
dauerit iuſtitia veſtra, maximè quia miniſtri eccleſiæ Ieſu
Chriſti ſunt maioris dignitatis, q̄ miniſtri, ſacerdotes, &
leuitæ veteris teſtamenti. & ideo Gregorius Nonus in c. 1.
de decimis, li. 6. reprehendit fratres prędicatores, & fratres
10 minores, † ꝙ non prædicent, ꝙ decimæ non debentur ex
præcepto, & ſi ſic prædicent ſunt excõicati, vt in clem. cu-
pientes. de pœnis. & ideo omnes Doctores eccleſiæ conue-
nerunt in hanc ſniam, ꝙ decimæ integræ debeantur mini-
ſtris eccleſię, etiam ꝙ abũdet eccleſia bonis ſtabilib. & im
mobilibus, vt dicunt Inn. Io. And. in Nouella, & Io. de Lig.
Card. Flo. & Abb. Sic. in d. rub. extra, de decimis. Nec ob.
illa auctoritas Num. 17. c. ibi, nihil aliud poſſidebunt, de-
cimarum oblatione contenti. & ibi, in terra eorum nihil
poſſidebitis, nec habebitis partem inter eos. & ſic cum per
ſnnæ eccleſiaſticæ habeant hodie multa prædia, non dēnt
habere decimas. nam reſpondent omnes ſuprà d. Doctores
ibi, ꝙ illud eſt verum, quòd nihil aliud debēt habere. ſ. per
vſurpationem & malam acquiſitionem: ſed ſi eccleſiæ re-
linquantur, vel offerantur, vel dentur bona ſtabilia, & im-
mobilia, poteſt illa recipere, & habere decimas, quia illa
prædia, & bona ſtabilia non ſunt clericorum, ſed ſunt ec-
cleſię, quę deſeruiunt alimonijs clericorum, & pauperum,
qui quotidie abundant, propter illud verbum diuinum:
Nam ſemper pauperes habebitis vobiſcum, & ſic nunquā
ſufficiunt bona eccleſiæ pro alimentis tantorum ſacerdo-
tum, & pauperum, & etiam pro reparationibus eccleſiarũ.
c. tua. de deci. 16. q. 1. c. fi. vt latius per Io. And. in Nouella,
vbi ſuprà, & ſic conſuluit Pet. de Ancha. in conſi. 197. ma-
11 gnifice & illuſtris princeps. in primo dubio. † Quartò quę-
ro, vtrum conſuetudo poſſit inducere, ꝙ non ſoluatur inte
gra decima, ſed triceſima, vel aliqua pars pro decima. Cõis
concluſio theologorum eſt, ꝙ conſuetudo de ſoluenda ali
qua parte pro decima valet & tenet. Sed in contrarium te-
nent Canoniſtę, vt Aſten. in d. ver. 7. & Inn. & alij in d. rub.
de deci. ſed gl. in d.c. 1. de decimis. li. 6. dicit, ꝙ Hoſt. in c. in
aliquibus. de decimis. dicit, ꝙ prædiales debentur lege di-
uina, perſonales non. & ideo in prædialibus decimis non
admittitur conſuetudo minuens decimam, ſed in perſona-
libus admittitur conſuetudo de non ſoluendo integram
decimam, & iſtam opi. ſecutus fuit Fel. in c. cũm. in prin. de
præſcri. auctoritate Nicolai de Oſimo in additionibus ad
Piſanellam. in verbo, decimæ. ſed iſtam opi. non approbat
gl. ibi, in d.c. 1. in 6. ſed tenet opi. Inn. ꝙ nec in prędialibus,
nec in perſonalibus valet conſuetudo de non ſoluendo in-
tegram decimā. & dicit ꝙ iſta opi. eſt Inn. & ideo tenenda.

Raymundus de Pennaforti; qui compoſuit Decretales, di-
cit in ſua ſum. ꝙ ipſe formidat hanc quęſtionem determi-
nare, cupiens magis audire, q̄ audiri, tñ dedit conſilium, ꝙ
ſolueret, vel auctoritate eccleſię habeat remiſſionem, vt di
cit Hoſti. in d. verſi. 7. & dicit Card. Flo. in c. in aliquibus. §.
ille. eo. tit. ꝙ in practica multùm recipitur opi. Ho. ſed ve-
12 tior vr̃ opi. Inn. tenentis, † ꝙ etiam perſonales ſunt in præ-
cepto, ꝙ etiam tenet gl. 23. q. 5. c. dicit. ſed vbi eſt conſuetu
do, ꝙ perſonales decimæ non ſoluantur, dicit, ꝙ non ſol-
uentes non peccant, tñ poſtea reſedit cum Inn. ꝙ in quan-
titate decimæ non cadit præſcriptio. Idem no. in d.c. 1. de
decimis. li. 6. & pro hoc eſt tex. iuncta gl. in c. quicunq;. 16.
q. 7. quia contra ius diuinum non valet conſuetudo. c. fi. de
conſue. & hoc tenet glo. fi. in d.c. in aliquibus. & Inn. ibi, &
gl. in c. quicunq;. 16. q. 7. el 1. & dicit Abb. Sic. in c. ex par-
te. eo. ti. ꝙ ex quo Deus aſſerit decimas eſſe ſuas, & ſic non
ſoluens decimam detinet alienum, non valet conſuetudo,
quæ dat cauſam ſurripiendi alienum. Idem videtur tenere
Aſtenſis in ſua ſum. li. 6. tit. 35. verſi. cauſa eius, cir. ſextum
articulum, in q. illa, vtrum conſuetudo excuſet homines a
ſolutione decimæ. An autem poſſit interuenire compoſi-
tio, ſuper decimis minuendo, vide Abb. Sic. in c. ſtatuimus.
2. col. de tranſa. & per gl. in c. fi. de rer. permu. & Card. Flo.
in c. ad apoſtolicæ. de deci. illud quod dr̃ in c. ad apoſtoli-
cæ, ꝙ valet conſuetudo de decimis, intelligitur ſi eccleſiæ
ſint ſoluendæ in hoc ſtatur conſuetu. iudicij, ſm Inn. ibi, &
Card. in d.c. ad apoſtolicæ. & in c. cũ contingat. & in c. no-
uum. eo. tit. & Abb. Sic. in d.c. in aliquibus. & ſic dēt intel-
ligi iſta conſtitutio, vt ſoluantur decimæ integræ illis præ-
latis, prout ſoluebatur tpe regis Gulielmi, non autem iſtud
verbũ, prout, intelligitur reſpectu quantitatis, ex quo con-
ſuetudo nihil poteſt diſponere in minuendo quantitatem,
ſm opi. Canoniſtarum, hoc verum, niſi conſuetudo, quæ
minuit decimam, eſſet approbata a Papa, vt dicit Abb. Sic.
in c. a nobis. & in d.c. in aliquibus. & idē tenet Ant. de But.
13 in c. parochianis. eo. tit. dicens, † quòd ſuper hoc conſuluit
multos theologos, & nunquam reperit unum, qui faceret
conſcientiam confitentibus de decimis non ſolutis. ſed ip-
ſe hoc damnat, cum oẽs Doctores eccle. teneant, vt ſuprà
dictũ eſt. & miror cur tpe regis Roberti cũ ſignatura Ioan
nis Grilli fuit emanata litera, ꝙ rector eccleſię, non conten
tus in debitis decimis ſeruare cõſuetudinem, decimas am
pliores ultra ſolitum exigere ſatagit. ideo mandat, ꝙ in ſo-
lutione decimarum ultra conſuetum & debitum dicti ho
mines ciuitatis non moleſtentur: ſed iſta prouiſio, ut ſit iu
ſta, poteſt intelligi, ꝙ ille rector exigebat ultra decimam
integram, ideo mandat ſeruari, quod cõſuetum erat, quia
(ut ſuprà dictum eſt) non ualet conſuetudo, uel ꝓſcriptio,
ꝙ ſoluatur minus decima: ſed bene ualet conſuetudo, uel
præſcriptio ſuper modo ſoluendi, ut egregiè cõſuluit Car.
Flo. in conſi. 146. incip. notum ſit uniuerſis, & iſtud conſi-
14 lium allegauit Fel. in c. cum ex officij. de præſc. † hanc par
tem, ꝙ ſolutio decimarum non pōt præſcribi, & ꝙ nec ua
let conſuetudo in contrarium, quia decimę ſunt debitę de
iure diuino, firmat Feli. in c. 1. in 4. col. de treuga & pace.
Quid dicam de iſta ciuitate Neapolis, ubi antiquo tpe, in
cuius contrarium memoria hominũ non exiſtit, nunquam
ciues, & habitantes ſciuerunt archiep̃o Neapolitano, uel
alicui eccleſiæ, neq; decimas prędiales, neq; perſonales, an
præſcripſerint iſtud ius non ſoluendi decimam? Si. n. Papa
pōt hoc facere, poteſt ēt facere præſcriptio tanti tpis, quæ
hēt uim conſtituti. Audio tñ ex fama, per quā probantur
facta antiqua, ꝙ Turris gręca, quæ fuit caſale uniuerſitatis
Neap. pro tota decima ꝑterita & futura tradita fuit maio-
ri eccleſiæ Neapolitanæ, an hoc potuit fieri pro futuris de-
cimis, remitto me ad gl. in c. 1. ut ſuprà, de reb. eccl. nõ ali.
& in c. fi. de rer. permu. & remitto me ad ſummam Goffre
di de Trano, in tit. de decimis. uerſi. nunquid longa con-
ſuetudo excuſat non ſoluentes decimas. Sed ſuper hoc nõ
omitto unum, qđ dicit Vgo de Panſera magiſter in theolo
15 gia, quę refert ad hoc Arch. in d.c. 1. eo. ti. in 6. ꝙ † decimę

prædiales

prædiales debeutur ex præcepto, vbi petuntur: ſed ſi nõ pe
tuntur, oon teneutur dare: ſi verò petantot, & non ſoluan-
tur ab illis, qui debeot, tunc peccaot mortaliter, & ſunt co-
gendi per cenſuram eccleſiaſticam. & dicit, ꝙ hoc ſequitur
Hoſt. iu c. a uobis, & boc ét tenet S. Tho. 2. 2. q. 87. art. 1. iu
reſponſioue ad quintum articulum, dicens, ꝙ non peccant
illi, qui non ſoluunt decimam pro eo, quia miniſtri eccle-
ſiæ non petuot, vbi ſine ſcandalo requiri non poſſent pro-
pter diſſuetudinem, vel aliquam aliã cauſam, nec per hoc
ſunt in ſtatu damnationis, qui oon ſoluunt in locis illis, in
quibus eccleſia non petit, & miror, cum Pontifex Neapo.
hoc non petat, cum ſi condemnaret, ꝙ ſoluerentur ſibi de-
cimæ, à tali ſententia non poſſent laici appellare, ex quo nõ
poſſunt prætendere niſi præſcriptionem, vel conſuetudiné,
ſecus ſi aliam rationabilem cauſam prætenderent, vt not.
in c. tua nobis, in fi. eo. tit. & glo. in c. decimæ. 16. q. 1. idem
tenet Ang. in l. abſtinendum. C. quorum appel. & gl. 2. q. 7.
§. ſunt quorum. in verbo, quoties. Quintò quæro, quare ſta
tutus fuit numerus decimæ, & non minus vel plus. Dicit
Io. And. in nouella, in fi. rub. de decimis, ꝙ cum ipſa quota
ſit à Deo ſtatuta, nõ debemus de ipſa quærere ratione, qua
re plus ſoluamr decima quàm octaua, vel 12. item quia nõ
omnium, quæ a ſuperiore fiunt, ratio reddi debet. l. nõ om
uium. ff. de legi. fortius nec de his, quæ fiunt a Deo. idẽ dr
ad Roma. 11. O altitudo diuitiarum, quàm incomprehen-
ſibilia &c. & ſubdit, quis coguoſcit ſenſum dñi, aut quis cõ
ſiliarius eius fuit & ſubdit Io. And. ex auctoritate Goff. Be
neuen. in ſum. eod. tit. §. 1. ver. ſi tu quæras. ꝙ Deus ſicut de-
dit decẽ præcepta decalogi, ita voluit honorari iu 10. par-
te frugum, vt in allegatis c. quadrageſima, & c. ieiunium.
de conſe. diſt. 5. & dicit Card. Flo. ibi in fi. rub. ꝙ iſta eſt ꝑ-
ſuaſio potiuſquam probatio, quia præcepta obligant cleri-
cos, & laicos, ſed clerici noie eccleſię ſic habent decimas.
16 † Sextò quæro, quæ mala proueniunt non ſoluentibus de-
cimam, & quæ bona proueniunt eam ſoluentibus? Dicit
Archi. iu d. c. 1. de deci. lib. 6. ꝙ multa mala ex hoc inducũ-
tur. Primũ eſt præuaricatio diuini mandati, vt iu d. c. a no-
bis. Secundum, quia olim hoies ſoluentes decimas bonis
oĩbus abundabant, ut iu c. maiores. 16. q. 7. Tertium, quia
veniunt locuſtæ, & brucus, & comedunt fructus. eadem q.
1. c. reuertimini. Quartum, quia quod nou accipit Chri-
ſtus, accipit fiſcus, vt in d. c. maiores, & uo. Lucas in l. 1. C.
publi. læti. lib. 12. & contra, qui ſoluunt decimam, quadru
pliciter remuoerantur. Prima remuneratio, quia abundan
tiã fructuum habebunt. Secuudò, ſanitatẽ corporis. Tertiò,
indulgentiam peccatorum. Quartò, præmium æternum, vt
patet 16. q. 1. decimæ. Septimò quæro, vtrum de rebus ma-
lè acquiſitis ſit ſoluenda decima, vel ſolùm de rebus iuſtè
acquiſitis? Iſta quæſtio tangit̃ in glo. in c. ex tranſmiſſa. eo.
tit. & ꝑ gl. 14. q. 6. in ſumma. & iu c. decimę. 16. q. 1. vbi ar-
guit pro & contra, & poſtea ſoluit. Ego antẽ ſuper iſta quæ
ſtione ponã concluſiones. Prima concluſio ſit, ꝙ ſi aliquis
quæſiuit aliquod ꝑdium cum mala cooſcientia, tũc de fru
ctibus illius ꝑdij tenet̃ ſoluere decimam, quia ius ſoluen-
di decimã ꝑdialem tranſit in quencunque poſſeſſorem, ét
illicitum, vt probatur apertè in c. de terris. eo. tit. quia onus
decimæ ſoluendæ de ꝑdijs eſt annexum ipſis ꝑdijs, & tran
ſit poſſeſſio cum dicto onere. hoc tenet gl. & aliqui io d. c.
ex tranſmiſſã. & Inno. & Io. And. d. c. de terris. & idem ꝓba
tur io c. paſtoralis. & in concordantijs gl. & in c. cum homi
ues. eo. tit. & ibidem, an teneatur nouus poſſeſſor pro deci-
ma præterita, in qua erat debitor ſuus præceſſor. Secunda
concluſio, ꝙ ſi illicitè quæſitum non conſiſtit in re ſtabili,
ſed eſt pecunia, vel in re mobili, ſi poteſt de iure repeti à do
miuo, non debetur decima miniſtris eccleſiæ, quia de alie-
no largiri, eſt ſpecies furti. ff. de fur. l. ſi pignore. ſecus ſi noo
poteſt repeti, quia debetur decima, hoc cõiter firmant Do-
cto. vt Iono. Hoſt. Car. Flo. & Abb. Sic. in d. c. ex tranſmiſſa.
& Io. And. in d. c. paſtoralis. & Pet. de Anch. in c. 1. eo. tit. li.
6. & in regula, peccatũ. in 3. q. principali, lib. 6. & hoc etiã
probatur ꝑ glo. in c. cauſa Carpenſis. in ver. licitis. de verb.
ſign. ſed eccleſia debet de tali decima facere eleemoſynã,
ſ'm Ino. & Abb. in d. c ex tranſmiſſa, vbi ponit exẽpla iſtius
17 concluſionis. † An autem de lucro meretricali debeat me
retrix ſoluere decimam? Vide gl. ibi iu d. c. ex tranſmiſſa. &
Doc. ibi. & ꝑ Io An. in c. cum in voluntate. de ſen. excom. &
in gl. ſummæ 14. & Raimundũ de Penna forti in ſum. eo.
tit. ver. quæritur vtrum. & Hoſt. eo. tit. §. de quibus rebus.
ver. quod dixit. & B. Tho. 2. 2. q. 87. & Cy. in l. 2. C. de con
di. ob cau. Et an eṗs debeat conſecrare eccleſiam ędificatã
de malis acquiſitis, tangitur hoc in ſacerdotali diuinorum
officiorum, in rub. de eccle. dedicatione, fo. 10. & dicit ꝙ
non, per tex. 1. q. 1. c. nou eſt putanda. ideo legitur, ꝙ cum
quidam epiſcopus eccleſiam de vſuris & rapinis conſtru-
ctam conſecraret, ꝙ uidit poſt altare diabolum ſtantem in
cathedra in habitu pontificali, qui dixit epiſcopo, ceſſa ec-
cleſiam conſecrare: ad meam. n. iuriſdictionem pertinet, cũ
ſit ex vſuris & rapina facta. epiſcopo verò & clero territis,
& inde fugientibus, diabolus cõtinuò ipſam eccleſiam cũ
grandi impetu deſtruxit. & ideo dicebat Ang. in l. ait præ-
18 tor. §. ſi mulier. ff. de his quæ in fraudem creditorũ, † ꝙ vſu
rarij non debent ædificare hoſpitalia, quia debent potius
vſuras reſtituere creditoribus. An autem ſi Rex imponat
noua vectigalia, de illis teneatur ſoluere decimam præ-
latis? Dicit And. ꝙ de illis eccleſia non vult decimam tan-
quam de malè ablatis, qũ ſunt impoſita contra Deum & iu
ſtitiã, ſicut fecit Imperator Federicus, & dicit ꝙ hodie ma-
lè ſeruant principes ꝑcepta de decimis, ſed deberent reges
timere Deum. Octauò quæro, qua actione petantur à mini
ſtris eccl. decimę à laicis perſonis. Abb. Sicu. multum egre-
giè examinat iſtum articulum in allegato c. tua nobis. eod.
tit. poſt gl. & alios ſcribentes, & refert tres opinio. finaliter
concludit, ꝙ miniſtri contra laicos poterunt nomine eccle
ſiæ agere rei ven. vel actione perſonali, vt ibi latius per eũ,
& not. glo. 16. q. 1. c. moderamine. poterunt & agere condi
ctione ex lege diuina, ſeo ex conſtitutione eccleſiæ, & etiã
iſtius conſtitutionis, cui adde gl. in c. cum libertum. de ſe-
pultur. in verbo, beneficia. quæ dicit, ꝙ vbi iure nouo obli-
gatio inducitur, nec cauetur ibi, quo genere actionis agen-
dum ſit, agendum eſt condictione ex illo canone, vel lege.
ff. de condictione ex lege. l. 1. item iudex ex officio põt cõ-
pellere ad ſolutionem decimę, vt dicit Car. Flo. in clem. di
ſpendioſam. 23. q. de indicijs. Item inquantum eſt dictum
quòd poteſt agere pro decimis actione perſonali, adde gl.
19 in c. decimę. in verbo, ex debito. 16. q. 1. & dicit ibi tex. † ꝙ
ille, qui non vult ſoluere debitas decimas, dr̃ inuadere rẽ
alienã, & ſic poſſet agi interdicto, unde vi, ſi probat, ꝙ mi-
niſter eccleſiæ fuit in poſſeſſione percipiendi decimam, &
nunc denegat ſoluere. Nonò quæt, oan decima debeat ſol-
ui per laicos de fructibus prædiorum, vel molendinorum,
vel piſcariarum miniſtris eccleſiæ, deductis expẽſis, ex quo
fructus dicuntur deductis expenſis, ut in l. fructus. ff. ſolu.
mat. l. ſi anno domini. §. fi. ff. de peti. hæred. Hanc quæſtio-
nem tangit Papa in c. paſtoralis. eo. tit. vbi dr̃, ꝙ debet̃ inte-
gra decima ſine deductione expenſarum. ad idem in c. tua
nobis. & in c. cum homines. eo. tit. & dicit gl. in d. c. paſto-
ralis, ꝙ eſt ſpeciale in decimis, & noo allegat rationem ſpe-
cialitatis. Hoſt. ibi dat rationem diuerſitatis, quia decima
datur Deo, & nouem partes remaneut domino, ideo non
deducuntur expenſæ: ſed quando omnes fructus debentur
alteri, tunc deducuntur expenſæ, ne quis locupletetur cum
aliena iactura, ut iu l. nã boc natura. de cond. ind. & ſõ Pau.
de Caſt. in d. l. fructus. ſolu. mat. dicit, ꝙ ſi vigore ſtatuti de
bet ſolui quarta pars fiſco de omnibus, quæ recolliguntur,
tunc ſoluitur illa quarta pars, nulla facta deductione expẽ-
20 ſarum, ſicut iu decimis, ut iu c. tua nobis. † idem dicimus
iu colono partiario, qui colit fundum, & habet dare dimi-
diam, vel tertiam partem fructuum, nam dabit ſine dedu-
ctione expẽſarum, ut patet iu d. c. tua. Car. Flor. ibi aſſignat
aliam rõnem dicens, ꝙ præceptum de decimis nõ dicit de
decimis fructuũ, ſed dicit decimam deberi de omnibus ꝓ-
uentibus ex terra, quod eſt quid generalius, ideo nõ fit ex-
penſarum

penſatum deductio.& pro hoc d.c.tua nobis. ver. & cum
de cunctis.& ex hoc ſequitur, ꝙ ſi Papa reſeruaret ſibi de-
cimã partem fructuum oium beneficiorum, ꝙ deduceren
tur expenſæ.idem in decimis Papalibus, vt dicit gl.in cle.
ſi beneficiorũ.in verbo,taxatio.de decimis, & firmant hoc
Io.An.in nouella, & Anto. de But.in d.c.cum hoies. Abb.
in d.c.paſtoralis,dat aliam rõnem,quia præſtatio decima-
rũ fit ex diſpoſitione diuina,quæ hr,ac ſi facta eſſet ab ho-
mine : ſed vbi fructus extantes debentur ex diſpoſitione
hominis,non fit deductio expenſarum,vt in l.ſi pendentes
fructus.ff.de vſuf.& hoc qñ fructus debentur determina-
ti ad certum numerum,puta,decem corbes, vt in l.vendi-
tor.ff.de contraben.emp.ſecus ſi fructus non ſunt extãtes,
ſed debentur in futurum,& non ſunt determinati , puta ,
decem corbes,tunc fructus intelliguntur deductis expen-
ſis.l.fundi Trebatiani.ff.de vſufr.legato.hoc habuit ex do-
ctrina Bar.in d.l.fructus.in ver. pro declaratione huius q̃-
ſtionis.ff.ſo.ma.& ibi vide Alb. qui ſuper hoc allegat alias
qnotas,vt ibi per eum.& no.Cyn.in l.1.in fi.C.pro ſoc per
l.cum duobus.§.ſi in coeunda.ff.pro ſoc.Inn.in d. c. paſto-
ralis.dat duas rõnes , quia ideo de decima prædiali nõ de-
ducuntur expenſæ, ſiue in rem,ſiue extra rem , quia Deus
eſt dominus vniuerſorum,& omnium rerum, & decimas
ſibi reſeruauit in ſignum dominij, & indignum eſt , ꝙ de
fructibus terræ ſuæ , vel alterius rei deducerentur aliquæ
expenſæ , cum alijs dominis locantibus poſſeſſiones ſuas
colonis non deducentur expenſæ de parte tangente domi
no,vt ſupra dictum eſt,& ſic iſta rõne attenta, non eſt ſpe-
ciale in decima,cum idem ſit in dño locante rem ſuam.
Secunda ratio Inno.eſt,ꝙ illud, qđ dr, ꝙ fructus dicuntur
deductis expenſis, eſt diſpoſitio ciuilis , & non naturalis ,
vnde fructus dicuntur naturaliter , quicquid à terra ꝓue-
nit,vel quia venit de molendino,grege,vel poſſeſſione , &
tñ nullæ expenſæ deducuntur . & ex hoc infert dominus
Abb.Sicu.in d.c.paſtoralis.ꝙ ſi inter contrahentes fiat mẽ
21 tio de fructibus ,debet intelligi nõ deductis expẽſis,† quia
contrahentes maximè ruſtici , capiunt verba naturaliter ,
& ſm ꝙ vulgariter ꝓferũtur, vt in l.librorum.§.ꝙ tñ Caſ-
ſius.ff.de leg.3.vnde in hoc attenditur mens cõtrahentiũ ,
quæ ex multis circumſtantijs poteſt comprehẽdi,ſm Abb.
ibi,cui adde id,quod dicit Bal. in procem.ff.§.hoc autẽ. ꝙ
in dubio verba ſunt propriè accipienda.& idem dicit in c.
1.de eo qui finem fecit agn. in perſonalibus autẽ decimis
præſtandis de negociatione deducuntur expenſæ,ſm Inn.
& Alex. in d. c. paſtoralis. & ad ſcripta ibi p Doctores me
remitto de hoc vltimo. Decimò quarto , an deducatur de
decima prædiali debita ſemen, quod ſeminatur in terra?
Goffr.de Trano in ſum.eo tit.tangit iſtã quæſtionẽ in ver.
ſed quæritur,an ſemen.& arguit ad partes,& concludit,ꝙ
non debet deduci ſemen,per tex.in d.c.tua nobis.in princ.
& idem tenent ibi Inno.& Abb.Sicu.& Car.Flo. poſt Ho-
ſtien.ibi in 1.oppo.& c.non eſt. quia decima quæ debetur
miniſtris eccl.eſt tributum egentium animarum. 16. q.1.
c.decimæ.& tributũ ſolui debet nulla facta deductione ,
ita etiam debet ſolui decima per d.c.tua nobis.licet in de-
cima perſonali pecunia capitalis ſemper deducatur , ſi eſt
decimata,ut in d.c. paſtoralis. quia illa pecunia non mor-
tificatur,ſicut mortificatur ſemen in terra,& idem conclu
dit Hoſt.in ſum.eo.tit.& in ſumma Piſanella,eo.tit. §. pri-
mo, ver. a.An autem is, cui debentur decimæ prædiales ,
poſſit apponere cuſtodem in frugibus,ne fraudetur. Vide
Lucam de Penna in l.ſecunda.§.ſed vbi.C.quando & qui-
bus quarta pars debeatur . Et an peccet mortaliter præ-
latus,non monendo ſubditos ad decimam ſoluendã, tan-
git Abb.in cap.peruenit.de decimis, & dicit ꝙ ſic. Quar-
tò no.ex tex. ibi, velut electrum,ꝙ aliqui libri ,habent,ve-
lut electũ,ſed ſunt incorrecti,debet dicere, velut electrũ ,
quæ eſt gumma arboris,quam Latini ponebant ſuper cor
porã defunctorum , quia retinet ſanguinem vndecunque
fluentem,vt dr in pandecta,in verbo,electrum.vel ſm Pli
nium dicitur aurum,cuius quinta pars eſt argentum,in li-
22 bro 33.c.4.verſus fin.fuit ergo bona cõparatio iſta,† ꝙ de-
cima,quæ debetur Deo,eſt velut electrũ,quæ eſt gumma ,
quæ multam ſanitatem in corpore confert , ita decima cõ
fert grande remedium ad ſalutem animarum . item ſm
aliam expoſitionem,quod eſt aurum,vt ſupra, ꝙ ſicut au-
rum eſt pretioſius metallorum,ſm Lucam de Pen.in l.1.
C.de his qui ex pub. ratio.lib.11.ita præſtatio decimæ eſt
pretioſius remedium ad ſalutem corporis & animę.Quin
tò no.ex tex.ibi,præſentis legis auctoritate,ꝙ nõ oportet ,
ꝙ officiales regij habeant ſpeciale mandatum regium de
ſoluendis decimis illis,quibus de iure debentur decimæ,
ſed eis ſufficit mandatum iſtius conſtitutionis iubentis,ꝙ
ſoluantur decimæ illis perſonis,prout ſoluebantur tempo
re regis Gulielmi , & mandatum contentum in cap. regis
Caroli ſecundi editum in planitie S.Martini, ibi, & ne de
hoc eccleſiæ,& perſonæ eccleſiaſticæ neceſſe habeant ſin-
gulis annis à curia regia impetrare &c.Hic ſuccinctè quæ-
rit And.quibus debet ſolui decima. Secundò, quo tempo
re anni ſoluenda ſit decima. Tertiò, de quibus redditibus
Rex debet ſoluere decimam. Quartò, quomodo decima
ſoluta prælatis debet diſtribui pauperibus, & reparationi-
23 bus eccleſiæ. † Ad primam quæſtionem,breuiter ſe expe-
dit And.hic,dicens, ꝙ p̃latis eccleſiarũ ſoluuntur decimę,
nihil allegat,cui adde gl.in c.cũ ſint homines.de decimis ,
quæ dicit, ꝙ decimæ p̃diales ſoluẽdæ ſunt illi eccle. paro-
chiali, in cuius parochia prædia ſunt ſita , niſi aliud ſit de
conſuetudine , vel præſcr. vel pacto,ut in c.ex multiplici.
eo. tit. perſonales verò debent dari illi eccleſiæ parochia-
li,in qua audiunt diuina , & percipiunt ſacramenta eccle-
ſiaſtica.Idem tenent Hoſt.in d.c.cũ ſit.& Inn. in c. ad apo-
ſtolicę.eo.tit.& Abb. Sicu.in c.fi.de parochijs. Quid autẽ
de animalibus,ut ſunt pecudes , & vaccæ, & iumenta.ceſ-
ſante conſuetudine,debet ſolui decima, vbi continuò pa-
ſcuntur,ut dicit gl.in c commiſſum. eo. tit.ſed ſi pro me-
dietate anni in uno loco paſcũtur,& pro medietate in alio
loco,debet fieri diuiſio pro medietate,arg.c.relatum.in fi.
de teſt.& 1.q.3.c.fi.ex omnibus patet , ꝙ decimæ deben-
tur eccleſię parochiali,ut 16.q.1.c.ſtatuimus.& c.decimis.
niſi aliud habeat conſuetudo præſcripta,vt in c.quantum.
eo.tit.& in c de quarta.de p̃ſcr.& in c.dudũ.in glo.2.eod.
tit.bene hoc firmat Aſtẽſis in ſumma ſua,lib.6.tit.35. ver.
cum terminis &c.& Hoſt.in ſum.eo.tit.§.cui danda ſit. &
bene probatur in d. c. ad apoſtolicæ. vbi uidetur tex. pro
24 hoc. † Ad ſecundã quæſtionem reſpondet hic And. ꝙ de-
cima conſiſtens in pecunia debet ſolui in Pentecoſte: ſi ve
rò decima conſiſtat in frumento , & alijs victualibus , uel
in vino,debet ſolui,qñ pcipitur . nihil ipſe allegat, cui ad-
de gl.in c reuertimini.in verbo,annus. 16.q.1. quæ dicit ,
ꝙ tunc decimæ p̃ſtandæ ſunt , cum fructibus colliguntur.
c.cum hoies.eo.tit. Idem dixit Abb.Sicu.ibi,in 2.no. imò
ſi ager bis in anno det fructus, toties dandæ ſunt decimæ.
De perſonalibus decimis dicendũ eſt eas debere ſolui in
fine anni,ſm gl.ibi.Idem dicit Inn.in c.paſtoralis.ſup ver-
bo, venduntur.eo.tit.vbi dicit,ꝙ decimæ prædiales ſtatim
vt fructus percipiũtur, ſed perſonales in fine anni. & dicit
Abb.Sicu.in c.peruenit.eo.tit. ꝙ prædiales decimæ debẽt
ſolui antequã frumentum ſeparetur à palea,nam palea eſt
in fructu.l.adeò.ff.de acq.rerum do.& p̃dicta vera, niſi cõ
ſuetudo ſit in oppoſitum,ſicut eſt hodie in pluribus , ubi
portatur frumentum,ſeu bladũ,poſtq̃ eſt ſeparatum à pa-
25 leis,† & debet deferri vſque ad domum eccleſiæ expenſis
villici,ſeu domini,vt dicit Abb.in d.c.peruenit,in c.ex par
te.eod.tit.& in d.c.reuertimini.& 16.q.7.c.1.intantum,ꝙ
põt eccleſia interdici facere colono , ne fructus ex fundo
remittat ſine ordinatione eccleſiæ, uel eius nuntio, ut fir-
mat Abb.in d.c.ex parte.& Spe.eo.tit.ad fi.niſi cõſuetudo
ſit in oppoſitũ. licet dicat,ꝙ aliqui tenent,ꝙ talis cõſuetu-
do nõ valet, quia dat materiã ſurripiendi alienum, vt in c.
ex parte.de cõſue. Ad tertiam q̃onem reſpondet hic And.
ꝙ regia curia debet ſoluere decimã eccleſiæ, de veteribus
iuribus,ut eſt ius dohanę,ius anchoragij, ius ſtallagij , ius
tumuli,

tumuli,ius portus,& piſcariæ,ius buzariæ, ius affidaturæ,
ius herbagij,& paſcuorum,& glãdium: ius caſei,ius olei,
quod non eſt vbique per regnum. An aũt de iuribus nouis
ſit ſoluenda decima? dicit, ꝙ iura noua impoſita p Imperatorem Federicum, cuius hędes etiã tempore Andreæ de
Iſer. non ſunt in mundo, quaſi dicat, ꝙ male fecit Imperator pdictus, in imponendo iſta vectigalia per dictum Prophetæ Iſaię 10. c. veh vobis, qui condiris leges iniquas, i.
26 imponitis nouas gabellas. † Noua autem iura inducta p
dictum Imperatorem Federicum, ſecundum And. hic, sũt
iſta: videlicet, ius fundici, ius ferri, ius azarij, ius picis, ius
ſalis, ius ſtateræ, ſeu ponderis, ius mẽſuraturæ, ius exituræ,
ius ferri, ius tentorię, ius celandriæ, ius cambij, ius buczariæ nouæ, ius baractariæ, ius ſepi: aliud ius parti, & piſcariæ, ius decimi, ius baliſtearum, ius reficę maioris, & minoris non eſt vbiq, ſed Neapoli, ius gabellæ, ius lignaminum
quod nõ eſt vbique, ius gabellæ auripellis. de iſtis iuribus
tractatur in ritibus magnæ cameræ ſummariæ, quos compoſuit And. de Iſer. vbi in rub. de decimis, char. 11. ponuntur oĩa iſta iura noua & vetera: vbi dr, ꝙ de dictis nouis
iuribus non ſoluitur decima, quaſi de malis acquiſitis, de
quibus non ſoluitur decima, vt dr in dicto ritu, & ſuprà
dictum fuit, ꝙ de male acquiſitis non ſoluitur decima. &
no. gl. in c. ex tranſmiſſa. eo. tit. niſi ſm certam conuentionem habitam inter Regem Carolum ſecũdum, & Archiepiſcopum Neapolitanum, vt dr in d. tit. Dicit tamen Hoſt.
27 in sũma, eo. tit. §. de quibus rebus debet ſolui decima. † ꝙ
debet ſolui de blado, leguminibus, tam maioribus, quàm
minimis, de paſcuis, de penſionibus domorum, de prouentibus molendinorum, etiam ad vẽtum, piſcariatum, fictis,
ſiue cenſibus, vel ſeruitijs, fœno, lana, apibus, furnis, balneis, fullonicis, argentifodinis, lapidicinis, metallinis, fructibus arborum, pecoribus, ouis, ortis, negociatione, artificio, & de ipſa militia, & generaliter de omni lucro licitè
acquiſito. allegat cap. ex multiplici. & c. commiſſum. & c.
peruenit. & c. ex parte canonicorum. cum duobus ſequentibus c. eo. tit. & 16. q. 1. c. decimæ. & q. 7. c. quicunque. &
c. omnes decimæ. Item debet ſolui Deo decima etiam de
tempore, vt patet de conſecra. diſt. 5. c. quadrageſima. Sed
iuxta hoc quæro, ecce hæreditas mihi obuenit ab inteſtato
vel ex teſtamento, vel alio titulo lucratiuo, vtrum de iſto
lucro tenear ſoluere decimam? Glo. tangit hoc dubium in
c. paſtoralis, eo. tit. & gl. refert opiniones diuerſorum Doctorum: tangit etiam gl. 16. q. 1. c. decimæ. Abb. Sicu. dicit
in d. c. paſtoralis, ꝙ ſuper hoc dubio non eſt facilè præcipitare ſententiam. & dicit ſuper hoc ſtandum eſſe conſuetudini. & Card. Flo. poſt multas opi. relatas tenet, ꝙ quic-
28 quid ſit de iure, de conſuetudine approbatur opin. † ꝙ de
bonis ſtabilibus acquiſitis titulo lucratiuo nõ debetur decima. & eſt ratio, quia res ſtabilis tranſit ad quemcunque
poſſeſſorem cum onere ſuo, vt patet eo. tit. c. cum nõ ſit. &
ſic patet, ꝙ de bonis mobilibus acquiſitis extraneus hrs tenetur ſoluere decimam. Idem de legatario, & donatario;
ſed ille hæres, qui ſuccedit ab inteſtato, vt eſt filius, non tenetur decimã dare, quia illa dona ſunt ſibi debita iure naturæ, iuxta not. in l. in ſuis. ff. de libe. & poſth. & Inſti. de hære. qua. & dif. §. ſed ſui. An aduocatus, qui lucratur ex ſua
aduocatione debeat ſoluere decimã. Dico audacter, ꝙ ſic,
vt dicit gl. & Bar. Brixi. in c. decimæ. 16. q. 1. firmat gl. in d.
c. paſtoralis. & cõiter Docto. ibi, quia ſcriptum eſt, honora
Deum de tuis iuſtis laboribus. 1. q. 1. c. nõ eſt putanda. itẽ
dicit in d. c. decimæ, ꝙ de omni artificio dandæ ſunt decimæ, vt in c. non eſt in poteſtate. de decimis. Item quæro,
ſup. dictum eſt, ꝙ de malè acquiſitis non debet ſolui decima, an eccleſia debeat recipere donationes rerum, quæ sũt
de regalibus, q̃ nõ poſſunt alienari in pīudicium coronæ?
Vide Pau. de Caſt. in conſi. 74. inci. q̃a fruſtra diſputaret.
29 in 7. col. vbi dicit, † ꝙ eccleſia nõ debet recipere eleemoſinas, quas quis facit de alieno, vel cum alterius pīudicio,
vt plenè no. in d. c. ex tranſmiſſa. & quod not. l. 2. §. 2. ff. de
inoffi. teſta. & in auth. ſi qua mulier, C. de ſacroſan. eccle.
& Bar. in l. 1. eo. tit. & qđ no. C. de condi. ob tur. cauſam. l.
cum te. nec debet eccleſia inferior eccleſiæ Romanæ recipere donationes rerum demanialium, q̃n enormiter lęderetur regnum, allegat Io. And. in addi. Spe. in tit. de iuriſd.
om. iud. & Bal. in procem. C. & Spec. in tit. de inſtru. edi. §.
nunc aũt. in fi. quia eccleſia eſt cultrix iuſtitiæ, q̃ non patit
aliquod iniuſtũ in ſe, vel in alium, vt in c. 1. §. 1. de ali. feu.
Ad quartam queſtionẽ reſpõdet hic gl. in verbo, p̄latis, &
poſt eam And. de Iſer. hic, ꝙ de decima, q̃ ſoluitur eccleſijs, debẽt fieri quatuor partes, vna debet dari epo, vt in c.
vnio. 10. q. 3. ſecũda clericis illius eccleſiæ parochialis, cui
debetur decima. tertia pauperibus. quarta fabricæ ipſius
eccleſię, & glo. non allegat niſi legem Longobardam. Cui
adde, ꝙ iſtud procedit de matricibus eccleſijs, non autem
de alijs inferioribus, ut dicit gl. in verbo, quartam, in c. requiſiſti. de teſta. item adde Hoſt. in ſum. eo. tit. §. quomodo
decima diuidatur. vbi dicit, ꝙ ceſſante conſuetudine, fit dicta diuiſio in quatuor partes, allegat. 12. q. 2. c. quatuor. &
& c. Vulteranæ. & 10. q. 1. c. antiquos. & 16. q. 1. c. conſtitutum, & c. q̃m. de decimis. & de p̄ſcri. c. de quarta. & quod
Ipſe dicit in ſum. de ſepul. §. vetus, glo. eſt 10. q. 1. c. de his.
vbi ponit, ꝙ olim obſeruabatur in diuiſione decimarum,
ergo ubi eſt conſuetudo in diuidendis decimis, illa eſt ſeruanda, quod patet, quia reperitur in iure, ꝙ diuerſimodè,
ſecundùm diuerſa tempora aliter diuidebatur, vt declarat hic And. licet non dicat, ꝙ illud erat ex conſuetudine,
ſed bene hoc, ſ. de conſuetudine declarat Hoſti. in loco p̄-
30 alleg. † Iuxta hoc q̃rit hic And. quid debet facere epiſcopus de reditibus ſui epiſcopatus pro ſalute animæ ſuæ? Dicit ipſe, ꝙ debet facere ſimiliter quatuor partes; vnam habebit epiſcopus, aliam clerici, aliam pauperes, aliam in reparationẽ eccleſię, ut eſt tex. in d. c. quatuor. & in c. de reditibus. 12. q. 2. & ſi eccleſia non indiget reparatione, ſeruat
pro futura fabrica, uel debet emi aliqua res ſtabilis, uel immobilis nomine ipſius eccleſiæ, vt eſt tex. in c. uobis. 12. q.
2. in fi. An autem ſi tertia pars fructuum epiſcopatus non
ſufficiat pro reparatione eccleſię, omnes alij clerici beneficiati teneantur contribuere in reparatione dictę eccleſiæ?
Et dicit ꝙ ſic, vt no. in c. 1. de eccle. & per Inno. in c. fin. de
his, q̃ fiunt à maio. par. capit. & tene menti, quia And. hic
videns epiſcopos, qui non ſic faciunt, prout tenentur de iure, exclamat, ꝙ hodie pauci epiſcopi ſe ſaluãt, peccatis exigentibus: quia non ſic diſtribuunt reditus eccleſiæ, imò
portionem pauperum conſumunt, aliqui in venationibus,
aliqui in menſa argentea, & pannis impenſis parietib. domorum & in expenſis ad pompam; aliqui in ganeis, aliqui
in ditando cõſanguineos; nõ dico, ſi eſſent pauperes, quia
illis poſſent benefacere, vt 10. q. 2. c. epiſcopus. totũ ergo,
quod detrahitur pauperibus & fabricæ eccleſiæ, tenetur
ad reſtitutionem, tanquam malè ablatum, vt dicit B. Tho.
ſecunda ſecundæ, q. 85. ar. 7. bona enim eccleſiarũ paupe-
31 rũ ſunt. 7. q. 2. c. indignè. & not. 16. q. 1. c. vlt. † & gloria epi
eſt, dare pauperibus. 12. q. 2. c. gloria. Bene fateor, ꝙ ſi eps
haberet paucos reditus, ita ꝙ illi non ſufficerent ad uictũ,
& veſtitum, ſibi & familiæ ſuæ, tunc poſſet cõuertere portionem pauperum, & fabricæ eccleſiæ, in ſuum victum, &
veſtitum, vt in d. c. epiſcopus. 10. q. 2. & And. hic, ſed nõ in
faciendo vaſa argentea, & in faciendo alias pompoſas, &
vanas expenſas, quia totum hoc detraheret alimentis pauperum, profecto video, ꝙ hodie epiſcopi aliter facientes,
quàm ſupra dictum eſt, ſunt in damnatione inferni, quia
uideo, ꝙ epiſcopi non ordinantur inuiti, imò precibus portectis, contra diſpoſitionem legis, ſi quendã. de epi. & cler.
vbi dicitur, profecto enim indignus eſt ſacerdotio, niſi fuerit ordinatus inuitus. bene tamen ſm beatum Tho. ſecunda ſecundæ. q. 85. poteſt quis ſi uidet ſe ſufficientem, appetere talia bona opera facere, ſi continget eum in officio
epiſcopatus eligi, ita ꝙ opus bonũ cadat ſuper deſiderio,
32 non autẽ primatus dignitatis. † Quærit vlterius hic And.
an de oblationibus, q̃ fiunt in eccleſia, debeat fieri diuiſio?
Et concludit, quòd hodie eps de oblationibus nihil percipit,

pit. Miror ſatis de hoc dicto, quia habemns tex. in c. antiquos. 10. q. 1. qui dicit, ꝙ de oblatione medietatem vendicet epiſcopus & medietatem aliã accipiat clerus. & vt habeatur cognitio iſtius materiæ oblationis, ſciendum eſt, ꝙ tres ſunt ſpecies oblationum. Prima eſt alicuius rei donatio Deo, vel eccleſiæ facta inter viuos, & de iſta loquitur tex. in c. conſultationibus. de donatio. Secunda eſt alicuius rei facta donatio Deo, vel eccleſiæ cauſa mortis, vel in teſtamento, vel codicillis legata. & de iſta oblatione loquitur c. officij. & c. requiſiſti. de teſta. Tertia eſt illa, quam faciunt fideles ad altare, vel ad manus parochiani curati, & de iſta tertia oblatione hic loquimur. Ita dicit Hoſtien. in ſum. in tit. de parochijs. §. in quibus. ver. hic tñ ſciendum eſt. vbi dicit, ꝙ iſta tertia oblatio, ſi fiat parochiali eccleſię, eſt presbyteri parochialis eccleſiæ, qui pro populo orate debet: ſed ſi alteri eccleſiæ fiat, ꝑlato illius eccleſiæ danda eſt 10. q. 1. c. quia ſacerdotes. & c. ſi autẽ. & c. hanc cõſuetudinem, & 16. q. 1. c. doctos. fallit, niſi epiſcopo celebrante in quacunque eccleſia celebret, tunc oblationes ſunt epiſcopi, niſi aliud appareat de conſuetudine, ſm Hoſt. in d. §. ex quibus. Idem firmat Car. Flor. in cle. 2. in prin. & in
33 8. q. de priuilegijs. † Quid autem de oblationibus, q̃ fiũt alicui imagini alicuius ſancti depicti in loco priuato, an ſint ſacerdotis parochiani, in cuius parochia eſt ille locus, vbi eſt depicta imago illius ſancti, vel ſit epiſcopi illius diœceſis, vel debeant per epiſcopum diſtribui inter pauperes? Iſta quæſtio requireret longam examinationem, & quia iſta non eſt materia iſtius conſtitutionis, remitto me ad diſputationẽ Angeli, quæ incipit, In refolgenti deliciarum palatio. & ad dñm Abb. Sicu. & Fel. in c. dilectus. de offi. ord. & ad eundẽ Abb. in c. quoniã. de deci. & in cap. paſtoralis. de his, quæ fiunt à præl. & in rub. de paroch. & p And. de Bu. & Pet. de Peru. in trac. 4. epiſcopalis. & Ang. in multis locis allegatis per Fely. in d. c dilectus. & per Io. de Imo. in cle. per literas. de præben. Sextò no. ex tex. ibi, in
34 præeminenti culmine conſtituti, † ꝙ Imperator dr̃ homo conſtitutus in præeminenti culmine dignitatis. Adde ad hoc tex. in c. cum multa. in fi. C. de bonis q̃ libe. vbi dr̃, ꝙ Imperalis fortuna omnes alias ſupereminet, ita ꝙ eius liberalitas debet culmen ꝑbere ꝑcipuum. habet. n. Imperator plenitudinem poteſtatis in temporalibus, vt no. Doct. in c. venerabilem. de elec. & glo. hic colligit, ꝙ propterea Imperatori attribuuntur diuerſa adiectiua virtutũ, vt hic per eam. & ideo in temporalibus nullum recognoſcit ſuperiorem, prȩter Deum, vt dicit Bal. in 1. conſti. ff. & 96. diſtin. c. cũ aduentũ. & c. ſi Imperator, quia eius poteſtas eſt à Deo ſibi tradita, vt dixi in ꝓludijs, in q. 3. & patet in l. digna vox. C. de legi. & hæc dignitas eſt ꝑpetua, vt in Auth. quomodo oportet epiſcopos. §. licentiam. nec uenit ſub nomine dignitatis, ſicut non venit epiſcopus, qui eſt culmen dignitatis, vt in c. 2. de ꝓben. lib. 6. & habetur in c. fi. de re iudi. lib. 6. ita ſimiliter non venit Imperator, ex quo ipſe eſt in præeminẽti culmine dignitatis. Septimò not. ex tex. ibi, ſine iniuria noſtrorum regalium, ꝙ non tantum eccleſijs, ſed eccleſiaſticis perſonis à regibus ꝓſtãdus eſt fauor, ne propterea detrahatur iuribus regalibus: hoc verũ intellige procedere quo ad eccleſias inferiores, ſed eccleſiæ Romanæ poteſt fieri donatio etiam de iuribus regalibus, vt dixi ſup. in 5. not. & patet in iuribus allegatis pro validitate donationis factæ per Conſtantinum Imperatorem eccleſiæ Romanæ: ſuper qua dedi optimas remiſſiones, ſup. in ꝓludijs, in 2. q. Octauò no. ex eodem tex. ꝙ Imperator & Rex huius regni debeat tolerare omnia iura, & priuilegia eccleſiarum, & ipſa non diminuere in aliquo, ſed
35 potius debet augere: † qua de re dr̃ Rex & Imperator aduocatus eccleſiarum, ſm gl. & Car. Flo. in cle. 1. de iureiu. & patet. 63. di. c. tibi dño. & no. in d. c. venerabilem. de ele. ideo Imperator dicit eccleſias eſſe ſuas, ſ. quoad ꝓtectionem, vt in Auth. vt eccleſia Roma. in prin. faciunt iura allegata hic in gl. in verbo, eccleſiarũ iura. Nonò no. ex tex. ibi, ſubiectis noſtris, ꝙ nõ ſolùm Imperator tanquam homo ſubditus Deo tenetur ſoluere decimas miniſtris Dei, ſed tãquam obſeruator mandatorum Dei, etiam præcipit
b ſuis ſubditis, ꝙ ſoluant integras decimas [b], tam de bonis feudalibus, quàm de Burgenſaticis, quas anteceſſores eorũ pro ipſis bonis ſoluerunt tempore regis Gulielmi. Nõ propterea hic ſumas argumentum à contrario ſenſu, ꝙ ſi aliqua bona non ſoluerunt decimam, ꝙ ad decimam ſoluendam pro ipſis bonis alij non teneantur, quia tale argumentum à contrario ſenſu non procedit, vbi ius eſt in contrariũ, vt dicit glo. in c. 1. de æta. & quali. lib. 6. & alia glo. in cle. 1. in verbo, obſeruare. de ſen. excom. de quo per ſcribẽtes Moder. in l. 1. §. huius rei. ff. de offic. eius cui man. eſt iu
36 riſdictio. & per Feli. in 1. diſt. decreti. † In gl. 1. ibi, nec eſt Imperator. no. iſtam gl. ꝙ ꝑceptis diuinis non ſolũ ligantur ſubditi Imperatoris, & regis, ſed etiam ipſe Imperator & rex, imò etiam ligantur præceptis eccleſiæ, vt patet in c. nouit. de iud. & eſt ratio, quia apud Deũ non eſt acceptio perſonarum, ex quo ipſe iudicat ita magnum ſicut paruũ, vt dicitur in dicto c. nouit. & 3. q. 9. c. vlt. inde Paulus apoſtolus ad Roma. 14. c. oẽs. n. ſtabimus ante tribunal Chriſti. & Iſaiæ. c. 45. mihi flectetur omne genu, & omnis lingua confitebitur Deo. Ideo dicebat Iſaias c. 40. nunquid gloriabitur ſecuris contra dñm ſecantẽ. c. inferior. 21. diſt. c. cum inferior. de maio. & obe. & Matthȩi. 21. c. vnus eſt pater veſter, vos autem fratres. & Paulus Apoſtolus ad Roma. 12. c. multi. n. vnum corpus ſumus in Chriſto. & ad Eph. 5. c. propter domum vnam, ideſt, hunc mundũ Deus nobis dedit, vnum nobis accendit ſolem, vnum tectũ cœlum extendit, menſuram vnam nobis terram propoſuit, dedit & aliam multo maiorem, ſcilicet, altare vnum, modum generationis ſpiritualis, vnam omnibus patriã in cœlis, de calice eodem oẽs bibimus. Et ſic patet, ꝙ Imperator licet ſit ſolutus legibus, tñ non eſt ſolutus à præceptis diuinis, & ſanctæ matris eccleſiæ, cui tenetur ad obedientiã.
37 † Item non eſt ſolutus à dictamine rõnis, quia eſt animal rõnale. ita inquit Bal. in 11. col. ver. dr̃. n. tribus modis aliquid liberum &c. C. de ſer. & aqua. ad idem Bal. in proœ. C. in 5. col. vbi dicit iſta elegantia verba, ꝙ qñ eſt contentio de poteſtate inter prætendentes ſupremam poteſtatẽ, non cadit inter eos alius arbiter, niſi ipſa ratio naturalis, quæ eſt arbiter malorum & bonorum. ideo princeps etiã ligatur naturali ratione. bene facit, quod dicit Bald. in c. 1. de his qui feu. dare poſ. vbi dicit, ꝙ bonæ & naturales conſuetudines ligant Principem, quia potentius eſt ius naturale, quàm principatus. In eadem ibi, C. de priuile. domus Auguſtæ. l. 5. dic ꝙ illa lex, quæ eſt fin. probat cõtrariũ eius, ad quod gl. allegat eam, nã ibi princeps eſt priuilegiatus, vt eius bona non ſoluant ſuperindictum extraordinariũ. bene alia iura probant, ꝙ in multis princeps vtitur iure cõmuni, vt in l. 1. C. de peti. hære. & in l. quod placuit. ff. de iure fiſci. In gl. fi. Quærit glo. qua autoritate decimæ petãtur, de hoc dixi ſupra in 3. no. ver. 8. quæro. cætera de materia decimarum dic, ut per Hoſt. in ſum. eo. tit. & hæc dicta ſufficiant pro declaratione huius conſtitutionis.

ANNOTATIONES.

a Cæteris.] Ad idem cap. regni Neapo. item ſtatuimus ſub rub ꝙ ſoluantur decimæ. & regia pragma. Ferd. quæ incip. Ferdinãdus. ibi, item Comites. ſub rub. quibus immunitatibus. Batius.

b Decimas.] Adde, ꝙ tales officiales debent ſoluere decimas abſq; ſpeciali mandato. vt in c. officialis. in rubr. de ſol. deci. qđ eſt Caroli II. & per hoc cap. itẽ ſtatuimus, ꝙ Comites. in rubr. de ſolu. deci. quod eſt Caroli primi, & vide in c. quæ ad audientiam. qđ eſt Caroli II. & in c. nuper ad audientiam. & ibi Cyn. ſoluit, ꝙ aliter agatur. dic conditione ex canone. 16. q. 1. cap. reuertimini.

De cultu pacis, & generali pace ſeruanda in regno. Rub. VIII.

1 *Iuſtitia facit omnem pacem.*
2 *Regnum Dei non eſt eſca & potus, ſed pax, &c.*

Conti-

CONTINVO ſic iſtam rubricam. Imperator in proœmio dixit, ꝙ in iſtis Cõſtitutionibus tractatur de iuſtitia ſeruãda inter ſubditos regnorum vtriuſque Siciliæ: & in tit. præcedenti iuſſit decimam integrã eſſe ſoluendã miniſtris
1 eccleſiarum, quæ conſtitutio concernit iuſtitiam.† verùm quia iuſtitia facit omnem pacem, vt dicitur in lib. Sapientiæ. c 8. c. ibi, opus iuſtitiæ pax eſt, ideo poſt præceptũ decimarum ponit præceptum pacis. Pro qua habenda etiam Angeli orauerunt Deum, vt patet in Euangelio Lucę 2. c. ibi, gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus, &c. & ipſe Deus nos docet, vt pacem diligeremus, vt patet Lucæ 10. ibi, In quamcunque domum intraueritis, primũ dicite, pax huic domui. & in Pſalmo. Rogate quæ ad pacem ſunt Hieruſalem. Vel ſic, quia natura prona eſt ad malum, & multi ſunt in regno, qui non ſoluunt decimam, & propter non ſolutionem decimæ, ſequitur, quod non eſt pax, & quod non datur Deo, datur impio militi, vt in d. c. decimæ, & c. reuertimini. & quod non accipit Chriſtus, accipit fiſcus. Ideo volens prouidere futuris, vt in futurum ſit pax in regno, poſt titulum de decimis, ponit titulũ de pacis cultu. Vel aliter, dictũ eſt in titulo ꝑcedẽti de decimis, ex quarum ſolutione Deus multum nobis placatur, vt 16.
2 q. 1. c. decimæ. † verum quia regnum Dei non eſt eſca, & potus, ſed iuſtitia, & pax, & gaudium in Spiritusancto, vt dicit Paulus Apoſto. ad Roma. c. 14. & patet 90. diſt. c. neque. & paci opponitur diſcordia, contentio, ſciſma, rixa; ſeditio, bellum, vt de hoc latè per B. Thomam ſecunda ſecundæ. q. 34. & q. 37. & 39. in prin. ideo poſt titulum de decimis, ponit immediatè titulum de cultu pacis.

SVMMARIVM.

1 *Pax ibi eſt, vbi iuſtitia, & è contra.*
Iuſtitia eſt cuſtos pacis.
2 *Pax cauſatur ſi minor maiorem reuereatur.*
3 *Officiales non debent aliquid vſurpare ſuper alios officiales.*
4 *Prohibita certo tempore, poſt tempus ſunt permiſſa.*
Senum conſilia plus iuuant quàm iuuenum arma.
5 *Iuſtitia eſt vtilior ſubiectis, quàm fertilitas temporis.*
6 *Omiſſio ordinis plus vitiat, quàm non cultus iuſtitiæ.*
7 *Pax triplex eſt, videlicet inordinata, ſimulata, & inquinata.*
8 *Papa conſtitutus eſt ſuper reges & regna.*
9 *Chriſtianus non poteſt ſibi ius dicere contra facinoroſos Iudæos.*
10 *Ius ſibi dicere quando quis poſſit auctoritate propria.*
11 *Barones in regno non poſſunt vaſallos cogere ad ſibi præſtandas angarias.*
Vaſallus tributum domino ſoluens, non poteſt compelli ad ſeruitium perſonale.
12 *Ius ſibi dicere poteſt propria auctoritate, qui non poteſt iudicis copiam habere.*
13 *Recuperare licet rem ſuam propria auctoritate cum licentia Principis.*
14 *Poſſeſſio etiam iniuſta nemini debet auferri.*
Licentia alicui per iudicem data, de intrando poſſeſſionem propria auctoritate, qualiter intelligatur.
15 *Princeps dare poteſt licentiam intrandi poſſeſſionem auctoritate propria, ſi qui intrat iure licito hoc faciat.*
16 *Creditor non poteſt ingredi propria auctoritate debitore ei reſiſtente.*
17 *Iudex quando à captura incipere poſſit.*
18 *Pactum, quòd liceat propria auctoritate capere bona debitoris pro debito, an tranſeat in ſingularem ſucceſſorem.*
19 *Pactum de reuendendo, non tranſit in ſingularem ſucceſſorem.*
Pactum regulariter ad ſucceſſorem ſingularem non extenditur.
20 *Res, pro qua agitur hypothecaria, non dicitur litigioſa.*
21 *Pactum, an & quando poſſit contra ſingularem ſucceſſorem exerceri.*
22 *Pactum de ingrediendo propria auctoritate non poteſt exerceri contra ſingularem ſucceſſorem.*
23 *Licentia intrandi poſſeſſionem propria auctoritate aduerſus vniuerſalem ſucceſſorem exerceri poteſt.*
Emphyteuta an poſſit per dominum expelli propria auctoritate ob non ſolutum cenſum, ſeu canonem.
24 *Locator an poſſit conductorem non ſoluentẽ expellere propria auctoritate.*
25 *Ius ſibiipſi dicere licet auctoritate propria, ſi recurſus haberi non poſſit ad ſuperiorem.*
26 *Iuramentum illicitum auctoritate propria infringi poteſt.*
Venire contra factum proprium quando liceat.
27 *Dominus feudi poteſt diſueſtire eum, in quem vaſallus abſque eius conſenſu alienauit feudum.*
28 *Foſſatum factum per alium in ſuo territorio licet tollere propria auctoritate.*
Furari propria auctoritate quãdo liceat ſine ſcrupulo cõſciẽtię.
29 *Superior quando poſſit propria auctoritate clericum poſſeſſione beneficij priuare.*
Legatarius quando legatum poſſit apprehendere propria auctoritate.
30 *Maritus adulterum cum vxore inuentum poteſt occidere propria auctoritate.*
31 *Maritus quando poſſit occidere ſuſpectum de adulterio cum vxore.*
32 *Creditor quando poſſit ſibi ſatisfacere de bonis ſui debitoris.*
Malefici à quolibet capi poſſunt, & ad iudicem duci.
33 *Poſſeſſionem ſuam vacuam propria auctoritate quilibet poteſt intrare.*
34 *Animalia paſcentia in fundo meo poſſum capere propria auctoritate.*
35 *Bannitus auctoritate propria capi, & occidi poteſt.*
Repræſaliæ generaliter ſunt prohibitæ in regno Siciliæ.
36 *Commiſſarij regij non debent repræſalias pro debito fiſcali concedere.*
37 *Repræſaliæ ſunt licitæ, ſi ex iuſta cauſa ſint conceſſæ.*
38 *Literæ tertiæ requiſitoriæ requiruntur, antequam repræſaliæ concedantur.*
39 *Repræſaliæ pro paruo debito non conceduntur.*
40 *Clauſula, aliàs elapſo termino procedatur, &c. in citatione poſita, vim peremptorij habet.*
41 *Peremptorium quando ſit neceſſarium.*
42 *Præſaliæ & repræſaliæ, quid inter ſe diſcriminis habeant.*
43 *Guerram mouere nemo debet in regno Siciliæ.*
Ordo iudiciarius in paradiſo terreſtri originem habuit.
Ordo iudiciarius duplex eſt.
44 *Ordo iudiciarius in quibus cauſis requiratur.*
45 *Publicatio atteſtationum quando ſit de ordine iudiciario.*
Sententia lata teſtibus non publicatis an ſit valida.
Concluſio in cauſa an ſi de ordine iudicij.
Concluſio in cauſa non eſt de ſubſtantialibus iudicij.
46 *Cognitio cauſæ adhibita non dicitur, vbi terminus ad probandum & defendendum non datur.*
Dilatio probatoria non niſi petenti datur.
Sententia nulla eſt, ſi iudex probationes recipere noluerit.
47 *Cauſæ, in quibus iuris ordo non ſeruetur.*
48 *Ordo iuris non ſeruatur, ſi liquidum ſit pœnam fiſco applicandam eſſe.*
49 *Ordo iuris contra confeſſum non requiritur.*
Ordo iuris in proceſſu contra hæreticos non requiritur.
50 *Ordo iuris non ſeruatur in cauſa, quæ eſt ſuper violentijs illatis viduis, & perſonis miſerabilibus.*
Defendere ſe, & ſua vnicuique permiſſum eſt.
51 *Defenſio vera & moderata quæ dicatur.*
52 *Repellere vim vi, an liceat omni iure.*
53 *Vim rebus illatam incontinenti repellere licet.*
54 *Clericus quando ſe defendendo poſſit vim vi repellere.*
55 *Inſultans alium ſemper in culpa eſſe præſumitur.*
56 *Defenſio eſt licita aduerſus familiam poteſtatis, ſi contra ius excedat.*
57 *Subditus prælato ſui officij limites excedenti non tenetur obedire.*

58 *Iudici ſemper in dubio debet obediri.*
59 *Interdictum, vnde vi, contra iudicem locum non habet: ei enim reſiſtere non licet.*
60 *Subditus in quatuor caſibus ſe defendere poteſt aduerſus officialem.*
61 *Subditus quando facto, vel præcepto iudicis poſſit reſiſtere.*
62 *Rex itinera ſecura tenere debet.*
Viæ publicæ ſunt de regalibus regis.
63 *Priuatæ perſonæ non licet pro iniuria vindictam facere.*
Vindictam faciens aliter quàm per iudices, peccat mortaliter.
64 *Senes ſunt iuuenibus prudentiores, ſed iuuenes ſunt robuſtiores.*
65 *Guerram mouere, ſeu bellum indicere, omnibus regni baronibus, & alijs interdictum eſt.*
Guerra licita eſt tribus concurrentibus.
66 *Baro quando licitè in regno poſſit contra aliquem guerram mouere.*
67 *Turcæ de iure ſunt hoſtes Chriſtianis.*
Fraudibus vti, an ſit licitum in guerris.
68 *Scandali euitandi gratia quandoque receditur à iure.*
69 *Extenſio non fit in pœnalibus ex rationis identitate.*
70 *Ratio legis ad omnes caſus ſe extendit, in quibus militat illa ratio generalis.*
71 *Dictio, quilibet, generalior eſt dictione omnis.*
72 *Principes, duces & marchiones ſunt ad pacem obſeruandam inferioribus obligatiores.*
73 *Quicunque, dictio, tam maſculos quàm fœminas comprahendit.*
Vniuerſitas capitaliter non punitur.
74 *Guerra quando publicè moueri in regno dicatur per ſubditum contra alium ſubditum.*
Guerra & uis publica differunt.
75 *Vexilla ſigna dicuntur, per quæ bellatores cognoſcuntur & ab aduerſarijs diſtinguuntur.*
76 *Vaſallus guerram mouens in regno, crimen læſæ maieſtatis incurrit.*
Guerram, bellum, prælium, & duellum, in quibus differant.
77 *Vſus armorum ſine principe non conceditur.*
Prælium quid ſit, & quid bellum.
78 *Bona feudalia non veniunt omnium bonorum appellatione.*
79 *Lex noua pro delicto pœnam imponens capitalem, de ciuili, & non naturali intelligitur.*
Pacem in regno perturbans in crimen læſæ maieſtatis incidit
80 *Repræſalias in regno faciens abſque regis licentia, in quo puniatur.*
81 *Guerram mouens ad offendendum ſine principis licentia, qua afficiatur pœna.*

PACIS cultum. Totam iſtam Conſtitutionem diuido in quatuor partes. In prima Imperator præcipit vniuerſo regno, vt debeat obſeruare pacem: quam ſi non obſeruet, iuſtitia Dei & ipſius Imperatoris tàquam Dei miniſter adeſſe non poteſt. vſque ibi, & vt nullus. in ſecunda parte iubet, vt nullus auctoritate propria vindicet iniurias & exceſſus ſibi factos, vel faciendos, nec faciat repræſalias, nec guerras moueat in regno: vſque ibi, ſed coram. In tertia parte ordinat iudices competentes ad cognoſcendum ordine iudiciario de iniurijs, & exceſſibus factis & faciendis in regno vſque ibi, cæterùm, in 4. & vltima parte dat limitationem ad id, quod dictum erat ſup. in 2. parte, ꝙ licet regula ſit, quòd nullus debeat iniuriã propria auctoritate vindicare: fallit niſi ob tutelam ſui corporis, vel defenſionem ſuarum rerum ſe defendat incontinẽti, cũ moderamine inculpatę tutelæ, antequã diuertat ad extraneos actus: vſque in finem. & hoc intendit in ſumma. Pro pacis obſeruatione præcipitur, vt nullus auctoritate propria de iniurijs & exceſſibus ſibi factis faciat vindictã, ſed adhibeat iudices ordinarios deputatos, vel deputandos pro iuſtitia conſequenda, niſi tempore illatæ iniuriæ in perſona, vel in rebus ſe defenderit, et cum armis incontinenti, & non ex interuallo, cum moderamine inculpatæ tutelæ
1 tunc licita eſt defenſio. † No. 1. ex tex. ibi, pacis cultum, ꝙ vbi eſt pax, ibi eſt iuſtitia, & vbi non eſt pax, ibi abeſt iuſtitia, vt per beatum Thomam ſecunda ſecundæ. quæſt. 29. arti. 3. in reſpon. ad 3. arg. & pro hoc eſt Pſalmus 71. Orietur in diebus eius iuſtitia: & abundantia pacis. & in Pſalmo 84. ibi, Iuſtitia & pax oſculatæ ſunt. Iuſtitia enim magiſtra, cuſtosq; pacis eſt, ſecundùm Valerium lib. 2. c. 3. in prin. & ideo dicit tex. 71. diſtin. primatus. quòd non vſurpare alienum, cuſtodia pacis eſt. & ideo regis multũ debent vigilare, vt iuſtitia habeat ſuum locum, ſecundùm And. hic, allegat. 23. quæſt. 5. c. regem. & in lib. 2. regum. c. 10. ibi, conſtituit te regem dominus, vt facias iuſtitiam & iudicium. vide ad hoc conſt. non ſine. ſubdens, ꝙ contra rebelles indicitur iuſtum bellum, & qui pacem quærit, præparat bellum, vt hic per eum. & ideo ſuper iſta materia pacis duas tantum quæſtiones puto neceſſarias hic tangere. Prima, quæ ſunt illa, quæ cauſant pacẽ. Secunda, quæ ſunt illa quæ impediunt pacem. Iſtas quæſtiones tangit Lucas de Penna in l. 1. C. de pu. deli. in 5. co-
2 lum. lib. 12. in verbo, pacis. & ad primam reſpondet, † ꝙ primò cauſat pacem 1 cum minor exhibet reuerentiã maiori, allegat bonum tex. in c. ad hæc. 89. diſt. cui concordat tex. in Auth. de defenſo. ciuitatum. §. quæ igitur. in gl. maximorum. quæ dicit, quòd iuſtitia conſiſtit, vt maiores præponi debeant minoribus, ſed melius probatur. 2. q. 7. cap. ſic inquit. Adde etiam glo. in c. à ſubdyacono. 93. diſ. quæ dicit, hæc enim iuſtitia eſt, vt minor ſeruiat maiori. 33. q. vlt. c. eſt ordo. niſi minor in adminiſtratione maior ſit, vel niſi obtineat locum ſuperioris, ut ibi dicit gl. & maiores non debent dedignari ſequi bonam uitam, bona dicta, bonos mores, & bona exempla minorum. 10. diſt. ca. Conſtantinopolitana. l. potiores. C. de offi. rect. prouin. Secundò cauſat pacem, cum ſingula collegiorum officia ſingulis quibuſcunque perſonis ſigillatim fuerint commiſſa, patet in c. ſingula. diſt. 89. conturbat enim corporis ordinem totum, qui non ſuo officio contentus, ſurripit alienum, vt dicit Iſido. quem allegat Lucas de Penna in l. quicunque, in verbo vſurpare. C. de exac. & executoribus. lib.
3 12. dicens, † ꝙ officiales non debent aliquid alterius officialis vſurpare, ſed in omnibus concordare, & operari ſoli ſiue viciſſim. 90. diſt. c. perlatũ. hodie verò vidi certos officiales putantes ſe obſequium præſtare Deo, quando poſſunt aliquid vſurpare de iuriſdictione alterius officialis iſti. n. non diligunt pacem, & eis euenit, vt dr in Pſal. 88. Si deliquerint legem meam, & in iudicijs meis non ambulauerint, ſi iuſtitias meas profanauerint, & mandata mea non cuſtodierint, viſitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum. Inde dicit Imperator, promiſcuis quidem actibus rerum turbantur officia. C. de teſta. l. conſuluit. Tertiò cauſat pacem, cum ſuperiores ſubditis charitatem exhibent, ut patet. 95. diſt. c. eſto. vbi dicit gl. ꝙ fruſtra petit debitum, qui, quod debet, non impẽdit, vt in iuribus allegatis in gl. Et ideo dico, ꝙ regnũ erit in pace, qñ rex de facili ſe præbebit ad audiendum querelantes, ideo dicit ibi tex. peſſimę cõſuetudinis eſt in eccleſia, tacere presbyteros, præſentibus epiſcopis non loqui, quaſi eis inuideat, aut eos diligenter audire. vnde ſi ſuperiores excedant, exceduntur, & quod alijs faciunt, in eos fiet, vt ff. quod met. cauſa l. ſed & poſt. Quòd ſi alijs iniuſtitiam facient, ipſi iniuſtitiam ſubſtinebunt, in Auth. de ſanctiſ. epiſcopis. §. omnibus. & in Auth. ſcenicas &c. circa medium. Et ideo ſapiens rex non excedit, nec exceditur, quia nõ fallit, nec fallitur. l. 2. C. de põder. auri. lib. 10. & in prouerb. c. 15. omnibus ergo præbeant ſe ſuperiores benigni ad inferiores audiendũ, niſi in caſibus exceptis, vt in c. in nomine domini. 23. diſt. in gl. in verbo, audientiam. & in l. ſed ſi per prætorem. §. ſed & ſidum. ff. ex quibus cau. maio. &c. c. eſt iniuſta. 23. q. 4. Et niſi in cõgruis temporibus, quia oĩa ſui tẽporibus cõuenire debẽt 23. q. 4. & ſi eccleſia.

4 ſia.in verbo,tẽporibus. & gl.35.q.1.c.cum igitur. † Quia
quædam prohibentur in certo tempore, quæ poſt tempus
ſunt permiſſa, vt no.Bal.in l.ſi auus. C.de lib. præte. & eſt
tex.in l.itaque.§.1.ff.ad leg.Aquil.& ff.de ſerui.l.1.§.fi. cũ
concor.Et ſingulariter viros ſenes & ſapientes. plus enim
rempublicam iuuant ſenum conſilia,quã bellãorum arma,
iuxta illud Eccleſi.c.9.melior eſt ſapientia, quã arma bel-
lica.& Tullius de ſenec.dicit,ꝙ ſenes dantes conſiliũ in re
publica plus agunt quã alij. Quartò cauſat pacẽ: cum illi,
qui habent curam reipublicæ, intendunt ęqualiter in eã.
Ita ꝙ non in particulares homines intendant,& reliquos
negligant,ſed ęqualiter eos regant, ſm Tullium de Offic.
lib.1.ideo dicit tex.in c.maioribus. de præb. idcirco ſicut
in magnis, ita quoque in minimis membris ſuis firmã ec-
5 cleſia habeat vnitatem.† Ideo dicimus, ꝙ vtilior eſt ſubie
ctis iuſtitia, quàm fertilitas temporis, vt dicit Ariſto. ad
Alex.Quintò cauſat pacem, quõ in regno vnus eſt rex.ſi.n.
in regno plures eſſent reges, vt vidimus de facto, regnum
non eſt in pace, vt patet.7.q.1.c.in apibus.vt patet per to-
tam cauſam.21.q.5.& no.idem Lucas in l.fi.C. de delato.
lib.10.dummodo rex ſit,prout eſſe debet, vt declarat bea
tus Ant.in 4.parte ſummæ.lib.5.§.2.Sextò cauſat pacẽ pa-
tientia: vt dicit Euangeliſta Lucas 16.c.in patentia veſtra
poſſidebitis animas veſtras. ira.n.quę eſt mater diſcordię,
patientia iuuatur.de conſe.diſt.5. c.iuuatur. ſicut.n.lectio
eſt via ad ſcientiam,ita patientia eſt ad pacem, vt dicit Ber
nardus in quadam epi.& in Prou.15.c.dr. vir iracũdus ꝓ-
uocat rixas: qui patiens eſt,mitigat ſuſcitatas.& de virtu-
te huius patientiæ vide per Lucam de Penna.l.1. C. de re
milit.li.12.Septimò cauſatur ex ordine,vt patet.39. diſt.c.
ad hoc. & multa de ordine ſcribit idem Luc. in rub.C.ut
digni.ordo ſerue.eo.lib.& in l.ordinem.de conſuli. & in l.
his quidem.in verbo,ordinis.C.qui milit.non poſſunt.eo.
lib.& And.de Baru.ponit multos caſus, in quib. ordo ſer-
uandus eſt,in l.fi.C.quemad.ciui.mu. indicantur.li.10. &
no.in c.cũ dilecta.de reſcr.& in c.mandato. de prębeo.lib.
6. & no.in l.quoties. ff.de vſufruc. Et vnam prædictis ad-
6 do,quod dicit Bal.in c.nihil.de elect. † ꝙ plus vitiat omiſ
ſio ordinis,quàm nõ cultus Iuſtitiæ,allegat l.meminerint.
C.vnde vi.& l.1.§.hæc verba.ff.ne vis fiat ei. & non ſolùm
inter homines ordo ſeruandus eſt, ſed ẽt inter diabolos or
do ſeruatur, vt dicit B.Thom.in 1.parte ſummæ,q.10.art.
9.Ad ſecundam quæſt. quæ ſunt illa, quæ impediunt pa-
cem? Dico breuiter, ꝙ iniuſtitia, vt dicit Cic.2.de Offi.im
pedit pacem.& de partibus iuſtitię remitto me ad ſummã
beati Ant.in 4.parte.tit.5.& hæc iniuſtitia diſtinguitur in
26.partes, vt ꝑ Luc.in d.l.s.publicæ læti.vbi ẽt ponit. 30.
alias quæſtio.de materia pacis, ideo ad eum pro nunc me
remitto de materia pacis. Vnum addo,quod dicit B. Ant.
7 in 4.parte tit.6.& c.8.§.2. † ꝙ triplex eſt pax, videlicet in-
ordinata, vt cum ſuperior obedit inferiori,vt ratio ſenſua
litati, vel prælatus ſubdyacono. hanc pacem ſeruauit Adã
potius obediens vxori,quam voci Dei.Gen.3.c. & Prouer
biorum 9.c.non decet ſeruum dominari principibus. Se-
cũda pax eſt ſimulata: qualis fuit Iudæ proditoris in oſcu
lando Chriſtum,& Ioab ad Amaſiam,vt 2.Reg.c.20.& in
Pſal.27.Loquuntur pacẽ cũ proximo ſuo, mala aũt in cor
dibus eorum. Tertia eſt pax inquinata,ut illi,qui in malo
ſunt concordes, vt Herodes & Pilatus facti ſunt amici in
paſſione Chriſti. Matthæ.10.& vide Aug.de ciuitate Dei,
9.lib.vbi ponit multas ſpecies pacis, vt ibi ꝑ eum. Et vide
hic gl.2.q̃ ponit fructus pacis. Et ꝙ officiales debent mul-
tùm intendere,vt pax ſit inter ſubditos.Et in hoc vnus iu-
dex debet adiuuare alium. Et ꝙ eṗs pro pace habenda po-
teſt diſcordes excõmunicare. hinc ſumpta occaſione dice
bat hic Bar.de Capua in quadam apoſtilla,ꝙ cũ duo prin-
cipes Chriſtiani,vel duæ vniuerſitates ſunt in diſcordia, ꝙ
dñs Papa poteſt & debet ad pacẽ,vel ſaltem ad treugã cõ-
peſcere,cum & inferiores magiſtratus hoc poſſint, & de-
beant. & allegat.90.diſt.cap.præcipimus & c.ſtudendum.
& c.perlatum. & ſi poteſt, & debet ad pacẽ & concordiã,
multò magis ad treugam & inducias,quæ ſunt præambu-
la ad pacem,arg.l.ad rem mobilem.ff. de proc.& l.ad lega
8 tum.eo.tit.† & maximè,quia ipſe eſt conſtitutus ſuper re-
ges,& regna,vt intellectualiter ſcribitur Hieremiæ cap.1.
extrà de maio.& obe.c. ſolitæ. Et poteſt quemlibet Chri-
ſtianũ corrigere de peccato, c. nouit.de iud.c.cauſam. qui
filij ſint legi.deinde gl.dicit,quod pax vniuerſitatis debet
de quinquennio in quinquennium ſub iuramento firma-
ri, vt dr in tex. de pace tenen. Et ꝙ violatores pacis acri-
ter puniuntur,ut patet in præſenti tit. Secundò no. ex tex.
ꝙ nulli ſubdito regis licet auctoritate propria ius ſibi di-
cere,aut iniuriam ſibi factã ex interuallo propulſare, ſed
debet adire iudices ordinarios: dr.n.vim facere nõ ſolùm
ſi homines vulnerentur,ſed ẽt quoties quis id,quod debe
ri ſibi putat,non per iudicem, ſed auctoritate propria re-
poſcit. Iſta ſunt verba iuriſconſulti in l.extat.ff. quod me.
cauſa. Ad idem facit.l.dotis.ſo.ma.& quod no.Bal.in l.ex
conuentione.C.de pac.vbi quis non debet propria aucto-
ritate ingredi poſſeſſionem rei reſtituendæ,ſed debet corã
iudice intentare actionem. Ad idem in l.ſi quis ad ſe fun-
dum.C.ad l.Iul.de vi. vbi non licet de iure propria aucto-
ritate ex interuallo recuperare poſſeſſionẽ rei, de qua fuit
ſpoliatus,ſed debet adire iudicem ſuperiorem pro reſtitu
tione poſſeſſionis. Ad idem.l.ſi quis in tãtam. C. vnde vi.
& in l.s.in glo.C.quod met. cauſa.& Roſre.in lib.libello-
rum. circa fin.dum tractat de Conſtitutionibus, quæ pu-
niunt violentos.in titu.de conſti.diui Marci. & de hoc eſt
9 tex in C.ne quis in ſua cauſa ius dicat. † imò nec contra
Iudæos etiam facinoroſos,licet Chriſtiano ius ſibi dicere,
vt in l. nullus. C. de Iudæ. & quia iſta materia eſt nimis
quotidiana,quia interdum iſti potentes nobiles cõtra in-
feriores vtuntur iure ſuo abſq; iudicis auctoritate confidẽ
tes eorum potentijs,diuitijs,nobilitate, vel fauoribus, &
iudices eis deferunt, tum quia regnantes aliqñ eis defe-
runt,ideo neceſſarium putaui hic interſerere cumulatiuè
caſus,in quibus licet ſubdito regis ius ſibi propria autori-
tate dicere, licèt aliàs in c.1.in 9.no.de pace int.fir.cumu-
laui.39.caſus.ſed nunc aliter hic dicam,quàm ibi dixi, &
ſic habebis,quod in contrarium non licet in cæteris ius ſi-
10 bi dicere propria auctoritate.† Et primò licet [b] propria au
b ctoritate priuato debitorem ſuum fugientem cum re ſua,
idem ſi ei ſolùm perſonali obligatione tenetur, qñ præſen
tiam iudicis ſtatim cum fugit habere non poteſt, capere,
& ducere ad iudicem,per tex.in l.ait prætor.§.ſi debitorẽ.
ff.de his,quæ in frau. creditorum. & ibi Bar.alleg. glo.in
d.l.nullus.C.de Iudæis.& l.in generali.C. de decurio. lib.
10.quam allegat glo.in d.l.nullus.& not. in c. s. §. ſi quis
verò.de pace iura.fir.& eſt glo.in §.neceſſitatem.in verbo,
detinere, in Auth.ut iudices ſine quoquo ſuffrag. Non ta-
men teneat ultra 20.horas,ut no.glo.in l.capite quinto. ff.
de adulte. Hic caderent multæ quæſtiones ſuper debitore
fugitiuo, & quia non eſt materia propria,remitto me pro
nunc ad tractatum de debitoribus fugitiuis, quem fecit
Dominus Ioan. Bap.de Cacialupis,aduocatus conſiſtoria-
lis. & incipit dictus tractatus,cùm viderem. & uide Ioan.
de Plat. in l.nemo carcerem. & ibi dixi, quæ requirãtur,
vt creditor poſſit propria auctoritate capere debitorem
ſuum.C.de exacto. tributorum. lib.10.Barto.in l.ſi alius.
§.belliſſime.ff.quod ui, aut clam. An autem liceat domi-
no propria autoritate uaſallum ſuum recedentem à terra
capere,& ducere ad iudicem, ut ipſum compellat ad ha-
bitandum in terra ſua, quando eſt obligatus ad ſeruitia
perſonalia, quia aliàs non cadit quæſtio. uide per Lucam
de Penna in lib.11.C.de agri.& cenſi.l.ſi coloni.in 5.q. &
in l.omnes.eo.tit.& in l.1.C.de irenarchis, lib.10. & con-
cludit quod ſic. & pro hoc facit c.Papæ Honorij,quod in-
cipit, ad nouas cõmunantias.& uide in Spec. de feudis.§.
1.& Io.de Platea in d.l.in generali.& per Ioã. de Plat. in l.
s.C.de colo.Paleſti.lib.11.& Specu.in tertia parte. in uer
ſicu.de accuſatione.§.1.& And.in c.1. in prin. de pace iu-
11 ra.firman. dixi in prælu.feudorum,in 3.q.† Et ſcias, ꝙ ba-
rones

rones in regno abſque ſpeciali priuilegio regio nõ poſſunt
compellere vaſallos ad præſtandum ſibi angarias, ſm Bal.
in l.fi.in prin. C. de bonis quæ libe. allegat pro caſu l. 1.ff.
qui & à quibus.& l.domini prædiorum.de agri. & cenſit.
lib. 11.Et vnum aliud,quod non eſt notũ omnibus, ꝙ nul
lus vaſallus,qui ſoluit tributum,pót compelli ad præſtan-
dum ſeruitium perſonale ſine mercede,ut eſt tex.in l. vni-
ca.C. ne operæ coll.exigãtur. & maximè in regno iſto,vbi
dñs rex eſt dominus perſonarum , & conſequenter nullus
vaſallus poteſt ſe obligare baroni ad ſeruitia ꝑpetua perſo
nalia ſine regio aſſenſu,vt infrà in Conſti. quia frequẽter.
An autem dominus ſeruum fugientem poſſit propria au-
toritate capere.Certè ſic,tex.eſt in l. 1.in fi.C. vbi cauſa ſta
tus. An autem pater filium fugientem, vel maritus fugien
tem vxorem poſſit capere propria auctoritate, tãgit lo. de
12 Platea in d.l.generali.& concludit, ꝙ ſic. † Secundò licet
propria auctoritate ſibi ius dicere , ſi non poteſt copiã iu-
dicis habere,vt tenet glo.in d.l. nullus.& probat tex. in d.
l.generali. Et propterea dicit dominus Signorolus de Ho-
modeis,qui fuit diſcipulus Bart.in conſi. ſuo 75. incip. in
quæſtione vertẽte.in 6 col.ꝙ quis poteſt ex iuſta cauſa ius
ſibi dicere, & iuſta cauſa eſt,ſi nõ adſit iudicis præſentia ,
allegat d.l.ſi alius.§.belliſſimè. & d.l.generali.& d. §. ſi de-
bitorem .& no.Inn.in c.cum olim.el 1. de reſti. ſpolia. hoc
tamen intellige cum vno grano ſalis : videlicet prout di-
cit Bal.in c. 1.in 3.col.de conſue.recti ſeu.vbi dicit, ꝙ pro-
pter abſentiã magiſtratus licet ſibi ius dicere , qñ expecta-
tio magiſtratus eſſet fruſtratoria,tunc patet non eſſe expe-
ctandum magiſtratum per l.Arethuſa.ff.de ſta.homi.ff.de
ritu nup l.ſi ita pater.de ſortile.c.fi.fallit, niſi ille, qui vult
vti iure ſuo propria auctoritate, haberet iuriſdictionẽ con
tra ſuum vaſallum,contra quem vtitur ſua auctoritate, li-
cèt poſſit habere præſentiam iudicis , tunc non incidit in
pœnam d.l.extat. ita Bal.notauit in l.4. verſi.conque ro.C.
vnde vi.Et dicit ibi Bal.inſ.per unam col.in ver.extra quę-
ritur. ꝙ vbi nullus eſt iudex effectualiter, ſemper pót quis
vti iure ſuo propria auctoritate, & dicitur incontinẽti fie-
ri,licèt ex interuallo ſit factum,allegat Inno. in d. c. olim.
13 de reſtit. ſpolia. † Tertiò licet propria auctoritate rẽ ſuã
recuperare, ſi princeps dedit licentiam recuperandi ꝓpria
auctoritate, etiam ſine partis citatione. hoc voluit Cy. in
l.meminerint.C.vnde vi. vbi dicit , ꝙ ſi princeps dedit li-
centiam intrandi poſſeſſionem per ſeipſum , ſecurè poteſt
ingredi, vt l.princeps.ff.de legi.& l.quidam conſulebant.
in fi.ff.de re iudi.& pro hoc bene facit illud, qđ dicit Bal.
in 3.vol.conſi.295.incip.ad euidentiam. vbi dicit, ꝙ ille ,
qui eſt expulſus auctoritate magni prętoris,ideſt principis
& tradita fuit poſſeſſio illa vero domino, non poteſt age-
re poſſeſſorio,quia princeps non tenetur ſeruare ordinem
iuris,vt habetur in c.de cauſis. de re iudica . Et pro hoc fa-
cit ſententia Regis Roberti lata de Comitatu ſancti Seue
rini,vbi conſtito, ꝙ primogenitus filius primogeniti debe
bat ſuccedere, dux Calabriæ ſpoliauit patruum de facto ,
& dedit comitatum ipſi nepoti, & patruus egit ſpolio , &
non fuit auditus,& pro hoc ſunt allegationes Old. 224.q́
incipiunt,iſtæ ſunt allegationes. & ego uidi dictam ſentẽ-
tiam.Item pro hoc facit cap.regni,qđ incipit , ex præſum-
ptuoſæ,ubi mortuo feudatario ſine filijs , ſuperſtite agna-
to , fiſcus de facto ſpoliat agnatum , & ipſe agnatus nullo
modo poteſt agere contra fiſcum poſſeſſorio , ſed ſolũ pe-
titorio. Et ſic pót intelligi illud, qđ dicebat Alberi.de Ro
ſa.in l.ſi de ui.vlt.col.ff.de iud. ꝙ ſi iudex ſpoliauit aliquẽ
de facto extra iudicium , eo quia notorium erat rem eſſe
illius,cui iudex reſtitui fecit,non debet ſpoliato fieri reſti-
tutio,per tex.in l.fi.§.fi.quod metus cauſa.ſ. ꝙ hoc factum
fuit à iudice,ſ.principe,licèt ipſe non dicat.Et ſi eius dictũ
intelligeretur de iudice inferiori à principe,non procede-
ret, per l.meminerint. C. unde ui.& l.2. C. ſi per uim uel
alio modo,quia in prę iudicium poſſeſſoris,etiam de facto
poſſidentis, nihil contra eum debet innouari,niſi eo uoca
14 to,ſm Bal.in l.ſi deſerta,C.ſi ꝓpter publicas penſita.†quia
poſſeſſio etiam iniuſta nemini eſt auferenda, ſm Inno. in
c.inter quatuor.de maio.& obe. & quod no in l.facultas.
C.de iure fiſ. facit , qđ dicit Bal. in l.ſi pacto quo pœnam.
C.de pac.debet ſemper cum cauſæ cognitione iudex infe-
rior procedere ſuper reſtitutione poſſeſſionis , etiã ſi prin-
ceps reſcribat, ꝙ ſpoliato ſtatim reſtituat poſſeſſionem,ut
in l.& ſi non cognitio.per Pau.de Caſt.C.ſi contra ius, uel
utili.publicam.hoc expreſsè firmauit Io.An.in addi.Spec.
in tit.de poſſeſſo.& petito.§.fi.in ult.addi. licentia ergo da
ta à iudice de ingrediẽdo propria auctoritate , intelligitur
cum cauſæ cognitione,& ſic parte citata,ſm Ang.in l. fun
di uenditor.ff.de acq.poſſeſ. Aliàs talis licentia nihil ope-
ratur,ut declarat Alex.in d.l.fundi,& tenet Bal.in l. memi
nerint.C.unde ui.& Bal.in 3.uol.conſi.138.circa fi. & tũc
priuatus intrans poſſeſſionem auctoritate propria,quia iu
dex præmiſſa cauſæ cognitione dedit ſibi auctoritatẽ pro-
pria auctoritate intrandi , facit ut publica perſona, & po-
teſt intrare,etiam ſi reperit reſiſtentem. Ita dicit Bal. in di
ſputa.ſua incipiente,accuſatus de ui turbatiua. & de ueri-
tate huius dicti uide Lud.& Alex.in l.iuſtè poſſidet.ff. de
15 acq.poſſeſ. Limito tamẽ illud,qđ dixi , † ꝙ ſi princeps de-
dit licentiam intrandi poſſeſſionem ſine citatione partis ,
ꝙ ille,cui data eſt licentia,iure licito facit , hoc uerum pu-
to,ſi non reperit reſiſtentem,nec aliquem contradicentẽ ,
ſm Bar.in l.alia.§.eleganter.ff.ſol.matri.Et idem dicit Bal.
in l.3.in uerbo,nondum credo. & in 6.col. uer. nos ſcitis,
ꝙ eſt quæſtio.C.de pigno.& Bar.& alij in l.iuſtè poſſidet,
præallegata . non tamen dico, ꝙ princeps etiam hoc caſu
iuſtè dedit licentiam propria auctoritate intrandi poſſeſ-
ſionem, ſi hoc egit ſine cauſæ cognitione,& nõ citato poſ-
ſeſſore,quia ipſe ligatur iure naturali , quia uiuere ſub ra-
tione,eſt uiuere hominis,ut in Auth.de mona.in princ. &
homo eſt magis intellectus,quàm ſenſualitas,ut dicit Ari
ſto.vt refert Bal.in 1.uolu.conſi.418.& ius naturale vult,
quod tibi non uis,alteri non feceris, & ideo nõ eſt miran
dum,ſi eis iudicio Dei eueniunt ea,quæ non vellent pati .
Quartò,ſi in inſtrumento conuentum eſt inter partes,ꝙ in
caſu conuentionis liceat alteri parti auctoritate propria
capere, & retinere bona ſtabilia debitoris,tunc ex quo ta-
le pactum eſt ualidum, licet ſine iuſſu iudicis,& ſine cita-
tione propria auctoritate capere poſſeſſionem illorum bo
norum,qñ inſtrumentum eſt liquidum,ita tenet Bar.in re
peti.l.creditores.in 5.col.C. de pigno. & eũ ſequutus fuit
Fran.de Are.in conſi.22.niſi in inſtrumento fuiſſent appo
ſita illa uerba,quæ poſuit Bar.ibi,uidelicet,ꝙ liceat ingre-
di poſſeſſionem,& eam retinere ante declarationem , ſeu
liquidationem pro dicta quantitate,ſeu pro alia, quam ap
parebit ipſum debitorem debere ex cauſa prædicta,& ſm
hoc poterit non liquidando inſtrumento ingredi propria
16 authoritate.bene fateor, † ꝙ ſi debitor reſiſteret de facto,
quando creditor uult ingredi propria authoritate, ꝙ tunc
non poteſt uigore dicti pacti ingredi propria auctoritate,
ſed debet iudicem adire,ſm Bar.in d.l. creditores,in 5.co
lum.& in l.alia.§.eleganter. ff. ſolu matri. & firmat Ioan.
And.in c.uerùm.de foro competenti.& Alexan.in l. fundi
venditor.ff.de acquirenda poſſeſsio.& in l.5.§ ſtipulatio-
num.ff.de uerb.oblig.& Pau . de Caſtro in l. ſtipulatione.
ff.de acquirenda poſſeſ.& Ange.in l.eius rei. ff. de acquir.
poſſeſſ.Aduerte,quia ſi fierit pactum in inſtrumento,ꝙ ſi
debitor non ſatisfecerit de debito, creditor poſſet propria
autoritate ipſum pſonaliter,& eius bona ſequeſtrare, cer-
tè tale pactum non ualeret,ut dicit Ang.in l.nemo poteſt.
ff.de leg.1.tum quia debitor non eſt dominus membrorũ
ſuorum,tum quia partes non poſſunt facere , quin ordo iu
dicialis & eius ſolennitas ſeruari debeat. glo.eſt in cap. 4.
in verbo,neceſſario.ff.de uerbo.ſignifi.& in c.fi. de re iud,
libro 6.& in cap.de cauſis,de re iudic.& in l. 1. C.de exe-
cu.rei iudic.& dixi ſupra in præludijs. Et de iure non eſt
c incipiẽdum ab executione [c] ſed à citatione, in his,quæ de-
bent fieri in iudicio:ſed in his,quæ fiunt extra ius, & quæ
dependent à partibus, bene ualet pactum de ingrediendo
aucto-

17 auctoritate propria, per d.l.3.C.de pigno.bene fateor, † q
ſi in inſtrumento eſt pactum, quòd poſſit debitor capi ſo-
lo inſtrumento oſtenſo per iudicem, quòd tunc iudex po-
teſt incipere à captura; omiſſa citatione: ita not. dixerunt
Ang.Io.de Imo.& Alex.in l. ſi ſic.ff.de leg.1.per illum tex.
& l.cum quidam, la grande.ff.de leg.2. Nec obſtat, quòd
citatio videtur eſſe quædam defenſio, quæ non videtur
poſſe tolli per cle.paſtoralis.cum ſimi. de re iudi. Quia re-
ſpondetur, quòd per dictum pactum non tollitur defen-
ſio; ſed variatur modus defendendi, quia reſeruantur de-
fenſiones ex poſtfacto; quod fieri poteſt de iure, ut in l.fi.
C.de compenſa.& no.in l.2.C.de edic.diui. nam defenſio
ex cauſa poteſt tolli, vt patet in iuribus allegatis per Alex.
in d.l.ſi ſic. Et quid ſi vltra eſſet dictum, quòd poſſit pro-
pria auctoritate res obligatas recipere, & lucrari fructus,
an ualeat tale pactum? Io.de Ana.in c.ſalubriter.in 10.col.
de vſur.tangit hoc dubium, referendo Salyc.in auth.ad
hæc. de vſuris. & Lauren.de Rodulphis in repet.ſ.conſul-
tuit.65.q.de vſur.& Hoſt.& Inn.in c.ſacris.de ſent.excom.
& concludit, quòd valet pactum, niſi probaretur eſſe fa-
18 ctum in fraudem vſurarum.† Sed iuxta hoc quæro, an tá-
le pactum, quòd liceat propria auctoritate capere bona de-
bitoris pro debito, tranſeat in ſingularem ſucceſſorem?
Bal. in l.profectus.C.ſi mancipium ita fuerit alienatum ne
proſtitua.dicit q ſic, per l.Titius.ff.de ſeruis expor.Bart.in
d.l.creditores.in 11.col.refert opi.poſt glo.ibi, pro & con-
tra: & tradit optimam diſtinctionem, & ex eius diſtinctio-
ne facio regulam, & limitationes. Regula eſt, q pactum de
ingrediendo poſſeſſione propria auctoritate, non tranſit in
ſingularé ſucceſſorem. hanc cóclutioné firmauit Martinus
gloſſator.& quia glo. in d.l.creditores, refert vltimò iſtam
opinionem Mart.& nihil dicit vltra, non videtur ipſam ap-
probare, quia vltima opin. videtur approbata, ſecundùm
Bal.in l.1.in fi.ff.de conſti.princ.& no.Ioan.And.in nouel-
la in c.1.de pœnis.lib.6.& in c.1.de ſent.excom.li.6.& no.
Bart.in l.bona fides.ff.depo. Et iſta opin. probatur per tex.
in l.eum.C.de act.& oblig.hanc opinionem firmauit Ro-
fredus Bene.in lib.ſuo, in titu.de edicto diui Adria.tollen.
quia tale pactum de ingrediendo propria auctoritate, nó
afficit rem, ſed perſonam, ut in l.fi.ff.de contrah.emp.&
C.de cond.ob cauſam.l.ea lege. Idem tenuerunt Iaco.But.
in d.l.creditores. & Iac.de Bel.ibi.& Cy.firmat etiam Pet.
de Belloperti.vt refert Cyn.in d.l.creditores. probatur iſta
regula iuribus manifeſtis.nam iſtud pactum de ingredien
do propria auctoritate eſt perſonale, licèt ſit propter rem;
ſicut ille qui promittit de fundo ſuo frumentum, ut in l.
fi.ff.de contrah.emp. Item ſicut pactum appoſitum in con
tractu, ne res alienetur, non afficit rem, ut d.l.ea lege.C.de
condi.ob cauſam. ſicut etiam pactum, quòd liceat mihi in
fundo tuo cœnare, vel pecora paſcere, eſt perſonale, licèt
rem afficiat.ff.de ſeru.ruſti.prædi.l.pecoris. ſicut nuncia-
tio noui operis facta in rei vendicatione non afficit empto
19 rem, ut ff.de alie.iud.mu.cauſa facta.l.4.§.opus.† ſicut pa-
ctum de reuendendo eſt perſonale, & non tranſit in ſingu-
larem ſucceſſorem, ut firmat Alex.in 1.vol.conſi.16.inci.
videtur fortaſſe &c. vbi reprobat Pau. de Caſt. in l.ſi cum
venderet.ff.de pigno.actio. qui tenebat contrarium. Et ad
hoc vide conſilium Ange.184. & Pau. de Caſt. in con-
ſil.45. incipien. videtur dicendum, quòd dictus Chriſto-
phorus. & Alex.in l.1.in fi.ff.de dona. ſicut etiam actio pi-
gnoratitia eſt in perſonam de iure ciuili, ſecus de æquita-
te canonica, ſecundùm Bal.in l.1.C.de pig.actio. regulari-
ter enim pactum non extenditur ad ſingularem ſucceſſo-
rem, ut ff.ad Trebel.l.1.§.hæres. & d.l.fi.ff.de contrahen.
empt. Hæc regula fallit primò, niſi penderet lis inter prin-
cipalem debitorem & creditorem. & li.penden.ſuper do-
minio rei, ille debitor, qui dedit auctoritate propria ap-
prehendendi eius bona, alienaſſet illa bona, tunc illud ius
executiuum contra iſtum ſingularem ſucceſſorem poſſet
exerceri, quia res illa erit litigioſa; ideo tranſit ius exe-
quendi contra ſingularem ſucceſſorem, vt in l.2.C.de li-
tigio.& de hoc eſt capitulum regni, quod incipit, conuen-
tus rei vendic.& tenet Bar.in d.l.creditores. in 4.q.princi-
pali. Quid autem ſi eſt quæſtio inter debitorem & credito
rem habentem ius executiuum uirtute pacti prædicti ſu-
per hypothecaria, an ſi li.penden.ſuper hypothecaria debi
tor alienat ipſam rem, poſſit ſine citatione, & nouo proceſ
ſu; intentare iudicium contra ſingularem ſucceſſorem? De
iſto dubio ſunt opiniones, nam Bar.in loco præallegato te-
net, q non poteſt intentari cótra ſingularem ſucceſſorem;
quia nó cótrahitur vitium litigioſi, ut in Auth.de litigio.
poſt prin. Idem tenet Inn. in c.cum M.de conſt.& Abb.Sic.
in c.fi.ut li.pend.& Ang.in l.diuus, verſi. vltimò conclude.
ff.de pet.hær. Contrarium tenuit Ho. Ant.de But.& Io.de
Imo.in c.dilecti in Chriſto.de exce.& vide per Fely. Sem-
per in iſta quæſtione vidi ſeruari illud, quod dicit Ang.in
20 d.l.2.C.de liti.† vbi dicit, q ſi agitur hypothecaria, res il-
la non efficitur litigioſa, ſed actio & poſſeſſio, de qua con-
tenditur eſt litigioſa, & idem in actione perſonali, & ideo
ſi li.pend. fiat alienatio, habet locum officium iudicis cir-
ca reuocationem actionis, ut plenè per Fel.in d.c.dilecti in
Chriſto.& in iurib.per eum allegatis. Secundò fallit in ca-
ſu.l.ſi Titius.ff.de ſeruis exportan. vbi dicitur, q ſi vendidi
tibi ſeruum cum pacto, ne moram trahat Romæ, & ſi mo-
retur poſſim propria auctoritate illum capere, emptor al-
teri vendidit, & iſte emptor retinet ſeruú Romæ, poſſum
auctoritate propria ſeruum illum capere, & hoc ideo ſm
Bar. quia illud pactum reſcindit illam ſecundam uenditio
nem ipſo iure? Et idem dicitur in l.ſi quis ſub hoc pacto.
ff.de contrah.emp. alias obligatio perſonalis non ſequitur
fundum, ut in l.emptorem.C.loc. Tertiò fallit, niſi debitú
inſtrumentarium ſit liquidum ex omni parte ſui, & habe-
ret dictum pactum de ingrediendo propria auctoritate, &
debitor promiſit res obligatas non uendere, uel fuiſſet de-
claratum per iudicem, inſtrumentum eſſe liquidatú, tunc
ſi ſingularis ſucceſſor habet cauſam à debitore, poteſt exer
cere ius exequendi cótra dictum ſingularem ſucceſſorem,
reſciſſa prius per iudicem ipſa alienatione, ſm Bart.in d.l.
creditores.in d.4.q.principali.& ſic oportet prius citari ip
ſum ſingularem ſucceſſorem ſuper reſciſſione ipſius alie-
nationis, antequàm exequatur contra eum, vt §.ſi quis in
fraudem.Inſt.de act. Idem tenet Bal.in l.cum teſtó.in fi.C.
de teſt. manu.& idem Bar.in l.ſi conſtante.16.col.verſi.ex-
peditus de ſecúdo, venio autem ibi, ſecundò quæro.ff.ſol.
mat.& Bar.in l.decem.de verb.obl.& in l.1.C.de conuen.
fi.debitorib.li.10.& Alex in 4.vol.conſi.96.inc.viſis narra
tis &c. Quartò fallit, niſi debitor non ſolum in inſtro de-
diſſet auctoritatem propriam capiendi, ſed et conſtituiſſet
ſe nomine creditoris in caſu contrauentionis tenere & poſ
ſidere, vel conſtituiſſet ſe precario nomine tenere & poſſi-
21 dere.† tunc poſſet iſtud pactum exercere contra ſingularé
ſucceſſorem, et reſiſtentem ſm Bart.in d.l.creditores, quia
tunc ratione ciuilis poſſeſſionis.ſ.precarij, eſſet potius de-
fendere ſuam poſſeſſionem, q̃ occupare, ut in l.cum fun-
dum.de vi & vi ar.& multò fortius, qñ per cóſtitutum ha-
beret ciuilem & naturalem, vt l.interdum.& in l.qđ meo.
per Doc.ff.de acq.poſ. Aduerte, quia contrarium vř ſentire
Bar.in l.Celſus, in 4.col.verſi.ſed pone, q debitor &c.ff.de
vſucap.vbi dicit, q rogatus poſſidere precario, pót priuare
illú qui rogauit poſſeſſione ſua ciuili, & ſe conſtituere pre
cario nomine poſsidere. & idem tenet Bar.in l.nullo. in fi.
C.de rei vend.& Iac.But.in §.ſed iſtę.Inſt.de act. vt dicunt
Bart.in d.l.Celſus.& Bal.in d.l.nullo. & idem tenuit idem
Bar.in l.interdum.in §.qui alie.ver.ſed quæro aliquis.ff de
acq.poſſ.& in l.qui pignoris.eo.tit.remittit ſe ad dicta per
eum in d.l.Celſus.& iſtud vř verius ſm Io.de Imo.ibi, per
tex.cum gl.in d.l.interdum.& in l.peregrè.§.quibus expli-
22 citis.ff.de acq.poſſ. † & ſic non poteſt exerceri pactum de
ingrediendo propriá auctoritate, etiam cum precario con
tra ſingularem ſucceſſorem. Sed quid in conſtituto, per
qué transfertur titulus & naturalis poſſeſsio, vt eſt tex.in
d.l.qđ meo. & in l.certè.§.1.ff.de precario.& tenet Bart.in

l.ſi quis pro emptore. vltima q.ff.de vſucap.an contra ſin-
gularem poſſeſſorem,in quem res eſt alienata,poſſit exer-
ceri illud pactum de ingrediendo propria auctoritate? Et
in hoc teneo opinionem Bar.in d.l.creditores. in repetitio
ne, & in lectura, vbi tenet,ꝙ iſto caſu ſicut poteſt vti iſta
propria auctoritate contra principalem debitorem non re
ſiſtentem,ita contra ſingularem ſucceſſorem non reſiſten-
tem,ſed ſi reſtiteret,tunc nec contra principalem, nec con
tra ſingularem poteſt exerceri tale pactum,ſed debet adire
iudicem.bene tamen fateor,ꝙ iudex parte non vocata poſ
ſit dare familiam, ut creditorem aſſociet ad capiendum
poſſeſſionem rei prędictæ obligatę,donec fuerit ingreſſus
eam, ne ſcandala & rixæ ſequantur. Iſtud eſt dictum ſin-
gulare Sali. in d.l.creditores. & illud dictum ſecutus fuit
Alex.de Imo.in 4.vol.conſi.132.inci. in cauſa & lite.in 1.
col. Et idem firmant Iac.But.& Alb.de Roſ.in d.l.credito
res. & iſtud dictum Sal. fuit in contingentia facti in ſacro
23 conſilio approbatum pro vero.† An autem iſta licentia in-
trandi propria auctoritate poſſit exerceri contra hæredem
d vniuerſalem? [d] Dic ꝙ ſic.vide Bart.in l.creditores.& eun-
dem in conſi.215.incip.dico partes iudicis eſſe &c. Bal.in
c.1.§.ſi quis verò.de pace tenen.An autem ius ingrediendi
propria auctoritate poſſit cedi? Vide Bal.in d.§.ſi quis ve-
rò.& Bar.& Alex.in l.1.§.ſi.cum l.ſeq.ff.de ope.no.nun. &
Bart.in l.ſi ſic.§.ſi quis ita.ff.de leg.1. Dy.in regula,non eſt
ſine culpa. in 6. Quintò licet domino directo propria au-
ctoritate ius dicere contra emphyteutam non ſoluentem
canonem intra biennium in emphyteuta eccleſiæ, uel in
emphyteuta priuati intra triennium, & ipſum expellere
ab emphyteuſi, ſecundùm opi.gl.in l.2.C.de iure emphy.
& glo.in c.potuit.in uerbo,expelli.de loc.licet poſtea ſub-
dant, ꝙ melius facit,ſi auctoritate iudicis expellat. Idem
dicit Inn.ibi. Spe.in tit.de lo.§.nunc aliqua.verſi.48. tenet
idem, ſi conſtat, ꝙ eſt emphyteuta, & acceptet ſe non ſol-
uiſſe,vel aliter per negationem faciat rem dubiam,ut in l.
3.C.quibus ad liber.procla. non licet.& dicit Bal.in d.l.2.
C.de iure emphy. ꝙ domino proprietaris licet etiam ar-
mis deijcere ſuum emphyteutam reſiſtentem, qui non ſol
uit canonem ratione ſuæ ciuilis poſſeſſionis,arg.l.3.§.cum
igitur.ff.de vi arm.Aduerte, quia Cy.in l.2.C.de iure em-
phy.refert Pet.de Bellaperti. dicentem,ꝙ periculoſum eſt
tenere,ꝙ dominus poſſit propria auctoritate expellere em
phyteutam,quia daretur materia rixæ,quæ debet euitari,
vt in l.non eſt ſingulis.ff.de re.iu.& ideo Bar.ibi dicit, ꝙ ſi
emphyteuta reſiſtit, quando dominus auctoritate propria
vult ingredi,ꝙ non poteſt eum priuare ſua poſſeſſione, &
idem tenet Do. Ant.de But.in d.c.potuit.& ibidem firmat
hanc opinionem Car.Flo.dicens,ꝙ emphyteuta contradi-
cente,de neceſſitate debet adiri iudex.& iſta opin.videtur
magis communis. An autem dominus,qui locauit fundũ
ad penſionem,& ille locatarius in tempore conuento non
ſoluit mercedem, poſſit propria auctoritate illum expelle
re?In hoc omnes Doctores concordant, ꝙ ſic, per tex.in l.
quæro.§.inter locatorem.ff.loc. & in l.cùm domini.eo.tit.
& in l.ęde.C.eo.titu. quia talis locatarius non poſſidet,ut
in l.malè agitur.C.de præſcr.30.vel 40.ann.& dicunt Bal.
& Sal.in d.l.ędẽ.ꝙ quando conductor ceſſauit ſoluere per
annum,poteſt expelli à præſenti uſu,non à toto vſu: ſed ſi
ceſſauit per biennium,tunc poteſt expelli à toto uſu, vt in
d.§.inter locatorem. etiam ſi ſit promiſſum eum non ex-
pellere,ut conſuluit Alex.in 4.vol.conſi.106.inci.magnifi
ce prætor.Et ꝙ propria auctoritate liceat expellere inquili
num etiam reſiſtentem non ſoluentem penſionem,tenent
Bar.in d.l.creditores.in 4.q.principali. & Cy.poſt Petrum
in d.l.2.in 2.q. & Alex.in prædicto conſi.106. Cano. in c.
propter ſterilitatem.de locato.& idem Alex.in 4.uol.cõſi.
24 151.inci.in cauſa & lite. † Sextò licet propria auctoritate
ſibijpſi ius dicere, quando non poteſt haberi recurſus ad
ſuperiorem pro iuſtitia, ut no.in l.ſi alius.§.belliſſimè.ff.
quod ui aut clam. & infrà,per Bar.& Nicolaum in d.l.nul
lus.C.de Iudæ. & uoluit Inno.in c.cum olim.el 1.de reſti.
ſpo.& Bart.in l.hoſtes.ff.de cap.& l.1. 2.col.C.de ſerui. &
aqua. & in l.ſi quis ad ſe fundum. C. ad legem iuliam de
vi.& Alex.in apoſtillis in d.§.belliſſimè.pro hoc alleg.tex.
25 in l.generali.C.de decur.li.10.† Septimò licet propria au-
ctoritate ius meum recuperare à ſpoliatore, vel eius hære-
de, quo fui de facto ſpoliatus, etiam ſi ſteti per decem an-
nos, ſi negotium non poterat in breui expediri, ut ſi prin-
ceps expellatur de terra ſua.ita dicit Bal.in l.ſi à non domi
nis.C.de his qui à non domino manu.alleg. dictum Vgo-
nis,1.diſt.c.ius naturale.& voluit gl.in l.3.§.cum igitur.ff.
de vi & vi arma. & voluit hoc Io.de Imo.in l.1.§.qui præ-
ſens,in ſi.ff.de verb.obli.idem dixit Bal.in l.data opera.C.
qui acc.non poſ.& Bal.in c.in literis.de reſt.ſpo.& in d.l.ſi
quis ad ſe fundum.& in l.j.C.vnde vi.& in l.vis eius.C.de
pb. Ang.in diſpu.ſua,renouata guerra.& no.Fel.in c.acce-
dens.vt li.non conte.& de iſto dicto Vgonis facit mentio-
nem Auguſtinus ſuper tractatu Angeli, de maleficijs, in
verbo,che me hai adulterato la mia donna.& Iaſ.in l.1.in
14.col.ff.ſi cer.pet.Aduerte,quia Franc.de Are doct.Mod.
in l.continuus.§.cum ita.ff.de ver.obl. limitat hoc dictum
Vgo. vt procedat, ſi ſpoliatus exercuit iuriſdictionem in
homines illius loci, vbi facta fuit ſpoliatio, aliàs illud di-
ctum non procedit,alleg.Inn.in d.c.cum olim.de reſt.ſpo.
& glo.in cle.1.in uerbo,indulgentiam.de ſo.comp.& Bal.
in l.2.C. de ſerui.& aqua. Item procedit dictum Vgo. du-
rante eadem guerra, vt dicit Ang.in dicta diſputatione,re-
nouata guerra.& Saly.in d.l.2.C.vnde vi.& Bald.in c.1.in
verbo,poſſeſſiones. de pace Conſtantiæ.Item procedit di-
ctum Vgo. in iſtis magnificis Dominis, qui non recogno-
ſcunt ſuperiorem,& non habent facultatem iudicis,vt poſ
ſint prouidere ſpolio facto, & non in alijs recognoſcenti-
bus ſuperiorem, ſecundùm Bald.in d.l.1.C.unde vi.& ſic
intelligitur illud egregium conſilium Pau. de Caſt.35.in-
26 ci.priuſquam inra ſierent. † Octauò licet propria auctori-
tate uenire contra proprium iuramentum, quando illud
iuramentum conſtat eſſe illicitum, vt patet per totam cau-
ſam.22.q.4.& voluit Abb.Sic.poſt Inn.in c.venerabilem.
circa ſi.de ele. nam tale illicitum iuramentũ eſt largo mo-
do periurium,ideſt indebitum,& illicitum iuramentum,
ſecundùm Do.Abb.in c.ſicut.de iureiu. Inde dicimus,ꝙ ſi
prælatus alienat illicitè bona eccleſiæ, & iurat, ipſe idem
poteſt auctoritate propria reuocare,per tex.in c.quod quis
commiſit.35.q.9.& in c.ſi quis presbyterorum. de rebus
eccle.non alie.& no.Abb.in d.c.ſicut.vbicunque enim ali-
quid prohibitum eſt fieri ratione publicæ utilitatis, tunc
licet propria auctoritate venire contra proprium factum,
vt in l.1. de lib.cau.l.iuriſgentium.§.ſi paciſcar.ff.de pact.
c.ſi diligenti.de ſo.comp.& ſic cum bona eccleſiæ ſint pro
hibita alienari ratione publicæ utilitatis, quæ conſiſtit in
conſeruatione religionis. Ideo licet propria auctoritate ip
ſi eidem uenire contra proprium factum illicitum, ſecun-
dùm Bart.in l.iubemus.§.ſanè.C.de ſacroſ.eccl.quia quod
fit contra legem,haberi debet pro infecto.l.non dubium.
C.de leg.cum concor. & firmat hoc Ioan de Imo.in d.c.ſi
quis presbyterorum. Inde dicit Bal.in l.quoties.la 1.C.de
fideicom. quòd ſi teſtator reliquit monaſterio, & vetuit
alienari, ſi fiat alienatio, non ualet,& ipſemet, qui aliena-
uit, reuocat.allegat d.l.iubemus.in §.œconomus. Pro hoc
facit id,quod no.in l.poſt mortem.ff.de adop. ubi factum
contra legem licet reuocari iure proprio, vbi pœnitentia à
iure eſt permiſſa. ad idem in c.noſti.in glo.de elect.& in c.
diuerſis.de cle.coniug.idem in hoc regno dicimus,ut alie-
nans feudum ſine domini conſenſu illicitè facit, per l.im-
perialem.cum concor.de prohib.feu.alie.per Federicum.
ſed permiſſa eſt alienanti pęnitentia,ut poſſit iure proprio
reuocare ipſam alienationem, vt in conſtitutio. conſtitu-
tionem diuæ memoriæ, & ideo rex alienans ea, quæ ſunt
de demanio & corona regis,ipſe idem poteſt reuocare, c.
27 intellecto. de iureiuran. † Nonò licet domino feudi pro-
pria auctoritate, quando uaſallus alienauit feudum tra-
dendo eius poſſeſſionem ſine conſenſu domini, diſue-
ſtire,

ſtire, & ſpoliare eum, in quem facta eſt alienatio, vt dicit
Bal.in cap.ſi. per quos fiat inueſti. hoc verum, ſi alienatio
non negetur, & ſic notoria, tunc non requiritur ſententia
ad aduocandam poſſeſſionem, ſecundùm Bald.in c.2. de
feudo ſine culpa non amittendo, & ita conſuluit Rapha.
Fulg.in vltimo ſuo conſi.de quo per Fel. in c.Rodulphus,
circa ſi. de reſctip. ſed aduerte, quia contrarium expreſsè
tenuit ipſe Bal. in l.imperialẽ. §. callidis. de prohi.ſeu.alie.
per Fede.dicens, ꝙ in alienatione feudi ſine eius conſenſu
dominus non poteſt propria auctoritate ſpoliare feudo il-
lo, quod poſſidetur per alium, cui traditum fuit per con-
tractum alienationis, ſed requiritur ſententia. Idem firmat
Bal.in c.1.§.ſi.quæ ſit prima cauſa bene.amit.& idem Pau.
de Caſt. in conſilio 135. & Alex. in 1.volu.conſilio 124.
incip.omiſſis ſuperfluis dicens plus, quòd ſi feudum fini-
tum eſt propter tempus elapſum in conceſſione, tunc non
requiritur ſententia in priuando, allegat Bald.in c.quæ in
eccleſiarum.verſi.an in priuatione.& in verſi.extra quæro.
de conſtitutio. ſed ſi finito tempore Titius poſſidet, tunc
oporteret ipſum citari, ut no.in c.licet epiſcopus. de præb.
faciunt ea quæ habentur in l.1.§.permittitur.ff.de aqua
quoti.& æſtiua. ſed in regno linea finita fiſcus ſine ſenten-
tia ſpoliat agnatum, qui claro & aperto iure non ſuccedit
in feudo, vt in cap.regni, quod incipit, ex præſumptuoſæ.
28 † Decimò poteſt quis auctoritate propria foſſatum factũ
per alium in ſuo territorio, vel fabricam factam in ſuo ſo-
lo per alium ſine eius mandato tollere, quia licitè hoc fa-
cere poteſt, ſecundùm Cyn.in l.1.C.de interdi.& ibi alle-
gat optimas leges ad hoc, & maximè l.quemadmodum.§.
ſi protectum.ff.ad l.Aquil.& quidam officialis in hoc per
cupiditatem, & non zelo iuſtitiæ, vehementer errauit, &
quod peius eſt, ſuum errorem uoluit defendere, ſed fuit
deriſus à ſapientibus. Nam vult Bart.in l.1.§.interdictum.
ff.vti poſſidetis. quòd illud, quod fit in re mea à me poſſeſ
ſa, per quod mea inquietatur poſſeſſio, poteſt tolli mea au
ctoritate.l.ſi in rem.§.qui ad ianuam ff.quod ui aut clam.
& in d.l.quemadmodum.§.1.ff.ad l.Aquiliam. & no.Bar.
in l.1.§.nunciatio.in 1.col.ff.de ope.no. nun. Vndecimò, ſi
Titius furto ſubtraxit à me rem meam, quam ab eo non
poſſum recuperare in iudicio auctoritate iudiciaria, poſ-
ſum propria auctoritate tantundem ſine ſcandalo ab eo
furto ſubtrahere, & non teneor ad reſtitutionem in foro
conſcientiæ. Ita dixit Inn.in c.olim.el primo, de reſti.ſpol.
& de iſto dicto fuit memor Florianus de ſancto Petro, re-
putans illud eſſe mirabile dictum, in l.3.ff.ad l.Aquiliam,
in 3.col.debet tamen pœnitentiam agere pro eo, quia non
debito modo recuperauit, ſed non tenetur ad reſtitutio-
nem, ſecundùm Archi.14.q.5.cap.non ſanè. & refert hoc
Abb.Sicu.in d.c.olim. el primo, vlt.col.bene facit ad hoc
id, quod dicit Inn.in c.quia plerique, de immu.eccl. quòd
excommunicatus iniuſtè per ſententiam poteſt in foro con-
ſcientiæ retinere. Idem Bal.in l.1.2.col.C.de teſta. de quo
29 per Alexan. in l.nemo poteſt.10.col.ff.de leg.1.† Duode-
cimò, ſi aliquis clericus beneficium eccleſiaſticum poſſi-
dens illud renunciauit in manibus eius, qui habet collatio
nem facere, poteſt ille ſuperior propria auctoritate, ſine
alia cauſæ cognitione eum priuare de facto poſſeſſione di
cti beneficij, ſecundùm Ange. in l.2. C.ſi per vim uel alio
modo, quia hic facit ſuum officium exequendo. Tertiode
cimò, poteſt legatarius rem legatam propria auctoritate
capere, ſi teſtator in teſtamento, uel codicillis dixit, quòd
poſſit propria auctoritate capere, aliàs ſi hoc non dixit, de-
bet capere à manibus hæredis, vt in l. 2.ff.quorum legato-
rũ.hoc uoluit Bar.in l.nemo poteſt.ff.de leg.1.& in l.j.2.q.
principali.C.de pigno.& Bar.in l.1.4.col.C.com.de leg.&
Ang.in l.hic ſi res.ff.de rei vend.& ſunt alia verba, per quę
inducitur etiam poteſtas data a teſtatore capiendi propria
auctoritate, de quibus per Alex.in d.l.nemo poteſt.5.col.
& Albe. de Roſa.in rub.ff.quorum bonorum. & in l.1.§.
quod ait.eo.tit. Decimoquartò, licitum eſt propria aucto-
ritate occidere nocturnum depopulatorem agrorum. Itẽ
occidere aggreſſorem itinerum. Item deſertorem militiæ,
nec eis eſt licita defenſio, & hæc auctoritas conceſſa eſt a
lege propter bonum publicum, vt in l.1.& 2.C.quando li
30 ceat vnicuiq; ſine iudice ſe vindicare. † Decimoquintò, li-
cet marito propria auctoritate adulterum inuentum in do
mo ſua, ſi eſt uilis perſona, in veneris actibus occidere in-
continenti, iure permittẽte, vt in l.Gracchus.C.de adulte.
tam per ſe, quam per alium, puta eius filium. ſed an per
alium etiam cum pecunia, & ſic per aſſaſinum, dicit Bald.
ibi ꝙ idem, quia quod licitum eſt in perſona mandantis,
eſt licitum in perſona mandatarij, ſed Sali.ibi dubitat de
hoc. vidi quondam dominum Ciccum Antonium Guida-
cium tenere opinionem Bal. quando dn. Saluator Fancta,
Regis chirurgus per alium occidit ſuam uxorem, & adul-
terum noctis tempore, & impunè euaſit. Et idem in patre,
ut liceat ei occidere repertum in actibus uenereis cum fi-
lia vilem, ſiue non vilem perſonam, ut ff. ad l. Iuliam de
adulte.l.patri.cum ſeq.& l.nihil. An autem liceat impunè
marito auctoritate propria occidere uxorem repertam in
actibus venereis? Dic quòd non licet, ſed ſi occidit, mari-
tus nõ punitur propter iuſtum dolorẽ, ut in d.l.Gracchus.
& in l.marito.ff.ad l. Iul. de adulterijs. & in l. diuus.ff.de
parricidijs. & pro hoc videtur tex.33.q.2. & ad hoc uide
Auguſt.in addi.ad tractatum Ang.de maleficijs.in uerbo,
31 che me hai adulterato la mia donna. † Decimoſextò, licet
marito illum, quem habet ſuſpectum de uxore ſua poſt
tertiam denunciationem ei factam per interuallum in ſcri
ptis in præſentia teſtium, ꝙ non debeat habere loquelam,
nec practicam cum ſua uxore, ſi reperiet eum cum uxore
loquentem in domo ſua, aut uxoris, uel illius, cui fuerunt
factæ dictæ denunciationes, aut in popina, vel in ſuburba-
nis, poteſt auctoritate propria eum occidere impunè, per
tex. in Aut.ut liceat matri & auiæ.§.his quoq;. quę lex eſt
incorporata in C.in auth.ſi quis ei. C.de adulterijs. & de
hoc fuit memor Alexan. in l.generali.C.de decur. lib.10.
vbi ponit decem caſus, in quib.licet ius dicere propria au
ctoritate. & hoc procedit, etiam ſi iſte talis, cui factæ ſunt
denunciationes, eſſet nobilis perſona, ſecundùm Sali.in d.
auth.ſi quis ei.licet Cy.teneat contrarium.tamen opi.Sali.
tenet Augu.in tract.de malefi.in dicto verbo præallegato.
& iſtam opinionem tenerem ego, quando eſſem iudex,
32 per rationes Sali.ibi. † Decimoſeptimò, licet propria au-
ctoritate creditori ſibiipſi ſoluere de bonis ſui debitoris,
quando debitor conſtituit creditorem curatorem ſuorum
bonorum, vt in l.debitor.ff.de neg.geſt. ſic etiam tutor cre
ditor pupilli ſibi auctoritate propria ſoluere poteſt de bo-
nis pupilli, ſicut poteſt alijs creditoribus ſoluere, vt eſt tex.
in l.quoties.§.ſicut autem.ff.de admi.tut.ſicut dicimus, ꝙ
creditor, qui adminiſtrat bona ſui debitoris, poteſt ſibiipſi
propria auctoritate ſoluere.l.fiſtulas.§.qui fundum.ff. de
contrah.emp.& bonæfidei poſſeſſor hæreditatis poteſt de-
trahere de hæreditate propria auctoritate id, quod ſoluit
creditoribus hæreditarijs, quando reſtituit hæreditatem
uero hæredi, vt eſt tex.in l.ſi quid poſſeſſor.ff.de pet.hære.
33 † Decimooctauò, licet propria auctoritate capere maleſi-
cos, & ducere ad iudicem, ut in l.ſi.C.de maledi. Item ca-
pere propria auctoritate falſificatorem monetæ, ut in l.1.
C.de falſa mo. Item capere raptorem uirginis, & eos, quos
licet occidere, ut diximus verſi.14. hæc omnia dicit Spec.
in tit.de accuſ.in 3.parte. Decimonono, licet mihi propria
auctoritate poſſeſſionem meam vacuam intrare, ut in l.1.
in princ.ff.quorum lega. & de ordine cogni.cap.2. ſecun-
dùm Specu.in titu.de actore.§.1.verſicu. Item quòd mihi
propria auctoritate &c. & ibi ponit 19. caſus ſpeciales, in
quibus licet propria auctoritate ius ſibi dicere, ut ibi per
eum. cui adde id, quod dicit Bal.in l.certa forma.C.ut in
poſſeſ.lega. quòd naturaliter & ciuiliter poſſidens poteſt
propria auctoritate quemlibet poſſidentem deiicere, licet
Barto.in l.1.§.neceſſario.ff.ſi mulier ventris nomine, dixe-
rit contrarium. quorum opinio approbatur, uide Ludo.in
l.peregrè.§.quibus explicitis.ff. de acquiren. poſſeſſ. vbi

concordat opi. & vide Bal. in cap. inter quatuor. de maio.
& obed. & multas quotas in apoſtillis Alex. in d. §. neceſſa-
riò. quibus adde id, quod dicit Franc. de Aret. in conſi. 2 1.
inci. ſi diligenter. vbi tenet, quòd ciuiliter poſſidens poſſit
propria auctoritate ingredi inſiſtendo ſuæ poſſeſſioni ciui
li, & turbare poſſidentem naturali: non dico deijcere, ſe-
cundùm Bart. in l. creditores. in verſi. ſed pone, quòd debi-
tor. de pign. & reſiſtentem armis repellere, allegat Bart. in
l. 1. C. unde ui, probatur in l. clam poſſidere. §. qui ad nun-
34 dinas. ff. de acq. poſſ. † Vigeſimò, licet mihi propria aucto-
ritate animalia paſcentia in fundo meo ſine mei licentia,
vel damnum facientia, auctoritate propria capere, & de iu
re communi retinere, donec ſciam, cuius ſunt, vt dicit Bal.
in l. 1. in 2. col. C. de ſer. fugi. & Spec. in titu. de actore. §. 1.
verſi. ſed inuenio pecudem. non autem poſſum tenere pro
pria auctoritate loco pignoris pro damno dato, bene ta-
men poſſum agere pro damno dato in iudicio, ut in Spec.
de iniurijs & damno dato. §. ſequitur. verſi. pono. vbi ponit
formam libellandi. & hanc concluſionem firmat Lud. Ro
ma. in l. hoc amplius. §. de his. ff. de dãno infecto, & ſcribẽ-
tes in c. ſi læſerit. de iniurijs & damno dato. firmat Bar. Ve
ro. in ſuo egregio tractatu de ſeruitutibus ruſticorum, in
rubricella, de ſeruitute iuris paſcendi. verſic. ſupereſt alia
quæſtio. Sed de iure iſto poteſt capere & ducere ad baiu-
lum, vt faciat ſibi damnum emendari, vt infra in conſti. cũ
35 per partes Apuliæ, & in conſti. animalia. in 3. lib. † Vigeſi-
moprimò, poteſt impunè auctoritate propria capi, vel oc-
cidi bannitus, & foriudicatus, ut in conſti. regni, grandis. &
in conſti. pœnam. & no. Albe. in l. ſi ſeruus. C. de his qui ad
eccle. confug. & plenè de hoc per D. Nellum in tractatu de
bannitis. alios caſus, in quibus licet auctoritate propria
ius dicere, vide per Alb. in d. l. nullus. C. de Iudæis, ideo nõ
refero, quia eius dictis, pro nunc nihil adderem, ſed remit
to me ad ea, quæ dixi in c. 1. in 9. no. de pace iura. firm. Ter
tiò no. ex tex. ibi, nec præſalias, ſeu repræſalias facere, quòd
nullus in regno poteſt facere repræſalias contra alium pro
debito alterius, uel pro damnis illatis, ex quo indiſtinctè
repræſaliæ generaliter in regno ſunt prohibitæ, per iſtum
tex. qui conformis eſt in hoc cum auth. & omnino. C. ne
vxor pro marito. & cum tex. in Auth. ut non fiant pignora
tiones. & in c. vni. de iniur. li. 6. & in l. 1. C. ut nullus ex vi-
ca. &c. li. 11. & C. de decurio. l. prouidendum. li. 10. Bal. in
l. nullus. C. de Iudæis. cum multis ſi. & contrafacientes pu-
niuntur, vt in conſti. ſequenti, quæ incipit, Comes. & patet
in l. extat. ff. quod metus cauſa. & in d. auth. & omnino. &
dicit hic And. ꝙ officiales deputati ad pecuniam fiſcalem
exigendam malè hoc ſeruant: nam pro debito fiſcali fa-
ciunt, ꝙ aliqui homines de aliquo caſtro habeant repræſa-
lias cõtra alios de eodem caſtro, vt habeant cito pecuniam
debitam fiſco, dicit And. ꝙ hoc non debet fieri, quia Rex
debet ipſe ſeruare id, quod ipſe alijs mandauit ſeruandũ,
pro hoc faciunt omnia illa, quæ allegat Albe. in l. princeps
de legibus. Idem dicit And. in conſti. regni, fratribus, & in
conſti. regni, quamplurimum. in prin. & in c. 1. §. fi. de pace
iur. fir. & in c. 1. §. donare. qualiter olim feud. ali. po. Bal. in
c. cum omnes. in 5. col. de conſti. & idem Bald. in c. 1. §. ad
hoc. 6. col. de pace iura. fir. & in c. ex literis. de vita & hon.
cler. & pro hoc faciunt multa bona iura ſacræ ſcripturæ,
quas allegat Arch. Flo. in 3. parte ſuæ ſummæ. tit. 15. c. 34.
vide quæ dicam inf. in conſti. non ſine. Nec obſtant, quæ
in contrarium dicit Alex. in l. 1. ff. quod quiſque iur. cum
concordantijs per eum allegatis, quia illa habent locum,
quando non alio iure tenetur princeps ad obſeruantiam
ſuæ legis, tunc non tenetur, nec ligatur ſua lege, ſed ſi alio
iure tenetur ad obſeruantiam, & facit legem ſubditis ſuis
de eo, quod tenetur ipſe obſeruare, alio iure tenetur ad
eius obſeruantiam, ſic intelligitur, Patere legem, quam tu
ipſe tuleris, vt in c. cum omnes. & Lucas de Penna in l. 1.
præallegata. vt nullus ex vica. ſatis damnat iſtos commiſ-
36 ſarios, † qui pro debito fiſcali faciunt repræſalias in regno,
cum ſit expreſsè prohibitum, vt inf. per eum. & idem dicit
Bal. in d. auth. & omnino, in 2. col. quòd intra regnum nun
quam conceduntur repræſaliæ, quia ſemper eſt Rex, qui
põt iuſtitiam facere contra debitores. Sed iuxta hoc And.
ſenſit unam quæſtionem. ecce quòd repræſaliæ ſunt prohi
bitæ in regno, vtrum Rex poſſit concedere repræſalias con
tra Romanos, vel Ianuenſes, aut alios ſibi non ſubditos,
pro hominibus regni debentibus conſequi debita ab ipſis
exteris abſentibus ab alijs Romanis, vel Ianuenſibus, ve-
nientibus in regnum non debitoribus. Dicit ipſe, ꝙ non,
niſi ſeruata iſta forma, videlicet ꝙ primò Rex requirat per
ſuas literas authenticas Poteſtatem Romæ, vel Ianuæ, uel
alias nationes, ut ſatisfacere faciant, prout ius vult, illi de
regno creditori, uel damnum paſſo ab illis, qui ſunt ſubdi
ti illi Poteſtati, cum comminatione, quòd ſi non ſatisface-
ret, faciant, quòd ipſe concedat repræſalias in regno con-
tra omnes Romanos, uel omnes Ianuenſes. & dicit ipſe, ꝙ
hoc eſt magnum dicere, quia nullus ſanctorum auſus eſt
dicere, quòd repræſaliæ ſint concedendæ, niſi ſolus Augu.
23. q. 2. c. dominus noſter. quod non eſt correctum per c.
37 & ſi pignorationes, de iniu. & damno dato, li. 6. † & ſic re-
præſaliæ hodie ſunt licitæ, quando conceduntur à principe
ex iuſta cauſa, ideſt quòd iuſtitia per alium præſidem fuit
denegata, vel tardata, ſecundùm Bal. in c. 1. de mili. vaſ. qui
contu. eſt. Et ꝙ debitum ſit uerum ſecundùm Thomam. 2.
2. q. 40. art. 1. & no. Bar. in ſingulari ſuo tractatu de repræ-
ſalijs. & Bal. in l. ex hoc iuregentium. ff. de iuſti. & iu. Ang.
in conſi. 189. incip. ex themate. Sed pro declaratione quæ-
ro, utrum ſufficiat ſemel requirere, & ſcribere dicto offi-
ciali, ut faciat iuſtitiam ſubdito Regis contra ſubditum iu
dicis, cui ſcribitur, uel requiratur tertia requiſitio, uel ſuffi
ciat una pro omnibus tribus cum peremptorio? Dicit Ho.
prout refert Ioan. And. in c. 1. in uerbo, tertio. de ſupplen.
negl. præla. quòd ſicut per tertiam monitionem conuinci-
tur contumacia ſubditi, ut patet in c. 1. & inf. per ſcriben-
tes, poſt Bal. de mili. vaſ. qui contumax eſt, ſic per tertiam
requiſitionem conuincitur duritia, vel pertinacia prælati,
& conſuluit, quòd de huiuſmodi requiſitionibus fiat in-
ſtrumentum. c. 1. de ſent. excom. li. 6. ſed ſi in prima requi-
ſitione denegat expreſsè, puta quia dixit, nolo uenire, non
eſt vlterius admonendus, vt in c. cum inter uniuerſas. de
elect. no. in l. conſentaneum. & in l. tres denunciationes. C.
quomodo & quando iud. & Bal. in l. 1. C. quando pro. non
eſt neceſ. Bart. in l. ſi finita. §. Iulianus. ff. de dam. infec. Et
38 pro hoc, † quòd requirantur tertiæ literæ requiſitoriæ, uel
una pro omnibus tribus cum interuallo temporum, facit
tex. in d. l. conſentaneum. ibi, tertijs literis, uel una pro om
nibus. C. quom. & quando iud. & quod no. Ioan. And. in c.
conſuluit. de offi. deleg. & habetur per Bar. & Io. de Imo.
in l. ſi finita. §. Iulianus. ff. de dam. infec. & per Inno. in c. ad
petitionem. de accuſa. & d. l. tres denunciationes. & l. non-
nunquam. ff. de iudi. bene facit tex. in l. ſi conuenerit. ff. de
pig. act. vbi tex. requirit, ꝙ fiat tertia denunciatio debito-
ri, ut ſoluat, ut poſſit creditor pignus diſtrahere. facit tex.
in l. qui Romæ. §. cohæredes. vbi dicit tex. ſæpius. ff. de ver.
obli. In contrarium tamen facit, quòd ſufficit una requiſi-
tio etiam ſine peremptorio, ex quo iſta requiſitio eſt actus
extraiudicialis, & in actu extraiudiciali ſufficit una requi-
ſitio ſine peremptorio, ut eſt glo. no. 18. diſt. c. ſi epiſcopus.
& idem tenet Archi. in c. ſi contra. de offi. deleg. li. 6. & uo-
luit dominus Ant. de But. in c. cum cauſa. de offi. deleg. &
idem Dominicus de ſancto Gemi. in d. c. ſi contra. ubi pro
hoc allegat glo. in cle. 1. de hæret. & Franciſ. de Zaba. in c.
cum cauſa. & d. c. conſuluit. de offi. delega. & voluit etiam
Bald. in l. nam ita diuus. ff. de adop. & Innoc. in cap. cum
nobis olim. de elect. & Ange. in l. ad peremptorium. ff. de
iudi. & no. glo. in verbo, propoſita. in c. cupientes §. quod ſi
per 20. de elec. lib. 6. & Bal. in l. 3. in 7. q. C. qui accuſa. non
poſſunt. tenet Georgius de Aſtis in repet. clemen. ſæpe. in
§. & quia, colum. 27. de verborum ſignifi. & tangitur per
ſcribentes in d. cap. ad petitionem. de accuſa. Ego iſtum ar-
ticulum in materia repræſaliarum non reperi præciſè ta-
ctum,

ctum, ſed ſui præſens tempore Regis Ferdinandi primi,
qnando vni ſemel debeant per regiam cancellariam con-
cedi literæ requiſitoriæ officiali non ſubdito extra regnũ,
in fauorem ſubditi Regis debentis conſequi magnum de-
39 bitum ab extero: † quia pro paruo debito non concedun-
tur dictæ literæ requiſitoriæ, ut dicit Bar. in d. tractatu, de
repræſalijs. in 8. col. dum allegat. l. ſcio. ff. de in integ. reſti.
cum ſi. quod fuit bene diſputatum, an requiratur, ꝙ requi-
ſitio prędicta ſit trina, vel vna requiſitio, dato termino ſ'm
diſtantiam loci, puta inf. 30. dies, quorum decem pro pri-
mo, decem pro ſecundo, decem pro tertio, & vltimo pe-
remptorio termino. dicit Lucas de Penna in d. l. 1. C. ut nul
lus ex vica. ꝙ regia cancellaria ſuper hoc habet certas for-
mas: Tu dic, ꝙ interdum regia cancellaria facit tertias lite
ras requiſitorias, & pro iſta practica allegat Bart. glo. ſuper
verbo, una pro omnib. de ſen. excom. li. 6. & quod no. Bal.
in l. 2. C. quo & qñ iudex. & ſemper erat ſolitum apponi
in dictis literis iſta clauſula, aliàs iuſtitia mediante conce-
dentur repræſaliæ contra veſtros ſubditos, arg. gl. in c. 1. de
except. facit. l. ſi apparitor. C. de coharta. li. 12. quando non
apponitur peremptorium, quia talia verba habent vim pe
remptorij, vt inf. dicam. Sed ego dicebam quondam dño
Lucæ Thoczalo Viceprotonotario, ꝙ in talib. literis requi
ſitorijs non oportebat exprimere peremptorium, nec dare
illas tres dilationes, nec requirebantur tres monitiones,
ſed ſufficit vna requiſitio, cum comminatione, & ſi non fa
ceret iuſtitiam, ꝙ Rex procedet legitimè ad repræſalias,
qoia talis comminatio operatur uim peremptorij, ſecun-
dùm Bal. in l. ſi finita. §. Iulianus. 2. col. ff. de dam. inſec. vbi
40 dicit, per verbum credo: † ſi in citatione ponatur iſta clau-
ſula, aliàs termino elapſo procedetur cõtra ipſum citatum
ad cognitionem & pronunciationem, iuſtitia mediante, ꝙ
iſtud habet vim peremptorij, alleg. d. l. ad peremptorium.
ff. de iudi. ſecus ſi diceretur, aliàs elapſo termino procede-
tur, prout ius poſtulat. nam tunc non habet vim peremptо
rij, quia ius vult, ꝙ iterum citetur. Idem ſi diceret, requiri-
mus hac una requiſitione pro omnib. ſ'm Bart. ibi, & idem
tenet Hoſt. in d. c. conſuluit. de offi. deleg. & Ant. de But. in
c. cauſam, de reſcrip. & dec. Rotæ 237. & Ang. in l. hæc ſti-
pulatio, ff. ſi cui pluſquam per l. Falc. & Ang. in d. l. ad pe-
remptorium. & ibidem Bal. ſum ego in iſta concluſione,
ꝙ in dicta litera requiſitoria Regis requiritur perempto-
rium, vel id quod habetur loco peremptorij, vel tertia ci-
tatio per interuallum, vel vna cum trib. terminis, vel vna
cum peremptorio, vel vna ſine peremptorio, & cum com-
minatione prædicta, ꝙ aliàs Rex procedet ad repræſalias,
iuſtitia mediante, vt dicit Bal. in d. auth. & omnino. coll. 9.
ver. ſequitur videre de ordine. & ſic diuerſimodè vidi con
cedi dictas literas: aliàs ſine aliquo de prædictis litera re-
quiſitoria Regis nihil operaretur, quia concedere repręſa-
lias eſt de re grauis præiudicij, quia dicit Bal. in d. auth. &
omnino. 3. col. ꝙ hoc factum eſt arduum, & ideo requiri-
tur peremptorium, arg. c. quoniam frequenter. §. porrò. ut
li. non conte. & patet in c. pront. & c. dilecti. de do. & cont.
41 & uoluit Ang. in d. l. ad peremptorium. † Item quia tracta
tur de generando præiudicium iudici extra regnum, ideo
requiritur peremptorium, ut in l. & poſt edictum. ff. de iu-
di. ſecũdùm Bal. in d. l. nam ita diuus, ff. de adop. Item quia
agitur de conuincendo negligentiam iudicis, ideo requiri
tur peremptorium, vt in d. c. 1. de ſupp. negl. præla. & in c.
cum cauſa. de offi. dele. cum igitur tractetur de re ardua, vi
delicet de exequendo contra illum, qui non debet, & de
generando præiudicium iudici extra regnum, quia actor
debet ſequi forum rei, & de conuincendo negligentiam
iudicis extra regnum. Ideo requiruntur tres denunciatio-
nes, uel una pro omnibus, uel id quod habeat uim perem-
ptorij, ut ſuprà dictum eſt, & qualiter probabitur in iſta
materia, iuſtitiam eſſe denegatam, vide Paridem de Puteo
42 in tractatu, de ſyndicatu. char. 21. † Secundò quęro, vtrum
iſta verba, præſaliæ & repręſaliæ, ſint ſynonyma? Ego audi
ui à celeberrimis Doctoribus dicentibus, ꝙ pręſaliæ & re-
præſaliæ differunt inter ſe, ſicut adoptio & arrogatio. nam
ſi conceduntur repræſaliæ, intelliguntur tam in reb. quam
in perſonis: ſed ſi conceduntur præſaliæ, intelliguntur ſo-
lùm in rebus. & poſtea ego vidi Lucam de Penna in d. l. 1.
C. ut nullus ex vica. & c. li. 11. dicentem, ꝙ ſi conceduntur
pręſaliæ, tunc non poteſt detinere perſonas. Alij dicebant,
ꝙ pręſaliæ reſpiciunt ſolùm, quòd poſſint capi bona debi-
toris, ſed repræſaliæ conceſſæ intelliguntur, ꝙ poſſint capi
etiam bona aliorum, & eorum perſonæ, contra quas con-
ceſſæ ſunt per Regem ipſæ repræſaliæ, & ſi capitur perſo-
na, debet ſtatim iudici præſentari, ſecũdum Bal. in d. auth.
& omnino. in 3. col. & no. Bar. in l. generali. C. de decuri. li.
10. nolo amplius me extendere circa iſtam materiam re-
præſaliarum, nec ſcribam ultra, quia eſt materia multum
ampla. & Io. de Lig. fecit ſolennem tractatum de repræſa-
lijs. Item Iac. de Belui. in Auth. ut non fiant pignorationes.
multa de iſta materia dicit. Item Bart. fecit vnum ordina-
tiſſimum tractatum de repræſalijs, quem omnes habent.
Et Alb. de Roſa. & Bal. in d. auth. & omninò. ponit multas
vtiles & quotidianas quæſtiones, & in auth. habita. §. igi-
tur. C. ne filius pro patre. & per Paridem de Puteo in ſyndi
catu ſuo. 14. char. & char. 128. Et ſimiliter Io. And. in mer-
curialibus. in regula, non debet, lib 6. & in c. 1. de iniurijs.
lib. 6. & in 2. per ſcribentes & per Lucam de Penna in d. l.
1. C. ut nullus ex uica. ubi etiam tangit, An exactus pro re-
præſalijs recuperet à vero debitore? De quo per Alex. in 4.
vol. conſi. 37. ſed illud eſt duplicatum in 1. volu. conſi. 49.
in 2. col. & de hac materia repræſaliarum uide etiam Inn.
in c. cum olim. lo 1. de reſt. ſpo. & in c. dilectus. in uerbo, ci
uitatis. de appel. & Ioan. de Ana. in c. excommunicamus. §.
moueantur. in fi. de hære. & in c. ſicut, lo 2. de homi. & Ga-
ſparem de Calde. in conſi. in tit. de treuga & pace. circa fi.
illius conſilij. & vide Abb. Sicu. in c. quoniam, in 1. col. de
offi. ord. ubi tangitur, ſi conceduntur repręſalię contra Flo
rentinos, an intelligantur de Florentinis habentibus domi
cilium Senis: de quo etiam per Bar. in l. prouinciales. ff. de
43 verb. ſig. & per Alb. in d. auth. & omnino. in 1. q. † Quartò
no. ex tex. ibi, vel guerram &c. ꝙ nullus in regno iſto de-
bet mouere guerram, de hoc eſt ſpecifica conſtitutio, quæ
ſequitur poſt iſtam, & ibi dicetur de guerra. Sextò no. ex
tex. ibi, ordine iudiciario, quòd omnes cauſæ, tam ciuiles
quam criminales ordine iudiciario ſunt proſequendæ in
iſto regno coram iudicibus ordinatis per regem, qui ordo
iudiciarius originem habuit in paradiſo terreſtri, vt dicit
Spe. in proę. in §. ſanè. & dicit gl. 2. q. 1. in ſumma, quòd du
plex eſt ordo iuris. vnus, qui eſt de ſubſtantia iudiciorum,
vt quis poſt citationem habeat inducias, & ut fiat litis con
teſtatio, & teſtes recipiantur, & ſi contra hunc ordinem fe
ratur ſententia, non tenet. 2. q. 6. §. diffinitiua. alius eſt ordo
iudicij non ſubſtantialis, ut ſententia non feratur ſub con-
ditione. Item ꝙ prius pronuncietur de poſſeſſione quàm
de proprietate, &c. Item ſeruari debet ordo iuris etiam in
cauſa feudali, ſecundùm Iac. de Ard. in ſumma, in titu. de
contentione feudi. & in l. imperialem, §. pen. per Iacob. de
Aluarotis. Hinc quæro, quæ ſunt illa, quæ neceſſaria ſunt
de ordine iudicij, ita quòd eius omiſſio vitiat proceſſum.
Item quæ ſunt illę cauſæ, vbi ordo iudicij non requiritur.
44 † Ad primam quæſtionem dicit gl. in c. 1. de libelli obla-
tione, quòd de ordine iudicij eſt petitio, ſiue libellus, ſe-
cundùm quem oportet ferri ſententiam abſolutoriam, vel
condemnatoriam, vt in c. licèt Hely. de ſymo. cum concor.
hæc etiam tenet gl. in c. quoniam contra. in verbo, petitio-
nes, de proba. & Bal. in auth. offeratur. Item eſt de ordine
iudicij litis conteſtatio, ſine qua ruit proceſſus, vt in c. 1.
de litis conteſta. & de elec. c. dudum. lo 2. & no. glo. in d. c.
quoniam. in verbo, reſponſiones. & glo. in c. de cauſis. de
offi. delega. Adde glo. in l. prolatam. C. de ſenten. & inter-
lo. omn. iudicum, quæ dicit, quòd iſta ſunt de ordine iu-
diciorum, videlicet libellus, litis conteſtatio, iuramen-
tum de calumnia, quòd teſtium depoſitiones ſcribantur,
& publicentur, ſententia ſcribatur, & à iudice proferi-

tur, qui ordo ſi peruertitur, non valet ſententia, hoc dixit etiam Abb. Sic. in c. cum I. & A. de re iudic. in 3. col. Aduerte ne erres: quia Bart. in d. l. prolatam, non ſequitur in omnibus gl. ibi, inquantum dicit, quòd publicatio eſt terminus ſubſtãtialis. nam contrarium tenet Iac. But. ibi, & Bart. ibi, hoc verum puto. & idem tenet Ang. in d. l. prolatam. quia interdum fertur ſententia ſine teſtibus, & ideo non
45 eſt opus publicatione: † ſed vbi ſunt teſtes examinati, & petita ſit publicatio: & in prima inſtantia ſolet fieri publicatio, & tunc dico, ꝙ eſt de ſubſtantia, quia concernit defenſionem. pro hoc allegatur gl. in c. fi. de hær. lib. 6. & tenet Inn. in c. cum I. & A. de re iud. & Abb. Sic. ibi. in 2. col. & Bal. in c. 1. in 3. col. ſi de inueſt. feu. inter dominum & vaſal. lis oriatur. dicens, ꝙ in Rom. curia in prima inſtantia fertur ſententia non publicatis teſtibus examinatis, & bene dicit, & ita vidi ſeruari. vnde tene, ꝙ ſententia lata, teſtibus non publicatis, non eſt ipſo iure nulla. Item quæro, an concluſio in cauſa ſit de ordine iudicij, ita ꝙ eius omiſſio vitiet ſententiam. Bald. in d. c. 1. ſi de inueſtitura feudi inter dominum & vaſ. lis oriatur, tenet, ꝙ concluſio ſit de ordine iudiciario. allegat c. quoniam contra. de prob. & c. auditis, de proc. & in Auth. de teſti. §. quia verò. Sed non dicit, quòd eius omiſſio vitiet, vel non vitiet ſententiam. bene Abb. Sic. in c. cum dilectus. in 1. col. ff. de fi. inſtrum. tangit hoc dubium, & videtur concludere, ꝙ in cauſis ordinarijs omiſſio concluſionis non vitiat ſententiã: dicit tamen, ꝙ in cauſis ordinarijs cõcluſio in cauſa eſt de iuſtitia, quia in cauſis ſummarijs de iuſtitia non requiritur concluſio, vt eſt gl. in clem. ſæpe. in §. & quid. in verbo concluſionem. de verb. ſign. tamen ſi iudex in cauſis ſummarijs vult, ꝙ fiat concluſio, debet fieri, vt dicit Pau. de Liaz. & Car. Flor. ibi, bene facit id quod dicit And. in conſtit. vniuerſis. vbi ſi proceſſus non concluſus mittitur iudici ad ſententiãdum, non requiritur alia concluſio, quia concluſio in cauſa non eſt de ſubſtantialibus. & idem dicit Abb. Sic. in c. cum I. & A. 13. col. de re iud. & dicit Bart. in d. l. prolatam. ꝙ de ordine iudicij ſubſtantialis eſt cauſæ cognitio, quæ habetur per iudicem, partibus præſentibus, vel citatis, vel contumaciter exiſtentibus. l. in cauſæ. §. cauſa cognita. ff. de minor.
46 † Itẽ ſubdit, ꝙ non dicitur adhibita cauſæ cognitio, ſi non fuit datus terminus ad probandum, & defendendum, licèt poſtea putet contrarium. de quo tamen per Bald. in l. cum minores. C. ſi aduer. rẽ iud. & in l. 2. 3. col. C. de eden. & in l. iudices. C. de iud. & per Abb. Sic. in c. afferte. de præſum. Ego ſemper tenui, ꝙ valet ſententia abſque termino dato ad probandum, ſi lis eſt conteſtata, quia dilatio probatoria non datur niſi petenti, licet iudex poſſit dare terminum ad probandum, & defendendum, etiam ſi non petatur, ſecundum Bart. in l. 1. C. de dila. nam probationes & productiones poſſunt fieri in proceſſu etiã non dato termino ad hoc per iudicem, ſecundùm Richa. Ma. Cy. & Bald. in l. 2. C. de dila. Item dicunt Bart. Ang. Bal. in l. fin. in fi. ff. de ferijs. & Pau de Caſt. in l. oratione. eod. tit. & Bar. in extrauag. ad reprimen. in verbo, ſine figura. & in l. in crimine. ff. de adult. & Spec. in tit. de dilatio. §. videndum. verſi. vtrum. idem tenet do. Ant. de But. in c. licèt cauſam. in prin. de prob. Car. & Io. de Imo. in c. prudentiam. §. 6. de offic. deleg. & Alex. in d. l. fi. & hoc plenè per Fel. in c. licèt. 9. col. de probatio. & Georg. Aſtenſis in clem. ſæpe. §. & quia. 16. col. de uerb. ſig. tunc enim dicitur ſententia nulla, quando iudex noluit recipere probationes, ſecũdùm Bal. in d. l. prolatam. gl. eſt in l. quoties. C. de prob. voluit Alex. in 5. vol. conſi. 105. Bene fateor, ꝙ in cauſa criminali iudex debet de neceſſitate dare terminum reo ad ſe defendendum, vt eſt tex. cum gl. in l. 1. ff. de furtis. & in l. rei. §. ſi ad diem. ff. de re mili. uoluit Bart. & Imo. in l. cuſtodias. §. 1. ff. de publ. iudi. facit l. ſi non defendantur. ff. de pœnis. & no. Salic. in l. 1. C. de cuſt. reorum. & Aret. in tract. de maleficijs. in uerbo, qui iudex ſtatuit terminum ad eorum defenſionem &c. Paris de Puteo in tractatu de ſyndicatu, char. 45. Ad ſecundam quæſtionem reuertor, quæ ſunt cauſæ, in quibus non ſeruatur or-
47 do iuris prædictus? Dic † ꝙ eſt in primis in cauſis ſummarijs, de quibus in cle. 2. de iudi. Item in d. cle. ſæpe. de uerbo. ſign. & per Barto. in extrauagan. ad reprimendũ, & per Alb. de Roſa. in l. vnica. C. de latina liber. tollen. in quibus ſolùm ſeruantur termini, qui concernunt defenſionem iuris naturalis, vt plenè per ſcribentes in d. clemen. ſæpe. Itẽ non requiritur in cauſis minimis, vt in auth. niſi breuiores. C. de ſenten. Item non requiritur ordo iudicij in notorijs. 2. q. 1. cum Lotharius. in gl. & Docto. in c. cum olim. de re iud. Alex. in l. emptorẽ. ff. de actionibus emp. vbi allegat d. c. cum Lotharius. & Bal. in l. presbyteri. 3. colu. C. de epiſc. & cler. & Inn. in c. fi. de coha. clericorum & mulierũ. ideo contra notorios rebelles proceditur de facto, vt in c. regis Caroli primi, quod incipit, ad vindictã. & in c. ſi frequenter. & in c. bona creditorum. Item non requiritur ordo iudicij in cauſa reſtitutionis in integrum, ſm Bal. in repertorio ſuo ſuper Inno. in verbo, petitio. Item non requiritur ordo iudicij in probatione famæ, vt dicit Car. in cle. 1. 7. q. de offi. ordi. Itẽ non requiritur ordo iudicij in cauſa, quæ vertitur inter fiſcum & priuatum, vt in l. 2. C. quando fi. vel priuatus, & Bal. in l. 1. C. de cõdi. ex lege, ſm Ale. in l. non vtique. §. quod de frumentaria. ff. de admini. rer. ad ciui. pertinentium, ſed contrarium tenet Bar. in l. 1. C.
48 de conducto. & procu. prædiorum fiſcalium. allegat And. de Barulo ibi per illum tex. ſed ſolue, † qñ eſt liquidũ, qd debet habere fiſcus, tunc non ſeruatur ordo iuris, ſed quãdo eſt non liquidum, tunc ſeruatur ordo iuris, ſm Lucam de Penna, & Io. de Platea in d. l. 1. C. de conducto. & ꝓcur. prædiorum fiſcalium. hodie autem in pœnis, quæ fiſco applicantur, eſt ſummariè procedendum, vt in c. regis Caroli ſecundi, qđ incipit, abolitus. quem allegat Lucas de Penna in d. l. 1. de conduc. & procura. prædiorum fiſcaliũ. Itẽ in danda bonorum poſſeſſione non requiritur ordo prædictus, ſm Bal. in l. 1. 3. col. C. qui admitti. & in l. fi. 3. q. C. de contrahen. emp. l. 3. §. cauſa. ff. de bonorum poſſeſſione. quod intelligo eſſe verum in illis poſſeſſorijs ſummarijs ſine figura, ſecus in poſſeſſorio adipiſcendæ ordinario, vt not. gl. in l. 1. C. quorum bonorum. & in poſſeſſione recuperandę, vt in l. 1. C. ſi per vim, vel alio modo, in quo requiritur iuris ordo. Item ordo iudicij non requiritur, ſi princeps mandat ordinem non ſeruari, ſm Bal. in d. l. prolatã. & id quod princeps mandat dando ordinem, ille dr ordo ſubſtantialis, vt in c. cum dilecta. de reſcr. & de offi. deleg. cum venerabili. no. Fel. in c. 1. de reſcri. in prin. Item ordo iuris nõ ſeruatur, vbi quæſtio eſt, an aliquid ſit de iure ita, vel ne, ſm Inno. in c. cum inter vos. Bal. in l. de quibus. in
49 13. col. ff. de legi. & conſuetudi. † Item contra confeſſum non requiritur ordo iuris, ſm Inno. in c. per inquiſitionem de electio pater in l. ſi debitor. in fi. ff. de iudi. Item in his, quæ fiunt ad cautelam, non requiritur ordo iuris, vt dicit gl. in c. bonæ. de elec. Item non requiritur ordo iuris, qñ princeps committit cauſam ſine figura iudicij, ſecundùm Arch. in c. indemnitatibus. pen. col. in verbo, figura. de electio. lib. 6. allegat d. l. 1. C. de lati. libe. tollen. dummodo tamen admittat legitimas exceptiones, allegat de offi. deleg. c. ex parte. & 2. q. 7. lator. Item non requiritur ordo iuris in ꝓceſſu contra hæreticos, vt in c. ſtatuta. de hæret. libro 6. Et idem in crimine læſæ maieſtatis, vt in d. conſtitut. ad reprimendam. Item hodie per c. regni, deteſtantes, iudices procedunt ad ſententiam, dummodo conſtet de veritate, etiam omiſſa litis cõteſtatione. de cuius intellectu per dominum Paridem de Puteo in tractatu ſuo de ſyndicatu. chat. 134. in verbo, ſententia. Item in cauſa ſuper deſtitutione poſſeſſionis rei ſtabilis, ſeu immobilis nõ proceditur iuris ordine, ſed proceditur ſecundùm formam capitu. regni, quod incipit, ſubditorum noſtrorum, quarta char. vbi expreſsè ſtatuitur, ꝙ non appellatur à ſentẽtia poſſeſſorij.
50 † Item non ſeruatur ordo iuris in cauſa, quæ eſt ſuper violentijs illatis viduis, pupillis, pauperibus, miſerabilibus perſonis. Nam ſine figura proceditur, omiſſo libello, & litis conteſtatione, & proceditur per inquiſitionem, ut eſt

capitulum

capitulum regni, quod incipit, de violentijs illatis. char.
27. & in hoc concordat aliud capitulum regni regis Ro-
berti, quod fuit regis Caroli II. quod incipit, Carolus ſecū
dus Nicolao de Iamuila. char. 32. An autem partes poſſint
facere, q in cauſa inter eos procedatur per iudicem, omiſ-
ſo iuris ordine, ſola veritate inſpecta? Dicit q ſic: ſed tunc
non erit iudex, ſed arbitrator, ſecundùm glo. in c. fi. in ver-
bo, illuſtrium. de re iudi. lib. 6. ſed de hoc articulo remitto
me ad ea, quæ dixi ſup. in proœ. iſtarum Conſt. & ad ea quę
ſcribunt Doctores in c. de cauſis. de offi. delega. & ibi per
Feli. Sextò no. ex tex. ibi, defenſionem. q vnicuiq; licitum,
& permiſſum eſt, ſe & bona ſua defendere, ſi ei inferatur
violentia à priuato, ob tutelam ſui corporis, vel rerum, ſci
licet incontinenti, non ex interuallo, cum moderamine ta-
men inculpatæ tutelæ, & hic in tex. declaratur, in quo con
ſiſtat iſtud moderamen inculpatę tutelę, & non ſolùm iſta
defenſio permiſſa eſt per iſtam conſtitutionem, ſed etiam
ſecundùm glo. hic in verbo, ob tutelam, permiſſa eſt de iu-
re communi, vt patet in l. vt vim. ff. de iuſti. & iu. & in l. 1.
C. vnde vi. & l. ſcientiam. §. qui cum aliter. ff. ad l. Aquil. &
l. ſed & partus. ff. quod met. cau. Aduerte, quia gl. & Cy. in
d. l. 1. C. vnde vi, tangūt, in quo conſiſtat iſtud moderamen
inculpatæ tutelæ, & quomodo intelligitur illud inconti-
nenti, & hoc bene declarat ibi Bar. quibus adde Bal. ibi di-
51 centem, † q defenſio vera, & moderata eſt, quæ tanta eſt,
quanta expedit, ideſt, non plus facere, quam oportet, vt in
cle. 1. de hom. nec aliter q̄ iudex ex varijs circunſtantijs ar
bitrabitur, ſubdens poſtea in 4. col. tres concluſiones. Pri-
ma, q in defenſione requiritur factorum qualitas, vnde ag
greſſus ſine armis non poteſt ſe defendere cum armis. Se-
cunda concluſio, q requiritur in iſta defenſione vt fiat in-
continenti, & non ex interuallo. Tertia concluſio, q mode
rata defenſio ſit talis, quantum oportuit. ſed Bart. in d. l. ut
vim. in fi. dicit, q tunc dicitur moderata defenſio, quando
aliter non poteſt euadi, & ſi ęqualis defenſio, cum non po
teſt euadi, quin tu recipias offenſionem. & pro hoc l. 1. §.
uim vi repellere. ff. de ui & ui arma. & ideo in hoc modera
mine debet conſiderari qualitas perſonæ, vt ſi fortis & ma
gnus homo cum pugno, uel baculo inſultat paruum, vel
debilem, tunc debilis pōt ſe defendere cum armis, ut ſcri-
bunt Bart. in d. l. vt vim. & Cy. Bal. & alij in l. 1. C. vnde vi.
bene facit tex. 3. q. 7. §. tria. verſi. ſi non in uno adiutorio. ſi
autem defendendo ſe, exceſſit modum in defendendo, pu
nitur de exceſſu tantùm, & ſic mitius, ſecundùm Io. And.
in nouel. in c. ſignificauit nobis. de pœn. & remiſ. ubi dicit,
q ſi miles, quos poterat viuos ſeruare, interfecit, vel do-
mos deſtruxit non nociuas, ſatisfacere debet. Si tamen pro
pter cauſam deliquerit, mitius cum eo agendum eſt. & de
iſto dicto Inn. mentionem facit Bal. in c. 1. in 3. col. de pace
tenenda. Lud. in ſing. ſuis. in verbo, defenſio. Abb. Sic. in c.
ſignificaſti, præallegato. Idem dicit Inn. in c. ſicut. de iure-
iur. & Alex. in 1. vol. conſi. 76. uiſa inquiſitione. & Iaſ. in d.
l. ut uim. & Fran. de Are. in conſi. 80. cum ſimi. Ioan. And.
in addi. Spe. in titu. de homic. in rub. Alex. in d. l. 1. & in 1.
uol. conſi. 76. & in conſi. 109. & in 2. vol. 140. in fi. & hoc
verum, ſi non exceſſit moderamen ex propoſito, tunc non
tenetur, vt dicit Alex. in d. l. 1. in addi. quæ incipit, viden-
dum eſt. Ang. de Aret. in trac. de maleſi. in verbo, & dictus
Titius ſe defendendo. & ibi uide additionem Augu. & Io.
52 de Ana. in c. 2. in 7. col. de homi. † Pro declaratione huius
articuli, an liceat omni iure uim ui repellere, ſic dicen-
dum eſt, aut loquimur de laicis perſonis, aut de clericis, ſi
de laicis, ſubdiſtinguitur, aut uis infertur perſonæ, aut re-
bus, ſi perſonæ, tunc uis repellenda eſt, priuſquam ſit illa-
ta, ideo inſidiantem me poſſum licitè occidere, ſi manus
eius aliter euadere non poſſum, vt in l. 4. in prin. & in l. ſeq.
ff. ad l. Aquil. Si autē uis ſit illata, aut percuſſus vidi eum,
qui percuſſit, paratum repercutere, & tunc licet eum reper
cutere, ideo ad effectum euadendi percuſſionem, ſeu iniu-
riam poteſt incontinenti percutere, ut no. in l. ſi ex plagis.
§. tabernarius. ff. ad l. Aqui. & ibi per Barto. & Abb. in d. c.
olim, in 6. col. poſſum ergo aggreſſorem interim percute-
re, antequàm ipſe percutiat me, per d. §. tabernarius. & l. 1.
§. cum arietes. ff. ſi qua. pau. ſeci. dicatur. ſufficit ergo terror
armorum ſecundùm gl. & Bar. in l. 1. C. unde ui. dummodo
præcedant indicia, & actus manifeſti, quòd ille uoluit me
percutere, unde oportet probare, quòd ille erat homo, qui
ſolebat ſuos aggreſſus ducere ad effectum, ſecundùm q
declarat Abb. in d. c. olim. el 1. in 7. col. ſecus, ſi vidit eum
quieſcere, vel diſcedere, tunc non licet eum percutere,
quia talis percuſſio eſſet potius ad uindictam, & ex inter-
uallo, quod non liceret, ut hic, & in d. l. 1. C. unde ui. cum
concor. Bene facit ad hoc 46. di. c. ſeditionarios. requiritur
ergo, q percutiat ſe defendendo, non uindicando. 23. q. 1.
c. quid culpatur. hoc concludunt Inn. in c. olim cauſam. de
reſt. ſpo. & Goff. in tit. de homi. & gl. in c. ſignificamus uo-
53 bis. de homi. † Secundo caſu, quando uis infertur rebus,
tunc licet vim illatam incontinenti repellere, ideſt ante-
quam ad extraneos actus diuertat per iſtam conſtitutio-
nem. concordat. l. continuus. in prin. ff. de uerb. obli. & no.
in c. dilecto. de ſen. excom. li. 6. & in d. c. ſignificaſti. & ideo
ſi quis me turbat in poſſeſſione, poſſum defendere poſſeſ-
ſionem, ut in l. ſi ſeruus. in fi. ff. de acqui. rer. dom. ſed ſi me
ſpoliauit, poſſum incontinenti recuperare poſſeſſionem,
per d. l. 3. §. cum igitur. ff. de vi & vi ar. & firmat Bar. in d. l.
ut uim. & in d. l. 1. C. unde ui. Alex. in l. fi. in prin. C. uti poſ
ſid. dicit, quòd ex interuallo poſſum etiam eum turbare. al
leg. etiam Bar. in l. 4. §. fi. ff. eo. titu. & uide ſuper hoc Bal. in
diſputatione ſua, accuſatus de vi turbatiua. & dicit no. Bal.
quòd ſi pars poſſeſſionis eſt inuaſa, ratione reſidui ſemper
poſſum totam recuperare. Ita dicit ipſe, in l. data opera. in
fi. C. qui accu. non poſſunt. ſecundùm Cyn. & Bal. in d. l. 1.
C. unde ui. & Bal. in l. cum antiquitas. C. de teſt. quomodo
autem intelligitur illud incontinenti, iam ſupra dixi, vide-
licet antequam diuertat ad extraneos actus. l. quod ait. §.
ait. ff. ad l. Cor. de adulte. & in l. cum antiquitas. & ibi Bal.
C. de teſt. Alex. in l. 1. §. ſi ita. & §. qui præſens. ff. de uerbo.
obli. Et circa hoc uide, quę dixi ſup. in 2. no. & Abb. in d. c.
olim, el 1. de reſti. ſpo. in 4. col. Feli. in c. accedens. ut li. non
conte. Bal. in l. vis eius. C. de proba. Abb. in c. 1. de mu. peti.
dicit, q index arbitrabitur, quid ſit incontinenti factum,
54 & in c. ueniens. el 2. de teſti. † Secundo uerò caſu principa-
li, an liceat clericis ſe defendendo, uim ui repellere. dic ſe-
cundùm quòd concludunt Doc. in c. clerici. de ui. & hone.
cle. q ſi uiolentia committitur perſonæ clerici, & non po-
teſt aliter ſe defendere, niſi percutiat, tunc licita eſt defen-
ſio, etiam ſi mors cōtingat, & non efficitur irregularis, per
ea quę habentur in cle. ſi furioſus. de homi. & no. 23. q. vlt.
in ſum. Si autem violentia fit clerico in rebus, tunc non li-
cet clerico pro recuperatione bonorum occidere latronē,
ut eſt tex. & ibi Abb. Sic. in c. ſuſcepimus. de homi. ſed be-
ne poteſt aliter res ſuas defendere, ut no. per Inno. & Abb.
in d. c. olim. el 1. in 7. col. de reſti. ſpo. & hoc plenè firmat
Aſtenſis in 1. lib. tit. 25. Sed iuxta hoc quæro, tu aduocate
quomodo formabis articulum ad defenſionem clientuli,
q percuſſit ſe defendendo? Dic, q de hoc habes gl. 1. in cle.
1. de homi. & ibi per Pet. de Anch. ubi dicitur, q debet ar-
ticulari, & probari, q erat arctatus & angulatus taliter, q
neq; clamare, neq; fugere, vel aliter ſe iuuare poterat, nec
cum ſuo honore potuit euitare inſultum, ſecundùm Flo.
in l. quemadmodum. §. ſi nauis. ff. ad l. Aqui. Item q erat in
diſcrimine uitæ conſtitutus, vt in l. is qui aggreſſorem. C.
ad l. Cor. de ſica. & Bar. in l. ſcientiam. §. qui cum aliter. ff.
ad l. Aquiliam. Item q aggrediens erat armatus, nā ex hoc
præſumitur, q aggreſſus erat in diſcrimine uitæ conſtitu-
tus, ut no. gl. & Bar. in l. 5. ff. ad l. Aquiliam. & Bar. & Bal. in
55 l. 5. C. unde ui. † Semper enim ille, qui inſultat alium dici-
tur in culpa, ut in d. §. cum arietes. habetur in l. 2. C. ad l.
Cor. de ſica. & no. Inn. in c. ſi uerò. de ſent. excom. & iſti ar-
ticuli ſunt formandi, quando accuſatus primò percuſſit ag
gredientem. & hæc ponit Ang. in d. l. is qui aggreſſorem. &
in conſilio. Si inſultans primò percuſſit accuſatum, tunc

debent ſic fieri articuli, In primis, ꝙ talis inſultans percuſ-
ſit dictum inſultatum talibus percuſſionibus. Item ꝙ erat
in periculo ſuæ uitæ, & dictus inſultans ſtabat, vt iterum
eum percuteret: dictus accuſatus eum percuſſit dictis vul-
neribus: ſufficit tñ in hoc caſu probare, ꝙ inſultans primò
percuſſit: nam præſumitur habuiſſe animum repercutien-
di, ſecundùm Bal. in l. 1. C. unde ui. & in l. ut uim. de iuſti.
& iu. Sali. in d. l. is qui aggreſſorem, & Io. de Ana. in c. ad li
berandam. in 2. col. de Iudæis. ſemper enim durante rixa,
videtur factum ad defenſionem, ſecundùm Io. de Ana. in
c. ſicut dignum. §. fi. de homi. & ſuper hoc uide addi. Augu
ſtini ſuper Angelo, de maleſ. in dicto verbo, paulò antè al-
56 legato, & ibi de hac materia defenſionis. † Item quæro,
contra familiam Poteſtatis an licita ſit defenſio, quando
excedunt contra ius? Videtur ꝙ ſic: quia non eſt iniuria ſu-
perbo imponere diſciplinam. 23. q. 4. cap. ſi eccleſia. Item
quia defenſio nemini eſt auferenda, vt no. in l. facultas. C.
e de iure fiſci. li. 10. Item officiali iniuſtè exequenti * licet de
facto reſiſtere, vt in l. prohib. C. eo. tit. & ibi per Bar. & l. de
vſu. C. de metatis, li. 12. cum concor. ibi allegatis in gl. vn-
de ſi iudex iuris ordine non ſeruato iniuriatur ſubdito in
perſona, vel rebus, iniuriatus poteſt ſe defendere, ſecun-
dùm Io. And. in c. dilecto. de ſen. excom. li. 6. Item pro hoc
facit gl. in c. ex literis. de offi. deleg. quæ dicit, ꝙ iudici vo-
lenti mandare executioni ſententiam nullam, impunè po-
teſt reſiſti, quam gl. reputat ſingularem Abb. in c. ſi qñ. &
ibi And. de Baru. eo. tit. Item ad hoc allego Bar. in l. cõtra.
C. de exact. & executo. lib. 12. vbi dicit, ꝙ officiali facienti
vltra modum poteſt reſiſti propria authoritate, quod fa-
cit, dicit ipſe, contra baiulos, qui capiunt pignora vltra mo
dum, nam licitè poteſt reſiſti. Item pro hoc facit id, quod
dicit Cy. in l. ab executione. C. quorum appella. non recip.
vbi dicit, ꝙ ſi grauamen iudicis eſt irreparabile, poteſt ſibi
de facto reſiſti, unde ſi iudex mandat iniuſtè aliquem ſu-
ſpendi, vel torqueri, poteſt ſibi violenter reſiſti, & quilibet
poteſt iſtum adiuuare, arg. l. ſi quis in ſeruitute. ff. de furtis.
57 ſecundùm Abb. Sic. in d. c. ſi quando. † Item ſubditus non
tenetur obedire prælato excedenti terminos ſui officij, ſe-
cundùm Inn. in c. ad aures. de temp. ordi. Item pro hoc fa-
cit gl. in l. quoniam. C. de app. vbi ſi Poteſtas facit aliquod
iniuſtũ, aſſiſtentes debent contradicere, & proteſtari apud
acta. Et in gl. colligitur ex illo tex. ꝙ ſubditi debent reſiſte
re ſuis prælatis, quando faciunt aliquid contra legem. Et
dicit Bald. in l. prohibitum. quòd licitum eſt reſiſtere offi-
ciali facienti contra ius, vt in Authen. vt iudices ſine quo-
quo ſuffra. §. eos. & patet in l. omnes. la 1. C. de decur. & ui
de gl. ſingularem in l. non uidetur. §. qui iuſſu. ff. de reg. iu.
quæ dicit, ꝙ ſi iudex non facit ſub uelamine iuſtitię, ꝙ po-
teſt ei reſiſti. In contrarium, ꝙ non licet reſiſtere iudici in-
iuſtè facienti, nec licita eſt defenſio contra eum, primò
allegatur illud, quod dicit Ariſto. 5. Ethicorum. Si princi-
patum habens percutiat, aut deſtruat, non debet repercu-
ti, ex quo violentia à ſuperiore iuſtè infertur. 23. q. 1. c. uo-
li. in fi. Item de iure imponitur pęna ei, qui manus intulit
ſuo duci, vt no. de æta. & quali. c. cum bonæ. 9. q. 3. c. patet.
Item pro hoc bene facit tex. in Eccl. c. 4. vbi dicitur: Noli re
ſiſtere contra faciem potentis, & non coneris cõtra ictum
58 fluuij. † In dubio autem ſemper obediendum eſt iudici, vt
firmat Dy. plenè de re. iu. li. 6. quod quis. Non. n. ſine cauſa
princeps ſecularis portat gladium ante ſe, ad denotandũ,
ꝙ ſubditi eorum ſuperiorib. non debent reſiſtere, vt dicit
Apoſt. ad Romanos. c. 13. & dicit Lucas in Euangelio 10.
c. qui uos, ſcilicet iudices mundi, ſpernit, me ſpernit. Item
pro hoc bene facit. l. addictos. C. de appel. vbi nullo modo
uia facti licet reſiſtere iudici, qñ aliquid facit ut iudex. &
pro hoc faciunt ea, quæ ſcribunt Doc. in d. c. ſi quando. de
offi. deleg. & in c. ad aures. de tempo. ordi. ꝙ obediendum
eſt iudicib. etiam ſi malè agant, ideſt, ꝙ non eſt eis reſiſten-
dum de facto, ſed de iure per remedium appellationis. Et
ſi eius familia excedit, tenetur Poteſtas pro eis, vt in l. 1. &
ibi Bar. C. de exact. & execu. li. 12. & Saly. in l. 2. in fi. C. de
his qui latrones. Item pro iſta parte ſolet allegari gl. in l. ut
vim. ff. de iuſt. & iu. quæ dicit, ꝙ officiali iniuriam facienti
non licet reſiſtere, nec ſe defendere contra officialem, quia
præſumitur pro iudice, ꝙ iuſtè faciat, vt dicit Inno. in c. in-
notuit. de eo qui furtiuè ordi. ſuſce. Et pro iſta parte, ꝙ iu-
dici non ſit de facto reſiſtendum, videtur tex. in d. c. ſi qñ.
de offi. deleg. & in c. qui reſiſtit. 11. q. 3. vbi qui reſiſtit po-
59 teſtati, Dei ordinationi reſiſtit. † Et contra iudicem non cõ
petit interdictum unde vi, ut eſt gl. ſingularis in c. præſen-
tium. 7. q. 1. & illam glo. allegaui ſemel in quadam cauſa
vbi rex propria auctoritate ſpoliauit quendam ſuum feu-
datarium feudo ſine proceſſu, ſed ex iuſta cauſa, & poſtea
Rex alium inueſtiuit, ꝙ non põt agere ſpoliatus interdi-
cto unde ui, uel vigore conſtitutionum regni, & violentia-
rum, per illam glo. quam allegauit ad hoc Abb. Sic. in c. ex
inſinuatione. in 1. col. de procu. & Fel. in d. c. ſi quando. &
hoc dixi uerum eſſe, quando ſpolium fuiſſet factum tem-
pore guerræ. Nam tunc ex quo factũ eſt auctoritate princi
pis, non competit remedium poſſeſſorium, ſed ſolùm age-
re poteſt de proprietate, per id quod dicit Odofr. & Bal in
titu. de pace Conſtantiæ. ibi, ſi qui tamen ex parte noſtra.
Nam princeps ſ m canonicam diſciplinam põt dare & au-
ferre, ſi motus animi ſui habet occaſionem concedendi, &
auferendi, ſ m Bal. in c. ſi contentio. apud quem, vel quos
contentio feudi. in fi. conſtitutiones feudales domini Lo-
tharij. alleg. Inno. in c. debitores. de iureiur. nec poteſt dici
ſpolium, ſed iuris executio, ut eſt tex. in l. continet. ff. quod
metus cauſa. vbi dicitur, ꝙ non dicitur uis, quod magiſtra-
tus facit. ad idem in l. mulier. eo. tit. ſicut qñ iudex præce-
dentib. indicijs torquet inquiſitum, non dicitur uim infer-
re, ſ m Bal. in l. 5. C. quod metus cau. & in l. ſi quis in hoc
genus. C. de epi. & cle. & ar. c. cum dilectus. quod me. cau.
& Præpoſitus. 3. di. c. ad eius. Pro ſolutione huius quæſtio-
nis Feli. in d. c. ſi qñ ponit regulam, ꝙ contra officialem nõ
60 licet ſubdito ſe defendere, niſi in quattuor caſib. † Primò,
niſi iudex poſt licitam appellationẽ vellet procedere con-
tra ſyndicum, & grauamen eſſet irreparabile, tunc poſſet
ei reſiſti, quia tunc vr̃ procedere ut priuatus, ſ m Bal. in l.
addictos, de epi. audi. idem firmat Pet. de Anch. in regula,
ea quæ. in 6. circa prin. in 2. char. Secundò fallit, niſi iudex
procedat non vt iudex ordine ſeruato, ſed extraiudiciali-
ter, uel ſine auctoritate ſuperioris: & ita intelligitur d. l. pro-
hibitum. Tertiò fallit, ubi grauamen eſſet irreparabile, ut
ſupra dictum eſt: & concordantias allegat Fely. ubi ſuprà.
Quartò fallit, ubi ſententia notoriè eſt iniuſta, de quo per
Fran. de Zaba. in c. ueſtra. de coha. cle. & mul. col. 29. & in
Spe. de noto. crimi. §. 1. in prin. & Ho. in ſumma, de inquiſi
tione. §. fi. ad finem. & per Pet. de Anch. in c. 1. de offi. dele.
li. 6. & per Abb. & Fel. in d. c. ſi quando. Vide optimam di
ſtinctionem Pet. de Anch. in d. c. dilecto. de ſent. excom. in
6. Vbi ſuper iſto dubio, quando ſubditus poteſt reſiſtere fa
61 cto, uel præcepto iudicis, ſic diſtinguit breuiter. † Aut lo-
quimur in ſententia, aut in alio præcepto, primo caſu ſi in
ſententia, tunc ſiue ſit interlocutoria, ſiue diffinitiua, de fa-
cto non poteſt reſiſtere, ſed debet appellare, niſi ſententia
ſit nulla, ſed eſt parendum, ut dicit Abb. Sic. in c. ex literis.
in prin. de offi. dele. Secundo caſu in alio præcepto. aut il-
lud præceptum eſt omnino iniuſtum, tunc non eſt ei obe-
diendum, quia magis eſt obediendum Deo q̃ hominibus.
Actuum c. 5. de ſen. excom. c. relatum. Si uerò eſt dubium
an ſit iuſtum, vel iniuſtum, & tunc aut facit cum cauſę co-
gnitione, & eſt ei obediendum: aut ſine cauſæ cognitione,
& tunc reſiſti poteſt, quia non facit ut iudex, ſed ſi facit ut
iudex, etiam ꝙ malè agat, non debet reſiſti de facto, niſi
qñ malè agit ut iudex, cũ ea quæ ſunt irreparabilia, ſi exe-
quantur, tunc poteſt reſiſti de facto, vt ſuprà dictum eſt. &
de pręſenti qõne vide Pet. de Anch. c. quæ à iudice. de reg.
iu. in 6. & Abb. Sic. in d. c. ſi qñ. & ex his breuiter habes ue
ritatem huius dubij. In gl. 2. in verbo, abeſſe. ibi, publicè. n.
62 vtile eſt. no. iſtam gl. † ꝙ publicè intereſt, ꝙ Rex teneat iti-
nera ſecura, vt ff. de his qui deiece. vel effu. l. 1. §. ſumma,

ubi eſt tex.de hoc.& vidi q reges huius regni multum conantur tenere vias ſecutas à prædonibus,& procedút contra iſtos latrones & graſſatores iuris ordine non ſeruato: puta, pcedendo ad furcarum ſuſpendiú, vt patet in c regis Caroli,qđ incipit,de iuris cenſura,ét de iure cóí,vt in l.capitalium.§.graſſatores.ff.de pœnis. vt in Auth. nulli indicum.§.pro furto.& hř in cle.1.de pœnis.in verbo, graſſantibus, & ſuper hoc factæ ſunt diuerſæ ꝓuiſiones p Reges huius regni,& meritò Reges debent hoc facere, quia viæ publicæ sút de regalibus regis,vt dicit tex.in c. 1. quæ ſint regalia.& ibi Bal. in 1.col.&ibi diſi.& iō dicit Spec.in ti. de iniurijs.§.ſequitur videre.ver.ad hoc.q ꝑtor dét prouidere,ne per viam tranſeuntibus malum contingere poſſit. In eadem ibi,& de pace quidé gaudet.hæc glo. narrat aliquos fructus pacis, vide ad hoc quæ dixi in 1.no.& conſilium Andr.Barba.in 3.vol.in conſi.1.qđ incipit, magnifi. 35.col.& in ſumma Aſtenſis.lib.2.tit.64.in glo. in verbo,
63 dudum. ibi,non vindicando.no.iſtam gl.† q priuatis perſonis de iniuria facta ſibi,vel in bonis ſuis,non licet facere vindictá auctoritate ꝓpria ex interuallo.& pro hoc.l.ſciétiam.§.qui cum aliter.ff.ad l.Aquiliá.& l.nullus. C. de Iudæis.& ſimilis gl.eſt in l.1.C.vnde vi.ſed vindictam poteſt à iudice petere,q ipſe faciat vindictá de eo, qui fecit iniuriam,iuris ordine ſeruato.& pro hoc eſt tex. & gl.23.q.4. ex his oíbus.quia vindictá facere de peccatore ſpectat ad Deum, vel ad eius miniſtros mediatos, vel immediatos: ſic intelligitur illud Deut.32.c.mihi vindictá, & ego retribuam. Nam princeps terrenus Dei miniſter eſt & vindex in iram eius,qui malè agit,vt dicit Apoſtolus ad Rom. 13.c. Et ſic patet,q quis aliter quàm p iudices competentes vindicando, peccat mortaliter, quantumcunq; iniuſtè paſſus eſt iniuriá, ſiue damnum,& ſic priuato non eſt licita vindicta,vt bene concludit B.Tho.de Aquino 2.2.q.108.art.1. & hanc concluſioné firmat Bar.in l.1.C. de his quibus ut indignis.& Aſtenſis in ſumma,lib.2.tit.25.& ideo ſi filius vel frater,vel alius agnatus de morte patris, vel fratris,vel alicuius agnati interfecti feciſſet vindictá manibus ꝓprijs & ſine auctoritate magiſtratus, deberet puniri pœna homicidij,vt firmat Aug.in 1.lib.de ciuitate Dei.In glo.fi.in verbo,æquiualétibus.quærit, an ſi fortiſſimus aggreditur cum pugno,vel baculo minus debilem,qui ſe defendit cú enſe,dicatur iſte cú enſe iuſtè ſe defendere? Glo. in l. 1. C. vnde vi.tangit hoc dubium. & dixi ſupra in 6. not.& idé
64 dico,ſi iuuenis aggreditur ſené. † Nam iuuenes tunc ſolent eſſe potentiores ſenibus corpore,ſed nó prudentia, & ſanus potentior eſt infirmo, ſ'm Bald. in rep.d.l.1.C.vnde vi.in 6.col.& ego ſemper exiſtimaté magnum facinus, cú iuuenis aggredit̃ ſenioré,quia dicit Philo.in 7. Politicorú. natura quidé humano gńi dedit hos ſeniores, hos iuniores,quorú quidé primos principari, ſecúdos ſubijci docet.

ANNOTATIONES.

a Pacis cultum.] Quæro, ſi duo promiſerunt vnus non offendere alium,an ſi vnus fecit furtú, videatur veniſſe contra ꝓmiſſioné? eſt argu.q ſic,in l.licitatio.ff.de pub. Idé quæro: aliquis fecit pacem pro ſe, & ſuis complicibus ſequentibus eum,vnus ex ſuis cóplicibus fuit offenſus antequam ratum haberet, an ratihabitio ſequens trahatur ad delictum cómiſſum ante ratihabitioné? Bar.in l.ſi poſtulauerit.ff.de adul. dicit q non.& Adde, q pro bono pacis Alex.reſtituit qſq; bona rebellibus reuocádo alienationes factas per fiſcú.l.venditor.§.ſi conſtat.ff. cómu. pdio.quá pro ſingulari ad hoc alleg. Bar.in proœ.ffotum.4.colu.Iaſ in l.Gallus. §. & quid ſi tñ.17.col.ff.de lib.& poſth. Fel. in c. quæ in eccleſiarú.2.colum.de conſti. & dicit Ale.in conſ.94.pen.col. 5. vol. q dñs ꝓ habenda pace territorij ſui pót caſtrum vnius concedere alteri. alleg. Bar.in l.quæcunque.C.de fide inſtru. & iure haſtæ fiſc. ſequitur Cap. in deciſ. 69.1.col.vbi plura de priuilegio pacis.

b Licet.] Adde tex.in l.1.& 2. C.quando liceat vnicuique ſine iudice ſe vindicare. Ioannes Antonius Batius.

c Executione.] Vide tex.in l.1. C.de prohibita ſequeſtratione pecuniæ. Batius.

d Vniuerſalem.] Ad idé vide tex.in l.q̃ſitum.§.hoc interdicto. ff.de precar.& Bar.in cóſi.95. dico partes iudicis. & an executio pacti de ingrediendo poſſit exerceri contra pupillum hrédé vřem. Ant. Nicolanči. in tract.de pign.in 4 parte.fol. 78. nu.17. vbi laté de materia pacti de ingrediendo.& Sal.in l.creditores C. de pign.in 5.& 6.q. & ad materiá vide Iaſon l.2.C.de iure emphyteu.Batius.

e Exequenti.] Ad idem vide gl.in cóſti.ubieruét.ibi, licens ſi officiales.& tex.conſtit.eos tñ. §. eos itaq;. & an principi ſit parendú,ſi mandat aliquid contra conſcientiam? Par.de Put. in tract. ſyndicatus. in verbo,poſt Imperatorem.col. 3.& an & qñ officiali iniuſte exequenti licitú ſit reſiſti. Par. de Put.in dicto tractatu ſyndicat⁹.in verbo, ſi iudex.& in verbo,captus illicite. Io. Ant.Batius.

COMES & Baro.Diuiditur in duas partes. In prima ſtatuit grauiſſimam pœnam omnibus ſubditis Regis facientibus guerram in regno auctoritate propria ſine auctoritate regia. In ſecunda ibi, qui aút. ſtatuit minorem pœná reſpectu præcedentis pœnæ,oíbus facientibus præſalias,ſiue repræſalias in regno.hoc dicit. Quicunq; mouerit guerrá in regno,confiſcatis oíbus bonis ſuis,capite punitur. Qui verò præſalias, vel repræſalias propria auctoritate fecerit, punitur pœna medietatis omnium bonorú.No.primo ex
65 tex.ibi,Comes,Baro,& miles,ſeu quilibet alius.† q oíbus Comitibus regni,& Baronibus,& militibus,& oíbus alijs ſubditis regni iterdicit,& ꝓhibetur expreſsè, ne in regno, vel in aliqua parte regni moueant guerrá auctoritate propria,ſine licentia obtenta à rege.Nam ſi cum licentia moueretur guerra p ſubditos Regis in regno, non inciderent in pœná huius conſtitutionis.Et eſt rő,quia tria ſunt illa,q̃ faciunt guerrá licitá, videlicet auctoritas principis ſecularis,vel eccleſiaſtici,ut patet. 34.q.1.c.quid culpatur.& eadem cá.q.2 c.1.tenet gl.in l.ex hoc iuregentiú. ff. de inſti. & iure.p l.hoſtes. ff. de cap.iteé quia ſumere arma nó licet ſine licentia principis,ar.in l.vnica.C. vt armorú vſus. lib. 11.& dicit tex.in Auth.de armis,q nullus aduerſus alterú ſubeat bellum. Ité iuſta cauſa,ſ.q illi,contra quos bellum mouetur ex aliqua culpa hoc meruerint. eadé cauſa,q.2. c.dńs noſter.Item requiritur intentio recta,vt bonum promoueatur,& malú euitetur, vt in d.c.quid culpatur. & c. militare. Ita ét dicit Pau. de Caſt. in ſua ingenioſa repetitione d.l.ex hoc iuregétiú.in 1.col. ergo ſi princeps dat auctoritaté Comiti,vel baroni,vel militi,vt faciat bellú contra aliú Comité,vel baroné,vel milité, ceſſat pœna huius
66 conſtõnis. † Ité ceſſat pœna huius conſtõnis, ſi euenerit caſus,q regnú eſſet vacans de iure, & de facto regis, uel eius uiceregis,nec haberi pót copia ſummi Pontificis, qui poſſet ꝓuidere iniuriato Comiti,& eſſet iuſta cauſa mouendi bellum,tunc bellum contra alium Comité non eſſet punibile,p gl.in l.ſi alius.§.belliſſimè.ff. qđ ui, aut clam. & aliá gl.in c.iuriſgentiú, 1.diſt. quam allegat corruptè Alex. in 1.uol.conſi.135.incip.circa primú dubium.Hoc uerú puto, niſi pro illa iniuria ſemel adiuiſſet iudicem, & ad hoc nó fuiſſet conſecutus iuſtitiá: nam tunc nullo modo ét nó data copia iudicis,pót bellum,uel guerrá facere, ſ'm Bald. in l.2.uer.2.quæro. C.de ſerui. & aqua.ubi dicit, q ex quo actor eligit uiam iudicij,ut meticuloſus,& ſic amplius ad uiam facti extraiudicialis redire nó pót.l.de pupillo.§. meminiſſe. ff.de ope.no.nun.Hoc uerú puto,quia lite pendente nihil eſt innouádum: ſecus fortè crederé, qñ lis incœpta eſſet perépta,tunc data carentia ſuperioris, puto ꝓcedere dictum glo.in d.§.belliſſimè. Item nó puto eſſe locú huic conſtitutioni,ſi Comes & Baro in ſuo comitatu fuiſſet aggreſſus inconſultè & repentè à Turcis cú uaſallis maritimis,uel alijs infidelibus,& mouiſſet guerrá contra eos ad recuperandú ſua territoria quia iſta eſſet defenſio cótinuata,q̃ pmiſſa eſt,ut dictú fuit ſuprà in conſtitutione p̃cedenti.
67 † Iſti enim Turcæ de iure ſunt hoſtes Chriſtianorum, & licitú eſt bellú contra eos, ut dicit Bar.in l.hoſtes. ff. de captiuis.& ſunt diffidati,ut in l.qui à latronibus.ff.de teſt. Sed quæro, utrú in guerra licita liceat uti dolo, & fraude ex parte illius,qui hét iuſtam guerrá? Dicit B.Tho. in 2.2. q.40.art.3.q occultando hoſtibus ea,per quæ uult eos expugnare,licitú eſt,p no.in c.dńs. 23.q.2.Sed uti fraudibus ad eos uincendum,non eſt honeſtum, unde Fabritius Ro.

anti-

antiquus potuit perforari facere naues hoſtium,& noluit,
quia non fuit honeſtum,licet fuiſſet vtile , vt legitur in hi-
ſtorijs Romanis. ſed Arch. dicit in c. dominus. 23.q.1.ꝙ
in bello pôt vti fraude, niſi fides ſit promiſſa . ego crederẽ
ꝙ cótra Turcas & infideles, cum quibus eſt iuſtũ bellũ , vt
ſuprà dixi, de iure cõi pôt vti dolo & fraude, ſi venerũt ad
inuadendum regnũ,& ſic intelligo id,quod dicit Arch.in
d.c.dominus.23.q.1.ſm Bal.in l.adoptione. C.de adop.&
vř tex.iuncta gl.in Auth.de manda.princ ipũ. §. neque aũt
homicidas. Ipſis quidem exiſtentibus in regno , & dãnifi-
cantibus hoĩes,& bona regia, iſti ſunt latrunculi, & omnẽ
dolum contra eos licet adhibere vſq; ad fractionem fidei
ſm Io.de Imo.in l.is qui reus.ff.de publicis iudicijs,in vlt.
col.ſecus ſi extra iuriſdictionem dominij Chriſtiani eſſet,
tunc eſſet eis ſeruanda fides,quia non eſſent latrunculi, vt
in d.§.neq; autẽ. vt ibi p eum. & hoc verũ puto,inquantũ
dixi vſque ad fractionẽ fidei, niſi ex fractione fidei,de faci
li poſſet euenire maius ſcandalum quod ſemper eſt euuã-
dum,vt in c.cum non ignores.de præbendis. & not. Fel.in
c.ſuper eo.de ſen.excom.& in c.nihil cũ de ſcandalo.de p-
68 ſcripti.ponit.22. ſpecialia , † ꝙ ratione ſcandali euitandi
receditur a iure,& maximè,quia vt euitetur ſcandalũ, ſer-
uatur fides promiſſa,& ſic non cõmittitur peccatum mor-
23 curialibus, &c. † ꝙ curiales dñi Regis, qui in regia curia cōmorantur, uel ad ſeruitia Regis ſunt, & eius ſeruitores habent hoc priuilegium, ꝙ poſſunt portare arma prohibita alijs portari, qui aūt ſint iſti curiales? Dic, ꝙ ſunt illi, qui aliquo modo ſunt obligati curiæ, ſiue milites, ſiue aduocati forēſes, ſiue iudices, ſiue officiati in curia, ſiue hiſtriones, ut dicit gl. 51. diſt. c. 1. & patet ex tex. in conſti. ſtatuimus, ut magnę curiæ noſtrę magiſter iuſtitiarius. Sed quæro de qōne, quā uidi de facto. Rex facit literas familiaritatis alicui, qui non moratur in curia Regis, ſed alibi, an gaudeat hoc priuilegio? Dic ꝙ non. nā illi, qui hēnt literas familiaritatis, & non ſunt in curia Regis, de eius ordinatione, nec non ſeruiunt Regi, de eius mādato, non gaudent hoc priuilegio. pro hoc allego id, ꝙ dicit do. Abb. Sicu. in c. cum dilectus. de cler. non reſid. ubi dicit referendo Io. And. ibi in nouella, ꝙ Cardinales S. R. E. habent ex conceſſione Papæ priuilegium, ꝙ eorum familiares poſſunt recipere fructus præbendarum, licèt ſint abſentes: tamen hoc priuilegium non extenditur ad illos, qui habent literas familiaritatis à Cardinale, tamen non ſunt in ſeruitio Cardinalis, nam in nullo gaudent priuilegio familiaritatis, pro hoc facit, ſm eum, bonus tex. in c. ſicut. de uerbo. ſign. lib. 6. & ibi uide Io. And. in nouella, qui allegat multa iura loquentia de familiaribus. & Bal. in l. 1. C. de epiſ. & cler. & pro hoc facit,

24 quod dicit Bar. in l. prætor. ff. de uaca. mune. ubi dicit, † ꝙ illi, qui ſunt in collegio artis, & nō exercent artem, nō gaudent priuilegio artis, allegat. C. de ſacroſan. eccle. l. qui ſub prætextu. & §. negotiatores. in eadem l. ibi, quamdiu in eo

ſtris

actu eſt, & uide pro hoc Petr. de Ancha. in conſi. 349. inci. præmitto pro clariori. Iterum quæro, qualiter probabunt iſti curiales, quòd cōmorantur in curia, uel quod ſunt ad ſeruitia Regis, ut euitent pœnam huius conſtitutionis. Barto. in l. 1. §. familiæ. de publicanis. dicit, quòd eo tempore, quo probat, quòd eſt aſſociatus cū alijs famulis, & ſeruit, ut alij familiares, licet nulla producatur ſcriptura, allegat tex. in l. fi. in prin. C. de præpoſ. ſac. cubic. lib. 12. Item ſi ꝓbatur, quòd exercet officium in curia Regis eo ſciente, ex quo probatur, quòd Rex ipſum præpoſuit, per l. 1. §. magiſtratus. ff. de exer. Ego uidi eſſe practicatum, quòd magnificus Seneſcallus Regis, uel eius Locumtenens ſcribit Regenti, quòd ille eſt curialis, uel de familia Regis actu ſeruiens, & Regens dat fidē dictis literis. Itē quæro, dr hic, quòd curiales dñi Regis in curia manentes, uel ad ſeruitia Regis, impunè poſſunt arma portare. Quid de curialibus filij Regis, & primogeniti? Tex. iſte nihil dicit de iſtis, ideo recurrendum eſt ad ius cōe. dicit glo. in c. paſtoralis. ſub verbo, quaſi de lucro, ꝙ ſecurus hæres de hæreditate non debet ſoluere decimam, quia vna perſona reputatur cum patre. C. de impub. & alijs ſubſti. l. ſi quis duobus. §. fi. & Inſtit. de inuti. ſtipu. §. ei qui. 9. 5. q. 3. §. hac auctoritate:

25 † & viuēte patre dr dominus, itaꝙ ſola adminiſtratio deficit, vt in l. in ſuis. ff. de libe. & poſth. & Inſt. de hære. quali. & differ. §. ſui quidem. eadem gl. eſt in l. 2. in verbo, poteſtate. C. qui ætate. per quam gl. dixit Bal. in l. fi. in fi. C. de libe. præteritis. ꝙ æſtimum patris prodeſt filio, ēt viuente patre, quia quod vnus habet, alter habere vr. l. cū ſcimus. C. de agri. & cenſi. & quod vni placet, alteri vr placere. ff. de oper. liber. l. ſi operarum. & illam gl. allegauit Bal. in l. dicimus. §. 1. ff. de excuſ. tut. Item pro iſta parte facit tex. in l. bene à Zenone. C. de quadrien. præſcr. ibi dum dicit tex.

26 ſiue ab his, qui poſtea digni fuerūt nomine Imperiali. † Ex ſic priuilegium, quod habent curiales Regis, attribuitur etiam curialibus filij primogeniti Regis, quia filius Regis primogenitus dr Rex, etiam in vita patris; vt 24. q. 1. cap. cœpit. & hoc dixit And. in c. quis dicatur Dux, Comes, vel March. in præludijs feudorum. in 2. q. in cap. 1. de feudo Mar. & eſt gl. ſuprà in proœmio iſtarum Conſtitutionum. & ſedet in ſolio, etiam patre viuente, ut patet Exod. ca. 12. & vidi obſeruari, ꝙ curiales Ducis Calabriæ, & Vicarij generales Regis, etiam præſente Rege in regno, impunè portant arma, ſicut curiales dñi Regis. An autem quādo Dux Calabrię, & primogenitus emit feuda, requiratur aſſenſus Regis, vel ſufficiat, ꝙ ipſe contrahat? Dixi in l. Imperialē. in prin. in 11. char. de prohibita feudi aliena. per Federicū.

27 Quintò no. ex tex. ibi, milites, & filios militum. † ꝙ inter alia priuilegia, quæ habent milites, & eorum filij eſt hoc priuilegium, ꝙ impunè per ciuitates poſſunt portare arma prohibita alijs portari. Et eſt ratio, quia arma portando, non facit rem illicitam, ex quo portat id, de quo eſt inueſtitus. Nam ut dicit Bal. in c. 1. 5. col. quid ſit inueſtit. Sūt ſex neceſſaria, vt quis dicatur miles. Primò requiritur, ꝙ non ſit negotiator, ut in l. 1. C. nego. ne milit. lib. 12. Secundò, quòd examinetur, ſi ſit aptus ad militiam, ut in l. 1. C. qui milit. non poſſunt, lib. 12. Tertiò, quòd præſtet ſacramentum, quòd mortem pro republica non euitabit, vt in l. milites. ff. ex quibus cauſis maio. ſicut hodie iurant Cardinales ſanctæ Romanæ eccleſiæ, prout ego vidi eos iurare. & hac ratione attenta, talis miles non poteſt admitti ad ordinem clericalem, vt habetur in c. ſi quis poſt. 5. diſt. & not. Abb. in c. fi. de cleri. coniug. ergo ſi nō iurauit, nec exercet ſæua, poteſt admitti ad ordinem clericalem, ſm eum ibi, per c. 1. de milite vaſallo, qui arma belli. depoſuit. Quartò in brachijs ſignatur, ut in l. 3. C. de fabricen. lib. 11. Quintò, ꝙ enſis cingitur, arg. ff. de teſta. mil. l. filiusfa. Sextò ſcribitur in libro, vbi ſcripti ſunt alij milites. ff. de teſta. mil. l. ex eo. Et de iſtis militib. loquitur iſta cōſtō, & iſti ſunt qui habent priuilegia militum, ſm gl. in d. l. milites. ff. ex quibus cauſis maiores, & ſimilis gl. eſt in Auth. de mand. princi. §. fi. Quid dicendū hodie de militibus, quos Reges, Imperator,

peratoꝛ,& Papa faciunt, qui nõ obſeruant prædicta,prout
28 eſt communis vſus. verum † iſti milites facti ſine dicta ſo-
lennitate gaudeant hoc priuilegio, de quo in iſta conſtitu-
tione,& alijs priuilegijs militaribus? Ego dico,prout dicit
Cy.in l.j.in 6.q.C.de iur.& facti ignor. vbi dicit,ꝙ ex quo
principes mundi dicta requiſita non obſeruant,ſed ſolum
ſeruãt ponere galeã in capite, cingere enſem,& ponere toꝛ
quẽ in collo:pro quo facit j.diſt c. ius militare.& alius mi
les calcaria deaurata in pedib.calciat. dicit Bal.in d.l.mili-
tes, ꝙ in iure nihil dr de calcaribus. Illud ergo iuſm & ſi-
gnũ in brachijs principes mundi non obſeruant, ſed ſi fiat
miles à Papa,benedicitur:ſed qñ fit à principe ſeculari,nõ
benedicitur. patet in pontificali de benedictione militis.
ſufficit ergo,ꝙ taliter factus miles vacet armis, vt in l.mili
tes.& ibi per Luc.de Pe.C.de re mil.li.12. & paratus ſit p
defenſione reip.vel ciuitatis,vel Regis,vel domini ſui artẽ
militarem exercere:iſte dr verè gaudere priuilegio militũ.
Quia iſta noua inſignia ſucceſſerũt loco veterum inſignio
rum,ſm Bal.in l.1.in fi.C.qui bo.ced.poſ.ſecus dicendum
eſt de illis militib.ſic factis,non exercentibus artem milita
rem, ſed potius vacantib. ſtudio literarũ vel negociationi-
bus,vel ſtant in ſedili otioſi, iſti non gaudẽt priuilegijs mi
litaribus,ut dicit Cy.vbi ſupra.Inde dicit Bar. in l.filiusfa.
§.veterani.ff.de proc. ꝙ tales milites, qui vadunt per pla-
teas,& non ſunt in caſtris,poſſunt eſſe procuratores. ſed il-
li,qui militant in caſtris,non,vt in l.ſi militem.C. de proc.
& dicit Ioan.And. in nouella,in prin.de ſent.exc.c.cum de
ſideres.ꝙ milites,qui fiunt in Italia, nulla ſolennitate præ-
miſſa, non ſunt veri milites, quem ad hoc allegat Abb.in
c.in noſtra.vlt.col.de procu.& Cy.vbi ſupra, & vide ĩ Spe.
de procu.§.j.ver.itẽ quid eſt miles.Quod facit cõtra quoſ-
dã Doctores legum & canonum,qui non contenti inſigni
bus doctoralib.volunt ẽt inſigniri dictis inſignijs militari
bus,& vacãt ſtudio legalis ſapientiæ. nam non debẽt gau-
dere dictis priuilegijs militaribus: quia dicit Bal.in l.fi.in
29 princ.7.col. de iure delib.ꝙ milites debent † eſſe periti in
armis,& non in legib. & pro hoc bonus tex.in l.fi.C. loca.
vbi dicit tex.milites autẽ appellamus eos, qui tam ſub ex-
celſis magiſtris militũ tolerare noſcuntur militiam, ꝗ qui
in xj.deuotiſſimis ſcholis taxati ſunt, nec non eos,qui ſub
diuerſis optionib. fęderatorum nomine ſunt decorati. Et
idem tenet Bart.in l.milites.ff.ex quib. cau.ma.dum ſe re-
mittit ad Cy.in d.6.q.& dicit Bal.in d.l.milites.eo.ti. mili
tes hodierni,qui ſic fiunt vt ſupra dixi: ex quo habent ſupe
rioris auctoritatem,ſunt veri milites, ſed eorũ militia non
eſt priuilegiata,intelligo de militibus, qui non militant, vt
ſupra dixi.De alijs priuilegijs militum,maximè circa teſta
menta,vide per Bal.in l.milites.C.de teſta.mil.& per Bart.
in l.neq; enim.ff.eo.ti. Item contra militem non fit execu-
tio vltra quã facere poſſit, vt in l. miles.ff.de re iud.& ibi
tanguntur per Imo.alia priuilegia militum. Sextò nota ex
eo.tex. ꝙ priuilegium militare patris tranſit in filium, ut
hic. Idem dicimus de priuilegio immunitatis,ut tranſeat
ad poſteros maſculos, vt in l.j.ff.de iure immun.Idem dici
mus, ut priuilegium militis patris ordine ſanguinis tran-
ſit ad filios, vt in l.j.C.de priuil.eius,qui in ſacro pala.mil.
30 † idẽ dicimus de nobilitate, vt tranſeat ad omnes deſcen-
dentes,ſm Bar.in l.1.in fi.C.de digni. & hoc de conſuetu-
dine,licet de iure tranſeat vſq; ad pronepotes, vt in l.diuo
Marco.C.de quæſt.fallit, niſi deſcẽdens veniret ad pauper
tatem,& feciſſet artes viles,& idem ſi feciſſet mercantias,
ſm Bald.in l.nobiliores.C. de commer.& mercat.Idem ſi
trãſiret ad monachatum.27.q.2.c.ſcripſit.no.gl. in c.1.de
purga.cano.Idem ſi exercet artem ruſticam, vel aliam vilẽ
artem,vt in gl.in c.quæ contra.24.q.1.& in l.ne quis.C.de
dig.li.12.firmat hoc Iac.de Aluar.in c.1.quis dicatur dux,
comes,vel marchio. Sed quæro de quæſtione, quæ fuit de
facto,vtrum ſicut hæreditas tranſit in fratrem,non exiſtẽti
bus filijs maſculis,& ſic in collateralem,ita nobilitas ſedi-
lis,quæ erat in perſona defuncti collateralis, trãſeat in col
lateralẽ eius hæredem? Nobiles de ſedili Nidi vnanimiter
congregati tempore meo dubitauerunt de hoc: & omnib.
nobilib. congregatis, fuit cauſa commiſſa quinq; nobilib.
militibus dicti ſedilis,qui habito conſilio à plurib. docto-
ribus iudicauerunt, ꝙ ex quo probata eſt antiquitas nobili
tatis in perſona aſcendentis dictorum collateralium, licet
non probetur, niſi de nobilitate collateralis mortui: tran-
ſit nobilitas, ſicut transfertur hæreditas, dummodo hæres
ſit nobilis,& nobiliter viuat. Et pro hoc ego allegaui Bald.
in l.petitionem.C.de aduoc.diuerſ.iud. vbi dicit iſta verba
formalia.no.in verbo,vſq; ad quartum gradum,ꝙ nomine
31 ſuorum,† non continentur tranſuerſales,niſi vſq; ad quar-
tum gradũ.& ad hoc ſępe allegatur per Gul.de Cu.Item ta
le priuilegium æquipollet naturæ, vt dicit Bal.in l.ſiue poſ
ſidetis.C.de prob.& ſic tranſit nobilitas vſq; ad quartũ gra
dum in linea trãſuerſali, ſm Bal.ibi. & pro hoc facit,quod
dicit Ang. in Auth.ut liceat matri & auiæ.§.1.in fi. vbi dr,
ꝙ ſi ſunt plures fratres ex eodem patre nati, quorum vnus
per ſnĩam ſit pronũciatus ciuis Peruſinus, ꝙ per iſtã ſnĩam
intelligũtur pronunciati oẽs fratres ciues Peruſini. Fuit di-
ctum,ꝙ nobilitas antiqua tranſit in agnatos,ẽt ꝙ illi eſſent
in millesimo gradu, & omnes ſunt deſcendentes ex primo
ſtipite nobili,vt dixit Bal.in feud.in c.1.de feudo march.et
pro hoc vr glo.in l.ſtemmata.ff.de gradib.& iſta dr natura-
lis nobilitas,ſm Io.An.in c.venerabilem. de pręb. nam no-
bilitas à parentib. deriuatur,ſm Bal.in l.fi. C.de ſer.fug. Et
ideo ſi nobilis defunctus nouiter fuiſſet receptus, eius fra-
ter non ſuccederet in illa nobilitate,quia nobilitas nõ tran
ſit cum hæreditate in tranſuerſalem hæredem, nec ſequi-
tur, frater fuit receptus pro nobili in ſedili,ergo & eius fra
ter,quia nobilis in vno loco nõ eſt nobilis in alio loco, niſi
recipiatur,ſm Bar.in l.1.C.de dignita.li.12.& no.Prępoſi.
S.Ambroſij in c.per venerabilem. §.presbyter. qui fil. ſint
32 leg.† Et priuilegium perſonale non egreditur perſonam.
l.1.ff.de conſt.princ.& in regula,priuilegium. lib.6. & per
Bar.in l.ætatem.ff.de cenſib. & per Io. de Imo.in l.maritũ.
ff.ſol.matr. cum concor. Hoc verum, niſi militaret eadem
ratio in fratre hęrede,ſicut in defuncto,uel maiore,de quo
per Fel.in c.quanto.de iudic.& per Bal.in l.1. C.de diuerſ.
reſcript. Cætera de materia nobilitatis, dic vt per Iaco. de
Aluar.in d.c.1.§.1. quis dicatur Dux,Comes,vel Marchio.
& per Fel.in c.ſuper.lo ſecondo.de teſtibus.& in c.cũ adeo.
in fi.de reſcrip.& Barth.Veronenſem in trac.de nobilitate.
Ludo.in ſingul.ſuis, in verbo,nobilis. & per Abb.Sic.in d.
c.venerabilis. Sed iterum quæro, dicitur hic, ꝙ filij militũ
ſunt priuilegiati, quomodo intelligitur iſtud verbum filij,
an extendatur ad nepotes,& alios deſcendentes? Dic quòd
non, quia conſtitutio indulget filijs, ut contra ius poſſint
arma portare,non intelligitur de nepotibus,& alijs deſcen
dentibus,ſecundùm Bar.in l.liberorum.in 2.col.dum alle-
gat. l.ſed & milites.§.1.ff.de excuſ.tuto. & C. de quęſtio.l.
milites. facit etiam,quod dicit ibi in 2.col.dicens,ꝙ quan-
do lex diſponit aliquid,eo quia filius,tunc non trahitur ad
33 nepotem.ſed priuilegiũ, vt filius militis poſſit arma porta-
re,eſt conceſſum,quia filius militis,ideo non tranſit ad ne-
potem,qui non eſt filius militis,quia ad nepotes non tran-
ſit illa qualitas filiationis. Et pro hoc bene facit tex. in l.2.
ff.de excuſ.tut.vbi ex ſignificatione ſumpta à voce, non eſt
idem eſſe filium & nepotem. Idem no.Inſti. qui dare tuto.
poſſunt.§.fi. Item ſtatuta locorum ęquiparantur ſtipulatio
nibus,ut no.in rubr.C.de decretis decur. nam fiunt per in-
terrogationem & reſponſionem.l.1.ff.de legib.Sed ſtipula
tio eſt ſtricti iuris, & non recedimus à verbis legis. l.quic-
quid aſtringendæ.ff.de verb.obl. ſub iſta permiſſione facta
filijs, non venit nepos. hoc argumento vtitur Bal. in 3.uol.
conſ.incipiente,verba ſtatuti. Et credo,ꝙ tale priuilegium
tranſit etiam ad filios militum peditum, quia illi etiã ſunt
milites,dummodo à publico ſint conducti, & ſcripti in li-
bro aliorum militum peditum, vt infra dicam in ſequen.
notab. Septimò no.ex tex. ibi, quòd ex quo iſta conſtitu-
tio permiſit portare arma equitantibus per loca inhabi-
tata pro ſuis negocijs, dummodo ſtatim cum ſint in lo-

cis habitatis,deponant arma: videtur probibuiſſe alijs non
34 equitantibus.& † ſic ille,qui vadit pedeſter per loca inhabi-
tata,non poteſt portare arma probibita. & idem vẽ dicere
tex.& ibi Andr.in c.1. §.mercator. de pace tenen. vbi dicit,
ꝙ mercatori licet per loca periculoſa portare arma, dum-
modo alliget enſem in ſella animalis, ſiue ſit iumentum,
vel mula, vel aſinus, ſiue ſit ibi ſella, ſiue barda, ſiue ſit
quodlibet aliud animal aptum ad equitandum: & ſi vadit
in vehiculo, ponet enſem in vehiculo, quo ipſe portatur:
ergo nullus pedeſter poteſt arma portare per iter inhabita-
tum: licet ergo equeſtri,quod non licet pedeſtri. ſic in mul-
tis ſit differentia inter pedeſtres & equeſtres, ut patet in l.
reſtituendæ.§.licentiam. C.de aduoc.diuer.iudicum. ſic ẽt
inter magiſtratus habentes merum & miſtum imperium,
& pedaneos iudices,qui nõ cognoſcunt,niſi de paruis cau-
ſis,puta de duobus aureis,ut in l.fi. C.de pedaneis iudicib.
& not.Spec.in tit.de iuriſd.omn.iud.§.1. ver.infimi. Sic ẽt
ſit differentia inter milites equeſtres & pedites: nã de eque
ſtribus militib.loquitur tex.in l.1. C.de equeſtri dignit. &
peditib.militibus loquitur tex.de apparitoribus magiſtro-
rum militum.l.1.& 2.C.de offic.magi.mil.l.1.ff.de re mil.
l.non omnis.§.1.in quibus patet,ꝙ milites pedites dicun-
tur etiã milites, qñ ſunt ſalariati à publico. In dictis iurib.
ad differentiam dictorum peditum ſcribitur equiti militi,
quia iſti equites milites ſunt maiores peditib.militib.Octa
35 uò no.ex tex.ibi, enſes deponant.† ꝙ licet de iure Authenti
corum,ut in Auth.de armis,non ſit licitum tenere arma in
domo: tamen in regno per iſtam conſtitutionem non eſt
prohibitum tenere arma offendibilia in domo,etiam bur-
genſibus: & ſic no. differẽtiam, ꝙ aliud eſt tenere in domo,
aliud ſecum ferre: ſic etiam differt inter ferri & portari.
nam ferri eſt,quod ſuo corpore baiulat: portari uerò eſt ea,
quæ quis iumento ſecum ducit, ut dicit tex.in l.ferri. ff.de
verb.ſig.ſed in veritate portare quis dicitur,dummodo ali
quo medio licet ſine iumento.ſic dicitur,ꝙ Chriſtus dolo-
res noſtros ipſe portauit.ſ. per eius incarnationem de Spiri
tuſancto, & eius paſſionem, & reſurrectionẽ, ut dicitur in
c.cum Marthæ.§.ex eo.de cele.miſſ. & facit illud, filius nõ
portabit iniquitatem patris. 1.q.4.c.Iudæi.cum concor. An
iſti priuilegiati in portatione armorum, ſi portant arma ad
malefaciendũ,& hoc conſtat,poſſint puniri? Dicit hic And.
ꝙ ſic,per l.fi.C.de præpo.ſacri cubicu. ibi,ad nullius læſio-
nem. vnde ſi hoc conſtat,licet nõ ſecutum malum, poſſunt
iſti tales puniri,quia iſtud priuilegium debet ſtrictè intelli
gi,videlicet quãdo portant arma ad nullum malum, quod
36 tene menti. † Sed quomodo conſtabit, ꝙ portant arma ad
malè faciendum? Dicit hic Andreas, ꝙ poterit conſtare, ſi
dixit,quãdo equitabat,uel qñ miles portabat arma,ꝙ por-
tabat arma, quia volit offendere talem, vt gl.in l.Fulcinius.
§.quid ſit latitare.ff.ea quib.cauſ.in poſſeſſ.eat.vel aliter ex
cõiecturis & indicijs poterit conſtare,quòd portabat arma
ad offendendum talem.Nonò no.ex tex.ibi,ſi quidem Co-
mes fuerit, ꝙ pœna pecuniaria magis punitur delinquens
cæteris paribus ille, qui eſt in maiori dignitate, quàm ille,
qui eſt in inferiori dignitate: de quo vide hic gl.in verbo,
ſi quidem Comes. Et idem dicimus, ꝙ magis punitur no-
bilis,quã burgenſis,& magis burgenſis, quàm ruſticus. ad
idem ſupra in conſtitutione,cultus iuſtitię.& vide in c.qui
contra.24.q.1.vbi dicit gloſ. ꝙ ſi pœna eſt pecuniaria, vel
ſpiritualis: ſemper maior pœna imponitur nobili, quàm
ignobili, & glo. allegat multas concordantias. & pro hoc
facit,quia honor aggrauat reatum,ut in l.1. C.vbi ſenato-
res vel clariſſimi.& C.de conduc.& proc.præd.fiſca. & Di-
uus Auguſt.l.1.lib.12.& in l.presbyteri.& ibi Bal.in 4.col.
C.de epiſc.& cler.Et no.Gandinus in tit.de pœnis, percuſ-
ſionibus & inſultu.verſic.item quæro,an pari pœna.Et pro
hoc eſt glo.notabilis in c.cum quidam.de iureiur. quę alle
37 gat optima iura pro & contra. & hæc eſt gl.1. ſed in † pœ-
na corporali mitius punitur nobilis, quàm ignobilis,vt pa
tet per Bal.in l.3.in 5.not.C.de ſum.Trin. & pro hoc l,hac
edictali.§.1.in gl.de pace iur.firm.& tenet gl.in d.c.cũ qui-
dam.& patet in l.fi. ff.de ſepul.vio.hinc dicit Bar.in l.deſer
torem.§.1. ff.de re militari. ꝙ nobilis pro delicto decapita-
tur,ſed ignobilis ſuſpenditur,quæ mors per ſuſpendium in
Italia eſt ſatis vituperoſa,ſecundùm eum ibi. Et de iſta ma-
teria,an & quando plus puniatur nobilis, quàm ignobilis,
vide optimam diſtin.Iac.de Belu.& Iaco.de Rauenna, quã
refert Alber.de Roſ.in l.presbyteri.C.de epiſcop.& cler.&
Bal.in c.1.§.ſi quis temerario.de pace iur.firm.& per Arch.
& Io.And.in nouella,in c.2.de offic.dele.lib.6.& Fel.mul-
tùm copioſè in d.c.cum quidam.Et ideo ad eum me remit
to: & ad quotas,per eum ibi allegatas. Sed ultra eum alle
go tex.in c.quiſquis.2.q.8.ibi,habita tamen dignitatis æſti
matione.vbi gl.dicit,ꝙ mitius punitur cõſtitutus in digni-
tate,quàm alter.facit l.fin.C.vbi ſena.vel clariſſimi.& vide
38 hic glo.in verbo,ſiquidem Comes.† Decimò no.ex tex.ibi,
Baro.quòd Comites,& Barones,qui non ſunt milites, non
gaudent priuilegio militum: nam vides hic, quòd Comi-
tes & Barones puniuntur ex portatione armorum, & non
milites: licet in vſibus feudorum feudatarij vocentur mi-
lites,vt in c.ſi qs miles.i.feudatarius,Imperator Lotharius.
cũ ſim.Vndecimò no.tex.ꝙ ſi ruſticus nõ poteſt ſoluere pę-
nam pecuniariam à lege ſtatutam, debet deputari operib.
publicis ad tantum tempus, quantum veriſimiliter de ope
re ſuo ſatisfactum ſit dictæ pœnæ. & pro hoc bene facit l.
fin.in fi.de ſepulc.viol.& l.1.de pœ. & ff.de iuriſd.omn.iu.
l.ſi quis id quod.§.in ſeruos. & ff.de in ius voc. l.fin. Aliud
ergo dicendum eſt, ſi pecunia debetur ex contractu: quia
tunc ſi non poteſt ſoluere cedendo bonis, non debent ma-
cerari in carcere,per totum tit.C.qui bonis ced.poſſ.& no-
tat Inn.in c.Odoardus. de ſolutio. Et idem tenet Iac.Butr.
in d.l.ſi quis id quod. & ibi vide Alex. in 2.col.& pro hoc,
ꝙ ſi debitor ex cauſa ciuili non poteſt ſoluere debitum, nõ
debet puniri in corpore: allego bonum text.in l.nã is.ff.de
dolo. vbi propter inopiã debitoris inanis eſt actio, & iſtud
eſt unum de priuilegijs paupertatis, ut dicit ibi gl. alia pri-
uilegia paupertatis, de quib. libera nos Domine, vide per
Luc.de Pen. in l.fin. C. de his qui numero libero. ſe excuſ.
39 lib.10.† In dubio autem nemo præſumitur pauper, quia
quilibet præſumitur induſtrioſus, vt C.arbit.tut.l.ſi deſun
ctus.& C.an ſeruus ex ſuo facto. l.ſi vt allegas. qui ergo al-
legat paupertatem,debet ipſam probare ſecundùm Lucam
in d.l.fin. & idem ſi allegat diuitias, ſi hoc ſibi prodeſt ſe-
cundùm eum ibi. Et qualiter probabitur paupertas, uide
Bart.in l.ſi conſtante. in princ.in 2.q. ff.ſol.matr. de iſto ar-
tic.remitto me ad Alex. ibi in 9.colum. & ad Bald.in l.vbi
adhuc.in 10.colum.C.de iureiuran. & per Bald.& Ang. in
l.ſi verò.§.qui pro rei qualitate.ff.qui ſatiſd.cog. & Ang.in
l.in eadem.de rei vend.& Archid.8.diſtinct.c.quo iure. &
Paul.de Leaz.in l.quod pauperibus.C.de epiſc.& cler.vide
Bal.in auth. id quod locutu. vlt.col. C.de collat. Sed iuxta
hoc quæro,quis intelligatur ruſticus? Dicit hic Andr.in 4.
40 col.ꝙ dicitur † ille,qui ruralia opera facit, etiam quòd habi
tet in ciuitate.ſed Barto. in l. conficiuntur.§. codicilli.ff.de
iure codic. aliter dicit,videlicet, quòd ruſtici dicuntur oẽs
illi,qui habitant extra muros ciuitatis,vel caſtri: tamen idẽ
intelligimus de caſtro, vbi non eſt comitatus, vbi non eſt
copia hominum. allegat l.1. vt ruſtic. ad nullum obſequi.
deuo.lib.11.& ibi Lucas de Penna dicit,quòd ſi burgenſis
habitet extra vrbem, vel in ſuburbijs, intelligitur ruſticus,
ſi ruralia colit.ff.de verb.ſig.l.in lege.& ꝓ hoc eſt tex.in cõ
ſtitutio.proſequentes. & ibi glo.in verbo, villanus. dicitur
etiam ruſticus,qui etiam ſi in vrbe habitet,opera ruralia fa
cit pro hoc.ff.de leg.3.l.ſeruis urbanis.in prin.& §.1. & ſe-
quen.& ff.de ſupell.leg.l.quemadmodum.& C.de prędijs
minor.l.ſi prędium.Et ſic videtur,quòd Andreas melius di
xit quòd ex opere ruſticali iudicatur ruſticus, ſiue habitet
in rure,ſiue in ciuitate. Itẽ quæro,an ruſtico,ſi uadit eque
ſter liceat portare arma,ſicut burgẽſi? Dicit hic And.quòd
non: quia ruſtico, nec equitando, nec pedeſter licet arma
portare, ut in §. ſi quis ruſticus. de pace tenenda. Iterum
41 quæro, quid † ſi burgenſis habitat in rure, non arans,

nec

nec faciens opera ruſtica, an iudicetur ruſticus? Dicit hic
And. ꝙ iſte non appellatur ruſticus, ſed ſi pro maiori parte
anni habitaret in rure, ſecundùm opinionem Bart. diceretur
ruſticus: ſecus ſi habitaret pro recolligendis fructibus,
& aptandis rebus ſuis, ut dicit tex. in l. 1. §. 1. & in gl. in uer
bo, maneat. & ibi etiam Bar. ff. de lib. agnoſ. & Bar. in l. 1. §.
habitare. ff. de his, qui deiece. vel effunde. facit cle. cauſam.
in verbo, communiter. de elect. & quod no. Bal. in l. ſi quis
ad declinandam. C. de epi. & cle. ver. nunc breuiter venio.
in 7. char. Duodecimò nota ex tex. ibi, executioni mande-
tur. ꝙ magiſter iuſtitiarius, & iuſtitiarij in regno cogno-
ſcunt de portatione armorum, & ipſi poſſunt exequi pœ-
nas pro portatione armorum contentas in hac conſtitutio
ne: ſunt tamen aliqui iudices, qui poſſunt cognoſcere, &
42 non exequi, ut ff. de re iud. l. à diuo Pio. in fi. & qui † poteſt
criminaliter, ſeu corporaliter cognoſcere & punire, poteſt
& pecuniariter: ſed non econtra, qui poteſt ſolùm pecunia
riter punire, non poteſt corporaliter in defectum pœnæ pe
cuniariæ, ſecundùm And. hic in fi. hic eſt quędam apoſtilla
Bart. de Capua, qui dubitat, utrum iuſtitiarius poſſit exe-
qui pęnas portationis armorum, ex eo quia apud iuſtitia-
rios non eſt procu. fiſcalis, ſicut eſt apud magiſtrum iuſti-
tiarium, & cauſa iſta debet tractari inter priuatum & pro-
cu. fiſci, & ſententia lata contra fiſcum in abſentia procura
toris fiſci non ualet, ſed pro fiſco ſic. ff. de iu. fiſ. l. ſi fiſcus. &
ff. de offi. procon. & le. l. nec quicquam. & no. in l. non intel
ligitur. §. diuus Adrianus. ff. de iure fiſ. & ſic iudicium clau
dicat, quod eſſe non debet, vt in l. ſi cum dies. §. vnde. de ex
cep. cum inter. ſed reſpondeo, ꝙ ſicut iudicium poteſt clau
dicare, quando agitur inter minorem & maiorem, quia ſi
ſententia lata eſt contra minorem, non valet, ſed pro mino
re ſic, ut in l. acta. § fi. ff. de re iudi. & in l. non ideo minus.
C. de pro. ita poteſt claudicare, quando eſt inter fiſcum &
43 priuatum. Iuxta hoc quęrit hic And. nunquid † appelletur
à ſententia, qua quis condemnatur ad pœnam portationis
armorum? Tu adde, ꝙ ab iſta conſtitutione non poteſt ap-
pellari, ſed à declaratoria, qua declaratur ipſum incidiſſe
in pęnam dictæ conſtitutionis, bene poteſt appellari, pro
hoc vltra And. allego gl. in c. cupientes. §. quòd ſi per 20. de
ele. lib. 6. in verbo, priuatus. vbi dicit, ꝙ à pęna legis, vel ca-
nonis non appellatur, ſed à declaratione iudicis bene ap-
pellatur. idem firmat Abb. Sicu. in c. ex literis. de conſti. in
gl. & in c. paſtoralis. de ſen. exc. & Spe. in tit. de iur. cal. §. fi.
& Alex. de Imo. in 2. vol. conſi. 188. incip. maturè digeſtis.
in 3. col. verſi. confirmatur. allegat Bart. & Ang. in l. fi. ff. de
app. recip. & l. ſi qua pęna. ff. de verb. ſig. & l. 2. §. exactis. ff.
de orig. iuris. nihil tamen ibi dicit de declaratoria iudicis,
ſed bene And. hic hoc firmat per rationes per eum addu-
ctas. faciunt ad hoc ea, quæ ſcripſi in c. 1. de feudo ſine cul
pa non amit. & in c. 1. quo tempore miles. & ſic dicendum
de ſententia lata in crimine læſæ maieſtatis, de quo tamen
per And. hic, & in c. 1. quæ ſint rega. in verbo, bona incur-
rentium crimen læſæ maieſtatis. 7. col. Et idem And. ſupra
in proę. iſtarum conſti. in 18. col. tangit, an poſſit appellari
ad Papam. Latius per eum de hoc in l. imperialem. §. pręte-
rea inter duos. de prohi. feu. ali. per Fed. In gl. 1. gl. ſummat
tex. & colligit notabilia. In gl. 2. quærit hic gl. quot modis
prouidetur vt maleficia nõ committantur. & dicit multis
44 modis. Primò † per impoſitionem pęnarum. vnde verſus.

Oderunt peccare boni, virtutis amore:
Oderunt peccare mali, formidine pœnæ.

Secundò, quia non eſt licitum in aliquibus delictis fieri pa
ctum de remiſſione criminis. gl. voluit allegare. l. ſi à reo. §.
illud quod vulgò. ff. de fideiuſſoribus. concordat tex. in l.
ſi unus. §. pacta quæ turpem. ff. de pact. Sed de iſta materia
dic vt in l. tranſigere. C. de tranſac. & per capitulum Regis
Roberti, quod incipit, vniuerſalis. char. 11. prouiſum eſt,
ꝙ de cauſis criminalibus nullum ſit compromiſſum ſine
regio aſſenſu. ſcilicet poſt li. conteſt. imò prohibentur offi-
ciales famoſos latrones & ſceleratos grauibus criminibus
componere pęna pecuniaria, ut patet in c. Regis Roberti,
quod incipit, ne peruerſo iudicio. char. 50. Tertiò prouide
tur per impoſitionem defenſæ, vt in conſti. iuriſgentium,
& ſequenti. Quartò prouidendo, ꝙ magiſtratus prouideat
de ſequeſtratione rei contentioſæ, ne partes ueniant ad ar-
ma, vt in l. æquiſſimum. per Bal. & alios. ff. de vſufruc. de
quo in l. ordinarij. C. de rei vendi. & in c. licet cauſam. de
prob. Quintò prouidendo de cuſtodib. quando dubitatur
de partu mulieris, vt in l. 1. ff. de lib. agno. Sextò prouideo-
do, ut non portentur arma, neq; per laicos, neq; per cleri-
cos, vt cõtra clericos arma portantes multum egregiè pro-
uiſum fuit per Regem Robertum in c. quod incipit, armo
45 rum vſus. char. 37. Septimò prouidendo † de officialibus
idoneis, quibus eſt cura prouidere, ne maleficia commit-
tantur, ut dicitur in fi. huius conſtitutionis. & 86. di. c. 1. &
2. & no. Spe. in tit. de offi. omn. iud. §. 1. in prin. Octauò pro
uidetur, ne fiant violentiæ ei, qui eſt in poſſeſſione, ut in l.
1. cum ſequen ff. ne vis fiat ei. & c. contingit. de do. & cont.
& patet de iure ciuili, in l. ui pulſos. & in l. inuaſor. & in l.
ſi quis in tantam. C. unde ui. infra in conſtit. uiolentias. &
conſtit. circa uiolentiarum. & in cap. Regis Caroli Primi,
quod incipit, ſubditorum noſtrorum. char. 4. Et ne fiant
violentiæ uiduis, pupillis, & miſerabilibus perſonis, pro-
uidet Rex Carolus Secundus, ad char. 27. Prouidit etiam
Rex Robertus, ne fiant uiolentiæ per perſonas eccleſiaſti-
cas ſubditis ſuis, vt in c. ad regale faſtigium, & ſunt multi
caſus, in quibus iudex ex ſuo officio habet prouidere, vt in
l. congruit. ff. de offi. præſi. & uide in Spe. in loco præallega
to. In glo. 3. in verbo, poſt exitum. dic ut dixi ſupra in glo.
46 2. In glo. in verbo, loricas. adde, quòd † lorica dicitur fer-
reum munimentum corporis: quod in vulgari dicimus co
ratiam. de iſtis loricis ſit mentio in auth. de armis. §. prohi
bemus. audio, quod antiquitus erat de corio crudo. In glo.
in verbo, deferre. hæc glo. allegat concordantias de iure
Romano ad probandum, ꝙ non licet arma portare. Dein-
de quærit, an per iſtam conſtitutionem corrigatur lex. 1.
& 2. ff. ad leg. Iul. de ui publica. vbi permittitur portatio
armorum, uidelicet cauſa itineris, uel nauigationis, uel ue-
nationis, uel commercij. Et dicit glo. quòd illa lex corrigi
tur per iſtam conſti. in duobus caſibus, ſcilicet inquantum
permittit cauſa itineris portare arma. hæc conſtitutio pro-
hibet pedeſtri, ſed equeſtri permittit. Item corrigitur illa
lex inquantum permittit cauſa nauigationis: ſed inquan-
tum permittit portare arma cauſa uenationis, tenet glo. ꝙ
non corrigitur per rationes per eam allegatas. & ſic com-
muniter tenetur, & obſeruatur. Idem dicit glo. ꝙ non cor-
rigitur per iſtam cõſtitutionem illa lex prima, inquantum
permittit portare arma cauſa negotiationis, & commer-
cij, non ad hoſtes populi Romani, per l. fi. C. quæ res expor
tari poſſunt. & uidetur tex. in c. 1. §. mercator. de pace te-
nenda. in vſibus feudorum. quem tex. allegat etiam glo. in
uerbo, ſi ruſticus. Et dicit, quod ita uetuſta conſuetudo eſt
interpretata iſtam conſtitutionem, ſcilicet, ꝙ per loca ne-
moroſa & pericuIoſa licet portare arma offendibilia, & ad
defenſionem. Et de iſta materia, in quibus caſibus licet por
tare arma, dixi ſupra in 2. notabili. In glo. in uerbo, curiali-
bus. gl. iſta uoluit allegare gl. in l. fi. C. de prępoſitis ſacri cu
bicu. l. fin. quæ ſecundùm unum intellectum dicit, ꝙ nobi-
libus licet arma portare: ſed ſecundùm alium intellectum
& ueriorem, non licet, quia tale priuilegium poſſet redun
dare in odium alterius, ſecundùm Lucam de Penna in l. 1.
4. col. C. ut armorum uſus. lib. 11. In glo. in uerbo, ſi qui-
47 dem comes. hic tangit quęſtionem, an † ſi delinquit in eo-
dem crimine exiſtens in nobilitate uel dignitate, & popu-
laris, puniatur eadem pœna, uel minuatur, uel augeatur in
nobili. de hac quæſtione dedi bonas remiſſiones ſupra in
nono notabili. In glo. in uerbo, ruſticus. dic vt dixi ſupra in
vndecimo notabili. In glo. in uerbo, deludunt. an ſemper
iudex pauperem delinquentem, qui non poteſt ſoluere pę
nam, debeat punire in corpore? vide quæ dixi ſupra in 11.
notabili. In glo. fin. dic ut dixi ſupra in 12. notab. hic non
ſunt alia.

ANNOTATIO.

a Militiæ.] Adde videndum, quæ habentur per Alex. in l. Centurio. col. 1. ff. de vulg. & pup. Baiius.

De intrantibus regnum, vt arma deponant. Rub. X.

QVONIAM in conſtitutione præcedenti dictum fuit, ꝙ burgenſibus per loca inhabitata licet arma portare, ita ꝙ ſi poſtmodum applicuerint in loco habitato, ſtatim debent deponere arma. Quid ſi exterus intrat regnũ cum armis, & vadit per loca habitata armatus: an ligetur conſtitutione præcedenti? Et de hac quæſtione ibi non erat dictum: ideo ſequitur hic rubrica de intrantibus regnum, vt arma deponant.

SVMMARIVM.

1 *Conſtitutio regni, exteros & aduenas conſtitutionem regni ignorantes non ligat.*
2 *Conſtitutio principis per modum priuilegij emanans ſtatim ligat publicata.*
3 *Interdicto an ſupponantur, qui tempore delicti commiſſi abſentes erant.*
4 *Bannum generale publicatum in ciuitate omnes in eadem exiſtentes afficit.*
5 *Ignorantia probabilis à pœna nouæ conſtitutionis excuſat, ſed non à pœna iuris communis.*
6 *Forenſis, qui magnam moram traxit in regno, non excuſatur allegans ignorantiam conſtitutionis.*
7 *Statutum regni ſuper gabellis ſoluendis, an liget forenſes.*
8 *Exterus regnum intrans, de ſtatutis regni debet ſciſcitari.*
9 *Irregularis non efficitur celebrans excommunicationẽ ignorans. Animus attenditur in contrahenda irregularitate.*
10 *Ignorantia non excuſat eum, qui peritiores conſulere potuit.*
11 *Presbyter videns latronem ſi acclamauerit, & latro occiſus fuerit, an ſit irregularis.*
12 *Scientia præſumitur, ſi fama publica probetur.*
13 *Ignorantia iuris municipalis excuſat.*
14 *Conſtitutio an poſſit ignorantes ligare.*
15 *Conſilium malum habens à perito excuſatur.*
16 *Ignorantia punitur, quæ eſt cauſa peccati.*
17 *Remiſſio quando fieri debeat ad iudicem loci delicti commiſſi.*
18 *Exteri quando ligentur conſtitutione regni prohibente arma portare.*
19 *Forenſes banno in ciuitate emiſſo ab officiali non ligantur niſi eis nunciatum fuerit.*

HOMINAS. Conſtitutio regni, quæ prohibet omnibus deferre arma ſub pœna, ligat etiam exteros intrantes regnũ cum armis, ſi probari poterit, ꝙ habuerunt notitiam de dicta cõſtitutione. Et ad euitandum hanc præſumptam ignorantiam, ut hic, & in l. verius. ff. de proba. 82. di. c. propoſuiſti. circa fi. ſtatuit Imperator, vt officiales regni, ſtatim, cum exteri intrat regnum, eis notificare debeant dictam conſtitutionem prohibitiuam portationis armorum: & quòd debeant arma deponere, dum ſunt in ciuitate, vel in villis ha-
1 bitatis. h. d. No. primò ex tex. ꝙ conſtitutio † regni non ligat exteros, & aduenas à regno ignorantes cõſtitutionem regni, quia ſic voluit hic Rex in hac ſua cõſtitutione. regulariter enim ignorans non delinquit, vt ff. locati. l. ſi ignorans. & l. s. C. ne ſan. bap. ite. & l. generali. C. de tabul. li. 10. l. quicunq;. C. de ſer. fug. l. ſuper ſeruis. C. qui militare non poſſunt. li. 12. ff. quod vi aut clam. l. hoc interdicto. Et ignoranter delinquens non poteſt excõicari, ſm Inn. in c. nouit.

de ſent. exc. regulariter aũt ignorantia facti præſumitur, ut in regula, præſumitur. li. 6. & ibi ſunt concordantię. & in l. verius. ff. de proba. Et an & qñ ignorantia excuſet delictũ, vide gl. in l. reſpiciendum. §. delinquunt. ff. de pœn. & Dy. in regula, iuris igno. in 6. & Flo. in l. regula. ff. de iur. & fac. ig. & in c. per tuas. el 3. de ſim. per Io. de Ana. & Abb. Sic. in c. apoſtolicæ. vbi dr, quia tpe ſuſpenſionis ignari celebraſtis diuina, vos reddit ignorantia probabilis excuſatos. de cle. exc. miniſt. & Fel. in c. 2. in prin. de excep. & Bal. & Bar. in l. genero. ff. de infamib. dicit tñ Ang. ibi, ꝙ ſi Imperator uoluiſſet ꝙ dicta conſtitutio imponens pœnam portantib. arma ligaret exteros ignorantes dictam cõſtitutionem, poſt eius publicationem elapſis duob. menſib. vt per Auth. vt factæ nouę conſti. potuiſſet hoc facere, allegabat Comp. Sed conſtitutio inferioris ab Imperatore hoc non potuiſſet facere ſm eum ibi: & de iſto dicto Aug. referentis Compo. memor fuit And. Barb. in conſi. 8. inci. ſcribitur pręclare. in 4. col. ſed non allegauit ibi Compo. hoc dicentem. Et ſcias
2 ꝙ † conſtitutio principis emanans per modum priuilegij ſtatim ligat, cum eſt publicata, vt eſt glo. ſing. in cle. dignũ. §. decęterum. de celeb. miſ. & in cle. archiepiſcopo. de priui. ſm And. Barb. in cõſi. 33. inc. clementiſſimi Dei patris. vlt. col. Item ſcias, ꝙ allegans ignorantiam conſtitutionis non auditur, niſi dilucidè ignorantiam probabilem probaret ſm Inn. in c. 2. de conſt. & non craſſam, & ſupinam, vt in l. interdum. §. licet. & §. diui. ff. de pub. hoc firmauit Ab. Sic. in conſi. 35. in 1. vol. quod inci. facti contingentia. & idem dicit D. Fran. Zab. in conſi. 33. incip. lite in Romana curia. & in conſi. 40. Et adde prædictis Alb. de Roſ. in rub. C. ne filius pro pat. vlt. col. vbi ponit qõnem. Pone, ꝙ vniuerſitas ſuppoſita eſt interdicto, nunquid tali interdicto ligent̃ abſentes tpe delicti commiſſi, & illi, qui contradixerunt, ne delictum committatur? Et arguit ad partes: & concludit,
3 ꝙ quò ad † mundum ligantur interdicto, ſed non quò ad Deum & animam, vt ibi latè per eũ, & non allegat Comp. quibus adde gl. Io. And. in data ſexti libri, vbi dicit, ꝙ licet conſtitutio principis liget poſt duos menſes à tpe publicationis, tñ hoc habet locum, qñ in ipſa conſtitutione aliud nõ cauetur, tunc illud eſſet ſeruandum, ꝙ in ipſa cauetur. ſufficit ergo ſm eum, ꝙ publicatio nouæ legis ſit facta in loco inſigni, tunc ligat ignorantes exiſtentes in alio loco, quia habet uniuerſalem iuriſdictionẽ, vt in Papa. vel olim in Imperatore habente uniuerſalem iuriſdictionem in toto mundo. hoc expreſsè firmat Ho. in ſum. de conſti. §. qñ. in princ. Sed conſtitutio inferioris à principe, vel principis habentis iuriſdictionem in regno ſuo, & non extra regnũ, vel alicuius epi, indiſtinctè non ligat abſentes nõ ſubditos ignorantes, licet præſentes & ſubditos, poſtquam eſt publi-
4 cata, vt firmat Ho. in d. §. qñ. † Et ſic intelligitur, ꝙ bannũ gñale publicatum in ciuitate afficit oẽs exiſtentes in ciuitate, licet alleget aliquis ignorantiam, vt in auth. qua in prouincia. C. vbi de cri. agi opor. & in Auth. vt oẽs obe. iud. prouin. §. præterea. col. 6. Et hoc firmat Gnff. Beneuen. in ſuis libel. ſub rub. ſi quis ius di. nõ obt. Sed ſi vellet probare ſubditus, ꝙ tpe publicationis banni ipſe erat diu ante & poſt abſens à ciuitate, dẽt audiri, quia tunc non allegaret ignorantiam craſſam, & ſupinam, vt ff. de inſt. l. ſed ſi popillus. §. proſcribere. & l. fi. ff. de dec. ab ord. fac. l. plenum. C. de ex cu. tut. Et hoc verum intellige, ſi tale factum cõtentum in conſtitutione vel in banno non erat prohibitum per alias terras, & ciuitates, per d. l. fi. & per c. vt animarum. de cõſt. li. 6. & ibi Io. And. & Domi. & doc. in l. fi. §. licet. ff. de pub. & Bal. in l. 1. in 2. col. de ſum. Tri. ſecus ſi eſſet factũ prohibitũ à lege ciuili, vel canonica, tunc non excuſatur allegando ignorantiam conſtitutionis. Quod verum intellige, ꝙ
5 † non excuſatur à pęna iuris cõis: ſed bene propter probabilem ignorantiam excuſatur à pęna nouę conſtitutionis, ſicut eſt in conſtitutione præcedenti, quæ ſub pęna prohibet arma portari per loca habitata: licet. n. de iure communi non imponatur illa pęna, de qua in conſtitutione præcedenti, ideo per iſtam conſtitutionem, quò ad pœnam, non

ligantur

ligantur forenſes, & exteri à reguo, ut dicunt Ioan. And. &
Dominicus in d.c. ut animarum. & hanc opinionem tenet
Do. Ant. in c. 2. de coſti. dicens, q forenſis ignorans ſtatu-
tum imponens pœnam nouam in actu prohibito de iure
commoni non ligat forenſem ignorantem. ſuper hoc ta-
men uide Fely. in d.c. x. de conſti. in 3. col. verſi. tertia con-
cluſio. ſtaturom prohibens factum damnarum, vbi recitat
5 contrariam opi. & licet Bal. in d.l. 1. in 10. col. videatur te-
nere cõtrariom: tu tene primam opi. quia uidetur æquior,
licet de iure fortè contraria opi. ſit verior, quia dabat ope-
ram rei illicitæ à principio. Sed ad hoc poſſet reſponderi,
quia non dicitur quis ſcire, niſi ſciat eius modum & quali
tatem: & ſic pęnam pro portatione armorum, vt in l. mul-
tum. ff. de condi. & demon. & ff. de acqui. hære. l. ſi quis ex-
6 traneus. §. fi. † Item prędicta procedunt, niſi forenſis traxe-
rit magnam moram in regno, tunc non excuſatur allegan-
do ignorantiam ſtatuti in regno, vt firmat Alex. in 4. volo.
conſi. 86. incip. viſa inquiſitione. allegat c. 1. de conſti. li. 6.
& in l. fi. ff. pro ſocio. & c. fi. qui matr. accuſ. poſſ. & hoc fir-
mat Bal. Pet. & Cy. in l. 1. in 10. col. verſi. circa maleficium
aliquid videamus. C. de ſum. Tri. ergo ſi non contraxit fo-
reoſis magnam moram in regno, & allegat ignorantiam
conſtitutionis ſuper ciuilibus impoſitionibus, excuſatur
de æqoitate, ſecondùm And. in c. 1. in 4. col. quæ ſint rega-
lia. Sed quæro, qoid ſi conſtitutio noua facta ſit ſuper eo,
ſoper quo non eſt prohibitum de iure, nec per alias terras,
an liget foreoſem ignorantem? Dicit Bal. q non, in l. ios ci-
uile. in fi. ff. de iuſt. & iu. uec etiam ligat quò ad pęnam, per
ea quæ ſupra dicta ſunt. & idem dicit in d.l. 1. in d. 10. col.
C. de ſum. Trin. & ad hoc facit id, quod dicit Florianus de
ſancto Petro in l. item Mela. in prin. ff. ad leg. Aquil. vbi di-
cit, quòd licitum eſt forenſi & peregrino allegare ignorao
tiam conſuetudinis, uel obſeruantię illius loci: remittit ta-
men ſe ad Bart. in l. 1. C. de ſum. Trin. & ad d.l. fi. §. licet. ff.
7 de publi. † Item quæro, an ſtatutum, vel conſtitutio ſuper
gabellis ſoluendis in regno ſub pęna perditionis rerum li-
get etiam forenſes eorum, ita quòd ignorantia allegata ha
beat eos excuſare à pęna perditionis rerũ? Dicit hic And.
q talia ſtatuta non oportet denunciare exteris, ſicut opor-
tet denunciare pęnam portationis armotum. Et ideo oon
poſſunt allegare ignorantiam, per d. l. fi. §. licet. ff. publica.
ut dicit And. in c. 1. in prin. in 4. col. quæ ſint regalia. Exte-
rus cum intrat regnum, ligatur lege regoi, qoæ fuit pro-
mulgata: potuit enim Rex, qui eſt moderator & arbiter io
regno ſuo, quantum ad res ſoas per ſuas conſtitutiones li-
gare & ignorantes, ſecundùm And. hic. bene facit ad hoc
id, qnod dicit And. infra in conſt. ſtatuimus. in fi. obi dicit,
quòd non licet extero allegare ignorantiam dictę conſtitu
tionis ad impediendum prorogationem iuriſdictionis ma
gnæ curiæ Vicariæ in primis cauſis ciuilibus, vt in iuribos
ibi per eum allegatis. & faciunt ad hoc ea, quæ ſupra dicta
ſunt in principio huius notabilis. Et dum eſſem ago præſi-
dens in regia camera, vidi exteros fraudantes dohanam, &
iura fundici, & alios diſtrictus regios allegantes ignoran-
tiam iſtorum diſtrictuum fuiſſe condemnatos ad perdi-
tionem rerum; & poſtea ſe compoſuerunt cum regia cu-
8 ria, quia † exterus cum intrat regnum, debet inqoirere de
ſtatutis regni, & nõ inquirendo, eſt in craſſa & ſupina igno
rantia, quæ non excuſat, ut ſupra dictum eſt: dicam etiam
infra. Item quæro de quęſtione, de qua ſæpius fui interro-
gatus: ecce io ciuitate Neap. ſuot conſtitutiones ſynodales
io archiepiſcopatu, inter quas eſt una, quæ dicit in effectu,
q nollus presbyter aduena poſſit celebrare miſſam in diœ-
ceſi Neapol. ſine liceotia archiepiſcopi, vel eius vicarij ſob
pęna excommunicationis latæ ſententiæ: quæ conſtitutio
omni anno publicatur io die Iouis ſancta. modò uenit pre-
sbyter aduena, & ſine licentia ignorans dictã ſynodalem
conſtitutionem celebraoit, an ſit excommunicatus, & irre-
gularis? Dicit Pet. de Anch. in c. 1. in ver. debeat. de conc.
9 præb. li. 6. referendo Lapum, q † irregularitas non contra-
hitur, ſi ignorans excommunicationem celebrauit, de cle.
excom. miniſtrante. c. apoſtolicæ. & idem dicit Io. And. ibi.
fallit, niſi ignorantia eſſet craſſa & ſupina, vt in Spe. de le-
ga. §. iuxta verbum. & in c. apoſtolicę. de cle. excom. miniſt.
cum concor. ibi allegatis. vnde ceſſante iſta ſupina ignorã-
tia, in caſu dobio interpretandum ſit, q non ſit contracta
irregularitas, vt dicit Inno. & Abb. Sic. in c. ad audientiam.
de homi. & Io. de Ana. ibi, Lapus & Pet. de Anch. in c. ſo-
let. de ſent. excom. li. 6. vbi dicit, quòd ſi excommunicatus
probabiliter ignorans excommunicationem celebrat, non
eſt excommunicatus, quia quò ad contrahendam irregu-
laritatem ius canonicum cõſiderat animum, ut dicit Abb.
in c. ſignificaſti. 3. col. de homic. pendet ergo deciſio huius
dubij ab eo, utrum ſit craſſa & ſupina ignorantia, ſi pre-
sbyter aduena non interrogat, cum venit Neapolim, de
conſtitutionibus ſynodalibus, quia dicit Bart. in d.l. gene-
ro. q quando quis allegat ignorantiam ad euitandum pę-
nam, niſi ſit admixta culpa, auditur: & irregularitas non
contrahitur ſine culpa, ut in c. lator. de homi. ergo ſi eſt cul
pa, non auditur allegando ignorantiam, vt in l. itaq; §. 1. ff.
de contrah. emp. Et ſi cum iſte presbyter aduena ſit in cul-
pa in ignorando de ſynodalibus, videtur, q ſit irregularis,
quia excommunicatus ipſo iure celebrauit. dicitur enim
in culpa ille, qui potuit præſcire, & noluit præſcire, vt no.
gl. in uerbo, ignorantiam. in c. innotuit. de elec. idem dicit
10 Bal. in l. 2. C. ad Maced. hinc dicimus, q † ſi potuit peritio-
res conſulere, & non conſuluit, ignorantia non excuſatur,
vt ff. de iur. & fac. igno. l. regula. §. ſed iure. & §. ſi quis. ff. de
bon. poſſ. l. in bonorum. ff. ſi quis ordo in bono. poſſ. ſerue-
tur. l. 2. §. fi. nam ille, qui debet inqoirere, & non inquirit,
non poteſt allegare ignorantiam, niſi conſtet de diligenti
inquiſitione. ideo dicebat Alex. de Imo. in conſi. 103. in 1.
vol. q imputatur extero, quare non perquiſiuit ſtatuta ci-
uitatis, ubi molta allegat, & incipit illod conſilium, viſis
ſcriptis. in 3. col. Secundò pro hoc facit quod dicit Ioan. de
Ana. in c. dilectus. vlt. col. de homi. q irregularitas contra-
hitur ex culpa, ſiue in committendo, ſiue in omittendo,
quæ aliquando contrahitur ſine culpa, vt in c. ſenteotiam.
ne cle. vel mon. Tertiò pro hoc facit illud, quod dicit Abb.
Sic. in c. ſigoificaſti. lo 2. de homi. vbi dicit, q quando non
agitur ad pœnam impooendam, ſed ut quis ceſſet à diui-
nis, debet quis iudicari irregularis; ſecus quando agitur,
vt puniatur de irregularitate, ſecundùm Inn. in c. 1. de ho-
mic. Quartò pro hoc facit illud, quod dicit Abb. in d. c. ſi-
11 gnificaſti. circa fi. obi dicit referendo Inn. & Ho. ibi, q † ſi
presbyter viſo latrone in domo ſua clamauit, ut capere-
tur, inde uenerunt uicini & amici, & illum occiderunt: q
ille presbyter eſt factus irregularis, licet non habuit ani-
mum ad mortem, quia lex promotionis cõſiderat actum,
vim, & uoluntatem. 15. q. 1. c. fi. & hoc ideo, quia cogitare
potuit, q ex hac acclamatione poterat ſequi homicidium,
licet Abb. ibi afferat hoc dubitando. Quintò adducitur, q
illa cẽſura eſt notoria, quia publicatur qoolibet die Iouis
ſancti; & ſic hæc ſynodalis eſt publica, no. c. 1. de poſtu. præ
la. c. qd diciris. 16. di. c. 1. qui matr. accu. poſ. & in d.l. ſed
ſi pupillus. §. proſcribere. ff. de inſtitor. & Dyo. in regula,
ignorantia. in 6. in 3. col. & ſic celebrando cõtra illam cen
ſuram notoriã, incidit in irregularitatem, ot in c. illud. de
cle. excom. miniſt. per Abb. vbi ſi ex ſola fama ſciuit ſe ex-
communicatum, & celebrauit, dicitur irregularis, quia
ſtante fama de aliquo facto, non licet allegare ignorantiã,
vt firmat Alex. in 1. vol. conſi. 26. 1 col. & in 2. volu. conſi.
12 107. io fi. & eodem vol. cooſi. 119. in 2. col. dicit, q † pro-
bata publica fama, præſumitur ſcientia. Sed ad hoc poſſet
reſponderi, quia & ibi ſciuit ex fama; ſed in caſu, de quo
quęritur, ignorauit conſtitutionem ſynodalem, ſed fuit in
culpa, quia non ignorauit de ſynodalibus, iuxta nota. per
Bar. in l. quod Nerua. ff. depoſiti. in repetitione. Sed in con
trariom facit, quòd celebrando contra conſtitutionem ſy-
nodalem ignorans non ſit excommunicatus, nec irregu-
laris, quia conſtitutio, ſi quis ſuadente. 17. quæſt. 4. excom-
municat verberantem clericum; & tameo ſi quis uerberat

clericum ignoranter, neſciens illum eſſe clericum, non in-
cidit in excommunicationem, ut in c. ſi verò. lo 2. de ſent.
excom. Secundò, pro hoc adducitur tex. in d. l. generali. C.
de tabularijs. li. 10. vbi dicit, ſcientiam, & nō ignorantiam
obligari volumus. cum ſuis concordantijs. Tertiò pro iſta
parte allego Abb. in d. c. 2. vlt. col. de conſt. vbi dicit, quòd
quando conſtitutio facta eſt in diœceſi, tunc forenſis alle-
gans ignorantiam dictæ conſtitutionis, ſufficit, ꝙ probet
abſentiam tempore publicationis ſynodalis à diœceſi, per
13 c. fi. in fi. de iureiur. & c. propoſuiſti. 82. diſt. † Quartò, iſta
ignorantia iſtius ſynodalis eſt ignorantia iuris municipa-
lis, & extra iudicium, ſed ignorantia iuris extra iudicium
habet excuſare, vt dicit Dyn. in regula, ignorantia. lib. 6. er-
go &c. Quintò, pro iſta parte facit id, quod dicit Abb. in d.
c. 2. de conſti. concordando opiniones, an quis pro leui uel
leuiſſima culpa poſſit criminaliter puniri, de quo per Cy.
& Bal. in l. ſi quis non dicam rapere. C. de epiſc. & cler. per
Bal. in c. 1. §. iniuria. de pace iuram. fir. & per Abb. in c. 2. de
conſti. in vlt. col. & in c. ſicut dignum. de homi. quod aut
pro culpa poteſt puniri ciuiliter, & non debet puniri cri-
minaliter: aut non poteſt puniri ciuiliter, quia non dedit
damnum, ſed ſolùm venit contra legem: tunc puniri de-
bet criminaliter pro modo culpæ, vt in l. reſpiciendum. de
pœnis. per Bar. Et ſic poterit dici, quòd iſte non ſit irregula-
ris, ſtante eius ignorantia: ſed debet puniri de culpa, quia
non inueſtigauit de ſynodalibus publicis. Ego verò ſemel
dubitaui, & tenui, quòd iſte presbyter ſic peccans per igno
rantiam petat ſe abſolui, & impetret diſpenſationem à Pa
pa de dicta irregularitate, motus vltra prędicta. nam dicta
ſynodalis excommunicat exteros venientes ad celebran-
dum Neapol. ſine licentia archiepiſcopi, & ſic publicè fit
dicta excommunicatio contra exteros ſine licentia cele-
brantes: nec punitur dolus, uel culpa: & ſic uideo eos etiá
ignorantes hac lege ſynodali ligari: ſed ego habeo, quòd
14 † conſtitutio, quæ vult ignorantes ligari, ligat: quo caſu ad
mittitur allegatio ignorantiæ: ſecus quando illa conſtitu-
tio puniret factum propter dolum. Iſtud eſt dictum pere-
grinum Abb. Sic. in c. ad falſariorum. in gl. in verbo, dixe-
rint. de crimine falſi. & firmat Bart. in l. diuus Claudius. in
princ. ff. ad legem Cornel. de falſ. & pro hoc bene facit id,
quod dicit Bal. in l. 1. in 2. col. ff. de legibus. vbi dicit, quòd
lex imponitur non ſolum ſcientibus, ſed etiam ignoranti-
bus, ſi talis ignorantia in ſe culpam habet, vel delictum: ſe-
cus ſi ignorantia non habet in ſe delictum, vt in d. l. fi. ff. de
decre. ab ordine facien. ſed iſta ignorantia habet in ſe cul-
pam, quia debuit inueſtigare, & non inueſtigauit, ergo &c.
& per iſta ceſſant omnia motiua in contrarium. ubi verò
potuiſſet probare, quòd ignorantia fuit ſine culpa, puta,
quia probat, quòd interrogauit aliquos, ſi poſſit celebrare,
eo quia presbyter non petijt licentiam à ſuo ſuperiore, &
fuiſſet ſibi dictum, quòd liberè poteſt celebrare: tunc talis
ignorantia excuſaret eum à tam graui pœna irregularita-
tis. & pro hoc bene facit in argu. l. 3. ff. ad Macedonianum.
Idem ſi unum virum expertum Doctorem interrogaſſet,
ſi poſſet celebrare, & ille dicit, quòd ſic, certè excuſaretur,
argum. l. ſi res pupillares. ff. de adminiſtratio. tuto. & dicit
Ange. in l. ſed ſi lege. §. ſcire. ff. de petitio. hæredi. quòd qui
15 † habet malum conſilium à perito, excuſatur. licet Bald.
in l. iuris. C. qui admit. dicat, quòd ad minus debent eſſe
duo. pro quo facit tex. in l. ſi auia. C. de ingen. & manumiſ.
quem ad hoc allegat Fely. in c. de quarta. 9. colum. de præ-
ſcript. quia non omnes Doctores ciuitatis Neapolis habēt
dictas ſynodales, & vidi aliquos in his grauiter peccare.
Sed poſtea melius conſiderando dico, quòd iſte presbyter
ignorans dictam ſynodalem celebrando non eſt excom-
municatus, nec irregularis. Nam dicit beatus Tho. in pri-
ma parte 2 q. 76. artic 2. quòd quis tenetur ſcire illa, ſine
quorum ſcientia non poteſt debitum actum exercere, vn-
de omnes tenentur ſcire communiter ea, quæ ſunt fidei,
& vniuerſalia iuris præcepta, & ea quæ ad ſuum officium
ſpectant. quædam ſunt, quæ quis tenetur ſcire ſicut con-
tingentia particularia, unde non imputatur ad negligen-
tiam, ſi neſciat ea, quæ ſcire non poteſt. & ideo dicebat Phi
loſophus quinto Ethicorum, quòd peccans per ignoran-
tiam, ſcilicet facti particularis, meretur ueniam. ſecus ſi
ignorat, quæ ſunt iuris, vt dicit beatus Thomas in ſecun-
da ſecundæ. q. 59. artic. 4. in reſpon. ad primum argumen.
16 † Item illa ignorantia eſt punibilis, quæ eſt cauſa peccati,
& quæ tollit ſcientiam prohibendi actum peccati, ſecun-
dùm Thom. in d. q. 76. articu. 2. & ſequen. ſed ignorantia
dictæ conſtitutionis non cauſat aliquod peccatum, ſecun-
dùm legem naturæ, nec ſecundùm legem diuinam, uel ci-
uilem, uel canonicam; meritò eius ignorantia non cauſat
peccatum, ut incurratur excommunicatio & irregulari-
tas. & habet locum dicta conſtitutio contra habentes no-
titiam de ea, & non contra ignorantes illa, quæ non ſunt
iuris, ſed facti: & tanto magis, quia dicit And. infra in con-
ſtit. violentias. quòd in foro poli non puniuntur niſi qui
ſciunt, & contra conſcientiam agunt, non autem ignoran-
tes. cætera de iſta materia remitto me ad Specu. in titu. de
conſt. §. 1. & ad Summiſtas. eo. tit. & ſcribentes in c. ut ani-
marum. de conſti. lib. 6. & ad ſcripta per Fely. in d. c. 2. de
conſti. Secundò no. ex tex. ibi, ſubiacebunt. quòd forenſes
delinquentes in regno puniuntur per officiales Regis ſe-
cundùm pœnas conſtitutionum regni, ut hic, & patet ſu-
pra in conſti. vſurariorum. ibi, etiam ſi extra regnum fue-
rit oriundus. & ſic ratione delicti ſunt de foro iudicis, ubi
commiſſum eſt delictum. & pro hoc eſt tex. de iure com-
muni in l. 1. C. vbi de crimi. agi opor. & in auth. qua in pro
uincia. eo. tit. quæ fuit ſumpta ex auth. vt omnes obediant
iudic. prouinciarum. §. & hoc conſiderantes. collat. 6. & 3.
q. 6. c. 1. vbi eſt bona glo. & vide in ſequentibus capitulis
per totam illam cauſam. & eſt bonus tex. in c. 1. de rapto-
17 ribus. & ibi glo. allegat concordantias. & † debet fieri re-
miſſio ad iudicem loci delicti, quando iudex loci, vbi com
miſſum eſt delictum, petit, quòd ſibi fiat remiſſio delin-
quentis, ut dicit ibi glo. & patet in d. auth. qua in prouin-
cia. & plenè per Abb. Sicu. in c. fi. de ſo. compe. & Albe. de
Roſa. in d. l. 1. vbi de crimi. agi opor. ponit quæſtionem de
forenſe, qui commiſit homicidium, puta, in regno, & fuit
citatus, & bannitus per contumaciam, vtrum iudex do-
micilij poſſit contra eum procedere, & condemnare ad
mortem. de qua quęſtione dic, vt ibi per eum. & vide Abb.
Sic. in d. c. fi. vbi ponit quatuor effectus, qui ſequuntur ex
delicto forenſi commiſſo in territorio alieno, ut ibi per
eum. Sed quæro de hac quæſtione, quæ ſæpius contingit,
Epiſcopus alicuius ciuitatis deliquit in ciuitate Neapolis,
vtrū Archiepiſcopus poſſit ipſum excommunicare, quan-
do citatio apprehendit eum, dum erat Neapoli, vbi deli-
quit, & fuit contumax: ſed ſi deliquit Neap. & aufugit, an
poſſit Archiepiſcopus ipſum citare? Dic ut per Abb. in d. c.
fi. 3. col. & in c. Romana. §. contrahentes. de ſo. comp. lib. 6.
dic, ꝙ gl. eſt, quæ dicit, ꝙ ſic. 3. q. 6. c. 1. Idem tenet Arch. in
6. c. 2. de conſti. & glo. 92. diſt. c. ſi qui epiſcopi. & Inn. in c.
cum in eccleſia. de maio. & obe. Ho. in ſum. de ſen. excom.
§. quis poſſit excommunicari. Idem firmat Abb. Sic. in d. c.
fi. in 2. col. allegat etiam Io. And. in mercu. in regula, cui li-
18 cet. lib. 6. & Io. Cald. in d. c. 1. de raptoribus. † Tertiò nota
ex tex. ibi, nolumus exponi. ꝙ exteri tunc ligantur pęna ſta
tuta per conſtitutionem Regis prohibentem portare ar-
ma per loca habitata, quando poterit probari, quòd ha-
buit ſcientiam dictæ conſtitutionis, uel fuit per officialem
aliquem Regis ſibi expoſitum, ꝙ arma non deferat in re-
gno, quia prohibitum eſt per dictam pręcedentem conſti-
tutionem, tunc non poteſt allegare ignorantiam dictę con
ſtitutionis. Et ſi dicta expoſitio facta non fuit per officialē,
ſed per aliū, credo ꝙ ſufficiat, ſi per alios, quia dicta expoſi
tio fit ad effectum excludendi ignorantiam dictę conſtitu
tionis. & nō ut illa expoſitio ſit de forma, ita ꝙ ſi non fiat,
non liceat probare ſcientiam dictæ conſtitutionis, vt patet
ex tex. ibi, quæ ſi ſcienter attulerit, expoſitio officialis ideo
fit, ut excludatur allegatio ignorantiæ. & pro hoc bene facit

id, quo l

id, quod dicit Ioan. And. in mercur. in regula, non eſt ſine culpa. in 3. col. lib. 6. q; illud non dicitur eſſe de ſubſtantia ſine quo aliquando poteſt eſſe actus. & firmat Fely. in c. cũ dilecta. 4. colũ. de reſcriptis. hæc expoſitio fit ad excludendum illam præſumptionem iuris, quòd forenſis non præſumitur habere notitiam ſtatutorum regni, uel ciuitatis, ut in c. fin. qui matrimonium accuſare poſſunt. 42. diſt. c. propoſuiſti. & in glo. in verbo, probatus. Bartol. in d. l. 1. verſi. ſecundo quæro. de ſum. Trinita. & in repetit. l. quod Nerua. ff. depoſiti. 8. col. & in l. omnes populi. in fi. ff. de iuſti. & iure. & Alex. in 3. volum. conſi. 101. incipiente, ex inſpectione dictorum ſtatutorum. in 2. colum. In gl. 1. dic vt dixi ſupra in 2. not. in gl. in verbo, exponi. no. iſtam glo. q;
19 forenſes † non ligantur banno emiſſo in ciuitate ab officiali; niſi ab officiali fuit eis nunciatum per iſtam conſtitutionem. pro qua facit ſecundùm glo. in d. l. fin. de decret. ab ordi. facien. Sed in contrarium facit d. l. fin. §. fin. de publicanis. vbi non imputatur officiali, ſi non inſtruxit tranſeuntem de ſtatutis ſuper ſolutione gabellarum. pro ſolutione gloſ. remiſit ſe ad Goffr. Beneuentanum, in libello, ſi quis ius dicenti non obtemperauerit. tu dic, prout ſupra dixi in primo notab. In glo. in verbo, inductas, aliàs indictas, id eſt prohibitas, vt patet in rubro & nigro. C. de indicta viduitate. exponitur tamen iſtud verbum indicere pro eo, quod aliquam rem ſecretam detegere oſtendit, ut in l. vnica. ibi, indicetur. C. vt nemini liceat in emptio. ſpecierum. lib. 10. Ideo dicitur in c. 1. de iuram. calumn. q; in cauſis ſpiritualibus canones non indicant, id eſt, non dicunt, debere iurari de calum. Interdum indicentes purgationẽ propter infamiam, dicit tex. in c. veniens. in fi. de accuſ. id eſt, condemnantes ad purgationem. Et ſic diuerſimodè capitur hoc verbum, indicetur. ſequitur rubrica.

De pœna eius qui contra aliquem arma extraxit. Rub. XI.

QVIA in præcedenti titulo dictum eſt, quòd exteri intrantes regnum, debent deponere arma: quoniam in regno ſtatuta eſt noua pœna vltra ius commune portantibus arma in locis habitatis: verùm quia ſunt aliqui inobedientes, qui contra iura per ſacras regni conſtitutiones portant arma prohibita, & illa offendendò extrahunt cum intentione percutiendi, vel occidendi aliquem, ſed non percutiunt, vel non occidunt. Et de pœna, in quam iſti tales extrahentes arma, & non percutientes vel occidentes incidunt, non erat dictum. Ideo ſequitur hæc rubrica. Et intellige iſtud verbum extrahere latè, & non ſtrictè: ſiue extraxerit enſem de vagina animo percutiendi, ſiue arma tollit de domo, vel de alio loco ad offendendum, & facit inſultum cum armis, vt eſt tex. in l. ſi iactum. ff. de act. emp. & c. inter opera charitatis. de ſponſal.

SVMMARIVM.

1 *Aſperitas magna dicitur, cum affectus nullo effectu ſequuto punitur.*
2 *Affectus in voluntate ſolùm conſiſtens, & in nullum actum boxiens non punitur.*
Affectus non punitur in delictis grauioribus.
3 *Cenſuræ eccleſiaſticæ non incurruntur ſolo affectu.*
4 *Iudex mitiùs punire debet delictum attentatum, quàm conſummatum.*
5 *Delictum attentatũ non ita punitur ſicut iam conſummatum.*
6 *Statutum principis caſum verum & non fictum requirit.*
7 *Animus occidendi verbis prolatis probatur, & ex coniecturis.*
8 *Animus ex euentu declaratur.*
9 *Voluntas nedum in delictis ſpectatur, ſed etiam exitus & euentus.*
10 *Locus patientis potius attenditur in delictis puniendis, quam locus agentis.*
11 *Baliſtam contra aliquem tenens paratam & non proijciens qualiter puniatur.*
12 *Pœna creſcere debet contumacia creſcente.*
13 *Inſultum faciens cum armis contra duos ſimul; an debeat duplicatam pœnam portationis armorum ſoluere.*
14 *Ludens ad azardum cum pluribus perſonis unica pœna punitur, ſtante ſtatuto, quòd &c.*
15 *Condemnatio pecuniaria à iudice facta compoſitio quædam vocatur.*
Facinora in perſonis & non in facultatibus ſunt punienda.
16 *Aurum ſi placeat, vitium non longè abeſt.*
17 *Ratio naturalis eſt legis clypeus optimus.*
18 *Inſultatus poteſt licitè arma extrahere pro ſui defenſione.*
Moderamen inculpatæ tutelæ qualiter intelligatur.
Moderamen in rixa conſiderari non poteſt.
19 *Arma extrahens in dubio animum maleuolum habere præſumitur.*
20 *Iudex quando & quibus licentiam arma portandi concedere poſſit.*
21 *Inquiſiti de delictis cauſam commiſſi delicti ſemper colorare nituntur.*
Timor ſolus armorum offenſa dicitur.
22 *Metus iuſtus per quid cauſari dicatur.*

ASPERITATEM. Diuiditur in tres partes. In prima narrat ius commune; quod vult, vt ſi quis gladium ſtrinxerit, & cum eo percuſſerit indubitatè occidendi animo, id eum admiſiſſe, ſcilicet præſumitur: quòd ſic tenetur lege Cornelia de ſicarijs, etiam q; mors ſecuta non ſit, vt dicitur in l. 1. ff. ad leg. Corneliam de ſicarijs. in 2. parte: ibi, interpellationem. dictum ius commune intendit tex. iſte lenire, id eſt ipſam aſperitatẽ mitigare, & ideo ſtatuit in perpetuum, q; ſi quis extraxerit arma contra aliquem, nec ipſum læſerit, puniri debet duplicata pœna, qua puniunt portans arma ſm diuerſitatem qualitatis perſonæ, prout dicitur ſupra in conſti. intentioni. In tertia parte ibi, nec indignè. ponit rationem; quare iſta conſtitutio ſtatuit dictam duplicatam pœnam in extrahente arma, & non percutiente: & dicit, q; ratio eſt iſta: videlicet, ille, qui extraxit arma, & nõ percuſſit: dupliciter deliquit. Primò, in portãdo arma vetita. Secundò, quia quando extraxit arma contra aliquem non prouocatus, publicauit ſuum animum maleuolum in offendendò eum, cuius animus nõ poterat apparere per ſolam portationem armorum, cum talis portatio armorũ poterat colorari, ſcilicet quòd portabat arma gratia ſe defendendi, cum timeret inſultum alicuius ſui inimici, & in ſumma hoc intendit: Affectus in delinquendo, non ſecuto effectu, mitius punitur. vel ſic: Ille qui extraxit arma contra aliquem animo offendendi eum, & non percuſſit, punitur pœna portationis armorum: & illam pœnam iterum ſoluere debet pro extractione armorum. vel ſic & tertiò, magis clarè. Habens aĩum percutiendi, vel occidendi eũ armis, ſi extraxerit arma, vt percuteret, uel occideret, nec pcuſſit, nec occidit: ſi eſt Comes, punitur pœna decẽ vnciarũ: ſi Baro, vnciarum octo: ſi miles, vnciarũ ſex: ſi burgẽſis, vnciarum quatuor: ſi ruſticus, vnciarum duarũ & ideo ponitur in tex. put dixi in diuiſione. No. primò ex
a tex. a ibi, aſperitatem, q; † magna aſperitas eſt, q; puniatur
1 affectus ad percuſſionẽ, & ad homicidiũ faciendũ: licet nõ ſit facta, vel factũ: ac ſi percuſſio, vel homicidiũ eſſet facta, vel factũ, vt vult ius cõmune: & ſing. l. 1. §. diuus. ff. ad leg. Cornel. de ſicarijs. ad idem l. is qui cum telo. C. eod. tit. & in l. ſi quis non dicam rapere. C. de epiſc. & clericis. glo. in l. 1. §. generaliter. ff. de calomn. gloſ. in capitulo penult. de renunciatio. cum concordantijs, quæ ſolent allegari ad

hoc uide Feli.in c.1.de præſump.ſuper hoc Lucas de Pen.
poſuit longam diſtinctionem in l.2. C. de curſu publ.lib.
12.& idem dixit Hoſt.in ſum. de pœnis.§.quibus.& Arch.
17.q.1.§.ſi ergo. & quæ dixi c.1. de eo qui interſecit frat.
do.ſui. & hæc regula de iure communi habet decem fal-
lentias. Primam, niſi ante actus conſummationem ille affe-
ctus ad delictum cum inceptione delicti permutatus ſuit
in uoluntariam pœnitentiam, ut in l.qui ea mente.& in gl.
ff.de furtis.& in l.qui falſam.ff.de falſis.hoc uoluit Domi-
nic.de ſancto Gemi.in c.gratia. in fi.col.1.q.1. hoc uoluit
etiam Abb. Sicu.in c.1.de eo qui mitti. in poſſeſ. cauſa rei
2 ſeruandæ.verſi.ex prædictis. † Secundò fallit, niſi effectus
ſolùm conſiſteret in uoluntate, & non perueniſſet ad ali-
quem actum: puta, ſi quis dixiſſet, & iuraſſet ſolus, quòd vult
committere delictum contra Regem, & nihil aliud feciſ-
ſet, tunc non punitur iſte affectus. ſecus ſi cum alio ſic di-
xiſſet, vt firmat And.de Iſer.in c.1.§.ſi voluerit.& infra di-
xi, de capita.qui curiam vend.per l.cogitationis pœnam.ff.
de pœ.& firmat Alb.de Roſ.in 2.parte ſtatutorum.q.168.
inci.Cy.quærit. & Sali.in d.l.is qui cum telo.& Card.Flo.
in cle.1.in 3.q.de pœ.& c.1.in 3.q.de vſur. & Bal.in l.non
ideo minus.in 7.col.in 6.q.C.de accuſ.Tertiò fallit in deli
ctis non grauioribus, quia affectus non ſecuto effectu non
punitur, ſicut punitur delictum conſummatũ, ſecundùm
Bar.in d.l.ſi quis non dicam rapere.in 2.col.ibi, quid enim
conatus obfuit, ſi iniuria nullum habet effectum.& in glo.
in l.præſenti. in verbo, cogitatione.C.de his qui ad eccle.
confu.& firmant Are.& Aug. in tract.de maleficijs.in ver-
3 bo, veſtem cœleſtem abſtulit.† Quartò fallit in cenſuris ec
cleſiaſticis, quia vt in illas incidatur, requiritur factum cõ-
ſummatũ, ut dicit Card.Flor.in c.requiſiſti.in fi.de appel.
& idem Card.in cle.1.§.ſi quis.2.q.de rebus eccl.non alie.
Quintò fallit, quando agitur ciuiliter, quia in factis ciuili-
bus conatus non punitur, ſicut ſi eſſet effectus ſecundùm
Bal.in l.ſi conſtiterit.C.finium regundorum.& idem tenet
Saly.in d.l.is qui cum telo. Sextò fallit, quia delictum at-
tentatum non per actum facti, ſed per actum verbi mitius
punitur.l.1.§.fi.ff.de extraord.crimi. Septimò fallit, quia
iudex ſemper mitigabit pœnam in delicto, ubi uenit impo
nenda pœna capitis, ſi illud delictum fuit attentatum, &
non conſummatũ, ſecundùm Bal.in d.l.ſi quis non dicam
rapere. in pen.col.ſecundùm Guliel.de Cu.per l.hodie.ff.
de pœ.& idem dicit Bal.in l.& ſi ſeuerior.1.col.C.de infa-
mibus. & Saly.in d.l.is qui cum telo.per tex.in l.aut facta.
§.euentus.ff.de pœnis. Octauò fallit, niſi pœna imponi de-
4 beat à iudice, & ſic non punitur pœna ipſo iure: nam † tunc
ſemper iudex mitius debet punire attentatum, quàm con-
ſummatũ, ſecundùm Io.And.in c.perpetuæ.de ele.in 6.&
in regula, in pœnis.in mercu.li.6. & idem dicit Bal.in l.da-
ta opera.in 16.col.C.qui accuſa.non poſſ.& Abb. Sic.in c.
cum in cunctis.§.clerici.de elec.& alleg.Io.And.in mercu.
in regula, odia.in ſexto.Idem Bal.in l.qui autem operas, de
infamibus. & firmat Alex.in 1.volu.conſi.111.incip.pon-
deratis verbis. in 3.colum.dum allegat l.1.C.ſi quacunq;
præditus poteſtate &c. Nonò fallit, niſi attentatum ſit per
actum remotum, & non per proximum, tunc ſemper mi-
tius punitur, ſecundùm Bal.in d.l.ſi quis non dicam rape-
re.& in d.l.data opera.16.col.verſi.item nota.Decimò fal-
lit in actione legis Aquiliæ, ubi plus conſideratur factum
quàm animus, vt in l.item Mela.§.ſed ſi plures.ff.ad legem
Aquiliam. & voluit Bart.in l.ſi in rixa.ff.de ſica. Secundò
5 no.ex tex.ibi, lenientes. quòd vigore † huius conſtitutio-
nis non punitur delictum attentatum, ſicut punitur deli-
ctũ conſummatum. Nam ſiquis animo occidendi extra-
xerit arma, & non occidit, pecuniariter punitur pœna du-
plicata pro portatione armorum, & ſic derogatur iuri per
iſtam conſtitutionem: & ſic etiam huic iuri derogatur per
conſtitutionem ſequentem, ſi quis aliquem. vbi percu-
tiens armis prohibitis animo occidendi non punitur.l.
Cornel.de ſicarijs, ſed ſolùm punitur pœna manus, cum
qua percuſſit. Immo de conſuetudine generali etiam in
atrociſſimis delictis iudex nõ ita grauiter punit delictum
non conſummatũ, ſicut conſummatũ, ut dicit Spe.in titu.
de accuſatore.§.1.verſi. ſed pone. & Bal.in l.ſi fugitiui.C.
de ſeruis fugiti.& Bar.ff.de ſica.in l.1.§.diuus.& Saly.in l.
ſi quis cum telo.ad leg.Corne.de ſica.& idem dicunt Pan.
& Lud.Rom.in l.1.in fi.ff.quod quiſq; iuris.vide quæ dixi
in conſt.mala noxia.Idem dicimus, ſi pœna imponitur pro
delicto per ſtatutum, ut intelligatur dictum ſtatutum in
6 delicto conſummato, & non in attentato, quia † ſtatutũ re
quirit caſum uerum, & non fictum.l.3.§.hæc uerba.ff.de
neg.geſt.& ibi per Bart.& propterea dicebat Bart.in d.l.1.
ff.de ſica.quòd per Italiam non punitur delictum attenta-
tum, & non conſummatũ, ſicut punitur cõſummatũ, quia
per Italiam puniuntur delicta, ſecundùm ſtatuta, quæ vi-
gent in partibus. Idem dicit Ioan.de Imo.in c.1.ff.de præ-
ſump.& in l.1.ff.de publ.iud.& Bal.in l.& ſi percuſſio.§.ſi
appetitus.in prin.ff.ad Syllan. & Alex.in 1.volu.conſi.15.
incip. niſi proceſſu inquiſitionis. in 2.col. & in l.1.§.hæc
uerba.ff.quod quiſq; iuris.ubi dat multas remiſſiones. Et
ego dixi in d.c.1.§.ſi uoluerit.de capita.qui curiam uendi-
dit. Sed iuxta hoc quæro, qualiter poterit conſtare de ani-
mo occidendi; quando fecit inſultum extrahendo arma,
7 & non occidit? Dicit hic And. quòd † iſte animus poterit
probari per teſtes, qui audiuerunt eum dicentem, quòd uo
lebat illum occidere, cui adde id, quod dicit Bal.in rub.C.
de fi.inſtru.8.col.vbi dicit, quòd animus probatur ex ver-
bis prolatis. Inde dicitur in Eccleſiaſt.c.27.ſicut ruſticatio
de ligno oſtendit fructum illius: ſic verbum ex cogitatu
hominis. accedunt ad hoc multa, quæ ad hoc allegat Lu-
cas de Penna in l.fi.C.de prædijs curialium, lib.10.& quæ
habentur in c.ex literis.de ſponſalibus.no.in l.Labeo.ff.de
ſupel.lega.Bald.in d.c.1. de contentione inter me & vaſal-
lum de portione fratris. Item animus poterit probari per
eius confeſſionem, quando interrogatur à iudice, ſi ha-
buit animum occidendi: tunc de iure communi veniret
puniendus pœna legis Cornel.de ſica.vt ſupra dictum eſt.
Item animus probatur ex coniecturis, vt in l.1.cum gl.C.
de ſicar. & no.glo.in l.Fulcinius.§.1.ff.ex quibus cauſis in
poſſeſſionem eatur. & glo.in l.apud Celſum, in principio.
8 ff.de doli exceptio.no.Alex.in 2.volu.conſi.140.† Item ex
euentu declaratur animus, ut dicitur in præſenti conſtitu-
tione. & no. Barto. per illum tex.in l.ſi concubina.§.ſi res
amoras.ff.rerum amotarum.multa iura ad hoc alleg. Pau.
de Caſt. in conſi. 17. in 11. col. Item præſumitur animus
ſecundùm actum iuratum, ut eſt tex.in l.poſtliminium.§.
captiuus.ff.de captiuis & poſtlimin.reuerſ. Item probatur
animus ex uerbis & factis præcedentibus, gl.in l.apud Cel
ſum.in princip.ff.de donat. Item per circunſtantias.glo.in
clem.1.de homi. Item ab effectu, ut dicit Bal.in proœ.di-
geſtorum, circa finem. ſed per ſtatuta Italiæ & generalem
conſuetudinem non punitur affectus, niſi ſecuto effectu,
ut ſupra dixi.& hoc probat etiam iſta conſtitutio. Ex qui-
bus infertur quòd hodie in regno ſi inquiſitus confitere-
tur, quòd extraxit arma, ut eum occideret, uel aliter con-
ſtaret de animo occidendi, & non fuit ſecutum homici-
dium: quòd non puniretur pœna mortis, de qua infra in
conſtitutione, terminum uitæ. & hoc firmat hic Andreas,
9 quia † in delictis non ſolùm ſpectatur uoluntas, vt in l.qui
iniuriarum. ff. de iniurijs. ſed etiam ſpectatur exitus, &
euentus, ut in d.l.aut facta.§.euentus.ff.de pœ.Et ideo dice
bat hic And. quòd ſi quis tenebat baliſtam paratam cum
ſagitta, ut interficeret Titium, & proiecit dardum, ſed
non percuſſit eum, vel percuſſit, ſed eſt vulnuſculum: ta-
men per eum non remanſit, quòd non punietur, nec pœ-
na manus, nec pœna mortis, niſi fuiſſet aſſaſſinus, ut di-
cit Ange in l.1.§.hæc uerba.ff.quod quiſque iu.ſed punie-
tur alia pœna. & allegat gloſ. hoc dicere in conſtitutione
ſequenti. ſed profectò nulla eſt ibi glo. quæ dicat de bali-
ſta: ſed bene eſt glo. quæ dicit, quòd pro vulnuſculo non
imponitur pœna manus, ſed alia pœna, ſcilicet iniuria-
rum, vel de vi publica. & ad hoc credo, quòd Andr. alle-

gauit illam glo. Et iſta deciſio Andreæ facit pro deciſione
illius quæſtionis. Si exiſtens in vno territorio cum arcu,
vel baliſta, traxit ſagittam contra aliquem exiſtentē in alio
territorio, & illum occidit, ꝙ iudex illius territorij, vbi ſa-
gitta percuſſit, cognoſcit & punit, & non iudex illius terri
10 torij, vbi baliſta traxit ſagittam: † quia magis attenditur
locus patientis, quàm locus agentis. l. palam. ff. de ritu nup.
Item quia qñ baliſta traxit, delictū non erat conſummatū
in loco patientis. de qua tamen quæſtione per Bal. & alios
in auth. qua in prouincia. C. vbi de cri. agi oportet. & per
Bal. in l. 1. §. in initio. ff. de offi. præfec. vrb. & per Albe. de
Ro. in 4. par. ſtatutorum, char. 174. Bar. in l. libellorum. ff.
de accuſa. Flor. in l. ait lex. ff. ad l. Aquiliam. per Ioan. And.
in regula, in obſcentis. in mercu. per Dy. in l. iuriſperitos. §.
cum oriundus. ff. de excu. tut. & per Bal. in d. l. ſi quis non
dicam rapere. dixi in c. 1. §. iniuria. de pace iura. fir. Itē ſen-
tit hic And. vnam quæſtionem. aliquis tenebat baliſtā pa-
ratam cum ſagitta, vt traheret contra aliquem, pœnitentia
ductus non proiecit, qualiter punitur? Et dic ꝙ punitur pę
na dupli, qua punitur portans ſolùm arma, nihil tamen al-
legat. videtur ergo And. ꝙ actus tenendi baliſtam aptā ad
11 proijciendam ſagittam ſit idē, quod extrahere arma. † Sed
meo iudicio non eſt idem extrahere arma contra aliquem
& tenere baliſtam paratam contra aliquem, & non proij-
cere ſagittam: bene fateor, ꝙ vterque tenetur de vi publi
ca; quia ſufficit terror baliſtæ, ut ſit facta vis, vt in l. 3. §.
qui armati. ff. de vi & vi arma. & iſta pœna confunditur cū
pœna portationis armorum, ut ſentit gl. in conſtitutione
ſequenti. Tertiò no. ex tex. ibi, duplicatā pœnam. ꝙ pro-
pter extractionem armorum in inſultum contra aliquem,
licet nulla ſecuta ſit læſio, augetur pœna delicti pro porta-
tione armorum, quia illa pœna duplicatur, ſm qualitatē
perſonæ: ſemper enim ſm delictum grauius eſt primo,
ut dicit glo. & ibi dictum fuit ſupra in conſtitutione, incō-
ſutilem. in verbo, voluit agnoſcere. hinc dicit hic gl. ꝙ pp
multiplicationem delicti multiplicatur pœna, ut patet in-
fra in conſti. ſequenti. & infrà in conſti. magiſtros. in 3. lib.
& ff. de pœnis. l. capitalium. §. ſolent. & §. graſſatores. & C.
de ſeruis fugi. l. quicunque. in gl. & ibi per Albe. de Roſa.
12 no. Inno. in c. nouit. de iudicijs. † Hinc dicimus, quòd con
tumacia creſcente, debet creſcere pœna, ut in c. qm̄. in fi. vt
lite non conteſt. & l. relegati. ff. de pœnis. quam ad hoc al-
legat Alb. de Roſ. in l. eos. C. de modo mulctarum. freqnē-
tia delicti inducit contemptum, ut dicit Io. de Imo. in cle.
1. in uerbo, ſcienter. de ſepultu. allegat ad hoc B. Augu. de
doctrina Chriſtiana. & ex delicti iteratione, licet reiterare
pœnam. C. de Epiſ. audi. de qoo tamen Spe. in tit. de con-
tumacia. §. nunc dicamus. ver. ſed pone iudex. & delictum
reiteratum in plus punitur, ut in d. conſtitu. magiſtros. &
in c. ad abolendam. §. illos. de hæreti. & in l. 3. §. ſi plures. ff.
de re mili. quæ iura pro cōcordanti allegat gl. 25. q. 2. c. ita
nos. dūmodo proprio delicto fuerit punitus, & correctus,
vt in l. capitalium. §. non ſolut. ff. de pœn. & firmat Fulgo-
ſius in conſi. 157. inci. ſuppoſito ſtatuto. in 3. col. & ſic in-
telligitur illud, quòd bis delinquēs dr incorrigibilis, ut di-
cit Domi. in c. 1. de vi. & hone. cle. lib. 6. Iuxta hoc quæro
de quadam quæſtio. de qua vidi dubitari. vnus iuuenis ro
buſtus armatus armis prohibitis inſiluit contra duos ami-
cos inermes, extrahendo arma contra eos, ſed illos nō læ-
13 ſit: † quæritur an iſte, qui fecit dictum inſultum, extrahen-
do arma, debeat bis ſoluere publicatam pœnam portatio-
nis armorum, quia contra duos extraxit, uel ſemel tm̄ de-
bet ſoluere multiplicatam pœnam. Videbatur, quòd ſolū
ſemel debeat duplicari pœna portationis armorum, quia
ſemel tm̄ vno contextu contra duos extraxit arma. & pro
hoc benefacit tex. in l. eum qui. §. idem dicit. ff. de fur. ubi
ſi plures res vno contextu furantur, unum eſt furtum. &
pro hoc l. ſi plures. ff. arbo. furtim cęſarum. & l. item apud
Labeonem §. ſi. cum l. ſeq. ff. de iniurijs. & multa iura pro
hac parte faciunt, quæ allegat Albe. de Roſa. in l. eos. C.
de modo mulctarum. In contrarium allegabatur id, quod
dicit Bar. in l. 2. §. ſi ad plures. ff. de ſepulchro viola. vbi di-
cit Bar. ꝙ quando delictum committitur contra plures p-
ſonas, tūc quilibet habet actionem per ſe inſolidum, alle-
gat l. 5. in fi. ff. de iniurijs. & l. eum qui nocentem. hinc di-
cit Bald. in l. ſi familia. ff. de iuriſ. om. iudi. ꝙ ex dinumera
tione perſonarum ſequitur pluralitas delictorum, ſecut in
furto. Et hæc vltima pars vr verior per doctrinā Bart. in d.
§. ſi ad plures. Nec ob. id, quod dicit Bar. in l. inficiando. §.
14 infans, circa fi. ff. de fur. vbi dicit, † ꝙ ſtante ſtatuto, ꝙ ſi
quis luſerit ad azardum, puniatur tanta pœna, quidam lu-
ſit vno die cum pluribus perſonis, non punitur niſi vna pę
na, quia non dicuntur plura delicta, quia illæ perſonæ, cū
quibus ego ludo, non dicuntur offenſæ à me, ſed magis of
fenditur reſpublica, ideo vnum eſt delictum, ſed in caſu,
de quo quæritur, illi duo amici ſunt ambo offenſi, iō &c.
item non obſtat. l. fi. ff. ſi familia furtum feciſſe dicatur. vbi
ſi datum eſt damnum duobus habentibus bona commu-
nia, & vnus egit, & habuit ſatisfactionē, ſi alius ſocius vult
agere, excluditur, quia illud ideo eſt, quia vnica ſolutione
ambo ſunt ſatisfacti, licet Labeo aliud ſenſerit, & malè, vt
dicit ibi glo. remitto tñ me de materia iſta ad dicta p Bar-
to. in l. nunquam plura. ff. de priuatis delictis. Quartò no.
ex tex. ibi, perſonarum, ꝙ pœnæ pecuniariæ ſunt imponen
dæ ſecundùm qualitatem perſonarum, ad idē ſuprà in cō-
ſtitu. intentionis. & idem dr in criminibus, vt in conſti. qua
litas, in 3. lib. vt in l. 1. C. ſi quis imper. maledixe. & multa
cumulaui ex qualitate perſonarum attendenda in ca. 1. &
15 ibi Bal. ex quibus cauſis feudū amittatur, in 3. lib. † Quin
tò no. ex tex. ibi, compoſitum, ꝙ condemnatio, quam facit
iudex de pœna pecuniaria expreſſa à conſtitutione regni,
vocatur compoſitio, per iſtum text. alibi compoſitio ex-
ponitur pro executione, vt in l. ſi ita fuerit. § 1. ff. de ma-
nu. teſtamen. ſm glo. ibi, regulariter autem compoſitio fit
inter partes, ut in c. 1. de teſtibus. lib. 6. & in c. cū dilectus.
de præbendis. & de multis compoſitionibus no. gl. in c. 1.
in verbo, ſimplex. de ſum. tri. & fide catholica. inter iudicē
& partem de cauſa criminali nulla debet eſſe compoſitio,
vbi pœna corporalis venit imponenda pro delictis, ut dici
tur in lib. Num c. 35. non recipies pretium ab eo, qui reus
eſt ſanguinis. facinora. n. in perſonis, & non in facultatib.
ſunt punienda. 16. q. 6. c. illud. quia iurant iudices, ſm legē
inferre ſupplicium, vt in Auth. iuſiurandum, quod præſta-
tur ab his. ver. ſed exequar. & quando de delicto non pōt
fieri condemnatio, ſm legem, debet fieri abſolutio, & non
16 perſuadere compoſitionē: † quia vbi aurum placet, ibi &
vitium, dicit Gregorius in regiſtro. lib. 6. c. 116. nec decet
fiſcum lucris turpibus inquinari. ibidem lib. 1. c. 17. & de
iſta materia plenè tangitur per Lucam de Pen. in l. 1. in 7.
col. cum ſequētibus duabus chartis. de deſertoribus. li. 12.
& per Paridem de Puteo in ſuo ſyndicatu, in uerbo, com-
poſitio. Sextò no. ex tex. ibi, nec indignè. ꝙ reges, quando
faciunt Pragmaticas ſanctiones, debēt ipſas iuſtificare per
bonam rationem, prout hic fecit Imperator, quia ratio eſt
magnæ auctoritatis, ut dicit Arch. in c. vt quis. de elec. lib.
6. & 1. diſt. c. conſuetudo. & ideo ſi vis omnia vincere, ſub-
mitte te rationi, ſm Senecam, vt refert Arch. ibi. & de effe
ctu rationis in lege multa ſcribit Lucas de Penna in l. 2. C.
de quibus muneribus. lib. 10. & in l. 2. C. ne fiſcus rē quā
17 vendi. euincat. eo. lib. † ratio enim naturalis eſt optimus le
gis clypeus, ſecundùm Bal. in l. 1. §. in primo. C. de cad. tol.
& quoties intellectus legis eſt dubius, eſt ad naturalem ra
tionem recurrendum. l. ſcire oportet. §. ſed ſi maxime. ff. de
excuſa. tut. ratio enim eſt de eſſe legis, ſecundùm Andr. in
prælu. feudorum. & dicit Bal in c. 1. de conſtit. ꝙ legis vir-
tus conſiſtit in ſubſtantia rationis. quando autem ratio nō
eſt expreſſa in conſtitutione, non poſſumus nos in illa fun
dare, ut dicit Alex. de Imo. in 1. vol. conſi. 80. incipiente, vi
ſo & opportunè. in 4. col. ver. ruſus fallit, quando una ſo-
la ratio reddi poteſt, tunc habetur, ac ſi illa eſſet ſcripta in
lege, ut dicit idem Alex. in 2. vol. conſi. 24. incipiente, ani-
maduerſis locis, &c. in col. fi. & in 4. vol. conſi. 22. in 1. col.

dicit

dicit tamen Cy. in l. non dubium. C. de legibus, q̃ ſi lex nõ
exprimit rationem, poſſumus cogitare rationem naturalem,
quæ potuit mouere Principẽ, pro hoc ego allego tex.
in l. oratio. ff. de ſponſa. ibi, ſuppleatur, quod deeſt rationi.
Item in defectione legis licet allegare rationem, ut extra
de præbendis. cap. 3. & ad hoc vide Iaſ. qui multa dicit de
hoc in l. 3. §. ſi liber. ff. de condi. ob cau. Septimò no. ex tex.
18 ibi, à nemine prouocatus. † q̃ ſi quis extraxit arma, quia
fuit inſultatus, vt ſe defenderet ab inſultu: tunc ceſſat pœna
pro extractione armorũ per iſtum tex. & ratio eſt, quia
defenſio permiſſa eſt omni iure, ut patet ſupra in conſtit.
pacis cultum. & ibi dictum fuit, dummodo ſit cum moderamine
inculpatæ tutelæ, dicit ibi tex. & ibi dixi. Tamen
dico vnum verbum menti tenendum, quod ibi dixi: quòd
iſtud moderamen inculpatæ tutelæ nõ cõſideratur, ſi indeliberatè,
& accenſus furore iracundiæ inſultans exceſſit
modum in defendendo, tunc non imputatur exceſſus in
defendendo, quia in hoc caſu non poteſt vti hac moderatione:
Quia primi motus nõ ſunt in poteſtate noſtra, & ſic
non poteſt tunc diſcerni verum à falſo, 11. q. 3. cap. ita. hoc
voluit Abb. Sicu. poſt gl. in c. ſignificaſti. de homicidio. &
ſic patet, q̃ in rixa non poteſt conſiderari dictum moderamen.
l. 1. in rub. ff. de excep. l. 2. ff. de dam. infec. licet totũ
hoc ſit in arbitrio ipſius iudicis, ſecundum Doctores, videlicet
Abb. Sicu. & Io. de Ana. in d. c. ſignificaſti. An in cauſa
ciuili Rex poſſit tollere defenſionem? Vide Feli. in c. dilecti
filij, 1. char. in 3. col. de exceptio. & ea quæ dixi in deciſionibus
meis, deci. 378. Octauò no. ex tex. ibi, maleuolũ
19 ſuæ intentionis propoſitum: † q̃ in dubio ille, qui extrahit
arma contra aliquem, præſumitur habuiſſe animũ offendendi,
quæ præſumptio non eſt in portante ſolùm arma,
& non extrahente illa, & ſic ab extractione armorum præſumitur,
q̃ à principio, quando ſumpſit arma, q̃ habuit animum
offendendi, & ſic aius præſumitur malus, vel bonus
ab effectu, ſm Bal. in proœmio ffor. in fi. licet ſecundùm
Io. And. in regula, ratum. lib. 6. in mercurialibus. animus
hominis mobilior eſt omni mobili, ſm Boetium, &
Tullium in Tuſcula. q. bene facit c. eſtote. de reg. iur. ubi dicit
tex. q̃ delicta non poſſunt fieri bono animo, & ideo à
fructibus eorũ cognoſcetis eos, dicit ibi tex. Nonò no. ex
tex. ibi, defenſionis obiectu, q̃ de iure communi poterat
quis portare arma, dum timebat inſultum pro ſui defenſione,
& ſui ſalute, vt probat tex. in l. 1. ff. ad l. Iuliam de vi
publica. ſed per conſtitutionem regni hoc nõ licet, niſi de
licentia ſuperioris, & qui portaret arma in hoc regno, &
diceret, q̃ portat cauſa ſe defendendi, & pro ſui ſalute, nõ
euaderet pœnam cõſtitutionis ſupradictæ, intentionis, &
20 ſic intellige gl. in verbo, dicetur. † Bene tamen iuſtitiarius
propter timorẽ non vanum inſultus poſſet cõcedere licẽtiã
aliquibus, vt portare poſſint arma ad eorum defenſionem
tantùm, vt dicit hic d. glo. & dixi ſuprà in d. conſtitutione,
intentionis. tamen iſtam licentiam non debet de facili
dare iudex, niſi cum maxima cauſæ cognitione, ut in l.
capitalium. §. ad ſtatuas. & Bar. ff. de pœnis. & quando aliter
facere non poteſt, pro ſecuritate timentis inſultum nõ
vanum, qm̃ iudex habet alia remedia prouidendi circa ſecuritatem
perſonæ, ut nõ fiat vis in rebus, vel in perſonis,
vt patet ex ſcriptis per Alb. in l. denunciamus. C. de his qui
ad eccle. cõfugi. & in l. non eſt veriſimile. ff. quod me. cau.
& l. illicitas. §. ne potentiores. ff. de offi. præto. & dicit Feli.
in c. in præſentia. vlt. colu. de probat. q̃ quando aliquis timet,
ne aliquis ſuam poſſeſſionem inuadat, poteſt implorare
officium iudicis, per quod petat ſe defendi in ſua poſſeſſione,
& ad conſequendum auxilium iudicis, ſufficit ſine
ordine iuris facere fidem de ſua poſſeſſione. Idem dicit
ibi Imo. & Bal. in l. fi. C. de edicto diui. & uide multas quæ
tas ad hoc, quas allegat Feli. vbi ſupra, & Iaſ. in l. ſi ſuper
poſſeſſione. C. de tranſa. Alex. in l. qui bona. §. ſi quis infra.
ff. de damno infecto. & ego dixi legendo l. 1. C. de apocis
publicis. lib. 10. & dicam infrà poſt Andr. in Conſti. Caſtellanus.
Decimò & vltimò no. ex textu ibi, coloratè;

21 † quòd ſemper inquiſiti de delictis quærunt colorem cautam
commiſſi delicti ad eorum excuſationem ſub colore
honeſtorum verborum, de quibus uerbis coloratis facit
mentionem tex. in l. 2. ff. de inoffi. teſtam. iſti enim colores
rhetorici contra veritatem non ſunt per iudicem attendendi.
1. q. 1. c. Marchion. l. 1. C. ſi vt ſe ab hæred. abſti. nam iſti
colores contra ueritatem reprobantur, ut dicit tex. in c. cupientes.
§. cæterum. ibi, vel alio quæſito colore. de ele. lib. 6.
& Arch. in c. 2. natione. in verbo, colore. eo. titu. dicit, q̃ iſti
colores à iure ſunt reprobati, ut ibi latius per eum. In glo.
in verbo, offenderit. no. iſtam glo. q̃ ſolus timor armorum
dicitur offenſa, quod intellige attenta qualitate perſonæ,
vt dicit Bar. in l. de pupillo. §. ſi quis ipſi prætori. ff. de ope.
no. nun. & glo. in l. metum. C. quod metus cauſa. & Bal. in
c. 1. quod metus cauſa. in decretalibus. & contra iſtam offenſam
licet ad defenſam ſumere arma, vt in iuribus allegatis
in gl. cui adde conſilium Alex. de Imo. in 1. vol. conſi.
103. in 5. col. qui allegat d. l. 3. §. qui armati. ff. de vi & vi
arma. & c. 1. quod metus cauſa, ſubaudi per Imo. & Bal.
Alex. de Imo in 4. vol. conſi. 47. inci. in cauſa prædicta ubi
22 tenet, † quòd ſtrepitus armorum, uoces altæ, & rogitus
aliquorum, ne interficiat, cauſant iuſtum metum. Idem dicit
Bald. in conſilio ſciſmatis, poſito in rubri. C. ſi quis aliquem
teſta. prohibuerit. in 8. col. & poterit tunc agi etiam
de vi publica, vt dicit glo. in l. ſi de poſſeſſione. C. de vi. In
glo. fi. ibi, nota, quòd poſſunt arma deferri, intellige, prout
dixi in 9. notabili.

ANNOTATIO.

a Ex tex. Adde quòd nunquam punitur affectus niſi ſequuto effectu,
ſecundum conſuetudinem Italiæ, vt late per Tho. Grammat.
deciſ. 11. & deciſ. 74. Banus.

SVMMARIVM.

1 *Percuſſio duplex eſt, ſcilicet ſpiritualis & corporalis.*
2 *Percuſſor quis propriè dicatur.*

De percuſſione illicita cum armis. *Rub.* *XII.*

FActitis eſt cõtinuatio. dictum fuit
ſupra proximè, quam pœnam incurrit,
qui portat arma, & illa extraxit contra
aliquem, & non percuſſit: hic condecenti
ordine ponit in quam pœnam incidit,
qui extraxit arma, & percuſſit, &
1 ex illa percuſſione non eſt ſecuta mors. & eſt ſciendum † q̃
duplex eſt percuſſio, videlicet ſpiritualis, & corporalis: ſpiritualis
fit verbo, & etiam baculo, & funiculo ſine ferula
cauſa correctionis, ut in c. cum beatus. 45. di. & iſta eſt permiſſa
ſuperiori, patrifamilias, & magiſtro, ut ibi dicitur.
corporalis fit facto, & iſta non eſt permiſſa niſi iudici, ut in
conſti. ſequenti. Item fit etiam à Deo propter peccatum, vt
patet 19. di. c. Anaſtaſius. ibi, nutu diuino percuſſus eſt, dicit
gl. quia dum iret ad ſeceſſum, emiſit inteſtina. bene facit
tex. 15. q. 1. nec is qui inuitus. ibi, quia dicit dominus, in
ea die, quia interfecero omne primogenitum; ego &c. ad
idem bonus tex. in c. cum percuſſio. 7. q. 1. Item quæro quis
dicatur percuſſor? Dicit Ho. in ſum. de clerico percuſſore.
2 §. 1. † q̃ dicitur ille, qui nullo iure ſibi licet verberare, etſi
leuiter, uel ſubditos et crudeliter. & idem ſubdit, q̃ et dicitur
percuſſor, qui ſermone inutili corda audientium ferit.
45. di. c. ſane. & de cle. percuſſo. c. 2. & de ſen. exc. c. cum voluntate.
quod facit contra ſcholares ventoſos, qui cupiunt
audire Doctores vane legẽtes ad pompam & ſine fructu,
nam omnes ſunt percuſſi, & niſi recipiant ſanam doctrinã,
ſemp erũt infirmi ex percuſſione pdicta, ideſt ignorantes.
cetera videte in ſummis de clerico percuſſore, Sequitur nigrũ.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Affectus ad homicidium punitur ac ſi perpetratum eſſet.*
2 *Percutiens animo occidendi non punitur pœna manus, vel mortis, ſi veſtimenta tantùm tetigit.*
3 *Statutum loquens de percußione cum ſanguine, non habet locum in percußione ſanguinolenta.*
4 *Modicum æquiparatur ei, quod nihil eſt.*
Pœna manus non imponitur pro vulnuſculo.
5 *Vulnus non dicitur, niſi tumor, ſeu locus percuſſus aperiatur.*
6 *Mordens aliquem cum ſanguinis effuſione, qualiter puniatur.*
7 *Dentes an veniant armorum appellatione.*
8 *Percutiens pluries manu dextra & punitus truncatione illius, ſi denuo accuſetur, an debeat in ſiniſtra puniri.*
9 *Totum illud idem operatur quò ad totum, quod pars quò ad partem.*
10 *Puniendus in manu dextra, ſi illã nõ habeat, alterabitur pœna.*
11 *Inſequens aliquem cum armis, an puniatur ſi fugiens cadendo caput ſibi fregerit.*
12 *Percutiens caßidem in capite alicuius, qualiter puniatur, ſi eam deferens lædatur.*
13 *Dolor iuſtus non temperatur de facili.*
14 *Statutum de pœnis duplicandis, an locum ſibi vendicet in manus, vel pedis amputatione.*
15 *Pœna an duplicetur pro iniuria illata officiali regio in curia non commoranti.*
16 *Omiſſum cenſetur, quod in ſtatutis non exprimitur.*
Aſſaſſini qualiter ſint puniendi.
17 *Mandans percußionem fieri cum armis, qualiter puniatur.*
18 *Statutum pęnale eſt in fauorem publicum.*
Delictum famuli, an & quando ſit imputandum domino.
19 *Pœna manus ex percußione quinque concurrentibus infligitur.*
20 *Percutiens non lethaliter non punitur pœna manus, ſi ſit uir bonæ famæ.*
21 *Percutiens aliquem manu debiliori, punitur in illius amputatione.*
22 *Pœna talionis eſt, ut quis puniatur in eo membro, per quod deliquit.*
Pœna talionis eſt hodie ſublata.
23 *Maieſtas regia & etiam prætoris vindicatur contempta.*
24 *Pœna manus non imponitur ei, qui percußit cum armis, veſtem tantum incidendo, vel vulnuſculum infligendo.*
Actio de vi publica intentatur pro illato vulnere.
25 *Percutiens aliquem cum bardo abſque ſanguinis effuſione, qua afficiatur pœna.*
26 *Pęna actus præparatorij, quando confundatur cum pœna actus finalis.*
27 *Punitio fieri debet in ea corporis parte, in qua quis deliquit.*
Aedificans in ſolo alieno priuatur ipſo ædificio.

SI quis aliquem. In prima parte ponit
dictum. In 2. ibi, æquum eſt, ponit rationem
dicti. Percutiens hominem cũ
a armis, [a] ex qua percuſſione non ſequitur
mors: pro tali percuſſione debet ſibi
manus amputari, cum qua percuſſit,
quia iuſtum & æquum eſt in ea parte corporis plecti, id
eſt, ſeparari manus à corpore hominis, cum qua læſit partem,
1 tem, & legem Imperialem, hoc dicit. † No. primò ex tex.
correctionem iuris communis volentis, ut puniatur affectus
ad homicidium, ſicut ſi iam commiſſum eſſet, ut in
d. l. 1. §. diuus. cum concordantijs ſuis. ff. ad l. Corne. de ſica.
& dixi ſupra in conſti. præcedenti, in primo no. Nam per
iſtam conſtitutionem ſi quis cum armis percuſſit aliquem
animo omnino occidendi, & non fuit ſecuta mors: non
punitur pœna mortis, ſed tantum pœna ſeparationis manus
à corpore. Iſta conſtitutio originem ſumpſit à tex. Imperatoris
Federici ſenioris, in c. 1. ſi quis alium. de pace tenenda,
ſm Andr. hic & ibi. Et ſic fit punitio in eo membro,
per quod factum fuit delictum, licet totus homo fuit,
ille, qui deliquit, quia dicit beatus Tho. ſecunda ſecundæ
q. 58. ar. 1. in reſponſione ad ſecũdum art. Non. n. propriè
dicitur, quòd manus percutiat, ſed homo per manũ: ſicut
dicimus, quòd non propriè dicitur, quòd calor calefaciat,
ſed ignis per calorem. facit ad hoc bonus tex. de pœ. di. 1.
c. ſi peccatum. & ſic intelligitur id, quod ſolet dici, punitur
quis in quo deliquit, vt C. de ſeruis fugi. l. 3. vbi punitur
pœna pedis ſeruus propter fugam. & facit tex. in auth. omnes
peregrini. C. communia de ſucceſ. & ff. de his quibus
vt indignis. l. reſcriptum & ff. de dam. infec. l. qui bona. §.
ſi quis. & C. de exacto. tribu. l. 2. & C. de repodijs. l. conſenſu,
& de elec. c. prouida. & c. ſi compromiſſarius. §. pen. lib.
6. & de tempo. ordi. c. literas. in fi. quæ iura ad hoc allegat
And. in d. §. ſi quis alium. Sed iuxta hoc quæro de decem
2 quæſtionibus vtilibus. † Et primò quæro, aliquis animo
occidendi, vel vulnerandi cum armis fecit inſultum contra
aliqoem, & quia ille forte portabat coratiam, vel ceruelleriam
ſubtus birretum, vel pileum, percuſſit eum in capite,
vel in corpore, & incidit birretum, vel pileum, vel veſtimentum,
vel etiam incidit modicum de carne, ita quod nõ
eſt remanſura cicatrix, vtrum iſte talis percutiens ſic debeat
puniri pœna mortis? Glo. hic ſuper verbo, itaque, tangit
iſtam quæſtionem: & dicit, quod ſi percuſſio carnem non
tetigit, ſed tñ veſtimenta incidit, non punitur pœna manus,
& pro hoc facit, quod dicit Bar. in l. Gallus. §. ille caſus,
ff. de libe. & poſthu. quinimo ſi modicum carnem percuſſit,
idem dicendum eſt, quod non pœna manus, quia de modico
vulnuſculo non eſt curandum. & dicit glo. quod ſic iudicatum
eſt, & ideo requiritur, quod vulnus lædat perſonã, vt patet
ẽt in conſtitutione præcedenti. ibi, nec ipſum læſerit. Et
pro hoc, quod de paruo vulnuſculo non eſt curandum, bene
facit tex. in l. 1. §. deinde. ff. de ædil. edic. plus dicit Andr. in
d. §. ſi quis alium. in 1. col. ſecundùm peritos regni, quod quãdo
percuſſio, quæ fit ex inſultu cum armis, non erat talis,
quod appareret percuſſio in carne, vel liuor, vel cicatrix, ita quod
eſſet vulnuſculum, non imponitur pœna manus, quia de
iſtis minimis vulnuſculis non loquitur dicta conſtitutio.
Ad hoc poſſent multa ſimilia allegari, uidelicet id, quod
dicit Bal. in l. ſi prædium. 2. col. C. de ædilit. actio. vbi di-
3 cit, † quod ſtatutum faciens mentionem de percuſſione cum
ſanguine, non habet locum in percuſſione ſanguinolenta,
vbi eſt leuiſſima cutis ſciſſura, & ideo leuis gramatura nõ
dicitur vulnus, & quod dicit Alex. in l. denunciaſſe. §. quid
tamen. ff. ad l. Corn. de ſica. vbi appellatione vulneris non
venit vulnuſculum. & dicit Bal. in d. l. ſi prædium, quod modica
alteratio in corpore non dicitur infirmitas, ut ibi per eũ.
faciunt multa, quod modica non ſunt in conſideratione, de
quibus uide And. Barbatiam in repetione rubricæ, de rebus
eccl. non alienan. in 6. col. & in ſuo conſi. 16. in 5. col.
& in conſi. 57. in 5. col. & Bart. in conſil. 212. incipien. ſed
quæritur, ſi digitus. & Alex. dicit in 2. vol. conſi. 104. in 2.
col. quod ſtatutum non comprehendit minima, vel modica.
& Alber. de Roſa. in Dictionario ſuo, in verbo, modicum.
& dicit Iaſ. in l. ſi quis autem conduxerit. ff. de acqui. poſſ.
4 vlt. col. † quod modicum, & nihil, æquiparantur. & pro hoc
multa allegat Fel. in c. fi. §. is autem. de offi. deleg. & per Præpoſitum.
7. diſt. c. Moiſes. & ego multa cumulaui in c. 1. §.
præterea. in glo. 1. quæ ſit prima cauſa benefic. amitten. &
per Ang. in l. in rebus, §. poſſunt. ff. commodati. & qui parum
tranſgreditur, non uituperatur, vt in l. quamuis. ff. de
condi. & demon. & pro modico damno non receditur à
iure cõmuni, ſecundùm Bal. in l. 1. C. ſi aduerſus uen. pig.
patet ergo, quod pro uulnuſculo non imponitur pœna manus.
Idem uidetur tenere Ang. in l. extat. ff. quod met. cauſa,
& Ang. in tract. Ang. de maleficijs, in uerbo, percuſſione
uulnerauit, ubi pro hoc allegantur bona iura. Secundò quæro,
pone aliquis percuſſit aliquem cum armis, ſed non fuit
ibi apertura carnis, ſed fuit tumor, utrũ dicatur illum uulneraſſe,
ita quod habeat locum iſta cõſtitutio? Bar. in l. prætor,
5 §. qui atrocem. ff. de iniurijs, † dicit, quod ſi oportet, quod tumor
ille aperiatur ferro, dicitur uulneraſſe, & ſic habet locum
iſta conſtitutio, allegat l. ſi ſeruus ſeruum. §. rupiſſe. ff.

ad le-

ad legem Aquiliam.& idem dicemus,ſi in eccleſia fiat di-
cta percuſſio cũ tumore, vt dicatur eccleſia polluta, quia
percuſſio iniurioſa eſt,quæ polluit,& nõ ſanguis ſolus: un
de ſi in eccleſia ſanguis exiret de corpore caſualiter, nõ di-
ceretur eccleſia pollui, vt habetur in cap. 1. de conſecratio-
ne eccleſiæ, vel alta. lib. 6. & videtur tenere Io. de Ana. in c.
tua nos. de homic. licet And. in d. §. ſi quis aliũ. dicat, ꝙ
d. §. intelligitur de vulnere cũ ſanguinis effuſione, aliàs ſe
b cus. Tertiũ quæro, [b] pone aliquis percuſſit aliquem cum
lapide, vel cum baſtone, vel cum plumbo,& non occidit,
vtrum punitur pœna manus? Dicit hic And. quòd non, ar-
gu. l. 1. §. diuus. ibi, ſed ſi clam percuſſit. ff. ad l. Corn. de ſi-
ca. & l. omne delictum. §. ſi quis commilitonẽ. ff. de re mi-
6 li. † Quartò quæro, quia ſi in rixa verbali vnus cum denti-
bus percuſſit aduerſarium cum ſanguinis effuſione, an ha-
beat locum pœna huius conſtitutionis? Videtur quòd ſic,
quia Pſalmiſta dentes appellat arma, vt in Pſalmo 56. ibi,
filij hominum dentes eorum arma, ut dicitur in tex. in c.
noſi. de pœniten. diſt. 1. & appellatione armorum ad effe-
ctum percuſſionis cum eis, veniunt etiam arma non offen
dibilia, vt manoara, accetta, & alia feramenta ruſtica, vt ſi
cũ illis fiat hominis percuſſio iniurioſa, pœna ſit manus,
vt in c. Regis Caroli ſecũdi, quod incipit, ſi quis cum ron-
ca ferrea. char. 27. ſecus quantùm ad effectum puniendi ꝓ
pœna portationis armorum, ſecundùm And. hic, & bene.
ita ad effectum percuſſionis debent etiam venire dentes,
7 poſtquam Pſalmiſta appellat dentes arma. † In cõtrarium
facit, quòd dentes non dicuntur arma, ſecundum Bart. in
conſi. ſuo 126. incipiente, ſtatuto Caſtri plebis. vbi allegat
l. pen. §. telorum. ff. ad leg. Iul. de vi publi. & l. ſi pignore. §.
2. ff. de furt. item quia arma ſunt prohibita portari, & ta-
men non dentes, cum homo ſemper ſecum habeat dẽtes.
ſed iſtud argumentum non procedit, quia arma ferrea ſũt
prohibita portari, & tamen non ſunt prohibita ferramen-
ta ad artes. ſed ſi cum ferramentis ad artes fiat percuſſio
hominis, habet locum pœna huius conſtitutionis, per d. c.
Regis Caroli, ſi quis cum ronca. dico ſaluo iudicio potio-
ri, ꝙ non punitur pœna manus per iſtam conſtitutionem,
quia conſtitutio dicit, ꝙ puniri debet percutiens cũ armis
truncatione manus, cum qua percuſſit: ſed nunc non eſt
facta percuſſio cum manu, igitur punitur ſicut ſi percuſ-
ſit cum lapide, vel baculo, in quo non eſt pœna manus, ſe-
8 cundùm And. hic. & in d. §. ſi quis aliũ. † Quintò quæro
ſecundùm And. hic, quòd quis diuerſis temporibus, cũ ma
nu dextra, cum qua poterat multum, cum armis percuſſit
duos homines in duobus inſultibus, & fuit captus, & for-
mato proceſſu ex prima percuſſione fuit cõdemnatus ad
truncationem manus dextræ, quæ erat validior, iuxta capi-
tulum prædictum Regis Caroli ſecundi, quod incipit, ſi
quis cum ronca. & ſic fuit executa dicta ſententia: deinde
ille ſecundus percuſſus accuſat eundẽ de ſecunda percuſ-
ſione, & probat: vtrũ debet ſibi incidi manus ſiniſtra, poſt-
quàm dextra ſemel fuit inciſa, vel debeat eſſe contentus
accuſator, quòd fuit inciſa manus dextra, cũ qua fecit am-
bas percuſſiones? And. tangit hoc, & non determinat, ta-
men dicit, ꝙ fuit de facto, cui adde Bal. in auth. ſed nouo
iure. C. de ſeruis fugi. vbi dicit in 3. col. quid ſi vnam ſolũ
manum habet. refert Gul. de Cuneo dicere, quòd illa eſt
amputanda, vt ff. de contrah. emp. l. ſi in optione. §. penul.
Bal. ibi dicit, ꝙ hæc ſententia dura ſibi videtur, quia gra-
uior eſt pœna perdere manum ei, qui vnam ſolam habet,
quia per hoc fit omnino inutilis, quàm ei, qui duas habet,
& pœna non eſt aggrauanda, & ideo dicit, ꝙ tũc pœna de-
bet commutari. Reperio Bal. in l. 1. vlt. col. de ſenten. quæ
pro eo quod intereſt. idem dicentem, poſtea idem Bald. in
col. vlt. in d. auth. ſed nouo iure. dicit iſta verba, videlicet,
ſed ego dico, ꝙ habenti vnam ſolam manum, eam non eſ-
ſe amputandam, quia eſſet pœna grauior: poteſt dici con-
trarium, quia licet pœna ſit grauior, hoc contingit caſu, nõ
culpa delinquentis, & ideo iudex ex arbitrio, quod habet,
poteſt dictam pœnam imponere, ergo videtur tenere Bal.

ꝙ ſiniſtra debet amputari. ſed huic opi. obſtat tex. in iſta
conſtitutiõe, quæ dicit, ꝙ amputetur manus, cum qua percuſ
ſit, & ideo ſi mancus percuſſit cum manu ſiniſtra, illa am-
putabitur, & non dextera, ſm And. hic, & bene. ſed iſte p-
cuſſit cum dextera manu, & illa per iuſtitiam fuit inciſa
pro prima percuſſione, & ſic non poteſt incidi, cũ ſiniſtra
9 non deliquit, ideo non debet puniri. † Item illud opera-
tur totum quò ad totum, quod operatur pars quò ad par-
tem, ut dicit glo. 5. in conſti. ſtatuimus. vnde ſi quis diuer
ſis temporibus occidiſſet duos homines, & fuiſſet ſuſpen-
ſus ex primo homicidio, non poſſet ſuſpendi ex ſecundo.
Ita dicendum eſt, ſi manus dextra fuit truncata ex primo,
non poteſt illa dextra, cum qua percuſſit, amputari, quia
iam amputata fuit pp præcedens delictum factum qñ ha-
bebat manum dexteram, cum qua percuſſit. Iſtam cõſide
rationem facit Bar. in l. nunquam plura. circa fi. ff. de priua
tis delictis. ver. prædicta vera ſuper impoſitione vnius, &
idem in l. vulgaris. ff. de furtis. bene fateor, ꝙ non debet re
manere impunitus, per no. per Bar. in l. 2. §. ſi ad plures. de
ſepulchro violato. quid. n. ſi cum manu dextra percuſſiſ-
ſet tres, vel quatuor homines, & fuiſſent inciſę duę manus
& ſic tertius, & quartus percuſſus, non poteſt petere manũ
amputari, quid fiet? Dico ꝙ ex quo certa pœna ſuper hoc
non reperitur ſtatuta propter truncationem manus dexte
ræ iam factam, ꝙ iudex arbitrabitur pœnam in pecunia,
vel imputatione manus ſiniſtræ, quia dicit Saly. in l. 2. C.
10 vt intra certũ tempus. † ꝙ ſi quis debet puniri manu dex-
tera, & illam nõ habeat, alteratur pœna, & poterit ampu-
tari ſibi ſiniſtra. per quem tex. no. ibi Doct. ꝙ ex cauſa iu-
dex poteſt commutare pœnã. Ad idem in l. & ſi ſeuerior.
C. ex quib. cau. infa. irrogatur. & ibi per Doct cum cõcor-
dantijs ſuis. & in l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. eo. titu. vel
in alia pœnã ſm qualitatem perſonæ, & cauſæ per ceſſio-
nes factas, ad quam cauſam debet etiam iudex aduertere,
quia per cauſam iudicamus effectum, ſm Bal. in rub. ff. ſi
cer. pet. 2. col. & Hoſt. in c. cum dilecta. in uerbo, cauſa, de
accuſatio. & Bar. in rub. ff. de condi. & demon. & ex his de-
ciditur ſequens quæſtio, quæ fuit de facto. Sextò quæro,
aliquis promiſit per iuramentum non offendere quandã
meretricem, deinde illam cum armis percuſſit in faciem,
vtrum puniri debeat de periurio pœna manus ſiniſtræ per
conſtit. regni, eos, qui ſcienter, quia ibi non dicitur, quòd
incidatur manus dextra, ſed ſimpliciter dicitur de manu,
& iudex poterit arbitrari de manu ſiniſtra, & poſtea impo
nere pœnam manus dextræ, cum qua percuſſit per conſti-
tutio. iſtam. Reſpondeo, Rex Ferdinandus primus p quan
dam ſuam literã ſcripſit magnæ curiæ Vicariæ, quod am-
11 bæ manus amputarentur, & ſic fuit executum. † Septimò
quæro, quidam uolens percutere ſuum inimicũ cũ armis,
eum inſequitur, ille cecidit, & ſeipſum vulnerauit cũ gla-
dio, quem ſecum habebat, uel cecidit in terram, & dedit
caput in lapidem, & fregit ſibi caput. Vtrum ille qui eum
inſecutus eſt, debeat puniri pœna huius cõſtitutionis? Bar.
tangit iſtam quæſtionem in l. ſi gemina. ff. arbo. fur. cæſar.
& dicit, ꝙ non, ſed tenetur quaſi uulnerari fecerit, l. qua a-
ctione. §. proinde. & l. ſi obſtretrix. §. ſi ſeruum. & in l. ſi ex
plagis. §. fi. ad leg. Aquil. Idem dicit in ſimili, Bal. in l. de pe
coribus. C. ad l. Fal. idẽ dicit Ang. in trac. de malefi. in uer-
bo, & ipſum Titium percuſſit. & Floria. de ſancto Petro
in l. qua actione §. Celſus. ult. col. ff. ad l. Aquil. ubi dicit, ꝙ
cauſa mediata percuſſionis fuit, quia cecidit, & in delictis
inſpicimus cauſam mediatam, ut not. in l. ſi mulier. ff. re-
rum amotarum. quibus addo, ꝙ magis eſt in conſideratio
ne cauſa proxima, q̃ remota. Bal. in l. ex placito. 1. col. C. de
rerum permu. & dicit Bal. in l. ædẽ. 5. col. C. loca. referẽdo
Senecam dicentem, ꝙ quis non tenetur conſiderare remo
ta, ſed propinqua. facit, quod dicit Pet. de Anch. in proœ.
6. lib. ꝙ iuſtitiæ attribuunt rem cauſæ proximæ, & nõ re-
motæ, p d. l. ſi mulier. & c. de cætero. de homic. ſed Ange. in
d. l. ſi gemina. uidetur tenere contrarium, in quantũ dicit,
ꝙ ſi aliquis impingit aliquem, vt caderet ſupra petrã, effe-

ctus

ctus reſultans attribuitur facienti, ſed iſte eſt diuerſus ca-
12 ſus à quæſtione præſenti. † Octauò quæro, aliquis percuſ-
ſit cum armis quẽdam in capite, vbi erat celata ferrea, ſeu
ceruelleria ferrea, & ceruelleria fecit percuſſionẽ in fron-
te, an ſit pœna huius conſtõnis? Bar. in d. l. ſi gemina. dicit,
ꝙ tenetur de vulnere, per tex. in l. item Mela. in prin. ff. ad
legem Aquil. & idem tenet Ang. in d. l. ſi gemina. & Ang.
in trac. de maleſi. in loco præallegato. Nonò quæro, Titius
cum armis vulnerauit Seiũ, & ſtatim aufugit: Seius poſt
eum currens, vulnerauit Titium cum armis: nunquid am
bo puniantur pœna huius conſtõnis? Videtur ꝙ ſic: quia
ambo deliquerunt, de Titio non eſt dubium, de Seio cla-
rum eſt, ꝙ non percuſſit ſe defendẽdo, quia Seius aufugit:
& ſic videtur, ꝙ percuſſio ſit facta ad vindictam, & ſic nõ
ſit ſeruatum moderamen inculpatæ tutelæ, ut dicitur in l.
1. C. vnde vi. & ſupra in conſti. pacis cultũ. & in c. ſignifica
ſti. de homic. & per gl. & Abbatem ibi. In contrariũ ꝙ Se-
ius non venit puniendus pœna manus, quia indeliberatè
accenſus furore iracundiæ, & percuſſionis ſibi factæ, quæ
non poteſt refrænari ſic incontinenti: non vĩ, ꝙ ſit imputã-
da illa percuſſio per eum facta, ar. 15. q. 5. c. ira. & no. gl. in
13 d. c. ſignificaſti. & ibi per Abba. Item † quia difficillimum
eſt iuſtum dolorem temperare. l. ſi adulterium. §. Impera-
tores. ff. ad l. Corn. de adol. Ang. de Are. in d. tract. de ma-
leſ. in verbo, & dictus Titius. ver. quæritur, Titius vulnera
uit, &c. refert Bal. in d. l. 1. C. vnde vi. in 10. q. idem tenen-
tem, debet tñ puniri extraordinariè. & Aug. ibi allegat pro
hac parte Anto. de But. in c. olim. in 19. col. de reſtit. ſpol.
& Pau. de Caſt. in conſi. 190. in fi. & Alb. de Roſa. in 2. par
te ſtatutorum. q. 55. Decimò quæro, dicit hæc conſtitutio,
ꝙ punitur percutiens cum armis, & non occidens pœna
manus, cum qua percuſſit: alia conſtitutio regni, quæ inci-
pit, vt participatio, imponit duplicatam pœnam illi, qui fe
cit iniuriam officiali Regis: verbi gratia, ſi illa iniuria eſſet
facta priuato, puta, quia eum percuſſit cum armis, debet
ſibi amputari manus; ſi eſt facta officiali regis, an debeant
ſibi amputari duæ manus? Modò quidam vulnerauit quẽ-
dam officialem cuiuſdam Baronis cum armis, an debeant
ſibi amputari duæ manus? Dicit Bal. in d. l. 1. C. de ſen. quę
14 pro eo qd intereſt. in vlt. col. iſta verba formalia: † nũquid
ſtatutum de duplicandis pœnis habeat locum in amputa-
tione pedis, vel manus? Et dicit ꝙ non: quia fiſcus in pœ-
nis prætendit cauſam lucratiuam. l. apud Celſum. §. de au-
thoris. ff. de excep. doli. ſed plures cauſæ lucratiuæ non cõ-
currunt. Item ſicut Titius homo eſt quædam ſpecies, ita
quodlibet membrum. & lex dicit, ꝙ ſi teſtator duplicauit
legata, non porrigitur ad ſpecies. ff. de leg. 2. l. Lucius. §. im
puberes. ergo quia non poteſt duplicare pœnam perſona-
lem, imponit illã pœnã perſonalem ſimplicẽ, & vltra hoc
pœnam pecuniariã arbitrio ſuo, quaſi pœna perſonali non
cadente, & hoc verius eſt, & humanius: & ita vidi iudica-
tum per optimos iudices magnæ curiæ Vicariæ contra vi-
rum, qui vulnerauit capitaneum terræ Soloſræ: nam fuit
condemnatus ad vnam manum dexteram, per dictam do
ctrinam Bal. & ſic fuit facta executio, & fuit oppoſitum,
ꝙ ille officialis licet eſſet officialis Baronis, tamen Baro ha
bet merum & miſtum Imperium ex priuilegio Regis, &
ideo dicitur officialis Regis, vt in conſtitutione regni, ea
quæ ad decus. ſed fuit reſponſum, ꝙ dicta conſtitutio, vt
participatio, loquitur, qñ iniuria perſonalis facta fuit offi-
cialibus Regis in regia curia morantibus, & ſic non debet
extendi ad officiales Baronis habentis merum & miſtum
15 Imperium, qui non moratur in regia curia. † Item fuit ſa-
tis dubitatum, ſi illa duplicatio pœnæ pro iniuria illata of
ficiali habet locum; qñ officialis Regis non commoratur
in curia Regis, vbi fuit vulneratus, ex quo tex. in dicta cõ
ſti. vt participatio, loquitur, qñ iniuria facta eſt in rebus,
aut familijs regiorũ officialium, aut ipſis officialibus Re-
gis commorantibus in curia Regis, & nihil dicit, qñ iniu-
ria eſt facta in perſona officialis nõ commorantis in curia
Regis, an tunc pœna debeat duplicari? Videtur ꝙ non. pri-
mò, quia valet arg. à contrario ſenſu, vt in l. 1. §. huius rei. ff.
de offi. eius cui man. eſt iuriſ. ſed ſi pœnæ duplicatio nõ ha
bet locum, niſi qñ iniuria facta eſt officiali Regis cõmorã-
ti in curia Regis, ergo ſi non commoratur in curia Regis,
non habet locum duplicatio pœnæ, maximè, quia illa cõ-
ſtitutio eſt exorbitans à iure cõmuni, ideo non debet extẽ-
di ad caſum, vbi ceſſat dicta qualitas. l. ſi verò. §. de viro. ff.
ſoluto mat. no. in auth. quas actiones. C. de ſacroſan. eccle.
c. 5. de regula. li. 6. Item quia ex identitate, aut maioritate
rationis in pœnalibus non fit extenſio, vt in l. ſi præſes. &
in l. ſi de interpretatione. ff. de pœnis. & in c. odia. & ibi per
Io. And. de reg. iur. lib. 6. & no. Cy. in l. 1. C. quæ ſit longa
conſue. glo. 1. c. 1. de tempo. ordi. lib. 6. Bal. in l. 1. C. de iu-
ter. ma. Alex. in 1. vol. conſi. 113. incipiente, viſo inſtrumẽ
to. in 2. col. item pro hoc facit, quod dicit Ang. in l. 2. §. hęc
16 verba. ff. de nego. geſt. † ꝙ in ſtatutis illud, quod nõ eſt ex-
preſſum, licet debebat exprimi, habetur pro omiſſo, ſed in
dicta conſtitutione nihil dictum eſt de iniuria facta in ꝑ-
ſonam officialis non commorantis in curia Regis, ideo ha
betur pro omiſſo, hæc ſunt bene menti tenenda, quia ſæ-
pius veniunt de facto. & eſt ſciẽdum quod illud, quod di-
ctum eſt, ꝙ delictum incęptum, & non perfectum, non pu
nitur tanquam conſummatũ, fallit in aſſaſſino, qui per pe-
cuniam datam ſibi, vt hominem occideret, ſi deuenit ad
actum proximum, ſicut contingit his diebus in quodã aſ-
ſaſſino, qui traxit dardum cum baliſta, & dedit in arzone
equi, & non percuſſit hominem, iſte punitur, ac ſi occidiſ-
ſet, vt legitur, & no. in c. 1. de homic. lib. 6. & firmat Ioan.
And. in merc. in regula, in pœnis, vbi enumerat multos ca-
ſus, ꝙ attentatum delictum punitur, vt conſummatũ. & ꝑ
Bal. & alios in l. ſi quis non dicam rapere. C. de epiſ. & cle.
& in l. is qui cum telo. C. ad l. Corn. de ſica. & ſic vidi de-
terminatum, & poſtea executum, quia contra iſtos aſſaſſi-
nos ſemper ſolet augeri pœna, ut dicit Bar. in l. non ſolùm
§. ſi mandato. in 3. col. ff. de iniurijs. & in l. Cicero. ff. de pę.
17 & ibi concor. in apoſtilla Alex. † An autẽ iſta conſtitutio
vendicet ſibi locum in mandante fieri percuſſionẽ cũ ar-
mis, ſicut habet locum in faciente? Videtur ꝙ non, quia il-
le, qui mandat, non verè facit, licet mandatum ſit illicitũ,
& iſta conſtitutio non debet interpretari, ut comprehẽdat
caſum fictum, niſi mandatum eſſet datum illi, qui de ne-
ceſſitate habebat obedire, puta, ſeruo, vt firmat Bar. i l. ſed
ſi vnius. §. ſeruus. vet. quæro circa hanc legem. ff. de iniur.
& iſtam partem, ꝙ ſtatutũ non comprehendat mandan
tem, firmant multi Doctores antiqui, quos refert Albe. de
Roſa. poſt arg. pro & contra, in 3. parte ſtatutorum. q. 55.
vbi dicit, ꝙ Bononiæ fuit deciſum, quòd ſtatutũ pœnale
non cõprehendat mandantẽ, ſi de mãdante non loquitur,
ſed ipſe refert alios tenere contrarium, & reſpondet moti
uis in contrariũ factis, & de hoc dubio vide multas quo-
tas bonas, quas allegat Ang. in tract. de malefic. & ibi uide
addi. Aug. in verbo, Sempronium mandatorẽ, ver. 14. quæ
ritur, &c. & vltra eos vide Sali in l. non ideo minus. verſi.
quæro quintò &c. C. de accuſ. & do. Signorolũ de Homo-
deis de Mediolano conſi. 244. inci. quia per ipſum Laurẽ.
vbi mandans fieri, dicitur facere. allegat Flo. in l. Iudęis. C.
de Iudæis. nec mireris, ſi hanc quæſtionem nunc non exa-
mino, quia me remitto ad diſtinctionẽ Sal. ibi, quibus ad-
do Alex. in 4. vol. conſi. 65. inci. viſa quadam conſtõne, ubi
bene diſputat, utrum ſtatutũ, quod non admittit homici-
dam ad defenſionẽ, extendatur ad mandantem fieri homi
cidium. & ibi allegat multa pro & contra. & illud eſt ple-
num conſilium in iſta materia. & Ang. & Alex in l. ſi quis
iniquum. §. ſi procur. ff quod quiſq; iur. & Io. de Ana. in c.
ſicut dignum. uer. inſuper. in 2. col. de homici. & Alex. in l.
Gallus. §. quod ſi is, 3. col. ff. de liber. & poſthu. an autẽ iſta
cõſtitutio ſit fauorabilis, uel odioſa percuſſori? Dico ꝙ eſt
fauorabilis, quia non punit percutientẽ animo occidendi
pœna mortis, prout de iure cõi, ut in l. 1. C. ad l. Cor. de ſi-
car. ſed iſta conſtitutio punit percutientẽ animo occidẽdi,
non ſecuta morte, pœna manus, ideo eſt fauorabilis, & ſta-

tutum

tutum fauorabile percuſſori habet locum in mandante, vt
18 dicit Bal. in l. tranſigere. vlt. col. C. de tranſact. † & pro hoc
facit, quia ſtatutũ pœnale eſt in fauorem publicũ, & ideo
debet extendi ad mandantem, vt voluit glo. fi. in l. quem-
admodum. & ibi Bar. C. de agri. & cenſi. lib. 11. bene facit
tex. in l. certè ſi. ff. de precario. ego aliquid de iſta materia
tetigi in c. 1. §. iniuria. poſt Bal. de pace iur. fir. & ad ſaturi-
tatem vide Feli. in c. mulieres. de ſent. excom. & Andr. Bar
ba. in c. 1. de offi. deleg. vbi quærit, quid ſi famulus præſen
te domino habente verba cum alio, percuſſit cum enſe il-
lum, an præſumatur dominum mandaſſe? Vbi allegat pro
& contra, & finaliter concludit, ꝙ vera concluſio eſt, ꝙ de-
lictum famuli imputatur dño, ſi cedit ad cõmodũ domi-
ni. & pro hoc allegatur Bar. in l. de pupillo. §. ſi quis ipſi. ff.
de ope. no. nun. vbi ſi famulus Poteſtatis verberauit appel-
lantem à ſententia Poteſtatis, præſumitur de mandato Po
teſtatis. Abb. Sicu. in c. cum cauſam, & in c. conſtitutus. de
teſtibus. tenet, ꝙ delictum percuſſionis factum à famulo,
ex quo eſt delictum momentaneum: non præſumitur, ꝙ
de mandato domini ſit factum, ſed Alex. de Imo. in d. §. ſi
quis ipſi. tenet, ꝙ ſi dominus potuit prohibere famulum,
& non prohibuit, ꝙ tenetur dñs, & dicit, ꝙ iſtam opi. tenet
Bal. in l. 1. C. de ſer. fugi. dum allegat tex. in c. cum ad ſedẽ,
de reſti. ſpo. ego exiguo meo ingenio aliàs votaui, ꝙ ſiqui-
dem mandatum famulo, vt delinquat, probetur expreſſè,
& tunc habet locum iſta conſtitutio in mandante: & ita
procedant iura pro hac parte: ſi verò mãdatum aliquibus
coniecturis & præſumptionibus probetur, & tunc nõ pro-
cedat iſta conſtitutio in mãdante, ſed habet locũ pœna le-
gis Iuliæ de vi publica, ſi famulus deliquit præſente domi
no & in ſui domini vtilitatem, & dominus nõ prohibuit,
19 ubi prohibere potuit. † Secundò no. ex tex. ibi, ita ꝙ ex p-
cuſſione ipſa minimè moriatur, ꝙ ad hoc vt habeat locum
pœna manus ex percuſſione, requirũtur quinque. Primò,
ꝙ percoſſio ſit facta cum armis, ſiue cum manu dextra, ſi-
ue cum ſiniſtra, quia ſi cum dextra amputatur: ſi cum ſini
ſtra, ſiniſtra amputatur, vt probatur hic in tex. & expreſſè
hoc dicit hic And. Secundò requiritur, ꝙ percuſſio nõ ſit
modica: puta modica inciſio carnis, ſm glo. ſecundã hic.
ſed ꝙ ſit vulnus tale, quod non ſequatur mors ex illo vul-
nere: aliàs ſi mors ſequeretur, eſſet pœna mortis, vt in con
ſti. ſequenti, terminum vitæ. & ibi dicetur, & dictum fuit
ſuprà, in 1. q. huius conſtitutionis. Tertiò requiritur, ꝙ p-
cuſſio ſit facta homini maſculo, ſiue fœminæ, nã illud ver
bum, ſi quis aliquem, comprehendit ẽt fœminam, ſecun-
dum Bar. in l. 1. ff. de verb. ſign. & ibi ſunt 9. cõcordantiæ.
Quartò, ꝙ percuſſio illa non ſit facta ſe defendendo cum
moderamine inculpatæ tutelæ, ſed offendendo, quia ſi ſe
defendendo prædictum cum armis percuſſit, non habet
locum pœna huius conſti. quia defenſio eſt permiſſa, ut di
xi ſuprà in conſti. pacis coltum. & patet ex primo tex. ibi,
dum dicit, maleficium. percuſſio per offenſam eſt malefi-
20 cium, ſed per defenſionem non eſt maleficium. † Quintò,
quod ille, qui percuſſit, ſit homo malæ famæ: aliàs ſi percu
tiens non lethaliter, nec aliquod membrum ſit mutilatũ,
ſed ſit homo bonæ famæ, tunc non punitur pœna manus,
ſed admittitur ad compoſitionem per capitulũ Regis Ro
berti, quod incipit, ad peruerſorum. char. 52. dũmodo in-
terueniat partis concordatio, quia parte non concordata,
non poteſt fieri dicta compoſitio, ut dicunt ritus, & obſer
uantiæ magnæ curiæ Vicariæ, & ita ſemper vidi obſerua-
ri. Sed quid, ſi pars offenſa ab homine bonæ famæ non le-
thaliter vulnerata, ex quo vulnere nõ eſt membrũ indebi-
litatum, non vult ſe concordare, ſed petit iuſtitiam, vtrum
iuſtitia poterit ipſum condemnare ad pœnã pecuniariã?
Dico, ꝙ dictum capitulum, ad peruerſorũ. licet loquatur
de compoſitione, quæ habet antifanam, ſ. partis cõcordiã,
tamen ſi pars requiſita renuit ſe cõcordare pp ſupradictas
qualitates, poterit fieri commutatio pœnæ de corporali in
pecuniariam, per l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de infami
bus. per ſententiam diffinitiuam, & ſic ſententiando pœna
pecuniaria ſuccedit in locum corporalis pœnæ, & ſic erit
ſatisfactum iuſtitiæ. An autem opem præſtans percuſſio-
ni puniatur pœna huius conſtitutionis? Videtur ꝙ nõ, quia
cõſtitutio loquitur in perſona percutientis, & nõ in opem
præſtantis, & ſic puniri debet de iure cõmuni, prout legiſ,
& no. per dñm meum do. Ant. de Alex. in l. 1. C. de ſeruis
fugi. & vide quæ dixi ſupra in præcedenti nota. Tertiò no.
21 ex tex. ibi, manũ, cũ qua percuſſit, amittat. † quòd ſi per-
cuſſit cum manu, q̃ eſt debilior altera, debilior amputabi-
tur, ſm iſtã conſtõnem. & ſic ſi habet manum bonã & ari-
dam & percuſſit cum arida, arida amputabitur, ſed ſi per-
cuſſit cum bona manu, illa amputabitur, ſed in dubio, vbi
non apparet cum qua manu percuſſit, uidentur Doctores,
maximè Iac. Butr. & Ang. in auth. ſed nouo iure. C. de fur.
tenere, quòd arida amputabitur. & tangit Albe. de Roſa.
in l. ſed & ſi pupillus. §. proſcribere. ff. de inſtitoria. & in
3. parte ſtatutorum. in q. incipiente, quid ſi ſtatuto caueа-
tur. char. 142. & ẽt And. hic. ſed Bal. ibi tenet contra, non
oportet hodie in regno de hoc dubitari, an in dubio, vbi
non probatur, cum qua manu percuſſit, an cum ualidiori,
vel debili, vel arida, quia in dubio pſumitur percuſſiſſe cũ
ualidiori, vt expreſſè dicit dictum capitulum Regis Caro
li ſecundi, ſi quis cum ronca ferrea. quod capitulum alle-
gat ẽt hic And. ergo cum probetur, cum qua manu percuſ
ſit, illa amputabitur, ut hic, & ſi non conſtat, amputabitur
ualidior p dictum capitulum, & mirandum eſt, quòd non
fecit mentionem Ant. de Alex. qñ legit d. auth. ſed nouo
iure. de iſto c. attento quòd erat Doctor celeberrimus in re
gno. Sed iuxta hoc quæro, aliquis uno impetu cum armis
prohibitis grauiter duos pcuſſit, nec conſtat, quem primò
percuſſit, an una manus, vel duæ debeant incidi? Vide Al-
be. de Roſa. in lib. ſtatutorum, in 3. par. ubi refert quæſtio-
nem iſtam diſputatam per Iacob. de Bellaper. char. 144.
incipit, diſputauit ẽt &c. Quartò no. ex tex. ibi, æquum eſt
22 enim, † quòd æquitas eſt, quòd quis plectatur, i. ſeparetur
à corpore illud membrum, cum quo cõmiſit maleficium.
hoc enim olim erat pœna talionis, ut quis puniatur in mem-
bro, p quod deliquit, ut patet in Leuit. c. 24. ibi, ſi ſic facit,
ſic fiat ſibi, fracturam pro fractura, oculum pro oculo, den
tem pro dente reſtituet, qualem inflixerit maculam, talem
ſuſtinere cogitur &c. Ad idẽ & clarius in Exo. c. 21. & no.
glo. & in c. ſuper his. de accu. & in c. tuæ. de procu. & Ang.
& Saly. in l. qui crimen. C. de accuſ. hodie talis pœna talio
nis eſt ſublata, ſm Spe. in tit. de libe. concept. §. ti. in princ.
& glo. & Ang. & Saly. in d. l. qui crimen. & Saly. in auth.
ſed nouo iure. C. de adulte. & Fel. in d. c. ſuper his. hoc ue-
rum, niſi in caſibus, ubi per legem ſtatuitur pœna talionis,
vt eſt in iſta conſti. quæ punit percutientem cum armis ho
minem non ad mortẽ, ut plectatur pœna manus, cum qua
percuſſit, alibi dicit tex. ſicut quis multis nocet, ita à mul-
tis arguendus eſt. c. ſi quis. diſt. 94. Qui autem ſunt caſus,
in quibus punitur pœna manus, uide, quia illos poſui in §.
ſi quis alium, de pace tenẽda. Quintò & ultimò no. ex tex.
23 ibi, ueneratione contempta. † ꝙ contẽpta maieſtas regia
uindicatur, ſic ẽt uindicatur, ſi contemnitur maieſtas præ-
toris, ut in l. ſi familia. ff. de iuriſd. om. iud. dr̃ enim cõtem-
nere Regem, quia aſpernatur, & nõ curat ſeruare leges re-
gias ut hic, & no. in c. cupiẽtes. in prin. de elect. lib. 6. & ibi
per Io. And. poſt Archi. in §. ſi uerò. no. Archi. in c. 1. de ſen
ten. excom. lib. 6. unde dicit Archi. in c. quicunque. 81. diſt.
quòd tunc committit, uel tranſgreditur ex contemptu, qñ
uoluntas eius renuit ſubijci ordinationi legis uel regulæ.
Et ex hoc procedit ad faciendum cõtra legẽ, uel regulam:
qñ autem propter particolarem cauſam aliquam, puta, p-
pter concupiſcentiam, uel iram, adducitur ad aliquid fa-
ciendum contra ſtatuta legis, uel regulæ, non peccat ex cõ
temptu, ẽt ſi frequenter ex eadem cauſa, uel alia ſimili pa
ctum iteraret, &c. ut dicit ibi Arch. ex iſta ponderatione
huius literæ ſequitur mirabilis effectus, quòd ſi conſtaret,
quòd ille, qui fecit percuſſionem cum armis non ad mor-
tem, quòd non percuſſit in contemptum legis, ſed inopi-
natè

natè in rixa momentanea, nel aliter cunſtaret, ꝙ non in cõtẽptum legis, puta quia ipſe primò fuit percuſſus grauiter, & ex interuallo percuſſorem percuſſit ad remouendũ iniuriam primò.l.ſactam, etiam vindicando, licèt vindicta fuit illicita, tamen initium eſt inſpiciendum.l.& ſi plures.in ſi. ff.ar.ſur.cæſa.vt excuſetur aliqualiter ex eo, ꝙ fuit primò ab eo percuſſus, vt valeat cauſa cognita in minus puniri, argu. no. in l.quid ergo.§. pœna grauior. cum concordan. ſuis.ff.de infamib.& ſic facit id, quod dicam infra, in conſtit.terminum vitæ.in 6. no.in 11.fallentia, ꝙ non veniret plectendus pœna manus, quia ratio legalis reſtringit dictum.l. cum pater. §. dulciſſimis.ff. de le. 2. & iſta eſt una ſingularis limitatio ad iſtam conſtitutiunem, quæ nunquã fuit ponderata vſque ad iſta tempora, & credo, ꝙ ſit nera, ideo cõſulo, ꝙ inquiſitus de percuſſione cum armis faciat articulari, ꝙ non in contemptum legis percuſſit cũ armis, imò præſentem conſtitutionem habuit ſemper in reuerentiam, ſed dicta percuſſio fuit incugitata, & in rixa, nec aliter extendatur in contemptum legis, quia tunc veniret puniendus extraordinariè, vel ſaltem eſſet iuſta cauſa admittendi eum ad compoſitionem, maximè ſi articulauit, & probauit, ꝙ non habuit animum occidendi, nec contemnẽdi præſentem conſtitutionem, aliàs in dubio præſumetur, ꝙ in contemptum legis percuſſit, vt hic dicitur. In glo.j. dic, vt dixi in 1.no. In glo.2.ibi, ſic iudicatum, nota iſtam
24 interpretationem factam iudicio iudicum, † ꝙ ſi quis percuſſit cum armis incidendo veſtem, vel modicum vulnuſculum fiat in carne, ꝙ non eſt pœna manus, ſed bene percuſſus tenetur actione iniuriarum, vel de vi publica, & idẽ tenet Aug.in trac.Ange.de Are. de maleſi. in verbo, & ipſum Titium percuſſit. in 1. additione. & idem in verbo, vna alia percuſſione.char.122. ver. quæro, ſtatutum punit vulnus.& idem tenet expreſsè Ange.in l.extat.ff.quod metus cau. Et inquantum iſta gl. dicit, ꝙ tenetur de vi publica, dominus Barth.de Capua notabat iſtam glo.ad hoc, videlicet, ꝙ crimen Iuliæ de vi publi. committitur, nedum quando plures inſilierunt cum armis contra aliquem, verumetiam ſi vnus, & hoc probatur per iſtam glo. & ita tenent, licet iſta gl. communiter approbata nihil alleget, ſed potuiſſet glo. allegare tex. in l.2.§. hoc edicto.ff.vi bono. rap.cui adde id, quod dicit Alb. de Roſa.in l.ſi criminis. C.ad leg.Iuliam de vi priuata.vbi dicit, ꝙ pro vulnere illato agitur de vi publica, per illũ tex.quod non meminit alibi ſe legiſſe ita clarè, licet per tex. de pace tenen.§ ſi quis
25 aliũ. imponatur pœna manus. † Sed iuxta hanc glo. ſolet quæri, quid ſi aliquis percuſſit aliquẽ cum bacilo, non tñ vſq; ad effuſionẽ ſanguinis, vel barbã capilauit, qua pœna veniat iſte puniendus? Dicit hic Barth.de Capua, ꝙ debet puniri in ducatis.10.parti, & in ducatis 20.iudici, p tex. in §.ſi quis aliquem.de pace tenen.ſed ille tex.loquitur de libris auri, & non de ducatis.fortè dom.Barth.ſic fuit interpretatus, quia tempore illius tex.Italia multum abũdabat in auro, & ideo puniebãtur delicta in libris auri, hodie verò non eſt abundantia auri, & ideo libra auri fuit interpretata in ducato aureo, ſed ego arbitrariè punirem iuxta qualitatem perſonarum, loci, cauſæ, & temporum. In gl.ſi.ibi, prima opinio vr̃ verior. No.iſtam glo.ꝙ non poteſt puniri percutiens aliquem cum armis pęna portationis armorũ, ſi ei inciditur manus, cum qua percuſſit, quia pęna portationis armorum confunditur cum pęna inciſionis manus, vt in iuribus in glo.allega. Cui adde, ꝙ hæc glo.dicit verũ, quia vno & eodem tempore eſt delictum portationis armorum & percuſſionis, ſecus eſſet dicendum, quando portatio armorum eſſet facta diuerſo tempore, quia tunc poſſet puniri etiam pęna portationis armorum, ut dicit Ioan. And.in addi. Spec. in tit. de homicidio. in rub.idem dicit Bal. in l.quoties.§.ſi quis ita.ff.de hære. inſti. idẽ dicit Bart. in l.illud.ff.ad leg. Aquil.& dicebat Ang.in l.qui de crimi
26 ne.C.de accuſ.† ꝙ ſi de actu finali eſt maior pęna quàm de præparatorio, confunditur pęna actus præparatorij cum pęna actus finalis, & ideo inſultus confunditur cũ percuſſione, ſicut confunditur acceſſorium per principale.l.hæres à debitore.ff.de fideiu.& de hoc no.per glo. & Bar.in l. nunquam plura.ff.de priua.delic.Item adde id, quod dicebat And.ſupra, in conſti.intentionis. in 5. col. vbi dicebat, ꝙ quando quis impetitur de violentia cum armis, poteſt exigi pœna portationis armorum, & pœna de vi publica, & vna non tollit aliam, allegat.l.nunquam plura.ff. de priua.delic.ego de hoc arti. me remitto ad Bald.in l. quicunque. in 5.col.C. de ſeruis fugi. & in l. eum.C.de furtis.ad Bart.in l.ſanctio.ff.de pœnis.& in l. omnes populi.in q.ſalis.de iuſti.& iure.& ad ea quæ ſcribit ibi Alex.& in l.ſenatus.ff.de accuſa.& ad Cyn.& Sal.in l.3.C. de ſepul. vio.& ad Pet. de Ancha.in c.fęlicis.4.col.de pœnis. lib.6.& uide Ang.in Auth.de ſan.epiſ.§.ſi.& Bart. in l.fin.C.de aquæductu.lib.11. & in l.quid ergo §.pœna grauior.ff.de infamibus.& tene menti id, quod dicit hic Andr. in ſi. ꝙ quando quis percutit cum armis, ſi condemnatur ad truncationẽ manus, non punitur lege Iulia de vi: ſed ſi non percutit cũ armis aſſociatus facit inſultum, tunc punitur lege Iulia, de vi publica. bene faciunt ad hoc ſcripta per Andr. ſupra, in
27 conſti.intentionis. In gl.ſi.in ſi. no.glo.iſtum tex.† ꝙ quis puniri debet in ea parte corporis, in qua deliquit, ſic etiã dicit tex. in auth. omnes.C. commu.de ſucceſ.ibi, ut in eo puniantur, in quo deliquerunt, vel prout culpæ qualitas exegerit, puniẽdus eſt.tex.in Auth.de non alie.§. ſi quis autem per donationem.Inde dicit lex, qui mortem defuncti non vendicat in iudicio, indignus eſt hæreditate, & actiones confuſæ non reſtaurantur, niſi per ignorantiam ſit deceptus, vt in l. hæredem qui. ff. de his quibus ut indig.ſic etiam punitur ille, qui ſciẽter ædificat in ſolo alieno, in eo in quo deliquit, quia priuatur ædificio ibidem conſtructo ſine recuperatione impenſarum, vt in §.ediuerſo. Inſtit.de rerum diui.& in l.ſi is contra quem.C.de ædi.priuatis.

ANNOTATIONES.

a Armis.] Et an qui percuſſit fuſte, vel lapide teneatur pœna manus? vide tex.in l.omnes.§.ſi quis commilitonem.ff de re milit.& l.1.§.diuus.verſicu. ſed ſi claua percuſſit.ff.ad leg. Cornel.de ſicarijs.& Andr.de Iſer.hic. Batius.

b Quæro.] vltra allegata hic per authorem adde tex. in l.ſi. C.quæ expor.non poſſunt.glo.in l.ita quorundam.ff. de fideiuſ.glo.in c.ſi perfodiens. de homici. & glo.notab.& magiſtra in materia, in uerbo, arma.in clementi.ne in agro.de ſtatu monachorũ. Batius.

De homicidijs puniendis. Rub. XIII.

CONTINVATIO huius rubricæ patet, quia in conſtitutione præcedẽti dictum fuit de pœna percutientis cum armis, & non occidentis, nunc dicit de pœna ſtatuta contra occidentem hominem, intelligitur dolo malo, vt dicit Ioan. Andr. in regula, pro poſſeſſore.lib.6.& in addi.Spec.in tit.de homi. in rub.circa ſi.& patet in cle.ſi furioſus.de homi.unde dicit Bal. in l. data opera.4.col.C.qui accuſ. nõ poſſunt.ꝙ ſi ſtatutum dicat, quod homicida condemnetur in centum, & ſi non ſoluerit intra mẽſem, decapitetur, vbi eſt culpa, cõdemnatur in centum tñ, & licet non ſoluat, non decapitabitur. Itẽ ſi ſtatutum præcisè punit homicidam ad mortem, & non facit mentionẽ doli, tamen iudex, vbi non eſt dolus, dẽt ſententiã temperare, vt.ff.de his qui no.inſa.l.quid ergo.§.pœna grauior.& l.qui ædes.ff.de incendio, rui.naufra.idẽ no. in l.lex Cornelia.ff.de ſica.& ſentit Bal.in l. & ſi ſeuerior. C.de infamibus.hoc expreſsè firmat Bal.in primo vol.conſi.430.incipien.qui mortẽ aliter.& Ang.de Are.in verbo, ſcienter, & doloſè. char.79. Idem firmat Pau.de Caſt.in l. 1.in ſi.ff.de legibus. & vide Ludo. in l.in actionib.ff.de in litem iurando.vbi dicit, ꝙ homicidium commiſſum culpa ſine dolo punitur extraordinariè, & ibi multa allegat, & ponit multos caſus ſpeciales, vbi in criminalibus lata cul-

pa

pa punitur, ſicut ſi doloſè commiſſum ſit delictum, ſed de hoc me remitto ad Bartolum & ad apoſtillas Alex. in l. 1. §. non autem. ff. ſi quis teſtamento liber eſſe iuſſus fuerit, & in conſi. ſuo, char. 40. incipien. videtur in caſu propoſito. 1. col. ver. cum ergo. vbi multa allegat ad hoc, & ibi dicit, q̃ ille, qui parat offendiculum in feneſtra, cauſa capiendi malofactores, domum ingredientes, & ille de nocte præcipitanit in terram, & mortuus fuit: q̃ non punitur pœna mortis, vt eum ibi uidere poteris. ſequitur uigrum.

SVMMARIVM.

1 *Occidens hominem, quibus & quot caſibus non puniatur.*
2 *Terminus vitæ eſt homini conſtitutus per prouidẽtiam diuinã.*
Ortus & interitus hominis in manu Dei.
3 *Ariſtotelis præcepta ad Alexandrum regem Macedonum.*
4 *Iudex iuſtè occidens nocentem, non dicitur occidere, ſed qui eum nocentem aſſerunt.*
Ordo iuris in Paradiſo terreſtri ortum habuiſſe dicitur.
5 *Protectio vitæ hominum in regno ad Regem ſpectat, prouidente Deo.*
6 *Mors & vita hominis quando & qualis Dei reſeruatur iudicio.*
Mors per iudicem illata an auferat omnem pœnam in purgatorio debitam.
7 *Euchariſtia non debet denegari ad mortem damnatis eam petentibus.*
8 *Mors naturalis non infligebatur olim pro homicidio: hodie autem ſic.*
9 *Homicidium pœna mortis punitur.*
Occaſionem damni dans, qualiter damnum dediſſe intelligatur.
10 *Proditor principis, vel transfugiens ad hoſtes, impune occiditur.*
11 *Homicidium factum ſe defendendo cum moderamine inculpatæ tutelæ non punitur.*
12 *Vulnus alieni illatum per quem probari debeat mortale, vel non.*
Vulneratus in dubio præſumitur ex vulnere mortuus.
13 *Mortuus ex vulnere non præſumitur, qui poſt octo menſes moritur.*
14 *Vulnus non eſſe mortale quis probare debeat, & per quos probetur.*
Peritis in ſua arte creditur.
15 *Percuſſus qualiter probetur mortuus ex vulnere, & non incuria.*
16 *Occidens furem diurnum, cuius manus euadere non poterat, non punitur.*
17 *Maritus occidens vxorem in actibus venereis deprehenſam non punitur pœna mortis.*
Dolorem iuſtum temperare difficillimum eſt.
18 *Percuſſus occidens eum, qui ipſum vulnerauit: non punitur morte.*
19 *Abortum in vtero occidens, qualiter puniatur.*
20 *Percuſſio illata reparari non poteſt.*
21 *Percutiens in pede, non videtur animum occidendi habuiſſe.*
22 *Miles vel ſtipendiarius regis ad hoſtes ſe transferens, poteſt impunè occidi.*
Homicidium ante. 10. annos commiſſum non punitur morte.
23 *Occidens vnum, volens occidere alium, an teneatur de occiſo.*
24 *Copulam carnalem habens cum coniugata quam credit ſolutã, an cenſeatur adulterium committere.*
Matrimonium contrahens cum ſorore minore, credens ſe contrahere cum maiore, an teneatur ratificare & conſumare.
25 *Percuſſus à duobus, quorum alter mortiferè percuſſit, & alter eum interfecit, à quo dicatur occiſus: & an vterque de occiſo teneatur.*
26 *Auxilium præſtans, quando puniatur de auxilio præſtito.*
27 *Vulneratus mortaliter ab vno, ſi per alium percutiatur, ab illo non dicitur occidi, ſed à primo.*
28 *Vulnus lethale à pluribus illatum non punitur, ſi quis intulerit, neſciatur.*
29 *Plures percutientes aliquem, qui inde moriatur, an debeant omnes morte puniri.*
30 *Chirurgi quot ſufficiant ad iudicandum de vulnere, an ſit mortale vel non.*
Agrimenſori vnico creditur aliquando.
Medici duo ſufficiunt ad probandum vulnus eſſe lethale.
31 *Experto viro deputato à publico credi debet.*
32 *Iudex diligenter inquirere debet, an vulnus mortale ſit, vel non.*
Credentiæ multorum ſtatur, donec contrarium probetur.
33 *Opinio communis multum confert in re dubia.*
Teſtis vnicus non probat.
34 *Dictum teſtis ſecundùm rationem, quam aſſignat, regulatur.*
Indefinitũ vniuerſali non æquiparatur in materia teſtium.
35 *Iudex, vt veritas inueniatur, ſumma ope niti debet.*
Iudex cuncta rimari tenetur.
36 *Pars qualiter nouos teſtes debeat facere examinari.*
37 *Iudex defenſionem rei tempore debito non recipiens, in ſyndicatu de iuſtitia denegata tenetur.*
Iudex miniſter Dei dicitur.
38 *Iudex poſt publicationem poteſt ex officio teſtes producere.*
39 *Conuictus, vel confeſſus de homicidio, an admittatur excipiens, quòd ad ſui defenſionem fecerit.*
40 *Homicidium ſe feciſſe confitens ad ſui defenſionem, an poſſit ad mortem damnari, vel torqueri, ſi in hoc probando defecerit.*
Confeſſio, ſeu aſſertio vulnerati, an ei noceat, quem inculpauit.
41 *Exculpatus à vulnerato indicium innocentiæ pro ſe habet.*
42 *Sententia de occiſo ad iudicium medici imperiti, ſi de contrario per peritiores medicos conſtet: debet retractari.*
Sententia cauſa adulterij ex præſumptionibus poteſt ferri.
43 *Condemnatus de occiſo, quando ſententiam retractari facere poſſit latam ſecundum iudicium medici imperiti.*
Medici & chirurgi ſuper vulnere interrogati, non vt teſtes, ſed vt iudices potius deponunt.
44 *Sententia ad iudicium chirurgorum, vel aliorum in arte peritorum lata nunquam tranſit in rem iudicatam.*
45 *Litigans an puniatur, ſi ipſius frater interficiat aduerſarium in lite, ſeu competitorem.*
46 *Comes, dux, marchio & ſimiles in dignitate conſtituti pro homicidio non debent ſuſpendi, ſed potius decapitari.*
Suſpendium in Francia non cenſetur mors ignominioſa.
47 *Caput hominis eſt diuinum ob cerebrum, in quo eſt potentia intellectiua.*
48 *Occidens aggreſſorem non eſt morte puniendus.*
Furem diurnum quando occidere liceat.
49 *Fur nocturnus occidi non debet, niſi præcedente acclamatione.*
Acclamatio auxilium importat, vel potius implorat.
Iudex abſoluendum non abſoluens, calumniam illi inferre dicitur.
Calumniator puniri debet ſupplicij ſimilitudine.
50 *Furioſus & infans à pœna homicidij excuſantur.*
Furioſus excuſatur ob animi infœlicitatem, & infans eius innocentia excuſatur.
51 *Conſtitutio, terminum vitæ, in quibus corrigat ius commune.*
Condemnatus ad mortem non poteſt teſtamentum facere.
52 *Infans dicitur, qui ſeptimum annum nondum complenit.*
Infans eſt primæ tonſuræ incapax.

TERMINVM vitæ. Diuiditur hæc cõſtitutio in tres partes. In prima ponit elegans procemium, quod in effectu. h. d. Deus eſt, qui hominem creauit, & redemit, & ſtatuit ei terminum uitæ: ideo Imperator conatur, ut ſtatutum Dei ſeruetur, & contrarium facientes imperialis indignationis aculeis puniantur. In ſecunda ibi, ſanctionis. ſtatuit, quòd qui hominem ſtantem ſub protectione regia fuerit aggreſſus, & in ipſo aggreſſu occiderit: ſi eſt miles, ſubaudi vel nobilis, vel in ſuperiori gradu, gladio ultore p̃ ſentẽtiã

indi-

iudicis ſeparetur caput a ſpatulis, ſi verò ſit burgenſis ſine
dignitate ſuſpenditur,ita vt eius anima ſeparetur a corpo-
re. In 3. & vlt. parte ibi, qui tamen aggreſſorem . excipit
quinque caſus , in quibus committens homicidium nullā
1 calumniam ſuſtinere debet, ideſt, nullam pœnam.†Et pri-
mus caſus eſt , ſi quis ſe defendendo ſuum aggreſſorē oc-
ciderit. Secundus caſus eſt, ſi latronem diurnum armatū,
quem non potuit capere, & in dubio vitæ diſcrimine con
a ſtitutus, occidit. Tertius caſus eſt , ſi furem nocturnum,[a]
quem capere non potuit,clamando occidit,ēt ꝙ nō probe
tur, ꝙ erat in dubio vitæ diſcrimine conſtitutus, ad diffe-
rentiam caſus præcedentis. Quartus caſus eſt,ſi infans qui
non habet animum malignandi, hominem occidit.Quin
tus caſus eſt,ſi furioſus in furore hominem occidit , nam
infelicitas animi eum excuſat. Et hoc dicit in ſumma.pœ-
na occidentis hominem eſt mors naturalis, niſi in quinq;
caſibus hic deſcriptis . Vel ſic,ſi miles , vel in ſuperiori di-
gnitate conſtitutus hominem occiderit , per gladiū debet
caput a ſpatulis ſeparari,ſi ſit burgenſis,debet ſuſpendi,ita
ꝙ eius anima ſeparetur a corpore,ceſſat verò hæc pœna in
quinque caſibus hic deſcriptis , & in diuiſione recitatis.
2 †No.primò ex tex. ibi, terminum vitæ . ꝙ terminus uitæ
hominis à diuina prouidentia conſtitutus eſt . Nā dicitur
in lib.Iob,c.14.numerus menſium eius apud te eſt:conſti-
tuiſti terminos eius,qui præteriri non poterunt.& ſummi
Dei eſt ortus, & interitus hominis, vt dicitur Deuter.c.32:
ego occidam , & ego viuere faciam . Deus ergo dat vitam
& mortem:qui ergo hominem occidit,uſurpat, quod Dei
eſt : & facit contra præceptum illud diuinum, Non occi-
des,vt patet Exod.20.c.& in Euang.Matthæi 5.c.& 1.diſt.
c. ſi quis voluntariè . & dicit Ariſtote. in lib. de regimine
3 principum.in cap.de Regis iuſtitia. †O Alexander frequē
ter monui te , & adhuc moneo , quòd tu meam cuſtodias
doctrinam, quam ſi ſeruaueris, tuum propoſitum conſe-
queris , & regnum tuum durabile permanebit, vide ne p
te ſanguis humani generis fundatur, quoniā hoc ſoli Deo
conuenit,noli ergo aſſumere diuinum officium. Caue igi
tur quantum potes,ſanguinem effundere humanum,quia
ſcripſit doctor egregius Hermogenes : quando creatura
interficit creaturam ſibi ſimilem,omnes virtutes cęlorum
clamāt ad diuinam maieſtatē dicentes , Domine Domine
ſeruus tuus vult eſſe ſimilis tibi, & creator excelſus reſpō-
det: Ille qui interficit, interficietur, mihi vindictā, & ego
retribuam.& oēs virtutes cęlorum in ſuis laudibus petunt
vindictam de morte interfecti , donec vindicta ſumatur .
bene ad hoc facit text.in c.ſi ea,de quibus.23.q.4.caueant
igitur priuati homines ab homicidijs,& principes & iudi
ces interficere facere homines,niſi ritè & rectè, tūc.n.ſunt
miniſtri Dei ad iuſtitiam faciendam.Inde dicit B.Auguſt.
in quæſtionib,vt refert Aſten.in 1.li.in ti.de quinto præce
pto,non occides,cum homo iuſtè occiditur,lex occidit,&
non iudex ſecularis,quia dicit tex.in c.homicidas.23.q.5.
homicidas,ſacrilegos,& venenarios punire non eſt effuſio
ſanguinis, ſed legum miniſterium . & pro hoc bene facit ;
4 quod dicit B.Tho.2.2.q.64.arti.6. †quòd iudex occidens
nocentem iuſtè,non occidit ipſe, ſed illi, qui aſſerunt eum
nocentem,quia iura conſiderant factum,& non ſententiā.
l.palam. §.pen. ff.de ritu nupt. & dicit B.Tho. de Aquino,
2.2.q.64. art.2. quòd ſicut pro ſalute totius corporis præ-
ciditur laudabiliter membrum aridum , ſic malefactor &
corruptiuus aliorum laudabiliter occiditur, vt in c.quæſi-
tum eſt.23.q.4.& q.5. cap.miles. cum ſequentibus. dum-
modo zelo iuſtitiæ fiat , & non per vindictam, vt in c.fin.
23.q.4.& iuris ordine ſeruato,vt in l.prolatam. C.de ſen-
tētijs & inter.om.iud.& no.Card.in cle. 2.de iudicijs.qui
ordo iuris ortum habuit à Deo in Paradiſo , ſm Specu. in
procem. in §.cæterùm. & ſi non ſeruatur ordo iuris in cau
ſis,fit parti præiudicium,ſecundùm Bald.in c.ad hęc.in fi.
de pace iura.firman. Nec licet principi tollere defenſionē,
& ea quæ ſunt iuris naturalis,ut no.Bar.in l.filiusfamilias.
ff.de dona.& no.in clem.paſtoralis.de re iudi.& in cle.ſæ-
pe.de re iudi.& vide apoſtillam Alex.in d.l.filius.vbi mul
ta dicit,quòd ille, qui habet arbitrium poteſt aliqua face-
re,& aliqua non, vt ibi per eum. Secundò no.ex tex.ibi,cō
5 miſſum. †quòd protectio & tuitio vitæ hominum in regno
pertinet ex diuina prouidentia ad Regem regni, & ſic qui
hominem occidit, lędit principaliter diuinam maieſtatē ,
item ipſum Regem , cui Deus commiſit hominum regni
protectionem,& defenſionem. item lædit hominem, quē
interfecit , & omnes eius agnatos, & cognatos , ut in l.lex
Cornelia.ff.de iniurijs.& ideo in capitulis inquiſitionis di-
citur,quòd hominē exiſtentem ſub Dei & regia protectio
ne ſecurum interficere non licet : Rex enim eſt dominus
perſonarum,ut dr̄ infrà in conſti.quia frequenter.in fi. Nā
regnum capit gubernaculum à Papa,ut dicit Bar. in l.5.ff.
ad leg.Iul.maieſt.& Papa eſt vicarius Dei : & ideo media-
tè à cæleſti maieſtate traditum eſt ſibi regnum , ut l.1. in
princ.C.de vet.iure enucl. & in Prouer.8. c.per me Reges
regnant. & ſi Reges contra iuſtitiam anteponunt aliquod
humanum obiectum, parum curantes de cōmiſſione diui
na , Deus transfert regnum in alium , vt dicitur in Eccleſ.
c.10. Regnum a gente in gentē transfertur pp iniuſtitias ,
iniurias, cōtumelias,diuerſos dolos.multum enim Reges
debent proſpicere ad diuinā cōmiſſionem , quam habent
a Deo:quia ſi faciunt iniuſtum cōtra cōmiſſionem Dei,pri
uantur ſolio regio,quoniā Deus permittit, quòd qui præ-
ceptum Imperatoris contemnit,iudicium ſibi acquirit, &
inter homines pęnas luit , & apud Deum fortè non habe-
bit,vt patet 11.q.3.c.Imperatores.Tertiò no.ex tex.ibi, il-
6 lius iudicio reſeruāte.†quòd Imperator vidēs, quòd Deus
hominibus ſtatuit terminum vitæ: fecit legem, ne quis cō
tra præceptum Dei abbreuiet dies hominis per eius inte-
ritum,ex quo Dei iudicio reſeruatur,quādo homo debet
mori,nam Deus interdum dat mortem acerbam, ut quan
do moriuntur infantes: interdum dat immaturā,ut quan-
do moriuntur iuuenes : interdum dat mortem maturam,
vt quando moriuntur ſenes,ſecundùm Arch. in c.præſen-
ti.de præb.lib.6. & ideo homo non debet abbreuiare dies
hominis,niſi authoritate iudiciaria.Sed hic quæro de qua
dā quęſtione theologica , uidelicet ecce, quod per iuſtitiā
aliquis eſt cōdēnatus ad mortē naturalem pp delictum cō
miſſum per eum,& fuit executa illa ſententia iudicis,vtrū
iſta mors illata per iudicē,qui eſt mediatè Dei miniſter,au
ferat omnem aliam pœnā pro illo delicto in purgatorio?
Videtur quòd ſic : qa mors data à iudice,ut miniſtro Dei,
eſt pœna peccati,ut dr̄ in epi. Pau. ad Rom.6.cap. ſed pro
peccato non debet quis dupliciter puniri,ergo &c. Præte-
rea dicit B.Tho.in 2.2.q.25.ar.6.in reſponſione ad ſecun-
dum,quòd mors peccatori illata per iudicem,prodeſt ſibi
ad culpæ expiationem: expio, ideſt purgo, vel purifico,in-
de expiatio,ideſt purgatio. & idem in 4.ſententiarum,diſ.
20. & 21. item prodeſt ſibi dicta mors ad culpę termina-
tionem, quia pro hoc ei tollitur poteſtas amplius peccan-
7 di ſecundum eum.†Ex his infero, [b] quòd dānatis ad mor-
b tem petentib.euchariſtiā debet dari,ſed nō extrema vnctio
ut dicunt Arch. & Io.And. & alij in c.ſuper eo. de hæreti.
li.6.facit qđ no.Archi.13.q.vlt.c.vlt. & eſt tex.in cle.1.de
pœniten.& remiſſio.Quartò no.ex tex.ibi,condidit,& re-
demit.no.iſtum tex.quòd Deus creauit hominē,ut legitur
in Geneſi.c.2.& quia peccauit cōtra præceptum, Deus mi
ſericordia & pietate motus , noluit eius filiū incarnari de
ſpirituſancto in utero ſanctæ Marię virginis,ut eum redi-
meret per oīa eius dicta & facta,ut in c.1.de ſumma trini-
tate.quia eſt ſuper oēs miſericors,ut dr̄ in pſalmo, Miſeri-
cordia domini plena eſt terra, quia Deus maximus eſt , &
ideo miſericordia eius maxima eſt.Inde dicitur pſal. Miſe
rationes eius ſuper oīa opera eius . Chriſtus ergo fuit no-
ſtra redemptio per modum meriti,ut dicit Beatus Tho.in
3.par.q.48.ar.1.& vide eum in quæſtione præcedenti.Ip-
ſe ergo Chriſtus fuit ſalus omnium , ut dicitur in clem.1.
de ſum.trini. Quintò no.ex tex.ibi,indignationis aculeis.
8 No.iſtum tex. †quòd licet de iure Digeſtorum pro homi-

cidio non fuerit inuenta pęna mortis naturalis, ſed ciuilis:
nam nobiles & altiores deportabantur, humiliores uerò
perſonæ beſtijs ſubijciebantur, vt in l. 3. §. pen. & l. pen. ff.
ad l. Corne. de ſica. tamen hodie in regno per iſtam conſti-
tutionem aculeis imperialis indignationis grauantur, & ſi
non ſequerentur in hac conſtitutione illa uerba, ultore gla
dio, pęnam ſuſtineat capitalem, & illa verba, inferiores fur
ca ſuſpenſi ultimo ſupplicio ſubiungantur. illa uerba acu-
leis, intelligerentur de pęna l. Cor. de ſicarijs, quæ pęna ho
die non eſt in uſu, ſm Ang. in l. 3. §. legis. ff. de ſica. quia tan
tum eſt dicere aculeis, ſicut dicere pœnis, vt in l. 1. C. vt in-
tra certum tempus quæſtio cri. terminetur. & in l. fi. in fi.
C. de ſum. Trin. & in l. manichæos. in fi. C. de hæret. Sextò
9 no. ex tex. ibi, homicidas. † ꝙ pro homicidio imponitur pę
na mortis. idem dicit Ang. in l. 3. §. legis. ff. ad l. Cor. de ſic.
intellige ſiue occidit cum armis, ſiue baculo vel lapide, vel
eum ſtrangulauit, vel ſuffocauit, quomodocunq; occidit,
punitur pœna mortis. l. 1. §. occiſorum. ff. ad Syllan. idem ſi
cauſam mortis præbuiſſet, dicitur occidere. ff. de ſica. l. ni-
hil. prout bene exemplificat hic And. cui adde gl. in c. ſæpe
contingit. 50. di. & gl. in c. ſtudeat. ea. di. quæ dicit, ꝙ iſta re
gula, qui occaſionem damni dat, damnum dediſſe vř, intel
ligitur de occaſione proxima, non remota, de quo ibi per
glo. & And. hic. idem ſi veneno, vel toxico occidiſſet, vt in-
frà in conſti. mala noxia. homicida enim quod fecit, ſem-
per expectet, dicit tex. in l. 3. C. de epiſ. audi. & Chriſtus in
euangelio. qui gladio ferit, gladio peribit. Hoc verum intel
lige, quando eſt occiſus ille, qui non eſt bannitus & foriu-
dicatus, & ſic ſtat ſub protectione & defenſione regia, vt
dicitur in hoc tex. aliàs ſi eſſet bannitus & foriudicatus, oc
cidens non puniretur, quia lege permittente eum occidit,
vt infrà in conſti. pęnam eorum. ibi, pro mortuo habeatur,
& hoſtis plurib. reputetur ſic, vt ab omnib. offendatur im-
10. punè &c. † Idem ſi occidiſſet proditorem Regis, uel tranſ
fugam ad hoſtem, vt in l. 3. in fi. ff. de ſica. nam proditor in
numero hoſtium habendus eſt. ff. de capti. & poſtli. reuer. l.
poſtliminium. §. transfugam. & ff. de ver. ſign. l. quos. item
hoſtis dicitur etiam, qui commiſit crimen læſæ maieſt. vt
dicit hic And. in prin. & C. de bo. lib. l. 1. ff. ad l. Iuliam ma
ie. l. fi. hoc verum intelligo, qn̄ eſſet condemnatus per ſen-
tentiam, vt in c. 1. de feu. ſine culpa non amit. per And. vel
eſſet hoſtis notorius facti permanētis, vt ibidem per And.
& ibi dixi. & ideo dicebat Arch. in c. præſidentes. de hære.
in 6. licet permittatur, ꝙ hæretici poſſint occidi, intelligi-
tur, ſi hoc fiat edicto principis, & non aliter, & ſic habetis
primam limitationem ad iſtam regulam, ꝙ homicidium
punitur pœna mortis. fallit primò, niſi homicidium ſit fa-
ctum in perſona banniti, & foriudicati, uide de hoc ad ſa-
turitatem per Tancredum in ſua margarita, char. 36. q. 8.
Secundò fallit, niſi homicidium ſit factum ſine dolo, & cū
11 culpa, vt ſuprà dictum eſt in rub. huius cōſtitutionis. † Ter
tiò fallit, niſi homicidium ſit factum defendēdo cum mo-
deramine inculpatæ tutelæ, tunc tale homicidium non pu
nitur, quia talis defenſio eſt permiſſa, vt dictum fuit, ſuprà
in conſtit. pacis cultū. & ſic iſta conſtitutio intelligitur in
eo, qui aggreſſus eſt aliquem ſub protectione, & defenſio-
ne Regis exiſtentem, & eum occiderit, tūc ipſe aggrediens
punitur pœna mortis, & non ille, qui occidit aggreſſorem
cum moderamine prædicto, vt probat iſte tex. ibi, aggreſ-
ſus, & in aggreſſu, & ibi, tamē aggreſſionem, quod uerum
intelligo, quando offenſio fuit illicita, ſed ſi offenſio fuit li
cita, tunc defenſio non eſt permiſſa, ſm Bart. in l. facultas.
C. de iure fiſci, per primam & 2. l. C. quando liceat ſine iu
di. ſe vindica. Quartò fallit, quando quis aliquem vulne-
rauit non mortifere, & ille vulneratus per malam curam,
quam habuit, mortuus fuit, tūc non tenetur de occiſo, ſed
tantùm de vulnere facto cum armis, per l. qui occidit. §. fi.
& l. ſi ex plagis. ff. ad l. Aquiliam, ſm And. hic in 1. col. cui
adde Bal. in l. ſi ab hoſtibus. §. 1. ff. ſol. matr. & in c. 1. 4. col.
quibus modis feu. amittatur. & videtur tex. in c. ad audien
tiam. de homic. idem conſuluit Siguorolus Homodei in
conſi. 164. inci. factum ſic ſe habet &c. & ibi alleg. Gandi-
52 num hoc firmantem. † Quis enim probabit, ꝙ non morti-
ferè fuit vulneratus, an accuſator & fiſcus, vel accuſatus,
vel inquiſitus, vbi dubium eſt an vulnus ſit mortale, vel
nō mortale? Dicit hic And. ꝙ de natura l. Cor. eſt, ꝙ qui ac
cuſat de homicidio, oportet ꝙ dicat occidiſſe, vel percuſſiſ
ſe mortiferè, quia ei, qui dicit, incumbit onus probandi, ut
in l. ei qui. ff. de proba. & l. qui accuſare. C. de eden. & ſic
non præſumitur in dubio, ꝙ vulnus fuit mortale, niſi con-
ſtet fuiſſe mortale. reperio Odofr. dicere contrarium in l.
qui occidit. §. penul. ff. ad l. Aquiliam. vbi dicit, ꝙ in dubio
vulneratus præſumitur mortuus ex vulnere, niſi probetur
negligentia, vel mala cura. probabitur ergo, ꝙ vulnus fuit
mortale ſine teſtibus & inſtrumento, ſecūdùm And. hic, ſi
percuſſus mortuus fuit intra triduum poſt percuſſionem.
alleg. 50. di. c. ſi qua fęmina. ibi, intra tertium diem. cui ad
hoc adde glo. in l. 1. C. de emenda. ſeruorum. & Bar. in l. fi.
in fi. ad l. Cor. de ſica. & Bal. in proœ. ff. orum, in 3. col. & gl.
in c. 2. de clerico percuſſore. & gl. fi. in c. plurimum. de ho-
mi. Idem ſm And. hic, ſi poſt quartū diem, vel breue tem-
pus poſt percuſſionem ſit mortuus, imò ſm iudicium me-
dicorum, ſi poſt vulnus mortuus fuit intra 40. dies, dici-
tur mortuus ex vulnere, ſm Aug. in additionib. ad tracta-
tum Ange. de Are. de maleficijs, in verbo, Et ex interuallo
dictus Titius. Et idem videtur tenere Ant. de But. in c. præ
terea. de clerico percuſſore. totum hoc erit in arbitrio iudi
53 cis, qn̄ dubitaretur, vt dicit Augu. in dicto loco. † Secus ſi
poſt octo menſes poſt vulnus mortuus fuit, & ſic longo tē
pore poſt vulnus, non pręſumitur mortuus ex vulnere, ſm
eū hic in 2. col. Cui adde hoc eſſe verum, ſi conualuit, aliàs
ſi ſemper malè ſe habuit per octo menſes, & poſtea mori-
tur, pręſumitur mortuus ex vulnere, vt dicit Abb. Sic. in d.
c. præterea. Benefacit. c. præterea. de clerico percuſſo. quia
multę ſolent eſſe occaſiones mortis in homine, vt ff. de do.
cau. mor. l. ſenatus. §. mortis cauſa. & quia repentina mors
ſolet hominibus obuenire, vt in auth. vt factæ no. conſti. in
fi. Item poterit probari, ꝙ vulnus fuit mortale, ſi cōiter di-
cebatur, ꝙ vulnus erat mortale, vel erat notorium, ꝙ erat
mortale; vel ſi conſtat, ꝙ percuſſit cum gladio acuto in ca-
pite, arg. l. 1. §. diuus. ff. de ſic. & c. ſignificaſti. de homi. tunc
ſi mortuus fuit ēt poſt longum interuallum, dicitur mor-
tuus ex illo vulnere, & habet locum pęna huius conſtitu-
tionis ſm And. hic, dum alleg. l. ait lex. §. 1. ff. ad l. Aquiliā.
Semper enim probando, ꝙ vulnus fuit mortale, nō iuuant
probationes, ꝙ per negligentiam & incuriam fuit mor-
tuus, per l. qui occidit. §. fi. ff. ad l. Aquiliam. & Bal. conſul-
uit in quodam conſilio, quod incipit, ſapientiſſimè allega-
tum eſt, & tenet Ang. de Are. in verbo, ex interuallo dictus
54 Titius &c. † Et iſto caſu accuſatus, ſi prętenderit, quòd vul
nus non fuit mortale, debet probare, & optima probatio
eſt per medicos chirurgicos, qui examinati cum iuramen
to dicant, ꝙ vulnus nō fuit mortiferum, ſed leue, nam cre-
ditur peritis in arte, ſecundùm And. hic, in 3. colum. & no.
Bar. in d. l. fi. ff. ad l. Cor. de ſica. & in l. 1. §. 1. ff. de ventre in-
ſpicien. & in proœ. ff. orum. cum concor. qui ibi allegantur,
& per Ang. in tractatu malefi. in verb. Et ex interuallo di-
ctus Titius. char. 129. & ſequenti. An autem alij teſtes non
chyrurgi, ſint idonei teſtes ad probandum ꝙ vulnus non
fuit mortale, vel mortale? Dicit hic And. ꝙ non, per tex. in
Auth. de ſancti. epi. §. 1. & no. per Inn. & alios in c. cum cau
ſam. de teſtibus. niſi teſtes deponerent, quòd fama erat, ꝙ
vulnus erat mortale, uel leue, & ipſi hoc credebant ſecun-
dùm And. hic in 1. & 2. col. Et quando accuſatus, vel inqui
ſitus de homicidio probaret, ꝙ vulnus fuit leue, & percuſ
ſus fuit mortuus ex negligentia exponendo ſe vento, vt in
c. tuam. de homicidio, & in l. qui occidit. §. fi. ff. ad l. Aqui-
liam. vel probando, ꝙ habuit malum regimen in bibendo,
& comedendo res nociuas, uel probando, ꝙ habuit coi-
tum cum uxore, uel alia muliere, etiam ꝙ poſtea moria-
tur, percutiens leuiter debet per ſententiam abſolui ab oc-
ciſo, ut dicit Odofre. in l. qui occidit. §. penul. ff. ad l. Aqui-
liam.

15 liam.ſed bene tenetur de vulnere.† Et ecõtra, accuſans, vel
fiſcus poterit probare, ꝙ percuſſus non fuit negligens in
ſe curando: imò adhibuit optimã curã, nã habuit ſufficien
ter chyrurgos, & medicos, & ſtetit in camera ſua clauſis fe
neſtris, & habuit oia neceſſaria ad curã ſuam, nec iuit per
ventũ. tunc ſi mortuus fuit, tenetur percutiens de occiſo,
niſi percutiens probaſſet, ꝙ vulnus erat leue, per teſtes, vel
per medicos, & ꝙ mors, quæ ſuperuenit, fuit, quia cecidit,
vel alius eũ percuſſit, vel caſualiter mortuus fuit, nec iuua
ret percutientem, ſi probaret, ꝙ poſt percuſſionem ſuper-
uenit alia infirmitas, vel ſpaſmus, quia ſi poſtea moriatur,
præſumitur, ꝙ iſte ſpaſmus, & infirmitas prouenerit ex p-
cuſſione, vt dicitur in gl. in d.c. ſtudeat l. diſtin. niſi proba-
retur, quod vulnus fuit leue, & nõ mortale. Et diligens iu-
dex ex officio omni tempore poterit interrogare teſtes ẽt
examinatos ſuper hoc, ſm An. hic in vlt. col. & dicetur in-
frà in quæſtionib. tangendis. Sed iuxta hoc quæro de vna
qõne, q̃ tangit Tancredus in Margarita ſua, char. 33. quæ
incipit, nonò quæritur, aliquis intulit alteri uulnus, ꝙ me-
dici intuentes aſſerunt ſecundum eorum experiẽtiã artis,
quod non eſt mortale, & ꝙ percuſſus ex illo vulnere mo-
ri non debet, deinde ſuperuenit ei febris, vel alia infirmi-
tas, & poſt aliquos dies moritur, an vulneratus teneatur
de occiſo? Et multa dicit ſuper hoc, ideo me remitto ad
16 eum.† Quintò fallit, ſi quis occidat furem diurnũ, qui vo-
lebat occidere eum, & aliter non poterat euadere eius ma
nus, niſi eũ occidiſſet pro ſalute ſuæ vitæ, vt in l. furem, in
gl. ad l. Cor. de ſica. Itẽ in quocunque alio aggreſſore cum
armis, quẽ euitare nõ poterat ſine diſcrimine vitæ, vt in l.
is qui. C. eod. tit. Et hoc vult ẽt iſta conſtitutio, quæ in hoc
conformis eſt cum iure cõi. Sextò fallit, ſi quis occiderit
furẽ nocturnum pro tuitione rerum ſuarum, vt dicitur in
d. l. furem. in gl. & tenet Azo in ſumma, C. ad l. Cor. de ſic.
& no. in c. ſi perfodiens. de homici. & patet in iſta conſtit.
quæ ſimiliter in hoc conformis eſt cum iure cõmuni. Se-
ptimò fallit, ſi infans, vel furioſus hominem occiderit, nõ
tenetur pęna huius conſtitu. quia alterum innocentia con
ſilij tuetur, alterum facti infęlicitas excuſat, vt. ff. ad l. Cor
ne. de ſica. l. infans. & hoc ẽt vult iſta conſtitutio, quæ ſimi
liter in hoc conformis eſt cum iure cõi, concordat clem. 1.
de homicidio. cum concor. quæ ibi allegantur. bene faciũt
tex. 15. q. 1. c. itaque. ca. aliquos. & c. ſi quis inſaniens. ff. de
17 fur. l. impuberẽ. & l. auxiliũ. §. in delictis. ff. de min.† Octa-
uò fallit, ſi maritus occidat vxorem deprehenſam in adul
terio propter iniuriam, quam fecit vxor marito, vt in l. ſi
maritus. §. lex Iulia. & l. miles. §. ſocer. ff. ad l. Cor. de adul.
q̃ iniuriã poterat uindicare per legitimos modos, vt in l. ſi
adulterium. §. Imperatores. ff. eo. ti. tamen ſi non uindica-
uit legitimo modo, ſed manibus proprijs occidit, non pu
nitur pęna mortis, vt in l. Gracchus. C. de adult. & in l. 1. §.
fi. ff. de ſica. & in l. 3. §. ſi maritus. ff. ad ſyl. & in d. §. Impera
tores. & in conſt. ſi maritus, in 3. li. & hoc firmat Ale. in 1.
vol. conſi. 66. inci. viſa inquiſitione. & in 1. vol. conſi. 140.
Nonò fallit, ſi ebrius per ebrietatem committit homici-
dium, non punitur pęna mortis, vt dicit Abb. Sicu. in c. ſi-
cut. de teſt. ſed bene aliter punitur vt ibi dicitur, per l. om-
ne delictum §. qui ſe inebriauerit. ff. de re milit. & l. reſpi-
ciendum, in fi. ff. de pęn. Decimò fallit, ſi prouocatus fecit
homicidium, tunc illa prouocatio operatur, quod iudex
non debet eum cõdemnare ad mortẽ, quia difficillimum
eſt iuſtum dolorem temperare, per d. l. ſi adulterium. §. Im
peratores. hoc voluit Ludo. Rom. in l. cum mulier. 32. col.
verſi. aduerte tamen, quia etiam offenſa. ff. ſol. matr. Lucas
de Penna in l. erat. C. de caſtren. pecu. mili. lib. 12. in 2. col.
& hoc ſequitur Fely. in c. dilecti filii. 6. colum. uerſi. 2. de-
18 claro. de excep.† Vndecimò fallit, ſi percuſſus inſequitur
vulnerantẽ eum, qui fugiebat, & eum occidat, nõ tenetur
vt homicida, quia eſt potius culpoſus quam doloſus, vt di
cunt Ant. de But. & Abb. Sic. in c. olim. lo 1. de reſtit. ſpo. in
10. col. & iſtud dictum multum exclamat Fel. & multa al
legat in d. c. dilecti filij. in 6. col. de excep. & firmãt ſcriben
res maximè Io. de Ana. in c. ſignificaſti. el 2. de homi. licet
aliter veniat puniẽdus. hoc ẽt firmat Ang. de Are. & Aug.
in tractatu de maleficijs, in verbo, & dictus Titius ſe de-
fendendo. in fi. Duodecimò fallit, ſi homicidium cõmiſſũ
fuit caſualiter, dando operam rei licitæ, ſecus ſi illicitę, ut
in l. 1. C. de ſicarijs, & ẽt ibi vide Ang. vide Abb. in c. pe. de
hom. bene facit ẽt in c. continebatur. eo. tit. bene facit in c.
Ioannes ſacerdos. & c. fi. de hom. ff. ad leg. Aqui. ſi putator.
Et vide ad hoc Inn. in c. exhibita. eo. ti. & Hoſt. in ſumma,
eo. ti. §. quæ pęna. verſi. quid ſi caſu. Car. Flo. & Io. de Ana.
in c. lator. de homi. Decimotertiò fallit, ubi multi occidiſ-
ſent vnum, tunc non puniuntur oẽs pęna mortis, ſed alia
pęna, ſecundum Ang. in l. pe. ff. de ſica. & refert hoc Aug.
in loco præall. videlicet in verbo, & d. Titius. cui adde Al
beri. in l. quoniã multa. C. ad l. Iuliã de vi pub. vbi dicit,
quid ſi occiſus eſt & neſcitur à quo, vtrum oẽs teneantur.
vbi dicit, quod omnes non puniuntur, niſi in pecunia.
19 † Decimoquartò fallit, ſi occidiſſet abortum non formatũ
adhuc in vtero ſecundùm Bal. in l. quod dicitur. ff. de libe.
& poſthu. & no. in c. ſicut lo 2. de hom. fallit niſi per pecu
niã feciſſet abortum non formatum ſecundum Bart. in d.
l. diuus. ff. de va. & extraor. cri. ſi autẽ anima eſſet formata
tunc tenetur l. Cor. de ſica. per l. diuus. ff. de extraor. cri. &
no. Sal. in l. pe. C. de ſica. & quando ſciuit eã fuiſſe prægnã
tẽ, ut dicit Ang. in l. pe. C. de ſicar. alias ſecus ſi ignoraſſet,
ſecundum eum ibi: non tamen puniretur pœna huius cõ
ſtitutionis, quia adhuc nõ eſt homo formatus, vt in l. apud
veteres. C. de fideic. lib. Et multò fortius ſi pater occidiſſet
filiam prægnantẽ repertam in adulterio, ſecundum Bald.
in l. Imperator. ff. de ſtatu hom. ſed tu dic, ut dicitur in ca.
intelleximus. de his qui filios occiderunt. & uide ad hoc
Alb. de Roſ. in 3. parte ſtatutorum. q. 59. quæ incipit, ſi ſta
tuto cauetur. vbi multa allegat ad hoc. Decimoquintò fal
lit ſecundum Bal. in l. 1. C. quãdo liceat unicuique ſine iu-
dice ſe uindi. in uerbo, minabitur. vbi dicit, quod ille, qui
minatur mortẽ alteri, poteſt in ipſo actu ab illo occidi, qa
non debet expectare ſe percuti: melius eſt enim occurre-
re in tempore, quam poſt tempus vindicare. Adde quod
20 not. de homicidio. capitu. ſignificaſti.† quia illata per-
cuſſio, non poteſt reparari. Aliqui ex noſtris doctorib. mo
dernis iſtud dictum Barto. intelligebant, quando facto
minatur, per l. 2. C. ad l. Cor. de ſic. ſecus ſi uerbo tantùm,
argu. l. metum. C. quod met. cau. ſed ego non recederem à
Bal. quando ille, qui minatus eſt, eſſet homo iracundus, &
præceſſiſſent uerba grauia & iniurioſa, prout aliàs ego ui-
di in numero ſapientum talẽ homicidã impune tranſire.
Accedant ad hoc, quæ dixi ſuprà in conſt. pacis cultũ. De-
cimoſextò fallit, quod non ſolum licet inſultato conſtitu-
to in periculo uitæ occidere inſultantẽ, ut dicit glo. in l. 2.
C. de ſica. ſed ẽt ſocium inſultantis, ſi ille ſocius uoluiſſet
mediare rixã, & non erat ſufficiens ad reparãdum pericu-
lo uitæ meæ, uel auditis clamorib. rixantiũ quidam occur
rerunt ad rixã, per quorum occurſum non poterã euitare
mortẽ, niſi mediatorẽ, aut occurrentem occidiſſem. iſta
ſunt dicta aurea Ang. in d. l. 2. C. de ſicar. Decimoſeptimò
fallit, quando in una rixa plures percuſſerunt unum, & u-
nus percuſſit in capite, uel ſtomacho, ita quòd uulnus erat
mortale, & alius percuſſit in pede, uel in manu leuiter, uel
in alio loco nõ periculoſo, & mortuus fuit uulneratus, nõ
tenetur de occiſo ille, qui leuiter uulnerauit, per l. itẽ Me-
la. §. ſed ſi plures. ff. ad l. Aquiliã, & ꝓ hoc l. 1. §. ſed ſi claua.
21 ff. de ſica. ubi dicit Iac. de Are.† quod ſi percuſſit in pede
non uidetur ex hoc habuiſſe animum occidẽdi, & firmat
hoc Bal. in 3. uol. conſi. 311. incip. quidam romor. & idem
dicit in ult. conſi. 3. uol. ubi refert Iac. de Are. in d. l. 1. §. ſed
ſi claua. quòd ſi quis haberet lanceam, & noluit percutere
cum ferro lanceę, ſed cum haſta: & alius eum occidit, ꝙ
percutiens cum haſta non tenetur lege Cornelia de ſica-
riis, ſed punietur iudicis arbitrio. Decimooctauò fal
lit, ſi in ludo cum palo ferreo, in loco ſolito, & conſue-
to interficiatur puer ſine culpa proijcientis palum, talis

committens hoc bomicidium, non venit puniendus, pul-
chrè hoc conſuluit D. Maria. Soci. inter conſilia ſui filij im
preſſa 16. inci. circa prædictam conſultationem. Decimo-
nonò fallit in eo, qui inuenit prædonem ſeu populatorem
ſui agri, poterit eum impunè occidere, idem ſi in ſtrata pu
blica aliquis capit aliquem, vt eum diſrobet, & ille diſro-
batus eum occidat, impunè eſt tale homicidium. de his eſt
tex. in l. 1. C. quando liceat vnicuiq; ſine iudice ſe vindica-
re. Vigeſimò fallit, ſi aliquis miles, vel ſtipendiarius regis
vult ſe transferre ad hoſtes, quilibet poteſt eum impunè
occidere, vt in l. 2. C. quando liceat vnicuique ſine iudi. ſe
22 vindicare. † Vigeſimoprimò fallit, quando homicidium
eſſet factum diu, videlicet vltra decem annos, & tractatur
de puniendo illud, non debet puniri ad mortem natura-
c lem, per l. ſi quis diuturno.[c] ff. de pęnis. & in gl. Vigeſimo-
ſecundò fallit, quando aliquis capitalis eſt condemnatus
ad mortem, & timentes ne eis auferatur in itinere, datur à
ſuperiore commiſſio priuatis, ꝙ ſi fieret violentia in itine-
re, vt auferatur eis, ꝙ gladio occidatur, tunc occidentes nõ
committunt homicidium punibile, quia uidentur occidiſ
ſe ut publica perſona. ita Bal. in l. addictos. C. de epiſ. audi.
Aliàs ſine commiſſione prædicta non poſſet occidi impu-
nè, ſecundùm Bart. de Capua, ut refert Bal. ibi, idem ſentit
Bald. in l. fideicommiſſa. §. ſi quis. ff. de leg. 3. idem Bart. &
Alex. in l. eiuſdem. §. transfugas. ff. de ſica. & ibi vide con-
cordantias. Vigeſimotertiò fallit, ſi quis occidat aſſaſinũ,
quando conſtat eſſe aſſaſinum, ſm Aug. in conſi. nos Caro
lus. prout alleg. Alex. in d. §. transfugas. vide Bart. in l. in la-
queum. ff. de acqui. rer. domi. Bal. in rubrica, de pęna iudi-
cis. & Bar. in l. 3. ff. ad l. Iuliam de vi priuata. & vide quæ di
xi in c. 2. de pace tenen. vbi poſui 24. caſus, in quibus licet
impunè hominem occidere, alios caſus fallentiæ ego nunc
non inueni, ideo magis ſtudioſus poterit inuenire, & hic
addere Modò iuxta prędicta quæro de aliquibus quęſtio-
23 nibus. † Et primò, quidam uolendo occidere Titium, occi
dit Sempronium, credens occidere Titium, uel proiecit
ictum, credẽs percutere lethaliter, ſeu mortaliter Titium,
& occidit Sempronium, an teneatur de occiſo? And. hic ar
guit ad partes. Et primò, ꝙ non debeat puniri de occiſo,
quia non fuit dolus in occidendo Sempronium, & ſine do
lo quis nõ punitur de occiſo, vt in l. in lege. ff. de ſica. Item
iſte occidens errauit, ergo non fuit eius conſenſus. l. ſi con-
uenerit. & l. ſi per errorem. ff. de iuriſ. om. iud. Item homi-
cidium commiſſum abſq; dolo, ſed culpa interueniente,
non punitur l. Cor. de ſica. ſed l. Aquilia. l. ſcientiam. §. qui
cum aliter. ff. ad l. Aquil. In contrarium arguit, quòd tene-
tur de occiſo, quia iſte uolendo occidere Titium, dabat
operam rei illicitæ, unde occidendo non Titium, ſed Sem
pronium, debet puniri, ac ſi occidiſſet Titium, ſicut quan-
do intendo furtum facere Titio, & non furtum facio ei,
ſed Sempronio, debeo puniri eadem pœna, vt in l. cum
quærebatur. circa fi. C. vnde vi. Et in hanc partem inclinat
And. Cui adde quæſtionem diſputatam per Bartho. Bri-
xien. 86. quæ incipit, aliquis repellendarum. vbi tenet, ꝙ
ſi aliquis voluit percutere unum, & percuſſit alium, quòd
repellitur à promotione, niſi habeat diſpenſationem. Idem
dicit Alb. de Roſ. in rub. C. ad l. Corne. de ſica. Facit etiam
24 ad hoc ſimilis quæſtio. † quidam credebat habere rem
cum ſoluta, & illa erat coniugata, nunquid commiſit adul
terium? Videtur quòd ſic, per l. quoniam facinora. C. de ui
publi. & auth. hodie. C. de repudijs. dicit Albe. in d. l. quo-
niam. quòd contrarium eſt dicendum, quia ſimplex forni
catio fuit cogitata, non adulterium, ideo de fornicatione
ſolùm tenetur, & non de adulterio ignorato, argu. C. de
adulte. l. eum qui duas. ſecundo reſpon. & ff. de iniurijs. l.
eum qui nocentem. §. fin. & l. qui iniuriæ. ff. de fur. & dicit
hoc tenere Pileum in quæſtionibus ſuis, in quæſtione quæ
incipit, Titius amore cuiuſdam virginis &c. Inde dicit
Tancre. in ſua marga. char. 22. q. 8. quòd ſi quis committit
delictum iure naturali, vel gentium, aut iure ciuili, vel ca-
nonico prohibitum, non excuſatur, licet dicat ſe ignoraſſe.

1. q. 4. §. notandum. tunc ignoras ignorabitur, vt in c. fidei-
commiſſi. talia enim iura ab omnibus ſciri debent &c. ſe-
cus ſi uolens occidere hominem, occidiſſet aſinum, ſecun-
dùm Ange. in l. impuberem. §. 1. ff. de falſis. Idem ſi volens
contrahere cum maiore ſorore, contraxit matrimonium
cum minore, iſte error impedit dictum matrimonium ſic
contractum, ut dicit Hoſti. in ſum. de ſponſ. §. qualiter im-
pediatur. in princ. & Pet. de Anch. in conſi. 231. incip. pre-
25 ſupponitur. † Secundò quæritur, duo homines inſulta-
runt unum hominem, & unus illorum percuſſit illũ mor-
tifere, alius eum interfecit, utrum uterq; teneatur de occi-
ſo? Dicit hic And. ꝙ ſic. & pro hoc tex. cum gl. & Bar. in l. ſi
in rixa. ff. de ſica. iuncta. l. item Mela. §. ſed ſi plures. ff. ad l.
Aquil. Dicit enim Bart. in d. l. ſi in rixa. iſta uerba, quando
vnus fuit percuſſus a pluribus, & mortuus eſt, quando ap-
paret cuius ictu perijt, ſiquidem inferens vulnus mortale
percuſſit primò, alij inferentes alia vulnera ſecundò per-
cuſſerunt, tunc quilibet tenetur de occiſo. nam iſta uulne-
ra ſecundò illata, licet in homine ſano non fuiſſent morta-
lia, tamen in homine iam debilitatu per primum uulnus
mortale uulnus eſt, ut in l. qua actione. §. ſi quis ſeruũ ęgro
tum. ff. ad l. Aquiliam, & l. ita uulneratus. in prin. eo. tit. ſe-
cus ubi ille primus non intulit uulnus mortale, ſed leue,
tunc ſi aliqui intulerunt uulnus mortale, illi tenentur de
occiſo, & non primus, ut in d. l. ſi in rixa. & d. l. item Mela.
§. ſed ſi plures. Et hoc verum, niſi diceretur, ꝙ primus præ-
ſtitit opem & auxilium ad dictum homicidium commit-
tendum, tunc tenetur etiam de occiſo, licet uulnus, quod
fecit, fuit leue ſecundùm Bar. in d. l. ſi in rixa. in 3. col. & in
l. actione. §. ope. ff. de fur. & ideo ſit cautus accuſator, uel
fiſci procurator, ꝙ in capitulis inquiſitionis dicatur, quòd
ille primus, qui intulit leue uulnus, præſtitit auxilium aſſi
ſtendo dicto homicidio committendo, ut bene dicit ibi
Alex. in ſuis apoſtil. & hoc etiam tenet in ſuo pulchro con
ſilio in iſta materia. 15. inci. uiſo proceſſu inquiſitionis. in
1. uolu. vbi alleg. etiam Bar. in l. qui ſuo. ff. de fur. & Bal. in
l. non ideo minus. in pen. q. verſi. ſed iuxta hoc uenit quæ-
ſtio &c. C. de accu. & Ange. in l. reos. in princ. ff. de duobus
reis. Tamen ſubdit Alex. ibi in 6. col. vnum uerbum men-
26 ti tenendum in practica, uidelicet † quòd nunquam quis
poteſt puniri de auxilio præſtito, niſi primò conſtet, quis
fuit principalis, ſcilicet ille, qui occidit, ſiue qui uulnus
lethale intulit, quia incertitudo principalis uitiat in acceſ-
ſorio, dicit ita concluſiue Pet. de Ancha. in conſi. 206. de-
bet dicere 217. incipi. nos Bartholomæus de Saly. in fi. al-
legat Bart. ad hoc in l. ſi quis rem. §. ſi tu Titium. ff. de fur.
vbi Alex. in apoſtil. allegat idem voluiſſe Bal. in reg. iur. in
fi. C. quibus res iudi. non nocet. & Saly. in l. 1. in penul. col.
C. de rap. virgi. & alia, ut ibi per eum, quibus adde, quod
idem ipſe Alex. dixit in 4. volu. conſi. 46. incip. copioſè. cir
ca fi. Tertio quæritur, quid ſi plures ſimul percuſſerunt, &
occiderunt, & percuſſus ſtatim moritur, & non apparet,
quis mortiferè, & quis non mortiferè uulnerauit, an om-
nes teneantur de occiſo? Glo. tangit 42. diſtin. c. ſtatuimus.
Item Spe. in tit. de lap. diſpen in §. iuxta. verſi. quid ſi quis
in rixa, quantum ad effectum irregularitatis. & Doct. in c.
ſignificaſti. lo 2. de homi. & Barto. in l. fi. ff. de ſica. And. hic
ſentit iſtam quæſtionem per uerba ſubſcripta uidelicet,
ſed ſi plures ſimul percuſſerunt, & occiderunt, & percuſ-
ſus ſtatim moritur, ſi non apparet quis mortiferè, & quis
non mortiferè uulnerauerit, omnes tenentur, allegat. ff. ad
l. Aquiliam. l. item Mela. §. ſed ſi plures. ſecus in Aquilia, ut
ſequitur. §. ſi alius. qui eſt contra ad l. ita uulneratus. Iſtas
leges contrarias ſic ſolue, uidelicet, ſi unus mortifero uul-
nere percuſſit, ideſt, prima facie apparebat mortifero uul-
nere uulneratus, non tñ conſtabat eum moriturum, ſi alius
eum interfecit, & animam extraxit a corpore, non tenetur
l. Aquilia ille primus, qui uulnerauit, per d. §. ſi alius. aliàs
incipit, Celſus ſcribit, ſi alius. nec iſte tex. ſic intellectus cõ-
27 tradicit legi, ita uulneratus. ff. eo. tit. † vbi dicit, quòd ſi Se
ius fuit vulneratus, certum eſt ex pcuſſione illa eum mori,
poſtea

poſtea ab alio percuſſus deceſſit, dicitur occidiſſe ille primus, qui cauſam mortis prębuit, & ipſe tenetur lege Aquilia, quia in d.l.ita vulneratus. erat certum, ꝙ vulnus primũ fuit mortale, ſed in d.§.ſi alius, non erat certum, ꝙ vulnus erat mortale. Aliud eſt.n.dici, quem mortaliter eſſe vulneratum, aliud eſſe taliter vulneratum, ſicq; ſit certum ſm medicinæ præcepta, illum vulneratum fore ex illo vulnere moriturum, vt dicitur in d.l.ita vulneratus. nam quamquam quis ſit mortiferè vulneratus, tamen multoties euenit, ꝙ propter bonum regimen, vel robuſtam complexionem ſuam ſanetur, & vidi multos euadere, ideo quanquã primum vulnus ſit lethale, nõ tamen conſtabat eum moriturum, ſi poſtea vulneretur, & decedat, prius vulnerans ſolum de vulnerato, & non de occiſo tenetur, vt in d.§.Celſus ſcribit, ſi alius. ſecus qñ erat certum ꝙ de primo vulnere erat moriturus, quia tunc tenetur de occiſo, vt in d.l.ita vulneratus. & ita ſoluit gl.in d.l.ita vulneratus. in princ. ſic declarata. patet ergo ex præmiſſis, ꝙ inquantum And.dicit, ꝙ omnes tenentur, in quæſtione præſenti non declarat, an teneantur omnes pęna homicidij, vel pęna ciuili pecuniaria. ſic etiam dicit glo.in c.cupientes.§.cæterùm. in uerbo, culpabiles. de ele.lib.6. vbi dicit, ꝙ ſi plures percuſſerunt, & vnus ſolus lethaliter, & ignoretur quis, omnes de occiſo tenentur per d.l. item Mela.§.ſi plures. & 23.q.vlt. c.vltimo. Et ſimiliter non declarat gl.an teneantur de occiſo pęna capitali, vel pecuniaria. bene verum eſt, ꝙ Bar.in d.l.ſi in rixa, dicit, ꝙ quando non poteſt apparere, cuius ictu perijt, nec cõſtat, quis lethaliter de ipſis pluribus percuſſit, nec de prioritate, uel poſterioritate, ꝙ iſto caſu omnes punientur, quia pręſumũtur omnes uulneraſſe, & ideo omnes tenentur de occiſo. licet Dy.dicat, ꝙ non tenentur de occiſo, ſed alia pęna, ſed non placet Bar. Pro intelligentia huius quæſtionis uide Pet.de Anch.in præallega.conſi.
28 217.vbi dicit, † nullum ex eis de occiſo puniendum, ubi non cõſtat, quis lethale vulnus inflixerit, per l.item Mela. §.ſi plures.ff.ad l.Aquil. licet enim certum ſit, ꝙ vnus ex eis fecerit vulnus mortale, tamen ſanctius eſt abſoluere, q̃ innocentẽ de occiſo damnare. l.abſentem.ff.de pę. Nec obſtat glo.in l.ſi in rixa.ff.de ſica. quæ dicit, ꝙ ſi non apparet, cuius ictu deceſſerit, omnes tenentur. Quia dicit Old.ut refert Pet.de Anch.ibi, ꝙ aduocati pro maiori parte malè intelligunt illam glo.inquantum ipſam intelligunt, ꝙ omnes puniuntur l.Corn.de ſica. quia glo.non dicit, ꝙ omnes tenentur l.Cor.de ſica. ſed ꝙ omnes tenentur, ſcilicet pecuniariter. & dicit, quòd ita dicebat Io.& Azo, Dy.& omnes Doc.Bononię legentes. & dicit Pet.de Anch.ibi, quòd hoc credit uerius, & d.§.ſed ſi plures. loquitur, ꝙ omnes tenentur de occiſo, ſcilicet ciuiliter. & dicit, ꝙ ita etiam tenet Pileus, & ita in libro ſuo habuit apoſtillam Old, & dicit, ꝙ iſte intellectus bene probatur in d.l.ſi in rixa. quę eſt ſi. quę fruſtra diceret, vulnus vniuſcuiuſq; debere contemplari, ſi omnes vulnerantes eadem l.Cor.tenerentur, & loquitur quando conſtat, ꝙ omnes vulnerauerunt, ſed non conſtabat, quis lethaliter. Et concludit, ꝙ hæc ſunt vera, quando plures in rixa percuſſerunt: aliud eſſet, quando deliberato animo voluerunt occidere; vt dicit etiam gl.in d.l.ſi in rixa. ſed iſtud, quod dicitur de animo deliberato, procedit ſecundùm ius commune, ſecus ſecundùm iſtam conſtitutionem, & ſtatuta Italiæ, quæ conſiderant potius factum, q̃ animum: & iſtam intelligentiam ad dictam glo.in d.l.ſi in rixa. approbauerunt multi doctores, ut refert Alex.in præallegato conſi.55.in 1.uol. Et refert ita tenuiſſe Gandinum in tractatu maleficiorum, ſub Rubrica, de homic.in
29 quæſtione, † vtrum ſi plures percuſſerunt aliquem, qui inde moriatur, tamen ignoratur, ex quo uulnere ille ſit mortuus, ut quia non habebat niſi unum uulnus mortiferum, uel lethale, an debeãt omnes mori, an ſolùm teneantur de vulnere? Et poſt argumenta dicit, ꝙ omnes tenentur de occiſo, refert Albertum Papienſem, & Doctores modernos illo tpe concluſiſſe, ꝙ nullo modo damnetur ad mortem: quia in maleficijs probationes debent eſſe claræ. l.fi. C.de proba. nec ire per mẽdicata ſuffragia. l.ſinguli. C.de accuſ. & quia pœna non debet egredi vltra quàm ſit delictum. l.ſancimus. C.de pœ. & ſic concludit, ꝙ alia pœna, quàm pęna mortis debeant puniri. & dixit Alex.in d.cõſilio, ꝙ Bar. in d.l.ſi in rixa, multùm fragiliter fuit loquutus, cũ ſe fundet in iuribus loquentibus in præſumptione, & in iudicio criminali, vbi iudicatur ex pręſumptione, nũquam poteſt cõdemnari ad pœnam mortis, vt dicit Bal.in l.fi. C.de prob.in fi.col. & Abb.Sicu.in c.2.de præſumpt. & Ant.de But.in c.quanto, de præſump. Inn.& Hoſt.in c.quia veriſimile, de præſumpt. Ludou.Rom.in l.1.§.ſi quis in villa.ff. ad Syllan. & idem conſuluit Alex.in 4.vol.conſi.46.incip. copioſè. concludens, ꝙ omnes non poſſunt puniri capitaliter, ſed pecuniariter, per dictam apoſtillam Oldra. & authoritatem Dy. & Cy. & omnium Doctorum Bononienſium: licet ibi non alleget dictam cõſilium Pet. de Anch. ſed illud conſilium Petr.de Anch.refert Io.de Ana.de verbo ad uerbum in d.c.ſignificaſti.in 4.char. & videtur cum eo tranſire. ex quibus patet, And. hic fuiſſe obſcurè locutũ, & tenendũ eſſe in iſta quæſtione id, quod ſupra dixit Gãd. & Oldr. & Petr.de Ancha. cum Bartholomeo de Salic. & Alex.in dictis duob.conſilijs. Quartò quæritur, quia ſuprà dixi, quòd multum ualet examinatio medicorum & chirurgorum ad probandum, an vulnus fuit mortale, uel nõ mortale ad effectum, an teneatur, vel non teneatur de occiſo, quando vulneratus non moritur intra tres dies, ſed
30 poſt interuallum arbitrio iudicis. † Propterea quæro, quot chirurgi ſufficiant, ex quo iura loquentia de medicis loquũtur in numero plurali, vt in l.ſemel. C.de re mili.li.12. & in cap.ſignificaſti.lo 2.de homi. & tex.in l.1.§.1.de ventre inſpiciendo, dicit de trib. & tex. in l.1.ff.ſi menſor &c. dicit, ꝙ creditur uni agrimenſori, & text.in l.ſi quis decurio. C.de falſis. dicit, ꝙ creditur vni, quæ iura ad hoc allegat And.de Iſer.in c.1.in 4.col. hic finitur lex. verius ſecundùm And. ꝙ duo medici ſufficiant, ſi ſunt cõcordes, quia numerus pluralis duorum numero eſt contentus, ut in l. vbi numerus. ff.de teſt. & in l.iuſiurandi. C.eod.tit. Et ſic vbi lex dicit ſtari iudicio expertorum, ſufficiunt duo experti, ita quòd unus non ſufficit, ſi plures medici ſunt in ciuitate, ſed ſi nõ eſt niſi vnus, ille vnus ſufficit, ſecundùm Bar.in proę.ffor um.4.col. ſed Abb.Sic.in c.propoſuiſti. de probatio. tenet, ꝙ ſi in loco, vbi inquiritur de vulnere, an ſit mortale, non reperitur, niſi unus chirurgus, debet mitti in locum vicinum pro alijs chirurgis, quia iſti medici habent deponere de re dubia. vnde ſicut in depoſitione presbyteri, ſi epiſcopi in prouincia non ſunt ſufficientes ad deponendum vocantur epiſcopi de locis vicinis. 3.q.8. c.ſuggero. vt ibi latius per eum. ſecus ſi tractatur de re vbi non eſt tantum præiudicium. ſed Bart.in l.fi.C.de ponde-
31 rato.lib.10.dicit, † ꝙ qñ vnus expertus eſt deputatus à publico, debet ei credi, ſecus ſi deputetur à iudice, quia tũc debent eſſe ad minus duo, vt in d.l.ſemel. & l.comparationes. C.de fi.inſtru. Idem Bald.in l.iudices. C.de ſenten. & in l.ab hoſtibus.§.fi.ff.ſolu.matrim. Item ſufficit vnus ſi partes conuenerunt de vno chirurgo, ut in Authen.de non alien.§.quod autem. & ibi per Ang. & vide ad hoc Alexã. in l.1.§.fi.ff.de verb.oblig. & in 1.volum.conſi.35. & in 2. volum.conſil.148. 1.colum. & conſil.173.in fi. & in eodẽ volum.conſil.178.in 3.col. & Bart.in d.l.ſi in rixa. in fi. & d.Ale.cap.veterum.11.diſt. Lucam de Penna in l.curioſi. de curioſis.li.12. Ioan.de Ligna.in d.c.ſignificaſti. lo 2. de homici. & Spec.in tit.de prob.§.fin. verſi.hoc quoque. Io. And.de inſtru.edi. in 1.addiſione. & vide ad hoc Alexan. in d.conſi.15.in 1.vol.in fi. vbi tenet, quòd non oportet, ꝙ tales medici ſint doctorati, uel an ſit mulier, uel maſculus, uel ſeruus, uel liber, & uide apoſtillã Alex.in d.l.ſemel. Quintò quæro, nunquid de neceſſitate iudex habet ſtare iudicio medicorum chirurgorum, an uulnus ſit mortale, qñ moritur vulneratus ex longo interuallo, uel debeat inquirere etiam per teſtes diligenter, an vulnus ſit mortale? Reſpondetur, ꝙ parum operatur teſtimoniũ medicorum

deponentium de credulitate ſm eorum artem, ꝙ vulnus
non eſt mortiferum, niſi præcedat diligens iudicis inquiſi-
tio. hoc iubet tex. in d. l. iemel. & ibi Bar. C. de re mili. lib.
32 12. † Et ideo dicit ibi Bar. ſit cautus iudex, quòd in actis ſa
ciat regiſtrari, ꝙ diligenter examinauit, vtrum vulnus ſit
mortiferum, & facta diligenti examinatione habeat iudi-
cium medicorum. Et ideo ſequitur, ꝙ iudex debet primò
examinare teſtes, an vulnus ſit leue, vel lethale, faciẽdo in-
terrogatoria de multis qualitatibus, ſm And. hic, dum di-
cit, ꝙ iudex debet cunctis circunſtantijs inquirere, quia
ad eum ſpectat veritatem inquirere. C. de eden. l. a. & in
Auth. de tabellio. in prin. inquirat ergo iudex, an percuſſus
fuit cum magno lapide, vel magno fuſte, vel ligno, ſubau-
di in capite, vel in alia parte corporis, vel an fuit percuſſus
cum enſe, vel partiſana in capite, vel in ventre, ita ꝙ inteſti
na fuerunt rupta, licet interdum multi ſanentur ex percuſ-
ſione in ventre, etiam ꝙ inteſtina exierunt foras. Item in-
terrogare teſtes, an incontinenti facta percuſſione inſurre-
xit, & erat fama, ꝙ vulnus erat mortiferum, quia omnes
dicebant, ꝙ ipſi credebant, ꝙ uulnus erat mortiferum: ſta-
tur enim credentiæ multorum, donec contrarium probe-
tur ſm And. hic in 3. col. allegat c. conſultationibus. de iu-
re patro. Cui adde Bar. in l. de pupillo. §. ſi quis ipſi. 8. q. de
ope. no. nun. & Alex. in l. de minore. §. plurimum. ff. de quæ
ſtio. vbi illud, quod dicitur à perſonis fide dignis, eſt in ſta-
33 tu crudelitatis, † nam in re dubia multum valet cõis opi-
nio, vt in Spec. de actio. & empt. §. 1. & illa eſt ſequenda, ut
in l. Labeo. ff. de ſup. lega. Imò ſi vnus notabilis vir diceret,
ꝙ vulnus fuit mortale, induceret iuſtiſſimam credulitatẽ,
per glo. in l. Titio fundus. ff. de cond. & dem. quam ad hoc
allegat Bal. in l. indicia. C. de re. vendi. de quo per Ange. &
Alex. in l. 1. ff. de eo per quem factum eſt. & in 1. vol. conſi.
28. in 3. col. ſecus eſſet ſm And. hic in 3. col. ſi duo teſtes di
cerent, ꝙ ipſi credunt, ꝙ vulnus fuit mortale, interrogati,
quomodo credunt, quia audiuerunt ab vno, qui dicebat ſe
uidiſſe vulnus, & illud erat mortale, etiam ſi dicerent, ꝙ
ſic iurabat ille teſtis, iſti duo teſtes nihil probant. Primò,
quia deponunt de auditu unius teſtis, qui non probat ſm
Inn. in c. qualiter & quando. lo 2. de accuſa. & Bart. in l. de
minore. §. plurimum. ff. de quæſtio. l. teſtium. cum vulgari-
bus. C. de teſti. Itẽ, quia ille unus teſtis, ut probet, debet de-
ponere coram iudice examinatus cum iuramento ad hoc
ſm And. hic, 3. q. 8. c. teſtimonium. Item, quia ille unus te-
ſtis vt probet, debet eſſe examinatus per iudicem, & citata
parte, aliàs non probat. l. ſi quando. C. de teſti. c. in nomine
domini. eo. titu. Item, quia ille erat unus teſtis, & dictum
34 vnius, dictum nullius, ut in l. iuſiurandi. C. de teſti. † Item,
quia dictum teſtis regulatur ſm rationem, quam aſſignat:
& ideo ſi aſſignat rationem minus ſufficientem, non pro-
bat, vt no. in l. ſolam. C. de teſti. & in c. ſi quando. de reſcri.
ſed iſti duo teſtes non aſſignant bonam cauſam ſcientiæ,
igitur &c. Item ſecus ſi teſtes dicerent, ꝙ homines talis ca
ſtri dicunt, ꝙ vulnus erat mortale; quia intelligitur, ꝙ duo
vel tres ita dicunt, & ſic non probant, ſecus ſi dicerent, ꝙ
omnes homines dicti caſtri, uel commune dicti caſtri di-
cunt, quòd vulnus fuit mortale, quia indefinita in teſtibus
non æquiparatur vniuerſali, de quo per Fely. in c. auditis.
13. col. de præſcrip. & firmat Old. in conſi. 300. inci. in exe
cutione. & Pet. de Ancha. & Io. de Imo. in c. quanto. de his
quæ fiunt à prælato. & Alex. in 4. uolu. conſi. 114. incipi. in
cauſa & lite. 2. col. Sextò quæro in cauſa inquiſitionis, de-
nunciationis homicidij commiſſi prætextu vulneris, pone
ꝙ ſecuta fuit mors ex interuallo, puta, vulnus fuit factum
ultimo Aprilis, & vltimo Maij percuſſus fuit mortuus, &
teſtes non deponunt, utrum vulnus fuit mortiferum, uel
leue, nec etiam medici examinati de hoc aliquid dicunt,
& facta eſt publicatio, & uiſo proceſſu per iudices, quia
non ſunt probationes, ꝙ vulnus fuit mortiferum, utrum
poſſint iudices ex officio repetere illos teſtes, & etiam no-
uos examinare ſuper eiſdem capitulis? Videtur quòd ſic,
35 † quia iudex debet conari ad ueritatem inueniendam. l. 2.
C. de eden. maximè in criminibus, ubi agitur de publica
vindicta, ſm Bal. in l. edita. col. 27. verſi. decimò quæritur.
C. de eden. In contrarium facit, quia ad inſtantiam partis
hoc non poteſt fieri propter timorem ſubornationis, ut in
c. fraternitatis, cum materia ſua, de teſti. in c. in præſentia.
& in c. cum clamor. eo. tit. Reſpondetur, prout dicit Ang.
in Auth. de teſtibus. §. quia verò. coll. 5. uerſi. ſed quæro, an
teſtis, vbi dicit, ꝙ ad petitionem partis poſt didicita teſti-
ficata non poſſunt teſtes repeti, ſed ad petitionem iudicis
ex officio poteſt fieri repetitio, quia quò ad iudicem ceſſat
timor ſubornationis, quia ſemper teſtes ſunt iudici aperti,
vt dicit Bart. in l. 2. §. ſi publico. uerſic. ulterius quæro. ff. de
adulte. & in auth. qui ſemel. in fi. C. de proba. & Io. And. in
c. qualiter & quando. de accuſa. & Inn. in d. c. cum clamor.
ita intelligitur l. repeti. ff. de quæſtio. & c. præterea. de te-
ſtibus, ſm Ang. in d. l. quia uerò. & ad iudicem ſpectat cun
cta rimari. 30. q. 5. c. iudicantem. maximè, ne delicta rema-
neant impunita, ut in l. ita uulneratus. ff. ad l. Aquiliam. cũ
concord. ſuis. Et idem firmat hic And. dum allegat c. cum
Io. in fi. de fi. inſt. & l. ubicunq; ff. de interro. acti. & Bart. in
l. 4. §. ſi autem. ff. de dam. inſe. Et dicit Bal. in l. ampliorem.
36 verſi. ex prædictis. in 2. col. C. de appel. † ꝙ pars, quæ non
poteſt examinari facere teſtes, poſtquam didicita ſunt te-
ſtificata, det nomina, & cognomina illorum nouorum te-
ſtium ſecretò iudici, & ſe abſentet, & iudex, in quo non ca
dit ſuſpicio ſubornationis, illos ex officio examinet, & ua
lebit eorum teſtimonium, & dicit Bal. hoc eſſe mirabile, li
cet Lud. in d. §. hoc autem iudicium, multùm impugnet di
ctum Bal. in d. §. hoc autem iudicium. licet Alex. in quibuſ
dam caſibus reſtringat illud dictum Bal. ut uidere poteris
eum in d. §. hoc autem iudicium. Ego ſemper tenerem pro
inueniendo malefactore, ne delicta remaneant impunita,
uel pro non facienda punitione innocentis, ꝙ Iudex debet
officium ſuum impartire circa teſtium examinationem in
quacunq; parte iudicij, ut ſentit Bal. in d. auth. qui ſemel.
in 1. col. verſi. ſecundò fallit, per dictum §. ſi quis vltro. & l.
unius. §. reus. ff. de quæſtio. iunctis dictis per Bald. in l. 2. C.
ſententiam reſcin. non poſ. bene facit id, quod dicit Bal. in
l. 2. C. de eden. ubi dicit, ꝙ iudex ex officio tam ad defen-
ſam quàm ad offenſam poteſt recipere teſtes ex officio in
cauſa, in qua poteſt procedere ex officio per inquiſitio-
nem. Et dicit Ang. de Are. in tractatu maleficiorum, in uer
bo, qui iudex ſtatuit terminum ad opponendum, char.
37 185. † quòd ſi iudex non recipit defenſionem rei vſq; ad
calculum ferendæ ſententiæ, teneretur in ſyndicatu de iu-
ſtitia denegata, & quòd fecerit litem ſuam, ut in l. fi. ff. de
varijs & extraord. cog. quod dicit bene eſſe notandum. Et
pro hoc facit id, quod dicit Bar. in l. diui fratres. ff. de pœn.
vbi dicit, ꝙ in criminali cauſa poſt publicationem ad pro
bandum innocentiam admittuntur teſtes ad examinan-
dum. Nec ſi eſſem iudex, reciperem dictam ſchedulam,
quia licet in iudice ceſſet præſumptio ſubornationis, ta-
men non ceſſat in parte, quæ dedit illam ſchedulam, & ca
ueat iudex ab iſta fraude & dolo, quia peccat mortaliter,
quia ipſe neſcit, an illi teſtes in ſchedula ſint ſubornati, nec
ne, & præſumendum eſt ꝙ ſic, per d. c. fraternitatis. & ultra
peccatum tenetur ad reſtitutionem damni parti læſę ex di
ctis illorum teſtium. Iudex. n. eſt miniſter Dei, vt dictum
fuit ſuprà in præſenti conſtitutione, & non dẽt facere niſi
id, quod iuſtum eſt, quia Deus iuſtus & miſericors eſt. In-
de dicit Ang. de Are. in dicto tractatu maleficiorum, in ver
38 bo, qui iudex dictum proceſſum publicauit. char. 184. † ꝙ
in cauſa criminali ſiue agatur per uiam inquiſitionis, ſiue
accuſationis, ſemper teſtes poſſunt produci per iudicem
ex officio poſt publicationẽ. Et eodem modo poſſunt pro-
duci teſtes per accuſatum, vel inquiſitum, alleg. Bar. in d. §.
ſi publico. uerſ. ulterius quæro, utrum &c. per Bar. in auth.
qui ſemel. circa fi. C. de proba. & Bar. in d. l. diui fratres. &
in d. l. fi. ff. de quæſtioni. Et ſi facta diligenti inquiſitione
per iudices ſuper uulnere prędicto, ex quo ſecuta eſt mors
per dictum interuallum, non apparet probatum, ꝙ uulnus
fuit

fuit lethale, in dubijs non fiet condemnatio de occiſo, ſed
de percuſſione, quia in dubijs in pœnis fit interpretatio ad
id, quod eſt minus, ſecundùm And. hic. & quia fauorabilio
res ſumus in abſoluendo quàm in condemnando. l. Arria-
nus. ff. de actio. & oblig. cum vulga. Et in dubijs tutius eſt
nocentem abſoluere, q̃ innocentem condemnare, ut in l. ab
39 ſentem. ff. de pœ. vt dicit Ale. in 4. vol. conſi. 129. in fi. † Se-
ptimò, quidam eſt accuſatus, vel inquiſitus de homicidio,
interrogatus negat, dato termino ad ſe defendendum: di-
cit in ſuis exceptionib. ꝙ ad ſui defenſionem neceſſariam
occidit, vel poſtquam probatum fuit, ꝙ ipſe occidit, vtrum
iudex debeat admittere iſtas exceptiones? Dicit hic Andr.
ꝙ imperiti iudices ſitientes ſanguinem humanum dicunt
ꝙ non & malè: quia iudices debent inquirere & admitte-
re defenſiones rei, vt in l. ſi non defendantur. ff. de pœn. vt
ſupra dictum eſt. remittit ſe ad dicta per eum in tit. de cō-
trouer. inueſti. §. item ſi vaſallus. & ibi idem dicit. & quia
ibi iſtam quæſtionem examinaui ad partes, propterea hic
nihil dicam: ſed remitto me ad ibi dicta per me, & Andr.
in c. 2. de pace tenen. ad Io. And. in Mercu. in regula, nullus
pluribus. & in c. ex tenore. de teſti. in nouella. & ad Lucam
de Penna in l. profeſſio. C. de mu. patrimo. lib. 11. & ad Io.
de Ana. in c. cum dilecti. de accuſ. & iſtum tex. allegauit ad
deciſionem huius quæſtionis Bal. in d. §. item ſi vaſallus. in
c. ſicut dignum. §. inſuper. in 6. colū. de homi. & ad Bald. in
auth. contra qui propriam. C. de non num. pe. & ad Bald. in
l. 1. in fi. C. vnde vi. & Ang. & aliqui Mod. tāgunt in d. l. de-
cem. ff. de uerb. oblig. & Spec. in tit. de poſitionibus. §. 1 ca.
verſi. pone. & vide Bar. & Ale. in l. eum qui. in princ. in 4. &
5. col. ff. de iureiur. & Auguſtinum in additionib. Ange. de
maleficijs. in verbo, de anno præſenti. char. 73. & ſequen.
& in uerbo, comparent inquiſiti. char. 171. & Bar. in l. Au-
relius. §. item quæſijt. ff. de libe. leg. An autem ille qui dixit
à principio, ꝙ ad ſui defenſionem occidit, & non probauit:
poſſit condemnari ad mortem, & an poſſit torqueri? Abb.
Sic. in c. auditis. pe. col. de preſcrip. dicit ꝙ non. Idem Fel. in
c. ſignificaſti. de hom. Ale. in l. non ſolum. §. ſciendum. ff. de
ope. no. nuncia. Iaſ. in l. omnium. 4. col. ff. de iuſti. & iu. vide in
cautelis domini Thomæ Ferratij de Brixia, cautela. 4. Octa
40 uò quæritur † vulneratus antequam moriatur, [4] interroga
d tus eſt, quis eum uulnerauit, dicit, ꝙ eū vulnerauit Titius,
& non Petrus: an iſta confeſſio uulnerati noceat Titio, &
proſit Petro? Dicit Bar. in l. ſi quis in graui. §. 1. ad Sylla. ꝙ
talis aſſertio vulnerati nihil nocet illi Titio, quem inculpa
uit. Sed Augu. in d. l. ſi quis ingenuam. §. ſi quis moriens. di
cit, ꝙ talis aſſertio contra Titium facit indicium ad tortu-
ram. ſed Ludo. ibi tenet contrarium, & melius, & ita tenet
Augu. in addi. in verbo, qui iudex. char. 183. vbi pro hoc
allegat Bal. in l. ſi inſtituta. §. 1. ff. de inoffic. teſta. vbi dixit,
ꝙ confeſſio, uel accuſatio vulnerati ꝙ fuit talis, qui vulne-
rauit ipſum, non nocet inculpato, uel accuſato, & ratio eſt
illa, quam dixit Bald. in c. 1. §. uaſalli. in fi. de pace Conſtan.
ꝙ non omnis, qui moritur, eſt ſanctus Ioannes Baptiſta, ꝙ
ſibi credendum ſit. Et idem dicit Ang. quod non eſt credē-
dum vulnerato, in l. rationes. C. de prob. & idem dicit Gā-
dinus in tractatu maleficiorum, in rub. an pax facta de vul
nere, videatur facta de morte. ver. ſed pone, ꝙ quidam vul
neratus mortiferè iacēs in lecto &c. Quibus adde id, quod
dicit Alex. de Imo. in 3. volum. conſi. 1. & in 4. volum. vbi
allegat Bald. in l. 1. ult. col. verſic. pone, teſtator. C. comm.
41 de leg. vbi dixit, † ꝙ ſi teſtator vulneratus exculpauit ali-
quem, aſſerens ꝙ talis non fuit ille, qui eum percuſſit, talis
exculpatio iuuat intantū, ꝙ ille exculpatus non poſſit tor-
queri ex indicijs contra ſe, quia habet indicium innocen-
tiæ. pro ſe allegat l. Paulus. §. 1. ff. de bo. libe. ſi tamen liqui-
dè conſtaret de crimine per eum commiſſo, puniretur. l. 3.
cum ibi no. ff. ad Syllan. Idem uoluit Bal. in l. tranſigere. C.
de tranſac. & in l. falſus. in 3. opp. de falſ. & ibi Alexand.
non allegauit Gandinū in loco vbi ſupra allegato, qui hoc
ēt tenet. Et idem dicit Aug. in loco præallegato allegando
Bal. in d. l. 1. C. commu. de lega. Nonò quæritur de pulchra
quæſtione, quam poſuit Io. An. in addi. Spec. in ti. de homi.
§. 1. verſi. A. vulnerauit. B. qui ſuperueniente febre mortuus
fuit, iudex habuit teſtimonium, ſiue relationem medici, ꝙ
vulnus fuit mortale: iudex condemnauit A. de occiſo, ille
condemnatus dicit medicum falſum dixiſſe, & petit cor-
pus interfecti exiſtens in ſepultura videri per medicos peri
tiores, & ſic factum eſt, illi referunt iſtud vulnus non fuiſ-
ſe mortale, an retractabitur ſententia tanquam lata per fal
ſos teſtes, iux. l. fi. C. ſi ex falſis inſtr. & c. cum venerabilis. de
except. & l. diuus. ff. de re iudic. c. licèt cauſam. de prob. &
42 l. 2. §. exactis. ff. de orig. iuris. dicit Ioan. And. ibi, † ꝙ debet
ſententia illa retractari per dicta iura, dicens idem tenere
Guido. de Suza. in princ. ff. ve. cui adde, ꝙ idem dixit Bald.
in l. ab hoſtibus. §. ſi uerò. ff. ſol. matr. vbi dixit poſt glo. ibi,
quòd quando imperitus medicus dat iudicium ſuum, &
iudex ſequitur eius iudicium: poſtea iudicio peritorum ap
paret contrarium, retractatur factum per iudicem, ac ſi eſ-
ſet factum per falſas atteſtationes. & illud dictum Bal. re-
fert & ſequitur ibi Alex. de Imo. dicens idem tenere Ant.
de But. in c. propoſuiſti. de prob. Adducit c. 2. de purga. vul.
& c. licèt cauſam matrimonij. de probat. Idem etiam tenet
Ioan. de Ana. in d. c. ſignificaſti. 4. col. de homi. ubi allegat
tex. in l. ſi qui adulterij. C. de adulterijs. & ibi per Iac. Butr.
vbi in criminibus, in quib. non poteſt fieri uera, & directa
probatio, prout in crimine adulterij, ſententia lata ex præ-
ſumptionib. poteſt ſine appellatione quandocunque retra-
ctari ex ualidiori præſumptione, & iſtud dictum refert ēt,
& ſequitur Alex. in d. §. ſi vir. Idem tenet Lud. Rom. in l. cū
quidam. §. quod dicitur. ff. de acqui. hære. Adde ad Alex. in
d. §. ſi vir. quòd idem tenet Io. de Imo. in d. c. propoſuiſti.
Idem tenet Ang. in l. quod ſi nolit. §. ſi mancipiū. ff. de ędil.
edic. & Bal. & Sal. in l. teſtium. C. de teſti. & Flor. de ſancto
Petro in l. ſi dominus ſeruum. ff. ad l. Aqui. & pro hac com
muni opi. bene facit tex. in l. diui fratres. de iure patro. vbi
opi. ſecunda iuriſconſulti præualuit primæ opinioni alte-
rius iuriſconſulti, eo quia ſecūda opi. fuit ſubtilior. facit c.
capellanus. de ferijs. ibi, poſterior ſententia ſubtiliori niti-
tur ratione. & l. 2. §. neque. C. de vete. iu. enu. Sed aduerte:
quia Abb. Sic. in d. c. propoſuiſti. in 4. col. tenet, quòd prędi
43 cta procedunt, † quando ipſe uulnerans condemnatus per
ſententiam ad pœnam mortis appellaſſet intra decem dies
aliàs ſi non appellaſſet, non poſſet petere poſt ſententiam,
quòd adhibeantur medici peritiores ad vidēdum uulnus,
quod prætendit non fuiſſe mortale per multas bonas ratio
nes: vt ibi per eum, cuius rationes dederūt mihi pruritum
in aurib. meis initium, quòd uidi ſcripta p Franc. de Are. in
d. c. propoſuiſti. & ipſe firmat dictam opinionem Abb. per
rationes alias, quas ipſe ibidem inducit: cuius rationibus
Ioan. de Ana. in d. cap. ſignificaſti. conatus fuit reſpondere:
ſed quia non intendo hic diſputare, propterea eorum ratio
nes pro & contra non teſero, & teneo communem conclu
ſionem, pro ut ſupra dixi. pro qua facit illa uera concluſio,
quòd iſti chirurgi, & medici, & periti in arte, quando depo
nunt coram iudice de eorum iudicio, & credulitate ſecun-
dum eorū artem & peritiam, nō ſunt propriè teſtes, ſed po
tius deponunt, ut dicit Bart. in tractatu ſuo philoſophico,
de teſti. in 5. colum. uerſi. teſtis dicit aliqua. idem dicit Bal.
in d. c. propoſuiſti. Et hac ratione attenta dico, quòd periti
in arte poſſunt examinari etiam poſt dicta teſtificata, ut
firmat Alex. de Imo. in 2. uol. conſ. 148. incip. excellentiſſi-
44 me domine Vicarie. circa fi. † quia ſnīa lata ex iudicio chi-
rurgorum, vel aliorum expertorum in arte nunquam tran
ſit in rē iudi. ut no. in l. 3. §. pe. ff. de iureiur. & in c. fi. de fri-
gi. & male. & tenet Io. And. in nouella. Ant. de But. & Io. de
Imo. in d. cap. propoſuiſti. & Philippus in ſua egregia lectu
ra in cap. cum ceſſante. & in cap. intimaſti. de appell. Et pro
hoc allegatur ſemper doctrina Inno. in cap. tua nos. de co-
habi. clerico. & mulie. in glo. magna, in uerbo, ſed eſt mira
bile. qui dicit, quòd ſententia lata ex probationib. priuile-
giatis nunquā tranſit in rem iudicatā, quia ſemper talis ſen
tentia pōt retractari ſuperuenientib. cōtrarijs probationib.

vide pro hoc Iaſ.in repe.l.admonendi.in 15.col. ff.de iureiur.Caſus autem,in quibus, ẽt ſi non appelletur à ſentẽtia, illa ſententia non tranſit in rem iudicatam, vide per Antõ. de But.in c.cum Bertoldus.de re iud.& Alex.in l.admonẽdi.in 11.col.Bene tñ de vno ſum admiratus,ꝙ omnes moderni allegant tex.& Iac.But.in l qui adulterij. C.ad l.Iul. de adulterijs. ꝙ ſuperuenientibus nouis præſumptionibus tolluntur primæ præſumptiones contrariæ vltimis,& tñ ego vidi Iaco.But.in fonte, qui dicit,ꝙ illa lex ſolum habet locum in crimine adulterij, vt ſi ex coniecturis fiat probatio,iſta contraria cõiectura tollitur. ſed bene facit.l.diuus. & ibi gl.ff.de in integ.reſt.vbi vna præſumptio tollit aliam
45 debilem.† Decimò & vltimò quæritur de quæſtione, quã vidi de facto, quidã clericus litigabat in iudicio cum alio clerico ſuper quodam beneficio, quod poſſidebatur per vnum ex eis,puta B. ſuperuenit frater carnalis iſtius B. & occidit illum clericum litigantem cum ſuo fratre. An iſte B. ſit in aliquo puniendus? Bal.tangit iſtam quæſtionem in l. data opera.in pen.col.verſi.ſed pone,Titius rixabatur &c. qui accuſa.non poſſunt,& ibi arguit ad partes, & finaliter concludit quòd non tenetur iſte B. in aliquo niſi probaretur,ꝙ vnus alteri dedit opem,vnde conſuluit ibi Bal. quòd ad defenſionem illius B.fiant articuli,per quos appareat ordo facti, videlicet quia frater B.qui occidit illum clericum non erat cum B.nec in auxilio eius eum inuocauit, nec mãdauit,nec ratum habuit,ex quo rixa fuit incogitata, & improuiſa,vt ibi videre poteris,cui adde Io.de Ana. in c.ſi.de clerico percuſſore,& optimam gl.23.q.vlt.c.ſi.tamen in facto cõtingente ille clericus B. fuit grauiter punitus per ſuũ epiſcopum in pecunia,quia probatum fuit,quòd habuit ratum illud homicidium,& ideo oportuit obtinuiſſe diſpenſationem à Papa,quia illa ratihabitio operatur, ac ſi dictũ homicidium fuiſſet commiſſum eius mãdato, vt eſt gl.no. in l.j.§.ſed & ſi tamen qui.in verbo, ratihabitionem. ff. de vi & vi ar.& firmat Auge. de Aretio in tractatu de maleficijs.in verbo,mandatorem.Et pro hoc gl. in c.cum quis. in verbo,tuo nomine.de ſententia excommunicatio. lib.6.& voluit Bal.in l.non eo minus.verſ.ſi quæritur, & ibi etiam Salyc.C.de accuſ.Septimò no.ex tex.ibi,vltores gladio pœ
46 nam ſuſtineat capitalem.† quòd miles, vel alius in ſuperiori dignitate,vt Comes,dux, vel marchio,pro homicidio per eum commiſſo non debet mori per ſuſpenſionem in furca laqueo in canna,ſed debet ſibi caput cum gladio,vel mannaria à ſpatulis ſeparari.Inde dicit Bald.in c.1.§.ſi ruſticus. de pace tenenda,quòd de conſuetudine milites non ſuſpẽduntur,etiam pro delicto,pro quo plebeius ſuſpenderetur. Alij verò non nobiles homicidium committentes furca ſuſpenduntur. Eſt enim mors ignominioſa in Italia, quando quis per ſuſpendium moritur,puta,ſententia condemnatoria iudicis,vt docet experientia,quæ eſt rerum magiſtra,ſecus eſt in Francia,vt dicit Bart.in l.deſertorem. §.j. ff.de re milita. bene tamen pro furto vltra vnciam non fit diſtinctio perſonarum inter nobilem & ignobilem. Nam quicunque furto ſubtraxit vltra unciam, furca debet ſuſpẽdi, ita quòd in illis anima ſeparetur à corpore, vt dicitur in c. 1.§.ſi quis quinque ſolidos.de pace tenenda, & in ca.regis Caroli primi,quod incipit,ad hæc,& de iure ciuili ſi eſt famoſus latro,furca ſuſpenditur, vt in l.capitalium.§ famoſos. ff. de pœnis. & volo hic facere vnam tranſgreſſionem,
47 & dico, † quòd in homine caput eſt membrum diuinum propter cerebrum, in quo eſt ſenſus & intellectus, vt dicit Ariſtoteles,vt refert Bal.in c.1.§.ad hæc,in 3.col.de pace iura.firman.& dicitur principalior pars hominis,ut in l.cum in diuerſis.ff.de religio.& ſumpt.fune. ubi etiam dicit Bal. quòd ubi eſt caput Sancti,ibi debet fieri feſtum principale illius Sancti,& non ubi eſt corpus ſine capite.& iſtum tex. allegat And.de Iſer.infra in conſtitutione, ſi damna clandeſtina.in 11.col. ubi ſi homo medius reperitur in vno territorio, & alia medietas cum capite in alio territorio, iudex territorij,ubi eſt illud caput,procedit, & ideo ſemp in hac ciuitate Neapolitana fit feſtum ſolenne de glorioſo põtifice,& martyre ſancto Ianuario archiepiſcopo Beneuentano quia in maiori eccleſia Neapol.eſt caput, & ſanguis eius uiuus.Et reuerẽdiſſimus dominus Oliuerius Carapha,ll.Doctor,& dignus Cardinalis Hoſtienſis S.Romanæ eccleſiæ, impetrauit a Papa Alexandro Sexto,ut corpus dicti Pontificis & martyris, quod erat in cœnobio montis Virginis, uniretur cum capite, & ſanguine in maiori eccleſia Neapolita.in qua ſubtus altare magnum dictæ Cathedralis eccleſiæ idem Cardinalis conſtruxit capellam magnam mirum in modum marmoreis lapidibus.Et ego Mattheus de Afflicto de Neapoli,ſeruus Ieſu Chriſti, utinam bonus, ad eius gloriam conſtruxi officium eius tranſlationis prędictæ.O-
48 ctauò no.ex tex.ibi,tam agreſſorem.mirabilem tex. † ꝙ ille,qui interficit hominem aggreſſorem,nõ eſt in pęna mortis,de quo dixi ſupra in quinto notab.in 3.fallentia. & uide,quæ dixi ſupra in conſtit. pacis cultum. quibus adde,ꝙ aggredi & inſultare idem ſunt,& ſic inſultantem me cum armis poſſum cum armis occidere, ſiue inſultet in terra,ſiue in mari,ut dicit Iac.de Aluarot.in c.1.§.ſimiliter. de his qui feud.dare poſſunt.Item pedes & eques,ut dicit Angel. de Aretio in tractatu maleficiorum.in uerbo,fecit inſultũ, & uide And.infra in conſt.iuriſgentium.in prin.cap.Nonò no.ex tex. ibi, in dubio uitæ diſcrimine conſtituti. ꝙ ſi de die latro,qui uenit ad furandum in prædio meo, non uult fugere,ſed me inſequitur armis,ita ꝙ dubiũ eſt,an me occidat,poſſum iſto caſu eum impunè occidere,de hoc dixi ſupra in 6.& 7.fallen.& pro hoc bene facit.l.1. C.quando liceat unicuiq; ſine iud.ſe uin Decimò no.ex tex.ibi, uel no-
49 cturnum furem cum clamore, ꝙ † ad hoc ut liceat furem nocturnum impunè occidere, requiritur, quòd acclamet, ſuccurrite,ſuccurrite contra latronem,& iſtud, quod dicitur hic de acclamatione,ſuperadditum eſt ad ius commune,quo iure non requiritur de neceſſitate iſta acclamatio, ut patet in d.l.furem nocturnum.ff.ad l.Cor.de Sica.& dixi ſupra in 6.fallen.de iſta acclamatione concordat tex infra in conſt.omnes noſtri regiminis,& nu iſtum tex. ꝙ excuſatur quis ab homicidio ſecuto contra nocturnum furẽ propter acclamationem.ſic ẽt excuſatur quis à delicto propter acclamationem,ut in l.ſi putator. ff.ad l.Aquiliam.Itẽ acclamatio importat auxilium,ut eſt tex.in l.1. §.excuſantur.ff.ad Syllan.Vndecimò no.ex tex.ibi,nullam calumniã quòd ubi iudex debet abſoluere delinquentem,& non abſoluit, dicitur inferre inquiſito, uel accuſato calumniam, quam uetat hic iſta conſtitutio. nam calumniari dr iudex, qñ uult ibi eſſe crimen,ubi non eſt,ut in l.1.in prin.ff.ad ſenat.conſul.Turpil.Inde dicit tex. in c.quiſquis. 2.quæſt.8. calumniantes ad uindictam poſcat ſimilitudo ſupplicij,& ideo gl.in d.l.1.ad Turpil.dicit, ꝙ pęna calumniantis eſt ſimilitudo ſupplicij. Et requiritur accuſatio ordinaria de calumnia contra iudicẽ procedentem contra aliquẽ de homicidio, ubi conſtat, ꝙ de tali homicidio non põt puniri aliqua pęna,quia dicit Bar.in d.l.j.ff.ad Turpil.ꝙ modus procedendi contra calumniatorẽ eſt propoſita accuſatione or-
50 dinaria,ut ibi latius per eũ. Duodecimò & ultimò no. † ꝙ furioſus & infans excuſantur à pœna homicidij.Nã infœlicitas animi excuſat furioſum.l.itaq;. § j. ff.ad leg. Aquiliã. & infantẽ excuſat eius innocentia,ut in l.infans.ff.de Sica. Inde dr imbecillitas infantiæ,ut dicit tex.in l.una.C.ſi mulier ſecundò nup.indifferenter,ſed interdum imponit pœnam,quia quicquid facit,ignorat,ut dicit text.in l.1. C.de falſa moneta.uide concordantias,quas poſui ſupra in 7.fallen.& dicit Bal.in l.3. C.qui admitti, ꝙ furor eſt uitiũ,ſed infamia non. Quid de ebrio, ſi in ebrietate occidit hominẽ? Vide Bar.in l.reſpiciendum.§.delinquunt.ff.de pœn.& in lege,omne delictum.§.per uinum.ff.de re milit.Salycet. in l.1.in fi. C.de Sicar.ubi dicit, ꝙ bibens uinum eſt in culpa,& non uinum,& ideo punietur de culpa.uide de conſecratio.diſtinctio.5.cap.ſi quis per electionem. & in l.1. C. ſi quis imperatori maledix. & in l.1.§.quæritur. ff.de ædilitio edic.In glo.1. no.iſtam glo.quæ colligit, in quibus iſta conſtitutio corrigit ius commune, & in quibus eſt conformis

51 mis cum iure communi. † nam in primis eſt cõtra ius cõe,
quod nõ imponit pœnam mortis pro homicidio, ſed de-
portationis, interdum mortis, vt patet in l. 3. §. penult. ff. ad
l. Cornel. de ſicar. ſed iſta conſtitutio pro homicidio indif
ferenter imponit pœnam mortis. Item differt in alio, licet
gloſ. non dicat, quia de iure cõi non conſideratur animus
occidentis, ſed tantùm ipſum homicidium, & ſic potius ef
fectus quàm affectus. concordat iſta conſtitutio cum iure
communi: inquantum excuſat à pœna homicidij occiden
tes homines gratia ſe neceſſariò defendendi, & latrones, fu
rioſos, & infantes, vt ſuprà dictum eſt in dictis fallentijs,
& in notabilibus. Sed extra quæro, vtrum condẽnatus pro
homicidio ad mortem poſſit facere teſtamentum? Bar. di-
cit ꝙ non, quia eſt effectus ſeruus pœnæ. l. qui vltimo. ff. de
pœn. & ibi vide apoſtillam Alex. in gloſ. fin. dicit hic gloſ.
52 † ꝙ infans eſt vſq; ad ſeptem annos, de quo in l. ſi infanti.
C. de iure deliberandi. & ff. de adoptio. l. infantem, & deli-
ctum in tali ætate commiſſum eſt impunibile, vt in l. quod
infans. ff. de rei vendicatio. vide gloſ. magiſtrani in l. ferè
in omnibus. ff. de reg. iur. & gloſ. & Docto. in clemen. 1.
de homi. & in c. 1. de delictis puerorum. Et infans non po-
teſt fieri clericus de prima tonſura, ut dicit tex. in cap. fin.
de tempo. ordinan. lib. 6. tamen poteſt fieri miles ſeculi, ſe-
cundùm Bar. in l. j. C. de mune. & honori. &c. lib. 10. no. in
c. grandi. de ſupplen. negli. prælato. & no. in l. ſed & mili-
tes. §. iam autem. ff. de excuſa. tutorum, & uide in l. licet. C.
de teſtamen. mili. hic non ſcribam amplius.

ANNOTATIONES.

a Nocturnum.] An ſit differẽtia inter furem nocturnum & diurnũ. Bar in l. furem. ff. ad l. Cornel. de ſicarijs. Bart. Bal. & Sal. in l. ut allegàs. C. de ſicar. tex. & Docto. in c. ſi perfodiens. extra de homicidijs. Matt. in no. 142. Batius.

b Ea hic inſero.] Scias vnum, quòd damnatus ad mortem, qui accepit pretioſum ſacramentum Euchariſtiæ, non debet mori eo die, quo accepit dictum ſacramentum, ſed debet ſeruari ad minus vſque in ſequentem diem. Hoſtien. in ſumma de immu. eccleſia. in 7. col. quem uidetur ſequi Ant. Corſ. in ſingul. incip. Cardinalis. & ibi, an hoc ſeruetur Bononiæ. & ſequitur etiam Aeneas de Falcon. in apoſtil. ad Abbatem, & in c. ſane, de celebratio. miſſa. & ita intelligas Modernus huius regni, in ſoliloquio 81.

c L. ſi diuturno.] Adde, ꝙ hanc legem ad hoc notauerunt ibi glo. & Bar. & Ant. de But. & Barb. in c. ſi. 3. col. de cõſu. & Rochus de Curte col. 11. & ibi dicit, ꝙ eſt deciſio notanda digito, pro liberando amico, & ante eos hoc uoluit Sal. in l. ſeruos. C. ad leg. Iul. de vi pub. & eũ ſequitur Hip. in ſing. 354 incip. Curſus tẽporis. & deciſio. Rochi ſequitur Neuizanus in ſua ſylua, fol. 24. nu 414. in parua impreſſione, & ibi ad intelligentiã dictæ gloſ. allegat Parpaliã in l. j. C de precibus Imper. offeren. quẽ uideas, & alleg. etiam Io. de Villa mari. in l. diuna ff. ad l. Cornel. de ſicar. & Lucã de Pen. in c. regni, ſi quis in excõmu. in ſi. & Maranta in ſuo Speculo in ſi. col. uerſi. item circa executionem pœnæ, quæ eſt facienda in perſona, & nouiſſimè huius regni in c. huius regni. 10. incip. ad hoc. nu. 99. licet de prædictis nihil alleget, & alias ad hoc propoſitum dicta lex fuit allegata per congregationem Iuriſperitorum, factã per recolendæ memoriæ Alfonſum ſm regem huius regni, & tũc ducem Calabriæ, vt dicit Affli. in ſua deciſ. 288. incip. ill. don Alfonſus. & illo die Afflic. habuit ex illo tex. magnum honorẽ, vt ipſe dicit in cõſti. iuſtitiarij non per calendas. 2. col. 4. no. & dici poteſt, ꝙ Regi Alfonſo dicta lex viſa fuit iniuſta, ut refert idẽ Afflic. in d. conſtit. iuſtitiarij, eſt videndus Alciatus Paradoxorũ lib.

d Moriatur.] Et an cõfiteturus in articulo mortis præſumatur mentiri, vide Bal. conſi. 25. 1. vol. Thom. Gramma. deci. 34. col. 12. nu. 37. & deci. 42. & deci. 56. Iuan. Anto Batius.

Ut caſtellani mittant ſeruientes armatos pro curia. Rub. XIIII.

ISTA Rubrica melius fuiſſet ſituata
poſt conſtitutionem, intentionis noſtræ,
vel poſt conſtitutionem, homines extra
regnum. quicquid ſit, continua ad præ-
cedentem ſic. dictum eſt in dictis con-
ſtitutionibus proximè allegatis de pœ-
na portationis armorum, ex qua porta-
tione armorum interdum ſequuntur vulnera non morti-
fera, vt in conſt. ſi alicui inferantur vulnera. & in conſtit. ter
minum vitæ. ideo ſequendo materiam prohibitionis ar-
morum, excipit caſtellanos, & eorum ſeruitores, quando
exeunt ipſa caſtra pro ſeruitio Regis, vel officialium Re-
gis, vt patet in nigro.

SVMMARIVM.

1 *Caſtellani & eorum ſeruitores quando extra caſtra poſſint deferre arma.*
2 *Caſtellani & eorum ſeruitores officialibus regijs parere debẽt.*
3 *Licentiam deferendi arma quis concedere poſſit.*
Forma mandati ex iuſta cauſa poteſt quandoque excedi.
4 *Licentia portandi arma, cum qua cauſa cognitione concedi debeat.*
5 *Familiares curiæ petens pro ſui conſeruatione, debet illis expenſas facere.*
6 *Inferior permittere nequit, quod ſuperior vetuit.*
7 *Officium iudicis eſt prouidere, ne partes ad arma deueniant.*

CASTELLANIS Non diuiditur pro-
pter ſui breuitatem, & hoc dicit in effe-
ctu. Licet ſupra in conſtitutione, inten-
tionis. fuiſſet ſtatutũ per Imperatorem,
& Regem huius regni, quòd nullus ſub
pœna ibidem cõtenta præſumat portare
arma prohibita, exceptis certis perſonis ibidem expreſſis,
hic tamen excipiuntur duo alij caſus. primus eſt, quòd ca-
ſtellanis, & eorum ſeruitoribus tunc permiſſum eſt por-
tare arma extra caſtra, cum a magiſtro iuſtitiario, vel à iu
ſtitiarijs prouinciæ, aut alijs regijs officialibus ſunt requi-
ſiti pro negotijs concernentibus eius iuriſdictionem. ſe-
cundus caſus eſt, quando quis habuit licentiam à Rege ſpe
1 cialiter de portando arma. † Nota primò, quòd caſtellani,
& eorum ſeruitores non poſſunt portare arma extra caſtra,
niſi quando ſunt requiſiti ab officialibus Regis pro nego-
tijs tangentibus eorum iuriſdictionem, alias ſunt in pœna
contenta in d. conſtitutio. intentionis. Et ex hoc ſequitur,
quòd caſtellani nullam habent iuriſdictionem extra ca-
ſtra, quia ſi iuriſdictionem haberent, liceret eis arma defer
re, & pro hoc eſt capitulum regis Caroli primi, quod inci-
pit, caſtellanos noſtrarum arcium, in prima char. & idem
dicit in capitulo regis Caroli primi, quod incipit, caſtella-
ni & ſeruientes. charta 19. Et idem dicitur in alio capitu-
lo regis Caroli ſecundi, quod incipit, quòd caſtellanis, char
ta 24. Imò tales caſtellani, & eorũ ſeruitores de nullo nego
tio terræ extra caſtra palam, vel occultè poſſunt ſe intromit
tere, nec poſſunt ſeruientes extra caſtra exire ſine licentia
caſtellani, & ſimul vltra quatuor, vt patet infra, in conſtitu-
2 tio. quæ incipit, culpam. † Secundò nota ex tex. quòd caſtel
lani, & eorum ſeruitores, poſtquam ſunt requiſiti ab offi-
cialibus Regis, quòd exeant caſtra armati pro negotio tan
gente eius iuriſdictionem, debent exire caſtra, & parere of
ficiali, vt dicitur in capitulo primo, prædictis capitulis re-
gni. Sunt ergo caſtellani in maximo errore, quando dicũt,
quòd ipſi non habent parere in prædictis officiali Regis.
Tertiò nota tex. ibi, alias tam ipſos, quàm alios, quòd caſtel
lani & eorum familiares ſunt in maximo errore, ex quo di
cunt, quòd licet eis portare arma extra caſtra, etiam quan-
do non ſunt requiſiti pro ſeruitio regiæ curiæ. nam iſta cõ-
ſtitutio expreſſè prohibet caſtellanos & ſeruitores eorum,
& alios portare arma extra caſtra, niſi quando ſunt requi-
ſiti ab officialibus Regis, & hoc verum, niſi habeant ſu-
per hoc ſpecialem licentiam, vel priuilegium à Rege, pro-
ut ego vidi aliqua priuilegia conceſſa caſtellanis, qui tenen
tur oſtendere illa officiali Regis, per legẽ, quinquaginta. ff.
de probatio. lege prima. C. quorum bonorum. & lege, ge-
neraliter. C. de non num. pecu. c. cum perſonæ. de priuileg.
libro 6. cum concor. Quartò nota ex tex. ibi, abſque ſpecia-
3 li mandato celſitudinis noſtræ. † quòd licet iſta lex velit,
quòd nullus portet arma ſine ſpeciali licentia Regis, ta-
men

men communis interpretatio Doctorum ſe habet, q iſtam licentiam poſſit dare magiſter iuſtitiarius, vel iuſtitiarius, & capitanei locorum ex iuſta cã, prout largo modo hodie conceduntur, vt dicit hic expreſsè Andr. & habens licentiam à ſuptadictis officialibus videtur, ac ſi habuiſſet à rege, qa
a omnia noſtra facimus,[a] quibus &c. vt dicit tex. in l. 1. §. cũque. C. de veteri iure enu. ſecundùm And. hic, glo. in c. 1. de tranſact. Et pro hoc allego tex. in argum. in c. ſtatuimus, vt is per quem. de officio delegati. lib. 6. vbi licet excedere formam mandati apoſtolici ex iuſta cauſa. Ad ideio allego id quod dicit beatus Antoninus archiepiſcopus Florẽtinus in ſecunda parte ſuæ ſummę, titulo quarto, cap. 2. §. quantum ad ſecundum. vbi dicit, quòd mandatum ſuperioris nõ eſt implendum, quando ſupereſt cauſa probabilis non implendi, allegat no. in cap. ſi quando. de reſcript. Accedat ad hoc quod dicit Io. And. in addit. Specul. in tit. de inſtrumentorum editione. §. compendioſè. in addit. quæ incipit, Ioã. de Deo. vbi dicit, quòd ſi princeps dat mandatum, & experiẽtia docet, quòd melius eſt fieri contra mãdatum, & ſi princeps hoc ſciuiſſet, ſic feciſſet, non dicitur mandatarius excedere formam mandati, faciendo contra mandatum. hoc allegat Alexander in ſecundo volumine, conſilio 106. in ſecunda charta, fallit in duce belli, vt in lege 3. §. de ſertorem.
4 ff. de re mili. Sed hic quæro pro declaratione, † quæ cauſæ cognitio adhiberi debet per iſtos officiales, antequam concedant iſtam licentiam portationis armorum? Reſponde, quòd ille, qui petit ab officiali, quòd det ſibi licentiam portandi arma, debet dicere, quia timet offendi à certis perſonis, vel vna perſona, & ideo petit, quòd detur ſibi licentia portandi arma ad ſe defendendum, & non ad offendendũ, & quòd portans debet cauere, & iurare, licet iſta cautio oblata ſit, tamen non immutat animum maleuolum, vt Inſt. de ſuſpectis tutoribus. §. penultimo. ſufficit tamen, quòd prouideatur futuris maleficijs, prout poſſibile eſt, vt fecit Imperator in præallegata conſtit. intentionis. & hoc audito, iudex debet ſe informare, an metus allegatus ſit iuſtus, vel iniuſtus, conſiderata qualitate perſonarum, vt no. Bart. in l. metum. C. quod metus cauſa. quod totum relinquitur ſuo arbitrio, ſecundùm Innoc. in capit. dilectus. extra quod metus cauſa. & glo. in lege, interpoſitas. C. de tranſact. Item conſiderabit iudex, an petenti dictam licentiam poſſit eſſe conſultum, ſi iudex compellat illam perſonam, de qua timet, per cautionem cum fideiuſſoribus, vel ſine fideiuſſoribus de eum non offendendo, iuxta l. illicitas. §. ne potentiores. ff. de offic. præſid. & l. denunciamus. C. de his qui ad eccle. confug. prout qualitas perſonarum exigit, vt dicit Bartolus in dicto §. ne potentiores. & ibi per Alberic. de Roſate. Doct. in l. qui bona. §. ſi quis. ff. de dam. infec. Item conſiderabit, an melius ſit pro ſecuritate petentis licentiam portãdi arma concedere familiares cum armatos, argumen. l. fi. in princip. C. de eroga. mili. anno. libro 12. & no. Bart. in l.
5 ſanctum. ff. de rer. diui. & in d. §. ne potentiores. † & ſi iudex videt, quòd iſte, qui petit iſtam licentiam, non poteſt facere expenſas dictis familiaribus, quia ipſe tenetur ad illas expenſas, ſecundùm gl. ſingularem in d. l. fi. de erog. mili. ann. ſecundùm Bart. in d. l. ſanctum. vel ſi timet, claudet ſe in domo, ſi aliter prouidere non poteſt. Et quando per dictas ſecuritates non poteſt prouidere, debet eum remittere ad Regẽ pro licentia portandi arma, niſi vbi vigeret conſuetudo, q iuſtitiarius ex iuſta cauſa alicui ſolet dare licentiam portandi arma. & pro hoc facit, quia ex cauſa iuſta iudex tranſgreditur leges, ſecundum Inn. in cap. 1. de conſt. & Bald. in authen. hodie. C. de iud. & in l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de infamibus. Bald. in cap. 1. quib. mod. feud. amit. ſed non paſſim hoc poteſt facere officialis, vt tenuit glo. fi. ſupra in conſtitut. aſperitatem, vt ibi dixi, in 9. not. &
6 And. hic, † quia quod ſuperior vetuit, inferior non permittit, vt dicit Lucas de Penna in l. fi. C. de fabricenſibus. libro 11. & ſi talis conſuetudo non viget, poterit ſub quadam diſſimulatione claudere oculos, & non videre illum portantem arma, prout in ſimili dicitur in l. 4. ff. de manumiſſio. & in d. l. fi. de fabricen. & in l. prima, C. de deſertori. li. 12. Non ergo poteſt officialis dare expreſsè licentiam portandi arma, quia iſta conſtitutio expreſsè iubet, quòd requiritur ſpecificè licentia Regis, & eſt vnum de caſibus reſeruatis Regi, niſi vbi conſuetudo eſſet in contrarium (vt ſuprà dixi) licèt d. gl. fin. dicat, q aliquando conſueuit talis licentia concedi a iuſtitiario, & creditur magno Doctori de conſuetudine, ſecundùm Bal. in l. de quibus. ff. de legi. tamen loquitur de conſuetudine ſui temporis, ideo debet conſtare iuſtitiario nouo, à quo petitur talis licentia de dicta conſuetudine concedendi dictam licentiam ex cauſa, & quando ceſſaret talis conſuetudo, & cauſa eſſet iuſta,
7 poſſet diſſimulare, vt ſuprà dixi. † regulariter enim officiũ iudicis eſt prouidere, ne partes veniant ad arma, vt in l. æquiſſimum, cum concor. ff. de vſufructu, & ſemper tollenda eſt occaſio ad malum, vt ſuprà dictum eſt. & pro hoc tex. in l. prima, ff. nau. ca. ſta. & ff. quemadmodũ teſtamen. aper. l. prima, & prima quæſt. prima, cap. emendari, in glo. Hic ſunt tres gl. videte per vos.

ANNOTATIO.

a Facimus.] Adde tex. in capitulo, ſi apoſtolicæ, de præben. libro ſexto, glo. in capitulo primo, de tranſact. Bald. in l. ex placito. C. de rerum permutatione. Bacius.

SVMMARIVM.

1 *Defenſa ſub conditione impoſita an ſit valida.*
2 *Defenſa qualiter formari debeat per eum, qui timet offendi.*
3 *Conditio contra naturam contractus appoſita ipſum vitiat.*
4 *Proteſtatio contra naturam actus, de quo agitur, facta eſt inualida.*
Sententia ſub conditione ferri non poteſt.
5 *Procurator conſtitui nequit pro abſolutione petenda, ſi excommunicabitur.*
6 *Pactum, quod apponitur vltra permiſſum, eſt à contractu reijciendum.*
7 *Verbum in teſtamento quod nihil operari poteſt, perinde habetur, ac ſi appoſitum non eſſet.*
8 *Defenſa conditionalis valida eſt in duobus caſibus.*
9 *Conferens beneficium ſi vacet, non dicitur conditionaliter conferre.*
10 *Aequalitas in iudicio ſemper ſeruari debet.*
11 *Reſtitutio pignoris peti non poteſt, niſi pecunia ſoluta.*
12 *Appellatio à ſententia ſuper mero poſſeſſorio lata, quando ſit valida.*
Aedificare non licet in loco publico cum alterius incommodo.
13 *Uxor quando teſtificari poſſit in cauſa mariti.*
Aduocati iuniores ſæpe à ſenioribus decipiuntur.
14 *Exceptio compenſationis quando valeat contra depoſitum.*

De defenſis imponendis, & quis eas imponere poſſit. Rub. XV.

CONTINVATIO patet per ſe. Nam dictum ſuprà proximè, quòd pro defenſione, ſi aggreſſorem occidit cum moderamine inculpatæ tutelæ non tenetur ad pœnam homicidij. Verùm quia non omnis poteſt de facto defendere ſe contra aggreſſorem, ſtatuit Imperator nouum modum ſe defendendi contra potentem per inuocationem ſui nominis, de qua noua ſpecie defenſionis non erat dictum, ideo ſequitur hæc rub. Iuxta quam quærit hic gl. & poſt eam
5 And. hic † an valeat defenſa impoſita ſub cõditione, pura, prohibeo te, ſi poſſum prohibere, & ideo ex parte Regis te prohibeo, ſi poſſum prohibere, ne hæc facias, vel prohibeo

ex

ex parte Regis,ne hæc facias, ſi tibi non licet illud facere.
glo.iſta arguit ad partes.Et primò allegat ad partem,quòd
non valeat talis defenſio impoſita ſub conditione.l. ſi pro-
prietarius.§.fi.ff. de damno infecto. quæ lex nihil facit ad
hoc,ſm And.hic.imò d.lex probat cõtrarium , vt bene de-
clarat hic And.& non allegat glo.alia motiua pro iſta par-
te.Tu adde,ꝙ And.pro iſta parte allegat rationem inexpu
gnabilem. dicit ipſe : Conſtitutio iſta iuriſgentium impo
nit certam formam in imponendo defenſam , videlicet ,
2 † prohibeo te ex parte Regis,ꝙ me offendere non præſu-
mas,non dicit,ꝙ poſſit in dicta defenſa poni conditio,vn-
de ſi apponatur dicta conditio , non ſeruatur forma à lege
impoſita,& ſic defenſa impoſita nulla erit,& non valebit ,
allegat l.2.C.de prædijs curia.lib.10. Quod autẽ dicta for
ma defenſionis ſine conditione ſit de forma,patet ex his,ꝙ
dicit Bal.in l.ſi cum ſententia.2.col.C. quãdo prouoca. nõ
eſt neceſſe,vbi dicit,ꝙ ea, quæ requiruntur ante factum ,
vel in ipſo facto, ſunt de forma , & niſi interueniant , ipſo
iure non valent. Idem dixit Dy.in l.ſi ex paternis. §. quod
ſi pater.ff. de bonis liber. per illum tex. no.Archid. in c.1.
de electio.lib.6.Item pro hoc argumento allego Innocen.
3 in c.1.de conditio.appoſit.vbi dicit,† ꝙ ſi apponitur con-
ditio contra naturam contractus,facit contractum nõ va-
lere.10.q.1.cap.1.Idem dicit Bal.in l.1.4.colum.ff.de con
ditio.inſtitu.vbi allegat l.certarum.ff.de teſtamentaria tu-
tela.& l.per ſeruum.§. 1. ff. de vſu & habitatione.& c.fin.
de conditionibus appoſitis. ſicut quando apponitur condi
tio impoſſibilis in contractu,vitiat contractum,vt Inſti.de
inutilibus ſtipulationibus.§.impoſſibilis. Eſſet.n.cõtra na-
turam defenſæ impoſitæ , ſi valet cum conditione prædi-
cta,ex quo lex iſta ſequens imponit pœnam iniuſtè impo-
nenti defenſam,& ideo illa conditio facit, ꝙ non valet, ſi
apponeretur dicta conditio,quia ille,qui facit actum vide
tur ſe aſtringere legi loquenti de illo actu,ſm Bald. in l.ſi
duo.ff.de acquirenda hæreditate. Item accedat ad hoc di-
ctum Bal.in auth.ingreſſi, in 3.col.ver.ſecundò quæro.C.
de ſacroſanctis eccleſijs. quòd quando reſeruatio fit con-
tra naturam actus ad diminuendum , vitiat actum , ſi fiat
antequam actus dicatur eſſe perfectus : ſecus ſi fiat ad au-
gendum, vt in lege,cum precario. ff. de precario.ſm Cyn.
Idem dicit in effectu Bal.in cap. mela.in 3. colu.per quos
4 fiat inueſtitura. † Inde dicimus , quòd proteſtatio contra
naturam actus,de quo agitur, nihil valet.cap.cum M. de
conſtitutionibus.Bal.in l.pacta nouiſſima.3.col. C. de pa-
ctis.facit l.vbi ita donatur. & ibi Bar. ff. de donationibus
cauſa mortis.vbi pactum ab initio adiectum contra natu-
ram contractus annullat totum contractum , & uide apo-
ſtillam Alex.ibi. Item pro iſta parte allegat And.illam re-
gulam generalem,quòd actus legitimi non recipiunt con-
ditionem,vt in l.actus.ff.de regu.iur.& in regula,actus.li-
bro 6.de quo per Iaſ.in l.cum ad præſens.ff.ſi cer. peta. Itẽ
quia ſententia non poteſt ferri ſub cõditione,ſm And.hic,
per l.1.§.biduum.ff.quando app.ſit,licèt lata teneat, vt ibi,
de hoc me remitto ad ſcripta per Alex. in l. ait prætor.§.ſi
iudex.ff.de re iud.Sed iſta impoſitio defenſæ eſt actus legi
timus inductus per iſtam conſtitutionem, ergo non poteſt
ſub dicta conditione imponi . Item pro hoc facit.l.nec ii.
& l.illud.& ibi Bal.ff.de acq. hæredita. vbi ad poſitionem
conſequentis,ſequitur deſtructio antecedentis,quod cum
conſequenti ſtare non patitur , ſed illa conditio non pati-
tur ſtare cum defenſione antecedenti impoſita,imò p con-
ditionem adiectam deſtruitur,quia punitur,ſi non iuſtè eã
5 imponit , ergo non valet. † Item ſicut non poteſt cõſtitui
procurator ad petendam abſolutionem,ſi excommunica-
bitur,quia hoc debet relinqui in caſu,ſm Bald.in l. ſi quis
mihi.§.iuſſum.ff. de acquiren. hæred.ita etiam non poteſt
in defenſa apponi dicta conditio. In contrariũ gl. arguit,
& primò allegat l.non ſolùm.§.ſi cum poſſem te iure pro-
hibere.ff.de ope.noui nuncia.quæ lex nihil facit, quia nun
ciatio nõ erat facta cum conditione. & idẽ dicit hic And.
nec ẽt aliquid facit l. qui vias. §.1. ff. de dam. infec. quam
allegat hic glo.ſm And.hic.Bene tamen facit pro iſta par-
te id,quod dicit Bal.in l.certa.in fi.C. quando prouoca.nõ
eſt nece.ꝙ ſi iudex condemnauit aliquem in centum, plus
vel minus,ſm formam ſtatuti, ꝙ ſi exceſſit formam ſtatu-
ti,reducitur ad formam,ſ.ꝙ valet talis condemnatio.Inde
dicebat Bal.in l.ſed ſi hoc.§.1.ff.de cond.& demon.& in l.
ſancimus.C.de don.ꝙ ſi aliquis donat vltra legitimã cum
tali onere,ꝙ reducit emolumẽtum ad legitimam ſummã,
ꝙ tenet donatio ſine inſinuatione, per illum tex. Et ſic ui-
detur,ꝙ valeat illa defenſio impoſita,& illa conditio vide
tur repulſa,& pro hoc facit tex.in Auth.de non alienan.§.
6 neque illud.† ubi pactũ appoſitum ultra permiſſum, rei-
citur à contractu . & iſtum tex.ad hoc allegat Bal.in auth.
quas actiones.2.col.C.de ſacro.ſan.eccle.iuxta illam regu
lam,vtile per inutile non uitiatur,de qua in l.1. §. ſi ſtipu-
lanti.ff.de verbo.oblig.cum concor.quæ ibi allegãtur. Idẽ
tenet Bal.in l.ſi pupillorum.§.fi.ff.de reb. eorum. ſed quia
Bar.in l.qui rem.C.de ſacroſan.eccle.tenet , ꝙ in nullo ua-
let, & idem tenet Bal.in l.quæcunque.C. de bo. quæ libe.
ideo de hoc articulo remitto me ad ſcribentes in d.§. ſi ſti
pulanti.& ad Iaſ.poſt Pau.de Caſt.in auth. qui rem. C. de
ſac.ſan.eccle.& ad Io.de Imo.in l.quod dicitur.ff.de verb.
obl.& in c.ex parte.vlt.charta.de feudis. & vide Lapum al
7 leg.80.† Præterea ſi in teſtamento ſuo quis apponit aliqd
verbum,quod aliquid operari non poteſt, habetur ac ſi il-
lud uerbum non eſſet adiectum,ut in l.talem inſtitutionẽ.
ff.de hære.inſtit.ergo cum illa conditio nihil poteſt opera
ri,ad hoc, ut illa impoſita defenſio valeat,debet haberi il-
la conditio pro non appoſita,ſed illud eſt fauore teſtamen
ti. Præterea ius ſemper eſt certum,vt dicit tex. in Auth. ut
in medio litis non fiant ſac.iuſſi. & ideo ſi apponitur con-
ditio in defenſa impoſita , ſi poſſum prohibere , non facit
conditionem.l.uerba.ff.de condi.inſti.& ibi Bal.in l. cum
in ſecundo.ff.de iniuſto,rupto & irrito teſtamento. & no.
Bal.in l.in conditionibus.ff.de condi.& demon. Pro ſolu-
tione huius quæſtionis dicebat glo. hic , ꝙ omnes iudices
iuriſperiti Imperialis curiæ conuenerant , ꝙ talis defenſio
impoſita ſub cõditione prædicta, non ualet . Sed Andreas
8 hic ſic dicit poſſe diſtingui duos caſus.†Primus,aut factũ,
per quod imponitur defenſa,erat indubitatè illicitum,pu-
ta,ſi Titius cum enſe aggreditur Semproniũ fidelem Re-
gis,ſtãtem ſub eius protectione, & ille Sempronius impo-
nit defenſam Titio inuocando Regem,ꝙ eum non offen-
dat,ſi de iure ſibi non licet offendere,tunc ualet iſta defen
ſio impoſita , ſi ille Titius ſpernit iſtam defenſam , punie-
tur etiam de ſpreta defenſa, quia illa uerba conditionalia
non faciunt conditionem,ex quo erat omnino extitura,&
ideo defenſio habetur,ac ſi potuit eſſe facta,per tex. in l.ſi
pupillus.§.qui ſub conditione.ff.de cond.& demon.l.nam
& ſi cum moriar.cũ ſeq.Item,quia ius ſemper certum eſt,
ut ſuprà dixi. ideo dicit And.hic,ꝙ ſub facto certo ius cer
tum eſt,ut in l.2.ff.de iur.& fac.igno.Et tunc iſta expreſſio
eius,quod tacitè ineſt , nihil operatur , ut in l.ſi in diem.§.
ſeruo.ff.de condi.& demon.Et tacita conditio, ſi exprima
tur,nihil operatur,ut in d.l.in conditio.ff.de cõdi. & dem.
no.gl.100.diſt.c.in ea ſinodo.Et dicit gl.in c.2. de elect.li
9 bro 6.ꝙ ſi exprimitur cõditio,quę ineſt de ſui natura:†pu
ta confero beneficium, ſi uacat,uel ſi ſis capax,uel ſi iudex
dicat,do tutorem,ſi ſatiſdederit,uel lego Titio decem , ſi
hæres hæreditatem adeat: iſtę conditiones non faciunt a-
ctum conditionalem,ſed purum,quia inſunt de iure,uide
ad hoc Oldr.in conſi.41.& Lapum alleg.61. Bal. in l.Bar-
barius.9.col.ff.de officio prætoris.ad hoc facit gl.in cle 1.
quæ dicit,ꝙ clauſula,ſi ita eſt,poſita in reſcripto Papæ gra
tioſo,non facit reſcriptũ conditionale , quia talis clauſula
ſemper intelligitur. Alex.in 4.uol.conſi.123.in 11. col. ſe-
cus in reſcripto Regis,ut in l.fi.C.ſi contra ius. & l.uniuer
ſa.C.de diuer.reſcriptis.de quo plenè per Fel.in c.2. de re-
ſcriptis,ubi tractat de clauſula,ſi preces ueritate nitantur .
& iõ dicebat Ant.de But.ꝙ ſi exprimere qualitates ſubin-
tellectas,nõ facit reſcriptum conditionale,in c. ſup literis.

in

in 6.col.de reſcriptis.Idem dicit Io.in c.mandatum.de re-
ſcriptis.& c.certificari.in 2.q.de ſepulturis. latè per Abba-
tem Sicu.in c.fi.de præſumptio.Secundus caſus,anſ factũ,
ſuper quo imponitur defenſa,erat dubium,vt puta, credi-
tor virtute pacti adiecti in inſtrumento debiti, vult capere
poſſeſſionem rei ſtabilis,vel immobilis debitoris ſui, debi
tor imponit defenſam creditori, ne eum ſpoliet re ſua ſub
cõditione, ſi poſſum de iure te ꝓhibere, vel dominus petit
adiutorium à vaſallis iuxta cõſtitutionem,quamplurimũ,
tunc quia multa dubia occurrunt ſub iſto adiutorio, ſi va-
ſallus imponit dictam defenſam contra dominum condi-
tionaliter,nõ valet talis impoſita defenſa,ſi fuit oppoſitũ,
quòd non valet,argumento legis, quos prohibet. ff.de po-
10 ſtulando, † quia ſeruanda eſt æqualitas in iudicio, vt in l.
fin. C.de fruc.& lit. expen.quia ſic imponens defenſam &
apparentem eſſe illicitam debet puniri,vt infrà conſti.ſeq.
Sed ſi nihil fuiſſet oppoſitum contra dictam conditiona-
lem defenſam impoſitam, & fuiſſet admiſſa talis accuſa-
tio,& facta fuiſſet litis conteſtatio, & ex proceſſu appare-
ret,quòd non licitè ipſam impoſuit,an puniretur ipſe,qui
illicitè ipſam defenſam impoſuit. vſ quòd non, quia con-
ditionaliter impoſuit. In contrarium eſt veritas, nam pu-
nietur,ac ſi purè ipſam feciſſet,ex quo conditio fuit purifi
cata,arg.l.potior eſt. ff.qui po. in pigno. habe. & l.quòd ſi
pendente.ff.de pericu.& com.rei vendi.licèt ergo talis ac-
cuſatio conditionalis non debeat admitti, tamen poſtquã
fuit admiſſa,& conſtat,ꝙ non iuſtè ipſam impoſuit, habe-
tur ac ſi purè fuiſſet facta,& ideo tenetur ad pœnam, ſicut
ſi purè eam feciſſet,& ſi iuſtè impoſuit, ſumus in caſu cla-
ro,ꝙ ille,contra quem fuit impoſita, tenetur ad pœnam,
ex quo talis conditio ſemper ineſt, & ideo non facit actũ
conditionalem,vt ſuprà dictum fuit. Ex quibus patet ſe-
a cundùm Andr. ꝙ multa [a] non poſſunt fieri, ſi tamen ſunt
facta parte tacẽte procedunt, vt patet ſm And. in l.ſi in rẽ.
11 §.fi.ff.de pig.actio. † vbi debitor non poteſt agere ad reſti
tutionem pignoris,niſi ſoluta pecunia,tñ ſi creditor tacuit
& in iudicio debitor offerat pecuniã,poteſt ſequi condem
natio,vt ait ibi Bal. in l. certi condictio. §. quoniam.& ibi
etiam Ludo.ff.ſi certum petatur,vbi dicunt,ꝙ ſi ſtatutum
dicat,ꝙ non poſſit fieri probatio debiti per teſtes: mõ ſunt
producti teſtes ad probandũ debitum, & pars aduerſa an-
te productionem non oppoſuit,& fuerũt examinati, ꝙ va
let: allegat c.1.de reſtitutione ſpoliatorũ,vbi in cauſa poſ-
ſeſſorij recuperandæ poſſeſſ.non ob.exceptio dominij: ſi
tamen fuit oppoſita exceptio dominij,& aduerſarius non
replicauit,quòd talis exceptio iuuat, & ſi fuit facta proba
tio de dominio,tunc iudicabitur de dominio, ita declarat
ibi dñs Antonius de Bur. & firmat Bar.& Ang. in l. ſi quis
ad ſe fundum.C.ad l.Iuliam de vi. reprobato Bal.in l.ordi
narij.C.de rei vend.qui dicebat contrarium.An autem va
leat ſtatutum,vel pactum, quod nõ poſſit probari debitũ,
niſi per inſtrumentum,vel per ſcripturam,uide glo.in Au-
then.vt ſine prohibit. matres debit.& credi.§.quia verò.in
glo.magna.Bar.in l.pactum inter hæredem.ff.de pact.Bal.
in l.iubemus. C.de iudicijs.Spec.in tit.de prob.§. videndũ
teſtat. Item licèt contra præſumptionem iuris & de iure
non admittatur probatio in contrarium, vt in l. antiquæ.
C.ad Velle.& in l.fi.C.arbit.tutelæ. tamen ſi pro parte ta-
cente fuit admiſſa,tenet,ita Inno.in c.fraternitatis.de frigi
dis,& malefic.in c.cum Bertoldus.de re iudica.tenet Imo.
12 in l.inter ſtipulantem.§.1.ff.de verb. oblig. † Item licèt de
iure ciuili à ſententia lata ſuper mero poſſeſſorio non ap-
pelletur,tamen ſi fuit admiſſa, & nõ fuit appellatum à nõ
admiſſione,valet appellatio, & proceditur in cauſa appel-
lationis,ſm Bal.in l.cum ſententiam.C. de ſententijs. Item
in cauſa criminali non poteſt interuenire procurator:ſi ta-
men fuit admiſſus, tenent acta, ut eſt gloſ. ſingularis in l.
quamuis.C.de adulterijs.de quo in c.1.de iudicijs. in 6.&
in l. licèt.C.de procurat. & per Ioan. de Imo. in l. penul.§.
ad crimen.ff.de publicis iudic.Item non liceret facere ædi
ficium cum incommodo alterius in loco publico,ſine de-
creto iudicis,tamen ſi eſt factum,tenet,glo.eſt in l.quãuis.
in verbo,manu.ff.de acquiren. rerum dominio.Item ſi ſu-
per aliquibus poſitionibus non eſt reſpondẽdum, ſi tamẽ
pars reſpõdit ſimpliciter,ſibi præiudicauit,& valet reſpon
ſio,ut dicit Alex.in l.ſi duo patroni.§.item Iulianus.5.col.
ff.de iureiur.Item teſtis non debet interrogari,an ſit crimi
noſus:ſi tamen interrogatur, & reſpondet,quòd eſt crimi
noſus, totum eius dictum ruit,ut dicit Alex. in d.§.item
13 Iulianus.in 5.col. † Item uxor non poteſt eſſe teſtis in cau-
ſa mariti,tamen ſi eſt parte tacente admiſſa,valet eius teſti
monium,ſecundùm Spe.in tit.de teſte.§.1.ver. quid ſi ad-
uerſarius. Item licet iurans omnia uera eſſe, non poſſit al-
legare ſimulationem, ſi tamen ipſam allegauit,& pars ad-
uerſa paſſa fuit, ꝙ recipiantur probationes ſuper ſimula-
tione,debet iudicari ſuper ipſa ſimulatione, ſecũdũ Alex.
de Imo.in l.nemo poteſt.ff. de le.1.pro quo facit id, quod
dicit Bal.in l penul.verſi.& quæro.C.de non numerata pe
cunia. ubi ſiquis ſemel iurauit ſibi fuiſſe pecuniam nume
ratam, non poteſt opponere exceptionem non numera.pe
cu.ſi tamen parte tacente fuit admiſſus ad probãdũ ipſam
negatiuam,& probauit,tunc non poteſt opponi de periu-
rio,quia iam detectum eſt ipſum non eſſe periurum, & in
hoc iuuenes aduocati,qui non multa legerunt, ſæpe deci-
piuntur à ſenibus aduocatis. Item iuramentum nõ poteſt
præſtari per procuratorem non habentem ſpeciale man-
datum,per tex.in l.uulgò.ff. de in litem iurando. ſecundũ
Ludo. ibi, licet Barto. ibi dixerit contrarium. & tamen ſi
eſt admiſſus parte tacente,ualet per glo.ſing. in auth. qui-
bus mo.naturales effici legi.§.ſi quis ergo.de qua Bar.facit
feſtum in l.poſt mortem §.neque.in fi. ff.de adopt. alia gl.
eſt in c.1.de ind lib.6.& de his aliqua dixi in c.1.§.fi.quid
14 ſit inueſti. † Item contra depoſitum non ob. exceptio cõ-
penſationis,tamen ſi eſt oppoſita,& pars tacuit, & proba-
ta fuit, debet de ea cognoſci,ſecundùm Bal.in l.ſi quis. C.
de compenſat. Sunt multa alia iura probantia,quæ nõ ua
lent facta à principio, &, ꝙ poſtquam facta ſunt, tenent,
de quibus per glo.in l.1.§.biduum.ff.quando appell. Sunt
etiam multa alia iura in contrarium ad probandum, ꝙ ſi
aliquid non eſt de iure faciendum,ſi reperitur factum, nõ
ualet,ut in l.diuus.§.1.cum l.ſequen. in §.item ſuſpicio. ff.
de quæſtio.& in c.inquiſitionis.§.3. de accuſatio. ſecundũ
Andream hic. Alia iura in contrarium allegantur per glo.
in l.patre furioſo.ff.de his qui ſunt ſui, uel alieni iuris. &
in d. §. biduum. Sed uide pro ſolutione magnam diſtin-
ctionem Iacobi Butrig.in l. non diſtinguemus. ff. de arbi-
tris. quam reaſſumit per longum Albe.de Roſa.in d.l. pa-
tre furioſo.& in d.l.non diſtinguemus, & ſolutionẽ Pilæi
in brocardis ſuis, char. 132.& iſta ſufficiant ſuper iſta ru-
brica.

ANNOTATIO.

a Multa.] Nota caſus,in quibus multa prohibentur fieri ab initio, quæ facta tenent;& multa permittuntur fieri ob atrocitatem facti,quæ aliàs nõ permitterentur, ut not.in l.prætor edixit.§. præterea.& ſi.de iniurijs.ubi Bar. & Bal.in l.reſpiciendum.§. furti. & §.ſi dicatur.de pœnis.Thom.Gram.deciſ.36.colum. 50. num. 30 Ioan.Anton.Batius.

SVMMARIVM.

1 *Vaſallus ſi domino defenſam fecerit ne eum iniuſtè grauet, an poterit eum interim grauare.*
2 *Vaſallus an poſſit contra iniuriantem ſuper bonis mobilibus agere pro ſpreta offenſa.*
3 *Vaſalli timentes à dominis ſuis offendi, quando poſſunt eis defenſam imponere.*
4 *Potentes debilibus impreſſionem inferre, ac eos iniurijs afficere præſumuntur.*
5 *Factum contra legem pro infecto haberi,qualiter intelligatur.*
6 *Defenſa qualiter imponi debet aggrediẽti in rem, vel perſonã.*
Aggredi & aſſalire, qualiter differant.

7 *Prote-*

7 *Proteſtatio triplex eſt.*
8 *Poſſidens poteſt defenſam ei imponere, qui ipſum vult de poſſeſſione eycere.*
Colonus partiarius quis dicatur.
9 *Defenſa imponi poteſt pro vi ablatiua, & expulſiua, ſed non pro inquietatiua.*
Prohibens me vti re mea, mihi iniuriarum tenetur actione.
10 *Verba teſtis ſubſequentia declarant præcedentia, ne ſibi contrarius dicatur.*
Teſtamenti pars præcedens per ſequentem limitatur.
11 *Clauſula in præcedentibus poſita maioris eſt efficaciæ, quàm ea quæ in ſubſequentibus ponitur.*
Verba iniurioſa perſonam non offendunt, nec res ipſas auferūt.
12 *Dominus domus inferioris prohiberi poteſt per dominum domus ſuperioris, ne fumum faciat, qui ei noceat.*
13 *Seruitutem habens in fundo alieno, ſi illa vti prohibeatur, an poſſit prohibenti defenſam imponere, ne prohibeat.*
14 *Defenſa impoſita, poſſeſſorem etiam in corporalibus tuetur.*
Deſcendentes pro aſcendentibus & eorum rebus poſſunt defenſam imponere, & econtrario.
Parentes ad tritauum vſque dicuntur, vlteriores verò ſunt maiores dicendi.
15 *Familiares pro domino & eius rebus poſſunt alijs defenſam imponere, ne violentiam faciant.*
Vxor venit familiæ nomine.
16 *Vxor matura dicitur duodecim annorum.*
Sponſus pro ſponſa defenſam imponere non poteſt.
17 *Maritus defenſam imponere poteſt alieni, ne vxorem ſuam penes ſe retineat.*
18 *Copula, &, concurſum requirit copulatorum.*
19 *Mulier abſque mundualdo viuere nequit.*
20 *Extenſio in pœnis de vno ad alium non eſt facienda.*
21 *Dominus quando teneatur de ſpreta per familiam defenſa.*
22 *Defenſa ad perſonam fieri debet, & non ad domum.*
23 *Teſtis ſcire non dicitur, quod ex ſola fama publica nouit.*
Abbas monachum ſuum ab alio propria authoritate poteſt capere.
24 *Defenſa imponi poteſt, vbicunque quaſi poſſeſſio habetur.*
25 *Subditus contra dominum præſcriptionem allegans, lite pendente, non debet eſſe in poſſeſſione.*
26 *Iuris appellatione uenit ius commune.*
27 *Cauſa ſpretæ defenſæ ad baronem, vel dominum non poteſt ſpectare.*
28 *Ius baroniæ in quo cenſeatur conſiſtere pro violentia ſine armis per uaſallum commiſſa.*
29 *Dominus qualiter puniatur pro contemptu defenſæ ſibi per vaſallum impoſita.*
30 *Princeps in quibus partem lædere poſſit.*
31 *Potens largè dicitur multos conſanguineos habens, & amicos.*
32 *Defenſa per inuocationem nominis regij pro quibus rebus poſſit imponi.*
33 *Frater defenſam imponere poteſt pro iniuria perſonali inferenda fratri.*
34 *Defenſa imponi poteſt pro amico intimo.*

IVRISGENTIVM. Tota iſta conſtitutio principaliter diuiditur in duas partes. In prima loquitur de defenſis impoſitis per homines liberos aduerſus quoſcunque; vſque ibi, eadem licentia. hic eſt ſecunda pars, in qua loquitur de defenſis impoſitis per vaſallos cōtra dominos ſuos vſque in fi. Sed prima pars principalis diuiditur in tres partes. In prima ponit cauſam huius conſtitutionis, quæ talis eſt. Licèt omni iure defenſio ob tutelam ſui corporis ſit permiſſa, tamem interdum propter potentiam aggreſſoris, ſiue offendere volentis, inſultatus non poteſt de facto ſe defendere, propterea prouidetur per iſtam conſtitutionem de nouo modo defenſionis permiſſæ contra potētes: maximè volentes offendere aliquem fidelem in perſona, vel in rebus: vſque ibi, præſentis authoritate. hic eſt ſecunda pars, in qua ponitur forma impoſitionis dictæ defenſæ, videlicet, vt aduerſus aggreſſorem ſuum, contra quem non poteſt cum moderamine inculpatæ tutelæ ſe defendere, ſe defendat hoc modo, videlicet, ego talis fidelis ex parte catholicæ maieſta. Regis noſtri Ferdinandi, prohibeo te talem, atque requiro, vt hinc in antea non præſumas me offendere in perſonam, quando timet offendi in perſona. Si verò timet ab aliquo potenti offendi, vel violentiam ſibi inferri in rebus mobilibus, vel in ſtabilibus, ſeu immobilibus: ita quòd timet ſpoliari bonis ſtabilibus de facto, uel iniuriam ſibi inferri in rebus ſe mouentibus, vel in aliquo iure incorporali, poterit iſte timens ſimiliter ex parte domini regis eum requirere, & prohibere inuocando nomē domini Regis, ꝙ non præſumat eum de facto ſpoliare dictis bonis, vel quòd non facit ſibi iniuriā in dictis bonis, & iuribus incorporalibus. vſque ibi, præſentis noſtræ conſtitutionis. Hic eſt tertia pars primæ partis, in qua deciditur vnum dubium circa prædicta, videlicet, vtrum parentes pro filijs, & nepotibus, & ipſi filij, & nepotes pro parētibus, & domini pro familiaribus ſuis, & ipſi familiares pro dominis ſuis poſſint defenſam prædictam imponere illis, quos timent vim, vel iniuriam eis fieri in perſona, vel in rebus prædictis. & dicitur, quòd ſic, uſque ibi, eadem licentia. Hic eſt ſecunda pars principalis, quæ diuiditur in quinque partes. In prima dat licentiam vaſallis, ut poſſint imponere ſupradictam defenſam per inuocationē nominis maieſtatis Regis dominis ſuis, à quibus timet iniuſtè offendi in perſona, vel in rebus, vſque ibi, verum ſi occaſione. Hic eſt ſecunda pars, in qua remouet tria dubia, quę
5 caduut in dicta licentia data dictis uaſallis. † Primū, utrū ſi uaſallus impoſuit defenſam domino ſuo, ꝙ eum nō grauet in adiutorio exigendo, uel quòd non faciat ei aliquā angariam, uel perangariam iniuſtè, dominus interim poſſit exigere illud adiutorium à dicto uaſallo, qui impoſuit illam defenſam, uel exigere dictam angariam, uel perangariam abſq; timore pœnæ ſpretæ defenſæ. & deciditur hic, quòd ſi illud adiutorium comprehenditur in conſtitutione, quàm plurimum, uel illæ angariæ, uel perangariæ debentur domino ex priuilegio, uel ex antiqua conſuetudine, licitum eſt ipſis dominis interim, non obſtante dicta defenſa impoſita, exigere dicta iura. Secundum dubium eſt ibi, uerumtamen ſi uaſallus iuſtè imponit defenſam domino ſuo pro rebus mobilibus, puta, pro bouis, uel alijs rebus, & dominus non paruit dictæ defenſæ impoſitæ ſibi p uaſallum, qualiter dominus puniatur. & dicitur in tex. ꝙ tenetur uaſallo reſtituere id, quod iniuſtè abſtulit, & tantundem tenetur regiæ curiæ ſe componere, & econuerſo, ſi unus iniuſtè impoſuit defenſam domino ſuo, id, quod
2 petebat, amittit, & tantundem regiæ curiæ ſoluat. † Tertium dubium eſt ibi, ſtatuimus etiam, utrum uaſallus poſſit contra dominum ſuum iniuriantem ſuper bonis mobilibus, pro ſpreta defenſa agere criminaliter, uel tantùm ciuiliter. & dicitur in tex. quòd tantùm ciuiliter agere dēt, & nō criminaliter. uſque, ibi, & ſi de his. Hic eſt tertia pars huius ſecundæ partis, in qua declarat, qui ſint iudices competētes, quādo uaſallus imponit defenſam domino ſuo ſuper bonis mobilibus, & dicit, quòd iuſtitiarij prouinciæ ſunt iudices competentes, ita quòd ſi fiat accuſatio apud magiſtrum iuſtitiarium, debet ad inſtantiam domini hoc petentis magna curia remittere dictam accuſationem iuſtitiario prouinciæ. uſque ibi, ſi tamen inter duos. Hic eſt quarta pars, in qua diuerſificatur caſus. nam hucuſq; fuit dictum de defenſa impoſita per uaſallum eiuſdem domini contra alium, & agitur cauſa coram officiali regio, utrū dominus ipſorum uaſallorum habeat aliquam partem de pœna, quæ applicatur regiæ curię pro ſpreta defenſa iuxta conſtitutionem, ſi quis in poſterum. & dicitur ꝙ ſic. nam habebunt de pœna tāgente regiam curiam illam partem, quam haberent pro illo delicto, ſi non eſſet impoſita defenſio ex parte domini Regis, & reliquum erit regiæ curiæ, uſque ibi, ſi uerò ob alias cauſas. Hic eſt quinta & ultima

tima pars, in qua declarat prima pars ſecundæ partis prin
3 cipalis, vbi fuerat dictum, † quòd licet vaſallis imponere
defenſam dominis ſuis, à quibus timent offendi in perſonis,
vel in bonis, vt hoc intelligatur, & reſtringatur, quandu
offenſio domini contra vaſallum eſſet talis, pro qua dominus
poſſit capitaliter accuſari, vel crimen eſſet tale, ꝙ eſſet
permiſſa publica accuſatio, tunc vaſalli poſſunt imponere
defenſam dominis ſuis, ſicut poſſet quilibet alius nõ
vaſallus, & eædem pœnæ ſpretæ defenſæ locum habent in
his caſibus, ſicut in alijs: hoc dicit vſque in finem. Et breuiter
hoc dicit: licentia data ab iſta conſtitutione de imponẽdo
defenſam iuxta formã hic traditã vendicat ſibi locum,
non ſolùm pro iniuria & violentia, ex qua ſequitur
damnum in perſona propria, ſed ẽt in perſonis coniunctis
hic expreſſis, & pro familia, vel pro rebus corporalibus, &
incorporalibus, ſed ẽt vendicat ſibi locũ in vaſallis vt poſſint
dominis ſuis imponere dictam defenſam, ſed aliter ꝑceditur
contra dominos de ſpreta defenſa, & aliter fit punitio
contra alios non dominos, niſi qñ impoſita eſt iuſta
defenſio domino pro delicto capitali, pro quo eſt publica
accuſatio, tunc nulla eſt differentia inter vaſallum, & non
4 vaſallum. † No. primò ex tex. ibi, potentiã, ꝙ potentes ꝓſumuntur
inferre debilibus impreſſionem, & eos iniurijs
afficere, vt in l. illicitas. §. ne potentiores. ff. de offic. præſi.
& eis facilius violentias inferre, vt C. quod metus cau. l.
ad inuidiam. & eos importunis neceſſitatibus opprimunt,
vt C. ne liceat poten. l. 1. Item aduocati eis deferunt, quia
non ſuſcipiunt patrocinium contra eos, ſed potius pro illis.
ff. de appel. l. 1. §. non ſolùm. & in l. 3. C. vt ruſti. ad nullum
obſeq. deuocen. l. 2. lib. 11. per Lucam de Pen. in verbo,
terribiles, & in l. 1. C. de apo. pub. lib. 10. Inde dicit Ariſto.
2. Ethic. ꝙ ira & inimicitia potentũ eſt timenda, & nolunt
ſupergredi, vt dicit in 4. Politicorum. & dicit tex. in
c. viſis. 16. q. 2. humani moris eſt, illum vereri, cuius iudicio
& voluntate nunc erigitur, nunc deprimitur. & in lib.
Eccleſiaſtici c. 8. dr. Non litiges cũ homine potente, ne forte
incidas in manus illius, non contendas cum uiro locuplete,
ne forte contra te conſtituat litem tibi. multos. n. ꝑdidit
aurum & argentũ, & vſq; ad cor Regis extendit, &
conuertit. hanc. n. potentiam hominum ſubditorum Regi
reſtringit iſta conſtitutio propter formam traditam in
impoſitione defenſionis, vt reducatur de irrationabili ad
rationabile cum priuatis. Omnis violentia irrationabilis
contra proximum eſt prohibita, ut patet in tit. ff. ad l. Iuliã
de vi publica & priuata. ideo Rex prouidet, vt potẽtia hominis
ſubditi non exerceatur irrationabiliter contra proximum,
& ipſe eſt, qui diſſipat cogitationes malignorum,
ne poſſint implere manus eorum quod cœperant, iuxta illud
5 Iob. 5. c. † Secundò no. ex tex. ibi, de facto non poſſit,
ꝙ licèt regulariter factũ contra legem haberi debeat pro
infecto, ut in l non dubium. C. de legi. & in Auth. de non
alie. §. quia verò. & ideo incautè factum habetur pro infecto,
ſm Ang. in l. 1. ff. de his, quæ in teſta. delentur. tñ iſtud
intelligitur de iure, ſed id qđ de facto fit, non poteſt dici,
ꝙ non ſit factum, & ideo dicimus, ꝙ facta non poſſunt haberi
pro infectis, l. in bello. §. factæ. ff. de capti. & poſtlimi.
reuer. & iſti potentiores, qui ſolent facere de facto contra
ius violentiam & iniuriam in rebus alterius, interdum malè
tractant de facto illos, quos afficiunt iniuria, ſi illi imponerent
dictam defenſam eis, & ideo multi hodie ſe abſtinent
à dictis defenſis imponendis, & ſic iſta conſtitutio nõ
prouidet ad ſufficientiam, ſicut prouident iura il. is, qui ꝑ
metum iudicis non appellauerũt, nam habetur ac ſi appellaſſet
ille, qui non appellauit, dummodo probet, ꝙ iudex
conſueuit appellãtibus quæſtiones inferre, vel ponere eos
in carcerem, & ſimilia, vt no. in l. de popillo. §. ſi quis ipſi.
ff. de operis noui nuntia. & no. Bar. in l. 1. § ſi quis tñ. ff. qđ
6 vi aut clam. † Tertiò no. ex tex. ibi, vt aduerſus aggreſſorem
ſuum, ꝙ Imperator hic dat formam imponendi defenſam
contra aggreſſorem in perſonam, uel in re. Nam
vt dicit And. in c. 1. §. ſimiliter. quibus modis feudũ amitt.
aggredi eſt per vim tam in rem quàm in perſonam, aſſaltare
eſt in perſonam: impetus. n. eſt in perſonam, ſimiliter &
in rem, ut C. de his qui ad eccleſiam confugiunt. l. denunciamus.
& in l. illud. in fi. ff. ad l. Aquil. de quo p Andr. luc.
& in d. §. ſimiliter. & in c. 1. §. porrò. quæ ſit prima cauſa beneſic.
amitten. & iſtud aggredi non ſolùm eſt hominum,
vt in l. is qui aggreſſorem. C. ad l. Cor. de ſica. ſed etiam animalium
irrationabilium, ut in l. 1. §. cũ arietes. ff. ſi quad.
pauper. feci. dicatur. Forma enim imponẽdi defenſam eſt
ꝙ in præſentia trium teſtiũ, uel plurium, ille qui timet uiolentiam,
vel iniuriam ſibi & inſtaſcriptis ſibi coniunctis
fieri in perſona, vel in rebus dicat, ex parte domini Regis
noſtri, eius nomen inuocando, authoritate mihi conceſſa
per conſtitutionem domini Regis, prohibeo te, ne mihi,
vel meis filijs, vel nepotibus, vel familiæ præſumas offendere
in perſona, ſi timet offendi in perſona; uel ſi timet pati
violẽtiam in rebus corporalibus, uel incorporalibus ꝓhibeat
ei ex parte domini Regis, ne faciat uiolentiã in ſpoliando
eum talibus bonis, quæ poſſidet, vel iuribus, quæ
quaſi poſſidet, quod ſi fecerit, proteſtatur de pœna contenta
in conſt. ſi quis in poſterum, licet iſta proteſtatio nũ ſit
neceſſaria, quia ſine dicta proteſtatione ſufficit, ꝙ ſit impoſita
dicta defenſio, ſine dicta proteſtatione. Tamen dicitur
iſta proteſtatio declaratiua, quia vt dicit Bal. in l. termina-
7 to. vlt. col. ver. quæro quid ſi iudex, † ꝙ triplex eſt proteſtatio
diſpoſitiua, conſeruatiua, & declaratiua, C. de fructi.
& litis expenſis, & hæc proteſtatio declaratoria pœnæ ꝑdictæ
poterit retrahere eos ab ipſa violentia, quia ſcriptũ eſt.

Oderunt peccare mali formidine pœnæ.

Vt. ff. de iuſtitia & iu. l. 1. in princ. & in glo. & in c. cum in
cunctis. in fi. de elect. Quartò no. ex tex. ibi, in rebus, quas
poſſidet, ꝙ defenſæ impoſitio tuetur poſſeſſorem, quia ſi
ille, cui impoſita eſt, paret, eum tuetur; ſi non paret, punietur,
ut in cõſt. ſi quis in poſterũ. Iuxta hoc quærit hic And.
an ualeat impoſitio defenſæ, ut non intres in domum tuã,
quam poſſides. Et reſpondit, quòd non ualet, quia mea nõ
intereſt, ſed ſi intereſt, ualet, vt in l. quoties. ff. de ſerui. benefacit
ad hoc id, qđ dicit Bal. in l. fi. C. de pact. inter empt.
& ven. in fi. vbi non valet pactum conſiſtens in faciendo,
ſi mea non intereſt. Sed pone quòd ego, cui impoſuiſti defenſam,
ne intrem in domum meã, quam poſſideo, parui,
& non intraui, uel intraui, & non parui, an poſſim te accuſare
de iniuſta defenſa? dicetur infra in conſtitutio. ſi quis
8 in poſterum. † Quintò no. ex tex. ibi, in rebus, quas poſſidet,
ꝙ poſſidenti cõceditur facultas imponendi defenſam
contra eum, qui vult eum eijcere de poſſeſſione ſua. Hic
quærit And. utrũ colonus, ſi timet deijci à poſſeſſione fundi,
poſſit imponere defenſam, ne deijciatur à poſſeſſione.
Et diſtinguit, aut imponit defenſam nomine domini, aut
nomine ſuo: ſi nomine domini, clarum eſt, quòd põt, quia
& procurator hoc poteſt, ut dicitur per And. hic, & in conſti.
ſi quis in poſterum. nã colonus procurat rem domini. l.
3. in princ. ff. quod vi, aut clam. ff. de ope. no. nun. l. ſi procurator.
Secundo caſu, ſi nomine ſuo impoſuit defenſam,
& tunc, aut eſt colonus partiarius, quia certã partem fructuum
ſoluit domino, & certam partem ſibi retinet, & poteſt
imponere defenſam, quia ſua intereſt non deijci propter
fructus, quos ipſe habet percipere, ut in iuribus hic allega.
a ſæ non poſſunt cognoſcere camerarij, vel baiuli, ſed ipſi ſunt penitus iudices incompetẽtes in dicta cauſa. ſed ſunt iudices competentes, vel magiſter iuſtitiarius, vel iuſtitiarius prouinciæ, in qua fuit impoſita defenſa, & non alij officiales; & de hoc expreſsè eſt hic tex. cõcordat expreſsè c. Regis Caroli Primi, quod incipit, terreri. char. 59. Et ſic patet, ꝙ capitanei, & alij barones, qui habẽt a Rege merum & miſtum imperium, nõ poſſunt cognoſcere de ſpreta defenſa, niſi expreſsè Rex eis conceſſit, ꝙ poſſint cognoſcere & punire de ſpreta defenſa, quia certi iudices ſunt conſtituti in cauſa ſpretæ defenſæ. & licet generaliter alijs concedatur merum & miſtum imperium, non videtur derogatum ſpeciali iuriſdictioni conceſſæ magiſtro iuſtitiario, & iuſtitiariis ſuper ſpreta defenſa, niſi ſpecialiter ſit ei derogatum, quia generalis conceſſio meri & miſti imperii facta Baroni non tollit ſpecialiter conceſſam iuriſdictionem magiſtro iuſtitiario, & iuſtitiariis in cauſa ſpretæ defenſæ, per id quod dicit Andr. ibi in conſtit. ea quæ. in fi. & ibi latius dicam. & ideo vide multa priuilegia cõceſſionis meri & miſti imperii conceſſa tempore Regis Alfonſi Primi multis Baronibus, in quibus expreſsè conceditur, quòd poſſint cognoſcere de cauſis ſpretæ defenſæ. Nonò nota ex tex. ibi, manſuetudinis noſtræ confertur au-

11 thoritas, † quòd licitum eſt Regi ſeipſum laudare de manſuetudine. Idem facit Papa. 56. diſtinctio. c. fin. manſuetudo enim ordinat hominem ad Dei cognitionem, ut dicitur in epiſtola Iaco. 1. cap. in manſuetudine ſuſcipite

inſitum

inſitum verbum. & in eccleſia. c. j. beneplacitum eſt Deo fides & manſuetudo.& iterum in eo.lib.c. 3.fili in manſue tudine perfice opera tua.& in euangelio.beati mites. & in eccle.c.5.& eſto manſuetus ad audiẽdum verbum Dei.de quo ſatis copioſè per beatum Thom.in 2.2.q.157.per totum,& Imperator laudat Papam de manſuetudine in epiſtola,inter claras.§.fin.de ſum. Trinit. Sex enim beneficia quis conſequitur ex manſuetudine,vt dicit Archid. de pœnit.diſt.2.c. quærendum. inuenit enim iſte Imperator nouum modum defendendi ſuos ſubiectos per licentiam, quam dedit imponendi defenſas priuatis,& officialib.pro priuatis perſonis: & ideo laudat ſe de mãſuetudine: defenſam enim,quam officialis imponit nomine Regis,videtur ipſe Rex imponere,quia omnia noſtra facimus, quib. noſtra auctoritas impartitur,vt in l.j.§. ſed neque. C. de vete.
12 iure enucl.† & ſic Rex dicitur in nobis vti manſuetudine, quia nos defendit tanquam pater.ideo dicitur pater patriç vt dicit Seneca in lib. de clementia ad Neronem.& C. de inoffi.teſt.l.ſi quis in ſuo & C.de nupt.l.imperialis,ſecundùm Andr.hic.& procurat commoda ſubditorum, vt ſint locupletes,vt in Anth.vt iud.ſine quoquo ſuffragio.§.cogitatio.diffinitionem manſuetudinis ponit Luc.de Penna in l.hi qui.C.de conueni. fiſci debito. lib.10.& multa moralia de manſuetudine dicit in l.hac noſtræ.C. de præpoſitis ſacri cubiculi. lib. 12. An & quando liceat alicui ſeipſum laudare, vide quæ dixi ſupra in procem.in princ. in 4.no. Decimò & vltimò no.ex tex.ibi, vbique præſentialiter eſſe non poſſumus, ꝗ ideo Rex ſtatuit in regno diuerſos ordines officialium, vt ſit iuſtitiæ copia, de qua propter indiuiduitatem perſonæ Regis, quæ ubilibet perſonaliter intereſſe nequit, ſingulis fidelibus ſuis reſpondere non poteſt, per eoſdem officiales omnibus offeratur, & ſingulariter ſingulis miniſtretur.hæc ſunt verba Regis Caroli Primi in cap.quod incipit, poſt corruptiones &c. char.16.quæ fuerunt ſumpta ex tex. huius conſtit. quæ idem dicit in effectu, vel ex tex. in l.magiſtros.C. de profeſſo. & medi.lib. 10.& ibi pro concord.Lucas de Penna allegat tex. 94.diſt. c.valde.& 24.q.j.c.dicimus.ibi,eccleſia vna eſt,quę vna & intus & foris eſſe non poteſt &c.& refert ad præſens propoſitũ elegantia verba Egeſippi de bello iudaico.lib. 5. vt infra per eum . Gloſſis legatis per vos , quia non ſunt alicuius boni effectus vltra prædicta.

ANNOTATIO.

a Nota,quòd de cauſa ſpretæ defenſæ alius non cognoſcit, niſi magiſter iuſtitiarius, vel iuſtitiarius Regis, & quid ſi princeps cõceſſit caſtrũ,an in conceſſione ueniat ſpecialis defenſa principis.vide Pari.de Puteo,de reintegratio.feu.fol.96.nu.6.Io.Ant. Batius.

De defenſis impoſitis & contemptis, & pœna eorum. Rub. XVII.

CONTINVATIO patet ex ſeipſa . Nã hic continuatur eadem materia : & ideo non erat neceſſarium in qualibet quatuor conſtitutionum imponere rubricam , ſed ſufficiebat imponere vnam rubricam in iſtis quatuor conſtitutionibus , videlicet de defenſis imponendis , & quis poterit eas imponere : & quæ ſit eius pęna,& quid ſi iniuſtè imponantur : ſed poſitæ ſunt iſtæ quatuor rubricæ pro faciliori intelligentiã, quia res diuiſæ melius intelliguntur , vt in l.j. in princ.ff. de doli excep. & Inſti. quibus mo. teſt.infir.§.alio.in fi. & de lega.§. ſed ne in primis,& in proœ.Inſtit. §. igitur.in gl. ſequitur nigrum.

SVMMARIVM.

1 *Defenſa quando imponitur , an debeat dici ſub pœna certa quantitatis .*
2 *Probatio in contrarium , an poßit fieri contra dicta trium teſtium omni exceptione maiorum.*
3 *Defenſa impoſita,an poßit remitti & ei renunciari.*
4 *Defenſa an poßit licitè imponi pro Iudæis & Saracenis .*
5 *Quantitas pœnæ non neceßariò exprimi debet in defenſa componenda.*
6 *Inuocatio nominis Regis eſt requiſita ad defenſam imponẽdã .*
7 *Forma debita eſt in omni actu ſeruanda.*
Subſtantia eſt talis naturæ,quòd ea omiſſa,actus vitiatur .
8 *Defenſa in regno facta ſub alio nomine quàm Regis, eſt inualida .*
9 *Procurator generalis non habens mandatum ſpeciale, an poßit nomine domini defenſam imponere .*
10 *Procurator generalis defenſam imponere poteſt.*
11 *Procurator generalis non habens liberam denunciare poteſt.*
12 *Defenſa per eum,cuius intereſt,imponi poteſt.*
13 *Statutum verba in perſonam dirigens,nunquam clericum comprehendit.*
Clericus,an poßit defenſam laico imponere .
14 *Clericus ſtatuto principis ſibi fauorabili, quando poßit vti.*
15 *Clerico defenſam imponente aduerſus laicum , an laico ſpernẽte,poßit fiſcus de ſpreta defenſa agere .*
16 *Lex ciuilis quando in foro eccleſiaſtico ſeruari debeat.*
Clericus legem pœnalem Regis contra ſe , non tenetur recipere .
17 *Statutum ſeculare non attenditur coram eccleſiaſtico iudice .*
18 *Minor pro maiore habetur in contractibus.*
19 *Mulier , quæ defenſam impoſuit , an poßit agere ad pęnam ſpretæ defenſa .*
Fœmina in iudicio prouocatrix eße nequit.
20 *Defenſa an poßit imponi ſub inuocatione nominis ſummi Pontificis .*
21 *Teſtes de quantitate pœnæ defenſæ deponentes quando dicantur ſingulares.*
22 *Probatio ſpretæ defenſæ quot teſtibus fieri debeat.*
23 *Lege requirente teſtes optimæ opinionis , hoc ipſum articulari debet,& probari .*
24 *Defenſam iuſtè poſitam ſpernens,qualiter puniri debeat.*
25 *Dictio, omnis, nihil excludit.*
26 *Creditor debitoris, cuius bona pro certa parte ſunt confiſcata, contra quem agere poßit.*
27 *Prior tempore potior eſt iure .*
28 *Regula, quod tibi non nocet & alij proſit,quãdo locum habeat.*
Aequitas dicitur ordinata iuſtitia temperata dulcedine miſericordiæ .
29 *Defenſam imponere poteſt is , cui violentia paratur, & etiam camerarius,aut baiulus pro eo.*
30 *Venire contra factum proprium poteſt quis ex ſuperuenienti cauſa & titulo .*
31 *Fiſcus an poßit proſequi cauſam ſpretæ defenſa.*
32 *Aerarium dicitur camera , vel arca , vbi reponitur theſaurus regius.*
33 *Probatio negatiua coarctata loco & tempore admittitur quandoque .*
34 *Iudex practicantes interrogat,vt ſecurius ordinare poßit.*
35 *Mos iudicij reprobatur, quòd poſitiones ſuper negatiua loco & tempore coarctata non recipiantur.*
36 *Poſitio negatiua verbis affirmatiuis concepta, an cenſeatur negatiua .*
37 *Accuſatio falſi ceſſat in cauſa ſpretę defenſa.*
38 *Ius curiæ quaſitum non poteſt remitti pacto priuatorum .*
39 *Procurator generale mandatum habens cum libera , defenſam nomine domini quando remittere poßit.*
Procurator generalis nec tranſigere, nec paciſcendo remittere poteſt .
40 *Baiuli & officiales alij , an poßint defenſam à ſe pro perſonis priuatis impoſitam remittere .*
41 *Aggrediens aliquem poſt defenſam ſibi impoſitam , qua plectatur pœna .*
42 *Actor in cauſa ſpreta defenſa,an poßit etiam petere reſtitutionem rei ſuæ.*

43 *Iudex maleficiorum incidenter de cauſa ciuili cognoſcere poteſt.*
44 *Imperator ſe beatum dicit.*
Beatitudo vera, in quibus conſiſtat.
45 *Eccleſia Iudæos in terris Chriſtianorum habitare permittit.*
46 *Iudæus non poteſt eſſe officialis in Chriſtianorum terris.*
Iudæi non poſſunt eſſe teſtes contra Chriſtianum.
47 *Iudæus qualiter iurare debeat teſtimonium laturus.*
48 *Iudæi diebus feſtiuis Chriſtianorum citari poſſunt.*
49 *Fiſcus nunquam, vel rarò eſt æquus, ſed duræ ceruicis & rigoroſus.*
50 *Res profligata, quæ dicatur.*
51 *Auarus nunquam deſiderium ſuum implet.*
52 *Defenſam quam quis fecit non denuncians magiſtro iuſtitiario, qualiter puniri debeat.*
53 *Officialis, qui defenſam à ſe pro priuato impoſitam, non denunciat, qualiter puniatur.*
54 *Delictum facere videtur, qui cum poſſet, non prohibuit.*
55 *Dolus præſumptus, an ſit dolus.*
56 *Reo plures iudices habente electio eſt actoris, coram quo eum conueniat.*
57 *Priuilegiatus ſi concurrat cum priuilegiato æquali, actor ſequetur forum rei.*
58 *Emens à fiſco, coram quo iudice conueniatur pro illa re.*
59 *Cauſa naturalis vitiat accidentalem.*
60 *Pœnæ diuerſæ ab eadem lege impoſitæ, an ſint omnes infligendæ.*
61 *Terminos plures euertens, aut plures teſtes falſos producens, vnica pena punitur.*
62 *Cauſa inſultus excogitatè dicitur criminalis.*

SIQVIS in poſterum. Totam iſtam cõſtitutionem diuido in duas partes principales. In prima ponit deciſiones ad decem dubia, vſque ibi, prænominatas autem. In ſecunda parte monet M. iuſtitiarium, & iuſtitiarios, & partem, quæ impoſuit defenſam vſque in finem.

1 † Primum dubium primæ partis eſt, vtrum quando imponitur defenſa per inuocationem nominis Regis, ſiue ab officiali pro priuata perſona, debeat fieri prohibitio ſub pœna certæ quantitatis. Et decidit litera, quòd non eſt de neceſſitate prohibere, ne fiat vis, vel iniuria ſub expreſſione certæ quantitatis pœnæ pecuniariæ. Secundum dubiũ eſt, quot teſtes requirantur ad probationem defenſæ impoſitæ: & decidit litera, quòd non minus tres teſtes fide digni, & omni exceptione maiores requiruntur. Tertium dubium eſt, an per indicia & argumenta poſſit procedi ad deciſionem in cauſa ſpretæ defenſæ, vbi deficiunt illi tres teſtes, & dicitur in litera, quòd ſic. Quartum dubium eſt ibi, ſi quidem cum armis, in quam pęnam incidit, qui ſpernit defenſam ſibi formiter impoſitam. & reſpondet litera, quòd aut facta fuit uiolentia cum armis, & tunc punitur pœna tertiæ partis bonorum ſuorum omnium. Aut ſine armis, & tunc punitur pęna quartæ partis bonorum ſuorum omniũ. Quintum dubium eſt ibi, de quibus omnibus, vtrũ camerarius, vel baiulus, qui impoſuit defenſam pro priuato, vt dr in conſtitutione præced. de illa tertia, vel quarta parte bonorum omnium debeat habere aliquam partem: & dicitur in litera, ꝙ ſolùm habebit ſexageſimã de bonis
2 mobilibus tñ. † Sextũ dubium eſt ibi, illud ẽt apertiſſimè, vtrum cõtradicta illorum trium vel pluriũ teſtium omni exceptione maiorum, examinatorum ad probãdum defenſam impoſitam, poſſit fieri probatio in cõtrarium, per probationem negatiuæ coarctatæ loco & tempore. & reſpondet litera, ꝙ nõ, ex quo illa probatio facta eſt per teſtes fide dignos, & omni exceptione maiores: bene tamen poterit perſonas illorum teſtium reprobare in termino reprobatorio. Septimum dubium eſt ibi, defenſiones rei iudicatæ: quas defenſiones poterit facere accuſatus de ſpreta defenſa. & reſpõdet litera, quòd poterit ſe defendere opponẽdo, & probando exceptionẽ rei iudicatę. ſ. ꝙ de hoc aliàs fuit accuſatus, & fuit abſolutus. Item poterit opponere & probare exceptionẽ pacti conuenti hoc modo, videlicet, nã in inſtrumento debiti fuit factum pactum, ꝙ ſi non ſolueret, liceret creditori auctoritate propria ingredi fundũ debitoris, iuxta l. 3. C. de pignori. vel alio modo iure licito fuit ſibi licitũ auctoritate propria vti iure ſuo, prout dixi ſupra in conſtitut. pacis cultum. tunc ſpernendo defenſam non incidit in pœnã ſpretæ defenſæ, & ſic patet, ꝙ non admittitur defenſio falſitatis contra dicta teſtiũ, vt ſupra dictum
3 fuit. † Octauum dubium eſt ibi, vt tñ quæſtiones, vtrũ officialis, qui impoſuit defenſam pro priuata perſona, vel ipſa perſona priuata, quæ impoſuit defenſam poſſit ipſam defenſam remittere, & renunciare: & rñdet litera quòd non, ſed de neceſſitate, poſtquam ſemel impoſuit defenſam, habet ipſam denunciare magiſtro iuſtitiario, vel iuſtitiarijs. Nonum dubium eſt, ibi, prętere a q̃ ſuper agreſſuris, vtrum ſit innouatum per iſtam conſtitutionem imponentem ſupradictam pœnam ſpernenti defenſam, imponere alias pęnas, quæ imponuntur a iure, vel per iſtas cõſtitutiones pro iniuria, vel violentia cõmiſſa. Et reſpõdet litera, quòd ſi in violentia commiſſa cum armis non eſt proceſſum ad percuſſionem, nec ad homicidium, per pœnam ſpretę defenſę eſt innouatum omnibus iuribus & conſtitutionibus imponentibus pęnam pro uiolentia cum armis, vel ſine armis, ſed ſi in violentia cum armis ſecuta eſt percuſſio, vel homicidium, pœna pro percuſſione, & pœna homicidij non eſt ſublata per impoſitionẽ pœnæ ſpretæ defenſæ: imò illa exigetur per fiſcum, & condemnabitur ad mutilationem manus, ſi percuſſit cum armis, vt in conſtit. ſi quis aliquẽ. vel ad mortem, ſi factum fuit homicidium, ut in conſtit. terminum uitæ. Decimum dubium eſt ibi, iudæis & ſaracenis, utrum
4 † liceat dictis officialibus etiã imponere defenſam pro iudæis & ſaracenis habitantib. in regno, ſicut pro Chriſtianis fidelibus Regis. & reſpondet litera, ꝙ ſicut pro Chriſtianis, ita pro iudæis & ſaracenis officiales poſſunt imponere defenſas, per quas ſpernentes puniuntur eadem pœna. Et durat vſq; ibi, prænominatas autem pœnas. hic eſt ſecunda pars principalis, in qua iſta conſtitutio monet magiſtrum iuſtitiarium & iuſtitiarios de tribus. primò, vt non ſint deſides, neq; remiſſi in pœna ſupradicta ſpretę defenſæ, quam pœnam ſpernentes fiſco debeant profligari, ideſt, ꝙ illam tertiam, vel quartam partem omnium bonorum debeant perdere, & fiſco applicare. Secundò monet eos, vt caueant, ne dicta pœna fiſco applicata aliquid remittant gratioſè, quia curia ab eis exiget, quod remiſerint; & monet etiã ipſos imponentes defenſam, vt nõ ſint remiſſi & deſides in denunciando dictis magiſtro iuſtitiario, & iuſtitiarijs ipſas defenſas impoſitas. Tertiò monet eoſdẽ officiales ſceleratos vindicare, ne ipſas occultent, vel detegãt: quod ſi ſecus fecerint, cẽſentur ipſi obnoxij eiuſdem criminis, & durat vſq; in finem: & hoc breuiter dicit in ſumma,
5 quantitas † pœnæ de neceſſitatę non eſt exprimenda in defenſa imponenda, in cuius probatione tres teſtes ſufficiũt, aut argumenta rei, de falſo poſſunt conuinci: ſed tamen poſſunt repulſari, quò ad perſonas eam ſpernentes pœna hic ſtatuta puniuntur, de qua officiales non poſſunt aliquam gratiam facere: & ſi fecerint, de ſuo reſtituent fiſco, qui ſi criminoſam repertam non vindicent, regent. vt conſcij criminoſa ſuſtineant. No. primò ex tex. ibi, nominis noſtri inuocatione, ꝙ tota forma defenſionis cõſiſtit in hoc, videlicet, prohibeo te ex parte domini noſtri Regis Ferdinandi de Aragonia in præſentiarum regnantis, ne mihi facias talem violentiã, per iſtum textũ & per tex. ſupra in cõſtitutione, iuriſgentium. in princip. & ſic non eſt neceſſarium exprimere aliquam quantitatem pecuniæ pœnalis, ſi contrauenerit, vt dicitur hic in tex. Sed hic quæritur de aliquibus qõnibus. Et primò ſi imponitur defenſa ſimpliciter hoc modo, requiro te ſub pœna iuris, ne me offendas. vel dico, impono tibi defenſam, vel ex parte iuſtitiæ, ꝙ me non offendas, vel non facias mihi violentiam, an valeat? And. hic in 2. col. tãgit iſtam quæſtionem, & arguit ad partes, &

tes,& finaliter concludit q non valet, quia ſupradictę con
ſtitutiones dant formam prædictam,ut imponatur defen-
ſa per inuocationem nominis Regis, quo omiſſo habetur
pro omiſſo.l.quicquid.ff. de uerb.obli. vt latius hic per eũ.
cui adde in primis ea,quæ pro & contra allegat Ale.in l.1.
6 ff.de lib.& poſth. Itẽ adde,q iſta † inuocatio nominis Re-
gis requiſita ad defenſam imponẽdam eſt de forma defen
ſionis,quia illa eſt forma,quę tendit ad eſſe rei, & aduenit
rei exiſtenti in potentia, & dat primum, & principale eſſe
rei,ſm Bal.in l.2. C.quando prouocare non eſt neceſſe. in
2.col.& ubi à iure traditur certa forma,ſi illa forma omit-
titur,non ualet actus, vt in l.ſi ex patronis.§.idem ſi pater.
ff.de bon.lib.ſm Dy.ibi. Hinc dicebat Abb.in c.cum dile-
cta.de reſcrip.in gl.in verbo,iuris ordine. circa fi. quòd qñ
ſuperior dat modum procedendi,illa dicitur forma.ita in-
telligit Bar.in l.diẽ proferre. §.ſtari.ff.de arbitris. ſecũdùm
eũ ibi.& dicit ibi Abb.in 1.col.in 3.not.quòd quando non
ſeruatur forma data, proceſſus eſt ipſo iure nullus, per illũ
tex. bene facit l.com hi.§.ſi prætor.ff.de tranſac. ideo dicit
lex,quòd forma mandati diligenter ſeruãda eſt,tex.in l.di-
ligenter.ff.mand.& no.gl.in c.Piſanis.de reſt.ſpol.& in cõ-
cord. qua non ſeruata actus non eſt legitimus, vt dicit Ar-
chid.in c.1.in verbo,in forma.& in c.ſerui.de electio. li.6.
hinc etiam dicit Oldr.in conſi.130.incipiẽte, omiſſa facti
7 prolixitate. 2. col. quòd † forma debet obſeruari etiam in
exprimendo, quæ debent exprimi, ſicut in faciendo, quæ
ſunt obſeruanda.Et dicit Archid.in c.quorundam.23.diſ.
quòd quando lex, vel ſtatutum dicit, aliquid debere fieri,
ſemper illud dicitur de ſubſtantia.& ſubſtantia eſt talis na
lis naturæ,quòd ea omiſſa,actus eſt nullus.l.1.§.1.de uerb.
oblig.cum concordan.Et dixit Bal.in l.omnes populi.in fi.
pen.col.de iuſt.& iu.quòd forma in actib.fauorabilib.ſem
per debet obſeruari, per l.qui Romę.§.Flauius Hermes.ff.
de uerb.obli. accedant ad hoc elegantia verba Bal.in l.fin.
C.ſi manc.ita fuit alien.ne manumittatur. quòd per formã
omiſſam non dicitur eſſe factum.& ideo receſſit lex, quia
ceſſat forma, cuius ceſſatio impedit diſpoſitionem legalẽ,
etiam in actu pio & fauorabili,ſecundùm Oldr. Idem ipſe
dicit in l.non omnis.in fi.principij.ff.ſi cert.peta. dicit Bal.
in l.comparationes.2.col. C.de fi.inſtr. quòd omnis forma
à lege tradita debet cenſeri forma ſubſtantialis,& de eſſen
tia actus. Item pro iſta deciſione bene facit notabile dictũ
Bal.in l.ſi inſtitorem. in fi.ff.ſi cert.pet. vbi dicit, quòd vbi
datur certa forma,non dicitur forma ſeruata,ſi ſeruatur ę-
quipollẽs,& minor,Ale.de Imo.in d.l.1.ff.de lib.& poſth.
vbi idem dicit,hoc dictum Bal.ibi non allegauit,licet mul
ta alia ad hoc alleget.bene facit ad hoc illud,quod dicitur,
quòd iuramentum habet uim clauſulæ expreſſæ,ut in l.cũ
pater.§.filius matrem. ff.de leg. 2. tamen non habet opera-
ri illud, quod eſt forma, ſecundùm Bald. in l.2.in fi. C.de
bon.poſſeſſ.ſecundùm tabul. & Bald.in l.ſi quis maior. C.
de tranſac. & Bald.in c.1.§.item ſi uaſallus. de controuerſ.
8 inueſt. Secundò quęrit hic And.in ead.2.col.an † ualeat im
poſitio defenſæ in regno, ſi imponatur defenſio per uaſal-
lum Ducis, uel Principis, uel Comitis ex parte Principis,
Ducis,uel Marchionis,uel Comitis? Et dicit hic concluden
do,quòd non valet:quia conſtitutio dicit,ſub inuocatione
nominis Regis. Et miror,quòd ipſe dicit,quòd malè ſerua
tur,cum tales domini eo tempore,quo viuebat Andr.non
habebãt merum & miſtum imperium,prout habẽt hodie:
& tamen hodie in regno nõ ualeret defenſio impoſita per
uaſallum Ducis,vel Principis &c.ſub inuocatione eius no-
minis,& non nominis Regis:quia nõ reperitur iure cautũ,
niſi defenſa per inuocationẽ nominis Regis: aliàs poſſent
puniri de vſurpata iuriſdictione: quia iuriſdictio dicitur
vſurpari,ut in c.conqueſtus. de foro comp. cuius pęna eſt,
vt amittat iuriſdictionem, quam in loco habebat,vt 25.q.
2.c.ſic debet. & miror, quòd Lucas de Penna nõ allegauit
de hoc tex.in conſt.ea quę ad decus. in l.ſi quando. in uer-
bo,uſurpatione.C.de bonis vacan.& uide eum in l.omnes.
la prima & in 1.col.in uerbo, uſurpationis.C.de decurio.
li.10.& in l.1. in uerbo, vſurpantes. C. de ſtud. liber. vrb.
Romę. Et ibi dicitur, quòd uſurpans,quod ad ſe non ſpe-
ctat,punitur de falſo,ſecundùm Petr.de Anch. in c. ut apo
ſtolicę. de priu.lib.6.ſecũdùm Fel.in c.tertio loco.1.col.de
probatio.& no.And.infra in conſti.duram, & diram. Ter-
9 tiò quærit Andr. hic in 1. col. † An procurator generalis,
qui non habet mandatum ſpeciale ad imponendam defen
ſam nomine domini, poſſit eius nomine imponere defen-
ſam? Et ſic tenet And.quod non eſt dubitandum de procu-
ratore habente ſpeciale mandatũ ad imponendum defen-
ſam,ex quo de iure clarum eſt,q poteſt per tex.in l.illud.§.
ſi talis.ff.de minorib. vbi procurator ad petendã reſtitutio-
nem in integrum,debet habere ſpeciale mandatũ,niſi peta
tur reſtitutio incidenter, per l.fin. C.vbi & apud quem. &
iſtum tex. ad hoc etiam alle.Bar.in l.cum procurator.ff.de
oper.noui nun.& no.Bal. in l.indebitam.ff.de cond.indeb.
& Bar.in l.1.C.etiam per procurat.cauſam. in integr.reſti.
agi poſ. & Abb.in c.ſuſcitata.de reſtit.in integr. & pro iſta
deciſione,ſcilicet, q procurator habens ſpeciale mãdatum
poſſit imponere defenſam, allego Innoc.in c.quoniam fre
quenter.in 6.col.in uerbo,poſſidet. ut lite non conteſt. vbi
dicit, q procurator ad adminiſtrandum datus, poteſt no-
minare dominum in iudicio &c. ita etiam poterit procu-
rator conſtitui ad inuocandum nomen Regis pro impoſi-
10 tione defenſæ. † Ad quæſtionem propoſitam reſpondet
Andr. quòd procurator generalis poteſt imponere defen-
ſam, per d.l.cum procurator. & l.ſi hominem.ff.mandati.
l.prohibere.in princip.ff.quod vi aut clam.pro qua allegat
generaliter,qui per alium facit &c.cui adde,quòd procura
tor generalis cum libera habetur pro procuratore ſpeciale
mandatum habente, ſecundùm Bald. in d.l.illud.§.1.ff.de
minoribus. Et ſi eſſet procurator generalis, & non haberet
liberam poteſtatem nomine domini,non poſſet imponere
defenſam, ut concludit hic And.in 1.col. ibi,dum dicit,q
quãdo dominus facit eum procuratorem generalem, com
mittit ea,quę iuris ſunt,ſicut exigere debita.ff.de cond.in-
deb.l.ſi procurator. & imponere defenſam nomine domi-
ni per inuocationem Regis, eſt ponere dominum in prote
ctione principis,& eum defendere &c. cui adde, quòd pro
iſta deciſione And. hic facit id,quod dicit Barto.in l.1.§.1.
11 ff.de liber.agnoſ. ubi dicit, quòd † procurator generalis,
qui non habet liberam circa id, quod ſpectat ad admini-
ſtrationem bonorum, poteſt denunciare per multa iura,
quę ibi allegat. ergo multò fortius poterit imponere pro
domino defenſam. Item procurator generalis poteſt pro-
mittere pœnam,quæ ſolita eſt promitti in contractu: quia
procurator generalis poteſt promittere ea, quę ſunt con-
ſuetudinis, ſecundùm Barto.in l.ſi procurator.ff.de iure fi-
ſci. & iſtud dictum allegat Alex.in l.ſi quis iniquum.§.pro
curator. ff.quod quiſque iuris. cum concord.ibi per eum
allegatis,cui adde tex.in l.ſi conuenerit. §.fi.ff.de cond.in-
deb.vbi dicit Franciſ.de Are. per illum tex.quòd procura-
tor videtur habere poteſtatem promittendi illud,quod eſt
conſuetum promitti in contractu.Quartò quęrit hic And.
an negociorum geſtor, qui gerit utile negocium meum,
poſſit pro me imponere defenſam? Et reſpondet prima fa-
cie q non,quia nec frater pro fratre,qui non eſt de familia
domini,poteſt imponere defenſam,ſecundùm And.hic.de
quo tamen dic,ut dixi ſupra in conſtit.præced.in gl.in ver-
bo, maiores. Poſtea uidetur determinare contrarium.ſ.q
poſſit negociorum geſtor imponere defenſam pro domi-
no,& ſine mandato,per gl.in l.prohibere.in princ ff.quod
12 ui aut clam. † Item q defenſa poteſt imponi per eum, cu-
ius intereſt, ut dictum fuit ſupra in conſtit. iuriſgentium.
& expreſsè hoc etiam firmat hic And.in 1.col. Hoc uerum
puto, ſi dominus ratificet illam defenſam impoſitam per
ſuum negociorum geſtorẽ, aliàs non puniretur dominus,
ſi procurator non probauit requiſitam, nec ſpernens eam
tenetur pœna ſpretæ defenſæ, niſi ſua interſit. Et pro hoc
allego. nam appellatio eſt defenſio, vt in c. cum ſpecialis.
ibi,cum appellatio non ſit ad defenſionem iniquitatis, ſed

ad præſidium innocentiæ.de appel. & tamen negociorum
geſtor poteſt in cauſa ciuili pro domino appellare,ſi domi
nus eam ratificet infra tempus appellandi. l.2. in princ.ff.
de appell.recip.ſecundùm Bald.in c.Nicolao. vlt.q. de ap-
pel.& voluit Arch.2.q.6.c.non ſolent.Quintò etiam quæ-
rit hic Andr. Quid ſi clericus imponit defenſam laico &
ſpernit eam,an puniatur? Et ratio dubitandi eſt. Quia ſi lai
cus imponit defenſam per inuocationem nominis Regis
ipſi clerico , & clericus ſpernit eam , non poteſt puniri de
ſpreta defenſa vigore iſtarum conſtitutionum , quia leges
laicorum non ligant clericos,vt in c.eccleſia ſanctæ Mariæ.
de conſtit.cum concord.ibi.& in c.fin. de reb.eccl.non ali.
& clerici ſunt conueniendi coram iudice eccleſiaſtico , vt
in c.ſi diligenti.de foro comp. & coram iudice eccleſiaſti-
co non iudicatur ſecundùm legem laicorum contra cleri-
cum , vt dicunt ſcribentes in d.c.eccleſia ſanctæ Mariæ. &
voluit Salyc.in auth.caſſa.C.de ſacroſ.eccl. & in auth.cle-
ricus.& in auth.cauſa,quæ fit cum monacho.C.de epiſ. &
13 cler.†Item quia ſtatutum dirigens verba in perſonam nun
quam comprehendit clericum,vt bene hoc firmat Alex.in
2.vol.conſi.209.incip. ponderatis his omnibus. circa me-
dium vlt.col.per not.per doct. in l.cunctos populos.C.de
ſacroſ.eccl.licet ſint aliqui caſus,in quib. ſtatutum laicorũ
comprehendit etiã clericos,vt latè per Io.And. in merc.in
regula,ſine culpa. lib.6. & per Pet.de Ancha. in regula, ea
quæ.in fi.& per Ant.de But. & Abb.in c.quod clericis. de
foro comp. & Io.de Imo.in l.ſtipulatio hoc modo conce-
pta.ff.de verb.obli. ſi ergo laicus non poteſt imponere de-
fenſam contra clericum,ergo vt æqualitas ſeruetur in iudi
cijs,ut in l.fi.C.de fruc. & lit.expen. dicendum eſt ꝙ cleri-
cus non poteſt imponere defenſam contra laicum. Sed in
contrarium eſt veritas,ſm And.hic.ſ.ꝙ clericus poteſt im-
ponere defenſam laico per inuocationem nominis Regis,
quia licet clericus non ligetur l.laicorum , iudicium tamẽ
eius perſonę exigit fauorem,ut ſeruetur ei id,quod in alijs
ſeruatur . Item quia laicus iudex ad requiſitionem clerici
tenetur ei iuſtitiam facere contra laicum,ut in auth. ſtatui
mus.C.de epiſ.& cle.Item de iſta defenſa per inuocationẽ
nominis Regis non fit mentio in corpore iuris, ut dicit gl.
ſupra in conſt.iuriſgentium.& ibi dixi.& dicit hic And.ꝙ
quando deficit ius canonicum in aliquo caſu,eccleſia iudi
cat ſecundùm ius ciuile. 10.diſtin.c.1.in fi. de quo plenè p
ſcribentes in c.1. de ope.no.nunc. Cui adde id,quod dicit
Bar.in l.cunctos populos.in 10.col.ver.quinto quæro,utrũ
14 ſtatuta &c. vbi dicitur,ꝙ†ſtatutum principis laici, qui ha-
bet iura imperij diſponens nõ contra ius, ſi eſt honeſtum,
loquens generaliter, nullam faciendo mentionem de per-
ſonis eccleſiaſticis,poteſt clericus ꝓ ſe inducere, & eo gau
dere. Et hoc idem voluit do.Abb.Sicu.in d.c.eccleſia ſan-
ctæ Mariæ.in lectura, verſi.29.caſus principalis. vbi plura
ad hoc allegat. & vide ad hoc Fel.in c.eccleſia ſanctæ Ma-
riæ.in col.25. Sed in ſtatutis laicorum diſponentibus non
contra ius, nec contra clericos, vel perſonas eccleſiaſticas,
ne ſit contra eius libertatem,an ligent clericos,non eſt pro
pria materia, ſed remitto me ad plenè ſcripta per Fel.in d.
c.eccleſia ſanctæ Mariæ.in verſi.octauò quæro. & eſt quæ-
ſtio potiſſima in hac materia. col.36. vbi refert opiniones
pro & contra,vt ibi per eũ,& per Alex.in 2.vol. conſ.250.
incip. uiſa facti narratione . & per Napodanum in proœ.
conſuetudinum ciuitatis Neapo. in verbo,tenorem. & per
Bald.in d.l.cunctos populos.in 12.col.verſic. ſed hic vlte-
rius quæritur.Abb.in d.c.quod clericis. de foro compe. &
in c.conſtitutus. de reſt.in integ. Lapus allegat etiam Do-
minicum de S.Gemin.in c.fin.de offic.arch.in 6. Anto.de
But.in c.fin.de ſolut. Arch. 50.diſt.Doc.in c.ſi ſententia.de
ſent.excom. lib.6. Et And.Barb.in repetit.rubricæ,de reb.
eccl.non alien.& Alb.de Roſ.in 2.parte ſtatutorum,q.2.la
ſo. in l. de quibus. in 3. col. verſic. ſed pulchrum eſſet du-
15 bium.ff.de leg.†Sextò quærit hic And. ecce clericus impo
ſuit defenſam contra laicum,qui ipſam ſpernit,ſed vult a-
gere coram iuſtitiario,utrum fiſcus,cui quæritur pęna,poſ

ſit agere de ſpreta defenſa. Et concludit ꝙ ſic. ſed præſup-
ponit,ꝙ clericus denunciauit,quia non refert à quo denũ-
ciatum eſt.ſic loquuntur iura allegata per eum,videlicet l.
item ueniunt.§.à quo.ff.de petit.hær. nec refert à quo ma-
numittatur, vt in l.cum ſeruus.ff.de uerb.obli.Sed ego for
maui quæſtionem , quando clericus poſt defenſam per eũ
impoſitam non denunciauit,an fiſcus,qui habet notitiam
poſsit agere de ſpreta defenſa? Et dico,ꝙ ſic,quia cũ poten
tes opprimunt humiles & minus potentes , poteſt iudex
procedere ex officio, ut dicit Io.And. in c.nouit. de iudic.
& Bal.in auth.ad hæc.in fi.col. C.de vſuris. pro hoc facit l.
illicitas.§.ne potentiore.ff.de offic.prçſid.Item ubicunque
bona acquiruntur,fiſcus poteſt agere,ſecundùm And. in l.
licet.in 1.col.cui adde,quod idem dicebat in l.ſi quis reũ.
in fi.ff.de cuſto.reor.allegat c.ad noſtram.de iureiu. & l.s.
C.de bo.vacan.lib.10.Septimò quæro,utrum clericus con
tra clericum poſſit imponere defenſam per inuocationem
nominis Regis: & quid ſi ipſam ſpernit, utrum poſſit agi
de ſpreta defenſa in iudicio eccleſiaſtico. dicebat Io. Cald.
in addit.ad nouellam Ioan.And.in c. s.de no.oper.nunc.ꝙ
16 quando † lex ciuilis non concordat, nec contradicit cano
ni, ſed determinat caſum nouum à canone non deciſum:
tunc eſt ſeruanda in foro eccleſiaſtico.allegat 9.diſt. c.ſi in
adiutorium. cum ſeq.& hoc firmat Abb.Sic.in lect.in d.c.
eccleſia ſanctę Mariæ. in 5.col.verſi. circa hoc tamen con-
tingit notabile.& in repetit.4.col.verſi.ego expediam &c.
ſed de iſto modo defenſionis non fit aliqua mentio in iure
canonico,& uidetur ſatis honeſta, & ſine peccato,ergo po
teſt & debet ſeruari etiam inter clericos. Sed ego dicerem
contrarium , quia clericus legem pœnalem Regis contra
ſe recipere non tenetur,ut dicit Inn.in c.auditis.in prin.de
reſtit.in integ. Item quia ſtatutum generale pœnale nõ ex
tenditur contra non ſubditum,ut in c.à nobis.el primo.de
ſent.exc.& in c.ut animarũ.de conſt.li.6.Itẽ quia c.eccleſia
ſanctę Mariæ.expreſse dicit,ꝙ cauſæ inter clericos nõ ſunt
determinandæ per leges ſecularium: & maximè quando
per legem ciuilem generaliter imponitur pęna , quando
non eſt à iure canonico impoſita. & pro hoc bene facit ca.
cum eſſes.de teſta. vbi ſtatuta laicorum imponẽtia pęnam
ſuper inſinuatione non facta , nõ ſeruãtur in foro eccleſia-
ſtico.& hanc partem tenet Abb.in d.ſua repetitione d.c.ec
cleſia ſanctæ Mariæ. ad quem me remitto de iſta materia.
Et ideo dico , ꝙ non habet locũ inter clericos litigantes in
foro eccleſiaſtico ritus magnæ curiæ ſuper præſentatione
inſtituti,ut dicit Bald.in d.l.2.in 15.col. verſi.ſed hic dubi
tatur.C.de ſum.Tri. & in ſpecie voluit Cõpoſt. & Io.And.
17 & Ant.de But.in rub.de conſue.dicentes,ꝙ†coram iudice
eccleſiaſtico non attenditur ſtatutum ſeculare,ſed canoni-
cum.Idem Ant.de But.in d.c.quod clericis.& Ale.in 2.vol.
conſi.183.incip. viſo proceſſu.in 5.col. Ita non habet locũ
pœna ſpretę defenſæ contra clericum in foro eccleſiaſtico,
vnde ſtatuta laicorum ad litis deciſionem in curia epiſco-
pi non ſeruãtur,ſed ius canonicum,ut in d.c.quod clericis.
de fo.comp. ſecundùm Pau.de Caſt. in l.omnes populi. in
fi.1.col.ff.de iuſt.& iu.Octauò quærit hic And.in 1.col. an
pupillus ſine tutoris auctoritate poſſit iſtam defenſam im
ponere, ita ꝙ eam ſpernens teneatur pœna huius conſtitu.
Quidam dicebant,ꝙ pupillus doli capax non poteſt impo
nere iſtam defenſam ſine tutoris auctoritate, quia uidetur
iſtis,quòd pupillus actus merè fauorabiles nõ poteſt facere
ſine auctoritate tutoris,ſicut eſt adire hæreditatem lucro-
ſam, ut dicit Bald.in l.quod fauore.in 3.oppoſ. C.de legi.
& in l.potuit. C.de iure delib. & in l.bonorum. C.qui ad-
mit. ergo nec iſtam defenſam imponere. Alij, ut Andr. de
Iſern.hic tenent contrarium.ſ. quòd pupillus doli capax ſi
ne auctoritate tutoris poſſit imponere defenſam , quia nõ
refert,per quem impoſita ſit defenſa,quia pœna ſpretæ de-
fenſæ acquiritur fiſco , ut ſupra dixi in quæſtione de cleri-
18 co.Item†in contractib.minor habetur pro maiore.ubi ſua
utilitas verſatur,ut Inſti.de aucto.tut.in princ.& ff.de eui-
ctio.l.ſi dictum.in pri.& ideo tenet defenſa impoſita, licet
in iu-

in iudicio non habeat perſonam legitimam. C. qui legi. per
ſonam, l. 1. & 2. Item licet iſta defenſæ impoſitio ſit actus
vltro, citroque obligatorius, quia ſi ſperoitur, punitur ſper
nens eam: & ſi iniuſtè imponitur, punitur imponens, vt in
conſt. ſequenti. tamen pupillus ſi ipſam defenſam facit in-
iuſte ſine authoritate tutoris, an puniatur? Andr. hic dicit,
ꝙ ſic, per gl. & tex. in l. ex cauſa. §. nunc videndum. ff. de mi
norib. Sed videtur contrarium dicendum, quia pupillus in
contractu vltro, citroq; obligatorio, ſine autboritate tuto-
ris, alium ſibi obligat, ſed ipſe non obligatur, vt in l. pupil-
lus. §. 1. & ibi Bart. ff. de autho. tuto. tenet And. hic, quia pu
pillus doli capax delinquens doloſè in cauſa ciuili non re-
ſtitnitur, vt dicit gl. in l. ſi quis in tantam. C. vnde vi. quæ al
legat. d. §. nunc videndum, vbi aduerſus delictum commiſ
ſum per pupillum proximnm pubertati, ei nõ conceditur
reſtitutio, ſed bene reſtituitur ſi omiſit confiteri, cum po-
tuit, vel ſi negauit, cum debuit confiteri, qui tex. eſt aureus
ſecundum Bal. ibi. concordat text. in l. 1. & 2. C. ſi adnerſus
delictum, & eſt gl. magiſtra in l. ferè in omnibus. ff. de reg.
iur. non obſtat l. pupillus. §. 1. quia illud procedit in cõtra-
ctu: nos loquimur in nouo genere defenſionis, & de pœ-
na applicanda fiſco. non obſtat id, quod dicit Bal. in d. l. qđ
fauore. quia fallit in boc caſu illa regula, quia pupillus, quã
do impoſuit defenſam, carebat tutore in illo actu, arg. glo.
in verbo, ratum habebitur. in l. de pupillo. in prin. ff. de ope
ris noui nunciatio. An autem pupillus poſſit ſine tutore
adire hæreditatem, remitto me ad Alex. in d. l. bonorum.
19 † Nonò qoæro, ecce tuulier impoſuit defenſam alteri, ne
fiat ſibi vis in perſona, vel rebus, & ipſam defenſam impo-
ſitam denunciauit iuſtitiario, an poſſit ipſa agere ad pœnã
ſpretæ defenſæ? Dicit hic And. ꝙ non poteſt agere ad pœ-
nam notuine fiſci, ſicut poſſet maſculus, nam quilibet ma-
ſculus poteſt agere pro fiſco, ſecundum Andr. hic, & infra
in conſtitutio. beneficium. in 2. libro. ſub rubrica 39. intel-
lige in ſubſidium, & in hoc non ſolet allegari And. hic, ſed
Bald. in c. 1. §. iniuria. de pace iuramen. firman. vbi dicit, ꝙ
quilibet, ſcilicet maſculns, in ſubſidium agere poteſt pro
fiſco, vt nota. in l. 3. §. à municipibus. ff. de bonorum poſſeſ-
ſio. & not. Abb. Sicu. in capitulo, ſi qois presbyterorum. de
rebus eccleſ. non alienan. Sed fœmina non poteſt agere pro
fiſco, quia fœmina non poteſt eſſe procuratrix in iudicio,
vt in lege, fœminæ. ff. de procurat. & in lege, alienam. eod.
tit. & tanto tuagis nec fœmina poteſt fiſcum defendere. l.
ait prætor. ff. de iure fiſ. & C. qui accuſ. non poſſunt. l. qui
de crimine. bene tamen fœmina, quæ denunciaoit iuſtitia-
rio defenſain impoſitam, & ſpretam, debet probare ipſam
licitè fuiſſe impoſitam, per l. ab accuſatione. §. nunciatores.
ff. ad Turpil. & l. 1. C. de decur. lib. 12. quę licèt loquatur in
denunciatore ratione officij, idem dicendnm in eo, qui im
poſuit defenſam, quia tenetur illam denonciare, vt in finè
20 huins conſt. & per conſequens probatur. † Decimò quærò
quid ſi imponatur deſenſio ſnb innocatione nominis ſum
mi Pontificis, cum directum dominiom buius regni ſir
ſnmmi Pontificis, vt patet in c. ad apoſtolicæ. de re iudi. &
in cle. paſtoralis. eod. tit. ſi ſpernatur, an habeat locum pœ-
a na huius conſtitutionis. [a] videtur ꝙ ſic. nam ſicut conſtitu
tio iſta dicit, ꝙ licet ſub inuocatione nominis Imperatoris
huius regni, extenditur ad Regem, quia tex. loquẽs de Im-
peratore extenditur ad Regem, vt dicit And. eadem ratio-
ne conſtitutio loquens de Rege habet locum etiam in Pa-
pa, vt eſt glo. in l. cum hæredes. C. qui teſta. facere poſſunt.
dicebat Bart. de Capua in quadam apoſtilla hic, ꝙ non va-
let impoſitio dictæ defenſæ, quia iſta conſtitutio facta per
Regem babentem vtile domininm regni non eſt extendẽ-
da ad alias perſonas, nec ad alios caſus, quia eſt pœnalis, &
odioſa, & in pœnalibus non debet fieri extenſio ex identi-
tate & maioritate rationis, vt dicit Io. And. in c. odia. de re-
gul. iuris. lib. 6. notant ſcribentes Moder. in l. ſi verò. §. de
viro. ff. ſol. matrimo. Et hoc verum puto, niſi regnum eſſet
vacans à Rege: tunc poſſet imponi defenſa ſub nomine Pa
pæ, per ea quæ notat Inn. in c. licèt ex ſuſcepto. de foro cõ-
peten. Secundò no. ex tex. ibi, ſub quacunque quantitate. ꝙ
non eſt uis, an in defenſa ſub inuocatione nominis Regis
dicatur ſub pœna centum vnciarum, vel 10. vnciarum, uel
ſub pęna contenta in conſtitut. regni. vel ſolùm dicere ſub
21 inuocatione nominis Regis, ꝙ nõ faciat violẽtiã. † Ex quo
infero, ꝙ ſi teſtes ad probãdum defenſam impoſitam ſunt
ſingulares in quantitate: quia vnus dicit, ꝙ impoſuit defen
ſam ſub pœna centum vnciarum, alius ſub pęna decem vn
ciarum, ꝙ iſti teſtes non ſunt ſingulares in probando ip-
ſam defenſam impoſitam, licèt ſint ſingulares in quantita-
te, nec facit diuerſitatem actus, de quo per Alexan. in 5. vo-
lum. conſi. 50. in 3. colum. Itẽ quia illa quantitas non eſt de
neceſſitate, qood probetur. & de hoc eſt gl. in c. dudum.
in verbo, ſubſtantiam veritatis. de conuerſione coniuga. &
Io. And. in c. nihil obſtat, de verborum ſignific. Et pro hoc
allego glo. fin. in l. ob carmen. ff. de teſtibus. vbi varietas te-
ſtium ſuper eo, de quo non eſt quæſtio, de neceſſitate non
repellit eos, ſi ſunt concordes in eo, de quo eſt quæſtio. pro
hoc facit id quod dicit Bald. in l. 2. C. de rebus alien. non
alien. vbi dicit, ꝙ ſi Titius vult probare, ꝙ talis res fuit ven
dita, non habet de neceſſitate probare quanto pretio fuit
vendita, quia ſub quacunque quantitate pretij fuit vendi-
ta, valet quò ad ipſnm tertium volentem probare venditio
nem, ſecus quando eſſet quæſtio de pretiu inter contrahen
tes, de qno etiam per Alex. in 1. vol. conſ. 18. & in 2. vol. cõ
ſilio 128. & per Iaſ. in l. ſi duo patroni. §. Marcellus, de iu-
reiurando. Tertiò no. ex tex. ibi, per teſtes non pauciores
tribus fide dignos, & omni exceptione maiores, ꝙ in cauſa
ſpretæ defenſæ non eſt neceſſe ad probãdum defenſam im
poſitam ſub inuocatione nominis Regis, probare per ſcri-
22 pturam, ſed ſufficit, ꝙ probatio fiat per teſtes, vt hic. † Item
ꝙ in probatione facienda in cauſa ſpretæ defenſæ taxatus
eſt numerus teſtium, videlicet non minus tres requirũtur,
& ſic numerus teſtiũ videtur hic datus pru forma: & ideo
ſi vnus ex illis tribus teſtibus requiſitis deficeret, non eſſet
probata impoſitio defenſæ, & proinde dicebat Bald. in l. 3.
C. de bonorum poſ. ſecundùm tabulas. eſſe definitom, ꝙ
vbi certus nnmerus teſtium eſt de ſubſtantia actus & for-
ma probationis, omiſſio ſubſtantialis formæ vitiat. C. de
teſtamen. l. ſi vnus, & l. fi. C. de fideicommiſſ. & Inſti. de fi-
deicom. hære. §. fi. & ſic duo teſtes etiam in dignitate exi-
ſtentes non probarent defenſam impoſitam, licet regulari-
ter, vbi numerus teſtium oon eſt de ſubſtantia, dignitas te-
ſtium compenſatur cum numero, vt dicit glo. 4. in c. in ca-
nonicis. 19. diſt. quæ alleg. c. in noſtra. de teſtibus. Item in
cauſa ſpretæ defenſæ teſtes debent eſſe omni exceptione
maiores. Et qui dicantur teſtes omni exceptione maiores,
dicit gl. Inſti. de inutili. ſtipula. §. item verborum. in verbo,
idoneos, ꝙ dicuntur illi, quibus nulla exceptio oppoui po-
teſt, alleg. l. optimam. C. de contrahen. & commit. ſtipu. in
quibus caſibus requirantur teſtes omni exceptione maio-
res, tangit hic gl. in verbo, maiores. ideo dic, vt in ea. Idẽ di-
cit glo. in c. 1. in verbo, maiores. de conſangui. & affinita. &
idẽ firmat hic And. Item nota iſtũ tex. ꝙ ſicut in cauſa cri-
minali requiritur, ꝙ teſtes ſint omni exceptione maiores,
vt dicunt Bald. & Sali. in l. fi. 2. col. C. de prob. Ita in cauſa
ſpretę defenſæ per iſtum text. & hoc dicebant in fauorem
alicuius criminati de homicidio, ꝙ ex quo non erat proba
tum, ꝙ illi duo teſtes, qui deponebant de indicio proximo
contra inquiſitum, erant homines optimæ opinionis, ꝙ il-
lud indicium oon erat probatum. allegabam pro boc di-
ctum Ang. in l. j. §. ſi quis neget. ff. quemadmodũ teſta. ape-
23 riantur. qui dixit, † ꝙ vbi lex requirit teſtes optimæ opi-
nionis, debet hoc articulari, & probari, aliàs illi teſtes oon
probant, hoc idem firmat Alex. in 1. vol. conſ. 82 incip. in
cauſa vertente. in 2. col. & eſt ſciendum, ꝙ multum opera-
tur eſſe hominem optimæ opinionis. nam propter iſtã qua
litatem in multis receditur à regulis iuris communis, ut
patet ex ſcriptis per Iaſo. in l. iubemus. in 2. col. C. de indi-
cijs. vbi alleg. 10. dicta pro hoc. Coi adde id quod dicit
Feli. in c. non eſt veriſimile. de præſump. vbi dixit, quòd ſi
dicta

dicta teſtium repugnent veriſimili, non probant, hoc di-
ctum non habet locum in teſtibus valde fide dignis, nam
probant, etiam quòd dicant non veriſimile, per illum tex.
Quartò no. ex tex. ibi, aut alijs legitimis. arg. quòd in cauſa
ſpretæ defenſæ poteſt ferri ſententia per argumenta & in-
dicia. l. 3. de quæſt. de quibus per Alb. in l. indicia. C. de rei
ven. ſubaudi indubitata, vt in l. ſciant. C. de prob. ſed quan
do indicia non ſunt indubitata, tamen ſi ſunt plura colle-
cta, inducunt veritatem rei, & tunc dicuntur indubitata,
vt dicit Sal. in d. l. ſciant. in 1. q. Ideo dicitur cauſa arg. de-
ciſa, vt hic, & in l. qui filiũ. in fi. ff. ad Tre. & in c. forus. cir-
ca medium. de verb. ſig. & no. Arch. in c. ad apoſtolicæ. in
verbo, argumentis. de re iud. li. 6. & eſt bonus tex. in l. non
omnes. §. à barbaris. ff. de re militari. An, & quando per in-
dicia poſſit quis de crimine condemnari? Vide Io. And. in
addi. Spe. in tit. de proba. §. fi. & Ant. de But. in c. tertio lo-
co. de proba. & in c. afferte. de præſumptionib. & Inn. in c.
quia veriſimile. eo. tit. & remiſſiones, quas ponit Feli. in d.
24 c. tertio loco. † Quinto no. ex tex. ibi, In tertia parte om-
nium bonorum ſuorum. ꝙ ille, qui ſpernit defenſam iuſtè
poſitam, ſi quidem cum armis punitur in tertia parte om
nium bonorum ſuorum, ſed ſi ſine armis, in quarta parte
dictorum bonorum. Sed an in iſta tertia, vel quarta parte
veniat peculium caſtrenſe? Tex. in l. 3. C. de bonis damna.
quem alle. Alex. in l. 3. §. ſi filius. ff. ꝙ quiſq; iuris. dicit, ꝙ fi
lio deportato non aufertur patri peculium caſtrẽſe. An au-
tem in iſta tertia, vel quarta parte veniant feudalia? Dico
ꝙ ſic, propter dictionem, omnium, poſitam in hac conſti-
tutione, ex quo Imperator potuit hoc exprimere in ſpecie,
& vſus fuit dictione vniuerſali, in qua continetur ſpecies,
vt in l. ſi cui omnes, in prin. ff. de leg. 1. ff. de ſer. vrb. præd.
l. ſi ſeruitus. & ff. de damno infec. l. damni. §. emptor. Item
quia iſta iniuria ſpretæ defenſæ reſpicit perſonam Regis,
ideo comprehenditur feudum in iſta tertia, vel quarta par
te omnium bonorum, vt dicunt Doct. in l. ſi finita. §. ſi de
vectigalibus. ff. de dam. infec. Fallit, niſi feuda eſſent ex
pacto & prouidentia, tunc non præiudicaret agnatis, ſe-
cundùm Bar. in l. 3. ff. de interdictis & relegatis. & no. in c.
1. ſi vaſal. feudo priuetur. & in c. 1. an agnatus. per And. &
Ioan. de Imo. in d. §. ſi de vectigalibus. Hinc dicit Floria. de
ſancto Petro, quòd reſtitutus ad omnia bona, videtur re-
ſtitutus ad feudum, in l. loci. §. ſi cui. ff. ſi ſerui. vendicetur.
idem Bar. in l. ſi qua. §. 1. ff. ex qui. cau. maio. ſecus vbi eſſet
reſtitutus ad bona, ſine dictione, omnia, tunc non veni-
rent feuda, per c. in generali. & ibi dixi. ſi de feu. fue. con-
25 trouer. † virtus dictionis, omnis, eſt nihil excludere, ſecun
dum glo. in l. à procuratore. C. mand. de quo per Bart. in l.
Moſchis. ff. de iure fiſci. & per Arch. in c. diſpendia. 2. col.
de reſcrip. lib. 6. & per Inn. in c. ex literis. de iure patrona-
tus. Sed pone, quod aliquis obligauit omnia bona ſua vxo
ri pro dote & anteſato, vel creditoribus pro debitis: An e-
runt publicata bona pro tertia vel quarta parte cum one-
re prædicto ſoluendi dictis creditoribus? Dicit hic glo. in
verbo, in tertia parte, ꝙ vxori integra iura ſua ſunt ſalua,
& ſic non veniunt in iſta pęna tertiæ vel quartæ partis iu-
ra dotalia, & anteſati vxoris per conſti. in pœna carere vo-
lentes. & idem de iure communi, vt C. ne vxor pro mari-
to. & C. de bonis proſcriptorum. l. ſi quis poſt hac. cum au
th. ibi poſita. Item poterit fiſcus conueniri à creditoribus
condemnatis hypothecaria ſuper illa tertia, vel quarta par
te bonorum ab ipſis creditorib. quia ad fiſcum tranſierant
illa bona virtute huius conſti. cum onere æris alieni, vt in
l. ſi marito. in prin. ff. ſolu. matr. & in l. tutoris. C. ad leg. Iu-
liam de vi publi. vel priuata. & ibi expreſsè dicit Bal. quòd
quando ex diſpoſitione legis quota bonorum applicatur
fiſco, tunc fiſcus tenetur creditoribus reſpondere, per d. l.
idem videtur tenere Bart. in l. princeps. ff. de verbo. ſignifi.
allegat l. 1. ff. de bonis autho. indi. poſſ. & d. l. tutoris. & l.
marito. præallegata, bonus eſt tex. in l. 1. C. de hære. uel
26 actione uendi. † Sed iuxta hoc quæro, creditor debito-
ris, cuius bona pro 4. parte ſunt confiſcata, uult agere hy-
pothecaria, quia omnia bona ſunt ſibi obligata, & cũ pre-
cario contra illam tertiam partem fiſci, fiſcus replicat, aga-
tis ſolum pro tertia parte contra fiſcum, & pro duabus par
tibus contra debitorem principalem, vel poſſeſſores bono-
rum eius, vtrũ poſſit hoc dicere, vel poſſit creditor inſoli-
dum agere? Bar. aliqualiter tangit in l. Moſchis. ff. de iure
fiſci. vr prima facie, ꝙ creditor habet electionem agendi
inſolidum contra quemlibet poſſeſſorẽ bonorum ſibi hy-
pothecatorũ cum precario. Et hoc per text. in l. creditores.
ff. de diſtractio. pign. & l. quandiu. ff. eo. ti. & in l. diſtractis,
& ibi per Cy. C. de pign. & l. vlt. C. de act. & obliga. firmat
Spec. in tit. de oblig. & ſolutio. §. 1. verſ. Item debitor meus
obligauit. & Lud. Rom. in conſi. 128. & ideo poteſt credi-
tor agere contra fiſcum in illis bonis debitoris tãgentibus
fiſcum pro tertia parte, nec poteſt fiſcus dicere, agas contra
alios pro duabus partibus. In contrarium tamen facit tex.
in l. apud eos. §. & quia. C. de debito. ciuita. lib. 11. vbi ſi de-
bitor ciuitatis alienauit bona ſua diuerſis perſonis, & non
eſt idoneus ad ſoluendum, tũc omnes illi tertij poſſeſſores
conuenientur pro rata, facta æqua æſtimatione ipſorũ bo-
norum, quę poſſident, & ad id condemnabitur, & ad idem
tex. in l. 1. C. quo ordine quis conueniatur. lib. 11. & idem
dicit Lucas de Pen. in muliere agente contra vnum poſſeſ-
ſorem rei ſibi obligatæ pro dote, vt debeat fieri æqualis di
uiſio inter omnes poſſeſſores, vt ibi latius per eũ. Solutio,
dicit gl. & Io. de Platea in d. l. apud eos. §. & quia. & Bartol.
ibi, quòd iſte tex. habet locum quando ſunt plures debito
res, qui ſunt obligati actione perſonali ad debitum, & agit
creditor contra vnum, tunc pòt debitor conuentus dicere
fiat æqua diuiſio inter omnes, ſecus vbi plures ſunt obliga
ti hypothecaria expreſſa, vel tacita, & cõuenitur vnus, tũc
non poteſt conuentus dicere, ꝙ fiat æqua diuiſio, per iura
ſupra allegata. Et pro hoc eſt tex. in dicta l. Moſchis. ff. de iu
re fiſci. Licet iſta ſit veritas de iure, tamen ego vidi Regem
Ferdinandum primũ de æquitate feciſſe decretum, vt non
exequeretur contra poſſeſſionem rei obligatæ inſolidum,
ſed diuideretur ipſum debitum pro rata contra poſſeſſo-
res alios tenentes bona obligata pro illo debito. & pro iſta
æquitate vidi fuiſſe allegatam l. 2. C. de pigno. vbi dicitur,
ꝙ ſi obligaui tibi ſpecialiter vnam rem, & generaliter om-
nia bona mea, demum ſecundo loco alteri obligo aliam rẽ
27 in ſpecie, & ſimiliter generaliter omnia bona mea, † de iu-
re dicẽdum eſt, qui prior in tempore, potior in iure in om-
nibus bonis, & inſolidum poteſt agere hypothecaria, ſed
de æquitate, ſi alia bona, quam illa, quæ ſecundo loco ſunt
ſpecialiter obligata, ſufficiant primo creditori, repellitur à
ſecundo habente ſpecialem hypothecam per exceptionẽ.
Idem dicendum eſt de æquitate, ſi æquis portionibus pro
rata à poſſeſſoribus pòt ſatisfieri creditorib. Item allegaba
tur pro iſta æquitate tex. in l. cum in plures. §. veſtimẽta. ff.
loca. vbi ſi fullo perdidit veſtimenta, & dominus veſtimen
torum pòt recuperare veſtimenta à poſſeſſore, & non vult,
ſed potius vult agere contra fullonem ex locato, pòt hoc
facere, tamẽ iudex ex æquitate æſtimabit, ꝙ dominus agat
contra poſſeſſorem, & contra fullonem, & ſi non vult age-
re, debet cedere actionem, quam habet contra furem, vel
poſſeſſorem, quia iudex debet facere de ęquitate, quod ti-
bi non nocet, & alteri proſit, ſecundum Bart. in l. 2. in prin.
ff. ſoluto matrimonio, dum allegat l. arrog. fin. de admini-
ſtra. tuto. & l. 2. §. Item Varus. ff. de aqua plu. arcen. Et licet
dicat Pan. de Caſt. & Alex. in d. l. 2. in prin. ff. ſoluto matri.
28 † ꝙ illa regula, quod tibi non nocet, & alij proſit, non ha-
beat locum in creditore. Reſpondetur, quòd ibi loquitur
de creditore, qui non cogitur recipere alium expromiſſorẽ
non autem loquitur de creditore, ꝙ non cogitur creditor
recipere debitum ab omnibus debitoribus poſſidentibus
bona obligata. ſatis eſt enim ęquum dictum regium decre
tum, quia æquitas non eſt aliud, niſi ordinata iuſtitia tem-
perata dulcedine miſericordię, ut dicit Abb. Sicul. in c. ex
parte. de tranſactio. & in c. 2. de re ind. & Barto. in l. 1. C. de
legibus, & hãc ęquitatem ſemper debet iudex habere ante

ocu-

oculos, vt in l. ꝙ ſi Ephesi. §. in ſin. ff. de eo quod certo lo-
co, & de hoc quando æquitas præſtatur rigori, & quando
econtra, vide ſcribētes in d. l. 1. & ibi per Alb. de Roſa. in l.
placuit. C. de iudicijs, & per Fel. remiſſiue in c. 2. 1. col. de
re iud. Et licet iſta æquitas in ſpecie non reperiatur ſcripta
contra dictum ius ſcriptum, tamen princeps, vel ſacrum
nes, vt in c. illæ autem famulæ. 32. q. 5. in glo. & 15. q. 1.
c. ſi quis non iratus, & firmat Aſtenſis ibi. in artic. 3. in fi. &
11 hoc expreſsè firmat Bald. in c. ſacris, quod met. can. † Deci-
motertiò & vltimò no. ex tex. ibi, occaſione etiam matri-
monij iungendi, ꝙ ſi quis ceperit monialem profeſſam in
vxorem, ꝙ punitur pęna capitis, quia nullum eſt matrimo
nium propter impedimentum ſolennis voti. & dixi ſuprà
in pręceden. notabili, in 5. q. In glo. vnica ibi, continet ius
commune. dic vt dixi in principio huius conſtitutionis. In
cæteris de iſta materia remitto me ad ſcribentes in pręal-
legatis iuribus, & maximè ad Alberic. de Roſa. in d. l. ra-
ptores, & in d. l. 1. C. de raptu virginum.

ANNOTATIONES.

a Vide Bal. in l. ſi. circa finem. ff. de rerum diuiſione. Aug. de Are. in §. ſanctæ quoque res. Inſt. de rerum diuiſione. vide Thom. Gramma. dec. 36. Baius.

b Qua pœna ueniat plectendus ille, qui per uiam deoſculatur mulierem. uide late per Thom. Gramma. conſi. 48. ubi firmat, quòd ſi caſus emerſerit extra ciuitatem Neapo. irrogatur pęna extraordinaria: in ciuitate uerò Neap. imponitur pœna capitis, per d. c. quod incipit, Robertus, ſub rub. ualet ſtatutũ cõtra Neap. Baius.

De violentia meretricibus illata.
Rubrica XX.

DICTVM fuit ſuprà proximè de violẽ-
tia illata mulieribus virginibus, ſacra-
tis, & profeſſis: verùm quia de iure cõi
non erat prouiſum, an debeant puniri
violentantes meretrices ad concubitũ,
ideo rex Gulielmus ſtatuit prohiben-
do fieri meretricibus dictã uiolentiã ſub grauiſſima pęna,
& Imperator Federicus eius nepos inſeruit dictam l. tan-
quã nouam inter ſuas conſtitutiones in hoc libro ſeruan-
dã in regnis Siciliæ citra & vltra Farum. Sequitur nigrum.

SVMMARIVM.

1 *Sceptrum, ſeu virga regia quid propriè dicatur.*
Inſignia regalia quatuor ſunt, & quæ.
2 *Meretrices dicuntur perſonæ miſerabiles.*
3 *Iuriſconſulti non impoſuerunt pęnam inferentibus violentiam meretricibus cauſa libidinis.*
4 *Meretrix corpus ſuum ad fornicandum poteſt vni concedere, & alijs denegare.*
5 *Iuriſconſulti quare vim illatam meretrici cauſa libidinis non punierint.*
6 *Notarius cuilibet roganti contractum facere tenetur.*
7 *Meretricem violentare ad carnalem copulam nemo debet.*
8 *Iniuria dicitur omne id, quod non iure fit.*
9 *Mandans fornicationem violenter fieri cum rapta meretrice an ſit puniendus.*
10 *Satagere quid ſignificet propriè.*
Dictio, atque, eſt coniunctiua, ſeu connexiua, vtrunque copulatorum requirens.
11 *Raptor meretricis non punitur, niſi ſit confeſſus, & conuictus.*
12 *Clamor meretricis vi oppreſſæ quando iudicium aduerſus vim inferentem faciat.*
Clamor meretricis vi oppreſſæ truculentus eſſe debet.
13 *Meretrix vim paſſa, infra quantum tempus debeat contra eum, qui ipſam oppreſſit, actionem intentare.*
14 *Meretricem libidinis cauſa tenens contra ipſius voluntatem, qualiter puniatur.*

a OMNES noſtri. [a] Diuiditur in tres par-
tes. In prima ponit exordium, ꝙ rex Gu
lielmus intendit conſouere beneficio
pacis tam maſculos, quàm fœminas: tã
maiores quàm minores, nec vult pati, ꝙ
eis vis inferatur, vſque ibi, miſerabiles.
In hac ſecunda parte ſtatuit legem generalem, vt nullus au
deat ſub pœna vlt. ſupplicij inferenda conuictis, & confeſ-
ſis vim inferre meretrici ad fornicandum cum ea, vſque
ibi, habito tamen. In hac tertia parte ponit fallentiam ad
dictam legem, vt tunc habeat locum dicta lex, ſi mulier,
quæ dicit ſe violentatam ab aliquo ex cauſa libidinis, pro
bet, quòd intra octo dies à die illatæ violentiæ clamoſas
voces emiſerit de dicta violentia, aliàs ſi intra dictos octo
dies non proclamauerit de dicta violentia, non videtur,
ideſt non præſumitur, quòd vis fuerit ei illata, niſi probet,
ꝙ fuit detenta inuita per dictos octo dies, & intellige, ꝙ
hoc procedebat, quando pro hoc crimine poterat duellum
incidere. ſed quia hoc duellum per has conſti. eſt ſublatũ,
vt dicetur in pe. no. ideo iſta limitatio non procedit hodie.
Et in ſumma. h. d. pœna vltimi ſupplicij imponitur illis,
qui vim faciunt meretricibus contra earum voluntates
cauſa libidinis, dummodo ſint conuicti & confeſſi, & me-
retrices infrà octo dies clamorem emiſerint de ipſa violen
tia eis illata, aliàs non videtur uis illata, niſi probetur quòd
infrà illos octo dies inuita fuit detenta. Primò no. ex tex.
1 ibi, ſceptro. † quòd quando Rex ſub pace vult conſouere
omnes ſubditos mares & fœminas potentes, & impoten-
tes, ne fiat vis, dẽ tenere virgam regiã, quæ vocatur ſceptrũ
regiũ, in quo erat imago Iouis, hodie verò debet eſſe crux,
vel imago Ieſu Chriſti, qđ ſemper conſueuit adhiberi quã
do fęedera reges faciebant cum alijs. licet gl. in Auth. vt oẽs
obe. iudi. prouin. §. 1. ibi, quicunque noſtris obediant ſce-
ptris, exponat. i. literis, vel imperio, & bene dicit, quia Im-
perator ex ſceptro, quod tenet, debitor eſt omnibus ſubdi-
tis, & viduis, & pauperibus, vt dicit tex. in c. ex tenore, de
foro compe. & patet infrà in conſti. non ſine grandi. ſed in
veritate ſceptrum eſt vnum de ſignis regalibus. nam legi-
tur in hiſtoria ſcholaſtica, quòd quatuor ſunt inſignia re-
galia, purpura, fibula aurea, ſceptrum, & diadema. vel ſe-
cundùm Vgo. libro ſecundo de ſacramẽtis, vt refert Lucas
de Penna in l. temperent. C. de veſt. holoberis. lib. duode-
cimo, ſex ſunt inſignia regis, videlicet anulus, per quem de
ſignatur fides: armilla, per quã deſignatur bona operatio:
ſceptrum, per quod deſignatur iuſtitia, enſis, per quem de
ſignatur uindicta: purpura, per quam deſignatur reueren-
tia: & diadema, per quod deſignatur gloria. ſed gloſ. in
procem. harum conſti. in quarta columna, dicit, quòd in-
ſignia regalia, quibus Rex inueſtitur, ſunt ſex, uidelicet, in-
ueſtitur Rex per clamidem, per collobrium, ideſt veſtem
qua vtuntur diaconi, corona, infula, ſceptrum, quod eſt vir
ga ſeu baculus & pomum, quaſi Rex in vna manu portet
iuſtitiam per ſceptrum, in alia manu portet gratiam, ſeu
miſericordiam per pomum, ut ſatis declarat ibi gloſ. ſed
in libro Pontificali Romanæ eccleſiæ dicitur, quòd ſunt
tria. videlicet, enſis, corona, & ſcepteri functio, vt in capitu-
2 lo primo, in quinto no. quid ſit inueſti. † Secundò no. [b] ex
b tex. ibi, miſerabiles itaque mulieres, quæ turpi quæſtu pro
ſtitutæ cernuntur, quòd meretrices, quę fornicantur ex tur
pi lucro, dicuntur miſerabiles perſonæ. tanta enim eſt eius
uilitas, quòd non meretur legis laqueis innodari, ut in l. ea
quæ adulterium. in fi. C. de adulte. & iuriſconſultus uo-
cat meretricem, turpem perſonam, in l. tertia, ff. ſi à paren-

te quis fuerit manu. dicitur enim meretrix turpitudinem
agere, dicit tex. in l. palàm. ff. de ritu nuptia. & in capitulo
meretrices 32. queſt. 4. & propter eius vilitatem, vbi fit mẽ
tio de criminoſis, non venit meretrix, niſi nominetur ſpe-
cialiter meretrix: ita dicit notanter Abb. Sicu. in c. tanta. de
ſimo. & de iſto dicto non fuit memor Fel. in c. ſignificanti
bus, de offic. delega. vbi dixit, ꝙ ſi à Papa, vel ab alio impe-
trat reſcriptum contra miſerabilem perſonam, niſi dicatur
qua miſeria ſit ille affectus, non valet reſcriptum, alleg. In
no. ibi, & dicit, ꝙ hoc habuit à Car. Flo. in conſi. 136. quod
incipit, factũ ſic ſe habet. in 5. col. & And. Bar. in d. c. ſignifi
cantibus. in finalibus verbis ſuis facit mẽtionem de iſto d.
Inn. & non alle. Car. vbi ſup. Et miror profectò, ꝙ Doct. in
d. c. ſignificantibus, & in l. 1. C. quando imperator inter vi-
duas &c. non faciant mentionem, dum enumerant, quæ
ſint perſonæ miſerabiles, de meretricibus: licet dicant vlti-
mò, ꝙ ſit in arbitrio iudicis, quæ dicantur perſonæ miſera-
biles. Tertiò no. ex tex. ibi, noſtro gaudeant beneficio gratu
lantes, ꝙ benè meretrices debent gaudere de iſta conſtitu-
3 tione eis fauorabili: quia † iuriſconſulti, qui fuerunt pru-
dentes viri, non impoſuerunt aliquam pœnã illis, qui vio-
lentiam faciebant meretricibus libidinis cauſa, vt patet in
l. verum. la 2. ff. de fur. nec voluerunt iuriſconſulti, ꝙ pro
vi illata meretrici fornicationis cauſa daret̃ ſibi actio iniu-
riarum contra vim inferentem, vt dicit tex. in l. item apud
Labeonem. §. ſi quis virgines. ff. de iniur. Et ratio erat pro-
pter eius vtilitatem, nam paruipendebat uiolentiam eis fa
ctam, quia ipſæ non aſtringuntur laqueis legum, vt dixi ſu
prà in ſecundo no. vel poteſt dici, ꝙ ratio eſt, quia vir coeũ
do cum meretrice incurrit infamiam, vt in l. palàm. de ritu
nupt. & in d. l. verum. meretrix enim, q̃ paſſa eſt violentiã à
viro, vt libidinem cum ea exerceret, habuit quæſtum, & in
famiam vir contraxit: ſufficit ergo, ꝙ vir ſit punitus, quia
propter dictam libidinem ſic exactam contraxit infamiã,
& ſic punitur propter dictam uiolentiam illatam meretri-
ci per virũ in plus ipſe vir quã meretrix, vt in l. ſi in duab.
ff. de reg. iu. Sed dicit hic Andr. & bene, ꝙ in hoc ſcilicet, ꝙ
ſit impunita uiolentia meretrici illata ex cauſa libidinis, iu
riſconſulti multùm defecerunt, quia licet meretrix omni-
bus corpus ſuum ad libidinem exponat, intelligitur ea vo-
lente: ſed ſi vult alicui denegare libidinem ſui corporis, nõ
videtur, ꝙ inuita poſſit compelli ad libidinẽ. probatur hoc
naturali ratione, quia ſi res meas, quas habeo, poſſum vẽde
re tibi, vt nulli alteri vẽdas, niſi mihi, vt in l. ſi ſterilis. §. ſed
& ſi ita. ff. de actio. emp. vel vt non vendas cæteris homini-
bus, vt in l. ſi ita quis promiſerit. §. ea lege. ff. de verb ſig. Itẽ
poteſt fieri conceſſio rei meæ in emphyteuſim, ꝙ alteri nõ
vendas, vt. C. de iu. emphy. l. fin. Item poſſum meo inſtito
ri mandare, ne cum aliquo certo homine contrahat, ut in
l. ſed & ſi pupillus. §. ſed & ſi denunciauerit, & l. ſi quis mã
cipium. §. Proculus. ff. de inſt. Item poſſum res meas diſpo-
nendo vni legare, & alteri non, vt in l. vxorem. §. agri plagã.
4 ff. de leg. j. † multò fortius perſonam ſuam ad fornicãdum
meretrix poteſt vni dare, & alteri denegare, quia res om-
nes gratia hominis ſunt createę. l. in pecudum. de vſuris. ff.
de ædi. edic. l. iuſtiſſimè, & in pſal. Omnia ſubieciſti ſub
pedibus eius &c. ergo defecit in hoc ingenium iuriſconſul
torum in non puniendo eum, qui contra voluntatem mere
tricis compellit eam ad ſecum fornicandum, quia violẽtia
non ſolùm eſt, quando homo hominẽ vulnerat, vt in l. ex-
tat. ff. quod metus cau. ſed etiam quando fit ei vis contra
eius voluntatem vel eius prohibitionẽ, vt dicit tex. in l. j §.
quid ſit vi factum. ff. quod vi aut clam. & ibi ſunt concor-
dantiæ in glo. ſolùm ergo iudicium redditur in inuitum,
vt in l. inter ſtipulantem. §. j. ff. de ver. ob. & non fornicatio
cõtra voluntatẽ meretricis, quæ eſt vis in perſonam, & ſic
delictũ, vt dicit Bal. in c. 1. 5. col. extrà de his quæ vi, metuſ
ue cauſa fiunt. vbi dicit, ꝙ delictum eſt in perſonam, ſi in
corpus inferatur vis, vt ſingulariter no. ff. de fur. l. itaq; ful-
lo §. ſed ad furti. præterea omnino vr̃, ꝙ iuriſconſulti erra-
uerunt in non puniendo violentiã meretrici illatam cauſa
libidinis, quia ſi vnuſquiſq; eſt rei ſuæ moderator, & arbi-
ter, vt in l. in re mandata. C. man. iuſtum eſt. n. ſua vnicuiq;
committere. l. nemo externs. C. de Iudæis. facit l. j. C. de no
xali. & alibi, nemo cõpellitur ad vendendũ rem ſuã regula
riter, niſi in certis caſibus, ut in l. nec emere. C. iure delib. &
in l. inuitum. C. de contrahen. emp. & Bar. in l. j. C. de lati. li
ber. tollen. & in l. j. C. de epi. audien. multò fortius dicẽdũ
eſt, ut liberum ſit arbitrium in meretrice, quæ habet velle
& nolle concedere corpus ſuum ad libidinem vni, & alte-
ri non, & ideo videt̃, ꝙ defecerunt in hoc iuriſconſulti. ſed
5 † poſſent ſaluari iuriſconſulti, ꝙ ideo non impoſuerũt pœ-
nam ei, qui fecit uiolentiam meretrici cauſa libidinis, quia
iuriſconſulti permiſerunt concubinatum, vt in l. j. ff. de cõ-
cubi. & ſic fornicationẽ, & non habuerunt notitiã, ꝙ ex le-
ge diuina & apoſtolica fornicatio eſt mortale peccatum, vt
dictum fuit in conſti. præcedenti hoc addito, ꝙ meretrices
non merentur legis laqueis innodari, ut dictum fuit ſup. in
2. no. & ſatis videbatur ab eis punita uiolentia illata mere
trici ex cauſa libidinis, quia ille uir efficiebatur infamis, ut
ſuprà dictum eſt. iſta rõ parum ualet, quia non eſt ſatisfa-
ctum meretrici oppreſſæ cõtra eius uoluntatẽ. Sed põt alia
ratio conſiderari, quare dicta uiolentia nõ puniebatur per
leges iuriſcõſultorum. nam meretrix, quæ palàm & publi-
cè corpus ſuum ad fornicandum paſſim dedit, nõ põt po-
ſtea uolentes fornicare cum ea reijcere, quia ur̃ ad hoc ſe
obligaſſe, ſicut dicimus in ſtabulario, qui à principio habet
arbitrium, ut in l. j. ff. nau. caupo. ſtabula. ſed poſtquam ele
git facere hoſpitiũ, ur̃ ſe obligare de receptando iter agen-
tes, quos non põt poſtea eijcere, ut dicit tex. in l. j. in fi. ff.
furti aduerſus nau. cau. ſtabu. niſi pp multitudinẽ hoſpitan
tium, ſecundum Bar. in d. l. j. in fi. uel niſi ille iter agẽs eſſet
ſuus inimicus, ut dicit hic Andr. per l. Lucius. ff. ad munici
6 pales. † Idem dicimus in notario, qui poſtquã factus eſt no
tarius, tenetur cuilibet eum roganti facere contractũ, ut di
cit Alb. de Roſa. in d. l. j. nau. caupo per ll. quas ibi allegat,
licet Andr. hic aliter intelligat d. l. j. in fi. ff. furti aduer. nau.
cau. quia dicit ipſe, ꝙ ille tex. vbi dicit, ꝙ nec ſtabularius
poteſt reijcere iter agentem, intelligitur, ideſt, non debet,
ſed ſi uult repellere, poteſt, ſecundùm gl. ibi. Certè nõ fuit
iſte intellectus gl. ꝙ ſi non dẽt reijcere, ergo poteſt. Docto-
res cõiter tenent contrarium, ſecundùm Bar. ibi. Sed iſta rõ
parum ualet, quia ſi tenebatur meretrix cuilibet exponere
corpus ſuum ad fornicandum, poſtquam cœpit palàm pro
ſtituere, non debebant iuriſconſulti concedere, ut propria
auctoritate hoc poſſet fieri. l. extat. ff. qđ metus cauſa, ſed
per iudicis officiũ, ut dicebat Albe. in ſtabulario, in d. l. 2.
ff. nau. cau. ſtabul. poſſet dici, ꝙ in hoc caſu ideo permiſſa
fuit uiolentia, quia non erat honeſtũ, ꝙ uir coram iudice
feciſſet querelam, ꝙ meretrix non uult cum eo fornicari,
ſed cum hodie fornicatio eſt peccatum mortale, licet ſan-
cta mater eccleſia, & principes Chriſtiani tolerent iſtas me
retrices in terris Chriſtianorum, ut euitetur maius pecca-
tum, ut no. glo. & alij in c. inter opera. de ſpon. tamen non
ſunt opprimendæ contra earum uoluntates ad fornicãdũ,
cum perſona nõ ſit ſibi grata. & ideo rex Robertus uidẽs,
ꝙ eccleſia tolerat iſtas meretrices, quę ſunt miſerabiles per
ſonæ, optimè prouidit, ne eis fiat uiolentia ex cauſa forni-
cationis ſub grauiſſima pœna ſupradicta, quas meretrices
cum alijs ſubditis uult confouere, ideſt, nutrire beneficio
7 pacis, quæ contraria eſt uiolentiæ. † Quartò no. ex tex. ibi,
ut nullus eas compellat. nouum ius, uidelicet uiolentiæ, ꝙ
nullus poteſt uiolentare meretricem, ut libidinem cum eo
exerceat, licet palàm alijs hominibus ſe exhibuerit ad con
cubitum, & talis uiolentia punitur pœna mortis naturalis:
quia grauitas Imperatoris non patitur, ut ex uolentibus
fiant uolentes, ut utar uerbis Gelaſii in c. ult. 74. diſt. Hinc
ſumpta occaſione quærit hic Andr. utrum ille, qui tenet
merces uenales, ſi mihi non uult uendere, ſicut uendit cæ-
teris, an poſſim agere contra eum actione iniuriarum? Et
arguit ad partes, & finaliter concludit, quòd non tenetur
actione iniuriarum, ut hic per eum, cui adde ad hæc om-
nia

nia ta, quæ dixi ſup. in præludijs, in 3. q. Item in hoc dubio
dicerem, ꝙ in caſu, in quo quis tenetur mihi vendere, & nõ
vult vendere, quod eſt, quando carnes ſunt de publico, & a
publico lanio, ideſt, buzerius eſt deputatus ad incidẽdum,
& vendendum carnes, & omnibus vendit & mihi nõ vult
8 vendere, ſine dubio facit iniuriam, † quia iniuria eſt om-
ne, quod non iure fit. Inſt. de iniur. in prin. & ex affectu ęſti
matur iniuria, vt in l. illud. ff. de iniurijs. Item quia prohi-
bet me vti eis, quæ ſunt de publico, & per conſequens tene
tur iniuriarum, vt dicit tex. in l. iniuriam. §. ſi quis me. ff. de
iniurijs. & ſi bene aduertatur ad verba And. ipſe non dicit
hic contrarium huius dicti, quia ipſe dicit, durum eſt dice-
re, ꝙ dato, ꝙ conſtet ob iniuriam meam nolle mihi vende-
re rem ſuam, vt teneatur mihi iniuriarum, bene dicit And.
quia non dixit rem ſibi datam ad vendendum a publico,
ſed dixit rem ſuam, quam ſi omnibus vendit, & tibi non:
non facit tibi iniuriam, quia rei ſuæ eſt moderator, vt in le
gib. ſupra allegatis, & firmat Cy. in l. j. C. de epiſ. audien. &
ideo dicebat Bar. in l. annonam. ff. de extraord. crimi. ꝙ nul
la datur pœna illi, qui habet frumentum, ſi non vult illud
vendere paſſim, bene tamen ſi fiat ei præceptum, ꝙ vendat
iuſto pretio, & non vult vendere, ꝙ poterit puniri pœna
præcepti, & idem videtur aſſerere in l. j. §. cura carnis. de oſ
fic. præfec. vrbis. Doctores, qui tangũt hoc dubium, an poſ-
ſit quis cogi ad vendendum victuaria propria, nihil dicũt,
ſi omnibus vendit, & mihi nõ, an teneatur actione iniuria-
rum, ẽt quando prouiſum eſt ex præcepto ſuperioris, ꝙ vẽ
dat, vt patet ex dictis per Io. de Imo. in c. 1. de emp. & vend.
& per ſcribẽtes in d. l. nec emere. C. de iure delib. & de hoc
dixi poſt And. ibi, in c. 1. §. poſt natale. de pace tenen. & tan-
git Lucas de Penna in l. 1. de quibus mu. lice. ſe excuſare. in
verbo, tempus, vbi dicit multa moralia ſuper hoc, & vide
9 Alb. de Roſa. in lib. ſtatutorum. q. 94. † Sed ego quæro de
alia quæſtione, quam vidi de facto, quidam potens vir mã
dauit ſuis ſeruitoribus, & amicis, vt raperent quandam me
retricem, & ea rapta contra eius voluntatem, fornicationẽ
omnes cum ea faciant, quod factum fuit: quęro, vtrum iſte
mandans puniatur pœna huius conſti? Nullus hic tangit
iſtam quæſtionem. Bene eſt verum, quòd Sal. in l. non ideo
minus. in 6. q. 13. col. C. de accuſ. dicit, ꝙ quando lex muni
cipalis diſponit pręter ius cõe, quia facit delictum id, quod
de iure cõi non eſt delictum, imò permiſſum, mandans nõ
tenetur, ſed ipſe tenet, ꝙ extraordinariè puniatur, per l. 1.
de extraord. crimin. & ſic cum iſta conſtitutio nihil loqua-
tur de mandante violentiam fieri meretrici, licet de iure
communi non videatur, ꝙ puniatur violentia meretrici il-
lata, vt ſupra dictum eſt: tamen ſtante prohibitione huius
conſtitutionis, vr ꝙ extraordinariè debeat puniri, ſecundũ
opinionem Saly. & ita credo, ꝙ fuit ſequutum in d. q. ſacti.
de hoc vide ſupra in conſtit. ſi quis aliquem. Quintò no. ex
tex. ibi, ſatagentibus, ꝙ ſi quis attentaret compellere mere-
tricem ad libidinem, & non perfeciſſet actum libidinis cũ
ea, ꝙ tunc non haberet locum iſta conſtitutio, quia tex. di-
10 cit ſatagentibus, † quod importat actus perfectionem, nã
ſatagere eſt verbum compoſitum ex ſatis & ago, ideſt, mul
tum agere, non diceretur multum agere vir, ſi ſolum atten
tauit meretricem & non exercuit libidinem, & de iſto ver
bo ſatagit, facit mentionem etiam tex. in cle. 1. in fi. de pœ-
nis, & in c. unico. in fi. ut eccleſiaſtica beneficia. & in cap. ad
decorem. de inſtitutionibus. & in cle. ne Romani. in princ.
de ele. & ſic patet ꝙ diſpoſitio l. ſi quis non dicam rapere,
non habet locum in meretrice, ſed bene raptus meretricis
cum fornicatione per hanc conſtitutionem punitur, ſed de
iure Romanorum non puniebatur, ut dicunt gl. & Doct. in
l. 1. C. de raptu uir. licet Cyn. ibi dicat, ꝙ uidit aliquos ulti-
mo ſupplicio puniri, qui rapuerũt publicas meretrices per
uim, fortè uidit in iſto regno. Sexto no. ex tex. ibi, confeſ-
ſis, atque conuictis. quòd ad hoc ut quis puniatur ultimo
ſupplicio pro raptu meretricis, requiritur, ꝙ non ſolum ſit
confeſſus, ſed etiam conuictus, & confeſſus, quia iſta dictio
atque, eſt coniunctiua, & connexa, ut in l. filia in orbitate.
C. de inofficioſo teſtamento, & in l. ut uim. ff. de inſtit. & iu
re. regulariter autem ad pœnam capitalem nullus poteſt
condemnari, niſi ſit confeſſus, uel conuictus, non per teſtes
ſingulares, ſed concordes, ut eſt text. in l. qui ſententiam, &
ibi Bald. C. de pœnis, & in capit. at ſi clerici, de iudicijs. ibi,
conuicti, uel confeſſi, & in l. 1. C. de execu. rei iudic. & in l. ſi
quis in hoc genus. ibi, conuictos, ſeu confeſſos. C. de epiſco
pis & clericis, & eſt bonus text. in capit. pen. 15. quæſtio. 5.
11 † ſed in iſto crimine raptus meretricis ſpeciale eſt, & requi
ritur utrunque, ſcilicet quòd ſit confeſſus, & conuictus, ſed
hoc corrigitur, ut patet infra in conſt. in quæſtionibus. in 6.
no. & poſito, quòd hoc non eſſet correctum, poterat eſſe,
quia grauatus in pœna releuatur, ut non ſufficiat ſua con-
feſſio ſine probatione teſtium, nec ſufficit probatio teſtiũ
ſine confeſſione ſua, & ſic confeſſus & conuictus non põt
appellare, ut in l. 2. C. quorum appellat. non recipi. nec mul
tum lætetur ille, qui eſt conuictus de uiolentia meretrici il
lata, quod ipſe negat, quia ex dictis probationibus per te-
ſtes poterit torqueri, ut confiteatur, ut in l. 1. C. de quæſtio
nibus. iuncta l. prima, in princ. ff. eodem tit. & 5. q. 5. ca. illi.
Abb. Sicul. in cap. cum in contemplatione, de regulis iuris.
& dicitur perſeuerare in confeſſione, ſi dato termino ad
probandum nihil probauit contra confeſſionem, etiam ꝙ
ipſam reuocauerit, ut bene hoc concludit Sali. in l. ſi quis.
5. colum. C. de cuſtod. reorum. Sed quid ſi nunquam cum
tormentis uellet confiteri dictam uiolentiam meretrici il-
latam, & eſt conuictus per teſtes, an poſſit iuſte condemna
ri ad mortem? Dico ꝙ non, quia iſta conſtitutio requirit
utrunque, conuictus, atque confeſſus, & qui contrarium di
ceret, eſſet puniendus tanquam tranſgreſſor legis. ſed quia
in conſtitutionibus non dicitur, ꝙ raptores ſint cõuicti, &
confeſſi, ſed ſolũ quòd ſint conuicti, uel confeſſi, & illa con
ſtitutio facta fuit per Imperatorem Federicũ, qui fuit poſt
Robertũ regem, uidetur mihi, quòd per illam corrigatur
in hoc iſta conſtitutio, inquantum requirit utrunque, ſcili
cet quòd ſit conuictus, & confeſſus, ſed ſufficit, quòd ſit cõ
uictus, uel confeſſus, hoc ideo per longum ſcripſi, ut pateat
12 intelligentia iſtarum conſtitutionum. † Septimò no. ex tex.
ibi, quòd ſi in locis habitantibus. quòd clamor meretricis
ui oppreſſæ tunc facit indicium magnum contra uim ei
inferentem, ut dicit Andr. infra in conſtit. in quæſtionibus.
quando meretrix patitur uiolentiam in locis, in quibus ho
mines habitant. unde ſi in una maſſaria, ubi homines non
habitant, fuiſſet ei uis illata, & homines trãſeuntes audiuiſ
ſent illam clamantem, ille clamor non faceret indicium,
per iſtum text. quia illi tranſeuntes non ſunt habitantes:
quia habitare dicitur, qui habet domicilium, ut in l. prima
§. fina. ff. de his qui deie. uel effu. & ff. locati. l. habitatores.
Octauò nota ex tex. ibi, clamor truculentus. quòd cla-
mor quem debet facere meretrix, quando ſibi infertur uis
in locis habitatis, debet eſſe truculentus, ideſt, debet uoci-
ferare taliter, quòd audiatur, quòd crudeliter patitur uim,
& tunc audientes meretricem ſic crudeliter acclamantem,
debent ei ſuccurrere, ut infra in conſt. quicunq, mulierem.
13 † Nonò nota ex tex. ibi, alioquin. quòd ſi meretrix à
die ſibi illatæ uiolentiæ fuit in mora per octo dies, quòd
truculentos clamores emiſerit de uiolentia, & poſtea no-
luerit illum, qui ſibi fecit uiolentiam, accuſare, habet præ-
ſumptionem contra ſe, quòd uis non fuit illata, tamen iſta
præſumptio non excludit, quòd ſi uult probare uiolẽtiam
per teſtes, quòd non audiatur, imò debet audiri, & ſi pro-
bet per teſtes uiolentiã ſibi illatam, procedetur contra uim
inferentem ad torturam, ut ſupra dictum eſt, & hoc firmat
gl. hic, in uerbo, octo dies, & And. hic, & in conſtit. in quæ-
ſtionibus. Sed iuxta hoc quæritur, ad quid ergo eſt neceſſa
ria hodie iſta acclamatio, poſtquam ſi non acclamauit, po-
terit accuſare, & probare uiolentiam illatam, & illa accla-
matio ſola non facit indicium ad torturam? Glo. prædicta
ſentit iſtam quæſtionẽ, & dicit, quòd iſta acclamatio ideo
debeat fieri, quia ſtante iſta acclamatione poterat contra
uim inferentem meretrici offerri pugna per campionem,

ſine qua acclamatione non poterat pugna offerri. & quia
hodie ſublata eſt dicta oblatio per pugnam, ideſt, per duel-
lum io iſto crimine violentiæ meretricis, vt eſt tex. infra in
conſt. in quæſtionibus. & in 2. lib. in conſt. proſequentibus.
cum cõſtitutione ſequenti, monomachiam, ideo iſta accla-
matio ſola noo faciet indicium ad tortoram, & parum ope
ratur. Et propterea dicit dicta glo. videtur ꝙ hodie non ſit
14 neceſſaria acclamatio. † Decimò & vltimò no. ꝙ ille, qui
tenet meretricem contra eius voluntatem recluſam libidi
nis cauſa, tenetur pœna capitis, vt dicit Sal. io l. 1. C. de rap.
vir. dicens, quòd ſcholares, qui tenent incluſas iſtas meretri
ces contra earum voluntates non cõmittunt priuatum car-
cerem, de quo priuatn carcere loquitur Bart. in l. capite. ſ.
ff. de adult. & ibi vide apoſtil. Alexan. de Imo. & per iſta ſit
expedita iſta conſtitutio vna cum gloſſis ſuia.

ANNOTATIONES.

a Noſtri.] Et quid ſi aliquis appoſuerit ſcalas ad muros, vel ad fene
ſtras alicuius mulieris, quæ non ſit caſta, ſed meretrix, qua pœna
puniri debet, vide Baldum in l. fin. in ſi. ff. de rerum diuiſio. Ioan-
nes Anton. Batius.

b Secundò.] Perſonæ miſerabiles quæ ſint, & an, & quãdo habeant
fori electionem? Vide Matth. in decıſ. 257. Andream de Iſern. in
conſtitutione, ſtatuimus. Ant. Cap. deci. 100. tex. & Doct. in l. 1. C.
quando imperator inter pupillos & viduas. Io. Anton. Batius.

De raptoribus virginum, & viduarum. Rubrica. XXI.

SVPRA dictum ſuit de raptoribus vir-
gioum ſacratarum, & profeſſarum, &
poſtea de raptoribus meretricum: nunc
dicit de raptoribus virginum, & vidua-
rum, quæ oon ſunt ſacratæ, neque pro-
feſſæ, confirmando diſpoſitionem. l. pri
ma. C. de raptu virg. Sequitur nigrum.

SVMMARIVM.

1 *Complices & fautores raptus eadem pœna plectuntur cum raptore.*
2 *Miniſtri raptores virginis quando puniantur.*
3 *Accuſatio plurium, qui diuerſis pœnis ob idem delictum teneantur, an poſſit fieri eodem libello.*
4 *Denunciatio vna fieri poteſt de pluribus delictis in vna rixa commiſſis.*
5 *Mandatarius & mandans eodem libello accuſari poſſunt.*
6 *Conſuetudines matrimonium inter raptam & raptorem permittentes ſublatæ ſunt.*
7 *Matrimonium de iure canonico inter raptam & raptorem licitè contrahi poteſt.*
8 *Conſuetudo hodie ſublata eſt, quòd raptor raptam maritando, & dotando pœnam euitet.*

a CAPITALEM pœnam.[a] Duas partes cõ
tinet iſta conſtitutio. Prima eſt, ꝙ Impera
tor Federicus vult, ꝙ leges diuorum Au-
guſtorum, ideſt, diuorum Imperatorum
quarum vna eſt in l. raptores. C. de epiſco
pis & clericis, quæ fuit condita à Leone
primo Imperatore anno Dom. 58. alia verò eſt in l. 1. C. de
raptu virginum, quæ fuit condita per Iuſtinianum Imper.
anno Domini 525. vt habetur in chronicis aotiquis, in
hoc regno inuiolabiliter ſeruentur. Secunda pars eſt ibi, il-
lis conſuetudinibus. in qua tollit conſuetudines, quæ vige-
bant in pluribus partibus regnorum vtriuſque Siciliæ, qui
bus cauebatur, quòd ſi raptor cum rapta cõueniant de ma-
trimonio contrahendo, & poſtea contrahunt matrimo-
nium, vel raptor alteri eam dabat in vxorem, ſcilicet data
dote, quòd raptor euitabat pœnam capitalem. Et breuiter
hoc dicit. Seruandæ ſunt in regnis vtriuſque Siciliæ leges
Romanorum Imperatorum loquentium de raptu virginũ
vel viduarum, ſponſarum, vel innuptarum, quæ imponunt
raptoribus capitalem pœnam, ſublata conſuetudine, ꝙ ra-
ptor euitabat pœnam capitalem, ſi poſtea contrahebat ma
trimonium cum rapta, vel ipſam alteri nupti tradebat, ſub
audi etiam cum dote conuenta. Hic bene caderent omnia,
quæ ſcribunt Doctores in dictis duabus legibus, ideo ha-
1 beantur hic pro repetitis. † Nota primò ex tex. ibi, compli-
ces, vel fautores, ꝙ complices, & fautores, & auxiliantes,
ſcilicet, aſſiſtentes tempore criminis raptus puniuntur ea-
dem pœna, ſicut ille, qui raptum committit, ut expreſsè di-
citur in dictis legibus, maximè in d. l. 1. ibi, pœnam. bene
facit, quod notat Bar. in l. qui ſeruo. ſ. ſi. ff. de furt. Sed quæ-
ro, io dictis legibus dicitur, quòd raptor ſi eſt cõuictus, vel
confeſſus non appellat, an iſti complices, & fautores, & au-
xilium præſtantes, ſi ſint conuicti, vel confeſſi poſſint ap-
pellare? Dicebat Azo in ſum. C. quorum appellationes nõ
recipiantur, ꝙ complices in hoc crimine raptus poſſunt ap
pellare, & ipſum refert And. ſupra in conſtit. ſi quis rapere.
& dicit hic And. ꝙ verum eſt dictum Azonis, ꝙ miniſtri &
conſcij minus puniuntur, ſed aſſocians raptorem punitur
eadem pœna, tam in perſona, quàm in bonis, & ideo nõ po
terit appellare, ſicut oon poteſt appellare raptor, ſi eſt con-
uictus, vel confeſſus, vt dictum fuit ſupra in d. conſt. ſi quis
2 rapere. Ego dubito de iſto d. And. inquantum dicit, † ꝙ mi
niſtri minus puniuntur. nam ſi iſti miniſtri tempore raptus
opem ferunt raptori, vt habilius committat raptum, tunc
talis miniſter tenetur pœna capitis, vt dicitur in d. l. 1. C. de
raptu virginum. ſed inquantum dicit de conſcio, ꝙ minus
puoitur, nihil allegat, ideo puto dicendum in hoc, ao con-
ſcius delicti puniatur, prout diſtinguit Bar. in l. verum. ad l.
Pompe. de parricidijs, & in l. 1. ſ. occiſorum. ff. ad Syllan. &
de hoc vide Io. de Ana. in rubr. extra de his qui filios occi-
derunt, & ea quæ dixi io capit. 1. ſ. præterea. quæ ſit prima
cauſa beneſi. amit. Fallit in conſcio criminis læſæ maieſta-
tis, vt in l. quiſquis. C. ad l. Iul. maie. prout dixi in d. ſ. præ-
terea, & no. Barto. in d. l. vtrum. quod verum puto, ſi illud
malum, quod ego ſcio euentum in principe, poſſum proba
re, aliàs non teneor reuelare, vt dicit glo. 2. quæſtione 7. c.
plerunque. quem tex. ad hoc allegat Alexand. in 4. volum.
conſi. 55. & ſic debet intelligi illud dictum glo. in d. ſ. præ-
terea. quæ dicit, ꝙ ſi vaſallus ſciat periculum imminere do
mino, debet reuelare, aliàs priuatur feudo, intelligitur, ſi il
lud poterat probare, aliàs non tenetur, quod tene menti.
Item in crimine parricidij ſimiliter punitur conſcius, vt di
cit tex. in ſ. alia, Inſtit. de pub. iud. quid autem de perſuaden
te, vide plenè per Sal. in d. l. 1. C. de raptu virginum, in ſex-
3 ta columna. † Subſequenter quærit hic Andre. vtrum in
vno & eodem libello poſſint accuſari plures, qui teneantur
diuerſis pœnis ex eodem facto? Et bene concludit quòd
ſic: cuius dictis addo, quòd interdum diuerſa crimina de-
ſcendunt ex factis diuerſis, & poteſt vnus ab vno eodem
tempore accuſari, ſi dicta crimina puniuntur eadem lege
diuerſis pœnis, in vno libello poteſt fieri accuſatio, ſicut di
5 cimus, quòd in vno libello poſſunt peti plures hæreditates,
vt in l. prima. ff. ſi pars hære. petatur, & in vno libello poteſt
peti diuiſio plurium hæreditatum, vt in l. hæredes. ſ. ſi de
pluribus. ff. famil. erciſc. facit optimè. ff. de iniurijs. l. præ-
tor. ſ. ſi mihi plures. & ideo quis poteſt plures accuſare v-
no libello de diuerſis criminibus ab eiſdem commiſſis, vt
eſt glo. nota. & ibi Salyce. in l. ſi quis homicidij. C. de accu
ſat. & firmat Ioan. de Anan. in capit. licèt. ſecunda colum-
na, de accuſa. ſi verò dicta crimina puniuntur diuerſis legi-
bus, licèt poſſint vno tempore fieri accuſationes, non tamẽ
in vno libello: hæc concluſio ſumitur ex l. libellorum. ſ.
ſed & ſi aliud. ſecundùm Bartol. Angel. & Doctor. ibi. ff. de
accuſationibus. Interdum ex vno facto deſcendunt plura
delicta: & tunc vno libello poteſt fieri accuſatio, vt in l. qui
de crimine. C. de accuſatio. idem dicit Bar. in l. 1. in fine. C.
4 vnde vi. † quòd ſi plura delicta committantur in vna rixa
poteſt fieri vna denunciatio de omnibus delictis, quaſi

unum

vnum factum reputetur, allegat d.§.ſi plures.& d.l.libello
rum.§.ſed ſi aliud.& ff.ad Turpil.l.1.§.ſi plura. & vide ad
hunc Bar.in l.ſenatus.C.de accuſatio.de iſta tamen materia
me remitto ad plenè ſcripta per Salyce. in d. l. ſi quis ho-
micidij. & ad Ang. in tracta.de maleficijs, in verbo, nec
non ad querelam.col.49.in ver.quæro,an quis poſſit accu
ſare aliquem de pluribus delictis &c. vide glo.in cap.Ma-
ximianus.81.diſt.quæ dicit, quòd in vno libello quis po-
teſt plures accuſare, remittens tamen ſe ad glo.1. cap.pro-
hibentur. quando ſuam, vel ſuorum iniuriam proſequi-
tur. Fallit in crimine adulterij, vt in l.reos. C. de adulte.
de quo in Specu.in titu.de accuſatore.§.8.in princ. & vide
Io.de Ana.in cap.1.de colln. detegenda. Item inquantum
Andr. hic dicit, quòd in vno libello poſſunt accuſari ra-
ptor & auxiliatores. per l.1. C. ſi reus, vel accuſator mor-
tuus fuerit.& d.l.qui de crimine. Cui adde optimum tex.
in l.minoribus. C.de his quib vt indig.vbi dicit Bal. per il
lum tex.quòd in eodem libello poſſunt accuſari principa-
les,& mandatores, & ibi allegat iura præallegata. & in l.
edita.verſi.13.quæritur. C. de eden. item firmat Saly.in l.
non ideo minus.in 10. q. C. de accuſa. quando ex eodem
facto veniunt puniendi eadem lege, & pœna, bene dicit
5 Bart.in l.athletas.ff.de fal.† quod in eodem libello man-
dans & mandatarius poſſunt accuſari. Et dicunt Dy.Cyn.
Bal.Albe.de Roſa.& Saly.quòd in vno libello poſſunt ac-
cuſari de falſo principalis & teſtes, quia quoties ex diuer-
ſis factis idem reſultat effectus, idem videtur crimen, vt in
l.illud.§.fi.ff.ad l.Aquiliam.ſed hic vnus reſultat effectus,
ſcilicet, probatio falſi, ergo idem dici poteſt delictum, ſe-
cundùm Albe.in d.l.1.C.ſi reus vel accu.mor. & ibi plenè
per Saly.qui refert opi. Ioan.And.in titu.de accuſato.§.1.
in addi. dicentis fuiſſe in contrarium deciſum, niſi quan-
do communicato conſilio ſit commiſſa falſitas, tamen ip-
ſe tenet opinionem Dy. Cy. & aliorum eum ſequentium.
Item inquantum And.ſic tenet, quòd plures ex eodem fa-
cto delinquentes, etiam quòd diuerſa pœna veniant pu-
niendi in vno libello poſſunt accuſari, quia ratio diuerſita
tis reddi non poteſt, ergo idem ius. l.à Titio. ff. de verbo.
oblig. cui adde, quòd Salyc. in d.l.non ideo minus.in 10.
q.dicit, quòd ſi ex diuerſo facto,& diuerſa lege, & diuerſa
pœna veniant plures puniendi, tunc non poſſunt accuſari
in eodem libello, allegat Franciſcum Accurſij,& Cy. in d.
6 l.1.C.ſi reus, vel accu.mor.fuerit.† Secundò no.ex tex. ibi,
illis conſuetudinibus, quòd omnes conſuetudines, quæ p-
mittebant ad euitandum pœnam capitalem matrimoniũ
inter raptã & raptorem, ſunt ſublatæ, & abolitæ, ita quòd
ſi rapta contrahit matrimonium cum raptore, raptor po-
teſt puniri pœna capitis per iſtam conſtitutionem, quia ta
lis conſuetudo eſt expreſsè contra ius, vt patet in d.l. 1. C.
de raptu virginum, ubi de iure ciuili non poteſt eſſe matri
monium inter raptam & raptorem, & ſi fiebat matrimo-
nium, non euitabat raptor pœnam capitis, & pœnã amiſ-
ſionis bonorum, ut dicitur in d.l.1.& hoc etiam fuit olim
ſtatutum in Concilio generali Meldenſi, in c.placuit. 36.
q.2.Hodie uerò non eſt dubitandum, quòd per ius canoni
cum prouiſum fuit, quòd accedente cõmuni conſenſu ra-
ptæ, & raptoris, poteſt eſſe matrimonium, ut concludit gl.
in ſumma 35.q.2.& eſt tex. in c.accedens. de raptoribus,
ut dicit glo.in dicta ſumma, ꝙ illud, quod dicitur in dicto
conſilio Meldenſi, loquitur uel de ſponſa, per uerba de
præſenti rapta, uel quia rapta non conſentit in matrimo-
nio cum raptore,& ideo bene dicebat hic glo. Martini de
Caraman. quòd iſta conſtitutio hodie nõ habet locũ, quia
poteſt eſſe matrimonium inter raptam & raptorẽ, & ideo
ceſſat pœna perditionis bonorum pro raptu impoſita per
l.ciuilem, uidelicet d.l.1.C.de raptu uirgi. & in Authẽ. de
raptis mulieribus, per totum, nihil dicit hic glo. quid de
pœna capitali, an illa ſit etiã ſublata, ego tetigi hunc paſ-
ſum ſup.in conſtitu.ſi quis rapere.in 2. no. in ſexta quæſt.
7 & ideo dic, ut ibi dixi. † Tertiò no.ex tex. ibi, uel alij etiã
tradendo nuptui, ꝙ conſuetudo, quòd raptor maritando
alteri raptam,& ipſam dotando, euitabat pœnam capita-
lem, eſt ſublata per iſtam conſtitutionem. nam ẽt ꝙ ipſam
maritet, ſubaudi etiam data dote, non euitabit pœnam ca-
pitis, nam dicitur in lib. Exod.22. c. ſi ſeduxerit quis uir-
ginem nondum deſponſatam,& dormierit cum ea, dota-
bit eam,& habebit in uxorem: ſi autem pater uirginis no
luerit dare ei, reddet pecuniam iuxta modũ dotis, quam
uirgines accipere conſueuere. ad hoc facit cap. primum,
extra de adulterijs. hodie iſta ſunt ſublata per d.l.1.& l.ra
ptores. & per iſtam conſtitutionem. unde quantuncunq;
raptor maritaſſet,& dotaſſet raptam, puniretur pœna capi
tis, etiam ꝙ allegaretur conſuetudo præterita, uel futura,
quia omnis conſuetudo præterita,& futura contra iſtas cõ
ſtitutiones ſunt ſublatæ in genere, ut ſupra dicit gl.in ꝓœ.
iſtarum Conſtitutionum,& ibi dixi in §.fi.& tantò magis,
quia dicta conſuetudo in ſpecie hic tollitur,& caſſatur. In
glo.in uerbo, omnino ſublatis.dic, ut dixi ſupra in 1.2.&
3.notabili, ubi eſt declarata tota iſta conſtitutio.

ANNOTATIO.

a Quid ſi ſine violẽtia, vel blandis verbis quis ſubduxit mulierem, an incidat in pœnam raptus. Vide Hippo. de Marſilijs, in l. vnica. C.de rapt.virginum.col.40.in fi.nu.14.Bacius.

SVMMARIVM.

1 *Duellum in quibus caſibus ſit permiſſum.*
2 *Mulieri oppreſſa vi, qualiter conſulatur, ſi oppreßionem non valeat probare.*
3 *Duellum, ſeu pugnam offerre non licet hodie, niſi in duobus caſibus.*
Sententia lata in fauorem vincentis in duello, non dicitur vera, ſed potius vana.
4 *Fortitudo non eſt laudanda, quæ non eſt iuſtitia adiuncta.*
Periculũ imminens accuſanti, et non probanti, in quib. conſtat.
5 *Accuſator non probans præſumitur calumniator.*
6 *Teſtes in cauſa capitali, an poſſint licitè veritatem occultare.*
7 *Mendacium pro conſeruanda hominis vita, an ſit peccatum mortale.*
8 *Malefactorem indicare, quando quis teneatur.*
9 *Reges terræ grandia delicta non debent dimittere inulta.*
10 *Iudex non poteſt procedere ad condemnationem pœnæ capitis, violentia mulieri facta non probata.*
Fuga magnum præbet indicium ad delictum.
11 *Maritus quando ſuſpectum ſibi de vxore licitè poßit occidere.*
12 *Torqueri nemo debet niſi legitimis præcedentibus indicijs.*
13 *Amplexus & oſculum, actus ad fornicationis actum dicuntur propinqui.*
14 *Iudices proceſſum ad regem mittere debent, quando non eſt plenè probata violentia mulieri illata.*
15 *Iudex inferior à Principe conſcientiam à lege informatam habere debet.*
16 *Princeps etſi ſecundùm conſcientiam iudicare poßit, conſilio tamen peritorum uti debet.*
17 *Accuſatus criminaliter fideiuſſoribus relaxari poteſt, niſi in quatuor caſibus.*
18 *Experimentum verorum ſermonum eſt, ſi cum rebus ſenſatis concordes ſint.*
19 *Condemnatio ad mortem non debet ferri ex præſumptionibus.*
20 *Vita laudabilis quantum conferat homini.*

IN QVÆSTIONIBVS. Totam iſtã longam conſtitutionem diuido in quatuor partes. In prima parte recitat ſub compendio ſanctiones Regum prædeceſſorum ſuper uiolentijs, quæ inferuntur quibuslibet mulieribus, in quib. dicebatur, ꝙ ſi mulier infra octo dies à die illatæ uiolentiæ in perſonam ſuam proclamauerit, & hanc proclamationem probauit in iudicio, licet nulla alia probatio adſit, ex hoc ſolo indicio, quòd mulier clamauit, poterat indici duel-

duellum , quod non ſolùm in hoc crimine violentiæ con-
tra mulieres habebat locum, ſed in omnibus alijs crimini
bus, ſubaudi exiſtentibus aliquibus indicijs, vt dr in conſt.
de pace tenenda. §. ſi quis homines. vſq; ibi, ſed tam in ca-
ſu præſenti. In iſta ſecũda parte Imperator corrigit dictas
1 conſtitutiones regum prædeceſſorum, & ſtatuit, † q̇ duel-
lum in omnibus criminibus eſt ſublatum , niſi in duobus
caſibus, videlicet in crimine læſæ maieſtatis, & in cauſa ho
micidij clandeſtini, ſubaudi ſm diſtinctionem conſti. mo
nomachiã. cum per talem probationem non reſultet indi-
cium, ſ. verum, ſed diſpendium, ideſt vana impẽſa, & vana
probatio, ex quo non poteſt dici probatio, ſed diuinatio, q̃
naturæ non conuenit, & a iure cõmuni deuiat, vt dr in di-
cta conſti. monomachiã. & durat vſque ibi, nam non leue
periculum. In hac tertia parte ponit rationẽ , quare dictæ
probationes per pugnam, ſiue duellũ ſunt ſublatæ hodie .
Nam interdum accuſantes de violentia illata mulieribus,
de quo delicto principaliter hic tractatur , non habebant
probationes legitimas , & ordinarias , iſtis probationibus
deficientibus oportebat deuenire ad pugnã virtute legis
parilis, ideſt legis permittentis pugnam inter duos, vel in-
ter pares, propter quod ipſi accuſantes incidebant in gra-
ue periculum. vſque ibi, nolentes. In hac quarta parte , &
2 vltima determinat dubium, quod tale eſt. ecce † q̇ illa ꝓ-
clamatio mulieris nihil hodie operatur, poſtquam ſublata
eſt probatio per pugnam, pone quòd aliqua mulier vi op-
preſſa non habet probationes legitimas de violentia ſibi
illata , & probatio per pugnam eſt ſublata , quomodo ſibi
conſulatur ? Reſpondet Imperator, q̇ ipſe non vult ob de-
fectũ probationis, q̇ tale crimen ſit inultũ, i. impunitũ. Et
ideo ſtatuit, q̇ ſi accuſatus ſit confeſſus, vel non, ſi tñ ſit cõ
uictus, inconſulto Rege, procedat magiſtratus ad condem
nationem pœnæ capitalis ſm conſtitutiones præcedentes:
ſi autem ceſſent dictæ probationes, ſed fuerit facta fides iu
dici, q̇ ipſa mulier, vel alius pro ea nunciauit illi, qui dici-
tur contra eam cõmiſiſſe violentiã tribus vicibus, q̇ abſti-
neat, & deſiſtat a ſignis, & actibus tentantibus eius pudici
tiam, vel fuerit facta fides, q̇ mulier acclamauit vociferan
do auxilium, quando dicit, q̇ fuit ſibi vis illata , vel fuerit
facta fides, q̇ ille, qui dicitur vim ei feciſſe , inuẽtus fuit in
domo dictæ mulieris , vel viſus fuerit fugere ab eius do-
mo, vel prope eius domum, vel fuit viſus colluctari cũ ea,
aut fecit fidem, q̇ dictus inculpatus de dicta violentia fata
gebat dictam mulierem clamantem, aperire ſeras ſuæ vir
ginitatis, aut iam corruptæ violentiam inferre, vel conſtet
de alijs indicijs , magiſtratus ipſe cauſam eandem plenè
diſcuſſam cũ toto proceſſu remittat ad conſcientiã Regis,
expectando iudicium Regis, & interim culpatum ſub fi-
da cuſtodia in carcere, vel ſub fideiuſſorib. teneat, & durat
vſq; in finẽ. Et breuiter hoc intendit, quia lex parilis eſt ſo
blata, niſi in duobus caſibus hic deſcriptis , ideo de crimi-
ne violentiæ in perſonã mulieris debet conſtare, aut p con
feſſionẽ inculpati, aut debet eſſe teſtibus conuictus , & tũc
inconſulto Rege procedatur ad condemnationem pœnæ
capitis, & ſi dictis modis de crimine non conſtet , ſed ſunt
indicia hic deſcripta, vel alia, tunc conſuletur Rex, & inte
rim inculpatus ſit ſub fida cuſtodia in carcere, vel ſub fide
3 iuſſoribus. † Nota primò ex tex. ibi, q̇ pugnæ indicium. q̇
hodie pro nullo crimine obiecto licitũ eſt offerre pugnã ,
ſeu duellum pro probatione criminis, niſi pro crimine læ-
ſæ maieſtatis, & homicidio clandeſtino ſm diſtinctionem
poſitam infrà in conſtitu. monomachiã. & de iſta materia
a duelli [a] fuerunt multa dicta per me in c. 1. §. ſi quis homi-
nem. de pace tenenda, in vſibus feudorum, & per Paridem
de Puteo poſt Odofred. qui fecit tractatum de duello , &
aliqua ponuntur in l. 1. C. de athletis, lib. 10. & in l. 1. C. de
gladiatoribus, lib. 11. & dicetur infrà in dicta conſtitutio-
ne, monomachiã. vbi propriè cadit iſta materia. Secundò
no. ex tex. ibi, amittebant, quòd vbi habet locum duellum,
non aliter poteſt habere locum , niſi præcedat aliquod iu-
dicium, per iſtum textũ, & dictam conſtitu. monomachiã,
& expreſsè notat. & ibi dixi in d. §. ſi quis hominem. & no.
Bar. in l. cum filius. §. repetundarum. ff. de lega. & fideicõ-
miſſis, ſecundò. Tertiò no. ex tex. ibi, non iudicium quàm
diſpendium, quòd non poteſt dici verum iudicium, vel ve
ra ſententia illa, quæ fertur in fauorem illius, qui vincit in
duello, ſed potius dr diſpendium, & vanum iudicium , ſi-
cut ille, qui expendit pecuniam ſuam ſine vtilitate, vel ho
nore , dicitur pati diſpendium , de quo per Archidiaconũ
in capitulo, diſpendia. de reſcriptis, lib. 6. & in capit. quia
ſæpe. 2. col. de electio. libro ſexto. hinc eſt , quòd dicebat
Ioannes And. in loco ſatis extraneo, in additio. Spe. in tit.
de reſcrip. præſenta. & impugnatione. §. fin. in additio. quæ
incipit, vide quod not. in clemen. de iureiurando. vbi di-
cit, verè dicendus eſt abuſus , quod principes ſeruant, q̇ in
illo caſu , qui vincit in campo, ſit potior, ut dicitur quadra
ginta diebus unus alterum expectet. abſurdiſſimum enim
eſt per fortitudinem ſuam iuſtitiam oſtendere , maximè
4 quia fortitudo eſt delictorum occaſio , † nec eſt fortitudo
laudanda, quæ non eſt cum iuſtitia, ut in Authen. vt om-
nes obediant iudicibus prouinciar. in princi. collat. quin-
ta. & ex hoc proueniunt animarum, & corporum pericu-
la, vt in cap. primo, extrà de torneamentis . Item uerè eſt
abuſus, & imprææſcriptibilis, quia per id Deus tentari uide
tur, contra Euangelium Matthæi 4. capitu. & Lucæ 4. cap.
& extrà de purgat. uulga. capitu. fi. & per totum . & ideo
tex. in conſtit. monomachiam, dicit, quòd uincere in duel-
lo, eſt diuinatio, quæ nulli permittitur, ut no. in capitu. ac-
cuſatus. de hære. lib. 6. nec etiam Papæ , qui tenet locum
Dei, ut in cap. 1. ut eccle. benefic. Quartò no. ex tex. ibi, qui
ueritatis ipſius poſſit perhibere teſtimonium, abſcondatur .
quòd accuſatores criminum interdum ipſa crimina per te
ſtes, qui habent notitiam ueritatis, probare nõ poſſunt , &
ideo incurrunt non leue periculum. & ſic patet, quòd ac-
cuſator tenetur probare , ut in l. ſciant cuncti. C. de pro-
bationib. cum concor. Sed pro declaratione quæro , in
quibus conſiſtat hoc non leue periculum ipſi accuſanti ,
non probanti accuſationem ? Dic quòd in tribus . Et pri-
mò quia olim quando non poterat probare crimen , pote-
rit pugna offerri, iuxta legem parilem , ideſt, iuxta legem
permittentem duellum inter pares. de qua in dicta conſti
tu. monomachiã. & in conſtitutio. nullus campio. cum tri
bus conſtitutionibus ſequentibus. & ſic ſe ſubijciebat ma
gno periculo . Hodie iſta extraordinaria probatio in locũ
deficientis ueræ probationis eſt ſublata expreſsè per iſtam
5 conſtitutionem. † Secundò dic, quòd accuſator accuſan-
do eſt in non modico periculo, quia ſi non probat , præſu-
mitur calumniator, & ubi pœna eſt determinata , punitur
pœna ſimili, ut dicit Barto. in l. athletas §. calumniator. ff.
de his qui no. infam. & habetur in l. fin. C. de accuſat. &
firmat Alexan. in 1. uol. conſi. 11. & tenet glo. in ſum. 2.
q. 3. ſed non fertur condemnatoria de calumnia , niſi data
prius copia defenſionis , quia ſunt multi caſus , in quibus
non probans accuſationem non dr calumniator , ut dicit
Barto. in d. §. calumniator. poſt glo. ibi, & in l. 1. §. 1. ff. ad
Turpil. no. in l. fi. C. de collu. deteg. Tertiò per accuſationẽ
criminalem de crimine capitali efficitur accuſator inimi-
cus accuſati, ut Inſti. de excuſ. tutor. §. inimicitiæ. & §. item
is. & in c. cum oporteat. de accuſat. gl. in l. licet. in uerbo, ca
pitalis. ff. ad arbitr. quam ad hoc allegat Abb. Sicu. in c. ac-
cedens. in 2. colu. ut lite non conteſta. ex qua inimicitia de
facili poteſt ei contingere periculum , ut experientia do-
6 cet. † Secundò quæro, an in cauſa criminali capitali, liceat
teſtibus occultare ueritatem pro conſeruanda alterius ui-
ta? Videtur q̇ nõ, quia celare ueritatem, eſt peccatum. 11.
q. 3. quiſquis metu. de crimine falſi. c. 1. & ſi non uult de-
ponere ueritatem, poteſt cogi, ut in c. peruenit. lo 2. de te-
ſtibus cogendis. ſed de iſto articulo, an teſtis in cauſa cri-
minali ſit cogẽdus, remitto me ad c. dilecto. de teſtibus co
gend. Itẽ in teſte, paria ſunt tacere uerũ, de quo eſt interro
gatus, & exprimere falſum, ut not. in l. penul. C. de epiſc.
& cler. & hoc uidet tenere Bal. maximè ſi iurauit in iudi-

cio,

cio,in l.4.§.ſi tibi.ff.de cond.ob tur.cau.In contrarium fa-
cit id,quod dicit Spec.in tit.de teſte. §. qualiter auté.verſi.
& nota. vbi dicit, ꝙ in criminali non eſt peccatum celare
veritatem.ſed Pet.de Palude in 3.ſen.diſt.38.tenet, ꝙ nul-
lo modo licet teſtificari falſum, ſed viris non ſanctis licet
veritatem celare pro ſaluanda vita hominis: ſed ſanctis,&
perfectis viris non licet,de hoc eſt tex.& glo.no.in cap. ne
quis arbitretur.22.q.2.Aſtenſis in ſumma,in 1.li.tit.26.ar
tic.5. circa fi. ꝙ vir perfectus & imperfectus pro ſaluanda
vita alterius poteſt celare veritatem interrogatus, loquen-
do tamen ſophiſticè,puta dicendo, non vidi eum diu eſt,
nã poſſum intelligere illud diu, ſicut volo, vel dicere,ego
neſcio,ſ.vbi ſit nũc.aduerte,quia illa glo.in d.c. ne quis ar-
7 bitretur.quæ dicit, † ꝙ mendacium pro ſalute alicuius ꝓ-
curanda, cum nulli noceat, in viris perfectis eſt peccatum
mortale, & veniale: in viris non perfectis, reprobatur per
beatum Thomam de Aquino in 2.2.q.110.art.4. dicẽs,ꝙ
nullum peccatũ, quod laicis eſt veniale, viris perfectis eſt
mortale,niſi propter ſcandalum,idem firmat Ant.Archie.
Floren.in 4.parte ſuæ ſummæ,tit.11.c.13.§.quanto. Abb.
Sicu.in c. ſuper eo. de vſuris, nu.ex illo tex. ꝙ non debet
quis mentiri,ut liberet quem a morte,dicens etiam, quòd
quis non debet committere peccatum veniale,vt alius eui
tet mortale,ut plenius no.14.diſt.in ſumma.& in capitulo
quod ait.ſed dic,quòd aliud eſt veritatem celare,aliud di-
cere mendacium,nam multi ſancti celauerunt veritatem,
& tamen non ſunt mentiti,ut patet in Abraham,qui vxo-
rem ſuam celauit,dicendo eſſe ſororem ſuam, ne occidere
tur, & ſic de multis alijs ſanctis, vt refert beatus Thomas
vbi ſupra,& beatus Franciſcus interrogatus, ſi uidiſſet ma
leſactorem tranſeuntem,quem viderat,dixit, ꝙ non tranſi
uit iſtac.ſcilicet,per maniconem ſuum,& ſic ſophiſticè lo-
cutus fuit,& tamen nõ peccauit occultando veritatẽ, quia
non loquitur contra id,quod gerit in mente, & ſic à filijs
hominum occultatur veritas, iuxta illud propheticum, di
minutæ ſunt veritates à filijs hominum.Sed aduerte,quia
aliqui dicunt,ꝙ quando eſſet interrogatus extraiudiciali-
ter ſine iuramento,procedunt prædicta: ſed quando cum
iuramento, ea quo iuramentum debet interpretari ſecun-
dùm intentionem dantis iuramentum, non ſecundùm in-
tentionem iurantis,vt dicunt Inno.& Abbas in ca. veniẽs.
de iureiuran.no.glo.in Authen.iuſiurandum,quod præſta
tur ab his,in principio.in verbo,per quator Euãgelia, quæ
allegat 22.quæſt.5. capitu.quicunque. licet in foro animę
non peccet mortaliter, tacendo veritatem, vt ſuprà, quia
non adhibuit dolum,& ideo intelligitur, ſecundùm inten
tionem iurantis,ſecus ſi adhibuiſſet dolum,quia intelligi-
tur ſecundùm intentionem dantis iuramentum, ut dicit
beatus Thom.de Aquino, ſecunda ſecundæ, q. 20. art.4.
& patet in d.cap.quicunque.& iſta faciunt pro intelligen-
tia eius,quod dicunt Moder.in l.4.§.ſi tibi indicium.ff.de
8 condictio.ob turp.cauſam. † quòd licet quis non teneatur
indicare malefactorem,nam verũ eſt parti, uel iudici ꝓce-
denti ad inſtantiam partis, ſecus iudici inquirenti ex offi-
cio,per glo.ibi,& Bal.& Cyn.in l.2.C. de his qui ad eccle.
confu.hoc intellige,prout ſuprà dictum eſt in conſtitutio.
capitalem, & de iſto articulo me remitto ad Hoſt. in ſum-
ma de pœni.& remiſ.§.quæ interrogationes.verſic. dixiſti
vnquam mendacium. vbi latè & prolixè in hoc dubio al-
legat. Et tunc iudex debet eſſe cautus, quando habet eum
ſuſpectum, quòd celat veritatem. nam poteſt grauare eũ
in interrogationibus.nam iudex poteſt grauare partem in
procedendo, quando non allegat vera, ſecundum Bald.in
l.1.in prin.ff.de dolo. & dicit Apoſtolus Pau.ad Timo.cũ
modeſtia corripientem eos,qui reſiſtunt ueritati.& glo.ſu
per prologo Hieronymi, in lib. diuinarum ſcripturarum.
3.cap.in fi.dicit: redargue eos, qui contradicunt veritati,
quia (ut dicit Iſido.de ſummo bono) magna eſt vis verita-
tis,quæ omnia ingenia, & aſtutias, & calliditates hominũ
9 ſuperat. † Quintò no.ex tex.ibi, nolentes tam grande ſce-
lus dimittere inultum,quòd reges terræ non debent gran-
dia delicta dimittere inulta, etiam ſi legitimæ probatio-
nes deficiant, ſed conari cum omni diligentia,ꝙ delinquẽ
tes inueniantur,& inuenti puniantur, ad idem l.congruit.
ff.de offic.præſi.& infrà ſunt concor.in glo.& in Specu.de
offi.om.iud.§.1.circa prin.Item no.ex eadem litera,ꝙ grã-
de ſcelus dicitur uiolentia, quæ cõmittitur mulieri, & ſic
patet,ꝙ ex qualitate perſonæ cenſetur grande,vel leue de-
lictum,vt in l.2.ff.de publ.iud.l.auxilium.ff. de minor.gl.
in l.ad ea.ff.de reg.iur.no.Bar.in l.non ſolùm. §.ſi manda-
to.ff.de iniurijs.voluit Alex.in 2.vol conſi. 102. incipien-
te,ſuper themate.in prima col. Sextò no.ex tex.ibi,confeſ
ſionibus &c. aut teſtibus,quòd iſte Rex corrigit tex. con-
ſtitutionis Regis Roberti præcedentis,quæ incipit,omnes
noſtri regiminis.vbi dicebatur,ꝙ oportet,ꝙ ſit conuictus,
& confeſſus inculpatus de uiolentia meretrici illata, ad
hoc vt habeat locum pœna capitis, nã iſte corrigit in hoc
illam conſt. nam ſufficit,quòd ſit confeſſus, aut cõuictus,
vt dixi ibi in 6.no.& quæ ibi dixi,hic repete. Septimò no.
ex tex.ibi,nobis & inconſultis,contra iudices magnæ cu-
riæ noſtri temporis,qui referunt delicta probata per teſtes
aut confeſſiones delinquentium ſuperioribus, nã ipſis in-
conſultis debent de eis facere iuſtitiam,& ideo alibi dixit
tex.C.de offi.præfec.orien.&c.l.3.in fi.non enim crimen,
ſed vindicta potius ad nos debuit peruenire.& idem dici-
tur in c.ſequenti,imò talibus iudicibus, qui conſultant de
caſu claro,uel vbi de iure non debet fieri conſultatio, de
quibus per Spec.in tit.de relationibus §.1.l.2.C. de legib.
10 imponit pœnã infamiæ,& triginta librarum auri. † Octa-
uò no.ex tex. ibi, ꝙ ſi non ipſa rei veritas probari ualeat,
ꝙ ſi non probatur plenè uiolentia mulieribus illata,iudex
non poteſt procedere ad condemnationem pœnæ capitis,
ut hic,quia in criminalibus requiruntur probationes luce
meridiana clariores, vt in l.fi.C. de proba. Ex quib. ſequi-
tur,quòd ſi ſunt indicia ſuper uiolentia mulieribus illata,
iudex debet referre Regi ipſa indicia, ut expreſsè dicitur
in iſta cõſti.Sed iuxta hoc quæro primò, quæ ſunt,uel poſ
ſunt eſſe indicia ſuper iſta uiolentia mulieribus illata? In
hac conſtitutione ponuntur tria indicia.Et primum eſt,qñ
probatur, ꝙ ipſa mulier, uel alius pro ea nunciauit prius
ipſum inculpatum de uiolentia ei illata tribus vicibus, ꝙ
non attentet, etiam aliquibus ſignis tentare pudicitiam il-
lius mulieris,ſi poſtea inuentus fuerit cum muliere collu-
ctante,clamante, & uociferante, & clamoribus auſilium
petente. Vel ſi non reperiatur colluctans cum muliere,ſed
reperiatur in fuga prope domũ,in qua mulier habitabat.
fuga enim eſt magnum indicium ad hoc delictũ: de quo
per Bar.& ſcribentes in l.admonendi.ff.de iureiur. & in
l.lex Cornel.ff.ad Sylla. & ponuntur aliquæ limitationes,
vt ibi per Moder.ſcribentes,ſubaudi clamante, & auxiliũ
petente,quia dicta in præcedentibus cenſentur repetita in
ſequentibus, quia ſi in colluctatione requiritur acclama-
tio,multò fortius quando uir eſt in fuga prope domũ ha-
bitationis ipſius mulieris, & pro his bene facit l.3.§.filius.
ff.de libe.& poſth.unà cum l.1.§.ait prætor. de incen. rui.
nau.& cap. ſecundò requiris. de appella. cum concordan.
ſuis.Et aduerte,quia per hoc corrigitur tex.in auth. ſi quis
ei.C.de adulte.& tex.in Authen.ut liceat matri, & auiæ.§.
11 is quoque. † ubi dicitur,quòd ſi maritus ter in ſcriptis de-
nuntiauit alicui,ne loqueretur cum uxore ſua,quia habet
ipſum ſuſpectum de adulterio, quòd ſi poſtea inuenit eũ
loquentem cum uxore ſua, præſumitur commiſiſſe adul-
terium, ꝙ ex iſta præſumptione poteſt per maritum occi-
di,uel poteſt per ſententiam cõdemnari de adulterio, ſed
per iſtam conſtitutionem iudex non poteſt condemnare
de adulterio,& ita tenet hic gl.1.in uerbo,nunciatum,ſed
debet referre Regi. ò quantum debent aduertere iudices
in hoc regno ad iſtas conſtitutiones, quæ in multis corri-
gunt ius commune, hoc ideo dico, quia unus ex iudici-
bus magnæ curiæ Vicariæ,certè doctus in legibus,me con
ſuluit de hoc caſu,& dixi ſibi,quòd aduerteret,quia d.§.is
quoque. eſt ſolùm reſeruatus in arbitrio Regis per iſtam

conſtitut

conſtitu. & ſic vbi non eſt contra accuſatum de vi mulieri
illata probatum verè, vel per eius confeſſionem in iudicio
factam, licet ſint indicia, debet referri Regi per iſtam con-
ſtitu. & bene firmat hic And. Tertium indicium eſt, ſi mu-
lier probet, q vir ſatagebat aperire ſeras virginitatis, & te-
nebat eam ſubtus ſe proſtratam clamantem. Quæro ſecun
dùm And. an ex quolibet dictorum trium indiciorum iu-
dex poſſit, ſeruatis ſeruãdis, antequam ſit facta relatio Re-
gi, deuenire ad torturam? And. ſentit iſtam quæſtionẽ hic
& videtur determinare, q ſic, maximè ſi cũ iſta tertia de-
terminatione concurrat fama de delicto contra eum. Et
idem videtur mihi, quia iſta cõſtitutio ſolùm prohibet iu
dici, q ex aliquo ex dictis iodicijs non procedat ad cõdẽ-
nationem pœnæ capitis, non vetat, q præcedentibus indi-
cijs nõ poſſit torqueri, quia omnia iura clamant, q in cau-
12 ſa criminali, † vbi venit imponenda pœna vltra relegatio-
nem, præcedentibus legitimis indicijs, & vitæ leuitate, po
teſt inculpatus, ſeu accuſatus tormentari, vt in c. Regis Ca
roli ſecundi, quod incipit, tormenta. char. 56. & in alio ca.
quod incipit, ſi iuſtam. & tangit And. infr. 10 conſt. ſi dam
na clandeſtina. poſt gl. ibi, & dicit hic And. quòd indicium
de colluctatione prædicta plus operatur, quàm indicium
tertiæ denunciationis. Item plus quàm indiciũ clamoris
ipſius mulieris &c. Item pluſquam iodicium fugæ prope
domum. & eſt ratio, quia ſi ponere manus ad pectus mu-
lieris, vel oſculari eam, eſt deuenire ad actum proximum
veneri, & propterea vaſallus iſta faciendo cum vxore, vel
ſorore, vel filia domini, amittit feudũ, vt in cap. 1. §. 1. qui-
bus modis feudum amitta. per Andreã, multò fortius eſt
magnum indicium, ſi colluctabat vir cum muliere ad ſtu-
prum, & multò fortius ſi eam proijciat ad terram, & tene-
bat fœminã violenter ſubtus ſe. nam dicit Bal. in l. ſi quis
non dicam rapere, in 3. col. C. de epiſco. & cleri. q proſtra
tio in terram in actu carnali dicitur actus principaliter p-
pinquus delicto, licet Bal. ibi ſubdat, q oſculum ſit actus
magis remotus, & nõ eſſet pœna capitis, ſicut eſſet proſtra-
tio in terram, ſed Bar. in l. capite quinto. ff. de adul. ait, q
ſufficiẽtes probationes in cauſa adulterij ſunt, ſi probetur,
q vir inuentus fuit in rebus venereis, ut quia inuenit in ca
mera ſolum oſculantem, vel tangẽtem. bene facit. l. ſi qui.
C. de adul. gl. in cap. inquiſitioni. de ſenten. excom. dicit,
quòd iſta inducunt credulitatem. Abb. Sicu. in cap. præte-
13 rea, de teſtibus. dicit, † q amplexus, & oſculum ſunt actus
propinqui ad actum fornicationis. quæ autem ſunt admi-
nicula in actu fornicationis, vide glo. in l. quod ait. in prin
cip. ff. de adulte. ubi ponit verſum.

Viſus, & alloquium, tactus poſt oſcula factum.

Idem dicit Abb. Sicu. poſt Hoſti. in d. c. præterea. magnum
pro certo indicium eſt ad probandum ſtuprum, ſi ſolus cũ
ſola ſit repertus, ut in cap. literis. & c. 3. loco. de præſumpt.
Tertiò quæro, an confeſſio extra iudicium inculpati parte
abſente probata per duos teſtes, qui dicebant, q ille incul-
patus gloriabatur cum amicis, quòd rapuit illam, ſit ſuffi-
ciens indicium ad torturã? Gl. & Bar. in d. l. capite quinto.
dicunt, quòd ſic, per l. quæro. in fi. ff. de ædil. edi. & quod
no. in l. Fulcinius. §. 1. ff. quibus ex cau. in poſ. eatur. vide ad
hoc vnam bonam apoſtillam Alex. quæ allegat concor. in
d. l. capite quinto. An autem confeſſio extra iudicium, par
te abſente, probata per duos teſtes faciat in iudicio ſemi-
plenã probationem? Articulus eſt dubius, remitto me ad
ſcripta per Bar. in d. l. admonendi. & ibi per ſcribentes, &
ad Bal. & Sal. in l. in bonæ fidei. C. de rebus creditis. & ad
Docto. in cap. fin. de ſuc. ab inteſta. & Ioan. de Imo. in c. ve-
niens. de renon. & ad Barto. in l. non ſolùm. §. ſi liberatio-
nis verba. ff. de libe. lega. quia hic non eſt locus examinan-
14 di hunc articu. † Nonò no. ex tex ibi, ad conſcientiam no
ſtram remitti. quòd iudices proceſſum plenè diſcuſſum,
& inſtructum probationis, debent remittere Regi, quan-
do non habetur confeſſio accuſati, vel denunciati de vio-
lentia mulieri illata, vel contra eum non ſunt veræ proba-
tiones, ſed ſunt ſupradicta indicia, vel alia. Decimò no. ex
tex. ibi, vt ex conſcientia motus, vt infrà, q Rex poteſt p-
nunciare ſecundùm conſcientiam ſuam, quia eius cor in
manu Dei eſt, vt in epiſtola, inter claras. C. de ſum. trin. &
in hoc Rex differt ab alijs iudicibus inferioribus à ſe da-
tis, quia illi non poſſunt iudicare niſi ſecundum ius, ſecũ
dùm And. hic, per l. 1. in fi. ff. de offic. præſec. & ſm allega-
ta & probata, & non ex capite ſuo, & ſic faciendo non ti-
meant, ſi iudicant contra ſuam opi. vt 23. q. 3. c. qui peccat.
14. q. 4. c. quiſquis. & cap. præcipitur. ita dicit Hoſt. & poſt
eum Anto. de But. in c. cum dilectus. de purga. can. de hoc
vide Bar. & Bal. in l. illicitas. §. veritas. ff. de offic. præſi. &
Bar. & Mod. in l. 1. C. vt quæ deſunt aduoc. Bal. in l. ſi irru-
15 ptione. ff. finium regund. & ibi ſunt aliæ remiſſiones, † nec
iudex inferior à principe debet habere conſcientiam ali-
ter quàm a lege informatam, ſm Bald. multùm eleganter
in l. 1. C. ſi plures vna ſententia. ſed Rex poteſt iudicare
præter legem, & excedere legem ex cauſa ſecundùm And.
hic, allegat l. 1. in fi. ff. de conſti. prin. Cui adde, q Rex eſt
ſupra ius, & contra ius, & extra ius, ut dicit Bal. in c. cũ ſu-
per, de cauſa poſ. & proprietatis, quia Rex poteſt mutare
rerum naturas, vt in l. 1. in prin. C. de rei vxo. actio. & pro-
batur in Eccleſiaſt. c. 17. ibi, dedit illi diſciplinam, & legẽ
vitæ, hæreditauit illos. ſuper hoc dicit glo. legem vitæ. ſ. ad
correctionem legis naturalis, & propterea dicebat S. Tho.
quòd lex ſcripta per principem dicitur data ad correctio-
nem legis naturæ, vel quia ſupplet, qd legi naturali deeſt,
vt 32. q. 5. c. dicit & no. Inn. in c. 1. i fi. magnæ gl. de ſciſma
ticis. Licitum eſt enim Regi aliquid facere in præiudiciũ
alterius in melius commutando, ſecundùm Inno. in c. de-
bitores. de iureiur. ut dicit Bal. in c. 1. 10. col. in c. de cauſis.
vlt. char. de offi. deleg. Et poteſt Rex iudicare omiſſo rigo-
re iuris, ſecundùm æquitatem, vt bene hoc probat Bald. in
2. vol. conſi. 220. in fi. Item non poteſt dici Regi, cur ita fa
cis. 19. diſt. cap. in memoriam. Item dicit Cynus in l. 1. C.
vt quæ deſunt. quòd princeps poteſt iudicare ſecundùm
conſcientiam, & idem dicit Bal. in c. 1. de noua for. fideli.
& Abb. Sicu. in c. cum inter. de electione. ſed ſi faceret ali-
quod iniuſtum notoriè, populus debet reſiſtere Regi, ut
no. Archidia. 23. q. 3. oſtendit. argumen. 11 quæſt. 3. cap. re
ſiſtit. Inde dicebat Bal. in l. pro liberta. C. de oper. liber. q
ab omni ſuperioritate principis intelligitur exceptum ius
honeſtatis. de multis priuilegijs, quæ habet Rex, & nõ in-
feriores iudices, dixi in cap. 5. in principio, quæ ſint rega-
lia & Ludoui. in l. imperium. ff. de iuriſdictione omnium
iudic. & no. vnum verbum, quod dicit hic Andreas, quòd
16 licet princeps poſſit iudicare ſecundùm ſuam conſcientiã,
tamen debet dirigere ſe cum cõſilio peritorum multorũ,
quos debet apud ſe habere, alleg. l. omnium. C. de teſt. ego
dico, prout dicebat Baldus in conſilio 275. penul. colum.
quòd Rex non ſolo priuatur, quia non eſt, qui ei dicat ve
rum, vel timore, uel reuerentia, allegat Senecam, niſi qñ
daret libertatem loquendi Doctoribus, quòd conſulant
principi veritatem, & quod iuſtum eſt, etiam quòd ſit in
eius læſionem, ſed obſequium parit amicos, & veritas o-
dium, ut dicit Terentius. Vltimò no. tex. ibi. fideiuſſorum,
vel carceris, quòd eſt in arbitrio iudicis accuſatũ, uel denũ
ciatum de violentia mulieri illata, quando non eſt conui-
ctus nec confeſſus, ſed ſolùm contra eum ſunt indicia, &
debet fieri relatio Regi, pendente relatione, & donec ue-
niat iudicium Regis, ſm eius conſcientiam, tenere in car-
ceribus cuſtoditum, vel ſub fideiuſſoria cautione de ſe prę
ſentando, quæ fideiuſſoria cautio, ſm Bartholomeum de
Capua, dicitur cathena aurea. nam iſta, uidelicet carceris
publici cuſtodia, & fideiuſſoria cautio de præſentãdo, sũt
hic æquiparata, & idem dicit tex. in l. necnon §. item ſi
quis. & ibi Bal. ff. ex quibus cauſis maio. & pro hoc eſt gl.
in l. in eadem. in fine. eodem titu. quæ dicit, iuncto tex-
tu. quòd in vinculis eſt, qui ſtat ſub fideiuſſoribus, hodie
in regno prouiſum eſt per conſtitutionem, humanitatẽ.
17 † Vbi accuſatus criminaliter debet fideiuſſoribus relaxari,
niſi in quatuor caſibus. primus, quando reus confeſſus eſt
crimen.

crimen.ſecundus,quando eſt conuictus, & ſic delictũ eſt
notorium,vel ſunt indicia ſufficientia ad torturam.tertius
quãdo reus eſt captus in flagranti crimine. quartus,quãdo
inculpatur de crimine læſæ maieſtatis. Et ex iſto textu in-
fertur, quòd ſi Rex mandat regenti, quòd debeat tales te-
nere ſub fida coſtodia, quòd ſi regens recipit ab eis fideiuſ
ſores de ſe præſentando ad eius requiſitionem quòd ſatiſ-
fecit mandato, per iſtũ textum,& iura ſuprà allegata igno
rantes dicerent contrarium.In glo. in verbo,conſpectibus.
no. iſtam gloſſ. quia veritas magis percipitur per ſenſum
viſus,quàm p alios quatuor ſenſus, gloſſam allegat pro cõ
cordan. Inſtit.de grad.§.fi.cui adde,quòd probatio per vi-
ſum fortior dicitur probatio, licet interdum oculus falli-
tur,vt dicit textus in cap nec aliquem.27.quæſtio. prima,
ſed hoc raro, ſecundùm gloſſam ibi: ocularis enim inſpe-
ctio operatur firmum iudicium cõſcientiæ in iudicando,
vt in l.ſi irruptione.ff. finium regũdo. & in teſtificando ve
rum, ideo probatio per ocularem inſpectionem præualet
cuicunque probationi, ut dicit Azo in ſum. C. ad legem
Aquiliam. & Bald. in l.contra negantem.eod.titu. & Bal.
in l.ſi quis teſtibus. in fi.C.de teſtibus.& dixi ſupra,in cõ-
ſti.ſi quis in poſterũ. in 10. nota.inde dicit Lucas de Pen-
na in l.infamia.C.de decur.lib. 10. quòd in oculis eſt om-
ne mentis indicium, quia quod oculus vidit, lingua non
poteſt negare, dicit Bal.in conſi.ſciſmatis. in pen.col. ſunt
enim quædam, quæ melius oſtenſione facta percipiuntur
quàm locutione,dicit tex.in cap.apoſtolicæ.de donat.quẽ
tex. allegat Lapus, alleg.67.& dicit Bal.in l. edicto. col.7.
18 C.de edicto diui. † quòd experimentum verorum ſermo
num eſt,vt concordent cum rebus ſenſatis. Vnde non cre-
ditur verbis,ſed oculis. tex.in d.§. ſed cum magis. Inſtitu.
de gradibus. & dicit Bal.in rub.C.de prob.in 8.col. quòd
nulla virtus poteſt excludere probationem per rei euiden
tiam. Allegat Azo.vbi ſuprà,& ſi ſit excluſa omnis proba-
tio,non eſt excluſa probatio, quæ fit per oculum, vt dicit
Alex.in 1.vol.conſi.145.& in 2.vol.conſi.85.in 5.colu.&
ideo ſuperat omnem aliam probationem,vt dicit Alex. in
2.vol.conſi.124.in 4.col.& iſte ſenſus viſus reliquos qua-
tuor ſenſus inſpicit ſecundùm Fulgẽtium,vt latiſſimè hoc
proſequitur Lucas de Penna in l.nemo.3.col.C. de re mi-
lita.lib.12.In glo.in verbo,nunciatum.quærit glo. An iſta
tertia denunciatio, de qua ſuprà fecimus mentionem, &
de qua loquitur iſta conſtitutio,debeat fieri in ſcriptis, ſi-
cut dicitur in d. auth.ſi quis. & dic, quòd non. nam in d.
authen. ideo illa denunciatio tertia debet fieri in ſcriptis,
quia ex illis tribus denunciationibus in ſcriptis factis ori-
tur præſumptio, per quam poteſt condemnari ad mortẽ,
& ideo debent illæ denunciationes fieri in ſcriptis, & iſte
eſt vnus de caſibus ſpecialibus, in quo de neceſſitate requi
ritur ſcriptura: ſed in tertia denunciatione, de qua loqui-
tur iſta conſtitutio,non reſultat pręſumptio delicti,vt poſ
ſit condemnari ad mortem,ſed tantùm facit indicium, &
debet fieri relatio Regi,& tunc iſtę tres denũciationes poſ
ſunt probari per teſtes, quorum depoſitiones redigantur
in ſcriptis,& hoc firmat glo. hic, dum dicit, per teſtiũ de-
ſcriptionem, licet glo.ſit corrupta, & dicat, teſtium corru
ptionem. & hoc eſt de mente Saly. in d.authen.ſi quis. C.
de adulterijs.& ſcias,quòd d.auth.ſi quis ei,non ſolùm eſt
correcta per iſtam conſti. vt dixi ſuprà in 8. no. ſed etiam
eſt correcta de iure can.ſecundùm Hoſt. & Ant.de Butr.in
19 c.ſi verò. lo 1. de ſent.excom. † quia ex præſumptionibus
nemo debet condemnari ad mortem,vt dicit Ant.de But.
in c.afferte.de præſum.& ideo dicit Io.And.in addi. Spec.
in tit.de prob.§.1. ver. 13. ꝙ ex præſumptionibus & indi-
cijs licet indubitatis non poteſt quis condemnari ad mor
tem naturalem.idem tenent Inn. & Ant. de But. in c.quia
veriſimile.& in c.quanto,verſ.an ex præſumptione fiat cõ
demnatio in criminali.de præſump.& Abb. Sicu.in c. au-
ditis.de præſcr.& Pet.de Auch.in regula, ſemel malus. in
6.Lud.Ro.in l.excipiuntur.ff.ad Sylla.& Auge.de Are. in
tracta.de maleſi.in verbo,fama.char.671.in 1.col.An au-
tem præſumptio,quæ oritur ex dictis tribus denunciatio-
nibus, habet locum contra clericum? Tangit Salyc. in d.
auth. ſi quis ei.in finalibus verbis ſuis. & dicit, ꝙ non, &
ego credo ꝙ dicat verum,quia leges ciuiles non ligant cle
ricos,per ea quæ habentur in c.quæ in eccleſiarum,cũ ſuis
concordant.de conſtitutio. In glo.in verbo, prope domũ.
nota iſtam gloſſam, ꝙ ex uicinitate loci præſumitur cõtra
aliquem,concordantiæ ſunt in gl.cui adde id,qđ dicit Bar
to.in l.ſi ita.§.ſi.ff.de fundo inſtr.ubi dicit,ꝙ damnum,qđ
datur in agris,potius dr̃ dari à vicinis,quàm ab alijs. Item
furta præſumuntur potius fieri à vicinis,quàm ab alijs. al-
legat in ar.l.dominus horreorum.ff.locati. & l. nam & ſa-
lutem.ff.de offic.præfec.vrb.& l.1.C.locati.vbi dicit Bald.
ꝙ non ſufficit ad præſumendum contra uicinum ratio vi-
cinitatis,ſed oportet,ꝙ probetur,ꝙ aliter ſit ſuſpectus, &
ſentit Bar.in l.ſi.de quæſtionibus.ſed uicinus ad excluden-
dam dictam præſumptionem poſſet probare,ꝙ eſt homo
20 laudabilis vitæ,ut dicit Bal.in d.l.1.in fine. † Hinc no. di-
cit Ang.in l.milites.C.de quæſtionibus,ꝙ ſi unus magnus
mercator,& magnæ famæ, & notabilis uitæ illo tunc exi-
uiſſet de domo,de qua dr̃ tunc fuiſſe ſubtractam pecuniã,
& comprehẽſum fuiſſet ſub clamide aliquid,etiam ſi hoc
probetur per duos teſtes,non eſt ſufficiens indiciũ ad tor-
turam,quia nõ eſt ueriſimile, ꝙ tantus uir ad tam uile ma
leficium prorupiſſet,niſi concurrant alia indicia,ut ibi per
eum, quia qualitas præcedẽtis uitæ elidit huiuſmodi in-
dicium.l.non omnis.§.à barbaris.ff.de re milita.ca.cum in
iuuentute.de præſumpt. Et ideo ſi ante domum uicini re-
peritur homo mortuus, præſumitur interfectus à dño do
mus,ſi erat eius inimicus,& ſic ſola uicinitas non facit in-
dicium ad torturã,ſecundùm Ludouicum in l. 1.§.hoc re-
ſcriptum.ad Sylla. uide ad hoc apo.Alexan.in d.l. ſi. ff.de
quæſtionibus.& in l.1.ff.de uia publica.Spec.in ti. de prę-
ſumptio.§.1.& qualis debet eſſe iſta inimicitia,dicit Inno.
in cap.cum oporteat.in uerbo inimicos.de accuſatio.ꝙ re-
mittitur iudicis arbitrio.In glo.fin.no.iſtam gl.ꝙ licet uo-
ciferatio mulieris uociferantis ſe oppreſſam, ſit magnum
indicium ad delictum ſtupri, uel uiolentiæ illatæ mulieri
p iſtum textum.& facit bene tex.in l.1.§.potuiſſet.ibi, uo-
ce plorantem.ff.ad Syll. tamen ſi non probetur de iſta uo-
ciferatione,ſed probantur alia indicia, ideo debet fieri re-
latio Regi,ſm̃ iſtam conſtitutionem.Et iterum no. glo.ꝙ
ceſſantibus ueris probationibus,recurrendum eſt ad indi-
cia,& præſumptiones,ut in l.non omnis.§.à barbaris. ff.de
re milit. nam per iſta indicia & præſumptiones deuenitur
ad cognitionem ueritatis,ut in cap.literas, de præſum. &
in cap.pro humani.in ſi.de homic.in 6.no.Archid. in cap.
Apoſtolicæ. in uerbo,argumentis.de re iud.lib.6.& habe-
tur in l.indicia.C.de rei uendicatio. & per Andreã in con-
ſtitutio. ſi dãna clandeſtina. & in multis alijs iuribus hoc
reperitur, quæ colligere eſſet labor inutilis.

ANNOTATIO.

a.] Quid ſi ſine uiolentia, vel blandis verbis quis ſubduxit mulie-
rem,an incidat in pœnam raptus? Vide Hip.de Marſi.in l.vnica.de
rap.vir.col.40.in ſi.nume.14.

Si quis mulieri violentiam patienti, & clamanti non ſuccurrerit. Rubr. XXII.

QVIA in proximis præcedentibus con-
ſtitutionibus fuit narratum de conſilio
proclamationis, & uociferationis mu-
lieris,quę patiebatur uiolentiam ad p-
bandum raptum uel uiolentiam ſibi il-
latam,& interdum nullus,qui audiebat
eam clamantem,& uociferantem, ſuccurrire, ueniebat ad
eam adiuuandam ſaltem clamoribus, quia de iure com-
muni,

muni non tenetur extraneus extraneo oppreſſo pſtare au-
xilium, ita q venıret mulctandus, licet naturaliter natura
cōſtituiſſet hoīes, vt vnus ſit in ſubſidium alterius, ſm Bal.
in l. quicunque. C. de ſer. fug. ppea ſtatuitur hic ius nouum
& ſtatuitur pęna illi, qui ceſſante impedimento audit cla-
moroſas voces mulieris, & ei non occurrit, ſaltem clamā-
do auxilium aliorum: nam licèt hoīes vt plurimū ſint pec-
catores, & cū eis non debet eſſe participiū, vt dicit Apoſt.
2. ad Cor. 6. c. recedite de medio eorum. & in pſalmo dr̄,
iniquos odio habui: tn̄ eis non ſunt ſubtrahenda amicitiæ
beneficia, quouſque hr̄ ſpes emēdationis, vt dicit Ariſtot.
9. Ethic. ſed magis eſt eis auxilium dandum, tam ad recu-
perationem virtutis, q̄ ad recuperationem pecuniæ, ſi ami-
ſiſſent. ſed quādo non eſt ſpes, q reuertantur, tunc eis ami-
citiæ familiaritas exhibenda non eſt, & iſti præcipiuntur
occidi, vt dicitur Exodi 22. c. maleficos non patieris viuere
ſuper terram. loquitur illis, qui habent iuriſdictionē, quia
tunc tollitur eis poteſtas amplius peccandi, ita dicit beatus
Tho. de Aquino 2. 2. q. 25. art. 6. in reſponſione ad ſecundū
arg. & ideo ſecundùm theologos, Chriſtianus debet Chri-
ſtiano quantumcunque peccatori, quia ſuus frater eſt in
Chriſto, exhibere auxilium, quod poteſt, quia ei datum eſt
pręceptum diuinum, diliges dominum Deum tuū, & pro-
ximum tuum ſicut te ipſum. de quo latius per beatū Tho.
in 3. ſent. diſt. 36. ar. 6. ſequitur nigrum.

SVMMARIVM.

1 *Opem ferre dicitur, qui verbis robur præſtat.*
Pecunia quandoque ſuffragium præſtat.
2 *Auguſtales quanti olim erant valoris,*
3 *Deſidia deteſtabilior in viro, quàm in fœmina.*
4 *Vicinus etiam dici poteſt, qui ſub eodem tecto non moratur.*
5 *Infanti æquiparatur, qui nihil penitus intelligit.*
6 *Dolus nemini debet patrocinari.*
Dormiens quando peccare poſſit & quando non.
7 *Serui ſcientes dominum violentiam pati, puniuntur, ſi ei non ſuccurrerint.*

QVICVNQVE mulierem. Hæc conſti-
tutio ponit nouum ius omiſſum a iure
cōi, vt dicitur in gl. & pro eius intelligē-
tia diuido eam in tres partes. In prima
ſtatuit ut audientes clamoroſas voces
mulieris violentiam patientis, debeant
velociter. i. celeriter currere ad auxilium eius, vſque ibi,
quòd ſi non fecerit. In hac ſecunda parte imponit pœnam
quatuor auguſtalium illi, qui ſegnes eſt. i. piger, & igna-
uus in accurrendo, & ſuccurrendo ei, vſque ibi, nec euitan
dum. In hac tertia parte tollit quandam exceptionem, quā
opponebant illi, qui vocati erant in ius, q non accurrerunt
ad auxiliandū mulieri vi oppreſſæ, nam ſe defendebant, q
non audierunt eam vociferantem. hæc exceptio tollitur p
rationem euidētem, nam ſi iſti erant ſub eadem domo, in
qua fuit commiſſa violentia: vel erant vicini, ita q poterāt
vocē acclamātis audire, dicta exceptio ſimulatè, & fraudu-
lenter & cum mendacio allegatur, quia pręſumuntur audi-
uiſſe, & non accurriſſe, & ſuccurriſſe, niſi allegantes ob au-
ditū pdictū probarent, q ipſi ſunt ſurdi, vel claudi, ideſt
pedibus impediri, aut aliter imbecilles, ideſt, debiles, quaſi
baculo indigentes, aut q dormiebant tpe vociferationis. &
durat vſq; in finem. Et breuiter hoc intendit, qui audiuerit
mulierem vi oppreſſam clamantē, & non ſuccurrerit, pœ-
nam quatuor auguſtaliom incurrit per viam cōpoſitionis.
nec excuſatur, ſi dicat, ſe eius voces nō audiuiſſe, quia præ-
ſumitur illas audiuiſſe, ſi habitabat in eadē domo, vel erat
vicinus, taliter q eius voces audire potuiſſet, niſi ſit ſurdus
1 claudus, vel debilis, vel eo tēpore dormiebat. † No. primò
ex tex. ibi, ad occurrendum, & ſuccurrendū, q non ſolū vi-
cinus maſculus, qui audit mulierē acclamātē, dēt ire velo-
citer ad ſibi occurrēdū. i. obuiā faciēdum, ſed dēt ſibi ſuc-
currere. i. opē ferre verbis. nā ille dr̄ opē præſtare, qui ſuis
verbis robur pręſtat, & aduerſariis timorē incutit, ſm Inn.
in c. 1. de homi. mulieres pp ſexum non ligat iſta conſtitu-
tio ad occurrendum, ſed ad ſuccurrēdum clamoribus, cre-
a do q iſta conſtitutio ligat eas. An autem viri debeāt ſuc-
currere etiam armati armis prohibitis? Videtur q nō, quia
armorum vſus ſit prohibitus, vt ſuprà in conſt. intentionis.
ſuccurritur enim perſonæ, & non cauſæ, vt dicit tex. in l. ſi
ex tutoribus pluribus. ff. de admi. tut. licet interdum ſuc-
curſus capiatur etiam in pecunia, vt in c. fi. de voto. nam ēt
pecunia præſtat ſuffragium, vt in Auth. qūo oport. epiſ. §. ſi
quis aūt. ſed ego credo, q iſte velociter accurſus, & ſuccur
ſus ad clamorē mulieris poſſit fieri ēt cum armis, & iſte ſit
vnus de caſibus, in quibus licet ſumere arma impunè, quia
ſi permiſſus eſt iſte ſuccurſus per iſtam conſtitutionē, quæ
non ſolùm permittit, ſed iubet, q pręſtetur, videtur permiſ
ſum oē id, per quod peruenitur ad ſuccurſum, ar. l. oratio.
de ſpon. & l. a. ff. de iur. om. iud. cum concor. ſuis. nam qui
ſtat armatus, dicitur ēt opē ferre, dicit Inn. in c. continētia.
de cleri. percuſ. & Bal. in l. raptores. C. de epiſ. & cle. & in l.
1. C. de ſer. fug. & in l. j. vlt. chat. C. vnde vi. & ſic pōt præ-
ſtare ſuccurſum ēt cum armis, vnde auxiliari dicitur mul-
2 tis modis, vt bn̄ declarat tex. in l. j. §. tuliſſe. ff. ad Sylla. † Se-
cundò no. ex tex. ibi, quatuor auguſtales. q iſta pœna qua-
tuor auguſtalium nō eſt magna pœna, nam quatuor augu-
ſtales valent carlenos ſexaginta, ſeu tarenos triginta, hodie
iſta moneta auguſtaliū de auro nō currit, quia pauci repe-
riuntur, & iō debet ſolui eius æſtimatio, vt dicunt Bar. &
Doc. in l. cū quid. ff. ſi cer. pet. & in maſſa, videlicet quolibet
auguſtalis in carlenis quindecim, & ſic hodie pęna iſta erit
ducatorum quinque & ſex carlenorū, ad rōnem tarenorū
quinque & gto. 15. pro quolibet ducato, tempore illo du-
catus aureus erat maioris ponderis quàm aureus, qui cur-
rit hodie, nam dicit gl. in l. ult. ff. de in ius uoc. q 72. ducati
faciunt unam librā, ſed hodie nonaginta ſex ducati de au-
ro faciunt unam libram, & hoc facit cōtra illam deciſionē
Lucæ de Penna in l. 1. C. de ueter. numiſ. poteſta. li. 11. ubi
dixit, q ſi mutuaui tibi ducatos aureos iuſti pōderis, & tu
reſtituis mihi ducatos aureos, ſed minoris pōderis, ſed uis
dare æſtimationem illius defectus ponderis, q poſſum di-
cere, ego nolo recipere illam æſtimationem, ſed uolo duca
3 tos iuſti ponderis, ut ibi latius per eum. † Tertiò no. ex tex.
ibi, nociuæ deſidiæ, q pigritia in uiro eſt nociua, ſed in mu
liere prægnante non, quia concipere ac tueri conceptum
maius eſt. l. quæritur. §. 1. ff. de ędil. edic. & ideo mora cui-
libet eſt nociua, ut in regula, mora. li. 6. dicit Cyn. in l. 1. C.
de falſa mo. q uiduæ non puniuntur de negligentia, licet
negligentia cuilibet debeat eſſe nociua, ut dicit Bal. in l. 3.
ff. de tranſa. pigritia enim interdum eſt infirmitas, ut dicit
text. in l. quæritur. §. item de eo. & non eſt uirtus, ſed uitiū,
nam eſſe pigrum incipiendo, & tardum in perficiendo, ui
tium eſt, vt in l. ſi quid uēditor. ff. de ędil. edic. & q pigritia
ſit uitiū, patet in l. unica. C. de mendi. ualidis. li. 11. ubi iſtis
pigris non eſt danda eleemoſyna. & dicit ibi Lucas de Pē-
na, no. contra pigros ad idem in l. quidam. C. de decur. lib.
10. & ideo piger ſemper in egeſtate erit, ut dicitur in Pro-
uer. 21. c. & in 28 cap. dicitur, q qui ſectabitur ocium, re-
plebitur egeſtate. & Hier. in Epiſt. 87. dicit, nihil ocio dete-
rius, quod non ſolùm non acquirit noua, ſed ēt parta con-
ſumit, & de multis auctoritatibus damnantibus pigritiam
& tarditatem in bonis operibus, vide moltum prolixè per
beatum Ant. in 2. parte ſuæ ſummæ tit. 9. c. 13. cū ſequen-
4 tibus. §. 5. & in 3. par. tit. 14. c. 4. §. 2. † Quartò no. ex tex.
ibi, ſub eodem tecto. iſtam præſumptionem ad oſtenden-
dum, q quis habuit ſcientiam, uidelicet, qn̄ aliqua mulier
uociferat, nam præſumitur habuiſſe ſciētiam de ipſa uoci-
feratione, ſi erat ita uicinus, q eius uox ueriſimiliter audi-
ri potuit, & ſic nō accipitur hic illud uerbū, ſub eo. tecto,
ideſt, ſub eadem domo, ſed prout accipitur in l. 1. §. eodem
autem tecto. ff. ad Syllani. prout ſuprà dixi. & iſtum tex. al-
legat Bar. ad hoc in l. ſi tertius. ff. de aqua plu. arc. & ibi ple-
nē

nẽ quis dicatur uicinus. & uide tu concord. ad idem tex. in l.fi.C.eo.tit.quæ eſt una cum tit.de his quib.ut indi.qa finalis ratio huius conſtitutionis non conſiſtit, quia homines habitabant in eadem domo,ſed quia homines audientes clamorem mulieris non ſuccurrerũt, & præſumuntur audiuiſſe, ſi ueriſimiliter audire potuerũt ipſos clamores, & propterea in hoc ſtari debet arbitrio iudicis,ut in c.iuxta ſanctorum.93.diſt.ſecundùm glo.in c.fœlicis. in §.præſenti.in uerbo,uicinorum.de pœnis.in 6.& ideo ſi mulier non vociferauit, non puniuntur non occurrentes,ut dicit Bal.in ſimili,in d.l.fin. C.ad Syllan. Quinto nota ex textu ibi, qui ſurdus legitimas defenſiones, quas poterit facere inculpatus, quia non accurrit, nec ſuccurrit uelociter mulieri clamanti : nam poterit ueritate exiſtente probare, ꝙ non audiuit clamorem muliebrem, quia erat ſurdus &
5 †nihil intelligens æquiparatur infanti,vt in l.ſi ſeruo inuito.§.ſi pupillus.ff.ad Trebell.item habetur pro abſente, vt in l.diem.§.coram.ff.de arbit.& l.coram.de uerb.ſignifi.& Bart.in l.1.§.propter.ff.de poſt.probatur autem per teſtes, quem eſſe ſurdum,ſi teſtes dicant,ꝙ talis non intelligit ad vocem,& nihil auditu percipiebat, ſecundùm Bart. in l.fi. ff.de bonorum poſſeſſ.furioſo, infanti, muto & ſurdo. & ibi dicit etiam Bar. quòd non ſufficit,ſi teſtes dicant,quòd pro tempore præterito fuit ſurdus:ſed debẽt dicere,ꝙ etiã in præſenti,quia nõ ſequitur,heri fuit ſurdus, ergo hodie. Secundò poterit excipere, ꝙ erat claudus pedibus, qui nõ poterat accurrere : ideo eſt excuſatus, ſi non accurrit . ad idem tex.in c.fi.extra,qui matr.accu.poſ. Et ideo claudus, qui non poteſt ambulare, morboſus dicitur, ut ait tex.in l. item & claudus.ff.de ædil.edic. dicit tamen unus magnus medicus antiquus, uocatus Dioſcorides, in c.de altea , ſeu mellochia:quòd ipſe expertus eſt, quòd altea, quæ dicitur maluauiſco,trita cũ aſungia ueteris porci,uel anſeris, impoſita ſuper podagram,tertia die ſanat. & hoc refert pandecta, in uerbo, altea. chat.15. Tertiò poterit excipere, ꝙ effectus tunc erat imbecillis, & debilis ex morbo, ſine tamen fictione & ſimulatione,ut aliqui vocati in iudicio fingunt ſe imbecilles, ut non teneantur comparere, ut refert Lucas de Penna in l.pen.C.qui morbo ſe excuſant, lib.10.
6 talis enim † dolus eis non debet patrocinari , quia hoc expreſsè dicit iſta conſtitutio, quando hoc non diceret,ab oĩ ſtatuto & diſpoſitione ſemper intelligitur excluſus actus doloſus & fraudulentus, vt in l.creditor. §.Lucius.ff.man. voluit Ang.in l.ſi pater.ff.de his quę in fraudẽ credit.caſus autem,in quibus præſumitur fraus , vide per Lucã de Penna in l.quemadmodum.C.de agri.& cenſi.lib.11.Quartò poterit excipere,ꝙ dormiebat illo tempore,& ideo nõ audiuit, nam dormiens naturaliter nõ intelligit, ut ff.ad l.Aquiliam.l.ſi ſeruus ſeruum.§.ſi fornicarius.iuncta l.1.§.adipiſcimur.ff.de acq.poſſeſſ. & l.nũquam.§.ſi ſeruus.ff.de vſucap.& ideo ſi dormiens ſomniando faceret aliquod peccatũ mortale,non peccat,ſi ſurgens nõ aſſentit, ut no.in c. teſtamentum.6.diſt.& pro hoc clem.1.de homicidio. Sextò no.ex illis vltimis verbis,non probetur.quòd pſumptio iuris eſt, quòd vicinus præſumitur audire ueriſimiliter voces acclamantes mulieris : & tamen contra iſtam præſumptionem admittitur probatio in contrarium modis ſupradictis in pręcedenti no.quod regulare eſt,ut in l.ſiue poſſidetis.C.de prob.& in l.fin.ff.quod met.cau.& in l.cum de indebito.ff.de prob.cum multis ſimil.In gl.1.ibi,& poteſt
7 dici. bene dicit gl.& And.hic,quòd † ius cõmune non punit niſi ſeruos,& libertos non occurrentes ad auxiliãdum, quando ſciunt,quòd dominus patitur uiolentiã,ut in l.ſi. C.ad Syllan.cũ concord.ſuis.& no.gl.in l.culpa caret.ff.de reg.iur.nihil conſtitutio de hoc loquitur.& dicit hic And. quòd per cõſtitutionẽ Regis Caroli Primi prouiſum fuit, quod contra proditorem quilibet debet acclamare , ecce proditores domini Regis,alta uoce vocare adiutorium ad eos capiendum . & dicit, quòd illa conſtitutio incipit , ad vindictam malefactorum . dic, quòd illud c. eſt inſertũ in c.quod incipit,nuper apud Tranum.3.char.ſimiliter eſt aliud capitulum,ꝙ incipit, frequens & effrænata. quod inter alia dicit,ꝙ debeat fieri acclamatio contra latrones,qđ
b eſt ad char.7.Itẽ inquantũ dicit[b] hic And.ꝙ ad iuuandum clericum, qui violentiã patitur,quilibet debet ei ſuccurrere,ſaltem clamore,ut in c.quantæ.de ſent.excom.& per cõſtitutionẽ Innocentij Quarti,quæ incipit,dilecto.in tit. de ſent.excom.in 6.prouiſum eſt,ꝙ non ſolùm clericis vi oppreſſis auxiliandum eſt à laicis : verumetiam cuilibet ſuo vicino,uel proximo pro repellenda iniuria, licet auxilium impartiri: immo ſi poteſt,& negligit, uidetur iniuriantem fouere. profectò in dictis capitulis nihil dicitur de acclamatione, ſed ſolùm de auxilio, & appellatione auxilij bene uenit acclamatio,ut hic: & hoc eſt, quod ſẽtit hic And. & in c.1.§.ſi quis hominẽ. in additione ſua. de pace tenenda. de iure ciuili hoc non erat,ut dixi ſupra in prin. huius gl.tu de hoc vide optimã gl. in d.c.quantæ. hinc dicit Pet. de Anch.in d.c.dilecto.ꝙ ſi offenſus quilibet clamat, adiutorium, adiutorium,quilibet debet occurrere, & eum defendere per duas rationes,ut ibi per eum.ſequitur rubrica.

ANNOTATIONES.

a An autem viri.] Ampliat Affl.conſtit.hanc loquentẽ de ſuccurſu, vt procedat etiam in defenſione cũ armis: adeo ꝙ vicini,qui tenẽtur ſuccurrere mulieri acclamanti uelociter,per conſti hanc poſſunt ſuccurrere armati ẽt cum armis prohibitis: quia vicinis in faciendi tali defenſione videntur conceſſa omnia,ſine quib.talis ſuccurſus explicari non pòt.l.2. de iuriſd.om.iud. & ſic dum Affl hic alle.d.l.2.ſentit,ꝙ arma in hac defenſione ſunt neceſſaria:propterea ꝙ veniant in tali defenſione faciẽda. pro quo facit,ꝙ cõceſſo aliquo,quod non pòt expediri ſine ſolẽnitate præcedẽte,videtur etiam conceſſa illa ſolennitas,quæ actũ illũ præcedere debet. per quod datur intellectus ad Conſtit. vt particip. per quã cautum fuit, ꝙ inferens iniuriam perſonis commorãtib.in curia Regia patitur duplicatam pœnam. Nã illa conſtit.ſine qua quis non poteſt condẽnari ad pœnã: & ſic licet illa ſolennitas citationis non exprimatur in illa conſtit.tamen ſolennitas antecedens neceſſariò ſubintelligitur. Affl.ibi,nu.12.ita in caſu noſtro dici pòt: nam poſtquã Imperator hic pmiſit, immo iuſſit vicinos debere ſuccurrere mulieri acclamanti,eamq; defendere ab inferentib. violẽtiã: videtur ẽt permiſiſſe antecedens neceſſarium ad talem defenſionẽ : & ſic arma quantumcũq; prohibita.Hinc eſt,ꝙ ſi alicui permittitur facultas,aliquem doctorandi. videtur ẽt concedi,ꝙ poſſit adhibere expertos in illa arte.licet de his non ſit facta mentio in cõmiſſione. & hoc, quia adhibitio expertorũ eſt neceſſarium antecedẽs ad doctoratũ.Ita fuit ſtatutum in regno,in cõſti quiſquis. & ibi Affl. nu 1.no.hinc dicimus,ꝙ ſi alicui eſt commiſſa facultas faciendi inuentariũ bonorũ alicuius Baronis: videtur eidem cõceſſum ꝙ audiat partes dicentes talia bona nõ debere annotari in inuẽtario: quia non fuerunt feudatarij iam defuncti & hoc idem,quia intelligere partes,videtur neceſſarium antecedens ad rite cõficiendum inuentarium. idem Affl.in conſti.poſt mortem.col.fi.nu.12.& ſic habes intellectum ad conſti.conſtitutionem diuę memoriæ,nam illa conſti.quæ dat poteſtatem reuocandi donationem, annullat omnia ea,quæ reuocationem impediunt. & ſic pactum de non reuocando,tanquam præambulum neceſſarium ad dictã reuocationem:ita per tex.in d.l.2.arguit ibi Affl col.15.nu.54.verſi. quartò quæro.& pro iſta opi. Affl.facit bona ratio.Nam non eſt veriſimile, ꝙ Imperator iſtẽ voluerit vicinos mulieri acclamanti & violentiam patienti ſuccurrere abſq; armis:& ſic exponere vitã corſi periculo,& manib.inferentium violentiam mulieri.gl.hic,in verbo , aut aliàs. & maximè hæc opi.procedit quando mulieri infert violentia cum armis: quia tũc indiſtinctè crederem,ꝙ vicini, qui tenentur eam defendere,vt hic per Iſer.in prin. poſſent eam adiuuare cum armis:& ſic violentiam cum armis illatam,cũ armis repellere,arg.no.in l.1.C.vnde vi.& quatenus poſſet dici arma non eſſe neceſſaria in tali defenſione,non poterit tñ negari,ꝙ cum eis facilius talis defenſio pſteturi & ſic ẽt veniunt,pro quo facit dictũ Aret.in c.de teſtib.col.3.extra de teſti.vbi firmat , ꝙ commiſſa cã principali,vr̃ commiſſum ẽt acceſſorium,ſine quo actus poſſet expediri: cum eo tñ melius & facilius expeditur,alleg.bona infra,refert Fel.in c.1.col.9.nu.9.vt li.non con.ſequitur Dec.in d l.2.col. 1.ita in caſu noſtro dicendum eſt, ꝙ poſtquã vicinis fuit iniunctũ & demandatum ab Imperatore, ꝙ defendant mulierẽ acclamantem : vr̃ ẽt fuiſſe demandatum , ꝙ defendant ẽt cum armis , ſine quib. licet defenſio talis explicari potuiſſet , tñ non ita facile & ſecure explicatur,vt patet ad ſenſum.pro qua opi. Affl facit,quod no.idem Affl.in conſti.dilationes.nu.8 & in conſti.ſi quis poſt lit. col 7.nu.13.dum alle. Bal.in l.poſtquam.C.de hære.vel act.vend. Dec conſ 23.nu.3.in fi.col.418.nu 6.in fi & ibi bonã q.lo. Ant.de Nigris de Campania in c.regat.13.nu.55.& in c.20.nu.20.Socy.in reg.46.arma portare.ver.quintò fallit.vbi dicit,ꝙ ſtatutũ permittens bannitũ poſſe occidi,permittit ẽt arma,licet prohibita portare.

tare, alleg. Bald. de quo ibi & hæc deciſio optimè facit ad caſum noſtrum. vide etiam Fel. in c. per tuas, col 2. ver. quinto no. in fi. de ſimo, & in c. nonnulli. col. 30. in prin, alle. Bar. in l. neminem. C. de cano. fru. vrb. Rom. li. 11. de reſc. in c. ſuper literis. col. 13. ver ſextò facit. & col. fi. uer. fallit decimoquarto ibi, princeps. eo. ti. de reſcr. in c. at ſi clerici. §. 1. col 9. in fi. uerſ. ſecundò fallit. de iudic. in c. 1. nu. 3 in fi. ut lite non conteſt. hæc tamen declara, ut per Fel. in d. c. 1. col. 9. nu. 32. & per eundem in c. ueniens. el 2. col. fi. num. 19. ibi, tertio no. de teſtib. Iaſ. in l. centurio. nu. 56. & 58. ff. de uulg. & pupil Aff. deciſ. 366. col. 1. in princ. & ex his quotu poteris ſing. deciſ. ornare hanc opinionem Aff. quam ſemper ueram habui.

b Dicit.] Adde Matth. in deciſ. 24. & Lucam de Penna, in c. ad regale faſtigium. Barius.

De pœna mulierum iniuſtè conquerentium. Rub. XXIII.

1 QVIA ſupra dictum eſt de pœna capitali, quæ imponitur raptoribus monialiũ, virginum, viduarũ, & inferentibus violentiam meretricibus: verùm quia interdum dictæ mulieres falſas accuſationes de uiolentia eis illata inſtituebant, & de earum pœna nihil erat dictum: ideo ſequitur hæc rubrica, licet de iure communi bene erat prouiſum in l. fi. C. de accuſ. ibi, ad uindictam poſcat ſimilitudo ſupplicij. & hoc ſi de calumnia fuiſſet condemnata, per l. qui nõ probaſſe. C. de cal. & in l. 1. §. calumniatoribus. ff. ad Turpillia. & in l. ab Imperatore noſtro. ff. de præuaricatoribus. ibi, damr. dicit, præuaricatores eadem pœna afficiantur, qua tenerentur, ſi ipſi in legem commiſiſſent, qua reus propter præuaricationem abſolutus eſt: licet magna ſit differẽtia inter calumniatorem & præuaricatorem, ut patet in ipſis titulis de calum. & ff. de præuaricatoribus.

SVMMARIVM.

1 *Mulier falsò aſſerens violentiam per virum illatam capite punitur.*

2 *Querimonia à ſubditis extra iudicium expoſita, dat ſæpe ſuperiori materiam opportunè prouidendi.*

Lamentatio, querela, querimonia, & queſtio, in quibus differant.

3 *Mala quæ propriè dicantur ex accuſatione falſa.*

4 *Timor accuſationis falſæ, an ſit ſufficiens ad matrimonium diſſoluendum.*

Veritas res quædam ſolidiſſima eſt, & murus inexpugnabilis.

5 *Supplicium pati pro veritate melius eſt, quàm pro adulatione beneficium.*

6 *Strepitus iudiciorum quid ſit, & qui iudices illum habeant.*

Strepitus iudiciorum diebus feriatis quieſcere debet.

7 *Vxorem vitioſam, & ſibi imparem accipere nemo debet.*

8 *Pœna talionis non eſt hodie ſublata, licet bene inſcriptio ad pœnam.*

9 *Accuſans uel denuncians alium ad certam pœnam, de probando ſe obligare debet.*

10 *Statuto puniente falſam accuſationem inſtituentem, an excuſetur à pœna probans, quòd erat fama & rumor &c.*

11 *Mulier quando ad mortem condemnari poſſit ob falſam accuſationem.*

Mulieris prægnantis priuilegia quæ ſint.

12 *Mulieri prægnanti, cui manus incidenda eſt, an debeat differri executio donec pepererit.*

Rex eſt pater patriæ, & miſerabiles perſonas tueri debet.

13 *Officiales regij filios & filias mulierum condemnatarum nutrire debent de pecunijs fiſcalibus.*

14 *Partus mulieris damnatæ ad mortem expenſis fiſci debet educari, nec ob id executio de matre debet differri.*

15 *Spurius ex linea paterna cognatos & affines non habet, licet bene ex linea materna.*

a PRESVMAM. [a] Iſta conſtitutio cõcordat cum iure communi, & diuido eam in quatuor partes. prima ponit cauſam finalem huius conſtitutionis, quæ talis eſt, inualuit. i. ſæpius peruenit ad aures auctoris huius cõſtitutionis, peſſima & horrenda lamentatio ſubditorum lamẽtantium ſe de mulieribus, quæ affectantes contrahere matrimonia cum aliquibus etsi imparibus, falsò accuſare volebant, uel accuſabant eos de uiolentia, & illi timore accuſationis inſtitutæ, vel inſtituendæ, timentes ſtrepitus, & futuros euentus iudiciorum, contrahebant cum eis matrimonia, & inde naſcebatur turpis ſtirps ex tali fœmineo genere, in graue diſpendium ſubditorum: & ideo intendit hunc queſtũ reſecare: & iſta eſt prima pars, quæ durat uſque ibi, noluimus & mandamus. In hac ſecunda parte ſtatuit legiſlator,
1 q̃ † ſi mulier, quæ falsò accuſauit virum de violẽtia ſibi illata, per eum fuerit de hoc conuicta, puniatur pœna capitis, ſicut deberet puniri vir, ſi uerum fuiſſet, q̃ ſibi uiolentiam intuliſſet: & iſta eſt ſecunda pars, quæ durat uſque ibi, quæ ſi ſupplicij. hic eſt tertia pars, in qua ſtatuitur, q̃ ſi mulier, quæ falsò accuſauit uirum de uiolentia & tempore condemnationis ad pœnam capitalem reperiatur prægnans, humanitate ſuadente, differatur executio capitalis per quadraginta dies poſt partum, & durat uſque ibi, & partum ex ea. Hic eſt quarta, & ultima pars, in qua Imperator prouidet educationi ipſius partus, ut ſi ſint cognati, & affines dictæ mulieris condemnatæ, educetur partus eorum ſumptibus & expenſis per eos: ſi autem non ſunt cognati & affines, officiales Regis in loco, ubi euenit iſte caſus, prouideant, q̃ ille partus educetur ſumptibus regię curiæ, & durat uſq; in finem. Et in ſumma hoc dicit. Mulier conuicta, q̃ falsò accuſauit uirum de uiolentia ſibi per eũ illata, debet ad mortem naturalem condemnari, & differtur executio ſententiæ per quadraginta dies poſt partum, ſi reperitur prægnans, & enixa partum, ſi non ſunt cognati, nec affines, educatur expenſis regij fiſci per officiales il-
2 lius loci, in quo hic caſus euenit. † No. primò ex tex. ibi, queſtus. in octo verbo, inualuit. q̃ querimonia ſæpius extra iudicium à ſubditis expoſita dat materiam ſuperiori, vt opportunè prouideat, ut hic, & in l. aſſiduis. C. qui pot. in pig. hab. Et differt lamentatio, ſeu queſtus, à querela, quia lamentatio eſt extra iudicium, ut hic: querela eſt in iudicio tam de criminali cauſa, ut dicit glo. in l. Maximianus. in uerbo, querela. 81. diſ. quàm de ciuili, ut in c. querelam. de
b iureiur. & in c. querelam. de procur. ſed querimonia [b] differt à quæſtione, quia querimonia eſt ante litem conteſtatã, quæſtio poſt litem cõteſtatã, ut dicit Abb. Sic. in c. quia iudicante. de præſcrip. & Fel. in c. 1. de appel. in fi. Secundò no. ex tex. ibi, diſpendium. q̃ magna iactura ſubditorum eſt, quando falsò accuſantur, ut experientia oſtẽdit. & ideo ſuperiores debent prouidere, ut diſpẽdia ſubditorum ceſſent, ut hic, in c. diſpendia. de reſcrip. & dictum fuit ſupra in conſtit. in quæſtionibus. in uerbo, diſpendium. Tertiò no. ex tex. ibi, per mendacium querebatur. q̃ mulieres interdum querebantur, ideſt conquerebantur, ut exponit glo. in Auth. de hæred. & falc. §. ſi uerò abſunt, q̃ talis fecit ſibi uiolentiam, & hoc non erat uerum, ſed mentiebãtur,
c ex hoc remedio [c] reſultabant multa mala. primum, † quia
3 damnabant eorum conſcientiam, ut dicit textus in clemen. una. §. ſanè. de foro competen. Secundò, quòd perdit corpus, quia condemnatur ad mortem, ut hic. Tertiò, quia incurrit infamiam, quia præceſſit delictum, & ſecuta eſt condemnatio, ut dicit Innocent. in capit. ſuper his. de pœnis. Quartò, quia tale mendacium eſt nociuum proximo multis modis, quia ipſum uexat in iudicio criminali, ubi occurrunt uariæ & diuerſæ impenſæ:
d & idem tenetur illas reficere, [d] ut dicit Bald. in l. ſancimus. 12. quæſtio. C. de iudicijs. Quintò, quia ſi matrimonium inde ſequeretur inter ipſos impares ex dicta querela falsò inſtituta, fit iniuria ſacramento eccleſiæ, quia nõ

liberè ſit,ſed timore querelæ inſtitutæ, vel inſtituendæ, ut
dicit iſte tex. Sextò, quia ſi proles naſcitur, eſt turpis, quia
ex vili muliere. Quartò no.ex tex. ibi, timore. ꝙ reperitur
timor accuſationis falſæ , & non eſt modici momenti pro-
pter futurum dubium litis , & propter ſtrepitus iudicio-
4 rum , vt hic. Sed , an † iſte metus ſit iuſtus ad diſſoluen-
e dum, [e] vel ſeparãdum matrimonium contractũ per verba
de præſenti,vel per verba de futuro,ſecuta carnali copula,
vbi durauit idem metus ,cum iura requirant,quòd ad hoc
vt matrimonium cõtractum per metum non ualeat , ꝙ ſit
metus cadens in conſtantem virum,ot in c.ad id. & c.con-
ſultationi. & in c.veniens. de ſponſal. & in c. 1. & c.ad au-
dientiam.extra ꝙ metus cauſa.& in l.metum.C.quod me-
tus cauſa .& in l.interpoſitas. C.de tranſactionibus. Et iſte
metus non poteſt dici, ꝙ cadat in conſtantem uirum, quia
conſtans vir debet confidere in oeritate, quæ eſt res inex-
pugnabilis,& omnia uincit,nt patet in hiſtoria poſita in ſe
cundo libro Eſdræ,cap.3. & ideo dicebat Seneca in lib. de
clementia,in princ.quibus non ſubeſt neritas, cito decidũt
& io naturam ſuam redeunt.Et ueritati omnia ſunt ceden
da,8.diſtin.cap.veritati.81.diſt. c.quicunque. Et dicit Bal.
f in c.ſicut.in 4.colum.de probatio.Quòd veritas [f] eſt res ſo
lidiſſima,& murus inexpugnabilis,allegat dictam hiſtoriã
in lib.Eſdræ. & dicit Bal. in c.licet cauſam. in 5.charta. de
probatio. quòd qoi de innocentia ſua confidit , oon vadit
per mendicata ſoffragia, ſed feſtinat,ot veritas inquiratur,
allegat l.fideiuſſor.§.quædam. ff.mãdati. Et ideo dicit tex.
g innocentia præſtat ſecuritatẽ, [g] in l.ſi ſorore. C.de his qui-
5 bus ut indignis.Et in hac opinione ego ſum,quia † melius
eſt pro veritate pati ſupplicium , quàm pro adulatione be-
neficium,ut eſt tex. 11.q.3.c.nemo peritorum. Et maximè,
quia permiſſum eſt iudicibus in principio inquiſitionis cõ
tra inculpatos oſtendere uultus terribiles , ut in Authẽ.de
mand.princ.§.talem.uoluit Bald.in tit. 1.§.iniuria. de pace
iur.firm. & ideo innocens non debet timere uultus terribi
les iudicis , quia illud facit iure permittente.& iſte dicitur
uanus metus ad diſſoluendum matrimonium,ſicut metus
maledictionis,nt dicit Arch.c. 1 .de ſent.excom.li.6.& no.
glo.in c.cum dilectus.quod metus cauſa.& hoc uerum pu
to,quia ſub iudice litigat: ſecus dicerem, quando litigaret
coram iudice tyranno, per ea quæ dicit Bart. in l.metum.
C.quod metus cau.& Abb.Sic.in c. 1.de offic.del.& in c.cũ
inter R.de elect.& gl.in d.c.cum dilectus.quod metus cau
6 ſa.† Quintò no.ex tex. ibi, iudiciorum ſtrepitus, ꝙ coram
iudicibus ordinarijs habentibus merum & miſtum impe-
rium eſt ſtrepitus iudiciorum , qui ſtrepitus non eſt aliud ,
niſi ſonus vocum hominum negotia pertractantium, & ẽt
aduocatorum allegantiom,ut in l.ſi quis in ſuo. ibi, expe-
ctato iudiciorum ſtrepitu.C.de inoffi.teſt.& in l.uni. C.ad
leg.Corn. de falſis. & iſte ſtrepitus iudiciorum debet con-
quieſcere diebus feriatis, ut in c.fi.de feri. & in cauſis ſum
marijs proceditur ſine iſto ſtrepitu,& ſic in domo iudicis,
vt infra clem.ſæpe.de uerb.ſig.& religioſi iſtos ſtrepitus iu
diciorum debent fugere, ut in c.qoorundam.de elect.li.6.
Nn.ſextò ex tex.ibi,uel euentus. ꝙ multi ſunt,qui dubitãt
futurum litis euentum,& bene, quia in veritate dubius eſt
litis euentus, ut in l.quod debetur.ff.de peculio. An inſpi-
h ciẽdum ſit quod euenire [h] poteſt,tex.videtur dicere,ꝙ ſic.
ff.locati.l.ſi quis domum. §.1. qnod intellige, ot per Oldr.
in conſil.22.& ſeq. & per Alb. de Roſ.in l.bene à Zenone.
C.de quadr.præſcrip. & per Alex.in 4.volum. conſil.500.
in fi.& in conſil.127.4.col.& in 5.volum.conſil.106.in 1.
columna. Septimò no.ex tex. ibi , ſtirpem turpem, quòd
vt plurimum ex ignobili muliere malis moribus educata
7 naſcuntur filij vitioſi:& ideo † cauendum eſt,ne quis acci-
piat uxorem uitioſam imparem ſibi. ideo dicit tex. in l.ſu-
per ſtatu. C.de quæſtionibus. ne alienæ fortè ſordidæ ſtir-
pes ſplendidis , ſeu ingenuis natalibus audeant ſubrogari .
ad idem text.in c.ſi gens Anglorum. 56.diſtin. & confuſio
patris eſt de filio indiſciplinato , ut dicitur in Eccleſiaſtico
c.22. & mali mores parentum inducunt præſumptionem
contra filios,vt no.in ſumma confeſſorum. tit. 19.de filijs
presbyterorum.q.8. & vide in dicta 56.diſt.c.ſi gens An-
glorum.& 6.q. 1.c.ſi quis cum militibus. vbi dicit glo.ſæ-
pe ſolet filius ſimilis eſſe patri: & ſequitur leuiter filia ma
tris iter.& ideo volens emere mancipia,quærit de quo ge
nere , vt in l.qnod ſi nolit. §.qui mancipia.ff.de ædil.edic.
Octauò no.ex tex.ibi,mortis laqueis.ꝙ calumnians crimi
naliter aliquem de crimine falſo,& ſic de quo veniret ple
ctendus pœna mortis,ſimili morte ipſe venit plectendus ,
tanquam calumniator , & inculpatus,ſeu accuſatus venit
abſoluendus.concordantiæ ſunt hic in gl.1.Cui adde tex.
optimum in c. 1.in fi.de ele.li.6.& tex.in l.1.C.de calu.&
in l.1.ff.ad Turpil.idem legitur in lib. Heſter , de Aman ,
qui voluit occidere Mardochæum , & populum Iudai-
cum,falſa accuſatione facta Regi Aſſuero: & comperta ve
ritate decreuit,vt Aman ſimilitudine ſupplicij ſuſpende-
retur,& Mardochæus fuit abſolutus,vt dicitur in fine di-
cti libri. In lege veteri erat pœna talionis,vt in Leui.c.24.
ibi , qui hominem occiderit , morte moriatur,fracturam
pro fractura,oculum pro oculo, dentem pro dente &c.&
idem in libro Exodi 21.c.hodie iſtæ pœnæ non ſunt , ſed
vbi pœna capitis eſt ſtatuta à lege contra delinqoentem ,
infligitur contra accuſatorem repertum in euidenti ca-
lumnia pœna calumniæ,cuius eſt pœna talionis,quæ pœna
8 hodie † non eſt ſublata, vt patet in d.l.fi. C.de accu.iuncta
l.qui non.C de calum. & in c.calumniator. 2.q.3.& infra
in conſti.pœnam calumniæ.ſed tantùm inſcriptio ad pœ-
nam taliona eſt ſublata de generali conſuetudine , vt eſt
glo.magiſtra in l.2.C.de fi.inſtru.& idem firmat Albe.de
Roſ.in l.fi.C.de accu.vbi dicunt, ꝙ etiam ſi ſe non inſcri-
bant accuſatores, tenentur pœna talionis, ſcilicet quando
ipſe accuſans cauſam ipſam criminalem proſequitur , &
reus erat abſolutus,& ipſe accuſans fuit condemnatus, vt
ſupra dixi. Si autem accuſator ſe abſentaſſet,& cauſam nõ
fuiſſet proſecutus , tunc non punitur ſimilitudine ſuppli-
cij,ſed tantùm debet extraordinariè puniri,& ſumptus &
intereſſe accuſato reficere , ut in l.qui crimen . C.qui ac-
cuſa. non poſſunt. ita declarat Ange. in d.l.2. C.de accuſ.
& patet in l.2.& l.accuſator.& l.ab imperatore.ff.de præ-
uaricato.Et ſic patet, ꝙ non eſt ſic ſimpliciter dicendum ,
ꝙ qui non probat accuſationem , videtur eſſe calumnia-
tor,vt patet in dicta conſti.pœnã calumniæ.ſed requiritur,
vt ſupra dictum eſt.Item ſunt certi caſus, in quibus accu-
ſator non probans non eſt in calumnia.de quib.per Azo.
in ſumma.C.de calumniatoribus . & per glo. in l. Athle-
tas.§.calumniator.ff.de his qui no.infamia . & Bart.in l.1.
in princi.ff.ad Turpil. Abb.Sicu.in c.fi.de calum. Aduer-
te, quia licet hodie ſit ſublata inſcriptio ad pœnam talio-
9 nis,ut ſupra dictum eſt: tamen † accuſans,vel denuntians
debet ſe obligare ad certam pœnam de probando , ot di-
citur in dicta conſtitu.pœnam calumniæ. & eſt ritus ma-
gnæ curiæ . Iuxta hoc quærit hic Andreas,quid ſi mulier
accuſauit uirum de violentia,& probauit per duos teſtes,
vir petijt repulſam,& reprobauit illos teſtes,an iudex poſ
ſit pronunciare molierem , quòd fuit calumniata ? Vide-
tur prima facie , quòd mulier poſſit condemnari de ca-
lumnia, quia paria ſunt nullos teſtes producere , vel pro-
ducere teſtes inhabiles ad teſtificandum . Andreas alle-
gat in argumen.ff.quod cuiuſque vni.nomine.l.primam .
§.& quidem. ibi , aut inhabilis ſit.& ff.de aucto.toto.l.ſe-
cunda. & ff.qui ſatiſdare cogantur.l.quoties.Inſtit.de ſuc-
ceſſio.liber.§.ſi verò . cui adde , qnod ipſe idem dixit ſu-
pra in conſtitut. vſurariorum . vbi pro hoc allegat infra
conſtitutionem,proſequentes.& l.ſi prætor.§.Marcellus .
ff.de iudicijs. & facit ad hoc , quod dicit Andreas in cap.
1.qui teſtes ſint nece.ad probandum nouam inueſti. & c.
primum , in principio . de controuerſ.inueſtit. In contra-
rium facit,quia ſi illi teſtes ſunt repulſati,eo qnia fuerunt
corrupti ad deponendum falſum ab illa moliere: & tunc
ſine dubio erit iſta mulier calumniatrix , per tex. in l.pri-
ma.§.1.ff.ad Turpillia. Solutio . diſtingue ſecundùm An-

 dream,

dream, aut teſtes repulſantur, quia teſtes examinati ſunt
infames, pauperes, vel delinquentes: & tunc non punitur
mulier de calumnia, vel non datur eis fides pro ea, quia
maior numerus teſtium eſt in contrariũ, iuxta no. in ca. in
noſtra. de teſtibus. cum concord. ſuis. aut teſtes repulſan-
tur, eo quia corrupti, vt dicant falſum: & tunc poterit mu
lier cõdemnari de calumnia. Quid ſi mulier probauit vio
lentiam ſibi illatam per ſolam famam, & non per teſtes
idoneos, nunquid punietur de calumnia, ac ſi nihil pro-
baſſet? Alber. de Ro. in l. qui non probaſſe. C. de calu. tan-
git hoc dubium, & refert Arch. 2. q. 3. in cap. calumniator.
vbi videtur tenere, ꝙ ſi non ſit ſufficienter probatum, ſed
quoquo modo, ꝙ non punitur de calumnia. refert tamen
Barth. Brixienſem in q̃ſtionibus ſuis, q. 177. q̃ incip. qui-
dam alium accuſauit. tenere contrarium. Ego non potui
illas quæſtiones videre, quia non habebam. ſed pro deci-
ſione Arch. ego allego Bal. in l. fi. ff. de hære. inſti. vbi dicit,
10 ꝙ ſi † ſtatutum punit facientem falſam accuſationem de
falſo, ſi probat, quod erat fama & rumor, quod ille com-
miſit falſitatem, excuſatur a pęna, per leges, quas ipſe ibi
allegat, & idem firmat Alex. ibi in apoſtillis, & ibi allegat
bonas auctoritates. Item allego Bar. in l. cum quidam. §.
quod docetur. ff. de acqu. hære. vbi dicit, ꝙ ſi accuſaui ali-
quem de maleficio, de quo erat publica fama, ꝙ non poſ-
ſum puniri tanquam faciens falſam accuſationem. & di-
cit, ꝙ hoc millies fuit obtentum. & ita firmant Cano. in c.
fin. de calum. Et pro opin. Bart. prædicti in dictis ſuis quæ
ſtionibus allego Ang. in l. fallaciter. C. de calum. vbi dicit,
ꝙ ubi conſtat de calumnia accuſantis, nullus color excu-
ſat, nec etiam fama. Item allego Ang. in l. matri. C. de cal.
vbi dicit, ꝙ vbi quis accuſat aliquem de facto in ſe com-
miſſo, de quo non poteſt prætendere ignorantiam, proba
tio famæ eum non excuſat. procedit ergo dictum Bart.
quando excuſat de facto non in ſe commiſſo. ita firmat
Aug. in addit. ad tractatum Ang. de maleficijs, in verbo,
necnon ad querelam. in 55. col. & ſeq. & vide eundem in
eo. tract. in uerbo, necnon ad denunciationem. col. 26. ver.
quid ſi ſtatuto cauetur. Concludo igitur, ꝙ opin. Arch. eſt
vera. Nec obſtat, ꝙ mulier de facto ſuo erat certa, quia re-
ſpondetur, ꝙ ſibi poterant deficere probationes, & proba
tio famæ de uiolentia excludit eam à condemnatione ca-
lumniæ. Quot autem modis poteſt procedi contra calum
niatorem, & quis ordo ſeruandus eſſet in procedendo cõ-
tra eum, vide Abbat. Sicu. in d. c. fin. de calumn. tamen ad
11 † effectum, ut mulier condemnetur ad mortẽ propter fal-
ſam accuſationem, quam fecit contra virum, requiritur ꝙ
vir accuſet eam, & detur ſibi terminus ad ſe defendendũ,
& debet conuinci, vt dicit iſte tex. & hoc etiam ſentit do-
minus Abb. in d. c. fin. Quanto tempore præſcribatur hoc
ius accuſandi? Credo, ꝙ præſcribitur per xx. annos, ſicut in
accuſatione falſi, ut in l. querelam. C. de falſis. Nonò no. ex
tex. ibi, ad quadraginta dies poſt partum, ꝙ ſi mulier præ-
gnans condemnatur ad mortem ex delicto, non poteſt fie
ri executio ſententiæ niſi elapſis quadraginta diebus poſt
partum, ut hic: & hoc priuilegium non eſt propter eã, ſed
pp partum. idem dicit gl. in l. prægnãtis. ff. de pęnis. & ibi
Bart. & Bald. in l. Imperator. la ſeconda. ff. de ſtatu ho. Nec
poteſt in ius vocari, vt perſonaliter compareat, vt in l. 2. §.
ſed & ſi non. ff. ſi quis cautio. hoc habet locum, ſiue ſit
prægnans ex marito, ſiue ex fornicatione, ſecundùm Bar.
in d. §. ſed & ſi non. Nec poteſt mulier prægnans torqueri,
etiam poſtquam peperit intra illos quadraginta dies, quia
intra illos quadraginta dies eſt debilis, ſecundùm Bart. in
d. l. prægnantis. & notauit Bal. in d. l. tranſigere. C. de tran-
ſact. & Bald. in d. l. Imperator. Et hoc procedit, etiam ſi eſ-
ſet imprægnata in carcere, quia ille partus magis naſcitur
reipublicæ quàm parentibus, ſecundùm Doct. in d. l. prę-
gnantis. per l. 1. §. ſi ea. ff. de uentre in poſſ. mit. Licet Bald.
in l. excuſantur. ff. de excuſat. tuto. dicat contrarium, ſed re
mittit ſe ad d. l. prægnantis. Sed quæro, quare magis ſunt
ſtatuti quadraginta dies poſt partum, & non minori tem-
pore, aut ulteriori? Dico quòd ita dixit gl. in d. l. prægnan-
tis. ſed dic, ꝙ per quadraginta dies in ueteri lege non eſt
purgata, & ideo non intrabat in ſancta ſanctorum, ut di-
citur in c. 1. 5. diſt. & c. 1. de purgat. poſt partum. Itẽ quæ-
12 ro, quid † ſi mulier non debet mori ex delicto, ſed debet
ei manus incidi, & eſt prægnans, an idem ſit? Albe. de Ro-
ſa. tangit iſtam quæſtionem in d. l. Imperator. la ſeconda.
ff. de ſtatu homi. & concludit idem, quia iſta duo æquipa
rantur, in Authen. ut nulli iudi. §. quia verò oportet. Deci-
mò no. ex tex. ibi, de bonis noſtris. quòd ſi non ſunt cogna
ti, uel affines mulieris prægnantis condemnatæ, quæ pepe
rit filium, uel filiam, talis partus debet expenſis domini
Regis educari, qui eſt pater patrię, ut dicit Seneca in libro
de clementia, ſecũdùm Andream hic. & dicit, ꝙ princeps
dicit ſe patrem in l. ſi quis in ſuo. C. de inoffic. teſtam. ſed
in ueritate ibi nihil dicit de hoc: ſed bene uidetur tex.
in Auth. neq; virum quod ex dote. §. fi. quem tex. ad hoc
allegat Lucas de Penna in l. 1. C. de ſuperindict. lib. 10. Itẽ
Rex debet tueri miſerabiles perſonas. 23. q. 4. cap. admini
ſtratores. & debet eſſe liberalis, & non auarus, ſecundùm
Bal. in l. 1. in fi. C. ad legem Falcidiam. & omnis auaritia
debet ab eo eſſe remota, ut dicit Bal. in l. vnica. §. cum au-
tem. in fi. C. de caduc. tollend. Vndecimò & ultimò no. ex
13 tex. officiales † noſtros. quòd omnes regij officiales habẽt
mandatum per iſtam conſtitutionem ad nutriendum fi-
lios, uel filias de pecunijs regij fiſci mulierum condemna
tarum ad mortem, quę iuſtificantur poſt partum, & aliud
mandatum non oportet, quòd de nouo habeat, quando
doceor, ꝙ non erant cognati, neque affines: unde debene
ad hoc capere informationem veridicam, aliàs poſſent of
ficiales cameræ dicere, quòd non erant cognati, neque af-
fines: & iſtud mandatum per iſtam conſtitutionem ita
operatur, quòd ſi officiales habeant mandatum à Rege,
quod totam pecuniam conſignent theſaurario, quòd tale
mandatum non derogat mandato prædicto huius conſti-
tutionis, niſi expreſsè de hoc dicatur. tex. eſt no. in l. ſi ho-
minem. ff. mand. per quem tex. ita dixit Bart. in prima con
ſtitu. Codicis, in princ. vlt. col. & Bald. & Ang. in l. hac con
ſultiſſima. §. ex imperfecto. ff. de teſtamen. & Alexand. de
Imo. in 2. vol. conſil. 106. 3. colum. An mater condemnata
ad mortem poſſit dicere, detis mihi filium, uel filiã meã,
quem peperi, quia illum, uel illam nolo lactare per trien-
nium, & dilatare ſic executionem ſententiæ? Tangit hoc
dubium Alber. in d. l. Imperator. ff. de ſtatu hominum. &
14 concludit, ꝙ † partus debet educari de publico, & debet
fieri executio ſententiæ: & tantò magis, quia iſta conſtitu
tio expreſsè dicit, quòd partus expenſis Regis debet nutri
ri. & idem dicit Bartol. in d. l. prægnantis, de pœnis. bene
tamen differtur executio, ſi ſit capitalis, donec reperiatur
nutrix ad alendum partum, ſecundùm Bart. ibi, & bene.
nam ex cauſa iuſta interdum differtur executio, ut dicit
Alexan. in d. l. prægnantis. in apoſtillis ſuis. In glo. prima,
ibi, & ſagitta non lædit, ſed reuoluens ſæpe uulnerat di-
rigentem. Adde, quia ſic legitur in officio dedicationis
ſancti Michaelis Archangeli. Et eſt ſciendum, quòd in ſa-
cra ſcriptura ſagitta diuerſimodè ſumitur, ut patet in li-
bro diſtinctionum Mauritij, in verbo, ſagitta. In glo. fin. in
uerbo, cognatis. no. iſtam glo. quòd quantumcunque quis
ſit ſpurius, & natus de fornicatione, dicitur habere cogna-
tos & affines ex linea materna: & hoc probat textus in l. ſi
ſpurius. & in l. Modeſtinus. ff. unde cognati. & Inſtitut. de
15 ſucce. cog. §. quod uulgò. ſed † cognatos ex linea paterna
non habet, ut in l. qui matri. §. fina. C. de natural. liber. &
no. Bartol. in l. tutelas. ff. de capi. dimin. & in l. pronuncia-
tio. §. familiæ. ff. de uerbor. ſignificatio. ſed magnum du-
bium eſt, quid ſi eſt ſpurius ex damnato coitu, utrum ha-
beat agnatos & affines, & ipſe poſſit ſuis cognatis ſuccede
re, & ſui cognati ſibi? Vide de hoc in meis deciſionibus,
deciſ. 96. incipit, ſuit in ſacro conſil. & vide Ioan. de Petr.
& Ioan. Bapt. de ſancto Seuerino in l. ſi qua illuſtris. C. ad
Orficianum.

ANNOTATIONES.

a Quit dicatur calamoiator, tergioerſator, & ꝑuaricator. vide tex. in l.t.ff.ad ſenatuſcooſ.Turpil. Batius.

b Sed querimonia] Adde Bar.in l.ſi qois ſa p.C.ſi.regun. Bal.in l.t. C.de lon.tẽp.præſcr & in l 1.C.de teſtib.Bar.& Alex.in add. io l. amplius nõ petiff.rẽ rat.hab.Alex.in conſi.178.col.5.uol... & habetur in l.cũ poſtea,C.de pact.ubi de uerbo,controuerſia. Marſ ta io Speculo aureo,ſexta parte.uer.ſecundus actus.on.92.

c Mẽdacio.] Mẽdaciũ quid ſit.vide gl.in l.de ætate.ff.de interrog. actio.& contra mendaces,vide quæ dicuntur per omoes in auth. contra qui propriam.C.de non nu.pec.& in c.antellex imus.de 14 di. & per Alex. & Iaſ.in l. vinũ. ff.ſi cer.pet. Are. in l.decem.col. ſi.ff.de verb.ob.ibi , an aliquo caſu liceat mentiri. vide laſtiſſimẽ pęnas mẽdacis per Guil.Bene.in repe.c.Raynutius.io verb.ſi abſq; liber.el ſecondo.num.143. cũ ſeq.extra de t..ſlib.aliquid per Capic.in deciſ.19.oum.6.Affl.in conſt.ſi dãna.oum.45.ibi,ao mẽdacium ſit indicium ad torturam.

d Reficere.]Victus uictori, an debeat condẽnari io expenſis in cauſa criminali?Vide Bar.in l.cũ ſatis.nu.5.C.de agrico.& cenſ.li.11. Doc.in l.pe.C.de fruct.& lit.expen.Lanfr.in c.quoniã contra falſã.de proo.in verſ.expenſæ Bal.in auth.generaliter.C. de epiſ.& cle.per Bar.io l.t.ff.ad Turp.Car.in cle.ſæpe.§. ſi.7.q. de ver.ſig. do.Tho.Gram.in deciſ.ſac.Reg.cooſi.nouiter impreſſis, deciſ.

e Ad diſſoluendũ.] Quid io matrimonio contracto patre cogente an valeat?Vide tex.in l.ſi patre.ff.de ritu nup.io c. enm locum.de ſpon & in c.quoties de pactis,in 6.Abb.in c.nonne. 3.col.ver.ſed mihi.de præium.cui cõtradicit Bar.in l.1 §.quæ onerandæ.ff.quarum rer.actio non datur,& in l.traoſactionem.C. de tranſ. & vide per Fel.in c.cauſam matrimonij.num.23.de of.del.& vide de metu aliqoid per Capic.in deciſ.159.nu.32.

f Quod veritas.] Veritas quid ſit,tex.io Auth.de fide inſtr.in prin. Arch.in 1.de ſent.excom.in 6.& quotuplex ſit, & multa oo.uide per Alc.in conſi.56.4.vol.& vide Fed.de Sen.conſi.163.& Bal.in l.ex his.in ſi.C.de teſt.mil.& per Bal.in tract. de ſciſma.

g Securitatem.]Adde,quod ſtatutum excludens omnes exceptiones,uoo excludit exceptionem inoocẽtiæ.Bal.in l.edita,in lectu. Pap. pen.col. uerſi.ex tribus.C.de eden. Aoa.in conſi.59.viſa inquiſitiooe.j.col.& qualiter probetur,vide Bar.io l.ſi arbiter.ff.de prob.Alex.in l.ſi non defendãtur,in addi.ad Bar.ff.de pę. & Hippo.ſing.59.vbi dicit, quod poteſt ꝓbari per teſtes ſmouz idoneos.

h Euenire.]Adde Bar.io l.t.de in li.iurando. Alex.io l.inter ſtipulãtem.§.ſacram.de uerb.obl.Spec.de aduoca.§.6.verſi.ſi gl.

De violentijs circa poſſeſſiones. Rub. XXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Remedia quæ ſpoliatis pro poſſeſſionis ſuæ recuperatione competant.*

GLOSSA cõtinuat rubricam iſtã,quia ſupra dictũ fuit de ꝓhibita violentia illata pſonis , decẽs erat videre de ꝓhibita violẽtia illata rebus: ideo ſequitur hæc rubrica . Et de iſta conſtit. facit mentionem Rofred. Beneuent. in ti.de cõſtitutione,ſi quis in tantã.circa finem.Et ſcias, quod multæ leges,& conſtitutiones proditæ ſunt ſuper violentijs,de quibus per gl.magiſtram in l.extat.ff. quod metus cauſa.& p Odofred.in l.ſi quis in tãtam.C.unde vi.& in l.1.C.quod metus cauſa.& per Hoſtiẽ.in ſumma,quod metus cauſa.§. qualiter retractetur.uerſi. puniuntur. Item ſcias,quòd omnia remedia , quæ competunt ſpoliatis pro recuperatione
1 poſſeſſionis,ſunt 17.videlicet. †Et primò,interdictum vnde vi directum. Secundò,interdictum vnde vi utile. Tertiò,condictio cap.ſæpe. de reſt.ſpo. Quartò,remedium ca. reintegranda.3.qõ.1. Quintò, remedium l.ſi coloni.C.de agric.& cẽſi.lib.11.Sextum remedium, officium iudicis . Septimò,remedium l.meminerint.C.vnde vi. Octauò.l.ſi quis conductionis.C.loca.Nonò.l.conductores. C. locati. & l.non ab re.C.vnde ui.Decimò.l.inuaſor.C.unde ui.Vndecimò,l.ſi.C.unde ui.Duodecimò.l.1.C. ſi per uim , uel alio modo.Decimotertiò.l.ſi.C.de acq.poſ.Decimoquartò.l. ſi quis in tantam.C.unde ui.Decimoquinto.l.extat.q metus cau.Decimoſexto,condictio triticaria . Decimoſeptimò,condictio indebiti.Et ẽt per capitula regni ſunt facta multa capitula pro recuperatione poſſeſſionis,& iniu. ſibi factæ, ut patet in apoſtilla Neapodani , & Sebaſtiani in c.Regis Caroli Primi,quod incipit,ſubditorum noſtrorum,char.4. Sequitur nigrum.

SVMMARIVM.

1 *Violentia eſt paci contraria .*
Pax ob ſex cauſas non ſeruatur.
2 *Repræſalia ſunt contra ius naturale & paci contrariæ.*
3 *Creditor per vim compulſiuam exigens debitum a ſuo debitore ius crediti amittit .*
4 *Maleficia diſtinguuntur penes uoluntatem & propoſitum.*
5 *Diſpoſitio l.extat.C.quod met.cau.an procedat de iure diuino.*
6 *Spolians aliquem propria authoritate poſſeſſione rei immobilis,quam pœnam incurrat.*
7 *Poteſtas iudicis condemnantis & legis & contrahentium a qui parantur.*
Lex humana etiam in foro conſcientiæ dicitur ligare.
8 *Solutum pro pœna debet pauperibus erogari.*
9 *Donatarius iuſtè tenet res ad Regem deuolutas ſibi donatas .*
10 *Pęna medietatis æſtimationis rei,ſuper qua ſpolium eſt commiſſum,cui ſit applicanda .*
11 *Pœna impoſita per nomina reſpectiua eſt parti applicanda.*
12 *Lex noua aliud diſponens, quam lex uetus , non poteſt eandem ſapere naturam cum lege ueteri.*
13 *Mulcta in multis differt à pęna.*
14 *Pęna quando fiſco, & quando parti læſæ debeat applicari .*
15 *Spolians alium authoritate propria poſſeſſione rei immobilis , qualiter puniatur.*
16 *Pęna tripli fiſco applicatur.*
Expulſio à poſſeſſione tribus modis fieri poteſt.
17 *Eijciens aliquem de poſſeſſione ſua , dicitur vim expulſiuam committere.*
Spolium cum vi publica committens, qua pęna puniri debeat .
18 *Pęnæ non confunduntur, quando vnum delictum ab alio ſecernitur.*
19 *Spoliatus ſua poſſeſſione duo habet neceſſariò probare.*
Spoliatus,an debeat probare,ſe poſſediſſe tempore ſpolij .
20 *Agens poſſeſſorio,vt ſibi reſtituatur poſſeſſio, non tenetur neceſſariò probare ſpoliationem.*
21 *Reus probans ſe iuſtam cauſam habuiſſe intrandi poſſeſſionem ab alio detentam,an ſit excuſatus a pęna violentiæ.*
Poſſeſſor violentus exceptionem dominij obijcere non poteſt .
22 *Lex, ſi quis in tantam, an habeat locum, quando de re feudali ſit ſpolium.*
Iudex quando iuſtum metum inferre dicatur.
23 *Vaſallo oſtium claudente,poterit dominus aperire.*
Imperator dare & auferre poteſt occaſione ſuadente.
24 *Regiſtra quando fidem faciant.*
25 *Rex Siciliæ proprietatem habet & dominium directum in omnibus feudis quaternatis.*
26 *Vaſallo feudi poſſeſſionem naturalem habente, & domino ciuilem,ſi uaſallus ſe abſentauerit, non poterit reuerſus recuperare feudum à domino apprehenſum.*
27 *Aeſtimatio rerum ſemper fieri dẽt a peritis in arte & iuratis.*
28 *Feuda quaternata quare non æſtimentur ad rationem quinque pro centum.*
29 *Teſtes de feudi redditibus deponentes, ad tempus litis conteſtatæ ſe debent referre.*
30 *Aeſtimatio rei multis probatur modis.*
31 *Deijciens aliam à fundo vigore decreti inualidi, an excuſetur à pœna.*
32 *Ingrediens poſſeſſionem alienam vigore decreti inualidi punitur,ſtante ſtatuto,quòd &c.*
Culpa lata quando ſit dolo æquiparanda.
33 *Poſſeſſionem intrans iudicis incompetentis authoritate , perinde punitur,ac ſi priuata perſona fuiſſet vſus authoritate .*
Cauſa excuſans à pęna legali,iuſta & rationabilis eſſe debet.
34 *Spoliare aliquem poſſeſſione ſua rei immobilis authoritate propria,quo caſu liceat.*

Scandalum ſemper eſt euitandum, non tamen ob id eſt amittenda veritas.
35 *Reſtitutio non fit ſpoliato, vbi ius commune poſſeſſioni reſiſtit.*
36 *Laicus decimas poſſidere non poteſt de iure.*
37 *Spoliatus non reſtituitur, cui exceptio probationem non requirens obijcitur.*
38 *Feudum quaternatum non niſi à principe haberi poteſt, & cum titulo.*
39 *Feudalia teneri non poſſunt ſine inueſtitura.*
40 *Præſcribi nequeunt, quæ ſine titulo poſſideri non poſſunt.*
41 *Expulſum eſſe principis authoritate, aut iudicis competentis modo debito, paria ſunt.*
42 *Intruſus ſpoliatus poſſeſſoria agere nequit.*
43 *Feuda non ſunt de iure Romano, ſed de conſuetudine feudarum inuenta.*
Homo liber poſſideri non poteſt.
44 *Conſuetudo inducere poteſt, vt niſi petitorij diſcuſſa cauſa, non expediatur poſſeſſorij cauſa.*
45 *Spoliatus beneficio in ſua poſſeſſione reſtitui debet abſque tituli probatione.*
46 *Beneficium poſſideri non poteſt abſque canonica inſtitutione.*
47 *Præſcribi non poſſunt, quæ publici iuris ſunt.*
48 *Dominus vaſallum poſſeſſione feudi malo modo ſpolians, lege feudi tenetur illi poſſeſſionem feudi reſtituere.*
49 *Spoliatus vigore reſcripti permittentis ſpoliare, non ſeruato iuris ordine, debet reſtitui.*
50 *Iudices literas Regis ſigillatas ad poſtulationem aliquorum impetratas recipientes, qualiter eas exequi debeant.*
51 *Fiſcus iure communi vti debet in his, in quibus non eſt priuilegiatus.*
52 *Rex, vel eius fiſcus non poteſt feudatarium ſpoliare abſque citatione, & iuris ordine.*
53 *Procedere nullo iuris ordine ſeruato, nihil aliud eſt, quàm ius alterius auferre.*
Poſſeſſio quamuis iniuſta nemini eſt auferenda.
54 *Feudi incapaces ſi ad illud diſpenſati ſunt, non poſſunt ſpoliari de facto iuris ordine omiſſo.*
55 *Vaſallo petente reſtitui ad poſſeſſionem feudi, an audiatur dominus dicens illum eo priuatum ob delictum.*
56 *Spoliatus ante omnia eſt reſtituendus.*
57 *Reſcriptum principis non allegandum in alijs cauſis.*
Princeps ſine cauſa contra ius poſitiuum diſpenſare poteſt.
58 *Inferior contra ſuperioris ordinationem ſtatuere non poteſt.*
Spoliatus non reſtituitur, ſi inde aliquod periculum verteretur.
59 *Debitor per iudicem modo debito ſua poſſeſſione ſpoliatus non reſtituitur.*
60 *Sententia in cauſa feudali lata abſque parium conſilio eſt nulla.*
61 *Exceptio quæ litis ingreſſum impedire dicatur.*
62 *Exceptio, quòd filius primogeniti ſuccedere debeat, probationem non requirit.*
63 *Proteſtans in principio litis, an cenſeatur poſtmodum conſentire, ſi poſt actorum publicationem non proteſtetur denuò.*
64 *Hæres, ſeu ſucceſſor vniuerſalis eius, qui violentiam commiſit, qualiter puniatur.*
65 *Proprietas non eſt poſſeſſio, nec econtrario.*
66 *Actor an libello poſſeſſionis recuperandæ poſſit petitorium immiſcere.*
67 *Petitorium cumulari poteſt cum poſſeſſorio poſſeſſionis recuperandæ.*
68 *Poſſeſſorium recuperandæ intentans cum petitorio, an petitorium ſuſpendere poſſit ante concluſionem in cauſa.*
69 *Priuilegia in odium alicuius inducta, ſunt reſtringenda.*
70 *Conſuetudo Francorum ſuper pœnis pro violentia in rebus ſtabilibus commiſſa imponendis, non eſt ſeruanda.*
Violentia in rebus ſtabilibus commiſſa aliter punitur quàm ea, quæ in inſtabilibus committitur.
71 *Rapina propriè dicitur, quando res mobilis aliena per vim ſubtrahitur.*
72 *Raptor quilibet an ſit cenſendus fur manifeſtus.*
73 *Pœna legis Iuliæ quando locum dicatur habere.*
74 *Succeſſoris appellatione in dubio intelligitur de vniuerſali.*
75 *Chriſtianus rapinam committens in bonis Iudæi, vel Pagani, punitur tantùm in ſimplum.*

VIOLENTIAS. Iſta Conſtitutio eſt nimis famoſa, & correctoria iuris Longobardi, & iuris communis & iuris Francorum. Et pro eius intelligentia diuidam eam in quinque partes. In prima ponitur elegans procemium, dicens, quod Rex huius regni deſiderat pacem, ſubaudi nō ſolùm in ſeipſo, ſed quòd etiam inter ſuos ſubditos ſeruetur: quæ quidem pax turbatur ob violentias, quas ſæpius ſubditi committunt adinuicem, & quia ad tollendum ipſas violentias ius Longobardum multùm remiſſius prouidet, & ius commune multùm acrius prouidet: ideo iſta Conſtitutio inter ius Longobardum & ius commune mediam viam elegit ad coercendum dictas violentias, & durat vſque ibi, ſtatuimus. Hic eſt ſecunda pars, in qua ſtatuitur, quòd ſi quis per violentiam ſpoliaret aliquem poſſeſſorē rei immobilis, q̄ tenetur ſpolians, vel eius vniuerſalis ſucceſſor poſſeſſionem ipſam ſpoliato reſtituere vnà cum fructibus & obuentionibus: necnon & pro violentia commiſſa puniatur in pœna, quantum eſt medietas æſtimationis rei, ſuper qua fuit commiſſa violentia, vſque ibi, deriſorium. Hic eſt tertia pars, in qua recitatur, quid ſtatuebat ius Longobardum, & quid ius commune ſuper violentijs in poſſeſſionibus rerum ſtabilium, & immobilium. Dicens, quòd ius Longobardum volebat, quòd ſi ille, qui dicebat ſe uiolenter ſpoliatum poſſeſſione rei immobilis, nō poterat probare dominium rei prædictæ, tunc ſpolians, puniebatur ſolùm in pœna ſex ſolidorum: & ſic non erat dare iudicium poſſeſſorium ſine petitorio, quod ridiculum eſt dicere, cum ſeparata eſt cauſa poſſeſſorij à cauſa proprietatis. Ius uerò commune volebat, quòd ſpolians poſſeſſorem violenter ſua poſſeſſione res immobilis, non ſolùm teneatur reſtituere ipſam poſſeſſionem, ſed debet perdere omne dominium, quod in ea illa habet per ſententiam: & ſi nullum dominium habet, quia res illa nō erat ſua, tenetur pro illa uiolentia ſoluere æſtimationem totius illius rei, quantum valet in poſſeſſione, & dominio, & durat vſque ibi, iure Francorum. Hic eſt quarta pars, in qua caſſat, & annullat prouiſiones pœnales iuris Francorum ſuper violentijs, & durat vſque ibi, raptorem. Hic eſt quinta & vltima pars, in qua repilogat prouiſionem iuris communis contra raptores rerum mobilium, ut puniantur pœna quadrupli, computata re mobili, vel eius æſtimatione, ſuper qua commiſſa eſt rapina, & durat vſque in finem. & in ſumma hoc dicit. In hoc regno ſpolians per violētiam aliquem poſſeſſione rei immobilis tenetur poſſeſſionem ipſam reſtituere vnà cum fructibus, & obuentionibus, & pro pœna uiolentiæ commiſſæ tenetur ſoluere medietatem æſtimationis ipſius rei, in qua violentia eſt commiſſa: & in hoc corrigitur ius Longobardum & ius commune, & ius Francorum. Raptor uerò bonorum mobilium punitur pœna quadrupli, computata rei
1 æſtimatione. † No primò ex tex. ibi, deſiderantis pacem. quòd inter opera contraria paci eſt uiolentia: ſunt enim triginta opera contraria paci, quæ ponit Lucas de Penna in l. prima. in verbo, pacis. in quinta quæſtio. C. publicæ lætitiæ. libro duodecimo. Sed Archid. 23. quæſt. 1. c. nulli. & Bal. in procem. decretalium, & gl. in c. ad apoſtolicæ. de re iudic. libro 6. Abb. Sicul. in c. fin. de reſt. ſpol. in 3. colum. ponunt ſex cauſas, propter quas non ſeruatur pax. Prima, quia non puniuntur maleficia. Secunda, abundantia temporalium. Tertia, quia homines non occupantur in pugna contra dæmones, ideo fiunt pugnæ inter homines. Quarta quia non conſiderantur damna guerræ, maximè inter animam & corpus. Quinta, quia non conſideramus dubium eventum

euentum belli. Sexta, quia non ſeruamus Dei præcepta. Et
dicit idem Abb. in proœ. decretalium, in verbo, Rex paci-
ficus. quòd Rex debet eſſe pacificus, quia qui non vult pa-
cem, non eſt hæres Chriſti, qui in teſtamento ſuo princi-
paliter nobis reliquit pacem. Iſtæ ergo violentiæ non pro-
cedunt niſi à cupiditate, quę eſt radix omnium malorum,
& procedit ea carne infecta ex materia originalis peccati
& propter hanc infectionem dicit tex. quòd omnis ætas
ab adoleſcentia prona eſt ad malum. 1 2. q. 1. c. omnis ętas.
& 1 o. q. 5. c. procliuis. & dicit Goff. in ſumma, de treu. &
pace. ꝙ ante factum iudex debet ſtudere paci: ſed poſt fa-
ctum facinus debet punire. & dicit Bald. in c. fi. de treu. &
2 pace. ꝙ repręſalię, quę † ſunt contra ius naturale, ſunt con
trariæ paci & initium guerræ: & multa de pulchritudine,
& vtilitate pacis vide per Luc. de Pen. vbi ſupra, & Alb. de
Roſ. in l. vnica. poſt prin. C. de cad. tol. Secundò no. ex tex.
ibi, rei immobilis. & nunc intro materiam huius conſtitu-
tionis, ꝙ ſi quis per violentiam ſpoliauit aliquem poſſeſ-
ſione rei ſtabilis, ꝙ conſtito de poſſeſſione ſpoliati, & de
ſpolio cum violentia, ꝙ iudex debet condemnare ſpolian
tem, vel eius uniuerſalem ſucceſſorem ad reſtituendum
ipſam poſſeſſionem vnà cum fructibus, & omnib. obuen-
tionibus, & ad medietatem ęſtimationis ipſius rei, de qua
commiſſum fuit ſpolium. & pro huius intelligentia for-
mabuntur hic decem quæſtiones. & primò quæro, quia
tex. iſte dicit de ſpolio commiſſo de re immobili: quid ſi,
a ego habeo vnum debitorem [a] meum in centum, & non va
do ad iudicem, ut ipſum compellat ad mihi ſoluendum,
ſed ipſum auctoritate propria compello ad mihi ſoluen-
dum, & ipſe propter vim, quam ſibi feci, ſoluit mihi, in
quam pęnam incidam in hoc regno, an in pęnam medie-
tatis debiti, ſm iſtam conſtitutionem, vel debeam amitte
re totum debitum, & reſtituere, quod exegi, ſm ꝙ dicit l.
extat. ff. quod metus cau. & l. creditores. ff. ad leg. Iul. de vi
priua. & tex. in c. quod autem. 16. q. 5. And. de Iſer. hic di-
cit, ꝙ aliqui tenuerunt, quòd iſta conſtitutio non habet lo
cum, niſi quando fit ſpolium de re ſtabili, ſeu immobili,
3 & ſic creditor, qui † per vim compulſiuam exegit à ſuo de
bitore pecuniam, amittit ius crediti, & reſtituit, quod exe,
git, per d. l. extat. ſubaudi, nõ ipſo iure, ſed per ſententiam,
ſm Bar. in d. l. extat. licet Bal. contra ibi. ſed opi. Bar. eſt ve-
rior: & ita tenet Alb. de Roſ. ibi, & punit in quadruplum,
computato ſimplo per iſtam cõſtitutionem in fi. & ſic iſti
ſentiunt, ꝙ iſta conſtitutio non correxit d. l. extat. & pro
opinione iſtorũ facit, quia conſtitutio iſta loquitur, quan-
do factum eſt ſpolium in reb. immobilibus, & in fi. loqui-
tur de raptore rerum mobilium, qui punitur in quadru-
plum, computato ſimplo. & ſm opin. iſtorum ſequitur, ſi
creditor authoritate propria pro debito cepiſſet poſſeſſio-
nem rei ſtabilis, non militaret pœna legis, extat, ſed debet
puniri pœna huius conſti. & ſic in hoc caſu ſit correcta d.
l. extat. quia commiſſum eſt ſpolium violentum ſuper re
ſtabili. Roffr. Benenenta. in tit. de conſtitutione Diui Mar-
ci, tenet, ꝙ d. l. extat, habeat locum ſiue rem mobilem, ſiue
immobilem creditor occupet. & ſubdit, ꝙ quando rem
mobilem occupat, non tenetur pœna vi bonorum rapto-
rum, quia nec rapinam voluit committere creditor: quia
4 credidit ſibi licere. & † voluntas & propoſitũ diſtinguunt
maleficia. ff. de fur. l. qui iniuriæ cauſa. Ipſe tamẽ And. hic
tenet indiſtinctè, ꝙ iſta conſtitutio corrigit d. l. extat. & di
cit, ꝙ hoc eſt verius. ſ. ꝙ creditor puniatur in medietate
crediti, quia iſta conſtitutio viam mediam elegit. ſi mihi
fas eſſet dicere, dicerem, ꝙ bene dixit Andr. ꝙ l. extat. ff.
quod me. cau. eſt correcta per iſtam conſtitutionem, quan
doquidem creditor commiſit violentiam ſuper re immo
bili debitoris, vt ſupra dixi. ſed ſi commiſit violentiam in
perſonam debitoris, faciendo authoritate propria ſibi ſol
uere pecuniam in genere debitam creditori: dicerem, ꝙ
iſta conſtitutio non corrigit d. l. extat. ex eo ꝙ iſta conſti-
tutio mediam viam eligit, quando violentia commiſſa eſt
in reb. ſtabilibus: ſed quando creditor per violentiam exe-
git pecuniam à debitore ſuo auctoritate propria, non lo-
quitur iſta conſtitutio, quæ ſolùm in ſui principio loqui-
tur in rebus immobilibus: & finis loquitur in rapina re-
rum mobilium. & iſto modo intelligo And. hic, qui dicit,
ꝙ iſta conſtitutio corrigit legem, extat. Secundò quærit
5 hic And. an † diſpoſitio d. l. extat. procedat de iure diuino?
Dicit ipſe, videtur ꝙ non procedat de iure poli, quia de iu
re diuino ſufficit reddere alienum, quod fuit acceptum,
nec peccat auferens, quod ſuum eſt, propria authoritate:
quia ille, à quo aufertur, non eſt in damno, quia ſoluit pe-
cuniam debitam: damnum enim eſt diminutio patrimo-
nij. l. 1. ff. de dam. inſe. Et pro hoc allegat beatum Tho. de
Aquino, ſecunda ſecundæ, q. 66. art. 5. Sed aduerte, quia
idem Tho. in eadem quæſtione, art. 5. dicit, ꝙ ille, qui ac-
cepit rem ſuam apud alium depoſitam, grauat depoſita-
rium, quia tenetur ad reſtituendum eam, vel ad oſtenden
dum ſe eſſe innoxium. Vnde manifeſtum eſt, ꝙ peccat, &
tenetur ad releuandum grauamen depoſitarij. qui verò
furtum accepit in rem ſuam apud aliũ iniuſtè detentam,
peccat quidem. Non quia grauat eum, qui detinet, & ideo
nõ tenetur ad reſtituendum aliquid, vel ad recompenſan-
dum, ſed peccat, quia contra communem iuſtitiam, dum
ipſe ſibi vſurpat ſuæ rei iudicium, iuris ordine prætermiſ-
ſo. & ideo tenetur Deo ſatisfacere, & dare operam, vt ſcan
dalum proximorum, ſi ex inde exortum fuerit, ſedetur.
Idem dicit Arch. 14. q. 5. c. non ſanè. dicens, ꝙ ſi quis rem
ſuam authoritate propria recuperauit, peccauit, & debet
agere pęnitentiam, tamen non tenetur iure poli illam re-
ſtituere. Et ſic patet, ꝙ ſi iudex condemnauit ad pœnam
impoſitam per ius ciuile, nõ tenetur delinquens ad iſtam
pęnam in foro conſcientię: ſed ſi iudex non condemnauit
ad pœnam impoſitam per ius ciuile, tenetur de iure diui-
no ad illam pęnam ſoluendam. ita dicit beatus Tho. in ſe-
cunda ſecundę, q. 6 x. art. 3. Hęc determinatio ſancti Tho.
eſt conformis cum determinatione iuris ciuilis. Nam ſi
6 † quis committit violentiam in ſpoliando aliquem ſua au
thoritate poſſeſſione rei immobilis, incidit in pœnam. l. ſi
quis in tantam. quæ pęna applicatur parti per ſententiam
iudicis, & non aliter, vt dicunt gl. & Doc. ibi, & Roffr. Be-
neuen. in libellis ſuis, in tit. de conſti. ſi quis in tantam. Sic
etiam pęna, quæ imponitur creditori exigenti propria au
thoritate ſuum debitorem contra eius voluntatem, vt in
d. l. extat. non imponitur pęna ipſo iure, niſi per ſententiã,
ſm Roffre. Beneuen. in rub. de edicto diui Marci. & idem
firmat Bar. in d. l. extat. licet gl. & Bal. in d. l. extat. teneant
cõtrarium, ꝙ ipſo iure incidit in dictam pęnam. Et in iſta
opinione fuit hic And. ſed ipſe And. errauit vnà cum glo.
vt dicit Bart. in d. l. extat. per iura & rationes, vt per Bar. in
d. l. extat. Et opi. Bart. contra glo. & And. firmauit Alb. de
Roſ. in d. l. extat. & ſic ſi iudex non condemnauit ad iſtam
pęnam, non tenetur ad illam ſoluendam, etiam de iure ci
uili. Sed quid ſi pęna debetur ipſo iure? Dicit And. ꝙ theo
logi non conſiderauerunt iſtas ſubtilitates. ſed miror, ꝙ
And. dicat iſta verba, quia theologi tenent, ꝙ delinquens
tenetur ad pœnam, ſi eſt condemnatus, ergo tenent idem
ſi non eſt condemnatus ab homine, ſed eſt condemnatus
ipſo iure à lege, quia iſta æquipatantur, eſſe cõdemnatum
à iudice ad pęnam, vel non eſſe condemnatũ à iudice, ſed
7 eſſe ipſo iure condemnatũ à lege. † Quia ptãs iudicis con-
demnantis & legis, & contrahentiũ ęquiparantur, vt dicit
hic And. & patet in l. non impoſſibile. ff. de pac. cum con-
cordantijs allegatis per Luc. de Pen. in rub. C. de decre. de
cur. li. 10. & dictum fuit ſupra in pręludijs. & no. in l. 1. C.
cõia de lega. Deus. n. dedit ptãtem Regi faciendi leges, vt
ĩ Auth. in medio litis. poſt principiũ. & in Auth. vt hi qui
obligatas, in princ. quibus violatis, aut non ſeruatis, Deus
exterminat violentos, iuxta illud Hierem. 31. c. ſi ceſſaue-
rint leges iſtæ, ſiue ſtatuta hæc coram me, dicit dominus,
& ſemen Iſrael deficiet, & non ſit gens coram me cunctis
diebus, hoc proſequitur Lucas de Penna in l. 1. x. colum.
C. de ſuperindi. Cui adde Pet. de Ancha. in dicta regula,

poſſeſſor malæfidei.col.16.libro ſexto.vbi dicit, quod lex
humana ligat etiá in foro conſcientiæ,per c.quo iure.8. di
ſtin.& 96.diſt.c.ſi Imperator.& tenet Flor. de Sancto Pe-
tro in l.ex parte hæres. §. ſeruo libertatis. ff. familiæ erci-
ſcun.vbi refert beatú Thomá ſic tenere.& Bal. in authé.in
greſſi.9.col.C.de ſacroſ.eccle. & voluit Barth.Veronen.in
tract.de ſimulatione,in ſecunda præſumptione, & gl.in l.
adigere.§.quamuis.ff.de iure pat.dicit,quod lex ciuilis ob
tinet vim apoſtoli,& tex.dicit,qui poteſtati reſiſtit, Dei or
dinationi reſiſtit.11.q.4. c.qui reſiſtit.& ibi multa Pet. ad
hoc allegat.Vnde theologi tenentes,quòd in foro conſcié
tiæ delinquentes tenentur ſoluere pœnam, ſi ſunt condé-
nati,videntur tenere,ſiue ſint códemnati à lege ipſo iure,
ſiue ſint condemnati a miniſtro iuris, vbi a iure non ſunt
condemnati ipſo iure.Quib.ét addo id,quod dicit idẽ Pe
tr.de Anch.in regula,poſſeſſor malæfidei.col.30.lib.6.vbi
tenet,quod pęna dupli,vel tripli debetur de iure poli,quã
do ad eã eſt condemnatus, & non aliter.Idem tenet Bald.
in d.l.id quod pauperibus.in 9.quæſt.C. de epiſc. & cler.
8 † Bene tamen verum eſt id.quod ſoluitur pro pęna debita
de iure ciuili,aut canonico,eſt pauperibus erogandum, ſe
cundú Inno.in c.quia plerique.in fi.de immun.eccleſi. In
quibus autem caſibus pęna eſt debita ipſo iure humano,
& per conſequens eſt debita etiam iure poli, ſecun-
dum Andream hic, vide pulchram apoſtillam Alexan. in
l.Imperator.ff. de iure fiſci. Et ex iſta concluſione patet ẽt
deciſio illius quæſtionis, de qua ſæpius fui interrogatus,
vtrum bona delinquentis crimine læſæ maieſtatis, quæ ac
quiruntur Regi quo ad dominium ipſo iure, vt dicit Azo
in ſumma,prout refert Andreas in cap.1.quo tempore mi
les.& in cap.1. de feudo ſine culpa non amitt. ſed in aduo
canda poſſeſſione requiritur declaratoria iudicis, vt habe
tur in c.cum ſecundú.de hæret.libro ſexto. & tenet Alex.
in d.l.Imperator.ff. de iure fiſ. Si Rex ante iſtam declara-
tionem donet bona illius rebellis alteri, an poſſit iſte do-
natarius cum bona conſcientia illa bona retinere? Et per
prædictas authoritates & rationes dixi vnà cú certis theo
logis,cú quibus habui verbum de hoc dubio: quòd dona
tarius poteſt cum bona conſcientia retinere dicta bona.Et
vltra allegabam Auge.pro iſta deciſione in repe.l.primæ.
9 in fi.C. de iudicijs. vbi tenet, quòd † iſte donatarius iuſtè
tenet iſtas res deuolutas regi ipſo iure ſibi donatas. Et in
hanc partem videtur inclinare Ioan.An.in nouella in c. ſi.
in fi.de immun.eccleſi.lib. 6. Et hoc verum,niſi conſcien-
tia ſtimularet eú,tunc debet reſtituere,vt dicit Ang. in lo-
co præalleg.Et vidi,quòd quidá nobilis, qui habuit a Re-
ge donationem cuiuſdam domus magnæ cuiuſdá nobi-
lis,qui fuit notoriè rebellis Regi:poſtea fecit ſibi cóſcien-
tiam, & domum illam reſtituit hæredibus dicti rebellis,
& fuit de hoc laudatus à magnis viris. Quia idẽ dicimus
de eo,qui legitimè præſcripſit,ſi conſcientia ſua remordet
eum,debet rem præſcriptá reſtituere,ſecundú Hoſtien. in
ſumma,de pręſcrip.§.quæ exigantur.verſi.ſed quid ſi iam
completa.& And.hic: ſed de hoc me remitto ad Petrú de
Ancha.in dicta regula,poſſeſſor malęfidei.& ad Abba. Si
cul.in c.ſi diligenti.de præſcrip.tangit hic etiam Andr. an
de iure diuino leges ciuiles ligent ignorantes. & dicit quod
non,allegat Hoſtien.vbi ſupra,ego de hoc dixi ſupra in cõ
ſtitutione,homines.in primo notabili. Tertiò quæro,an
10 iſta pœna medietatis æſtimationis rei, ſuper qua commiſ-
ſum eſt ſpolium,applicetur regio fiſco,vel parti ſpoliatæ?
Videtur prima facie,quòd applicetur parti ſpoliatæ. nam
dicit Rofre.Beneuenta.in ti.de conſtitu.ſi quis in tantam.
quòd forma libelli ſuper illa lege,ſi quis in tantam. eſt pe
tere ſpoliantem condemnari in amiſſione dominij, ſi il-
lud habebat,ipſi ſpoliato:& ſi non habebat, ad æſtimatio
nem ipſius rei ſpoliatæ ipſi ſpoliato. Et idem dicit in ver-
ſiculo,ſed illud quæritur,& ita expreſsè firmat Odofre.in
dicta l.ſi quis in tantam. in poſitione caſus. Et hoc bene
probat tex.illius legis ibi,dum dicit,non ſolùm eam poſſi
dentibus reddat: uerùm etiam æſtimationem earundem
rerum reſtituere compellatur. ſed iſta conſtitutio elegit
mediam uiam inter dictam l.ſi quis in tantam. & ius Ló-
gobardum,poſitum ſub rubrica,de inuaſoribus. & ſic pœ
na medietatis æſtimationis rei, in qua fuit commiſſum
ſpolium,uidetur ſubrogata loco pœnæ antiquæ, ergo de-
bet habere eandem naturam. Sicut dicimus, quod præ-
ſcriptio breuis ſubrogata loco longioris præſcriptionis ſa
pit eandem naturam,ut dicit Bal. in l.in contractibus. in
3.colum.C.de non numer.pecun. ergo debet parti appli-
11 cari,& non fiſco † Secundò ad idem adducitur id, quod
dicit Ioan.de Imo. in rubrica.ff.de publicis iudiciis, quod
quando pœna imponitur per nomina reſpectiua, ut du-
plum,uel triplum,& tunc applicatur parti,ut in l.fin.ff.de
litigio.ſed ſic eſt pœna medietatis æſtimationis rei &c. er
go applicatur parti,& non fiſco. Tertiò ad idem adduci-
tur id, quod dicit Angel. in l. ſi quis id quod. ff. de iuri-
ſdicti. omni. iudic. quod quando lex ſimpliciter loquitur
non introducens, nec accuſationem, nec actionem, pœna
impoſita in lege,debet parti applicari,allegat text. in l.pe-
nult.ff.de in ius uocan.& firmat Bal.in l.ſi eccleſiæ. C. de
epiſco.& cleric. ſed ſic eſt in iſto tex. ergo &c. pro hac e-
tiam allegatur gloſ.in l.1.C.de his,quæ pœnæ nomine.&
in l.fina.C.ne liceat potentio. ubi pœna applicatur parti,
ſecundùm Paulum de Caſtro ibi. & idem uidetur dicere
Angel.in l.prætor.in princip. ff. de ſepulchro uiola. & ui-
de pro iſta parte Angel. de Aretio in ſuo tractatu malefi-
ciorum,in uerbo,comparent ſuperius inquiſiti. in 6.colu.
& ibi per Auguſtinum in ſuis additionibus, & Specul. &
Ioan Andr.in additio.Specul.in titu. de dolo & contuma
cia.§.reſtat.in princip.& Abb.Sicul.in rubrica, extra de iu
dicijs. In contrarium facit,quia iſta pœna medietatis &c.
de qua in iſta conſtitutione, non eſt per modum ſubroga-
tionis pęnæ antiquæ,ſed per modum principalis,& primi
tiuæ diſpoſitionis in iſto regno: ideo non aſſumit natu-
12 ram pęnæ antiquæ. † Quia quando lex mortua diſponit
unum,deinde ſuccedit alia lex noua aliud diſponens: im-
poſſibile eſt, quod iſta lex noua ſapiat eandem naturam
cum ueteri lege.hoc uoluit Bartol.in l.3. §. hæc actio. ff.ſi
quis teſta.liber eſſe iuſſus fuerit.& Ange.in l.ſi eum.§.qui
iniuriarum.in 1.col.ff.ſi quis cautio.ſic intelligitur l.ſi de
bitori.ff.de dona. cauſa mort. Bene facit ad hoc id, quod
dicit Bald.in l. quoties.§. ſi quis primum.ff.de hæred. in-
ſtit.ubi ſuperueniens diſpoſitio, ſi excedit diſpoſitionem
ueterum,non appellatur ſubrogatio,ſed principalis & pri
mitiua diſpoſitio: ergo ſi iſta conſtitutio non eſt ſubroga-
ta in locum pœnæ,l.ſi quis in tantam, ſed principaliter di
cit ſpoliandum mulctandum in dicta medietate, uidetur
dicere, quòd iſta mulcta debeat applicari fiſco, quia ſem-
per mulcta fiſco applicatur, ut in l.mulctarum. C.de mo-
do mulcta.& eſt tex.expreſſus in c.1. in uerbo, mulctarũ.
quæ ſint regalia. & ita firmat Bart. in l. agraria. ff. de ter-
mi.amo. ad hoc facit gl.in l.3.§.1.ff.de ſepulchro violato.
quæ dicit, quòd pœna pecuniaria, ſi agitur criminaliter,
debetur fiſco: ſed ſi ciuiliter, debetur parti. Sed mulcta
ſemper debetur fiſco,per dictum c.1. quæ ſint regalia. &
13 d.l.mulctarum. † Magna quidem differentia eſt inter mul
ctam,& pœnam, ut patet in tex.in l.aliud. §.1. ff.de uerb.
ſignific.Sed aduerte,quia hodie iſta pœna medietatis &c.
ex quo eſt certa, non poteſt dici mulcta, per text. in d.l.
aliud. §.1. Secundò pro iſta parte adducitur ratio manife-
ſta,iſta conſtitutio dicit,quòd propter uiolentias ſubdito-
rum turbatur pax inter ſubditos, & ideo inter aſperita-
tem pœnæ iuris communis, & tenuitatem pęnæ iuris Lon
gobardi impoſita eſt pœna iſta medietatis &c. & ſic uide-
tur impoſita, non tantùm propter intereſſe partis, ſed ob
publicam uindictam, quia turbat pacem per dictam uio-
lentiam: & ideo iſta pęna medietatis &c.debet fiſco appli
cari, ſecundùm doctrinam Bart. in d.l.agraria. Et pro hoc
uidetur gloſ.in l.iubemus. §.is quoque. in uerbo, bono-
rum. C. de ſacroſanct. eccleſ. licet gloſ. in l.ſi uero. §.hæc
autem actio. ff.de his qui deie. uel effu. dicat, quòd me-
dietas

14 dietas applicatur parti, & medietas fiſco. Solutio. † ſi dici-
mus, q iſta pœna ſit pro eo, quia offenditur propter dictā
violentiam, vt dicit principium huius conſtitutionis; iure
licito iſta pœna applicatur fiſco, vt dicit Ang. in d. l. ſi quis
id quod. Si verò dicimus, q principaliter iſta pœna ſit im-
poſita pp offenſam factam parti læſæ: & tunc debet appli
cari parti. ſi dicimus, q iſta pœna eſt ex edicto prætoris, ſi-
cut dicimus in l. extat. ff. quod metus cauſa: tunc debetur
parti, per l. 3. in prin. ff. de ſepulchro viola. Sed profectò
iſta pœna reſpicit vindictam publicam, quia pro turbatio-
ne pacis imponitur, & ideo dicit tex. pœna legitima volu-
mus coerceri, quę pœna eſt medietas æſtimationis rei &c.
quam pœnam mulctam appellauit infrà, vt tolleret cōtra-
rium de pœna. Item iſta conſtitutio non dr̄ edictū præto-
ris, ſed dr̄ conſtitutio Imperialis. Nec ob. q iſta cōſtitutio
nō introducit: nec accuſationem, nec actionem, & per cō-
ſequens, q pœna debet parti applicari, vt ſuprà dictū eſt,
quia illud procedit, quando pœna debetur ex edicto præ-
toris, vt dicit glo. in d. l. pen. ff. de in ius vocan. ſecus quan-
do debetur ea conſtitutione Imperiali. quare concludo, q
iſta pœna, de qua in iſta conſtitutione, applicatur fiſco, &
non parti ſpoliatæ. Et pro iſta deciſione vltra p̄dicta fuit
allegatum capitulum Regis Caroli primi, quod incipit,
15 ſubditorum noſtrorum. char. 14. † vbi punitur ſpolians ali
quem authoritate propria in regno poſſeſſionis rei immo
bilis pœna huius conſtitutionis, vel ſi maiorem, vel ſi mi-
norē Rex decreuerit. Ecce ergo, quod augetur, vel minui-
tur ex arbitrio ſuperioris, & ex hoc ſequitur, quòd appli-
catur fiſco, p tex. in d. c. 1. quæ ſint regalia. Et ſi diceretur,
quòd dictū c. nihil facit, quia Rex vult, quòd ſpolians pu-
niatur pœna huius conſtitutionis, & in plus, vel minus ſm
arbitriū Regis, ex quo omnis pœna in rege eſt arbitraria,
vt dicit Bal. in l. cunctos populos. C. de ſum. tri. & in l. fi. ff.
de ſenato. Nam ad hoc reſpondetur, quòd qn̄ exprimitur
illud idem, quod de iure antiquitus erat ſtatutum, ſemper
aliquid vltra operatur, ut dicit Bar. in l. de quibus. ff. de le
gi. vbi magis extenditur expreſſum, quàm tacitum, per l.
precibus. C. de impuberum. vnde illud verbū, plus vel mi
nus, facit quòd pœna ſit fiſci, & non partis in dubio, p no.
per Bar. in l. agraria. Nec ob. gl. in l. 1. C. de his quæ pœnæ
nomine, quia illud ideo eſt, quia illa pœna non eſt in quan
titate, ſicut eſt iſta, de qua in iſta conſtitutione, ſed pœna
conſiſtit in iure ſuo perdendo, & propterea applicatur par
ti, ſicut eſt in dicta l. ſiquis in tantam. vel melius ibi in pœ-
na impoſita a teſtatore, qui eſt priuata perſona, hic in pœ-
na impoſita à iuris cōditore, ideſt, Imperatore. Nec obſtat
d. l. fi. ne liceat potentioribus, quia ibi actio applicatur par
ti, ſed hic æſtimatio rei. Nec obſtat id, quod dicebat Ioan.
de Imo. in rubrica, de publicis iudicijs, quia cōtrariū eius,
quod ipſe dixit, ut ſupra, deciſum eſt in hoc regno, per ca-
pitulum Regis Caroli, quod incipit, placuit de conſilio no
16 bilium plurium & ſapientium. char. 3. † vbi dr̄, quòd pœ-
na tripli applicatur fiſco, & vidi quandam apoſtillam an-
tiquam ſuper iſta conſtitutione, quæ dicebat, quòd in con
ſilio regio fuit cōcluſum, quòd iſta pœna applicatur fiſco.
Quartò quæro, quomodo intelligitur in iſta cōſtitutione
iſtud verbum, violentia? Roſre. Beneuenta. in rubrica, de
conſti. ſi quis in tantam. tangit hoc dubium & dicit, quod
intelligitur, ideſt ſua authoritate, nec curat, ſi interuene-
runt arma, vel non: ſufficit enim, quòd aliquis ingrediatur
poſſeſſionem propria authoritate, & eijciat poſſeſſorē con
tra eius voluntatem per l. idemque qui armati. ff. de vi, &
vi arm. hinc dicit Bal. in d. l. ſiquis in tantam. verſ. decimò
quęritur hic &c. quod ſi aliquis abſente domino & poſſeſ
ſore intrat fundum à domino poſſeſſum, & clàm ipſum
ſpoliat, iſta clandeſtina poſſeſſio habetur ac ſi per vim pa-
làm eum ſpoliaſſet, ſi dominus reuertitur, & non admitti-
tur, per l. clàm poſſidere. §. qui ad nundinas. ff. de acq. poſſ.
ſubdēs, quòd tribus modis quis expellitur. Primo modo,
quando in poſſeſſione inuenitur, & expellitur. Secundò,
quando non inuenitur, & reuertens non admittitur. Ter-
tio, qn̄ metu non reuertitur. Et iſtis tribus modis dr̄ quis
expulſus, ſubaudi, & dicetur per uiolentiam expulſus, vt
dicit idem Bal. in eadē l. pen. colu. verſi. quid ſi clàm. Nam
quicquid fit contra meam voluntatem, dr̄ vi factum, ut in
l. 1. §. qui ſibi. & ibi Bar. & l. vim facit. ff. quod vi aut clàm,
bene facit c. Piſanis. de reſti. ſpolia. niſi iudicis authorita-
te legitimè interpoſita fiat ingreſſus, ut dicit Bart. in l. 3. in
6. col. C. de pign. & voluit ſcribentes in d. l. ſi quis in tan-
tam, & habetur in l. iuſtè poſſidet. ff. de acq. poſſ. cū cōcor.
17 quæ ibi allegantur, & in l. meminerint. C. vnde vi. † Item
dicitur quis committere violentiam expulſiuam, ſi aliquē
eijciat de poſſeſſione ſua, uel ipſum capit in fundo, & eū
liget, ita quòd nō eſt in ſua poteſtate facere aliquem actū
poſſeſſoris, ita dicit Bal. in l. 1. C. quod metus cauſa. per l. 3.
§. pen. ff. de vi & vi arm. Item violentia dr̄ commiſſa & p-
bata eo ipſo, quòd p̄batur, quòd talis erat paratus vim fa-
cere, ſi reſiſtentem inueniſſet. ita dicit Alex. in 1. vol. conſ.
113. incipiente, vſ prima conſideratione. Item probatur
violentia publica non ſolùm, quando ſpolium factū fuit
cum armis, ſed ēt ſi probetur, quòd habuit homines con-
gregatos cum armis, & impetum fecerunt, cui reſiſtere ip-
ſe non potuit, & fuit eiectus à poſſeſſione, ſm Bart. in l. 1.
ff. ad legem Iuliam de vi publica, verſ. ſed hic incidit quæ-
ſtio. Quintò quæro, an ille, qui committit ſpolium cum vi
publica ſolùm, debeat puniri pœna medietatis æſtimatio-
nis rei, in qua eſt commiſſum ſpolium, iuxta iſtam conſti-
tutionem, vel debeat puniri pœna deportationis cum pu-
blicatione bonorum omnium, iuxta legem antiquam, ut
in l. ſi ſeruus. ff. ad legem Iuliā de vi pub. & in l. ſi quis ad
ſe fundum. C. eod. tit. vel dicta iura ſint correcta per iſtam
conſtitutionem. Reſpondetur, quòd per iſtam conſtitu-
tionem non corrigitur pœna legis Iuliæ de vi publica, ſed
tantùm pœna l. ſi quis in tantam. Et pro hoc allego Barto.
& Ang. in l. quoniā. C. ad l. Iuliā de vi pub. vbi dicit, quòd
ſi cum hominibus armatis vado ad occupandum poſſeſ-
ſionem alicuius, & in ipſa occupatione fiunt percuſſiones,
& homicidia, vnum eſt delictum violentiæ aggrauatum
per multas qualitates, & pro illis qualitatibus imponitur
pœna ſm qualitatem delicti, & ſic punietur ēt de percuſ-
ſione & homicidio, & de violentia cum armis, & ſecundū
iuris ordinem prius cognoſcetur de iſta uiolētia, quàm de
ſpolio, ut dicit tex. in d. l. ſiquis ad ſe fundum. l. fi. C. de or-
dine iudiciorum. & pro iſta deciſione allego etiam Bal. in
l. aduerſus. in verſi. quæro hic, nūquid vna iſtarum &c. C.
18 de furtis. ubi dicit, † quòd qū unum delictum ab altero ſe
cernitur, pœnæ non confundūtur, ſed ſimul utrunque cō-
mittitur, una pœna in alteram cōputatur, niſi quādo una
excedit alteram l. qui ſeruum. de act. & oblig. &c. Ad idē
allego Bar. in l. ſenatus. ff. de accuſa. ubi dicit, quòd ſi ex u-
no facto reſultant duo crimina, ſeu duæ qualitates crimi-
nis, quæ ſe habent ut genus & ſpecies, tunc non punitur ni
ſi una lege; intellige ſi in executione ſe impediunt, puta,
quia pœna vnius legis ſe includit in alia, ut dicit Salice. in
l. qui ſepulchri. C. de ſepulchro uiolato. ſicut eſt in caſu, de
quo quæritur, ubi pœna medietatis æſtimationis includi-
tur in pœna publicationis bonorum pro ui publica. Et p
hoc uide pulchram apoſtillam Alex. in l. 1. ff. ui bonorum
raptorum, & Bal. in l. in eum. C. de furtis, & Bald. in l. qui-
cunque. C. de ſeruis fugitiuis. Ex quibus ſequitur, quòd
ſpoliatus non poſſit petere, quòd ſpolians puniatur pœna
huius conſtitutionis, & pœna legis Iuliæ de vi publica, q̄a
pœna huius conſtitutionis includitur in pœna legis Iuliæ
de vi publica, & ſic ea diuerſis qualitatibus concurrenti-
bus in hoc ſpolio uiolento fiet punitio ſecundùm quòd in
ea commiſſa ſunt delicta, ut dicit Bar. in l. ſanctio. ff. de pœ
nis. Bene fateor, quòd pro uno, eodemque delicto, ſi ex di
uerſis legibus imponantur diuerſæ pœnæ, puta interdictū
unde ui, prouidet de una pœna, iſta conſtitutio prouidet
de alia pœna, non poſſunt iſta remedia cumulari in uno &
eodem libello, ſed habet eligere, an velit agere per iſtam
conſtitutionem, vel interdicto vnde vi, vt dicit Roſre. in
dicto

dicto titu. de conſtitutio. ſiquis in tantam. in vlti. col. quia
reus duplici pœna affligeretur, quod iura nolunt, vt in ca.
19 at ſi clerici. de iudi. vt ibi latius per eum. † Sextò quæro,
quid habet de neceſſitate probare in iudicio ſpoliatus poſ
ſeſſione rei immobilis, intentando remedium huius con-
ſtitutionis? Reſpondeo, duo neceſſaria habet probare: vi-
delicet ſe poſſediſſe rem illam, & contra eius voluntatem
fuiſſe eiectum, ſiue ſpoliatũ dicta ſua poſſeſſione: hoc pro-
bat iſta conſtitutio, & eſt textus in c. conſultationibus. de
offi. deleg. & in c. olim. el 3. de reſtitu. ſpoliatorum. cũ con-
cor. quæ ibidem allegantur. Hoſt. addit tertium, videlicet,
ꝙ fuit eiectus per violentiam expulſiuam. Quia ſi eſſet vio
lentia compulſiua, haberet locum remedium ex titulo, quod
metus cauſa, ita dicit ipſe in ſumma, in tit. de reſtit. ſpolia-
torum. §. 1. verſ. ſpoliatus. Quibus addo, quòd ſola denega
tio poſſeſſionis rei ſtabilis, ſeu immobilis, inducit ſpolia-
tionem, vt in l. colonus. ff. de vi & vi arma. ſm Petrum de
Ancha. in conſi. 149. incipiente, quoad primum vſ. An au
tem ſpoliator debeat de neceſſitate probare, ꝙ tempore
facti ſpolij ipſe poſſidebat, vel ſufficiat pbare, ꝙ poſſedit
aliquo tempore? Reperio Alex. in 1. vol. conſil. 133. inci-
piente, viſo proceſſu. in 2. col. dicentem, ꝙ ſi ſpoliatus al-
legat ſe poſſediſſe tempore ſpolij, vel non allegat, ſed pro-
bat ſe poſſediſſe, præſumitur poſſediſſe tẽpore ſpolij, alle-
gat l. ſiue poſſidetis. C. de probatio. & l. non ignorabit. &
ibi per Salice. C. ad exhibendum. & Ioan. And. & alios ſcri
bentes in c. cum ad ſedem, de reſti. ſpo. & Specu. & Ioan.
And. in addi. in tit. de petitu. & poſſeſſorio. §. 1. circa finẽ;
& Dominos de Rota in deciſ. quæ incipit, item ſi probe-
tur, aliquem tenuiſſe. Et hoc verum dicit, niſi pars aduer-
ſa probaret, quòd tunc temporis nõ ipſe, ſed alius, vel ipſe
ſpolians poſſidebat, & firmat hoc Abb. Sicu. in c. ſuborta.
in 2. not. de re iudica. & in cap. olim. el 3. in 1. col. de reſti.
ſpo. & in d. c. cum ad ſedem. in 6. & 7. col. Et in tantũ hoc
dictum eſt verum, ꝙ dicunt Inno. & Io. And. in nouel. in
20 c. poſt electionem. in fi. de conceſ. præben. † quòd ſi ego
ago poſſeſſorio, vt obtineam mihi reſtitui poſſeſſionem,
non eſt neceſſe me probare ſpoliationem, ſed ſatis eſt, ꝙ
probem me antea poſſediſſe, & te nunc habere poſſeſſio-
nem. hoc refert, & ſequitur Alexã. in l. naturaliter. §. nihil
commune. in 16. col. ff. de acq. poſſeſ. Sed hoc dictum pu-
to verum, quando fuiſſet actum remedio cap. reintegran-
da. 3. q. 1. quo caſu agens dicto remedio c. reintegrãda, nõ
debet narrare ſe ſpoliatũ, ſed ſolùm ſe poſſediſſe, & quòd
poſſeſſio indebite eſt penes talem, ut dicit Lapus alleg. 52.
quem ſequitur Abb. Sicu. in c. accedens. in 4. col. vt lite nõ
conteſtata. idem ſi fuit actum officio iudicis, de quo per
Bal. in l. penul. C. ſi à non compe. iudi. & per Imo. in c. ſæ-
pe. & per Abb. in d. c. cum ad ſedem. An autẽ ſufficiet ſpo-
liato probare, ꝙ ſpolians ſolum fregit oſtia domus ad pro
bandum ſpolium? Deciſ. Rotæ 156. quæ incipit, non ſuf-
ficit probare. tenet, quòd non, quò ad effectum recuperan
di fructus à tempore ſpolij, niſi probetur, quòd violentia
facta fuit perſonæ ſpoliatæ, vel eius familiæ exiſtẽti in do-
mo, quia poterat eſſe, ꝙ domus erat vacua, & ſic nulla cen
ſetur violentia facta, iuxta notata in c. cum ad ſedẽ. in ver-
bo, interdictum. & in Spec. de peti. & poſſeſſ. §. 1. in c. fin.
21 An autem reus probando, † ꝙ habuit iuſtã cauſam intran
di poſſeſſionem, quam alius tenebat, & poſſidebat, excu-
ſaretur à pœna violentiæ? Videtur ꝙ ſic, per gl. in l. plagij.
C. ad l. Flauiam de plagi. & per no. per Bar. in l. 1. §. non au
tem. ff. ſiquis teſtamento liber eſſe iuſſus fue. & per id, quod
dicit Alex. in 3. vol. conſi. 73. incipiente, videtur prima cõ-
ſideratione, vltima col. Sed tene contrariũ, quia ſicut cau-
ſa, quæ à iure naturali reprobatur, non excuſat à dolo, ita
nec cauſa, quæ iure ciuili eſt reprobata, ut dicunt Ange. &
Io. de Imo. in l. ex conſenſu. §. fi. ff. de appe. & ita firmat Ale
xan. in 1. vol conſi. 103. in 7. col. ſed multa iura vetant, ꝙ
propria authoritate quis non dicat ſibi ius, ergo cauſa iu-
ſta non poteſt eſſe contra dictam prohibitionem iuris ci-
uilis, niſi iuſta cauſa eſſet, ꝙ credebat ſe poſſidere, vt te-
net glo. in d. l. ſi quis in tantam. in verſi. 8. vbi facit diffe-
rentiam inter iuſtam cauſam allegatam, ꝙ licebat ſpolia-
re, & iuſtam cauſam, ꝙ credebat ſe poſſidere. Et ideo dici-
mus, ꝙ violentus poſſeſſor non poteſt obijcere exceptionẽ
dominij, ut in l. ſiquis emptionis. §. hoc ſuper illis. C. de pꝛ-
ſcrip. triginta annorum. & firmat Bal. in l. vis eius. C. de pꝛo-
batio. niſi in certis caſibus per Alex. d. §. nihil commune.
& per Ange. in d. l. ſiquis ad ſe fundum. C. ad legem Iuliã
de vi. & dicetur infra in 10. q. Septimò quæro, an iſta con-
ſtitutio habeat locum in feudis quaternatis, vt ſi fiat ſpo-
lium de alio caſtro cum violentia, ſpolians debeat puniri
pœna medietatis æſtimationis illius caſtri? Deinde imme-
diatè quæram, quomodo æſtimabitur illud caſtrum? Do-
22 cto. in d. l. ſiquis in tantam. † tangunt, an dicta lex habeat
locum ſi ſpolium factum fuit de re feudali? Et concludũt,
quòd ſic, vt dicit glo. ibi, in verſi. ſuper rebus quæro, quam
approbant Iaco. de Arena, Cyn. Bal. & communiter ſcri-
bentes. Alb. & Bal. in l. penultima. C. ſi à non competenti
iudice, dicunt expreſsè, quòd pœna dictę. l. ſiquis in tantã.
habet locum in feudatario ſpoliato, & in feudatario ſpo-
liante, & ſic videtur dicendum hic, ꝙ licet iſta conſtitutio
nullam faciat mentionem de feudis, tamẽ ſicut in l. ſiquis
in tantam, ubi nulla fit mentio de feudis, comprehendun-
tur feuda, ita in iſta conſtitutione. Limita iſtam conſtitu-
tionem, ut non habeat locum in Rege ſpoliante ſuũ feu-
datariũ ſua authoritate ex aliqua cauſa iuſta, quia iſta non
dicitur violentia, ſed iuris executio, per textum in l. conti-
net. & l. mulier. ff. quod metus cauſa. ubi dicitur, non eam
vim, quam magiſtratus intulit &c. Ad hoc facit id, quod
dicit Bal. in l. 2. in 3. col. C. quod metus cauſa, ꝙ quãdo iu-
dex intulit metum ex iuſta cauſa, quia præcedunt indicia,
dicitur iuſtus metus ex parte inferentis, aliàs ſine iuſta cau
ſa non poſſet ſibi auferre feudum, per c. 1. de feudo ſine
culpa non amittendo, no. Bal. ibi in l. qui ſe patris. in 9. col.
ver. & ſcias. C. vnde liberi. & poſſet eſſe iuſta cauſa, quãdo
mortuus eſſet vaſallus abſq; prole, & agnatus caperet poſ-
ſeſsionem feudi, & eo exiſtente in poſſeſsione fiſcus man-
dat eum ſpoliari, quia vult tenere in ſequeſtrũ, donec intra
annum uideatur de iure agnati, ut in cap. regis Roberti,
quod incipit, ex præſumptione. char. 35. talis ſpoliatus nõ
agit poſſeſſorio contra fiſcum. Item poſſet eſſe iuſta cau-
ſa, ſi dominus Rex vellet caſtrum vaſalli tẽpore ſuſpecto
cuſtodire pro ſui ſecuritate, & propterea ſpoliaret vaſallũ,
non poſſet vaſallus agere contra fiſcum de ſpolio, ita dicit
Alberi. de Roſa. in l. ſi ita. §. dominus. ff. de vſu & habita. &
in l. 1. in fi. ff. de damno inſecto. idem Bald. in c. 1. §. quid
ergo. de inueſtitu. de re alie. facta. & Lucas de Penna in l.
2. C. de exactio. & exec. lib. 12. hinc dicebat Bald. in cap. ſi
vaſallus. de cõtentione inter dominum & vaſallum, in 4.
23 colum. † ꝙ ſi vaſallus claudit oſtium, dominus directus
poteſt aperire. Et dicit, ꝙ ratio eſt, quia dominus habet ci-
uilem poſſeſsionem, in qua neminem habet reſiſtentem.
Accedat ad hoc id, quod notanter dicebat Bal. in c. ſi con-
tentio, apud quem, vel quos controuer. feudi. in fi. ꝙ ſe-
cundùm canonicam diſciplinam Imperator poteſt dare,
& auferre, ſi motus animi ſui habeat occaſionem concedẽ
di, & auferendi. Et idem dicit in ca. 1. in fi. conſtitutiones
feudales domini Lotharij, allegat Inno. in c. debitores. de
iureiuran. vbi dicit, ſic etiam licitum eſt principi ſeculari
aliquid ſtatuere, uel facere ex cauſa in præiudicium iuris
alterius, vt no. in c. eccleſia. de conſti. Item eſſet iuſta cau-
ſa, ſi uaſallus teneret caſtrum rebellans contra Regem, nã
poſſet Rex, ſtante notorietate facti permanentis, vaſallum
ſpoliare de facto poſſeſsione dicti caſtri, & ſpoliato nõ cõ-
peteret remedium poſſeſſorium, ſecundùm Andr. in c. ſan
cimus. & ibi dixi, quo tempore miles. Item poſſet eſſe iu-
ſta cauſa in ſpolio commiſſo per Regem, quia notoriè cõ-
ſtaret per priuilegia, quòd ſpoliatus nullum ius habet in
feudo, vt dicit And. in 3. colu. vt ego uidi in ſententia lata
per Regem Robertũ in fauorem filij ex primogenito de-
functo, viuo auo, contra patruum poſſidentem feudum,
quia

quia conſtabat per priuilegia, ꝙ nepos debebat ſuccedere,
non fuit auditus patruus in iudicio poſſeſſorio. Item poſ-
ſet eſſe, ꝙ per regiſtra appareret de non iure ſpoliati: tunc
nõ fit ei reſtõ, ſm And. hic in 3. col. qui allegat legem cen-
24 ius. ff. de probationib. † Cui adde, dummodo ipſa regiſtra
habeant requiſita, de quib. per Doct. in ca. ad audientiam,
& ibi per Felinum, de præſcriptionib. cum concordantijs
quæ ibi allegantur. Itẽ poſſet eſſe iuſta cã, ſi Rex ſpoliaſſet
vaſallũ feudo, ꝙ non põt hẽre de iure cõi ſine diſpenſatio
ne: tunc non fiet illi reſtitutio, niſi oſtendat incontinenti
diſpẽſationem, ſm And. hic in 4. col. bene ad hoc faciunt
iura allegata per Oldradum in conſi. 2 2 3. incipiente, iſtæ
ſunt allegationes, & voluit Andr. in lege, imperialem. §. il-
lud. de ꝓhibita feudi alie. per Fede. & infrà latius dicetur.
Itẽ poteſt eſſe iuſta cauſa, ſi uaſallus domini Regis fuiſſet
ſpoliatus de facto ab aliqua perſona eccleſiaſtica de ali-
quo feudo quaternato, vel eius parte: poteſt dominus Rex
ratione ſuæ ciuilis poſſeſſionis q̃ habet in omnib. feudis,
& ipſam retinebat per illum feudatarium, vim vi repelle-
re: præmiſſa citatione per edictum, vt quicunq; ſua inte-
reſſe putauerit, veniat viſurus iuramenta teſtium; & capta
informatione, quod vaſallus Regis fuit in poſſeſſione &
ſpoliatus, ſpoliare eccleſiam dicto feudo, & reſtituere ua-
ſallo ſpoliato: & de hoc eſt quædam declaratio per filium
primogenitum regis Roberti, vicarium eius generalẽ, ſub
ſcripta per Bartholomæũ de Capua anno Domini 1 3 2 0.
die 7. Septem. 4. indictione, quæ incipit, ad aures noſtras
relatio &c. cha. 77. Et dictum ſpoliũ ex parte Regis vide-
25 tur mihi, ꝙ fuit iuſtum: † Quia Rex huius regni in omni-
bus feudis quaternatis habet proprietatem & directũ do-
minium, vt dicit gl. in proœ. iſtarũ Conſtitutionum, & ibi
diximus poſt Andr. & per conſequens habet ciuilem poſ-
ſeſſionẽ: & vaſallus in ipſis feudis tantùm habet naturalẽ
poſſeſſionẽ: quoniam ciuilem non poteſt habere, quia il-
la eſt domini Regis, vt bene hoc firmat And. ibi, in conſti
tutione, ſi vaſallus, de fideiuſſione dominorum à vaſallis
& idẽ in c. 1. §. præterea. de cap. Contadi, dum allegat glo.
in l. 4. §. ex contrario. ff. de acqu. poſſ. & idem dicit Cy. in l.
1. in verſi. 3. loco iuxta pręmiſſa. C. vti poſſidetis. ad idẽ al
lego Bal. in l. 1. verſi. 4 5. ff. de rerũ diui. & in c. 1. in prin. de
his qui feudum dare poſſ. & Doct. cõiter in d. §. ex contra-
rio. & Lucam de Penna in l. pręedia. in 17. co. C. de loc. præ
dio. ciuili. libro 1 1. & pro hoc faciunt elegantia & ſubtilia
verba Bal. in ca. 1. 4. col. quid ſit inueſti. quæ ciuilis poſſeſ-
ſio Regis in omnibus feudis quaternatis remanſit in natu
rali poſſeſſione vaſalli. ſi igitur vaſallus ſpoliať ab alio, q
non eſt vaſallus Regis, videtur ſpoliatus notoriè ipſe Rex
ſua ciuili poſſeſſione & ideo poteſt ipſam ſic de facto, vt
26 ſuprà, recuperare. † Et ex hoc ſequitur vnum mirabile, ꝙ
vaſallus habens naturalẽ poſſeſſionem feudi & dominus
Rex habens ciuilem: ſi vaſallus ſe abſentat a feudo, & do
minus Rex cępit poſſeſſionẽ de facto dicti feudi: non poſ
ſet poſtea vaſallus reuertens recuperare illã naturalẽ poſ-
ſeſſionẽ: quia contra Regem non habet ciuilẽ poſſeſſionẽ
q̃ habet ipſe Rex. & ideo non poſſet agere poſſeſſorio con
tra Regẽ, ſed ſolum de proprietate, quod eſt menti tenen
dum: & miror, quod Doctores ſcribentes in d. §. ex cõtra-
rio. in ſpecie hoc non dixerint, & tñ verum eſt. Bene eſt ve
rum, quod contra alios vaſallos habet quaſi ciuilẽ poſſeſ-
ſionẽ in feudo, vt dicit Pau. de Caſt. in d. §. ex contrario. &
ideo habet cõtra alios beneficium l. clã poſſidere. §. qui ad
nundinas. ſed nõ contra Regẽ habentẽ ciuilẽ poſſeſſionẽ,
quod perpetuò tene menti. Octauò quæro, quomodo æſti
mabitur illud caſtrum vel feudum quaternatum, ad effe-
ctũ vt fiſco pro pœna ſoluatur medietas eius ęſtimationis
pro delicto violentiæ? Reſpondetur, quod in primis iudex
ad requiſitionẽ procuratoris fiſcalis habet ſuper dicta ęſti
matione prouidere de ęſtimatorib. idoneis, & expertis. vt
dicit Bar. in l. 2. vlt. col. C. de reſcindenda venditione, arg.
l. 1. ff. de ventre inſpiciendo, & l. comparationes. C. de fide
inſtru. Cui adde tex. in Auth. de non alie. §. quod autẽ. ubi
27 per illum tex. dicit Angel. ibi, † quòd cum res æſtimandæ
ſunt, ſemper debent æſtimari ab his, qui ſunt in arte peri-
ti, & iſti æſtimatores ad minus debent eſſe duo, niſi par-
tes ſint concordes in vno, ſecundùm Angel. ibi per illum
tex. & l. hac edictali. §. 1. de ſecundis nuptijs. & iſti debẽt
iurare, vt in dictis iuribus, Et iſti æſtimatores debent teſtes
examinare, qui deponent, quod ſi dictum feudum vende-
retur in præſentiarum, tantum pretium haberetur de eo,
vel ipſi teſtes tantum darent pro cõi pretio, ni appareret,
quod ipſi teſtes haberent aliquã affectionem ad dictum
feudum: puta, quia illud fuiſſet aliàs ſuorum anteceſſorũ,
uel quia habent prædia ibi vicina, tunc iſti teſtes nõ eſſent
idonei, quia res non debet ęſtimari ex affectione, ſm Bal.
in d. l. 2. in col. 16. & Florianum de ſancto Petro in l. illud.
§. ſi ſeruũ. ff. ad legem Aquil. & no. in l. pretia rerum. ff. ad
legem Falcid. & Abb. Siculum poſt Ioan. Cald. in c. cũ cau
ſa, de teſtibus. & eſt ratio, quia tunc non æſtimatur res ip-
ſa, ſed affectio vicini, & cõmoditas ipſius vicini, quia iſta
commoditas non eſt ipſius, qui commiſit violentiã, vt di-
cit beatus Tho. de Aquino ſecunda ſecundæ, quæſtione
77. & beatus Bernardinus in ſuo opere de contractibus &
vſuris, ſermone trigeſimoſexto, q allegat ad hoc Scotum
in quarto ſententiarum. 1 5. diſt. & idem tenet Bartholo-
mæus Veronen. in tract. ſimulationis, in ſecunda præſum
ptione. Et ſi teſtes non reperiantur, qui deponant de cõi
pretio, tunc illi experti debent in teſtes examinari de quã
titate fructuum, redditruum, & obuentionum dicti feudi
per annum, vt dicunt gl. Cin. Bar. & Bal. in d. l. 2. & eſt tex.
in l. ſi quos. eo. tit. & voluit glo. & Abb. Siculus in ca. cum
cã. de teſtib. & not. in l. ſi fundum per fideicommiſſum. ff.
28 de legat. 1. † Nã conſuetum eſt, feuda quaternata haben-
tia vaſallos propter onera, q̃ habent, & propter directum
dominium, quod habet Rex, & quia poſſunt de facili per-
di ex 6 5. cauſis. de quibus dixi in §. fi. ex quibus cauſis feu
dum amittatur, non æſtimantur ad rationẽ quinque pro
centum, ſecundum quod eſt iuſtus rei valor, vt dicit gl. fi.
in auth. perpetua. C. de ſacroſ. eccle. quæ dicit, quod pen-
ſio dicitur iuſta, quæ in collecta in viginti annis continet
rei æſtimationẽ, ſed fit æſtimatio ad rationẽ decẽ pro cẽte
nario, vnde ſi feudum eſt redditus de anno fertili ad infer
tilem centum ducatorum annuatim, eius æſtimatio erit
mille ducatorum, & ſi feudum non habet vaſallos, & con
ſiſtit in territorijs, ſolet fieri æſtimatio ducatorum centũ
pro ſeptẽ ducatis de fructibus, & ſicut ſi feudum eſſet in
fructibus, & obuentionib. in ducatis 3 5. per annum æſti-
maretur ducatis quingentis, quia non habet tanta onera,
29 ſicut feudum cum vaſallis. † Et dicti teſtes debent ſe refer
re, dum deponunt de redditibus, & eius valore, ad tẽpus,
in quo lis fuit conteſtata, ſecundum illud tempus debet
fieri æſtimatio dictæ medietatis, vt dicit tex. in l. in hac. &
ibi Angel. ff. de triticaria. bene facit tex. in d. cap. cum cau
ſa. ibi, vendicationis tẽpore, & idem dicit Bal. per pulchra
verba in d. l. 2 in 17. col. nam tempus litis conteſtatæ in-
ſpicitur ſecundum Bartol. in l. vinum. ff. ſi cer. peta. per di
ctam. l. in hac. ff. de tritica. vide ad hoc Pileum in quæſt.
161. incip. Lucius mutuo, & text. in cap. 1. ſi de feudo va-
ſallus fuerit interpella & Bald. in l. ſi traditio. ff. de actio.
emp. Quid autem ſi teſtis diſcordat in æſtimatione, quia
alius minus, alius plus æſtimat? Vide Bald. in d. l. 2. in 7.
colum. Bartol. & Ang. in l. cum furto. ff. de in litem iuran.
Bartol. in l. fin. §. 1. ff. de leg. 2. & ibi eſt apoſt. Alexan. cum
concordan. & vide Abbatem in d. cap. cum cauſa. vbi re-
30 fert Nicol. de Mata. dicentem, † quod æſtimatio rei poteſt
probari per teſtes, & per inſtrumenta, per confeſſionem,
& delationem iuramenti, per inſpectionem oculorum,
per coniecturas, & per accidentia, ſicut rei qualitas, fru-
ctus quantitas, communis venditio rerum ſimilium, quę
faciunt ad æſtimationem communis pretij, opportunitas
loci, & temporis. & omnia iſta debent eſſe in conſideratio
ne. Et eſt ſciendum, quod totum feudum debet æſtima-
ri, & non medietas æſtimationis, quæ debet fiſco ſolui, p

id quod

id quod dicit Bartol.in l.Mæuius.§.fi.ff.familiæ erciſcun.
& in l.ea falſis.in fi.C.de tranſa.& in l.1.& in glo.C.com-
mu.diui. Item aduerte: quia Neapodanus in conſue.Nea
po.in 1.coſue.de iure congrui.in gl.in uerbo,fecerit. di-
cit, ꝙ in æſtimatione rerum ſtabilium, primò inſpicietur
cõſuetudo,deinde lex ſcripta, per c.1.de feudi cogni. Sed
ſecundùm legem ſcriptam pretium conſtituitur ea reddi-
tu.ff.de rebus eorum.l.ſi fundus.in princ. & ff.de leg.1.l.ſi
fundum per fideicom.§.1.ſed uario modo,& ibi per eum:
quia non eſt propriè materia huius conſtitutionis: & vide
remiſſiones de modis probandi æſtimationem rei per Fe-
lin.in d.c.cum cauſa.in 1.col.vbi dat infinitas remiſſiones.
31 †Nonò quæro, pone ꝙ ego contra voluntatem tuam vi-
gore nulli & inualidi decreti intro fundum tuum,& dei-
cio de poſſeſſione tua,tu vadis ad iudicem: accuſas me de
violentia,ego defendo me ex dicto decreto: tu excipis de
nullitate ipſius, & probas ipſum nullum, an ego excuſer
à pœna medietatis valoris illius fundi, uel tenear ſoluere
dictam pœnam? Quot autem modis decretum, ſiue ſen-
tentia poteſt de iure dici nulla,uide in Specu.in tit.de ſen
ten.§.iuſta.in prin.& per Philippum & Præpoſitum Doct.
Modern.in c.dilecto filio. de appellationibus,& per Ioan.
Aud.in nouella,poſt Abb.antiquum,in c.1.de re iudi. vbi
ſe remittit ad dictum. §.iuſta. Videtur prima facie dicen-
dum, ꝙ iſte ſit taliter excuſatus, ꝙ non incidit in dictam
pœnam. & pro hoc allego Guliel.de Cu. & Bal.in l.extat.
ff.quod metus cauſa. vbi dicit, ꝙ ſi iudex aliquis habẽs iu-
riſdictionem in aliquo territorio iuſſit mihi, ꝙ deberem
recipere librum meum,qui erat penes Titium; & ita feci:
ille iuſſus excuſat me à pęna dictæ l. extat. licet ille iuſſus
ſit nullus,quia ille qui iuſſit non eſt iudex inter me & Ti-
tium,arg.l.penul.ff.de iuſt.& iu.& l.quamquam.in princ.
ff.de aqua plu.arcen.Item & ſecũdò pro hoc facit, quia iu-
ſta cauſa excuſat à mora & pœna, ut in l.quod te.ff.ſi cer.
peta.& à pœna contumaciæ, ut no.glo. in l.ea conſenſu.§.
fi.ff.de appel. & à pœna compromiſſi,ſecundùm Bar.in d.
l.qđ te.& ab obligatione intereſſe,ut dicit gl.in l.in hac.ff.
de triti.act.& à pœna legali, glo eſt in l.ab executione. C.
quorum appell.& in c.ſacræ.de ſenten.excommu.In con-
trarium tamen facit theorica Bart. in l.iuſtè poſſidet. ff.de
32 acqu.poſſ ubi dicit,† ꝙ ſi ſtatutum dicit, ꝙ ingrediẽs poſ
ſeſſionem alienam puniatur tali pœna, quidã intrauit poſ
ſeſſionem alienam virtute inualidi decreti. certè tenet, ꝙ
non excuſaretur à pœna: quia fuit in lata culpa,argum.Inſt.
vi bon.rapt.§.1. & ff.ſi menſor fal.mo.dix.l.1. & 2.& l.1.
ff.ſi quis teſtam.liber eſſe iuſſus fuerit. idem tenuit Bar.in
conſi.quod incipit, in quæſtione uertente in curia capita-
nei.& Bar.in l.ſequitur.§.fundum.ff.de uſu. & Alexan. de
Imo.2.vol.conſ.109.inci.tit.quæſtionis.vlt.colum.ubi di-
cit, ꝙ de hoc eſt tex.in l.meminerint.ſm ueram lecturam.
C.vnde vi. Aduerte,quia Bar. dicit, ꝙ non excuſatur, quo
minus teneatur de lata culpa, ſed non dicit, ꝙ teneatur pœ
na ſtatuti, & hoc quando nullam in ſe decretum habet cõ
tumaciam iuſtæ cauſæ,ut dicit Lud.Roman. in conſ.235.
incip.quoad primum.verſi.quoad tertium. Sed ad hoc po
teſt reſponderi, quia ſi tenetur de lata culpa, ergo tenetur
pœna ſtatuti,quia lata culpa dolo æquiparatur,quãdo tra
ctamus de pœna pecuniaria, ut in l.quod Nerua.ff.depoſi
ti.l.1.§.1.ff.ſi quis teſtamento liber eſſe iuſ.fuerit. nam la-
ta culpa eſt credere decretum nullum eſſe ualidum, ut in
l latæ.de verb.ſignifi. Hinc eſt, ꝙ dicit Bar.in d.l.1.§.1.ff.ſi
quis teſta.liber eſſe iuſ.fue. ꝙ ubi lex punit actum, qui in-
fertur in re, tunc lata culpa ęquiparatur dolo,ut in d.l.1.§.
1.ff.ſi menſ.fal.mo.dixerit. Item & ſecũdò, ꝙ teneatur ad
pœnam huius conſtitutionis,bene facit gl.in l ſi quis in tã
tam.in 1.q.quam format ſuper ea.C.unde vi. ubi dicit, ꝙ
decretum iudicis inualidum non excuſat à pœna legali.
33 †Tertiò pro hoc adducitur id,quod dicit Pet.de Ancha.in
præallegato conſi.249. incip. quoad primum. in 2.col. ꝙ
qui authoritate iudicis incompetẽtis intrat poſſeſſionem
alterius, habetur ac ſi à perſona priuata habuiſſet authori-
tatem,& contra talem ſpoliantem competit interdictũ un
de vi. Quartò adducitur id,quod dicit Ioan.And.in c.1.6.
colum.in uerbo,probabilis.de electio.lib.6.vbi dicit, ꝙ ad
hoc,ut aliqua cauſa excuſet à pœna legali,requiritur, ꝙ ſit
iuſta,& rationabilis. hoc idem dicit Bal.in auth. generali-
ter.4.col.C.de epiſc.& cle.& Bal.in c.1.§.inter pares. de l.
Conra.5.col. Solutio.dicit Bald.in diſputatione ſua,accu-
ſatus de ui turbatiua,poſt argumenta pro,& cõtra.col.19.
Aut pars naturali ratione ſcire debet decretum inualidũ,
vt quia parte nõ citata illud impetrauit, uel aliter erat nul
lum ex defectu iuris naturalis non obſeruati, & tunc non
excuſatur à pęna,ut in d.l.meminerint.& l.fi.C.ſi per uim
uel alio modo. Aut decretum erat nullum ex defectu ſo-
lennitatis omiſſæ de iure ciuili, & tunc idem,quia ignorã
tia iurium & conſtitutionum non excuſat à pœnis ſtatutis
à conſtitutionibus ſacris, ut firmat Azo in ſumma. C. de
iu.& fac.ign. Fallit in illis,qui ſunt à iure excuſati ab igno
rantia iuris,ut ſunt milites, ut in l.1.C.de iu. & fac.ignor.
l.fi.C.de iure delib. Item minores. l.regula.ff.de iu.& fac.
ignor.ff.de minoribus.l.ſi ex cauſa.§.nunc videndũ. Quid
de ruſticis,& quid de mulieribus,an excuſentur à pœna le
gali ex ignorantia iuris ciuilis, uide in l.iuris. per Bald.C.
qui admit. & Alex.in d.l.iuſtè poſſidet. Et ad iſtam mate-
riam uide unam pulchrã apoſtillam magnam Alex. in d.
l.1.§.1.ff.ſi quis teſtam.lib.eſſe iuſ.fue.& loca quæ ipſe al-
legat,& Alex.in d.l.iuſtè poſſidet. qui in certis caſibus ip-
34 ſum impugnat,ut ibi per eum.†Decimò & ultimò quęro,
utrum ſint aliqui caſus, in quibus liceat authoritate pro-
pria alicui aliquem ſpoliare ſua poſſeſſione rei ſtabilis, &
non incidat in pœnam huius conſtitutionis, nec teneatur
ad reſtitutionẽ ipſius poſſeſſionis? And.hic recitat aliquos
caſus,examinemus primò caſus iſtos ſpeciales,quos tangit
hic And.deinde tangam ſuccinctè alios caſus facientes ad
materiam huius conſtitutionis, & reliquos omittam, de
quibus in l.naturaliter.§.nihil commune. ff.de acqu.poſſ.
& per Spec.in tit.de petit.& poſſeſſ.§.fi.& per Hoſt.in ſum
ma,de reſtit.ſpoliat.§.quando. per Lucam de Penna in l.ſi
coloni.C.de agric.& cenſi. Paul.de Caſt. in l.2.C.de edic.
diui,in fi.Et primus eſt, ſecundùm And.hic in 3.col.ſi ali-
quis ſpoliaſſet aliquem ſua poſſeſſione rei ſtabilis, & ſi il-
le ſpolians condemnaretur ad eius reſtitutionem, & ſi re-
ſtitueretur, oriretur ſcandalum, tunc non debet fieri reſti-
tutio poſſeſſionis,nec punitio,ut no.in c.in primis. 2.q.1.
& 3.q.6. c.hoc quippe. idem dicunt originaliter Hoſtien.
& Specul. ubi ſuprà. Nihil enim cum ſcandalo eſt facien-
dum,& illud ſemper eſt euitandum,ut in c.presbyterum.
de clerico ægro.& de temp.ordi.c.ad aures. & de no.ope.
nuncia.c.2. & c.Deus. de uita & honeſt. clerico. & plenè
per Luc. de Penna in l.litibus. C.de agric. & cenſi. in uer-
bo, ſequeſtratione.in l.fi.de loca. prædiorum ciuilium. in
uerbo,donauerit.in 1.q.lib.11.& per Fel.& Doct.Moder.
multùm copiosè in c. nihil. de præſcrip. & per Card. Flo-
ren.in clement.1. de pœnis. Secundus caſus eſt ſecundùm
And.hic in ead.col. quando ſpoliatus peteret reſtitutionẽ
poſſeſſionis rei immobilis, de qua ſpoliatus fuit de facto,
& ei opponitur exceptio, ꝙ notoriũ eſt facti permanẽtis,
ꝙ ipſe de iure communi non poteſt ipſam rem poſſidere,
tunc non debet fieri ſibi reſtitutio dictę poſſeſſionis,ut in
exemplis infrà ponendis,& infrà in c.ad decimas, de reſti.
ſpolia.li.6.ubi clericus poſſidebat decimas in aliena paro-
chia, & fuit ſpoliatus à canonicis illius parochiæ, agebat
35 ſpolio contra dictos canonicos, †quantumcunque ille cle
ricus probaſſet de poſſeſſione, & ſpolio. ſi non probaret
titulum ſuæ poſſeſſionis, nõ fit ſibi reſtitutio,quia illi poſ
ſeſſioni reſiſtit ius commune, ideo præſumitur vſurpata,
& uitioſa,ut dicit tex.in d.c.ad decimas. concordat tex. 2.
diſtin. c.cõtra morem. nam de iure communi eſt, ꝙ quic-
quid eſt intra fines alicuius parochiæ, iura illius parochiæ
præſumuntur eſſe illius eccleſiæ parochialis.c.dudum. de
decim.& in glo. quæ allegat concordantias. Aduerte,quia
non ſolùm in d.c.ad decimas erat pręſumptio iuris contra
ſpolia-

ſpoliatum petentem reſtitutionem poſſeſſionis, ſed etiam
concurrebat contra eum fatuitas ipſius ſpoliati, qui in ſuo
libello fatebatur, ꝙ illæ decimæ prædiales conſiſtebant in
parochia ſpoliantis, & quandiu poſſedit, & ſic pauco tem-
pore, ideſt, per 40. dies, ſm Dominic. de S. Gemi. in d.c. ad
decimas. & per conſequens erat in iure notorium, ꝙ perti
nebat ad ipſum ſpoliantem. Et ſic cum per confeſſionem
agentis conſtabat de non iure agentis, non debet ei fieri re
ſtitutio. ita declarat Io. Monac. & Petr. de Ancha. in d.c. ad
decimas. ſi ergo poſſediſſet ille clericus decimas longo tē-
pore in aliena diœceſi, ſecus eſſet, ſm Io. And. in nouella in
d.c. ad decimas. per c. cum eccleſia Sutrina. de cauſa poſſ.
& proprietatis. Ex quibus patet, ꝙ prædictis non obſtat ca
pitulum, in literis, & c. item cum quis. de reſtitu. ſpoliato.
vbi prædo tuēdus eſt in poſſeſſione, & in l. ſi quis ad ſe fun
dum. C. ad legem Iuliam de vi. quia illud verum, niſi con-
ſtet de non iure ſuo, de iure communi, concurrente ſua cō
feſſione in iudicio, quæ inducit notorium, vel illa poſſeſ-
ſio, quæ habet reſiſtentiam iuris communis, fuiſſet recēs,
vt ſupra dictum eſt, faciūt ad hoc iura allegata per Domi-
36 nos de Rota, deciſio. 393. incip. ſi confeſatur. † Secundò
poteſt poni exemplum in laico poſſidente decimas, quæ
debentur eccleſiæ, quas laicus nō poteſt poſſidere, ut in c.
quamuis, & in c. prohibemus, de decimis. in c. cauſam, de
præſcriptionibus. Si ergo laicus poſſidet decimas, & eſt
ſpoliatus à prælato, de iure communi debita non ſit ei re-
ſtitutio, quia notoriè conſtat de effectu inhabilitatis perſo
næ, quæ non poteſt poſſidere decimas, quæ ſunt ſpiritua-
les, quibus laicus non eſt capax, niſi ex priuilegio Papæ, ſe-
cundùm ꝙ ſcribunt Doctores in d.c. cauſam. & ibi per Fe-
ly. & agenti ſpolio obſtat ſibi exceptio inhabilitatis perſo
næ, licet non obſtet exceptio dominij, vt dicit Ant. de But.
in c. in literis, 15. col. ver. oppono ꝙ agenti &c. de reſtitu-
tione ſpoliatorum. Sed aduerte, quia iſtud exemplum nō
eſt bonum, quia dicit gl. 14. q. 1. c. 1. in verbo, poſſideri, ꝙ
laicus ſpoliatus de decimis poteſt petere reſtitutionē, cum
latro reſtituitur, ut in d.c. in literis. de reſtitutione ſpoliato
rum. ſecus in hæretico, qui ſpolietur, non poteſt agere ſpo
lio, vt dicit ibi glo. limitat tamen illam gl. Archidia. ibi eſ-
ſe veram, niſi ſit ueriſimilis præſumptio, decimas fuiſſe oc
cupatas, tunc niſi probetur, ꝙ ſpoliatus legitimè illas fue-
rit conſequutus, non fiet ſibi reſtitutio, per dictum capitu-
lum, ad decimas. Et ſic non ſufficit ad negandam reſtitu-
tionem poſſeſſionis decimarum laico ſpoliato, quia laicus
non poteſt illas poſſidere, ſed requiritur alia præſumptio
contra eum, puta, quia illas poſſidet in aliena diœceſi, vt in
d.c. ad decimas. bene facit ad hoc id, quod dicit Bal. in l.
3. C. ſi à non competenti iudice. referendo Oldra. in conſi-
37 lio 271. † ꝙ quando exceptio, quæ obijcitur ſpoliato, pro-
bationem non requirit, iſte ſpoliatus non debet reſtitui.
bene facit c. ſignificaſti. de diuortijs. vbi mulieri agēti ſpo
lio obſtat exceptio notorij. Hinc ſumpta occaſione quæ-
rit hic And. & in l. imperialem. §. illud quoque. de prohib.
feudi alie. per Federicum. Ecce omnia feuda quaternata, q̄
ſunt ad collationem Regis, non poſſunt haberi niſi à Re-
ge, ut infra in conſtitutione, poſt mortem. & no. An. in d. §.
illud quoque. & in c. 1. de controuer. feudi apud pares ter-
minanda. & non poſſunt alienari ſine cōſenſu regio, vt in-
frà, in conſtitu. conſtitutionem diuæ memoriæ. Quidā te-
net caſtrum, fiſcus de facto ſpoliauit eum ſua poſſeſſione
dicti caſtri, quia omne caſtrum in regno eſt feudum qua-
ternatum, vt dicit And. in d.c. 1. de controuer. feu. apud pa
res terminanda. dicens, ꝙ illud nō poteſt poſſidere ſine in-
ueſtitura, vel ſine eo, quod habetur pro inueſtitura, videli
cet ꝙ tenuit eum per triginta annos præſtito ſeruitio, ut di-
cit And. in c. ſi quis per triginta. ſi de feudo fuerit contro-
uerſia inter domin. & agnat. & in d. §. illud quoque. Iſta n.
dicitur inueſtitura præſumpta, ſm And. in d. c. ſi quis per
triginta. & firmat Alex. in conſi. 136. in 1. vol. & in 2. vol.
conſi. 167. Bal. in c. fi. de feudo dato in uicem legis cōmiſ-
ſo. & ideo ſpoliatus agit contra fiſcum interdicto vnde vi,
vel contra habentem cauſam à fiſco ſpoliante vigore con-
ſtitutionis ſequentis, petendo reſtitutionē poſſeſſionis di-
cti caſtri, uel feudi quaternati. & ſic conferendo etiam feu
dum quaternatum, fiſcus, vel habens cauſam à fiſco dicit,
38 ꝙ obſtat ſibi defectus iuris cōmunis, quo cauetur, † quòd
feudum quaternatum non poteſt haberi niſi à publico, ut
in §. optimum. in Auth. de exhiben. reis, & in cōſtitu. ſi du
bitatio. & in iuribus præallegatis. ideo niſi oſtendas de in-
ueſtitura, vel id quod hr̄ loco inueſtituræ; non debet tibi
fieri reſtitutio dictę poſſeſsionis, quia reſiſtit tibi exceptio
defectus notoriæ proprietatis, ex quo feudum non poteſt
poſſideri ſine inueſtitura, uel id, quod habetur loco inue-
ſtituræ: ſed iſtam inueſtituram tu non oſtendis, nec id, qđ
habetur eius loco, igitur denegari debet tibi reſtitutio poſ
ſeſſionis, & pro ſpolio iſto facto à fiſco allegatur c. conſti-
tutus. de filijs presbyterorum, vbi ſicut filio ſpurio agenti
ſpolio pro beneficio eccleſiaſtico, quod eius pater habuit,
obſtat exceptio defectus proprietatis notoriæ per facti eui
dentiā, ſiue per ſuam confeſſionem in iudicio factam, pu-
ta, quia in libello fatebatur ſe filium ſacerdotis, & patrem
eius illud beneficium tenuiſſe, vel conſtabat per probatio-
nes admiſſas per patrem tacitè, vel expreſsè de defectu ti-
tuli, ſeu proprietatis, iuxta no. in c. 5. de reſtit. ſpo. tunc nō
39 fiet ſibi reſtitutio. † Ita dicendum eſt in iſtis feudalibus, q̄
non poſſunt poſſideri ſine inueſtitura, vel eo, quod habe-
tur loco inueſtituræ. Et ideo dicebat Iac. de Belui. & Bal. in
c. fi. vlt. col. de pace iuramen. fir. ꝙ dominus, qui habet iu-
riſdictionem propter notoriam inobedientiam, poteſt ꝓ-
pria authoritate feudum auferre. Secundò, procurator fi-
ſci dicit, ego habeo tex. legis Federici, de pace Conſtantię.
& ibi Bal. in verbo, omnes. qui vult, quòd ſpoliatus à iudi-
ce ſuo omiſſo iuris ordine non agit ſpolio, ſed tm̄ de domi
nio, licet aliud ſit de iure communi. ſed ad hoc poſſet re-
ſponderi, quòd illud fuit conceſſum per modū priuilegij:
uel dic, ut dicit Bal. quòd hoc non ſeruat. Tertiò procura-
tor fiſci allegabat c. regni, quod incipit, ex præſumptuoſe,
quod ſupra allegaui, & de eo facit mentionem Andr. in d.
§. illud quoque. quòd non potuit eſſe fundatum niſi in ra-
tione prædicta, quia feuda non poſſunt poſſideri niſi me-
diante inueſtitura, vel eo, quod habetur loco inueſtituræ,
& ſi inueſtitura non admittit agnatum, non ſuccedit, ideo
debet oſtendere de iure ſuo, ideſt, de dominio, licet dicat
And. in d. §. illud quoque. quòd illud c. fuit validum ex or
40 dinatione Regis, qui poteſt de nouo legē condere. † Quar-
tò dicebat fiſcus, ea quæ ſine tit. non poſſunt poſsideri, non
poſſunt p̄ſcribi, not. gl. in c. peruenit. de cenſi. per no. in c. ſi
diligenti. de pręſcr. ſed feuda ſine ti. poſsideri non poſsūt,
quia feuda non poſſunt haberi niſi per inueſtituram, vel ꝑ
id quod habetur loco inueſtituræ, vel ſucceſsione, vt in ca.
fi. de feudi cognitione. & ideo contra fiſcū non præſcribū-
tur, niſi centenaria p̄ſcriptione, ut in conſtitutione, conſue
tudinē hactenus &c. ergo niſi ſpoliatus à fiſco oſtendat de
titu. vero uel p̄ſumpto, non debet ei fieri reſtitutio. Quin-
tò allegat fiſcus theoricā Cy. in l. meminerint. C. unde vi.
vbi dicit in illa quæſtione, quid ſi iudex ad poſtulationem
actoris, reo non citato, dedit poſſeſsionem, an tale decretū
valeat? Et dicit quòd ſi princeps hoc fecit, ſecurè poteſt in-
gredi, & ſic potuit fieri ſpolium, argumento l. quidam con
ſulebant. ff. de re iudicata. & l. princeps. ff. de legibus. Secus
ſi alius iudex hoc feciſſet, quia non ualeret tāquam factū
ſine citatione, & ſine cauſæ cognitione. Et præterea dice-
bat Bal in 3. vol. conſi. 395. inci. ad euidentiā præmittēdū
eſt, quòd patia ſunt, quem eſſe repulſum authoritate ma-
41 gni † prætoris, ideſt, principis, vel expulſum authoritate iu
dicis competentis debito modo, i. cum citatione, & cauſę
cognitione, q̄a ex cā princeps hoc poteſt facere. & de cau-
ſa creditur ipſi principi, ut in cle. 1. de probationibus, ſm
Bal. ibi, de quo per Fely. plenè in cap. quæ in eccleſiarum.
de conſtitutionibus. & dicit Arc. 23. q. 2. c. dominus. quòd
principi qui ſolutus eſt legib. licet ſpoliare iudicis autho-
ritate, dūmodo res ad eum verè pertineat. Sextò dicit fi-

ſcus

ſeus, ego habeo, ꝙ ille, qui emit iuſpatronatus, poteſt per
epiſcopum de facto ſpoliari, vt c. quia clerici. de iure pa-
tronatus. quia eſt neceſſe, ꝙ deducatur in iudiciū, quia ra-
tione notorietatis non eſt neceſſe intentare iudicium, ſed
proceditur extraiudicialiter, ſm Abb. ibi dicentem per il-
lum tex. ꝙ ſi notoriè quis tenet eccleſiam iniuſtè, non eſt
neceſſe, ꝙ epiſcopus eum vocet in iudicio, ſed poteſt eum
ſpoliare de facto, ſicut de facto ſe intruſit. Idem dicit In-
42 no. in d. c. conſtitutus. de filijs presbyterorum. † vbi intru
ſus ſpoliatus non agit poſſeſſorio. & idem dicit Bal. in l. 1.
vlti. col. C. de appellatio. & hoc quando poſſeſſio eſt recēs,
ſecundùm Docto. in c. nihil. de elect. & Alberi. de Roſa. in
l. 1. §. interdictum autem hoc. ff. de vi & vi armata. & fir-
mat Archid. in c. 1. de eo qui mit. in poſſ. cauſa rei ſeruan.
lib. 6. & ſic non poteſt talis agere poſſeſſorio recuperādæ:
eadem rōne dicendum in Rege, qui eſt dominus directus
omnium feudorum quaternatorum, & habet in eis ciuilē
poſſeſſionem, vt ſuprà dixi in quæſtione præcedenti, vt ſi
ſpoliet tenentem feudum quaternatum, non fiet reſtitu-
tio, niſi doceat de titulo: & iſtud poſſeſſorium, quod ve-
nit iuſtificandum per titulum, ſapit naturam proprietatis;
dicit Bal. in c. 1. de cauſa poſſeſ. & proprieta. & ideo licèt
regulariter in poſſeſſorio recuperandæ non debeat admit-
ti articulus ſuper proprietate, nec teſtes ſup eo ſunt inter-
rogandi, vt dicit gl. in l. momentaneæ C. qui legiti. perſo-
nam. tñ hoc non procedit in beneficialibus eccleſiaſticis,
nec in beneficialibus profanis: ideſt, in feudis quater-
natis: dum tractatur controuerſia inter Regem & priua-
tum de re feudali quaternata, vel alio officio ſpectante ad
collationē Regis, vel de aliqua iuriſdictione, quæ ſunt ad
collationem Regis, vt infrà, in conſtōne, cū ſatis. §. præci-
43 pimus. † Septimò dicit fiſcus, feuda non ſunt de iure Ro-
mano, quia nullus tex. reperitur de iure Romano, qui lo-
quatur de feudis, vt dicit And. in præludijs feudorū, ſed
ſunt de conſuetudine feudorū inuenta, & ideo feuda de-
bentur ex cōſuetudine feudorū: ſic enim intitulatur liber
feudorum, uidelicet, incipiunt conſuetudines feudorum,
& ideo eo ipſo, ꝙ agitur de feudis; vr intentata conſuetu-
do feudorum, ſed vbi intentatur conſuetudo, ineſt poſſeſ-
ſoriū & petitorium, vt dicit Bal. in c. cū eccleſia. de cauſa
poſſeſ. & proprieta. ergo agens ſpolio contra fiſcum de re
feudali non poteſt obtinere niſi probet de tit. Simile vide-
mus in matrimonio carnali: nam liber homo poſſideri nō
poteſt. l. cum hæredes. §. fi. ff. de acq. poſ. & petēs reſtōnem
coniugis debet oſtendere titulum matrimonij, vt in c. ex
parte. & in c. ex tranſmiſſa. de reſti. ſpo. Simile ēt videmus
in interdicto de libero homine exhibendo, quod habet ēt
annexam proprietatis cauſam, vt dicit tex. in l. 2. §. quædā.
ff. de interdictis. Et eſt ratio, quia iſta non poſſunt poſſide-
ri ſine titulo, ideo agens de iſtis debet probare de tit. aliàs
non fit ſibi reſtitutio. Simile dicimus, ꝙ qñ poſſeſſio non
poteſt haberi niſi à ſuperiore, dicitur habere cauſam pro-
prietatis, vt dicunt domini de Rota in deciſionibus Bella-
meræ. deciſ. 41. & ſequenti. Octauò dicit fiſcus, ſi in cauſa
non feudali, quæ vertitur inter priuatos, Rex poteſt facere
ex cauſa, ꝙ non expediatur cauſa poſſeſſorij, niſi ſimul co-
gnoſcatur, & determinetur cauſa ꝓprietatis, vt dicit Abb.
Sicu. in c. in literis. de reſti. ſpo. & Io. And. in nouella, in d.
c. conſtitutus. de filijs presbyterorum. & Alex. in 5. vol. cō-
44 ſi. 54. † Item conſuetudo ſimiliter poteſt hoc facere, vt nō
expediatur cauſa poſſeſſorij, ut dicit Ant. de But. in c. fin. in
fine, de ordine cognitionum. quare ergo Rex non intelli-
gitur idem voluiſſe, cum agitur quæſtio de feudo inter eū
& priuatum. de feudo maximè, quia dicit Bal. in c. 1. §. in-
ter pares, ꝙ illud poſſeſſorium reſpicit adminiculum peti-
torij. Et quādo intelligeretur ſic voluiſſe, de facili procu-
rator fiſci poſſet hoc obtinere, ꝙ princeps ius poſitiuū ſo-
la voluntate diſpenſat, vt dicit Inno. in c. cum monaſteriū.
de ſtatu regu. & Abb. Sicu. in c. cum literis. de reſtitu. in in-
tegrum, & in c. de multa, de præbendis. & no. glo. in c. ad
hæc. de reſcriptis. & Fel. idem dicit in c. ſi quando. 8. colu.
de reſcriptis. Et iſtud eſt de iure poſitiuo, ꝙ ante omnia re
ſtituatur ſpoliatus in ſua poſſeſſione, ut in l. ſi quis ad ſe fun-
dum. C. ad leg. Iul. de vi. ergo &c. & quando procurator fi-
ſci hoc non faceret, eſſet procurator malus. In contrarium
inſurgit ſpoliatus feudo quaternato dicens, ꝙ ſibi faciēda
eſt reſtitutio poſſeſſionis, ex quo probauit poſſeſſionem
45 & ſpolium, nec habet neceſſe oſtendere de ti. † Primò, qa
in materia beneficiali ſpoliato de beneficio debet fieri re-
ſtitutio poſſeſſionis, abſque eo ꝙ probet de tit. nam & præ
do reſtituendus eſt in ſua poſſeſſione, vt in l. 1. §. qui à me,
& l. cū fundum. & l. colonus. ff. de vi & vi arm. l. 1. §. ſi præ-
do. ff. depoſiti. ex quibus iuribus ſumpta eſt diſpoſitio c. in
literis. de reſti. ſpo. & hoc quādo non confitetur ſe eſſe præ
donem, vel nō conſtat, proprietatē ad alium ſpectare ſm
Inn. in c. cum eccleſia. de cauſa poſſeſſionis & proprietatis
& firmat Rota in deciſione prædicta. 398. circa medium.
Et ſm ꝙ dicit Ant. de But. in d. c. in literis, non admittitur
exceptio contra ſpoliatum, qui eſt prædo; ſed ſi eſſet dete-
ctum, ꝙ eſt prædo; non fieret ſibi reſtitutio. & ſic non eſt
neceſſe, ꝙ probetur de tit. vt eſt tex. in c. ex inſinuatione. de
procuratoribus. Licet iudex ex officio debeat ſe informa-
re de tit. ante reſtitutionē, & ſi reperierit, ꝙ ſpoliatus nul-
lum habet titulum, nō facit ſibi reſtitutionem, ſm opinio-
nem Lapi, alleg. 25. quem refert Abb. in d. c. in literis. in 5.
col. ſed ſm opinionem domini Ant. in d. c. in literis, pro ti.
ſufficit, ꝙ probet, ꝙ cum ſcientia, & patientia eius, qui ha
bet conferre beneficium, tenuit, & poſſedit per decem an-
nos, vt dicit etiam Petrus de Ancha. in regula. 1. libro 6. &
46 no. Inno. in c. 2. de reſti. in integ. † Et hoc ideo eſt, quia be-
neficium ſine inſtitutione canonica poſſideri non poteſt,
vnde ſaltem debet colorare ſuam poſſeſſionē, vt euitet vi-
tioſos ingreſſus, vt eſt magis firma concluſio in d. c. in lite
ris, vt dicit Abb. in 10. col. ver. ſed tenendo illam commu-
nem opinionem. ſed in materia feudali, licet nō poſſit ha-
beri feudum quaternatum, niſi per inueſtituram Regis ve
ram, vel præſumptam, tamen non eſt in feudis ille vitio-
ſus ingreſſus inducens peccatum, ſicut in beneficijs eccle-
ſiaſticis. Nam pōt acquiri poſſeſſio alicuius iuris, cuius ꝓ-
prietas de iure haberi non poteſt, ut in l. 1. §. ſi vir. ff. de ac-
quir. poſſ. & in l. 1. § deijcitur. ff. de vi & vi armata. vbi li-
cet maritus non poſſit rem donare vxori, & ſi donat, non
tranſit dominium in uxorem, tamen tradit poſſeſſionem
in mulierem, quia poſſeſſio habet plurimum facti. c. cū nō
ſtris. de conceſſione præbendæ. & habetur in l. j. ff. de acq.
poſſeſ. adeo ꝙ ſi mulier expolietur ab alio dicta re, poteſt a-
gere interdicto unde vi ad poſſeſſionem recuperandam,
vt in d. §. dr. Hoc etiam videtur tenere gl. præallegata 14.
q. 1. c. 1. hoc expreſſè firmat hic And. dum allegat glo. no.
ad hoc in c. dilectiſſimis. 12. q. 1. in verbo, de his. & idem
dicit in §. illud quoque. & pro hoc allegat etiam bonū tex.
47 in l. cum ſponſus. §. in vectigalibus. ff. de publi. † vbi ea, quę
ſunt publici iuris non præſcribuntur, tamen poſſunt bona
fide poſſideri, ſicut feuda, licet non poſſint haberi niſi per
inueſtituram, & per id, quod loco eius habetur, tamē poſ
ſeſſio eorū poteſt haberi, quia aliud eſt poſſeſſio rei, aliud
res ipſa, & idem dicit Abb. Sicu. in c. conſtitutionis. in 3 co
lum. ver. & aduerte quia prædicta &c. de electione. Et ſic
licet tenens & poſſidens feudum non poſſit habere pro-
prietatē & dominium ſine inueſtitura vera, uel præſum-
pta, tñ poteſt habere poſſeſſionē feudi, de qua ſi ſit ſpolia-
tus de facto, poteſt agere poſſeſſorio, nec hic cadit vitioſus
ingreſſus cum peccato, ſicut eſt in materia beneficiali, ut
ſupra dictum eſt, & tenet Anto. de But. & Cardina. Flo. in
d. c. conſtitutus, de filijs presbyterorū, & in c. ſignificaſti.
de diuortijs, & Ant. de But. in c. cum dilectus. & c. paſtora-
lis. de cauſa poſſ. & propriet. Et ideo fiſcus tenetur reſti-
tuere poſſeſſionē rei feudalis quaternati, eſto ꝙ non pro-
betur tit. verus, vel pſumptus. Secūdò ad idem allegat ſpo-
liatus tex. in c. 1. §. ſi verò. de milite vaſal. qui cōtumax eſt,
quē allegat hic An. in 3. col. & in d. §. illud quoque. vbi dr,
48 † ꝙ ſi dñs ſpoliat vaſallum malo modo, ideſt, nō iuris or-
dine

dine ſeruato de poſſeſſione feudi, tenetur dñs lege feudo-
rum reſtituere ſibi poſſeſſionem dicti feudi. & iſte tex. in
feudis habet concomitantiam cum iure communi in mul
tis iuribus volentibus, ꝙ ſpoliato de facto ex interuallo
debeat reſtitui poſſeſſio, vt in l. 1. §. qui vi. ff. de ui & vi ar-
mata, & l. ſi vi me deiecerit. eod. tit. & l. ordinarij. de rei vē
dicatio. & l. ſi coloni. C. de agri. & cenſi. l. ſi de vi. ff. de iudi
cijs. & l. ſi quis ad ſe fundum. C. ad leg. Iul. de vi. c. in lite-
ris. de reſtitutio. ſpoliat. cum concordantijs ſuis, & ſic pa-
tet, ꝙ fiſcus non debet ſpoliare de facto, ſed debet vocare
in ius poſſeſſorem feudi, ſi prætendit ad ſe deuolutum &
iuris ordinē ſeruari facere, quia fiſcus dēt vti iure cōmuni
niſi in caſibus, in quibus eſt priuilegiatus, vt in l. iuſtas. C.
de iure fiſci, lib. 10. qui. n. aliena peccata corrigere debet, ſi
peiora committit, non diſcipulus veritatis erit, ſed potius
magiſter erroris. 2. q. 7. c. nos ſi incompetenter. & in c. du-
dū. lo ſecondo. poſt principium, de electio. Tertiò ad idem
49 allegat ſpoliatus tex. in l. meminerint. C. vnde vi. † vbi ſpo
liatus prætextu reſcripti, vel licentiæ impetratę à Rege, ꝙ
poſſit poſſidentem, iuris ordine non ſeruato, ſpoliare, dēt
fieri reſtitutio poſſeſſionis non obſtante dicto reſcripto,
vel licentia, & ſpoliatus à iudice, non iuris ordine ſeruato,
ante omnia reſtituendus, vt in c. conquerente. de reſtitu-
tione ſpoliatorum. & no. 7. q. 1. c. præſentium. l. fi. C. ſi per
vim vel alio modo. & glo. 3. q. 1. in ſumma, no. Alberi. in l.
ſi diui. ff. de indicijs. Bal. in l. fi. ff. quod metus cauſa. Bald.
in c. 1. in verbo, omnes. de pace Conſtantiæ. voluit Abb. in
c. ſuper eo. de cohabitat. cleric. & mulier. deciſio Rotæ, ſe-
cundùm Bellameram, deciſ. 105. inci. per authoritatem ſu
perioris. & voluit And. infrà, in cōſtit. circa violentiarum.
quæ ſtatim ſequitur poſt iſtam, & Luc. de Penna in l. ſi co-
loni. in 7. q. & 23. vbi allegat etiam 2. q. 1. c. notum. C. de
agricol. & cenſi. lib. 11. imò ſi iudex extraiudicialiter ſine
citatione, & cauſæ cognitione ſpoliauit aliquē ſua poſſeſ-
ſione: ex quo ſemel ſe conſtituit aduerſarium in illa cau-
ſa; non poteſt eſſe iudex in illa cauſa, per glo. in c. ſtatutū.
in prin. in verbo, copia. de reſcriptis, in 6. quam ad hoc al-
50 legauit Abb. in d. c. ſuper eo. in ſecunda colu. † Et ideo ca-
ueant iudices ſimplices, qui recipiunt literas Regis ſigilla-
tas: in quibus dr̄, ꝙ talis narrauit Regi, qualiter alius te-
net, & poſſidet rem ipſius ſupplicantis: ideo fecit manda
ri tali officiali, ꝙ compellat poſſeſſorem ad reſtituendum
ei illam poſſeſſionem, vel narratur, ꝙ ipſe fuit ſpoliatus:
ideo mandat poſſeſſionem reſtit. nam intelligitur, etiam ſi
non dicatur, ꝙ citet partem cum inſerto tenore literarum,
& mandare cum clauſula iuſtificatiua, ꝙ reſtituat poſſeſ-
ſionem, ſi comparet, & dixit, ꝙ non ſpoliauit: tunc debet
ordinariè procedere, licet cognitio non ſit commiſſa, text.
eſt & ibi Pau. de Caſt. in l. & ſi non cognitio. C. ſi cōtra ius
vel vtilitat. publ. & hoc etiam ſequitur Ant. de But. in c. ſu
per literis. de reſcr. & Pet. de Ancha. in cle. 1. de re iudi. &
Vitalis in clauſ. ſi preces veritate nitātur. char. 11. & d. l. &
ſi non cognitio. eſt canonizata. 5. q. 2. c. & ſi non cognitio,
vbi eſt vna gl. & c. de cętero. de re iu. Quomodo ergo Rex,
qui eſt legum conditor, vult leges tranſgredi. & ſi Rex fa-
cit aliquid iure ſuperioritatis inferior nō perdit quaſi poſ-
ſeſſionem ſui iuris, quia non actus eſt derogatiuus, ſed p̄-
rogatiuus cuiuſdam potioritatis. verba ſunt Bal. in c. dile-
ctus. de offi. deleg. hinc eſt, ꝙ dicit Cyn. in l. vnica. C. de ꝓ-
hi. ſeque. pecu. ꝙ manus regia non priuat aliquem ſua poſ
ſeſſione, eſto, ꝙ eū priuet, ꝗa eſt priuatio neceſſaria. Idem
51 dicit Bal. in l. fi. in 1. no. C. vnde vi. † Quartò ad idem alle-
gatur, vbi fiſcus nō reperitur priuilegiatus in actibus ſuis,
debet vti iure cōmuni. pro hoc l. omnes. C. de delator. lib.
10. & C. de conduct. & exact. prædio. domus Auguſtæ. l. 1.
lib. 11. ubi in cauſis fiſcalibus debet iuris ordine ſeruato
procedi, quæ iura allegat hic And. & ideo ſi in cauſis pri-
uatorum ſeruatur ordo iuris, idem dicendum eſt in cauſa
feudali inter fiſcum & priuatum, quia non reperitur iure
cautum, ꝙ fiſcus poſſit ſpoliare vaſallum feudo ſine culpa
conuicta, imò reperitur expreſsè contrarium, c. 1. de natu.
feudi. & in c. 1. de feudo ſine culpa non amittendo, firmat
Alex. in 2. vol. conſ. 225. in 2. col. Et per d. l. 1. C. de condu
cto. lib. 11. dixit ibi And. de Bar. ſe vidiſſe caſſari & annul-
lari quandā citationem, & proceſſum factum per curiam
Manfredi, quæ citauit quendam nobilem ad oſtendendū,
quo iure tenebat & poſſidebat quædam caſtra, quæ dice-
bantur ad curiā pertinere, aliàs priuaret dictis caſtris. Nā
fuit iudicatum, ꝙ dicta citatio & proceſſus ſit nullus, quia
iuris ordine non ſeruato, qui ordo in cauſis Regis, & fiſca-
libus ſeruari debet, ut in d. l. 1. eſt tex. expreſſus. Quintò ꝓ
52 iſta parte adijcitur, ꝙ nulla lex reperitur, † ꝙ Rex, vel eius
fiſcus poſſit ſuum feudatarium ſine citatione, & ordine iu
ris non ſeruato ſpoliare, ut patet per ſummiſtas, in titu. de
reſtitutione ſpoliatorum, & in Spec. de peti. & po. §. fi. & p
totum tit. C. vnde vi, & C. ſi per vim uel alio modo, & per
totam cauſam. 3. q. 1. imò ſi reperitur aliqua lex, quæ dice-
ret, ꝙ ſine cauſa, & ſine citatione Rex poſſit tollere iura al
terius, non valeret talis lex, ut dicit Bar. in l. 1. ff. de his qui
ſunt ſui, vel alieni iuris, & in l. 1. ff. de conſti. prin. & in ꝓœ.
ff. 3. col. Niſi pro bono cōi ſui regiminis, ut dicit S. Tho. in
3. lib. de regimine principū. c. 11. Et tunc debet ſoluere p̄-
tium, ut bene declarat Iaſ. in l. Barbarius. in 3. char. ff. de of
fic. prætoris. Satis enim dr̄ ius alterius eſſe in poſſeſſione,
maximè in feudalibus, vbi multū conſideratur poſſeſſio,
ſm Bal. in l. executorem. in 16. col. C. de execu. rei iudi. Et
quia magnum eſt cōmodum poſſeſſionis, ut in c. 1. in prin
ci. de controuerſia inueſtituræ, cum cōcor. quæ ibi allegā-
tur, & no. Bal. in c. 1. de contentione inter domi. & fide. in
3. col. & vulgariter ſolet dici, Beatus qui tenebit, ſm gl. &
Bal. in c. ſi tres vel plures. de pace tenenda. Sextò pro iſta
parte bene facit id, quod dicebat Bal. in c. 1. de contro. in-
ter vaſal. & epiſcopum, ꝙ ſi hæres vaſalli poſſidebat feu-
dum tempore mortis feudatarij, & fuiſſet ſpoliatus, debet
reintegrari in poſſeſſionē, in qua fuit defunctus ante om-
nia, & poſtea cognoſci de proprietate, quia ſpoliatus fuit
malo ordine, ideo debet reuocari, ut dicit Bal. in c. 1. in pe.
col. de mili. uaſal. qui contu. eſt. hinc eſt, ꝙ dicebat idem
Bal. in auth. ſi quis in aliquo. in pen. col. C. de teſtibus, ꝙ
maior eſt defectus inquiſitionis, & ordinis omiſſi, quàm
53 ueritatis offenſæ. † Et ideo ſolet dici, ꝙ procedere iuris or
dine non ſeruato, eſt ius alterius auferre, ut no. glo. in c. ſta
tutum. de hær. lib. 6. quam ad hoc allegat Bal. in c. 1. §. iniu
ria. in 6. col. de pace iura. fir. Septimò & vltimò ꝓ hac par-
te allegatur Bal. in l. ſi deſerta. C. ſi propter pu. penſita. ubi
dicit, ꝙ in pręiudicium poſſeſſoris ēt de facto poſſidentis,
& non de iure, nihil poteſt fieri, uel pronuntiari, niſi eo ci-
tato. Inde dicit Inno. in c. inter quatuor. de maio. & obedi.
ſm Bal. in d. l. ſi deſerta. ꝙ poſſeſſio etiam iniuſta nemini
eſt auferenda. Et pro hoc faciunt, quæ ſuprà in 3. ratione ꝓ
iſta parte adduxi. Et ideo de facto ſpoliatus debet reponi
in priſtinam poſſeſ. ſm Bal. in d. l. ſi deſerta. & in alleg. cō-
cor. & ſentit Inno. in c. querelam. de electio. ubi dicit, ꝙ ſi
iudex dedit tenutam, parte nō citata, uel cepit aliquē per-
ſonaliter, debet reuocare etiā ſine partis citatione, & ſequi
tur eum Bal. in l. ſi pacto quo pœnam. C. de pact. & de ue-
ritate hius dicti uide ibi Alexan. Solutio huius quæſtionis
dependet ex deciſione tex. in d. l. 1. §. ſi uerò. de milite ua-
ſal. qui contumax eſt. vbi ſi dominus ſpoliauit uaſallū ma
lo modo, ideſt, ſine iuris ordine, uaſallus poteſt agere pro
recuperanda poſſeſſione. Et dicit And. hic, & in d. §. illud.
54 † ꝙ procedit, etiam ſi vaſallus poſſidens feudum eſſet mā
cus, uel debilitatus, uel ſpurius, quod poſſet eſſe, ꝙ cum eo
fuiſſet diſpenſatum, unde ſi ſpurius, uel mācus, uel ſurdus,
& mutus, uel clericus, quādo dominus uellet eum ſpolia-
re, quia non poſſunt tenere feudum, debent allegare, quod
ſunt per priuilegiū habilitati, & cum eis fuit diſpenſatū,
& tunc non poſſunt ſpoliari de facto, ſed debent audiri, ſi
dicunt, ꝙ nolunt probare incontinenti, ut in l. ille à quo. ff.
ad Trebel. & C. ad exhiben. l. fi. ſecus cum non poſſint in
promptu probare de diſpenſatione, uel ꝙ ſint habilitati.
ita ꝙ peterent longiorem dilationem, & examinationem,

tunc

tunc fiſcus vtitur iure ſuo in aduocanda poſſeſsione, qua
conſtat prima citatione per uiam notorij. Nam verbum,
conſtat, requirit citationem, quod illicitè detinet. arg. d. c. quo
nam. de filijs presbyterorum. & firmat Rofred. Beneuen.
tit. de edicto diui Marci, infrà medium, ut tenuit Bal. in
l. præſcriptione. C. ſi contra ius, vel vti. publi. & Lapus alle-
gat. 61. ſed ſi poſtea conſtaret de diſpenſatione, vel quòd
fuit legitimè habilitatus, dēt fieri reſtitutio poſſeſsionis, ſe-
cundùm And. hic, per c. 2. de reſtitu. ſpo. lib. 6. Et eadē ra-
tione ſi fiſcus vellet agnatū ſpoliare poſſeſſione feudi qua
ternati, & conſtaret per regiſtra, quòd ille agnatus non ſuc
cedit: & quòd feudum fuit nouum in perſona defuncti
pro ſe & hæredib. ex ſuo corpore deſcendentibus, ut dicit
And. in cōſtitutione, ut de ſucceſſionib. in 1. col. Et ſi agna-
tus non ſuccedit, tunc fiſcus uocabit agnatum, & ei dicet,
ſi habet aliquam defenſionē, quod ipſam alleget, ex quo con-
ſtat, quod ſibi nullum ius competit, & tunc nihil allegando,
quod ſit legitimum, iuſtè ſibi poterit auferri poſſeſsio, ar-
gumento. l. iuſtas. C. de iure fiſci, ſm And. hic. cui adde id,
quod ipſe dicit in c. 1. de controuerſia inter vaſallū & epi-
55 ſcopum. circa finem. † Et ſi vaſallus petit ſe reſtitui ad no-
uam poſſeſsionem feudi, de quo erat ſpoliatus, dominus
dicebat eum commiſiſſe delictum, per quod priuatus erat
feudo, an iſta exceptio ſit admittenda? Certè ſi requirit al-
tiorem indaginem, non audietur, ſecus ſi incontinenti pōt
conſtare de delicto, ſed ſi vaſallus replicat de violentia cō-
miſſa per dn̄m coram iudice competenti, audietur. Idem
dicit And. in adipiſcenda poſſeſſione, in l. imperialem. §.
inſuper. de prohibi. feu. alienatio. per Federi. Quando ſuc-
ceſſor petit inueſtituram, quæ dicitur confirmatio, ſi dn̄s
replicat, quod non debet facere inueſtiturā, quia vaſallus cul-
pam cōmiſit, per quam debet perdere feudū, & habet pro
bationes in promptu, quia dicit: hodie conſtat, hodie aga-
mus. audietur dn̄s ſtatim uolens probare, per tex. in d. l. ab-
le à quo. ff. ad Trebel. & ff. ut in poſſeſsio. lega. l. is à quo.
in princ. ſed ſi requireret altiorem indaginem, non impe-
diet propterea, quin debeat facere inueſtituram, reſerua-
to ſibi iure, quod competit ratione culpæ allegatæ, ut in-
frà latius per eum. Et licèt iſta concluſio videatur colora-
ta, tamē Pau. de Caſt. in l. ſi de ui. ff. de iudicijs, dicit, quòd
non eſt uera, quia qn̄ agitur iudicio recuperandæ poſſeſ-
ſionis, etiam ſi offertur per cōuentū probatio de dn̄io ſuo
in promptu, non debet admitti, per regulam. l. ſi quis ad ſe
56 fundum. C. ad leg. Iul. de vi. quæ dicit, † quòd ſpoliatus an
te omnia eſt reſtituendus. Et idem Alb. in l. ſi maritus. C.
de donation. inter uirum & uxo. & l. 1. C. ſi per vim uel a-
lio modo. niſi actor paſſus fuit, quòd ille probet de dn̄io,
ut in c. 1. de reſti. ſpo. & certis alijs caſibus poſitis per Ang.
in d. l. ſi quis ad ſe fundum. Et licet iſtud ultimum uerum
ſit de iure, tn̄ magnam ſibi uendicauit authoritatem And.
de Iſer. & contra fiſcum durum eſſet iudicare contra eius
authoritatē, ſed eius ueritas eſſet in conſideratione, qn̄ nō
haberemus tex. contra eius authoritatem. Sed quid dice-
mus, ſi in materia feudali ſola poſſeſsio feudi ſit in cōſide-
ratione, ut dicit tex. infrà, in conſti. ſi quando. lib. 2. rub. 7.
ibi, inueniatur feudale aliquid poſsidere, certè dicetur poſ
ſeſſorium ſine oſtenſione tit. Nec obſtant huic concluſioni
in contrarium allegata, quia ſoluuntur per ea, quæ dicta
ſunt in allegationib. pro parte ſpoliati, per quæ tolluntur
omnia motiua ſuprà relata pro parte fiſci. Nec ob. quod ul
timo loco dicebatur pro parte fiſci, quòd poterit procura-
tor fiſci obtinere prouiſionem regiam, quòd cognoſcatur
ſimul de petitorio & poſſeſſorio, & ſimul feratur ſenten-
tia, prout lata fuit in c. cū eccleſia Sutrina. de cauſa poſſeſ.
& proprieta. quia talis prouiſio eſt potius per uiam diſpen
ſationis, quàm per uiam iuris, ideo non eſt trahendum ad
regulā, ut dicit tex. in c. apoſtolica. 56. diſt. Et dicit Bal. in l.
57 1. C. quomodo & quando iudex, † quòd reſcriptū princi-
pis non dēt allegari in alijs cauſis. Et talis diſpenſatio non
debet fieri niſi ex magna cauſa, argu. eorum quæ habentur
in c. dudum. de electione, per Abb. Licèt princeps poſsit

diſpenſare contra ius poſitiuum ſine cauſa, ut in c. propo-
ſuit. de conceſſio. præb. tn̄ hoc uerum, niſi ex tali diſpenſa-
tione grauentur mentes intelligentiū, tunc caueat diſpen-
ſationem facere, ſm Hoſt. in c. eam te. de ęta. & qualita. ubi
dicit, quòd nunq̄ uidit, quòd Papa diſpenſet ſine cā. Sed
occurrit hic dubiū, utrum Rege abſente à regno, eius Vi-
cerex ſine ſpeciali mādato poſsit in regno in cauſa, ubi ſo-
lùm eſt intentatum poſſeſſorium recuperandæ, prouidere
ad inſtantiam conuenti, quòd cognoſcatur de petitorio, &
pronuntietur ſimul ſuper utroque. Dubiū facit, quia iſta
conſti. eſt ultra ius cōe, de quo in l. ſi quis ad ſe fundū. cū
cōcor. ſuis. C. ad legē Iuliam de ui publica. & dicit expreſ-
sè quòd corrigit ius Longobardū, quod uolebat, quòd tūc
ſpolians puniebatur pœna ſex ſolidorum, qn̄ ſpoliatus nō
ſolùm probabat de poſſeſsione, ſed & de dominio; & ſic
immiſcebatur petitoriū cum poſſeſſorio, quod ſeparatum
eſt unum ab alio. Et per conſequens uult iſta conſtitutio,
quòd prius cognoſcatur de poſſeſſorio, quàm de petitorio
& Reges cōiter iuſſerunt, quòd ſeruentur conſtitutiones
regni, ergo eius Vicerex non poteſt facere contrariū eius,
58 quod Rex iuſsit, † quia inferior non poteſt ſtatuere cōtra
ordinationē eius ſuperioris, ut in c. cum inferior. de maio.
& obe. l. formam. C. de offi. præfec. prætor. & uoluit Ioan.
And. in Addi. Specu. in rubri. in tit. de electio. in fi. uoluit
etiam Bal. in l. iubemus. §. ex imperfecto. C. de teſta. & Bar.
in 1. conſti. C. in prin. ult. col. per tex. in l. ſi hominē. ff. man
da. & Alex. allegat concord. in conſi. 106. incipiente, per-
ſpectis his &c. in 2. uolu. Et ſic Vicerex non poſſet contra
iſtam conſtitutionem diſpenſare, ſicut poſſet Rex ſine ſpe
ciali mandato. ſed ego uidi hac ratione nō obſtante, quod
Vicerex diſpenſauit, non tamen ex conſilio Doctorum ſa-
cri Conſilij, ſed certi auditoris exteri, non quod fit, ſed qd
fieri debet eſt attendendum, ut in c. cum cauſam. de elect.
& ex his eſt expedita iſta quæſtio, quæ incidenter fuit exa
minata per And. hic. Tertius caſus eſt, in quo ſpoliato non
fit reſtitutio ultra And. eſt, quando uerteretur aliquod pe-
riculum irreparabile, puta, ſi ſpoliaſti me quodam caſtro
fortiſsimo, & ego ago interdicto recuperādæ, & tu offers
in promptu te probaturum de dominio, ſi fieret mihi re-
ſtitutio, licet obtineres in dominio, difficile eſſet tibi recu
perare poſſeſsionem, unde iſto caſu uidetur admittenda
exceptio proprietatis, ſi incontinenti offertur probatio, ar-
gumen. c. ſignificaſti. de diuortijs, & eorum, quæ no. Inno.
de filijs presby. c. conſtitu. & in c. quoniam. Ita dicit Pao.
de Caſt. in d. l. ſi de ui. ultima col. ff. de iudicijs. dicit idem
Pau. in l. quamuis. in fi. C. de edicto diui. per not. in c. lite-
ras. de reſti ſpo. & iſtum caſum ſolus poſuit Pau. de Caſt.
quia nec gl. in uerbo, audiētia, in c. in nomine Domini. 23.
diſtinct. ubi ponit aliquos caſus, in quibus denegatur reſti
tutio ſpoliatis, non ponit iſtum caſum, nec ſummiſtæ in
d. tit. de reſtitu. ſpoliato. ſed Alex. in d. l. naturaliter. §. nihil
commune. ff. de acquir. poſſeſsio. bene facit mentionem
in 17. colum. uerſicu. 5. fallit &c. tamen Angel. in d. l. ſi
quis ad ſe fundum. & Alberi. in d. l. ſi maritus. C. de do-
59 natio. inter uir. & vxo. nullam faciunt mentionē. † Quar-
tus caſus eſt, ſi iudex per ſententiam, uocatis uocandis, &
iuris ordine ſeruato, latam ipſam exequendo, ſpoliat de-
bitorem aliqua ſua poſſeſsione, non competit ſpoliato re-
mediū reſtituendæ poſſeſsionis, ut dictum fuit ſuprà per
c. conquerente ibi, ſine iudicio ſpoliaſti, de reſtitu. ſpolia.
& 74. diſt. in c. quorundam. & in d. l. fi. C. ſi per uim uel a-
lio modo. & uoluit Bald. in l. fi. C. unde ui. & not. in d. l. me
minerint. C. unde ui. & hoc etiam firmauit Oldra. in con-
ſilio 227. & in conſilio 311. Hoſtien. de reſtitutione ſpo-
liato. §. quando. & probatur 2. quæſt. 7. §. diffinitiua. & 7.
quæſt. 1. cap. præſentium. Abb. Sicu. in c. dilectus filius. de
reſcrip. & in c. ſuper eo. de cohabitatio. clerico. & mulie. &
in deciſio. Bellameræ. 105. & glo. in d. cap. in nomine Do-
mini 23. diſt. Ergo ſecus, quando non iuris ordine ſerua-
to fuiſſet lata ſententia, & executa, nam tunc ſpoliatus uir-
tute dictæ ſententiæ latæ non iuris ordine debet reſtitui

in

in ſua poſſeſſione, nec aduerſarius audietur, ſi velit proba-
re de ſuo dominio. & ideo quando ſententia eſt nulla, ſi
eius vigore ſecutum fuit ſpolium, non autem exceptio de
iuſtitia poſſeſſionis, debet ante omnia fieri reſtitutio, ſe-
cundùm Bal. in conſi. 348. incip. ſpolia, in primo volu. &
ego ſemel obtinui reſtitutionem poſſeſſionis vnius feudi
capti pro debito, cum aſſenſu regio, contra quendam ba-
ronem, quia interpoſitum fuit decretum ſine iudicio par-
tium, ob quod dicitur ſententia ipſo iure nulla, ut dicit
Andr. infra, in conſtit. vt vniuerſis. ibi, dum dicit, quòd ſen
tentia lata præter formã dictæ conſtitutionis non valebit,
dummodo conſtet, quòd ſit baro, uel nobilis, & in hoc con
cordat c. regis Caroli, factum in planitie S. Martini, quod
incipit, item ſtatuimus. & pro hoc bene facit, quod dicit
60 Bal. in l. ex illo. C. de appell. qui dixit, † ꝙ ſententia dicitur
nulla, ſi lata eſt ſine conſilio, ſecundùm quod debebat fer-
ri ſententia, de quo per ſcribentes in cap. intimaſti. de app.
& per Pau. de Caſt. in conſi. 85. & Bart. in l. 1. C. de relatio.
& per Ang. in l. Iubemus. C. de appell. Quintus caſus eſt, ſi
ius vel ſtatutum denegat alicui audientiam, quòd talis nõ
poſſit agere, intelligitur, ꝙ talis non poſſit agere etiã in iu-
dicijs fauorabilibus, ſicut eſt poſſeſſorium recuperandæ.
Ite dicit Præpoſi. in d. c. in nomine dominĩ. 23. diſt. fretus
authoritate glo. ibi, & dicit, quod no. propter ſtatuta, quæ
dicunt, bannitis ciuitatis denegari audientiam, quia tales
non poſſunt agere etiam poſſeſſorio recuperandæ, & ex
iſto dicto aliàs in contingentia facti dixi, quòd ſi Rex in
venditione alicuius rei factæ per priuilegium habet vim
legis, vt in l. Cæſar. ff. de public. dicit, quòd omnibus dene-
gamus audientiam contra dictum emptorem, quòd ſi ali-
quis vult agere poſſeſſorio recuperandæ contra illum em-
ptorem, vel eius hæredem vigore cõſtitutionis ſequentis,
65 † ꝙ non eſt ſibi concedenda audientia, ſi opponatur exce-
ptio, quam probat per oſtenſionem priuilegij, quia ei de-
bet denegari audientia, & iſta exceptio impedit litis ingreſ
ſum, ut firmant ſcribentes in l. nam & poſtea. in princip. de
iureiur. & Bald. in l. exceptionem. in fi. C. de probat. & in l.
1. C. ſi à non competen. iudice, & in l. fin. 14. opp. C. de edi
cto diui, & Bart. in l. eleganter. §. ſi quis poſt. ff. de cond. in-
debiti, & Bart. in l. omnes. C. de fundis patri. lib. 11. & Bal.
in l. poſtquam liti. Alex. in l. 1. §. 1. ff. ad Trebell. & in ſua a-
poſtilla, in l. uir bonus. ff. iudica. ſolui. Iaſ. in l. 1. §. ſed ſi is
cui ff. de operis noui nuncia. Abb. & Io. de Ana. in c. quia
fruſtra. de vſur. & hoc verum, quando actor contra dictam
exceptionem probatam per dictum priuilegium nihil al-
legaret, ſed ſi allegaret aliquid, per quod faceret dubium
priuilegium, puta, quia illo priuilegio renuntiauit, uel fuit
legitimè annullatum, tunc non impedit litis conteſtatio-
nem, quia non eſt de illis quatuor exceptionibus impediẽ-
tibus litem conteſtari, de quibus in cap. primo, de litis con
teſtat. lib. 6. ita dicit notanter Andr. infra in conſtitutio. ex
ceptionis filiationis. Sextus caſus eſt, ſi in viuentibus iure
Francorum, frater, qui reperitur tempore mortis patris ma
ior natu ſuo nepote filio ex primogenito in poſſeſſione bo
norum feudalium, ſit ſpoliatus per regiam curiam, nõ per
diffinitiuam ſententiam, & regia curia dat poſſeſſionem
illi nepoti ex primogenito, & ille patruus agat ſpolio, non
eſt audiendus, ut patet per ſententiam regis Roberti latã
ſuper poſſeſſorio comitatus ſancti Seuerini die 28. Iunij.
ſeptima ind. 1324. regnorum ſuorum anno decimoſexto,
62 † quia illa exceptio, quòd filius primogeniti, ideſt, nepos
debeat ſuccedere, non requirebat probationem, ut dicit
Oldra. in conſilio 224. Idem ſi exceptio oppoſita contra
ſpoliatum conſtaret per cõfeſſionem partis, vt dixi ſupra
in ſecundo caſu, per id quod dicit Innocen. in capit. conſti
tutus. de filijs presby. & firmat Abb. Sicul. in conſil. 89. in-
cipiente, in quæſtio. quæ ad præſens &c. quid ſi conſtat cõ
tra agentem ſpolio de dominio, quod probatur in prom-
ptu per ſententiam iam latam, uide Iaſ. in d. §. nihil com-
mune. in 4. colum. vbi refert opinio. pro & contra. Septi-
mus caſus eſt, ſi agatur poſſeſſorio recuperandæ, & reus
excipit in ſuis exceptionibus de dominio ſuo, & facta pu-
blicatione in cauſa actor procedit ad ulteriora in cauſa, nõ
poteſt poſtea dicere, ꝙ prius videndum eſt de poſſeſſorio,
ſed cognoſcetur de petitorio. Et ſi probatum eſt de domi-
nio, non fit ſpoliato reſtitutio, per tex. in capit. primo, de
reſtitut. ſpoliatorum. ita expreſsè dicit Abb. Sicul. in cap.
fin. 3. colum. de ordine cognitio. Et ideo ſpoliatus agens se
medio recuperandæ poſſeſsionis ſit cautus, ut ante litem
conteſtatam faciat proteſtationem, quòd non intendit,
quòd cognoſcatur de aliqua exceptione aduerſarij, quæ ſa
piat dominium, imò petat, ꝙ reijciatur tanquam imperti-
nens in cauſa poſſeſſorij. Et licèt non reperiatur poſtea alia
proteſtatio poſt publicationem, illa ſufficit, ut dicũt Abb.
in d. cap. fin. & Bald. in d. c. 1. & Ang. in d. l. ſi quis ad ſe fun
dum. C. ad l. Iuliã de vi. & Bal. in l. ordinarij. C. de rei ven-
di. dicit, quòd quando actum eſt ſolùm poſſeſſorio, non re
quiritur dicta proteſtatio, ſed non tenetur eius dictum per
63 Doct. Mod. ſcribentes in d. §. nihil commune. † Nec dicitur
tacitè conſenſiſſe poſt publicationem, ſi nõ repilogauit di-
ctam proteſtationem, quia ſufficit ſemel ante litem conte-
ſtatam proteſtatum eſſe, quòd non conſentit, quòd aliquo
modo excipiatur, & cognoſcatur de petitorio, quia dicta
ſcriptura in prædictis facta ſemper loquitur, ut in l. Arria-
ni. C. de hæreti. nec videtur ab ea receſſum propter tacitur
nitatem in publicatione, quia eadem uoluntas ante litem
conteſtatam declarata, quòd non conſentit, quòd cogno-
ſcatur de proprietate, præſumitur durare, niſi mutata pro-
betur. cap. prolatum. extra quod metus cauſa. l. ei qui. ff. de
probatio. l. fideicommiſſa. §. ſi rem. ff. de legat. 3. cum con-
cordan. ſuis, & voluntas ſequens probatur etiam per præ-
cedentem. 34. q. 2. c. cũ per bellicam. & ita vidi iudicatum
in ſacro Conſi. contra magnum aduocatum, qui ſine le-
gibus dicebat, ꝙ illa proteſtatio facta ante litem conteſta-
tam debebat repilogari, facta publicatione in cauſa, ſed ad
abundantiorem cautelam conſulo, ꝙ fiat dicta proteſtatio
etiam poſt publicationem, & hæc dicta ſufficiant in iſto ſe
cundo notabili, cætera vide per Alexan. in d. §. nihil com-
mune. & in Spe. de petit. & poſſ. §. fin. & ſummiſtas, de re-
64 ſtitu. ſpoliat. † Tertiò uo. ex tex. ibi, vniuerſalem ſucceſſo-
rẽ. quòd hæres & ſucceſſor uniuerſalis illius, qui cõmiſit
violentiam in auferẽdo poſſeſſionem rei ſtabilis, ſeu im-
mobilis propria authoritate, punitur pœna medietatis æſti
mationis rei, in qua fuit commiſſum ſpolium, quod uerũ
intellige ſecundùm Andr. hic, ſi prius fuit intentatum iudi
cium, & lis conteſtata contra eum, qui per violẽtiam com-
miſit ſpolium: tunc tenetur hæres, uel ſucceſſor uniuer-
ſalis ad pœnam, ſicut in alijs delictis, per l. 1. C. ne ex deli-
ctis defunctorum, cum concordant. aliàs ſecus, quia de iu-
re Romano ad pœnam interdicti vnde vi, non agitur con-
tra hæredem, ut in l. 1. §. fin & l. ſequen. & in l. 3. in princip.
ff. de vi & vi armata. & tene menti id, quod dicit hic And.
in fi. videlicet, quòd tota iſta conſtitutio debet intelligi,
quòd ſit moderatiua pœnæ iuris cõmunis, niſi ubi expreſ-
ſè exaſperat pœnam iuris communis, quia iſta conſtitutio
incipit à modificatione pœnæ iuris communis. Quartò
no. ex tex. ibi, poſſeſſorium petitorio, à quo ſeparatum
eſſe dignoſcitur. quòd Imperator approbat id, quod dici-
tur in lege, naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquir. poſ-
65 ſeſ. ſcilicet, † quia id, quod eſt proprietas, non eſt poſſeſ-
ſio; & id, quod eſt poſſeſſio, non eſt proprietas. Et ideo
iſta ut diuerſa non ſunt immiſcenda, prout miſcebantur
de iure Longobardo, quod in hoc eſt correctum hic, &
dicto §. nihil commune. ſic ergo inſtituta prohibetur à iu
re, prout prohibetur in l. ſi quis ad ſe fundum. C. ad l. Iu-
liam de vi. vide glo. in l. culpa. ff. de regulis iuris. prohibe-
tur etiam in §. aliud uerò. & ibi Iaco. de Bel. in Authent. de
non eligen. ſecundò nubentes. An autem ſub ſimplicibus
comprehendatur miſtum, vide plenè per Ludou. in l. 2. in
princ. ff de uerborum obligatio. Bar & ſcribentes in l. ſi ita
ſcriptum. ff. de liberis & poſthumis. Bar. in l. vim paſſam. §.
1. ff. de adult. Bart. & Alexan. in l. ſi extraneus. ff. de condi-

ctio.ob cauſam.& Fely. in cap. fin.de ſimo. & in cap.1. 3.
col. de præſcriptio. & in dictis locis habes alias remiſſio-
66 nes.†Huius occaſinne quæro utrum actor in libello recu-
perandæ poſſeſſiunis poſſit intentare poſſeſſorinm recupe
randæ & immiſcere petitorium? Bald.tangit hoc dubium
in l.edita.in 26.colum.verſic.8. quæritur.C.de edendo.&
in l.nulli prorſus.C.de iudicijs.& Barto.& ſcribentes in d.
l.naturaliter.§.nihil commune.& uera concluſio eſt,quod
in vno & eodem libello poteſt quis intẽtare poſſeſſorium
recuperandæ, & petitorium,quia iſta non ſunt contraria,
nam ſi ageret petitorio, oportet quòd probet dominium
ex parte agentis,vt in l.in rem.ff.de rei vendicat.& poſſeſ-
ſionem rei, de qua agitur, eſſe penes conuentum, vt in l.
officium.ff.de rei vendicat. Item ſi ſolùm ageret poſſeſſo-
rio recuperandæ, ſolùm habet probare poſſediſſe, & poſ-
ſeſſinnem eſſe penes conuentum, & pro hoc lex,cum fun-
dum.§.fin.ff.de vi & vi arma.Et ideo,quia iſta duo iudicia
non ſunt contraria, poſſunt cumulari. & pro hoc videtur
67 tex.in capit.paſtoralis.de cauſa poſſeſ.& propriet.† & hoc
verùm nun ſolùm ſimul & ſemel, ſed etiam pendente iu-
dicio ſuper ſolo poſſeſſorio recuperandæ vſque ad conclu
ſionem in canſa dicti poſſeſſorij poteſt cumulari petito-
rinm. Et ita tenebat Martin.gloſſator,vt refert gloſ. in di-
cto §.nihil commune.cuius opinio Marti.communiter ap
probatur ibi per Doctor.& prædicti Doctor.in locis præal
legatis, & Paul. de Caſt.io l.ſi de vi.ff.de iudicijs. & ideo
quando eſt intentatum remedinm capit.reintegranda,po-
teſt cumulari petitorium, quia dictum remedium dicitur
etiam recuperandæ poſſeſsionis, & in eo habet locum re-
medium ſuſpenſiuum, ut bene firmat Abb in capit.paſto-
ralis.in 7.colum.verſic.ſed circa hunc intellectum, de cau
ſa poſſeſ.& propriet.ſed an hoc ſit verum, patebit ex infrà
proximè dicendis. Sed dubium ſtat, utrum poſſeſſorium
retinendæ poſſit cumulari cum petitorio? In hoc ſunt opi.
non eſt articulus hic examinandus, quia hic nihil agitur
de poſſeſſorio retinendæ, ideo remitto me ad ſcripta per
Doctor.in dicto §.nihil commuoe. Et ſcias vnum punctũ,
quem nunc ego tango, in qno vidi aliquns errare, videli-
68 cet, † utrum ille, qui intentauit poſſeſſorium recuperan-
b dæ,& petitorium, [b] poſſit ſuſpendere petitorium ante cõ-
cluſionem in cauſa inducta à ſe,& ab aduerſario,& proſe-
qui poſſeſſorium tantùm: ſemper procuratores & adun-
cati dicunt, quòd poteſt fieri iſta ſuſpenſin vſque ad cõclu
ſionẽ excluſiuè, per cap.ſignificauerunt.de teſti. & cle.vni-
cam. de cauſa poſſeſsio.& propríe. Sed tu intellige hoc ve
rum,quando agitur contra illum,qui ſpoliauit, quia iſtud
remedium ſuſpenſiuum non habet locum niſi cõtra eum,
in quem cadit dolus, uel delictum, ut firmant Anton. de
Butr.& Abb.in d.cap.paſtoralis. in 7.colu. ſecus ſi agitur
contra ſuccedẽtem in uitio ſpolij: nam interdictum vnde
vi, datur etiam contra hæredem uniuerſalem, vt in l.1.in
fi.ff.de vi & vi armata. Et hodie in regno per conſtitutio-
nem ſequentem datur etiam cõtra ſingularem ſucceſſorẽ,
contra l.cum à te. de vi, & vi armata. & de iure communi
datur remedium cap.ſæpe.de reſtit.ſpoliato.Item remediũ
cap.reintegranda.3.quæſt.1. tunc non habet locum reme-
dium ſuſpenſiuum, & ſic ante conclnſionem noo poterit
ſuſpendere peritorinm & proſequi ſolùm poſſeſſorium,
quia tale priuilegium ſuſpenſiuum ſolùm fuit inductum
in odiuin ſpoliantis,uel illins,qui commiſit dolum,uel de
lictum,ut dicit tex.in d.cap.paſtoralis. ibi,iniquitatis inna
ſoris,& in d.clemen.vnica. de cauſa poſſeſsio. & propriet.
& hoc firmat Nicol.Mil. in ſuo repertorio, in uerbo, poſ-
ſeſſorium quia iſtud priuilegium ſuſpendendi eſt inductũ
in odium ſpoliantis, meritò debet reſtringi. ubi ergo ceſ-
ſat dictum odium,ceſſat dictum remedium ſuſpenſiuum,
69 †quia iſtud priuilegium ſuſpendendi eſt cõtra alias regu-
las iuris communis, maximè contra auth.qui ſemel.C.de
probat.quæ vult,quòd actor debet proſequi ſuam auctori
tatem uſque in fi.& ideo quia eſt correctorium iuris com
munis,debet ſtrictè intelligi,& nõ ampliari ad caſum, vbi
ceſſat dolus, uel delictum poſſeſſoris. & firmat hoc Abb.
Sic.in cap.fin.5.colum. de ordi. cognit. Nec obſtat,quod
ſupra proximè dixi ex auctoritate Abb.Sic.in d.cap.paſto-
ralis. vbi dicebat,quòd remedinm capit. reintegranda, eſt
reſtitutorium, quia ipſemet Abb. dicit, quòd hoc eſt latè
ſumpto uocabulo,& ſic non eſt propriè,quod tene menti,
quia vidi aliquos ſuper hoc errare. Quintò not.ex tex. ibi,
& illud etiam moleſtè ferimus.quòd per iſta uerba corrigi
tur lex,ſi quis in tantam.C.vnde vi.vbi pro uiolentia com
miſſa in bonis immobilibus, committens dictum ſpoliũ,
ſi habebat domininm,illud amittebat,& applicabatur par
ti per ſententiam,& ſi non habebat,puniebatur in æſtima-
tione totius rei, in qua fuit commiſſum ſpolium, & ideo
70 quæ ſcribnnt ibi Doct.non ſunt hic repetenda.†Sextò no.
ex tex.ibi,iure Francorum. no.ꝙ ius Francorum ſiue con-
ſuetudo Francorum ſuper pœnis pro violentia commiſſa
in rebus ſtabilibus non eſt ſeruanda. eſt enim ius Francorũ
ſpeciale ius, ſm And.in l.imperialem.§.præterea ducatus.
de prohibita fendi alienatio. per Federicum. Et ideo qui
dicit ſe uiuere eo iure,debet probare,& qualiter probetur,
uide ibi per And. tamen in pœnis nõ poſſet allegare,quòd
viuit iure Francorum. An autem ſeruetur ius Francorum
in dotarijs conſtituendis inter viuentes iure Francorum,
vide glo.in conſtitutio.mulier,quæ dotarium. Et an in ſuc
ceſſionib.inter viuentes iure Francorum ſeruetur ius Fran
corũ. vide in conſtitutio. ut de ſucceſſionibus, & ibi dice-
tur.Septimò no.ex tex.ibi, raptorem rei mobilis,quòd ali
ter punitur cõmittens violentiam in reb.ſtabilib. & aliter
punitur committens violentiã in rebus mobilib. nam pro
rebus immobilib. punitur in medietate ipſius æſtimatio-
nis.ſed pro violẽtia in reb.mobilib.alienis commiſſa,quia
rapuit per vim bona mobilia aliena,punitur pęna quadru-
pli infra annum,in qua cõputatur ſimplum. Et hoc nõ eſt
ius nouum,ſed eſt ius cõe,ut patet io ti.Inſti.vi bon.rapto.
71 & in l.1.& 2.C.eo.tit.†Rapina enim eſt propriè,qñ p vim
ablatiuam foratur res mobilis aliena,ut dicit ẽt Bal.in c.ſi
duo.de pace tenenda.& ideo dixi per nim ablatiuam,quia
ſi ſine vi.fit furtum,non dr̃ rapina,ut in l.quo naufraginm.
in.fi.ff.nau.cau.ſtab.ibi, rapi aũt ſine vi non põt,uel ſi cum
vi cõpulſiua,noo habet locum tit.vi bono.rapt.ſm Azo.in
ſum.C.vi bono.rapt.Item ſecus,ſi rapuit rem ſuam violen
ter,quia ceſſat hæc pœna,ſed habet locum pœna.l.extat.ff.
quod me.cau. vt dicit Azo in ſum.C.vi bon.rapto.& ideo
ſi creditor capiat bona mobilia ſibi hypothecata authori-
tate propria,vbi non habuit licentiã capiendi à iudice, vel
à parte,vt dicitur in l.creditores.C.de pignori.punitur pœ
na d.l.extat. & ideo pęna huius cõſtitutionis:nec dicta lex
eſt correcta,quando creditor capit bona mobilia, ſed ſolũ
quando capit bona ſtabilia, ut ſupra dixi in 2. not. in 1.q.
& de materia huius l.extat,me remitto ad librum Goffre.
Beneuentani, ſub rub.de edicto diui Marci. Item aduerte,
quia dicit Bart.in rubr.ff.vi bonorum raptorum. ꝙ ſi quis
haberet animum palàm per uim ablatiuam furandi rem
mobilem,licet ibi neminem inueniat, & furetur rem illã,
raptor eſt,ut in l.3.ff.de ui priuata.ſed tu dic,ut in l.ſi quis
72 ex domo. ff.de furtis. † Sed utrum omnis raptor dicatur
fur manifeſtus? Dicit Bart.in l.ſi uendidero.§.cum raptor.
ff.de fur. quòd ad hoc, ut quis ſit fur manifeſtus, requiri-
tur, quòd deprehendatur,uel poſt eum clametur, nec ſuf-
ficit ſola uiſio, ut ff.de fur.l.2. & l.ſi quis in ſeruitute. vn-
de raptor ita demum erit fur manifeſtus, ſi contra eum
clametur, ſeu occurratur. Et dicit glo. in l.Marcellus.ff.de
uerb.ſignifi.quòd rapina requirit raptorem,rapinam,& rẽ
raptam,& qui rapit dicitur committere crimẽ publicum,
ut in l.2.§.hac actione.ff.ui bonorum rapt. fallit in caſu d.
l.ſi quis ex domo. ff.de furtis. Sed quæro, iſtud quadru-
plum, computato ſimplo, an hodie in regno applicetur
parti, ſicut erat de iure communi, ut dicit Ioan.de Imo.in
in rub. de publ.iudicijs? Iam ſupra,in 2.not. & in 3.q. hoc
tetigi,& dixi ꝙ per capitulũ Regis Caroli primi,quod in-
cipit, placuit.char.3. prouiſum eſt, ꝙ ſolum ſimplũ appli-
cetur

cetur parti, ſed triplũ applicetur fiſco, quod eſt cõtra cões
concluſiones iuris cõis. Item quæro, an per iſtam pœnã qua
drupli in raptore ſit ſublata pœna legis Iuliæ de vi publi.
ſi vis facta fuit cum armis, vel pœna legis Iuliæ de vi priua
73 ta, ſi ſine armis facta fuit vis? † Dic ꝙ illa pœna. l. Iuliæ de
vi publica, habet locum, quando criminaliter agitur cõtra
raptorem pœna quadrupli. pœna autem legis Iuliæ de vi
priuata habet locum, quando ciuiliter agitur contra rapto
rem, vt dicit Bar. in l. prætor. §. edicto. ff. vi bonorum rapto
rum, & in Inſtitu. de publi. iudic. §. item lex Iulia, de vi pu
blica, vel priuata. Nec ſimul & ſemel poteſt intentare accu
ſationem criminalem, & actionem ciuilem, ſecũdùm Bar.
ibi, ſed bene poſſet intentare criminalem accuſationem, &
incidenter petere ſimplum, ſecundùm Bar. ibi, ar. l. interdũ.
§. qui furem. & ibi etiam Bartu. ff. de furt. Tangit etiam ibi
Bar. vtrum ſi primò egit ciuiliter, poſſit poſtea agere crimi
naliter? Et vtrum ſententia lata in vna, pariat exceptionem
rei iudicatæ in alia. Et an probationes factæ in vna cauſa,
proſint in alia, dic vt ibi per eum, & ibi uide apoſtillas Ale
xan. cætera autem vide per Roffred. Beneuentan. ſub rubr.
de actione vi bonorum raptorum, & in Spec. de raptorib.
per totum, & in ſumma Hoſtien. in capit. de raptorib. per
totum. In glo. 1. hæc gloſ. continuat hanc conſtitutionem
ad præcedentes, & ponit ſummarium huius cõſtitutionis,
dic ut dixi in rubri. & in poſitione caſus. In gloſ. 2. quærit
gloſ. vbi fit mentio de pœna violentiæ in Longobarda. &
allegat legem Longobardam. In gloſ. 3. in verbo, vniuerſa-
lem. Quærit glo. quis dicatur vniuerſalis ſucceſſor & quis
74 ſingularis, dic vt in ea. † in dubio autem appellatione ſuc-
ceſſoris intelligitur de vniuerſali, non ſingulari, vt notant
Doctores, maximè Pau. de Caſt. & Alex. in le. quædam. §.
nihil. ff. de edendo. no. Ioan. de Imola, in le. quod dicitur.
penul. col. in fi. ff. de verb. oblig. Niſi quò ad excipiendũ,
vt dicit Alex. in dicto. §. nihil. per l. fin. ff. de exceptio. rei
iudi. & voluit Barto. in l. 3. §. fin. ff. de aqua pluuia arcenda.
In gloſ. 4. in verbo, immediate. Quærit gloſſa, quando ha-
bet locum interdictum vnde vi, & cui detur, & cõtra quẽ,
ad quid, & quale ſit interdictum, & remittit ſe ad ſummã
Azonis. C. vnde vi. vbi etiam examinat. l. ſi quis in tantam.
C. eodem tit. quæ quò ad pœnam correcta eſt per iſtam cõ
ſtitutionem, vt ſuprà in 2. no. dictum fuit. In gloſ. 5. in ver-
bo, in totum. iſta gloſ. dum allegat. l. extat. ff. quod metus
cauſa, videtur ſentire, ꝙ pœna illius. l. per iſtam conſtitutio
nem ſit correcta, ſicut in pęna eſt correcta dicta. l. ſi quis in
tantam. & ita etiam dicit Andr. hic in 1. colum. ſed tu tene
prout ſuprà dixi in 2. no. in 1. quæſtio. & ſuprà proximè in
7. no. In gloſ 6. quæro extra gloſ. an per iſtam conſtitutio-
nem, ſicut eſt correcta. l. ſi quis in tantam, ita etiam ſit cor-
recta. l. nõ ab re. C. vnde vi. vbi dicit, ꝙ ſi quis non reſtituit
rem ſibi precariò conceſſam, vel ex locatione, ꝙ tenetur ad
totam æſtimationem ipſius rei, de qua agitur, & etiam ad
rem. dico quod non, quia in conſtitu. iſta nulla ſit mentio
de iſtis. In glo. fina. in uerbo, raptorem, de hoc dic, vt ſuprà
in 7. no. Deinde glo. dicit, ꝙ licet in raptore pœna ſit qua-
75 drupli, in qua cõputatur ſimplum. † Fallit in Chriſtiano cõ
mittente raptum in bonis Iudæorum, vel Paganorum, qa
non punitur in quadruplum, ſed in duplum, cõputato ſim
plo, per tex. in l. Chriſtianis. C. de Paganis. facit. C. de Iu-
dæis. l. nullus. Sed quæro de quæſtione, quam habui de fa-
cto, quidam per vim rapuit certas res odoriferas magni va
loris, deinde ipſas reſtituit, inquiritur contra eum poſtea
de rapina: ipſe dicit, quòd ante inquiſitionem inchoatam
reſtituit, probatur de raptore, & rebus raptis, & rapi-
na, & probatur de earum reſtitutione, an poſſit puniri
lege Iulia, de vi priuata, quia rapina fuit ſine armis? Fuit
iudicatum in magna Curia Vicariæ, quòd poteſt puniri
de rapina criminaliter. l. Iulia, de vi priuata, per leg. non
prodeſt, & ibi ſunt concordantiæ in gloſ. ff. vi bonorum
raptorum, gloſ. eſt nota. in capitu. quod ſicut. in fine. in
verbo, præteritæ. ibi argu. contra. de electione. In de-
lictis autem, vbi pœna eſt arbitraria, ſecus eſt, ſecundùm
gloſſam in dicta l. non prodeſt. tamen fuit admiſſus ad
compoſitionem.

ANNOTATIONES.

a Debitorem.] Adde ꝙ per conſuetudinem Neapolit. eſt permiſſũ domino domus propria authoritate pignorare inquilinum contra eius voluntatem, vt in conſuetudine, pro penſione. ſub rubrica, in quibus cauſis liceat authoritate propria pignorare. Battus.

b Petitorium.] Adde quod de materia ſuſpẽſionis petitorij loquitur tex. in c. paſtoralis. de cauſa poſſeſſ. & propriet. extra. & quid ſi perdẽs in cã proprietatis, an poſſit poſt ſniam ad poſſeſſoriũ redire, uide glo. in dicto cap. paſtoralis. in verbo, cauſa. Battus.

Contra quem de reſtitutione agatur. Rubrica XXV.

CONTINVATIO huius rubricæ patet ex ſeipſa. dictum eſt ſupra de pœna contra ſpoliantes per uim bonis ſtabilibus, ſeu immobilibus, & mobilibus: nunc tractat, an poſſit agi de ſpolio contra ſingulares ſucceſſores bonorum, ſuper quibus commiſſum fuit ſpolium.

SVMMARIVM.

1 *Spoliatus ſua poſſeſſione de iuris rigore contra ſingularem ſucceſſorem non poteſt agere interdicto poſſeſſionis recuperandæ.*
2 *Detinere iniuſtè non multum differt ab eo, quod eſt alienum inuadere.*
Vitium rei poſſeſſorem comitatur.
3 *Vitium litigioſi non contrahitur controuerſia pendente ſuper mero poſſeſſorio.*
Interdictum recuperandæ poſſeſſionis hæredibus & ſucceſſoribus vniuerſalibus deſtituti quandoque datur.
4 *Poſſeſſio defuncti non tranſit in hæredem abſque noua apprehenſione.*
5 *Spoliatus conſequens poſſeſſionis reſtitutionem à iudice, beneficium conſequi dicitur.*
6 *Spoliatus poſſeſſionem ſuam recuperans iudicis authoritate, abſque tamen iuris ordine, an cenſeatur iuris beneficium cõſequi.*
7 *Iudex datus commiſſionem ſuam excedere non debet.*
8 *Reſponſio principis formata cẽſetur ad formam ſupplicationis.*
Cedens iura ſua, non cenſeatur cedere iura futura in diem vel conditionalia.
9 *Reſcripta ad lites futuras non extenduntur.*
10 *Poſſeſſor iniuſtus, quando ſua poſſeſſione priuari poſſit abſque citatione.*
11 *Poſſeſſionem ſuã recuperare licitũ eſt, vbi ſe facultas obtulerit.*
12 *Spoliatum poſſeſſionem ſuam quandocunque recuperare poſſe, quando verum ſit.*
13 *Poſſeſſionem ciuilem retinens, poteſt quandocunque naturalem amiſſam recuperare.*
14 *Iudicem adiens ſuſpicatur ſe poſſe repelli, nec ad viam facti redire poteſt.*
15 *Poſſidens ciuiliter, quemlibet, ne ſua priuetur poſſeſſione, eijcere poteſt.*
16 *Cauſam habens à ſpoliatore, vel eius hæredibus, quibus vtatur defenſionibus aduerſus agentem remedio conſtitutionis, circa violentiarum.*
17 *Exceptio pacti de non petendo, differt ab exceptione renuntiationis.*
18 *Reſtitutio non tardatur ſpoliato, iure tertij comparentis exiſtente connexo iuri ſpoliatoris.*
19 *Poſſeſſio rei immobilis per quos actus probetur.*
20 *Hæres à colono defuncti ſe percepiſſe probans, an cenſeatur recepiſſe poſſeſſionem rei hæreditariæ.*
Ire & agere non probant poſſeſſionem.
21 *Liber æſtimi nec poſſeſſionem, nec dominium probat.*
22 *Continuatio poſſeſ. qualiter probetur, & quot modis.*
23 *Poſſeſſionis initium probari poteſt per inſtrumentũ publicum.*

14 *Continuatio poſſeſsionis fundi ſterilis, qualiter probari poſſit.*
15 *Iudex, cui commiſſum eſt, vt decidat cauſam ſecundùm iuris rigorem, qualiter iudicare debeat.*
Aequitas & rigor non omnino contrariantur inuicem.
26 *Poſſidere vi non dicitur, qui accipit ab eo, quem per vim ſcit in poſſeſſione eſſe.*
27 *Spoliatus per violentiam duplici ſubleuatur remedio.*
28 *Remedium capituli, reintegranda, differt à remedio conſtitutionis, circa violentiarum.*
29 *Agenti remedio cap. reintegranda. ſufficit probare ſe antea poſſediſſe.*
30 *Capitulum, reintegranda, non prouidit contra bonæ fidei poſſeſſorem.*
31 *Authoritas peritorum non debet contemni.*
32 *Lex, meminerint. C. vnde vi. & lex fin. ff. quod metus cauſa, qualiter intelligantur.*
33 *Soluens indebitum per metum non cadentem in conſtantem virum, non repetit.*
Exceptio, dolo facis &c. in poſſeſſorio locum non habet.
34 *Exceptio, dolo facis petere &c. locum non habet, ſi illico ſit reſtituenda poſſeſſio.*
35 *Lex, meminerint, quando locum habeat.*
36 *Vox domini, vox procuratoris.*
37 *Poſſeſſio rei differt à re ipſa.*
Dominium maximè differt à poſſeſsione.
38 *Titulus ad poſſeſſionem transferendam non requiritur.*
Vitium litigioſi in reo poſſeſsionem transferente oritur.
39 *Cauſam non habens à deiectore, non poteſt conueniri vigore cõſtitutionis, circa violentiarum.*
40 *Mandatum generale non cenſetur includere, quod fieri non poteſt legitimè.*
Factum procuratoris illicitum non obligat dominum.
41 *Iudici aliquid contra ius mandanti non obtemperans non incidit in pœnam.*
42 *Poſſeſsio per ſeruum iniuſtè quæſita domino ignoranti non quæritur.*
43 *Spolium an & qualiter purgandum ſit, ſi dominus primò ſpoliatus ſpoliet modernum poſſeſſorem.*
44 *Remedium conſtitutionis, circa violentiarum. pinguius eſt remedio c. ſæpe. de reſt. ſpol.*
45 *Remedium cap. reintegranda. competit aduerſus eum qui non ſpoliauit.*
Actio eſt inanis, quam excludit inopia debitoris.
46 *Dominus agere poteſt ad intereſſe contra ſpoliantem vaſallum, vel colonum ſuum ſua poſſeſsione.*
47 *Socius ſocij mei non eſt ſocius meus.*
48 *Conſtitutio, circa violentiarum. tam in rebus mobilibus, quàm immobilibus locum habet.*
49 *Depoſitarius, vel commodatarius, aut ſimplex colonus cadens à detentione, quod habeat remedium.*
50 *Iura incorporalia cum immobilibus ſunt annumeranda.*

a CIRCA violentiarum.[a] Iſta conſtitu-
tio corrigit ius commune, ſcilicet. l.
cũ à te. ff. de vi & vi armata, & eſt be-
ne gloſſata, & dicit gloſ. 1. quod eſt
notabilis, & laudabilis conſti. & bene
dicit, quòd prouidet in plus, quàm
prouidet cap. ſæpe. de reſt. ſpol. Et di-
uido iſtam conſtit. in quatuor partes. In prima ponit exor-
dium dicendo, quòd de pœna contra committentes violẽ-
tias ſatis prouiſum fuit per prædeceſſores Imperatores, in
tit. C. vnde vi, & in tit. C. ad l. Iuliam de vi, & etiam per cõ-
ſtitutiones præcedentes ſactas per ipſum Imperatorem au
thorem iſtarum conſtitutionum, vſque ibi, quoddam ta-
men. Hic eſt ſecunda pars, in qua narrat rigorem iuris
communis, poſitum in d. l. cum à te. vbi dicitur, quòd ſo-
lùm ſpoliatus ſua poſſeſſione poterat agere contra ſpolian-
tem, vel eius hæredem interdicto recuperandæ poſſeſſio-
nis, ſed non contra eum, ad quem peruenit poſſeſſio, in
hoc defectum iuris communis ſupplet iſta conſtitutio, le-
niendo, ideſt, mitigando aſperitatem iuris communis, &
ſupplendo de neceſſario remedio ipſi ſpoliato cõtra eum,
ad quem peruenit poſſeſſio ſine vitio ſpolij, & durat vſque
ibi, diſpoluimus. Hic eſt tertia pars, in qua diſponit, quòd
ille, qui per violentiam fuit ſpoliatus ſua poſſeſſione, ſi an-
tequam ſpoliatorem, vel eius hæredem in ius vocaret, ille
deſtituens, ſeu ſpolians, vel eius hæres in alium poſſeſſionẽ
prædictam tranſtulit, habet electionem, an velit agere cõ-
tra deſtituentem, vel eius hæredem non poſsidẽtem ad in-
tereſſe paſſum propter dictum ſpolium, vel agere condi-
ctione huius conſtitutionis cõtra detentorem, qui cauſam
habuit ab ipſo deiectore, per quaſcunque manus poſſeſsio
ipſa ambulauerit, ſiue detentor ſciuit, ſiue ignorauit vitiũ
ſpolij, & probando poſſeſsionem & ſpolium, poſſeſsionẽ
amiſſam recuperabit, & durat vſque ibi, ſæpe enim. Hic eſt
quarta & vltima pars, in qua narrat damnum, quod habe-
bat ſpoliatus ante iſtam conſtitutionem, quando res ſpo-
liata veniebat ad manus tertij, qui non ſpoliauit, quia ſi nõ
poterat probare de dominio, nec poterat agere contra ſpo
liatorem vel eius hæredes ad intereſſe, quia non erat ſoluẽ
do, nec agere poterat poſſeſſorio contra ipſum tertium, ad
quem peruenit poſſeſſio, erat excluſus ab omni remedio,
& durat vſque in fi. Et breuiter hoc intendit. deſtitutus ſua
poſſeſſione habet electionem agẽdi ad intereſſe contra de-
ſiſtentem, vel eius hæredem, uel contra eum, ad quem per-
uenit poſſeſſio rei, de qua fuit ſpoliatus cum vitio, vel ſine
vitio ſpolij. Nota primò ex tex. quòd multæ leges iuris
communis, & multæ conſtitutiones regni prouident de
pœna eius, qui commiſit violentiam, tã in perſonis, quàm
in rebus, de quibus dixi ſupra in rubrica præcedentis con-
1 ſtitutionis. †Secundò no. ex tex. ibi, iuris rigorem. quòd iu
ris rigor eſt, quòd ſpoliatus ſua poſſeſſione non poſſit age-
re interdicto recuperandæ poſſeſſionis contra ſingularem
ſucceſſorem, ad quem peruenit illa poſſeſsio ſine vitio ſpo-
lij, ſiue ſine vi, vt dicit textus in dicta lege, cum à te. & ibi
glo. quæ allegat alias leges, quæ faciunt ad hoc, quia iuris
rigor hic corrigitur, ſicut corrigitur in cap. ſæpe. de reſtit.
ſpol. nam vigore huius conſtitutionis poteſt agi contra il-
lum, ad quem res peruenit, ſuper qua commiſſum fuit ſpo
lium, ſiue ſcienter, ſiue ignoranter de dicto ſpolio poſſeſſo
rio recuperandæ. & in hoc concordat cap. ſæpe. de reſtitu-
tione ſpoliatorum. præterquam in vno, quia cap. ſæpe, vult,
quòd poſsit agi contra tertium, qui non ſpoliauit, quia ſci-
uit ſpolium de re prædicta factum, ſed quando ignorauit,
ſolùm prouidetur ſpoliato de remedio inducto per iſtam
conſtitutionem, & ſic plenius prouidit iſta conſtitutio ſpo
liato, quàm dictum capit. ſæpe. quod vult, quòd detur re-
medium dicti capitu. ſæpe. quando ille, ad quem peruenit
poſſeſsio, habuit cauſam titulo ſingulari à deiectore, tunc
videtur poſsidendo, quòd ſucceſsit etiam in vitium ſpolij,
2 † quia non multum intereſt iniuſtè detinere, vel alienum
inuadere, quantùm ad periculum animæ, ut dicitur in di-
cto capitu. ſæpe. concordantiæ ſunt ibi in gloſſa. Bene ta-
men ſi lite pendente cum deiectore, vel eius hærede tranſ-
ferebatur poſſeſsio in alium etiam ignorantem, poterat de
iure communi ille nouus poſſeſſor conueniri, ſicut ipſe de-
iector, quia iſte nouus poſſeſſor, lite pendente, dicitur eſ-
ſe in vitio, & ideo poteſt cõueniri coram eodem iudice, vt
in capit. 1. de alienatione iudicij mutandi cauſa facta. &
notabilis gloſ. in capit. quia V. de iudicijs. & dicta aliena-
tio, pendente iudicio facta, non valet. l. 2. C. de litigioſis.
& capitu. tertio, vt lite pendente. poterat etiam conueniri
officio iudicis & etiam prouideri, quòd poſſeſsio in alium
tranſlata lite pendente reſtituatur ſpoliato, per dictum
capit. quia V. & de appellationibus, capit. bonæ. cum con-
cordantijs ſuis. vitium enim rei ſequitur poſſeſſorem, vt
in l. vitia. C. de acquirenda poſſeſsione. & pro confirma-
tione prædictorum fuit factum capitu. regni, quod inci-
pit, conuentus de poſſeſsione, charta 27. quod vult, quòd
ſi conuentus poſſeſſorio, vel peritorio, lite pendente, tran-
ſtulit in alium poſſeſſorem ſcientem, vel ignorãtem ipſam
litem,

litem, finitur iudicium cum eo, cum quo fuit cœptum, acſi
non fuiſſet facta alienatio, & fiet executio ſententiæ con-
tra poſſeſſorem, etiam ſi poſſeſſio ambulauerit per multas
manus, & cum hoc alienans lite pendente, punietur pœna
contenta infra in conſtitutione quæ incipit, eorum fraudi.
& idem dicit Andr. in capit. 1. in verbo, condemnaturum,
& proſcripturum, verſic. ſed vtrum alienata. quæ ſint rega
lia. & voluit idem Floria. de Sancto Petro in l. ſi bona fide,
ff. de noxal. & Ang. de Aretio, Inſtitut. de actionibus. in §.
omnium. in glo. in verbo, poſſidere. de iure communi ci-
3 uili, † ſi controuerſia eſt ſuper mero poſſeſſorio, tamen per
alienationem rei, pendente dicto iudicio, non contrahitur
vitium litigioſi, vt dicit Bart. in l. 1. §. 1. ff. de litig. & Angel.
in Authen. de litigioſis, in princip. & Bald. in authen. liti-
gioſa. C. de litigioſis, & Abb. Sicul. in cap. eccleſia. vt lite
pendente. Et ſcias, quòd Innocen. & Abb. Siculus in capit.
ſecundo, de alien. iudic. mutandi cauſa facta. dicunt, quòd
lite pendente non poteſt alteri fieri ceſſio ad effectum, ut
lis transferatur in ceſſionariũ, ſed bene utilitas poteſt tranſ
ferri in ceſſionarium, ſed iudicium currit contra ceden-
tem, ut ibi latius per eum. Tertiò no. ex tex. ibi, deſtituen
tem tantùm, vel eius hæredes. quòd interdictum recupe-
randæ poſſeſſionis, datur etiam hæredibus & ſucceſſori-
bus vniuerſalibus inſtituti, ut hic. & ff. de vi & vi armata,
l. prima. §. hoc interdictum, & hæredi. & §. vltimo. & l. ſe-
cunda & tertia, in primo reſponſu. ſicut datur etiam con-
tra uniuerſalem hæredem illius, qui deſtituit, & ſpoliauit,
ſcilicet quatenus ad eum peruenit, vt dicitur expreſsè in
conſtitutione præcedẽti, & in iuribus præallegatis, ſcilicet
in §. finali, dicta lege prima, cum concordant. ibi. in glo. in
verbo, peruenit. & eſt ratio, quia hæres & defunctus vna
& eadem perſona eſſe cenſentur, ut in Authentico, de iure-
iurandu à moriente præſtito. §. 1. & ideo utitur iure defun
cti. l. cum quidam fiſcus. ff. de vſur. facit bene. l. is cui. ff. de
4 reg. iur. & ſic patet † quòd licet poſſeſſio defuncti non trã-
ſeat in hæredem ſine noua apprehenſione facta per hære-
dem. ff. de acquiren. poſſeſſione. ſi tamen defunctus poſ-
ſedit, & poſtea fuit ſpoliatus illa poſſeſſione, ſicut poſſet
agere interdicto recuperandę poſſeſſionis ipſe defunctus;
ita poteſt agere poſſeſſorio recuperandæ ipſe hæres, licet
hæres nunquam poſſedit, per iura prædicta. ſed hoc ſanè
intellige, prout dixi, quando defunctus fuit ſpoliatus, &
non poſsidebat tempore mortis, aliàs ſi defunctus poſsi-
debat tempore mortis, & ſtatutum vellet, quòd poſſeſsio
defuncti continuaret in hæredem, & eo tempore alius in-
trauit poſſeſsionem ipſam, quam defunctus poſsidebat,
tunc hæredi non competit interdictum recuperandæ poſ-
ſeſsionis, ſed debet agere interdicto adipiſcendæ poſſeſ-
ſionis. ita Bal. in authen. defuncto. 3. colum. C. ad Tertull.
& in rubrica, de conſuetudine, in 3. colum. & Cyn. & Bal.
in l. ſi ea lege. C. cõdictione ob cauſam. & in l. ſi furoris. C.
de iure deliber. & ibi per Paul. de Caſt. & firmat Alexand.
in d. l. cum hæredes. & in 2. volum. conſil. 84. & in 3. volu.
conſil. 40. & Raphael Cumanus in l. Pomponius. § quæſi-
tum. ff. de acquiren. poſſeſsio. quia illa ficta poſſeſsio hęre-
dis non parit ſibi interdictum recuperandæ, ſed ſolùm in-
terdictum adipiſcendę poſſeſsio. ſecundùm Doctores prę-
allegatos. & Bald. in c. item cum quis. de reſtitutione ſpo-
liatorum. & in rubr. de cauſa poſſeſsionis & proprieta. &
idem ego firmaui in capit. primo, in princip. a. notabili,
de controuerſia inueſtituræ. & idem firmat Bald. in l. pri-
ma, in fi. C. de appellat. licet Bald. in dictu capit. item cum
quis, dicat, quòd competit hæredi, ſtante dictu ſtatutu, in-
terdictum adipiſcendæ, quod ſapit naturam recuperan-
dæ, adeò quòd non admittitur exceptio dominij. Sed iſta
5 eſt impropria locutio, ut ipſemet Bald. ibi dicit. † Quar-
tò no. ex tex. ibi, reſtituendæ poſſeſsionis beneficiu. quòd
ſpoliatus, qui conſequitur à iudice reſtitutionem poſſeſ-
ſionis, dicitur conſequi beneficium. Ideo dicit regula iu-
ris, indultum à iure beneficium nemini eſt auferendum.
libro ſexto. & iſtud beneficium iuris, ſcilicet quòd reſti-
tuatur poſſeſsio ſpoliato ſine cauſæ cognitione ab homi-
ne auferri non poteſt, ut dicit ibi gloſ. & licet gloſ. ibi re-
ferat aliqua iuris beneficia, tamen vltra gloſſam ibi ſunt
alia iuris beneficia, uidelicet beneficium reſtitutionis in
integrum, vt dicetur infra in conſtitutione, obſcuritatem.
Item beneficium ceſsionis bonorum, vt in titulo. C. de ceſ-
ſione bono. Item beneficium abſtinendi de iure ciuili, ut
l. qui ſe patris. C. vnde liberi. ſic etiam officium ſeruiendi
dicitur beneficium, quod eſt, quando homo homini præ-
ſtat gratis ſeruitium, vt in l. in commodato. §. ſicut. ff. com-
6 modati. † Sed quæro [b] de utili quæſtione, pone quòd ſpo
b liatus de facto recuperauit poſſeſsionem ſuam authorita-
te iudicis ſine iuris ordine: an dicatur conſequutus bene-
ficium iuris, & ſic, quòd non teneatur reſtituere poſſeſ-
ſionem illi à quo iudex ſine iuris ordine abſtulit poſſeſsio
nem? Iſtam quæſtionem tangit hic Andr. in principio hu-
ius conſtitutionis, verſiculo, ſed quæro, nonne, & cætera.
& videtur concludere, quòd ſi iudex abſque iuris ordine,
non vocato poſſeſſore, auferat ei poſſeſsionem, & daret
alteri, cuius per prius fuit illa poſſeſsio, non diceretur
conſequi iuris beneficium, etiam quòd iudicis authorita-
te illam recuperauit, per l. ſecundam. C. ſi per uim uel alio
modo. & pro hoc, l. meminerint. C. unde vi. & capit. con
querente. de reſtitut. ſpoliat. & dictum fuit ſupra in conſti
tutione præcedenti. Item ſi iudex iniuriosè proceſsit, fa-
ciendo uim parti, per l. cõtinet. ff. quod metus cauſa. Idem
ſi authoritate iudicis incompetentis fuiſſet ſibi reſtituta
poſſeſsio, quia omnia erunt nulliter acta. l. fin. C. ſi à non
7 competẽti iudice. † Idem ſi à ſuo iudice exequendo, quod
ad ſuum officium non pertinebat, vt ego vidi in facto.
Rex commiſerat uni Doctori reintegrationem bonorum
ſpectantium ad feudum illicitè alienatorum: hic iudex
delegatus reintegrauit bona, quæ non erant illicitè alie-
nata tempore dati reſcripti, ſed ex poſt reſcriptum prædi-
ctum fuerunt illicitè alienata. Et ſic exceſsit formam ſuæ
commiſsionis, quæ non extenditur ad bona illicitè alie-
nata poſt reſcriptum, & ſic nulliter egit ex defectu iuriſdi-
ctionis, ut eſt tex. in capit. fin. de reſcript. ibi, aut literas ip-
ſas ad futuras trahunt controuerſias, quæ nondum fue-
rant tempore impetrationis exortæ. & ibi eſt gloſ. quæ al-
legat concor. ad hoc. & pro hoc facit illud, quod dicit Io.
Andr. in additio. Specular. in tit. de reſcripti præſentat. §.
ratione eius, contra quem impetratur. in additione, quæ
incipit, Cautius. vbi dicit, quòd ſi alicui mercatori dare-
tur delegatus, ut poſsit omnes debitores ſuos coram illo
conuenire, hoc ſolùm intelligitur de obligatis ante datam
reſcripti, per dictum cap. fin. cui adde capit. eam te. & ca-
pit. ſignificauit. eodem titulo, quæ iura ad hoc allegant do
mini de Ruta, dec. 413. incipiente, fuit dubitatum, utrum
procurator &c. Et pro hoc facit illud vulgare, quòd iuxta
ſupplicationem videtur formata reſponſio principis, vt C.
de tranſactio. l. ut reſponſum. de reſcrip. c. ſciſcitatus. Abb.
in cap. cum te. 2. col. de re iud. & Alexan. in conſil. 83. in 1.
uolum. in ver. pro hoc facit. ſed ipſe ſupplicauit iudici pro
integratione bonorum alienatorum, & ſic non pro bonis
8 in futurum alienandis. † Et pro hoc facit illud, quod dicit
Ioan. And. in addit. Spec. in titu. de cenſibus. §. nunc dicen-
dum. ſi conceſſa eſt immunitas ciuitati, & uillis, non ex-
tenditur ad uillas nouiter factas. Item facit illud, quod di-
citur, quòd ſi conceſſa eſt immunitas monaſterio & capel
lis ſuis, non extenditur ad capellas poſtea quæſitas, ut no.
per Doc. in cap. cum capella. de priuileg. Item facit, ſi quis
cedit iura ſua, non uidetur cedere iura futura conditiona-
lia, uel in diem, ſecundùm Bal. in l. ſi ita ſcriptum. ff. de leg.
2. faciunt etiam ad hoc omnia illa, quæ allegat Alex. in 2.
volum. conſi. 177. incipiente, in occurrenti caſu, licèt po-
ſtea ipſe alleget multa in contrarium. Tamen ipſe in 4. co
lum dicti verſi. nunc reſtat reſpondere. tenet, quòd vbi
quis eſt uſus uerbis præſentis temporis, uel præteriti, non
trahuntur illa verba ad futura, ut ibi per eum. Et ad hoc vi
de Bar. & ibi apoſtillam Alexan. in l. ſi ita. ff. de auro & ar-

gen. lega. bene facit gloſ. in clemen. literas. de reſcript. quæ
9 dicit, † quòd reſcripta ad lites non extenduntur ad futu-
ras. & ibi vide Petrum de Anchar. qui allegat multa, quæ
oon trahuntur ad futura, vt ibi per eum. Et pro hoc facit,
quia reſcripta ſtrictè ſunt intelligenda. de reſcrip. capitu-
lo, ſedes. & capit. ex tenore. & capit. ſuper literis. & ita fir-
mant domini de Rota in dicta deciſione 413. ſi enim iu-
dex exceſſit in exequendo, nó dicitur ille, qui habuit poſ-
ſeſſionem, habuiſſe beneficium reſtitutionis poſſeſſionis,
ex quo illud beneficium non poteſt dici beneficium, quia
nulliter fuit ſibi conceſſa reſtitutio poſſeſſionis. ſed vbi iu
dex proceſſit ad inducendum aliquem in poſſeſſionem, vt
vocato aduerſatio, & eo audito in iuribus ſuis, ſed contra
iuſtitiam & contra ius litigatoris fecit ſpolium, tunc ſi ſpo
liatus non appellauit, videtur ſententiæ acquieuiſſe, ut no.
in l. prima. C. de relationibus, & ibi Bald. & in l. ſi ad ſcri-
batum. & l. ciues. C. de appellatio. & Andr. hic allegat l. fin.
vt lite pendente, & tunc dicitur miſſus in poſſeſſionem
fuiſſe conſecutus beneficium reſtitutionis poſſeſſionis. Et
hoc propter rerum auctoritatem iudicatarum, ſecundùm
Andr. hic, quibus etiam addo id, quod ſingu. dicit Ludou.
10 Roma. in l. ſecunda. ff. de re iudi. vbi dicit, † q licet poſſeſ-
ſor iniuſtus non poſſit ſua poſſeſſione priuari ſine citatio-
ne, ut in l. auctoritatis. & l. meminerint. C. vnde vi, & in ca
pit. inter quatuor. de maiorit. & obedieur. & in capit. in li-
teris. de reſtit. ſpoliat. & in capit. licet epiſcopus. de præb.
lib. 6. tamen fallit in eo, qui eſt iniuſtus poſſeſſor facto iu-
dicis, qoi immiſſus in poſſeſſionem ſine cauſæ cognitione,
tunc iſte talis poteſt ſine citatione priuari ſua poſſeſſione,
per gloſ. ſingul. in l. minor. in princip. ff. de euict. & uoluit
Innocent. in capit. querelam. de elect. facit ad hoc id, quod
dicit Bald. in l. ſi pacto quo pœnam. C. de pact. quòd de fa-
cto eſt factum, de facto poteſt reuocari. & dicit Ioan. Bapt.
Caccialup. in fine tract. ſui, de debito. ſug. in fi. quòd iſtud
dictum eſt perpetuò menti tenendum. Secundò quæro, an
dicatur conſecutus fuiſſe beneficium reſtituendæ poſſeſ-
ſionis ille, qui de facto fuit ſpoliatus aliquo caſtro & non
potuit eius poſſeſſionem recuperare per annos decem, &
vltra, ſi poſtea data habilitate ſpoliauit poſſeſſorem illius
caſtri. Videtur, quòd ſic, per illud dictum Guidonis. 1. di-
11 ſtinct. cap. ius naturale. † vbi dicit, quòd eſt licitum recu-
perare poſſeſſionem quandocunque datur facultas, etiam
poſt decennium. & dicit Bald. etiam l. ſi à non dominis,
C. de his qui à non domino manu. quòd iſtud dictum eſt
menti tenendum. Et dicitur incontinenti recuperaſſe, quia
licet incontinenti recuperare ſuam poſſeſſionem, ut in l.
tertia. §. cum igitur. ff. de vi & vi armata. Et de iſto dicto
Guido. facit mentionem etiam Bal. in l. data opera. C. qui
accu. non poſſunt. & in l. vis eius. C. de probatio. & in l. ſi
quis ad ſe fundum. C. ad l. Iul. de ui. & in l. 1. C. unde ui. Io.
de Imo. in l. 1. §. qui præſens, & in l. continuus. §. cum ita. ff.
de nerbor. oblig. & Bartol. in l. 1. §. hoc interdictum. ff. vti
poſſid. & in l. alius. §. belliſſimè. ff. quod ui aut clam. Felyn.
in c. accedens. ut lite nó conteſtata. Sed iſtud dictum Gui-
donis limito ſex modis. primò, ut ſolùm habeat locum in
dominis magnis, qui noo recognoſcunt ſuperiorem, & nó
poſſunt habere copiam iudicis, cuius auctoritate uocaris
uocandis poſſint conſequi reſtitutionem ſuæ poſſeſſionis.
ita firmauit Bald. in dicta l. 1. C. vnde ui. & uoluit Pau. de
12 Caſt. conſilio 36. incipiente, priuſquàm fierent. † Secun-
dò limita, ut dictum Guido. ſolùm habeat locum, quan-
do ſpoliatus præparauit ſe incontinenti pro recuperanda
poſſeſſione faciendo ſuum conatum, ſed infrà breue tem-
pus non potuit illam recuperare. nam tunc inſiſtendo in
iſtis præparamentis, & faciendo ſuum poſſe, non amiſit ci
uilem poſſeſsionem, ſecus ſi nullum fecit pręparamentum
nec conatum. Ita videtur firmare Aug. de Are. in §. recupe
randæ. Inſt. de interdictis. & Fran. de Aret. doctor moder-
nus in l. ſi de eo. §. fortè. ff. de acquiren. poſſeſſ. & in d. §. qui
præſens, & in d. § cum ita. Sed Iaſon in l. clàm poſsidere. §.
qui ad nundinas. ff. de acquir. poſſeſſ. dicit, quòd iſta limi-
tatio non procedit, ſi ſpoliatus non fecit pręparamentum,
quia ſpolians erat potentior ſpoliato, & expectabat tem-
pus, ut dicit Bal. in d. l. uis eius. C. de probat. & Fely. in cap.
ſignificaſti. de homicidio. Tertiò limita, ut habeat locum
iſtud dictum Guido. durante eodem bello, ſeu guerra, ut
dicit Ang. in diſpu. ſua, renouata guerra. & Saly. in d. l. 1. C.
onde vi. & Bald. in titu. de pace Conſtantiæ. in verbo, poſ-
13 ſeſsiones. † Quartò limita, vt procedat illud dictum in eo,
qui retinet ciuilem poſſeſsionem, ut dicit glo. in d. l. 3. §. cũ
igitur, & Saly. in d. l. 1. C. vnde vi. quæ ciuilis poſſeſsio ex-
tinguitur per mortem illã habentis, ut in l. licet. C. de acq.
poſſeſ. & quia uoluntas expirat per mortem, l. ſi ita legatũ.
§. illi ſi uolet. ff. de leg. 1. cum concor. ſed poſt mortem hæ-
redi competit interdictum unde ui, vt ſupra dictum eſt in
3. notab. Quintò limitatur ſecundùm Franc. de Aretio in
d. §. cum ita. ut tunc habeat locum dictum Guido. ſi ſpo-
lians exercuit aliquam iuriſdictionem in homines exiſtẽ
tes in loco, ubi fuit facta ſpoliatio, ſecus ſi erat abſens, &
nihil exercuit. allegat Innocen. in capit. cum olim. de reſti.
ſpol. & gloſ. in clemen. 1. in nerbo, indulgentia. de foro cõ-
peten. & Bald. in l. 2. C. de ſerui. & aqua. Sextò, niſi iſte,
qui recuperauit ex interuallo, quia habebat ciuilem, &
fecit ſuum conatum pro illa recuperanda, adiuit iudicem
pro recuperanda poſſeſsione, tunc lite pendente coram iu
dice, non poterit de facto recuperare poſſeſsionem, nam
tunc ceſſat dictum Guidonis, idem Bald. in l. 1. C. de exe-
cu. re. iud. in princip. & Bald. in l. 1. C. unde ui. & vide Ale-
14 xan. in l. quemadmodum. ff. de acquiren. poſſeſsio. † Item
quia ille, qui adit iudicem, videtur ſuſpicari, ſe poſſe re-
pelli, & perdit ciuilem, & non poteſt redire ad uiam fa-
cti, ideſt, recuperare propria auctoritate, ſecundùm Bald.
in l. 2. in 6. colum. uerſic. vndecimò quæro. C. de ſeruit. &
aqua. ſed de veritate huius dicti remitto me ad Iaſon. in d.
§ qui ad nundinas. 7. colum. & vltra eum vide Bald. in cap.
querelam. de elect. & Inſtit. de interdic. §. hodie. Septimò
fallit, quando poſſeſsio illius caſtri nó eſt penes illum, qui
ſpoliauit, ſed eſt penes tertium, qui nollum commiſit ſpo
lium, tunc non licet ſpoliato de facto recuperare poſſeſ-
ſionem ab illo tertio, ſicut potuiſſet incontinenti recupera
re poſſeſsionem à deiectore, ſed debet iudicem adire, ut in
glo. in l. 1. §. vi poſsidere. ff. de ui & vi armata. & in l. ſequi-
tur. §. ſi vi. ff. de vſucapionibus. & videtur tenere Iacob. de
Are. vt refert Cyn. in l. 1. C. vnde vi. in 1. oppoſitio. & fir-
mat Abb. Sicul. in capit. olim. el 1. de reſtit. ſpoliat. etiam
ſi ille tertius habuit cauſam à ſpoliatore, ut dicit Ludouic.
in l. peregrè. §. quibus explicatis. ff. de acquiren. poſſeſsio-
ne. & pro hoc bene facit d. l. cum a te. ff. de ui & ui armata.
ubi non competit interdictum vnde vi contra tertium ha-
bentem cauſam ſingularem à uiolẽto, licet poſsit agere re-
medio huius conſtitutionis. & capit. ſæpe. de reſtit. ſpoliat.
tamen illud ius recuperandi incontinenti de facto non ha
bebit contra tertium poſſeſſorem, per textum in l. prima.
§. interdictum. ff. uti poſside. licet Bald. in l. certa forma. C.
15 vt in poſſeſſ. legato. dixerit, † quòd poſsidens ciuiliter, po
teſt quemlibet eijcere, ne ſua poſſeſsione priuetur. & idem
dixit Franc. de Aretio in conſil. 21. tamen idem Bald. tenet
contrarium in l. prima. C. de execut. rei iudic. circa finem.
& Barto. in l. prima. §. ſi neceſſario. ff. ſi mulier uentris no-
mine. & Franc. de Aretio io d. §. qui ad nundinas, & hæc
ſunt menti tenenda, quia quotidiana. Quintò nota ex
textu ibi, nec contra eum, in quem ab ipſo violento &c.
quod de iure communi tertius, qui non ſpoliauit, licet
habuiſſet cauſam à ſpoliatore, uel eius hæredibus, non
poterat conueniri interdicto vnde vi, vt dicitur in d. l. cum
à te. de vi & vi armata. ſed per iſtam conſtitutionem in
regnis utriuſque Siciliæ poterit conueniri remedio huius
conſtitutionis, vt reſtituat poſſeſsionem, dummodo probe
tur de uiolentia primi deſtituentis. ut dicit hic glo. in uer-
bo, per violẽtiam. ſed qualiter intelligitur eſſe factam vio-
lentiã, iam declaraui in conſtitutione præcedenti, in ſecun
do notabili. in quæſtione quarta. Sed iuxta hoc quæro pri
mò.

mò. iſtè, qui habet cauſam à ſpoliatore, vel eius heredibus,
quas defenſiones poterit facere contra agentem remedio
huius conſtit. vel remedio capituli, ſæpe. de reſtitu. ſpolia.
16 † dic, q̃ poterit probare, quòd ipſe agens ſpolio per prius
ſpoliauit ipſum conuentum tali poſſeſſione, & pendet lis
coram iudice, vt apparet ex actis, ideo non poteſt agi con-
tra eum dicto remedio, vt in capitulo, ſuper ſpoliatione.
& cap. cum delictus. de ord. cogn. & no. in capit. frequens.
de reſtit. ſpoliat. lib. 6. Item poteſt opponere contra agentẽ
remedio huius conſti. quòd agens non poſſidebat, ſed poſ-
ſidebat ipſe, etiam ſi ius commune eſſet contra iſtũ oppo-
nentem, per no. per Doct. in cap. ad decimas. de reſtit. ſpo-
lia. & ſic poteſt opponere exceptionem, concludens defe-
ctum poſſeſſionis, ut dicit glo. in cap. cum ad ſedem. de re-
ſtit. ſpolia. & voluit Ioan. And. in capit. item cum quis. eo-
dem tit. & dictum fuit ſuprà in conſtitu. præced. nti. & eſt
deciſio Rotæ. 154. Item poſſet opponere exceptionem pa
cti de non petendo factum poſt ſpoliationem, ſecus ſi fuiſ
ſet factum dictum pactum ante ſpolium. hoc voluit gl. in
cap. ex inſinuatione. de procur. & Innoc. in cap. ſuper hoc.
de renun. per tex. in l. ſi vnus. §. pacta. ff de pact. & domini
de Rota deciſio. 393. glo. 3. quæſtio. 1. in ſum. Item poſſet
opponere exceptionem renunciationis factę per agentem,
vel per eum, cuius eſt hæres ſpoliatione facta, ſecus ſi eſſet
facta poſt ſpoliationem, ut eſt tex. in cap. 2. de reſti. ſpolia.
17 & in hoc eſt differentia inter exceptionem pacti de non
petendo, & exceptionem renunciationis. vide ad hoc La-
pum alleg. 24. Item poſſet opponere exceptionem, quòd
notoriè conſtat ſpoliatum non habere ius, & alias exce-
ptiones, quas dixi in conſtitu. præcedenti, in 2. not. 10. q.
& Alexand. in d. l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de ac-
quiren. poſſeſſione. Item poſſet opponere exceptionem in-
habilitatis perſonæ agentis, tex. eſt in cap. ex inſinuatione.
ibi, ſi aliud canonicum. & in gl. ſuper boc verbo, canonicũ.
& eſt gloſ. a 3. diſtinct. capit. in nomine domini. & in cap.
dilectus. el 1. de reſcript. & voluit Innocen. in cap. cum no-
ſtris. de conceſſ. præben. Item poſſet comparere tertius, qui
non ſpoliauit, nec conuenitur ſpolio, & opponere exce-
ptionem defectus proprietatis agentis, ſecundùm do. Ant.
de But. in d. capit. cum ad ſedem. per l. bone fides. ff. depo-
ſiti. idem dicit do. Ant. in cap. in literis. in 10. colum. de re-
18 ſtit. ſpoliat. † Fallit, niſi hoc ius territorij comparentis ſit
connexum cum iure ſpoliatoris, quia tunc non tardabitur
reſtitutio ſpoliato, ſecundùm do. Ant. & Abb. Sic. in capit.
veniens. lo 2. de reſtit. ſpoliat. firmat Lud. in d. §. nihil com
mune. in ſecunda colum. verſic. 8. Sed pro ueritate huius
limitationis, vide Felinum in capit. exceptionem. in 6. co-
lum. de except. & ſcias vltra Felinum in loco præallegato,
quòd ſi tertius comparet in iudicio, & dicat, quòd agens
ſpolio non eſt dominus, nec ipſe poſſidens, non poteſt op-
ponere de mala fide poſſeſſoris, qui probat, quòd cœpit
poſſeſſionem ipſam, quando erat vacans, puta, poſſeſſio
erat penes defunctum, hæres fuit negligens in capiendo
poſſeſſionem rei hæreditariæ, quia poſſeſſio defuncti non
continuatur in hæredem, ut in l. cum hæredes. ff. de acqui.
poſſeſ. & ſic erat illa poſſeſſio vacans, quidam cepit illam
poſſeſſionem uacantem, non licet hæredi, illo poſſidente,
intrare authoritate propria poſſeſſionem, ſecundùm Do-
ctores in l. edicto. C. de edi. diui. facit cap. licèt. de præben.
lib. 6. & uoluit Alexan. in 2. uol. conſi. 83. ideo dicit Ange.
in l. ſi de eo. §. ſi fortè. de acquir. poſſeſ. q̃ tunc dominus eſt
priuatus omni poſſeſſione, ſi ipſe tertius non probat ſe do
minum, licet in ueritate poſſeſſor ratione poſſeſſionis ſit
in mala fide præſumpta propter publicam famam, quæ
erat, quòd ille tertius fuerat ſpoliatus, tamen non erat do-
minus, ſed ſolum poſſeſſor, hoc voluit Bartol. in l. fi. C. un-
19 de ui. † Secundò quæro, quomodo ſpoliatus probabit
ſuam poſſeſſionem, uidelicet per quos actus probetur ip-
ſa poſſeſſio rei immobilis? Dic, quòd debet articulare, &
probare, quòd ex tali re percepit fructus, quia per perce-
ptionem fructuum probatur uera poſſeſſio, ut no. in l. qui
vniuerſas. §. qui per colonũ. ff. de acq. poſſ. & no. in l. ſi trib.
C. de agri. & cen. lib. 11. & hoc verum, niſi alius probet ſe
eſſe in poſſeſſione uera, vt dicit Lanfrancus in c. quoniam
contra. in uerbo, teſtium. colum. 5. de probat. vide ad hoc
And. Barbatiam in capit. ſuper eo. de offi. deleg. & Bald. in
l. poſt ſententiam. C. de ſentent. & Bar. in d. §. qui per colo-
num. & Ang. in l. quamuis. §. ſi conductor. ff. de acq. poſſ. in
l. quædam. ff. de rei vendi. Ludo. in conſi. 70. & conſi. 127.
Alexand. in 4. uolum. conſil. 10. in 2. colum. & pro hoc vi-
detur tex. in l. ſi Pomponius ff. quibus mod. uſusfr. amitta
tur. & pro hoc uide deciſio. meam. 309. Item probatur poſ
ſeſſio, ſi fecit ſeminare terram, licèt non probauit perce-
ptionem fructuum, ſecundùm Bal. in l. ſi quis ſuper iuris.
C. fin. regun. item ſi probat, q̃ ipſam cultiuauit, arando ip-
ſam, ſecũdùm Bal. ibi, & in l. arboribus. §. de illo. ff. de vſu-
fru. & in l. indicia. C. de rei vend. & Bal. in c. 1. 2. col. de cõ-
20 tro. inueſti. † Sed an hæres, qui probat ſe percepiſſe fructus
à colono defuncti, videatur recepiſſe poſſeſſionem rei hæ-
reditariæ prædictæ? Tex. in d. l. qui vniuerſas. §. qui per co-
lonum. videtur dicere, quòd ſufficit, q̃ colonus recogno-
ſcat hęredem de fructibus, vel ei ſoluendo penſionẽ, quan
do nullus alius eſt in poſſeſſione. ſed dicit ibi Alb. de Roſ.
quòd hæres non conſtituitur in poſſeſſione per perceptio-
nem fructuum à colono, ſed bene quantùm ad effectum
vſucapiendi, & vide ad hoc Bart. in l. 5. §. non autem. ff. de
ui & ui ar. An autem probetur poſſeſſio, ſi probetur, q̃ ac-
ceſſit ad fundum, & non probat perceptionem fructuum
dicit Bal. in d. l. poſt ſentẽtiam. pen. col. C. de ſen. quòd ire,
& agere non probat poſſeſſionem, ſed aliud dixit Bald. in
l. indicia. C. de rei uend. Item probatur poſſeſſio per teſtes,
qui dicunt, quòd uiderunt, quòd talis locauit, & fructus
recollegit, etiam quòd non dicant ut dominus, ſecundùm
Bar. in l. 2. C. de acquir. poſſeſ. Item ſi teſtes dicunt, quòd
ego locaui Titio fundum, & ipſe tanquam colonus meus
laborauit lòngo tempore, certè ex hoc probatur poſſeſſio,
ſecundùm Bartol. in l. ad probationem. C. locati. ſed per
ſolum inſtrumentum locationis non probatur poſſeſſio
quoad tertium, niſi probetur perceptio fructuum, ut pro-
batur in cap. inter dilectos. in fi. de fide inſtrum. & Bar. in
d. §. qui per colonum. & in l. quamuis. §. 1. ff. de acquiren.
poſſeſ. ſed bene inſtrumentum locationis probat inter lo-
cantem & locatarium, ut dicit Alexand. in 4. volum. con-
ſil. 12. in 1. colum. An autem liber cataſti, qui celebratur
hodie in regno pro collectis ſoluendis regiæ curiæ, probet
poſſeſſionem illorum bonorum pro illo, cuius ſcripta ſunt
21 in cataſto. Bald. in l. ſi pater. C. de act. emp. † dicit, quòd iſte
liber æſtimi non probat nec poſſeſſionem, nec dominiũ,
per illam l. & l. quo quiſque. ff. de acquir. rer. dom. & idem
dicit Bald. in l. quidam in ſuo. ff. de condi. inſtitut. & Ale-
xand. in 4. volum. conſilio 10. in ſecunda columna. nec
etiam ſolutio collectarum probat dominium illarum re-
rum, pro quibus ſoluitur collecta, ſecundùm Bald. in le-
ge, ſi functiones. C. de donationibus. niſi in præiudicium
ipſius facientis fieri illam ſcripturam, ſecundùm Bald. in
lege, ſolennibus. C. de rei vendicatione, & melius per Bal.
in quarto uolum. conſil. 276. incipiente, viſo puncto præ-
dicto. ibi, ſi poteſt contenta in æſtimo reuocare. & de iſto
conſil. Bal. fuit memor Alexand. de Imo. in ſecundo vo-
lum. conſil. 92. incip. viſo & diſcuſſo laborioſo proceſſu.
in 4. colum. & ibi alleg. alias quotas, vt ibi uidere pote-
ris. Item illud cataſtum bene probat ipſam æſtimatio-
nem, ideſt, quòd res tantum ualent, quantum reperitur
in æſtimo, niſi contrarium probetur, ut dicit Bartol. in
lege fin. C. de prædijs, & omnibus rebus naui. libro 11.
Et idem dicit Angel. in l. pretia rerum. ff. ad leg. Falcid. &
Bald. in l. 2. penulti. colum. C. de reſcind. uendi. & dixi in
l. fina. C. de immunita. nemi. concedenda. libro decimo.
Item dicit Bartol. in l. quæ dotis. in fi. ff. ſolu. matrim. quòd
in aliquibus caſibus ſigillare, habet vim acquiſitionis poſ-
ſeſſionis rerum ſigillatarum, alleg. l. ſi neque. ff. de peri-
culo & commo. rei vend. & ibi vide Alexand. qui de ma-

22 teria ſigilli allegat multas quotas. †Item continuatio poſ-
ſeſſionis, ſecundùm Bal. in l.fin. in 15. oppo. C.de edicto
diui. probatur per teſtes deponentes de principio, medio,
& fine temporis, ut no.gl. 16. quæſt. 4. voluntas. qui teſtes
debent deponere per viſum, & non per opinionem: quia q
opinatur, aliqualiter dubitat, ſecundùm Bald. ibi, & in l.ſo
lam. C.de teſtibus. ſed Bald. in cap. ſi quis per 30. ſi de feu-
do fuerit controuerſia inter do. & idem Bald. dicit in l.qui
cella. §. in ruſticis. ff. de ſerui. ruſti. prædiorum. per no. in l.
fin. C.de præſcrip. lon. tempo. quòd continuatio poſſeſſio-
nis probatur, probato initio, & fine; quia medium præſu-
mitur. & idem dicit Barto. in l.Celſus. vlt. colum. ff. de v-
ſur. no. Ioan. And. in c.licet cauſam. de prob. & ibi vide ad
hoc vnam bonam apoſtillam Alexã. & in l.talis ſcriptura.
ff. de legat. 1. & Domi. in c. 1. in 6. colum. de prob. Et vide
Alex. de Imo. in 1. volum. conſi. 123. in 4. culum. qui dicit,
q probatur poſſeſſio, ſi teſtes dicunt, quòd fuit talis viſus
accedere ad dictam terram, vt dominus. An autem probe
tur poſſeſſio per teſtes, qui dicunt, quòd viderunt illum
poſſediſſe terram, ſed neſciunt confines terræ? Vide Alex.
23 ibidem, in 5. col. †Item poteſt probari initium poſſeſſionis
per inſtrumentum publicum, in quo dicatur, quòd talis
recipit poſſeſſionem talis fundi, uel rei ſtabilis, intrando,
aperiendo, claudendo, ſtando, morando, ambulando, ra-
mos arborum frangendo, & alios actus poſſeſſiuos facien-
do in re ipſa, vt in l. 1. §. ſi iuſſerim. & in l. 3. in princip. ff. de
acquit. poſſeſſ. habetur in l peregre. eod. tit. & ibi ſunt con-
cor. An ſi nobilis vult probare ſe fuiſſe in poſſeſſione vaſal
lorum, ſi probet per inſtrumentum, quòd illi iurauerunt
fidelitatem ſibi, uel per inſtrumentum, in quo confiteban
tur ſe eſſe ſuos vaſallos, & eſſe ſuæ iuriſdictionis, probet
poſſeſſionem? Vide Innoc. in c.dilectus. de capel. mona. &
Bald. in l. 2. in 2. col. C.de ſerui. & aqua. in conſtitutione,
probationis defectum. & ibi dicetur. An ſi vaſallus pro-
c ducat inueſtituram feudi, ea alia inueſtitura [c] dicatur pro-
baſſe poſſeſſionem traditam? Tangit Bald. in c.cæterum.
in 6. colum. de iudicijs. & dicit, quòd non. niſi ſit facta in
re ipſa, in qua fit inueſtitura, inde dicit Bald. in c. 1. in 1. co-
lum. quid ſit inueſtitura, quòd per talem abuſiuam inueſti
turam, etiam quòd dominus poſſeſſor uellet poſſeſſionem
transferre, tamen non transfert eam, allegat nouellam Io.
And. in c.ex ora. de his quæ fiunt à maiori parte cap. & c.
auctoritate. de inſtitu. vide quæ ſuper hoc copioſè dixi in
c. 1. in 2. notab. da controuer. inueſtit. & in d.c. 1. quid ſit
24 inueſtit. in princ. † Sed quæro de q. de facto, qualiter pro-
babitur poſſeſſionis continuatio de fundo, ſeu terra ſteri-
li, de qua nullus fructus percipitur? Dicit Ang. in l.Celſus.
ff. de vſucap. q debet articulare, q ipſe, ſeu ſui familiares
continuò ad illum fundum acceſſerunt, ut ad ſuum, & eo
vtebantur, ut ſuo. bene facit ad hoc, l.iura. ff. de ſol. & fir-
mat hoc Ludo. in dicta l.Celſus. Qualiter autem probetur
quaſi poſſeſſio iurium incorporalium, remitto me ad Bal.
in l. 2. C.de ſerui. & aqua, & ad Anto. de But. in capit. fi. de
cauſa poſſeſ. & propr. quia iſta materia requireret longam
examinationem, & iſta dos non aſt iſtius conſtitu. Sextò
no. ea tex. ibi, lenire volentes. quòd tota iſta conſtit. eſt mi-
tigatiua rigoris iuris ciuilis, d. l.cum à te. & in plus eſt miti
gatiua, quàm c.ſæpe. de reſti. ſpol. vt dixi ſuprà in ſecundo
notabili. Sed quomodo iſta conſtit. mitigat dictam l.cũ
à te: cùm iſta conſtit. expreſsè corrigat illam legem? Re-
ſpondeo, quòd licet iſta conſt. corrigat dictam legem, ta-
men mitigat aſperitatem eius, & ideo ponitur hic iſtud
verbum, lenire, pro prouidendo contra rigorem iuris com
munis. vnde poteſt dici, quòd hæc conſti. ſit ius æquum cõ
tra rigorem iuris ciuilis, & æquitas ſcripta in Regnis Sici-
liæ, ut dicit Bar. in l. 1. C.de legib. & pro hoc facit text. in-
25 frà in conſt. legum aſperitatem lenitam. † & ex hoc infer-
tur, quòd ſi Rex committeret cauſam determinandam ſe-
cundum iuris rigorem, haberet iudex iudicare ſecundùm
diſpoſitionem dictæ l.cum a te. & non ſecundùm æquita-
tem huius conſti. contra quam poteſt Rex de facili diſpen
ſare, arg. cap. propoſuit. de conceſ. præb. item quia dictum
reſcriptum rigoroſum eſt contra dictã æquitatem in hac
conſtit. contentam. & ideo debet præferri, ut eſt gloſ. in
capit. extirpandæ. in uerbo, priuatum. de præben. & ibi
per Ioan. de Imo. in 8. colum. & Alexan. in l.placuit. C.de
iudi. & pro hoc facit capit. primum, de conſtit. lib. 6. Sed
aduerte, quia non eſt ſic, imò iudex debet iudicare ſecun-
dùm iſtam conſtit. ut dicit Guliel. de monte Lau. in cle. 2.
de appell. vbi dicit, quòd quantumcunq; rigor ſit ſcriptus
poſt legem continentem æquitatem: in ſpecie debet iudi-
cari ſecundùm æquitatem, quia æquitas & rigor non ſunt
omnino contraria, ſed æquitas eſt quoddam temperamen
tum rigoris, & ſic non eſt illi oppoſita, ſecundùm eum: &
in hoc reſident Dominic. de Sancto Gemin. & Præpoſi. in
cap. diſciplina. 45. diſtinct. & Fely. in cap. ſecundo, de re iu
di. in 1. colum. nec per dictum reſcriptum intelligitur di-
ſpenſatum contra iſtam conſtitut. niſi expreſſè derogetur
huic conſtitutioni, iuxta not. in l.quoties. C.de prec. Impe.
offe. & in l.fin. C.ſi contra ius vel vtil. publ. & in l. 1. in fi.
ff. de conſtit. pecu. Septimò no. ex tex. ibi, per violentiam
deſtitutum. quòd ad hoc, vt habeat locum remedium hu-
ius conſtit. requiritur, quòd ſpolium ſit factum per uiolen
tiam, & ita dicit gloſ. hic, & ideo corrigitur etiam l. 3. §.
26 non videor. ff. vti poſſideris. qui tex. dicit, † non videor vi
poſſidere, ſi ab eo, quem ſcirem, per uim in poſſeſſione eſ-
ſe, fundum accipiam, quia iſta conſtitu. & dictum cap. ſæ-
pe. volunt, quòd ſingularis ſucceſſo rei affectæ uitio ſpolij
poteſt cõueniri ſpolio, ſicut ipſe ui deſtituens, remedio ta-
men huius conſtitut. uel dicti cap. ſæpe. quando ſcienter,
uel officio iudicis ſecundùm gloſ. ibi. & ex hoc ſequitur,
quòd ſi aliquis uiolenter ſpoliauit aliquem dominum poſ
ſeſſione alicuius terræ ſuæ, poſtea dereliquit eam, & alius
poſt longum tempus illam poſſeſsionem uacantem intra-
uit, quòd tenetur primo ſpoliato, qui paſſus fuit uiolen-
tiam, reſtituere, ſecundùm iſtam conſtitut. ſubaudi, ſi
probet de ſuo dominio incontinenti, ut dicam infrà in 11.
notab. ſed ſecundùm d. legem, à te, teneretur reſtituere ſe-
cundo ſpoliato, cui commiſit uiolentiam. bene facit l. 1.
§ qui à me. ff. de vi vi ar. & tenet glo. in l.cum quærebatur.
C.vnde vi. & firmat Albe. de Ro. in d.l.cum à te. Item ſe-
quitur, q ſi aliquo poſſidente terrã eo abſente vado & re-
cipio poſſeſſionem ipſam, & ſic acquiro naturalem poſſeſ
ſionem, ſi ille non reuertitur, quia dubitat ſe poſſe repelli,
ut in l.clam poſſidere. §. qui ad nundinas. ff. de acquit. poſſ.
& no. gl. & Bar. in l. 1. 2. colum. verſi. modò venio ad gl. C.
uti poſſi. & illam transfero in alium, quòd iſte habens cau
ſam à me non poterit conueniri vigore huius cõſti. & hoc
tenet glo. magna hic. ibi, ſed ſi detentor. dicens, quòd hæc
conſtitutio non conſiderat ſolùm rei vitium, ſed etiam vn
de moderna poſſeſſio originem habuit, & vnde proceſſit,
de hoc dicam infrà in 10. & 11. nota. quia non habet cau-
ſam à violento. ſed ſi ibi aliquod opus factum fuerit, bene
poterit conueniri interdicto, quod vi aut clã, per l.ſemper.
in princ. ff. quod vi aut clam. & formam libellandi & arti-
culandi in iſto interdicto, quod ui aut clam, uide in Spec.
27 de reſtitu. ſpol. §. 1. verſi. cæterùm ſi contra. † Octauò no. ex
tex. ibi, ſed electionem habere. q ſpoliatus per uiolentiam
habet duplex remedium, uel agendi contra ſpoliatorem
ad intereſſe paſſum propter ſpolium, quando ipſe ſpolians
non poſſidet, & hoc erat etiam de iure communi, ut patet
in l. 1. §. qui autem. & §. quod autem. ff. de vi & vi ar. &
not. Azo in ſum. C.vnde vi, & patet in capitulo grauis. de
reſtit. ſpol. vbi plenè de hoc. An autem ſub iſto intereſſe
veniat res ipſa, in qua fuit ſpolium commiſſum? Videtur
quòd non, ſecundùm diffinitionem intereſſe, quam po-
nit Bartol. in l. 1. C. de ſenten. quæ pro eo quod intereſt.
vel agendi contra illum, qui poſſidet, licet non ſpoliauit,
ſed vitio ſpolij non purgato, poſſeſſio ipſa ad eum perue-
nit reſpectu rei, ſed etiam contra quemlibet ſucceſſorem
etiam cum titulo, vt ff quod metus cauſa. l.ſi cũ exceptio-
ne. §. aliquando. C.quod met. cau. l.non intereſt. & in cap.
ſecun-

ſecundò,extra eod. titu. Nonò no.ex tex.ibi , vel detento-
rem ius nouum,ꝙ ſi vitio ſpolij non purgato,res mea, quã
poſſidebam,peruenit ad te ſcientem , vel ignorantem ſpo-
lium,& ſic mala fide, vel bona fide , teneris mihi reſtitue-
re,& hoc ẽt firmat gl.& And.hic,& in c.ſi vaſal.lo vltimo.
ſi de feudo fuerit contro.inter dom. & agna. bene fateor ,
ꝙ contra ſcientem,& malæ fidei poſſeſſorem erat olim re-
medium cap.ſæpe,vt ſuprà dictum eſt, & contra ignoran-
tem,& ſic bonæfidei poſſeſſorem olim erat remediũ cap.
28 reintegranda.tertia,quæſt.1.vt dicit glo. † Sed dictũ reme
dium cap.reintegranda , differt à remedio huius conſtitu-
tionis, quia iſta conſtitutio requirit , ſm glo. hic,quòd ſit
vitium rei & perſonæ, ideſt,quòd habuerit cauſam à deie-
ctore,ſiue ſcienter,ſiue ignoranter: ſed in c. reintegranda ,
ſufficit vitium rei, ideſt,ſufficit, ꝙ probetur poſſeſſio agen
tis contra poſſidentem, ſiue habuit cauſam à deiectore, ſi-
ue non;ſiue ſit ſciens,ſiue ignorans,vt dicit glo.hic in ver-
bo,per quaſcunque,& in verbo , ſiue ſciens . Secundò dif-
fert,quia ſi intentetur remedium huius conſtitutionis,tũc
debet narrari in libello,ꝙ ipſe poſſidens fuit violenter ſpo
liatus, & vitio ſpolij nõ purgato,peruenit poſſeſſio ad ter-
tium,ſed in remedio cap. reintegranda,non debet narrare
ſe ſpoliatum,vt dicit Lapus allega.52.quẽ refert & ſequi-
tur Abb.Sicu.in c.accedens. in quarta col.extrà vt lite non
cõteſta.& in c.cum ad ſedem.in nona,& decima , & ſequẽ
ti col.de reſti.ſpo.& idem dicit Ant.de But.in d.cap.ſæpe.
ver.aduerte ad vnum,dicens, quòd licet ſit verũ , ꝙ agens
remedio c.reintegranda,non debeat narrare ſe ſpoliatum,
ſi hoc diceret,& narraret alia verba,videlicet , ꝙ tenuit,&
poſſedit,& quòd iniuſtè cecidit à poſſeſſione, ſufficit, licet
ſpolium non probet , & dictum remedium c.reintegran-
da,ſecundùm communem opinionem habet locum non
ſolùm in rebus eccleſiaſticis, ſed etiam in rebus tempora-
libus & profanis , vt concludunt communiter Docto.in c.
cum ad ſedem.& in c.ſæpe.de reſt.ſpo.& firmat Alex. in l.
29 rem quæ nobis.ff.de acq.poſ. † & ſic agẽti dicto remedio
ſufficit probare,quòd antea poſſidebat, quia præſumitur,
quòd reus poſſidens iniuſtè poſſidet,vt dicit Inn.in d. c.ſæ
pe.& firmat Abb.Sicu.in d.c. cum ad ſedem.in 11.col.ni-
ſi reus probaret,quòd agens ex ſui culpa,vel ſua negligen-
tia cecidit à poſſeſſione, tunc non debet ei fieri reſtitutio ,
vt firmat do.Barto.Soci.in cõſi.266. Sed aduerte ad vnũ ,
quia reperio Ang.in conſi.157.incip.in quæſtione verten-
te. vbi dicit iſta verba formalia : veritas eſt , quòd ſi quis
ſpoliatus eſt ab aliquo ſolo dolo interueniente , vel metu,
& per hoc cõueniri poteſt actione,quod metus cauſa, quę
eſt in rem ſcripta , & concomitatur poſſeſſorem,uel etiam
actione de dolo, quòd tunc conueniri poteſt ex canone,re
integrãdæ,& his duobus caſibus locum habet illud reme-
dium,vt no.Inn.in c.cum ad ſedem.in gl.quæ incipit , nec
fuit ſpoliatus. in verbo,ſed nos hic non dicimus . idem te-
net in dicto capitulo, ſæpe. in fi.extra hos caſus non habet
locum,nec inuenio remedium poſſeſſorij cõtra talem ſin-
gularem poſſeſſorem bonam fidem habentem , eſſet ergo
tunc agendum petitorio.hæc ſunt verba Ange. ſecundùm
30 quem patet, † quòd cap.reintegranda , non prouidit con-
tra bonæ fidei poſſeſſorem,ſicut prouidet iſta conſtitutio,
tene menti. Sed iſtud dictũ Ange. expreſsè eſt contra iſtã
glo.ſub hoc verbo,uel detentorem. contra concluſionem,
quã firmat Abbas Sic.in d.c. cum ad ſedem, in decima co
lumna,quæ habet,ꝙ d.c.reintegranda , habet locum con-
tra quemlibet poſſeſſorem etiam non vitioſum, etiã igno-
rantem vitium ſpolij , & ibi allegat alios Doctores hoc
firmantes. & dicit,quòd quamuis hic intellectus uideatur
durus per ea , quæ ipſe dixit ibi in primo intellectu dicti
capitu. reintegranda, in quo videtur eſſe Ang.ut ſuprà re-
tuli : attamen quia minimè ſunt mutanda,dicit ipſe, quæ
certam interpretationem ſemper habuerunt,nec de facili
diſcedi debet ab eo,quod diu æquum viſum fuit , & quia
aliàs ſic practicatum extitit,ut dicit Lapus in dicta allega.
52.à qua practica recedi non debet. & dicit , quod ab iſta
practica in conſulendo,& iudicãdo non eſt recedendum ,
31 & dicit verum,quòd ita communiter practicauit: † & au-
thoritas peritorum non eſt contẽnenda , vt in l.ad exhibẽ
dum.& ibi Bal.C.ad exhibendum. Hic ſubdo quæſtionẽ ,
quam tangit Andr.hic in prima col.quid ſi aliquis ſpolia-
uit aliquem ſua poſſeſſione cum authoritate,& licentia iu
dicis data,ſine vocatione partis : tamen iſte ſpolians oſten
dit iudici per inſtrumẽta, & authenticas ſcripturas de ſuo
dominio: ſpoliatus agit contra ſpoliantem remedio legis,
meminerint. C. vnde vi. vel remedio conſtitu. præceden-
tis,vel remedio huius conſtitu.ſi poſſeſſio peruenit ad ter-
tium iſte conuentus ſpolio opponit contra agentem exce-
ptionem dominij,quod probat per ſcripturas, quas iudici
oſtendit,& ideo habuit poſſeſſionem, & ſic non debet re-
ſtituere poſſeſsionẽ,per tex.in l.fi.in fi.ff. quod metus cau-
ſa. ubi non retractatur ſolutio facta creditori authoritate
iudiciaria cõtra iuris ordinem , ubi uerè ipſe erat debitor,
quia dolo facit petere id, quod eſt reſtituturus. l. dolo. ff.de
doli excep.cum concordan. ſuis . In contrarium dicitur ,
quòd ſpoliatus ante omnia eſt reſtituendus , p l. ſi quis ad
ſe fundum.C. ad l.Iuliam de ui.Solutio , multùm labora-
uit hic And.in 2.col.circa intellectum iſtarum duarum le
gum,uidelicet l.meminerint.& d.l fin.§.fin. quæ prima fa
cie uidentur ſibi contrariari, & ponit quatuor ſolutiones.
32 † Prima ſolutio eſt,quòd d.l.fi.in fi.loquatur, quando iu-
dex dedit apparitorem,cui delegauit, ut cognoſceret cau-
ſam inter debitorem & creditorem. hic non cognouit de
cauſa ordinariè,ſed extraordinariè, quòd ille erat debitor
uerus,ille apparitor compellit debitorem ad ſoluendum ,
& ille ſoluit,poſtea debitor agit, quòd fuit exactus extra-
ordinariè,& petit reſtitutionẽ eius , quod ſoluit , creditor
obijcit,quòd in uero erat debitor & probat , non fit reſti-
tutio,& eſt ratio, quia coacta uoluntas , uoluntas eſt. le.ſi
mulier.§.fi.ff.quod metus cauſa,& ſic interuenit non ſolũ
factum executoris,ſed factum partis , quæ concurrunt in
d.l.meminerint.& iſta eſt prima ſolutio , q̃ dat hic Andr.
Sed ei non uidetur placere pro eo,quia dicit,Odofred. di-
cere,quòd debitor ſponte ſoluit,& in d. l. fin. non dicitur
aliquid,quod ſponte ſoluit. profecto Odofredus nihil di-
cit,quòd debitor ſponte ſoluit,nec in d.l.meminerint,nec
in l.fi. Secunda ſolutio And.eſt,quòd ideo debitor non re-
petit debitum exactum extra ordinem , & ſine cauſæ co-
gnitione,quia debitum erat modicum, & creditor erat le
galis perſona , & de his modicis non curat prætor. le. in
rebus.§.poſſunt.ff.commo. & propter modicum debitum
licet non debuit dicta exactio extraordinariè fieri , tamen
facta debet tenere:ſecus,qñ debitum erat magnum , tunc
ceſſat diſpoſitio d.l. fi. in fi. iſta ſolutio eſt diuinatiua , &
nihil de hoc dicitur in d.l.fi. Tertia ſolutio eſt, quòd in d.
l.fi.erat notorium , quòd ille erat debitor, & ideo exactus
extraordinariè,obſtat agenti exceptio notorietatis debiti,
ut l.emptorem, in prin. ibi, quia manifeſtum fuit , ſed de
iſto notorio nihil dicitur in d. l. fi. ſecus quando debitum
33 non erat notorium . † Quarta ſolutio eſt, quòd in d.l. fin.
metus illius apparitoris illatus illi debitori non erat cadẽs
in conſtantem uirum,& ideo ſi ſoluit , non repetit: ſecus ſi
fuiſſet ei illatus metus cadens in conſtantem uirum , quia
tunc poſſet repetere , & ſimiliter iſta ſolutio non placet
And.quare ipſe And. uidetur firmare, quòd in caſu propo
ſito non obſtat agenti ſpolio exceptio dominij , etiã quòd
ſpolium ſit factum auctoritate iudicis,prætermiſſa citatio
ne & cauſæ cognitione, & tenet expreſsè , quòd illa exce-
ptio,dolo facis petere &c.non habet locum in iudicio poſ
ſeſſorio, ſed ſolùm, quando agitur de proprietate.Cui ad-
de, quod idem firmant Alex.in d.l.naturaliter.§. nihil cõ-
mune.& Bal.in l.1.in fi.de appel.Barto. in l. ſi alienam. ff.
ſolu.matrimo.& Alberic.de Roſa.in l. ſi de ui.ff. de iudi.
Bal.in l.ſi quis emptionis. §. hoc ſuper illis. C. de præſcr.
triginta , uel quadraginta annorum , & in l. ordinarij. de
rei uen.& Ange.in d.l.ſi quis ad ſe fundum.C. ad l. Iul.de
ui. Fallit, niſi in iudicio poſſeſſorio,incontinenti poſſit ꝓ-
bari

bari exceptio, dolo facis petere, ſm glo. in d. l. fi. ff. vnde vi.
& voluit Ang. in l. ille à quo. §. ſi de teſtamento. ff. ad treb.
licet illa gl. loquatur generaliter in omni interdicto, tamē
nō tenetur, niſi interdicto adipiſcendæ poſſeſſionis, ſecun-
dùm Bal. in l. 1. C. quorum bonorum. & glo. & Bar. in l. 1.
C. quorum leg. & Docto. in l. 2. C. de edi. diui. & tene men
ti dictum Barto. in d. l. meminerint. vlt. col. verſi. 2. per tex.
34 huius l. C. vnde vi. vbi dicit, † Quòd exceptio, dolo facis
petere &c. vel exceptio dominij non habet locum, quādo
illico poſſeſſio eſt reſtituenda. & idē dicit ibi Ang. & ſcias
vnum notabile dictum Bal. in c. 1. in verbo, poſſeſſionis. de
pace Conſtantiæ, quòd in reſtitutionibus poſſeſſionū, quę
fiunt vigore c. pacis, non obſtat exceptio, dolo facis petere
&c. quod dictum eſt no. dignum. An autem iſta exceptio,
dolo facis petere, poſſit opponi in executione ſententiæ ad
ipſam impediendam? Dicit Cyn. quòd ſic, in l. incerti. C.
de interdictis. An autem iſta exceptio, dolo facis, poſſit op
poni in cauſa appellationis, ſi non fuit oppoſita in prima
inſtantia? Dicit Bal. quòd non, in l. per hanc. C. de tempo.
appel. in 5. col. ver. pone, agnatus. Item iſta exceptio, dolo
facis petere, habet locum, quando ipſi excipienti debet fie
ri reſtitutio, ſecus ſi debet fieri alij non excipienti, vt ple-
nè in diſt. Bal. quam poſuit in l. ſi ſocer. §. Lucius. ff. ſo. mat.
& per Alex. in l. ſi donatarius. ff. de cond. ob cauſam. & Au
ge. in l. 1. C. ſi conſtante matri. Nunc vltra And. proſequor
ſolutionem legum prædictarum, ſcilicet l. meminerint. &
l. fi. §. fi. ff. quod me. cau. quam And. minus perfectè attin-
git, & ideo ſm quòd dicit Ioan. de Imo. in l. à diuo Pio. §.
in venditione. ff. de re iudica. in vlt. col. ubi ponit tres ſolu-
tiones. Prima, quòd tex. d. l. fin. §. fi. eſt correctus per d. l. me
minerint. Secunda ſolutio eſt, quòd lex, meminerint. ha-
bet locum ante ſententiam, ſed dictus. §. fi. habet locū poſt
35 ſententiam. † Tertia ſolutio, quòd lex, meminerint, habet
locum, quando propria auctoritate inuadit alterius poſſeſ
ſionem: dictus §. fi. habet locum, quando per vim compul-
ſiuam deductam in condemnatione ſoluitur, tunc nō de-
bet ſolutum reſtitui, ex quo erat debitum, & lata erat ſen-
tentia, & auctoritas iudicis interuenit. facit, quod no. Inn.
in c. cum veniſſent. de inſtitu. ſed vbi nullus iuſſus inter-
ueniſſet, tūc creditor incurreret in pęnam edicti diui Mar-
ci in l. extat. ff. quod met. cau. & ſcias, dicit Ioan. de Imo.
ibi, quòd ille iuſſus iudicis in d. §. fin. excludit creditorem
à pœna d. l. extat. ſed nō excludit remediū illius legis quan
tùm ad ſimplex, nec excludit remedium d. l. meminerint.
Quartam ſolutionem ponit Paulus de Caſt. in l. ſi cū nul-
la. de re iudicata, videlicet, ꝙ d. §. fi. procedit, quando præ-
ceſſit ſentētia, & in eius executione omiſſum fuit aliquid,
quod non erat omittendum, tunc non reſtituitur debitum
exactum. vel ſecundùm Alexan. in d. l. ſi cum nulla. in d. §.
fi. lata ſententia contra debitorem, ſed in executione ſen-
tentiæ interuenit vis compulſiua; & ſic voluntas coacta de-
bitoris, qui ſoluit, tunc procedit d. §. fi. idem videtur dicere
Bal. in d. §. fin. & firmat Bar. in diſputatione ſua, quæ inci-
pit, Lapus fuit captus in 7. colu. & iſta ſolutio eſt vera. An
autem ſit facienda aliqua differentia, ſi cōpulſio nō ſit fa-
36 cta debitori, ſed eius procuratori, † dico quòd non, quia
vox domini, vox procuratoris eſt. l. oſſa. ff. de reli. & ſump.
fune. & in l. item eorum. §. ſi decuriones. ff. quod cuiuſque
vniue. nomine. & ideo dicebat dom. Signo. Homodei, qui
fuit diſcipulus Bart. in conſi. 75. quòd ſi imperaui colono
alieno, vt poſſideret ꝓ me, dominus coloni videtur deijci
poſſeſſione, per gl. in l. 1. in fi. ff. de vi & vi armata. Subſe-
quenter ſentit hic And. vnam quæſt. videlicet, ſi iudex, or-
dine prætermiſſo, qui non erat omittendus, nulliter indu-
cit aliquem in poſſeſſionē alicuius rei poſſeſſæ per aliquē,
vtrum iſte ſpoliatus poſſit agere contra iudicem ad inte-
reſſe? Et certè iſta cōſtitutio habet locum etiam contra iu-
dicem ſpoliantem, & tradentem alteri ipſam poſſeſſionē,
vt poſſit agi contra eum ad intereſſe, ſicut contra priuatū,
ut dixi ſuprà in octauo notabili, & expreſsè firmat hic gl.
magna in fine, dicens, quòd iſta conſtitutio habet locum,
ſiue priuatus, ſiue iudex ſpoliat malo modo, uel ſi eſt iu-
dex incompetens, vt dixi ſuprà in quarto no. quia ſiue ſciē-
ter, ſiue ignoranter, malo ordine iudex illū induxit in poſ-
ſeſſionem ſpoliando poſſeſſorem, fuit in culpa, ideo tene-
tur ad intereſſe, ut in l. 1. & 2. & in auth. nouo iure. C. de
pœna iudi. qui malè iudicauit. & Inſti. de obli. quæ ex qua
37 ſi male. in prin. † Sed an iudex teneatur fiſco ad medieta-
tem æſtimationis illius poſſeſſionis, non dico illius rei,
quia aliud eſt poſſeſſio rei, aliud res ipſa, ut in l. 3. §. fi. uti
poſside. & dixi ſuprà in cōſtitu. præcedenti, poſt And. ibi,
& in d. l. imperialem. §. illud quoque. Dic ſecundùm And.
hic, quòd poterit iudex puniri ad medietatem æſtimatio-
nis poſſeſſionis tm̄: & non ipſius rei, in qua commiſſum
eſt ſpolium, quia ſolùm id quod abeſt, debet reſtitui, ut
in l. ſi mulier. §. qui poſſeſſionem. ff. quod met. cau. ad ꝓ-
bandum, quòd aliud eſt poſſeſſio, & aliud res ipſa, per illū
tex. cui adde, magna n. differentia eſt inter dominiū & poſ-
ſeſſionem. l. ſi quis vi. §. differentia. ff. de acquiren. poſſeſ.
cum ſi. & patet ſuprà in conſtit. præcedenti, ut hic p And.
l. ſi duo. ff. vti poſſ. & l. qui reſtituere. & l. officium. ff. de rei
uendi. quæ iura ad hoc allegat Alexand. in 2. vol. cōſi. 117.
in prima colum. Decimò no. ex tex. ibi, cauſam habeat. ꝙ
illud, quod hic dicitur, quòd habens cauſam à deiectore
intelligitur, ſiue cum titulo, ſiue ſine titulo habeat cauſam
à deiectore, quod patet, quia ſuprà dixit, transferebatur
poſſeſſio, & ſic generaliter, quod verbum intelligitur, ſi-
ue cum titulo, ſiue ſine titulo, & iſtud quod hic dicitur,
cauſam habeat, intelligitur propter frequentiam, quia ut
plurimùm poſſeſſio in alium transfertur cum titulo, & ſic
propter frequētiam dicit, cauſam habeat, argumen. l. nam
ad ea. ff. de legi. vel dic, quòd hic cauſa non recipitur pro
titulo, ſicut fit in l. cogi. C. de peti. hæred. & in l. nec vllam.
C. de peti. hære. ſed recipitur hic cauſa pro trāſlatione poſ
ſeſſionis, & non pro titulo, prout in ſimili dicit Bal. in ru
bri ica. ff. ſi certū petatur. & probatur in l. 2. §. fi. pro empto-
re, & ſic dicitur cauſa conſumatiua, quia transferendo poſ
ſeſſionem ſine titulo perficio actum translatiuæ poſſeſſio
nis, & bene hoc probatur in d. l. quod meo. in princip. uel
dic, quòd cauſam, ideſt detentationem, ita exponit glo. in
38 l. qui poſſeſſionem. ff. de ui & ui arm. † Nā poſſeſſio, quam
ego habeo, poſſum in alium transferre ſine titulo, patien-
do alium poſſidere, ideſt, detinere, quia ad transferendā
poſſeſſionem, ideſt, detentationem non requiritur titulus,
ut in l. quod meo. §. furioſo. in gl. ff. de acquiren. poſſ. And.
hic in tertia col. Item ſecundùm eum eſſet abſurdum, ꝙ
debeat eſſe melioris conditionis ille, qui non habet titu-
lum à deiectore, quàm ille, qui habet titulum, ut qui non
habet titulum à deiectore, ſi à deiectore ſit translata poſ-
ſeſſio ſine titulo ad eum, non poſſit cōueniri remedio hu-
ius conſtitu. & qui habet titulum, ſic. Et pro hoc facit ſe-
cundùm eum illud, quod in ſimili dicimus, quòd uitium
litigioſi oritur in reo transferente poſſeſſionem, ſiue cum
titu. ſiue ſine titulo, ut in l. fi. C. de litigio. cum concor. Et
ſic patet, quòd aliud eſt, quando poſſeſſio à deiectore trāſ-
fertur in alium cum titulo, uel ſine titulo, & tunc habet lo
cum iſta conſti. aliud quando poſſeſſio non transfertur à
deiectore in alium, ſed alius poſſeſſionem ipſam uacātem
accepit, tunc contra eum non habet locum remediū iſtius
conſtitu. vt firmat hic gl. magna, & dixi ſuprà in ſeptimo
notab. & videtur firmare hic And. in tertia columna, ꝓut
reperitur in lectura impreſſa, qui dicit, quòd ſi poſſeſſio
peruenit ad me ſine facto deiectoris, non habet locum iſta
conſti. per leg. ſequitur. §. ſi tu me expuleris. ff. de vſucap. &
dicam infrà in undecimo notab. & iſta bene no. quia ape-
riunt ſatis verum intellectum conſtitu. glo. & And. hic.
39 † Sed iuxta hoc quærit hic Andr. in tertia colum. quid ſi
nomine meo facta eſt deiectio, & aliquid ad me peruenit,
non tamen mādaui, nec ratum habui dictam deiectionē,
utrum poſſim conueniri remedio huius conſtitu. dicit hic
And. quòd non, quia non habeo cauſam à deiectore, ideſt,
quòd in me per eum ſit poſſeſſio translata, ut in hac cōſt.
dicitur,

dicitur, niſi qnandu mandaui, vel ratum habui. l. 1. §. deie-
ciſſe. & §. ſeq. & §. procur. ff. de vi & vi arm. Bene tamen po
tero cōueniri de eo, quod ad me peruenit vtili interdicto
vnde vi: non directo, ſm vnam opinionem, vt in l. ſi me
vi. §. deiecit. ff. de vi, & vi arm. Quid antem ſi procu. meus
nomine meo aliquem deiecit de poſſeſſione, an ego dicar
habere cauſam ab eo, ideſt, ꝙ ipſe procurator in me tran-
ſtulerit poſſeſſionem, ſi ego habeo ignorantiam eius, qđ
fecit procurator meus? Et poſt argumēta pro & contra cō-
cludit, ꝙ ille procurator, me ignorante, non dicitur tran-
ſtuliſſe illam poſſeſſionem, quia dominus non præſumi-
tur mandaſſe procuratori, quòd faciat iniuſtum, ideſt ꝙ
authoritate propria aliquem ſpoliet, l. ſi procurator. ff. de
condi. indebiti. & ſic ſi non mandauit procuratori, ꝙ illici
tè agat, nec dominus poſtea ratificauit, quod illicitè fecit
procurator, non poteſt dici, ꝙ per procuratorem prædictū
ſit in dominum trāslata poſſeſſio, vt poſſit teneri hac con-
40 ſti. Cui adde gl. 2. in c. dilecto. de præbendis. quæ dicit, † ꝙ
in generali mandato procuratoris non videtur dominus
mandaſſe, niſi quod legitimè fieri poteſt, alle. d. l. ſi procu-
rator. & in l. ſi patri. ff. de his quæ in frau. creditorū. & am-
plia iſtud dictum, vt per Iaſ. in d. l. ſi procurator. & prædi-
cta vera, niſi dominus ratificet, item niſi dominus ſciuit,
& prohibuit, vt dicit ibi Iaſ. vt in iuribus ibi per eum alle-
gatis. potuiſſet alleg. ea quæ no. Alex. poſt gl. in l. 3. §. ſi p-
curator. ff. quod quiſque iuris. & quæ alle. Fel. in c. 1. vt li-
te non conteſtata. inquantum dicunt, ꝙ factum illicitum
procuratoris non obligat dominum. Et etiam Alex. in 2.
vol. conſi. 32. pen. col. vbi firmat, quòd ſi prælatus mandat
de re eccleſiæ fieri compromiſſum, intelligitur, ꝙ compro
mittat in caſum, in quem ipſe prælatus licitè, & ſecūdùm
ius poſſit compromittere & non contra ius. & idem Ale-
xan. in eod. vol. conſi. 205. in 3. col. & in quarto volumine
conſi. 129. in prima columna, vbi dominus in generali mā
dato non videtur mandaſſe illicita, nec in generali manda
to locandi videtur conceſſum, quòd poſſit locare in per-
petuum res eccleſiæ, vt dixit Alex. in quarto volu. conſi. 1.
in 1. col. Fallit, niſi eſſet datum mandatum, quòd faceret
vnum magnum periculum, tunc uidetur mandaſſe, quòd
faciat minus periculum eius, quod mandatum fuit, per l.
ſi quis mihi. §. aliter. ff. de acquiren. hære. Et prædictis ad-
de Lucam de Penna in l. cognouimus. C. de man. & colo-
41 num patri. lib. 11. quòd † ſi iudex mandat ſub pœna, ut a-
liquid fiat contra ius, quòd non incidit in pœnam nō ob-
temperans. ſic etiam filius illicitè acquiſita non acquirit
patri, ſecundùm Bar. in l. quod ſeruus, de acquiren. poſſ. &
no. gl. in l. cum oportet. C. de bonis quæ liber. ſubdit tamē
And. hic, quòd hæc concluſio non militat in ſeruo, qui no
mine domini aliquem ſpoliaret ſua poſſeſſione. nam tunc
diceretur dominus etiam ignorans factum ſerui poſſide-
re per violentiam, quia per ſeruum acquiritur domino ēt
ignoranti, etiam quòd iniuſtè acquirat, vt dicit glo. no. In-
ſtitu. de his qui ſunt ſui, vel alieni iuris. circa principium,
quia quicquid acquirit ſeruus, acquirit domino, nec mo-
mento poteſt eſſe penes ſeruum, vt ff. de acquir. rerum do.
l. placet. quod non eſt in libero procuratore, cui addo, ꝙ
iſtam ſuam opinionem comprobatam authoritate gl. non
firmat Io. Fabri, & Petrus de Bellaperti. quia illud, quod
dicitur, ꝙ ſeruus quicquid acquirit, acquirit domino, in-
telligitur ex tacito mandato domini, quia videtur hoc mā
daſſe ſeruo. l. 1. §. item acquirimus. ff. de acquirenda poſ-
ſeſſione, ſed in dubio non uidetur mandaſſe, quòd illicitè
acquirat, per iura ſupra dicta, ergo domino ignoranti non
acquiritur. & pro iſta opinio. videtur glo. in l. quod ſer-
uus. ff. de acquir. poſſeſ. & in l. 1. ff. commodati. pro concor
dandis iſtis glo. ſolemus ſic dicere, quòd aut quæritur de
dominio, aut de poſſeſſione: ſi de dominio, acquiritur per
ſeruum iniuſtè dominium quæſitū per eum domino igno
42 ranti, per l. ſi ſeruus vetante. ff. de verbo. oblig. † poſſeſſio
autem iniuſtè quæſita per ſeruum non acquiritur domino
ignoranti, vt in d. l. quod ſeruus, quia poſſeſſio non acqui-
ritur niſi volenti, & firmat Bar. in repet. l. ſi is qui pro em-
ptore. in 11. colu. ff. de vſuca. niſi poſſeſſio iniuſtè quæſita
per ſeruum ſit ex cauſa peculiari, ſecundùm Bal. ibi. Vnde-
cimò no. ex tex. ibi, per quaſcunque manus poſſeſſio am-
bulauerit, ꝙ ſi aliquis deiecit poſſeſſorem per violentiam
expulſiuam, uel ablatiuam à ſua poſſeſſione, & deinde iſte
deiector cum titulo, vel ſine titulo transfert in alium iſtā
poſſeſſionem, & iſte, qui habet cauſam à deiectore, tranſ-
fert in alium, & iſte alius in alium, & per quaſcunque ma-
nus transfert, ideſt, quotieſcunque tranſiret, ſecundùm gl.
ſuper hoc verbo, poſſet ſpoliatus, uel eius hæres, uel ſucceſ
ſor agere contra iſtum vltimum, qui tenet, & poſſidet poſ
ſeſſionem ſemel affectam uitio ſpolij. & ſuper hoc glo. al-
leg. optima ſimilia, & optimas leges, quas videas per tex.
& ideo dicit gl. ꝙ ſi detentor non habet cauſam à deiecto
re immediate, quia ille, qui ſpoliauit, habuit poſtea ipſam
poſſeſſionem longo tempore pro derelicta, & alius inter-
cepit ipſam poſſeſſionem, quam reperit uacantem, iſte no
uus poſſeſſor non poſſet conueniri remedio huius conſti-
tutionis, quia iſte nouus poſſeſſor non habuit poſſeſſionē
à vitioſo authore, vel deiectore, quia poſſeſſionem uacan-
tem accepit, & ſic ipſe fuit ſine vitio, licet res ipſa fuit vi-
tioſa, ideſt, quia affecta ſemel uitio ſpolij: requiruntur er-
go duo, ut habeat locum iſta conſtitutio, uidelicet uitium
reale, & vitium perſonale, ideſt, ſi moderata poſſeſſio ori-
ginem habuit à vitioſo deiectore, ſecus ſi moderata poſſeſ
ſio habuit bonum primordium, licet res ipſa fuerit ſemel
uitio ſpolij affecta, & ſic remedium huius conſtitu. differt
à remedio cap. reintegranda, quod datur etiā contra iſtum
qui recepit poſſeſſionem uacantem rei ſemel affectæ uitio
ſpolij per dolum, uel per uiolentiam, ſm gl. hic, & dixi ſu-
43 prà in 9. notabili. † Quibus adde, quid ſi dominus, qui pri
mò fuit ſpoliatus, ſpoliaſſet iſtum modernū poſſeſſorem
de facto ſua poſſeſſione, quam habuit tanquam uacātem,
an iſtud ultimum ſpolium ſit purgandum, ſi dominus in
promptu opponit de dominio ſuo, & probat? Dic ꝙ iſto
caſu ceſſat illa regula, ꝙ vltimum ſpolium eſt purgādum,
& pro iſta deciſione allego glo. in l. cum quærebatur, quæ
eſt finalis, in uerbo, ignoratam, in fi. C. unde vi. & illam gl.
ſecutus fuit Alb. de Roſa. in d. l. cum à te. C. de ui & ui ar-
ma. & Ang. in l. 2. C. de edicto diui Adri. & Ant. de But. in
c. dilecti. de arbitris. & Ang. in d. l. cum quærebatur, & Ale
xan. de Imo. in l. naturaliter. §. nihil commune. in 19. col. ff.
de acquirenda poſſeſſione. Duodecimò no. ex eod. tex. ꝙ
poſſeſſio ambulat per multas manus, idem dicit glo. in l.
mater. C. de rei ven. ſed iſta glo. eſt magis copioſa in alle-
gandis iuribus ad hoc propoſitum, ut uidere poteris, ſed
tu uide tex. in l. ſed ſi lege, §. ſiue autem. ff. de petitione hæ
redi. ubi dicitur, ꝙ ſi p multos ambulauerit poſſeſſio, om-
nes tenentur, & iſtum tex. allegat etiam glo. hic, in uerbo,
44 poſſeſſio. † Tertiodecimò no. ex tex. ibi, ſiue ſciens, ſiue
ignorans, ꝙ remedium iſtius conſtitutionis eſt pinguius,
quàm ſit remedium cap. ſæpe, de reſtitu. ſpol. quod non da
tur niſi contra tertium, qui non ſpoliauit, ſi probetur, ꝙ
ſciuit ſpolium. ſed iſta conſtitutio prouidet, ꝙ ſi ignorauit
ſpolium, & bona fide poſſidet rem ſemel uitio ſpolij affe-
ctam. Sed iſta conſti. non prouidet ita pinguè, ſicut proui-
det dictum cap. reintegranda, quod prouidet generaliter,
qualitercūque quis propriam poſſeſſionē amiſit, & apud
quemcunque fuerit etiam ignorātem uitium ſpolij, dum-
modo uitium ſit in re ipſa, ideſt, quòd poſſeſſor per uiolen
tiam, uel dolo amiſit poſſeſſionem, & ſpecificū remediū,
ut concludit Abb. Sicu. in cap. cum ad ſedem. in 10. col. de
reſtitu. ſpol. quod datur illi, qui ſine iuſta cauſa cecidit à
poſſeſſione, ut dicit ibi Archi. & dixi ſuprà in 4. not. & fir
mat Alexan. in 2. vol. conſi. 118. & in 3. volu. coſi. 78. & 4.
vol. conſi. 1. & ſic patet, quòd ſi ſuo facto, uel culpa cecidit
à poſſeſſione, non poterit agere remedio cap. reintegran-
da, ut dicit Abb. Sicu. in cap. accedens. lo 1. ut lite non cō-
teſtata. idem ſi cecidit ex proprio contractu, ut conſuluit
Alexan. in 1. uol. conſi. 90. idem ſi cecidit propter canonē

non

non ſolutum, vt dicit Alex. in 3. vol. conſi. 5. & ſubdit Ar-
chi. in d. c. reintegranda, quòd illud remediũ c. reintegran-
da, datur etiam cõtra eum, qui per vim compulſiuam ſpo-
liauit, etiam ſi ille, qui conuenitur, non ſpoliauit nec à de-
45 iectore ſcienter accepit: † & ſic datur remedium c. reinte
granda, contra eum, qui non ſpoliauit, & bona fide poſſi-
det, & habuit bonum initium poſſeſſionis, quia nõ habuit
à deiectore, vel ab eius ſucceſſore vniuerſali, vel ſingulari
ipſam poſſeſſionem, & iſto caſu ceſſat remediũ huius con
ſtit. vt dictum fuit ſupra in 11. no. Quartodecimò no. ex
tex. ibi, vel deiector erat fortè non ſoluendo, quòd inanis
eſt actio, quam inopia debitoris excludit. ad idem tex. in l.
itaque fullo. ff. de furtis. An autem cõpetat mihi actio ad
intereſſe contra illos, qui depauperauerunt: puta, propter
vſuras ſolutas creditoribus, ſi contra iſtum, qui me ſpolia-
uit, non poſſum agere propter eius paupertatem cauſatam
ab illis, qui iniuſtè eum depauperauerunt. Inno. ſentit iſtã
q. in cap. dilectis filijs. in 1. col. in verbo ciuitatis, de appe.
& videtur dicere, quòd non, quia creditor non poteſt re-
petere debitorem ſuum ab alio iniuſtè detentum, cum nõ
habeat ius in perſonam, vt etiam no. per glo. in l. 1. §. per
hanc. ff. de rei ven. & pro hoc facit tex. in cap. authoritate.
46 §. fi. de priuilegijs. lib. 6. ſed bene dicit Inno. † quod ſi ſpo-
lium fuit factum colonis meis de mea poſſeſſione, vel ho-
minibus, & vaſallis meis colentibus agrum meũ, poſſum
agere ad intereſſe contra ſpoliantem vaſallum, vel colonũ
meum, vt ibi latius per eum. In glo. prima dic. vt dixi in
poſitione caſus, & in 2. no. In gl. 2. quærit gl. contra quos
competit interdictum vnde vi, & remittit ſe ad ſummam
Azo. C. vnde vi. In gl. 3. quærit glo. quando competit di-
rectum interdictum vnde vi, & quando vtile, & remittit
ſe ad dictam ſummam, & de materia interdicti vnde vi,
vide Roffr. Beneuenta. in ſuo lib. in rub. de interdicto, vn-
de vi, & in rub. de conſti. ſi quis in tantam. In glo. 4. dic. vt
dixi ſupra in 7. no. In gl. 5. dic vt dixi in 2. no. In glo. 6. ſu-
per verbo, intereſſe, dic vt dixi ſupra in 1. no. In glo. 7. ſu-
per verbo, vel detentorem, dic, vt dixi ſupra in 2. & 9. no.
In glo. octaua magna, in verbo, quancunque, iſta glo. diui
ditur in decem partes. In prima exponit illud vocabulũ,
per quaſcũque manus, & de hoc dixi in decimo, & vnde-
cimo no. ſed latius de hoc dicitur in ipſa glo. In ſecunda
parte ibi, licèt ſint argumenta in cõtrarium, opponit con-
tra illud, quod dicitur in iſta conſti. ꝙ vitium primi, qui
commiſit deiectionem, afficit omnes poſſeſſores, in quos
translata eſt poſſeſſio ſemel affecta uitio reali, & perſona-
li. contra, quia ſocius ſocij mei non eſt meus ſocius, vt in l.
47 nã ſocius. ff. pro ſoc. † & vaſallus vaſalli mei non eſt meus
uaſallus, ut dicit Bal. in cap. 1. §. rurſus. de controuer. inue-
ſti. vlti. col. Solutio. dicit glo. quòd conſtitutio iſta ideo af-
ficit omnes poſſeſſores, quia fuit à principio uitium reale,
& perſonale illius primi qui commiſit violentiam, & po-
nit aliqua exempla, & durat vſque ibi, ſed ſi detentor. In
hac tertia parte glo. quærit, an remedium huius conſtit. ha
beat locum contra tertium, qui cępit poſſidere ſine vitio,
quia cepit poſſeſſionem illius rei, in qua à principio ſuit
commiſſum ſpolium: ſed ille, qui ſpoliauit, vel eius hæres
longo tempore dereliquit illam poſſeſſionem, & ille ter-
tius cepit poſſeſsionem tanquam vacantem, de qua dixi
ſupra in ſeptimo & nono not. & etiã in 13. no. & idem con
cludit glo. infrà, in 7. parte, & ponit differentiam inter re-
medium huius conſti. & remedium cap. ſæpe. & c. reinte-
granda. de quibus differentijs dixi ſupra in ſecundo not.
& clarius ſupra in nono nota. & quòd iſta conſti. ponit ius
medium inter cap. ſæpe. & c. reintegranda, & de hoc uide
ea, quæ dixi ſupra in 2. in 9. & 13. not. & laudat, quòd me-
dium eſt tenendum, ut in iuribus in ea allega. Adde glo. in
Auth. de conſulibus. §. alij autem. ſuper verbo, eſt autem,
& ff. de offi. proconſulis & lega. l. ſolent. §. fi. & Inſtit. qui-
bus ex cauſ. man. non poſſunt. §. fi. & ex duobus extremis
eligitur mediũ, vt no. gl. in l. ſi ſeruos. in fi. ff. de pig. actio.
& ibi gl. alleg. cõcordãtes, & eſt tex. in l. adeò. §. cum quis.
ff. de acquir. rer. domi. & in l. 1. §. Offilius. ff. de aqua plu. ar
cen. & de hoc dixi in c. 1. de milite vaſal. qui cõtumax eſt,
& durat vſq; ibi, iſta tertia pars. item hic no. Hic eſt quar
ta pars, in qua glo. alleg. multa iura, quòd poſſeſsio ambu-
lat per multas manus, & eſt impropria locutio, ſicut im-
propria locutio cadit in multis, vt hic per glo. & durat vſ-
48 que ibi, vltimò no. † Hic eſt quinta pars, in qua glo. quærit,
vtrum iſta conſtitu. habeat locum tam in rebus ſtabilibus,
quàm in rebus mobilibus, & tam in rebus corporalibus,
quàm in rebus incorporalibus. & concludit, ꝙ ſic, tũ quia
conſtit. generaliter loquitur, & ſi aliud voluiſſet, dixiſſet.
itẽ quia eadem eſt ratio in omnibus iſtis. & hanc gl. appro
bat hic And. in 3. col. & durat vſque ibi, licèt poſsit oppo-
ni. In hac ſexta parte glo. opponit ſic. ſuprà proximè di-
xi, quòd iſta cõſtitutio habet locum ẽt in rebus ſtabilibus
& mobilibus. contra, ꝙ non habeat locum in rebus mobi
libus, quia conſtitutio iſta loquitur de deiectore, quod vo
cabulum cadit in rebus ſtabilibus. Solutio. iſta conſtitu-
tio loquitur promiſcuè de mobilibus & ſtabilibus, & ge-
neraliter loquitur, & utitur uocabulo generali, ſcilicet de-
ſtitoere, vt dicit hic glo. in nona parte. Et quando hoc ne-
garetur, non eſt curandum, quia de iure communi proui-
ſum eſt, quòd ſi res mobilis mea furto ſubtracta peruenit
per diuerſas manus ad alium, ille tenetur reſtituere eam,
& ad hoc allegat bonas leges, & durat vſque ibi, ſi quidẽ
res ad te ueniat. Hic eſt ſeptima pars. hic gl. ſentit illã quę-
ſtionẽ, quam tetigit ſuprà in tertia parte, & concludit, ꝙ
quando non datur uitium reale, nec perſonale in perſona
poſsidentis rem non competit contra eum remediũ iſtius
conſtitutionis, & quia in pari cauſa potior eſt cõditio poſ-
ſidentis, etiam in hoc glo. effundit multa uerba, & durat
49 vſq; ibi, ſed nunquid. † Hic eſt octaua pars, in qua format
quæſtionem. Videlicet, vtrum depoſitarius, uel cõmodata-
rius, uel ſimplex colonus, uel inquilinus, qui nullum ius
habet in re, ſed ſolam detentionem, habet aliquod reme-
dium, ſi cadat à dicta detentatione ad ipſam recuperan-
dam? Et dicit gl. ꝙ nullam habet actionẽ, vt dr in l. nõ tan
tùm. §. ſed licet earum. ff. de peti. hære. & ibi eſt optima gl.
dicit tamen glo. ibi, & hic, ꝙ ex æquitate poterit implora-
re officium iudicis, ut pro ſuo intereſſe ei reſtituatur, idẽ
tenet Cyn. in le. fi. §. ſed cum in ſecunda. C. de furtis. & no.
in c. bonæ. de appel. & in cap. cum ad ſedem, de reſti. ſpol.
per Abb. Sicu. & durat vſque ibi, item poteſt opponi. Hic
eſt nona pars, in qua gl. opponit contra illam concluſionẽ,
ſuprà relatam, ꝙ iſta cõſtitutio habet locum tam in rebus
corporalibus, quàm incorporalibus. Et imò uidetur, ꝙ
non habeat locum in rebus incorporalibus, quia iſta iura
incorporalia non dicuntur propriè poſsideri, ſed quaſi poſ
ſideri, ut in iuribus in ea allegatis. & ideo non poteſt dici,
quòd ſit detruſus, ut in l. poſsideri. in prin. ff. de acquiren.
poſſ. & le. ſequitur. §. ſi uiam. ff. de uſuca. Solutio. licèt ꝓ-
priè non dicatur detrudi, tamẽ datur ſpoliato de iure cor
porali utile beneficium huius conſtitu. contra tertium poſ
ſeſſorem, ſicut datur utile interdictum, unde ui pro iſtis
iuribus incorporalibus, ut in l. 3. ff. de ui & ui armata, licet
uerba deficiant in iſta conſtitutione, ſuper hoc tamen non
deficit mens iſtius conſtitu. quæ habet locum etiam in iu
50 ribus incorporalibus, † quia iura incorporalia inter immo
bilia computãtur, ut in iuribus hic allegatis in glo. cui ad-
de, quòd actiones pro rebus immobilibus iudicantur res
immobiles, & ſi pro rebus mobilibus competant, iudican
tur mobiles, ut dicit glo. in Authen. de non alienan. §. pri-
mo, & iſtam glo. ſequitur And. hic ulti. colum. cui adde,
quòd idem uoluit glo. in cap. ſciendum. de feudi cogni. &
Bar. & Ioan. de Imo. in l. poteſt. ff. de auro & argen. lega. &
in l. prima. §. fuit quæſitum. ff. ad Trebel. & Anto. de Butr.
in capitulo, nulli. de rebus eccle. non ali. & Doct. in l. à di-
uo Pio. §. in uenditione. ff. de re indic. & dicebat Bal. notan
ter in dicto capitulo, ſciendum quòd ſi annua præſtatio
continet merè perſonale debitum, non competit aliquod
remedium petitorium, nec poſſeſſorium. l. fiu. C. quorum
bonorum.

bonorum. allegat etiam Ioan. And. in nouella, in c. puenit. de cenſi. io effectu idem dicit hic Andr. dicens, ꝙ pro iſtis iuribus perſonalibus ceſſat remediom huius cooſtit. vnde ſi debes mihi omni anno in genere voam gallinam actione perſonali: non poſſum agere virtute huius conſtit. ſi dares alteri, per legem, incendium. C. ſi cer. pet. bene tamen ſi ipſe, qui debet ſoluere illam galliñ actiooe perſonali mihi illam denegaret, tunc poſſum agere remedio cap. querelam. de electione. ſecus ſi illa annua præſtatio eſt reſpectu rei, vel reſpectu rei & perſonæ, vt in l. litibus. & l. ſi coloni. C. de agri. & cenſi. lib. 11. ſecundùm Bal. in d. c. ſciendum. & And. hic, qui dicit, quòd tunc habet locum iſta cõſtitutio, & durat iſta pars vſque ibi, no. qoòd hæc conſtitutio. Hic eſt decima & vltima pars, in qua glo. ponit quæſtionem, quam ſopra tetigi in 4. not. & ſopra in 9. not. in vltima q. Io glo. 9. dic ut dixi ſupra in 12. not. In glo. 10. dic ut dixi ſupra in 2. & in 13. not. In glo. 11. dic, vt dixi in 14. & vlti. not.

ANNOTATIONES.

a Circa violentiarum.] An antẽ quando agitur remedio huius conſtit. eſt neceſſe ponere in libellu locum & tempus, vide Affiic. in deciſ. 350.

b Quæro.] An ſpoliatus facto iudicis procedẽtia abſq; iuris ordine, poſſit petere reſtitutionẽ, & an tunc habeat locum regula, ꝙ ſpoliatus ante omnia ſit reſtituendus? Vide tex. in l. ſi quis ad ſe fundum C. ad l. Iuliam de vi, vide gl. no. in c. præſentium. quæ eſt gl. ſio. 7. q. 1. in ſum. & gl. 22. diſt. c. io nomine Domini. in verbo, in audientia. Abb. in c. dilectus filios. de reſcrip. & in c. conquerenti. vltimo notabili. de reſt. ſpol. Bal io l. obſeruare. §. proficiſci. 23. q. ff. de offic. proconſ. & leg Ang. in d. l. ſi quis ad ſe fundum. Specu. in tit. de petitorio & poſſeſſorio. Iaſ. in l. iuſtè poſſidet, in prin. ff. de acq. poſſeſſio. & 20 & quaodo iudex ſpoliat, vide Philipp. Dec. conſil. 125. Ioao. Aot. Batius.

c Ex illa inueſtitura.] Adde, quòd licet aliàs nõ præſumatur præſentia. Bal. in l. optimam. C. de contrahen. ſtip. & Decius in conſil. 18. nu 41. fallit io inueſtitura, quæ ſemper præſumitur facta præſenti. Ioan. And. io addi. ad Spec. in tit. de emp. & vendi. §. 2. verſic. nuoc formã, in addi. quæ incipit, tradidit, refert & ſequitur Are. in c. 1. col. 3. 2. not. de iudi. & Catell. Cotta in memorabilibus, in verbo, facta non præſumuntur.

De maleficijs clandeſtinis: Rub. XXVI.

DICTVM eſt ſupra de violentijs, quæ committuotur primò in perſonis, & poſtea de violentijs, quæ committuntur io rebus: uerùm quia interdum uiolentia committitur in rebus per maleſactores de nocte, ita ꝙ deficit probatio contra maleſactores: quod tunc agẽdum ſit, de quo nõ erat dictũ, ideo ſequitur hæc rubrica. Et miror, ꝙ primò poſuit iſtam conſt. de damnis clandeſtinis ſuper reb. & poſtea in conſti. ſequenti poſuit de homicidijs clandeſtinis: cum primò debuit tractare de homicidijs clandeſtinis, quia homo eſt digoiſsima creaturarum, ut in l. iuſtiſsimè. ff. de ædil. edic. & in gl. quę alle. uerſus Ouidij, & Virgilij, & poſtea de dãnis clandeſtinis ſuper rebus. Cogita, quæ potuit eſſe ratio iſtius poſtpoſiti ordinis, quia ego neſcio inueſtigare rationẽ, niſi quia ſic placuit cõpoſitori iſtarum conſtitutionum.

SVMMARIVM.

1 *Rex operam dare debet, vt maleſactores pœnas dent iuxta delictorum modum.*

2 *Hiſpani dominis ſuis iuſtitiam eis non adminiſtrantibus bellum mouere ſolent.*

Regna nil aliud ſunt, quàm latrocinia remota iuſtitia.

3 *Incolę locorum tenentur pro maleficijs in ſuis locis factis, ſi non reperiantur ipſi maleſactores.*

4 *Inciſores arborum nocturni pœna mortis plectuntur.*

5 *Arborem vnicam de nocte incidens non punitur morte.*

6 *Tutorem dans filio ſuo, omnibus filijs ſuis dediſſe videtur.*

7 *Cadens radices arboris in ſuo fundo, cuius rami ſunt in alieno, non punitur.*

8 *Ignem immittere in domum exiſtentem in ciuitate, maximum delictum eſt.*

Incendiarius qua plectatur pœna.

9 *Incendiarius non doloſus non punitur.*

Paleare non venit domus appellatione.

10 *Domus ſolo cedere non cenſetur, quæ ſolo non affigitur.*

11 *Delictum leui, vel leuiſſima culpa commiſſum non eſt criminale cenſendum.*

12 *Incendium qualitercunque committens, ad emendationem tenetur.*

13 *Incendij materia multis hic tractatur quæſtionibus.*

14 *Clauſula iſta generalis, cæteris maleficijs, de quibus intelligatur.*

15 *Verba ſpecialia, quæ præcedunt generalia, ſequentia reſtringunt.*

16 *Homines loci tenentur pro delictis nocturnis ad damni emendationem.*

17 *Fures nocturni quandoque diurnis æquiparantur.*

18 *Lex ad caſus raros & inſolitos non trahitur.*

19 *Caſus rari & inſoliti quañdo iudicentur vt ſoliti.*

20 *Homines vniuerſitatum tenentur eorum territoria cuſtodire, ne in eis committantur maleficia.*

21 *Pœna capitalis pro quolibet maleficio nocturno imponitur.*

22 *Vniuerſitas quando demum conueniri poſſit pro maleficio commiſſo in ſuo territorio.*

23 *Iudex, qualiter ex officio ad inquiſitionem generalem procedere debeat, ſi neſciatur, à quo fuerit commiſſum delictum.*

24 *Maleficium quando clandeſtinum eſſe dicatur.*

Clam fieri quando & quid dicatur.

25 *Iudex inquiſitione facta de homicidio clandeſtino, an virtute indiciorum poſſit procedere contra eos, contra quos militant inditia.*

Probationes aliàs non admittendæ, admittuntur in factis occultis & clandeſtinis.

26 *Malefici clandeſtini arbitrio iudicis poſſunt inquiri.*

27 *Iudex in cauſa criminali confeſſionem dare debet reo petente.*

Reus in termino probatorio poterit confeſſionem ſuam reuocare, probando rem aliter ſe habere.

28 *Confeſſio rei geminata non poteſt reuocari.*

29 *Beneplacitum extinguitur morte concedentis.*

30 *Cęlans aliquid & faciens, vt verum pluribus ſit occultum, in pęnam falſi incidit.*

Occultans veritatem, quando peccare dicatur.

31 *Vniuerſitates & villę, quando damna in ſuis territorijs commiſſa emendare teneantur.*

Vniuerſitas non tenetur pro delicto hominis incerti.

32 *Ciuitas, vel villa ſi de maleficio clandeſtino teneatur, an quilibet inſolidum.*

Vniuerſitas bona in communi non habens, damnum in ſuo territorio datum per as & libram emendare tenetur.

33 *Paſſus damnum, cui reſarcit vniuerſitas, contribuere cum alijs tenetur.*

Vniuerſitas ad damni emendationem damnata, an poſſit bonis cedere.

34 *Ceſſio bonorum inuenta fuit pro carceribus vitandis.*

35 *Lex omnibus æqualiter & indiſtinctè ſecuritatem præſtat.*

Iniuria officiali regio illata, ipſi Regi cenſetur inferri.

36 *Iudæi & Saraceni habitantes in regno ſunt ſub Regis protectione.*

Iudæi ſigno notari debent, vt à Chriſtianis ſecerni poſsint.

37 *Vniuerſitates terrarum Iudæis & Saracenis damnum clandeſtinum paſsis emendare tenentur.*

Tempus nocturnum aggrauat delictum.

38 *Furatus de nocte vnam gallinam, an puniatur morte.*

Suſpendium non ſit pro furto vnam vnciam non excedente.

Furta duo facta tempore diuerſo an dicantur plura.

39 *Vniuerſitas an poſsit inquiri, vel conueniri ad emendationem pro furto ſimplici.*

a SVPER inciſionibus. [a] Ius nouum ponit iſta conſtit. & verè dicit gl. q; eſt ius nouum, quia eſt contra ius cōe. Primò, quia non legitur in iure communi, q; ſubditi teneantur cuſtodire ſtratas, &
1 dicit hic And. † imò Rex regni dēt curare, & facere, vt maleſactores puniant, quia ideo Rex habet redditus regni, ut ſaciat iuſtitiam ſecundùm Andr. hic, & infra in conſti. ſeq. alle. Beatum Tho. 2.2.q.62.ar.7. vbi dicit iſta verba formalia, Principes, qui tenentur cuſtodire iuſtitiam in terra, ſi per eorum defectū latrones increſcunt, ad reſtitutionem tenentur, quia redditus, quos habent, ſunt quaſi ſtipendia ad hoc inſtituta, ut iuſtitiam conſeruent in terra. & in fine dicit, q; Principes propter hoc poteſtate publica potiuntur, ut ſint iuſtitiæ cuſtodes. & ad hoc accedant omnia illa, quæ alle. noſter Paris de Puteo in ſuo tract. de ſyndicatu, in 3. char. de quibus Rex ſyndicatur & tenetur reddere rationem Deo & populo ſub eius regimine conſti. & dicit And. in c. 1. in 7. col. de
2 milite uaſal. qui contumax eſt, † q; Cathalani & Hiſpani faciunt guerram dominis, quando non habent inſtitiam ab eis. remota ergo iuſtitia, quid aliud ſunt regna, niſi latrocinia? ut dicit Augu. lib. 4. de ciui. Dei, & Albe. de Roſa. in l. iuſtitia. ff. de iu. & iu. regia enim poteſtas eſt inſtituta, ut mali coerceātur à malo, & boni quietè inter malos viuāt. verba ſunt beati Hierony. tranſlatiuè 33. q. 5. c. non fruſtra. Secundò ponit ius nouum, quia condemnat illos, qui non deliquerunt ad reſartionem damni illati per alium, contra regulam, nō debet aliquis alterius odio prægrauari. li. 6. accedant omnia iura ad hoc, quæ allegantur in materia repræſaliarum, in tractatu Bar. de repræſalijs, & in l. ob maritorum. C. ne vxor pro marito. cum concor. alleg. ſupra in procem. iſtarum conſtitu. & in Aothen. vt non fiant pignorationes, & in capitu. primo, de iniurijs, & dam. da. lib 6. & pœna debet tenere ſuos anthores, ut in l. ſancimos. C. de pœnis. cum concord. ſuis. Hoc præmiſſo diuido hanc conſtit. in qoatuor partes. In prima ponit antiphonam ad præſentem conſtitu. ſicut facit ſancta mater eccleſia, quę ponit antiphonam in pſalmis, & ſicut eſt obligatio hypothecæ ad fundum, vt no. in l. ſi is qui. §. 1. ff. de pig. & etiam talis Imperator edidit conſtitut. fidelibus ſuis ſuper inciſionibus arborum, & combuſtionibus damnorum, & alijs maleficijs, nocturnis temporib. committendis, per quæ maleficia ipſi fideles damnū ſuſtinent, & durat vſq; ibi, vt ſi cō-
3 miſſores. † Hic eſt ſecunda pars, in qua ponit ipſam conſtitutionem, quæ vult, quòd ſi illi malefactores nocturni, qui aut fecerint incendium domorum, aut arborum inciſiones, aut aliud damnom dederint, vel fecerint, qui interdū per locorum incolas occultantur, & cœlantur, non poterunt inueniri, quòd homines illorum locorum, in quibus dicta maleficia committuntur, teneantur emendare integrè dictum damnum illis perſonis, quibus acciderit damnum dictum, ſiue illud damnom paſſi ſint ex inimicitia, ſiue ex odio, uel aliter, ſiue ſint ſeruitores regij, ſiue ſint alij fideles, & durat vſque ibi, nec minus. Hic eſt tertia pars, in qua extenditur beneficium huius conſtit. ad Iudęos, & Saracenos habitantes in regnis, vſq; ibi, prædicti autem. Hic eſt quarta & oltima pars, in qua Imperator imponit pœnam mortis naturalis clandeſtinis & nocturnis maleſactoribus, ſi uenerint in fortiam regiæ curiæ, & fuerint conuicti legitimè, & durat uſque in finem. Breuiter hoc intendit. Maleſactores damnū dantes nocturnis temporibus fidelibus Regis, ſi non reperiātur homines locorum, in quibus dicta maleficia committuntur, tenentur eis damnum reſarcire. Idem ſi Iudęis & Saracenis dictum damnum eueniet, & ſi dicti nocturni maleſactores legitimè cōuicti fue-
4 rint, ad mortem naturalem condemnentur. † Nota primò ex tex. ibi, *inciſionibus arborum*. quòd per iſtam conſtit. puniuntur arborum inciſores nocturnis temporibus, pœna mortis, & ſi non reperiantur homines locorum tenentur illas arbores inciſas reſarcire, nec diſtinguitur, an arbores ſint fructiferæ, vel nō, quando inciſio fuit nocturna, vel occulta, per iſtum text. Sed quæro pro declaratione, quid ſi fiant iſtæ inciſiones arborum de die, an ſit pœna mortis? Reſpōdeo, quòd de iure communi iſti arborum inciſores puniuntur tanquam latrones, & ſic pœna mortis, vt dicit tex. iuncta glo. in l. 2. arbo. fur. cæſa. ſed intellige ſecundùm gl. in l. capitalium. §. famoſos. ff. de pœnis. Secundò quæro, quid ſi arbores radicitus euulſerint, an babeat locum pœna mortis? Dic quòd non, ſed tantùm ponitur lege Aquilia, vt in le. ſurtim. §. ſi quis radicitus. ff. ar. fur. cæſa. Tertiò quæro, qoid ſi vnam arborem tantùm inciderit de die, an puniatur vt latro; & ſi de nocte, an babeat locum pœna huius conſtitut. ex quo conſtit. dicit, arborum, & tex. in le. ſi plures. ff. eod. tit. dicit, qoòd ſi arborem fortim ceciderint. ſed tex. in d. l. 2. dicit, quòd qui arbores ceciderint, vt latro-
5 nes puniuntur. † Reſpondeo, nunquam pro vna arbore inciſa de nocte imponetur pœna capitis per iſtam conſtit. neque dicetur latro per vnam arborem inciſam, quia iura dicunt arbores, & numerus ſingularis non eſt pluralis, plotalis autem numerus verificatur in duobus. l. inter illam. ff. de manu. teſtamento. & in l. in tēpus. §. quod. ff. de bære. inſtitut. ſed bene numerus ſingularis continet ſub ſe pluralē. l. qui filiabus. §. 1. de lega. 1. l. ſi plures. & ibi Bart. ff. de lega. 3. & in l. ſi quis ita. ff. de teſt. tute Et bene facit tex. Ezechielis. c. 26. ibi, eleuabit contra te ad clypeum. dicit ibi glo. 1. ad clypeus bellatorum ſuorum ad te inuadendum. ſic etiā in lib. Geneſis. 2. c. ibi, quādo creati ſunt in die, ideſt in diebus, dicit ibi gl. ſic etiam in lib. Exod. 8. c. veniet muſca grauiſſima, ideſt, multitudo muſcarum. bene facit text. iuncta gl. in l. cum affirmes. C. de libera. cau. ibi, nummo dato, ideſt, nummis datis, ſecundùm gl. ibi, & voluit Bal. in l. cum
6 inter veteres. C. de fideicom. libe. † & qui dat tutorem filio ſuo, omnibus filijs dediſſe videtur, vt in d. l. ſi quis ita dederit. ſed hoc non procedit in materia odioſa, & pœnali, vt in l. 5. §. ſi in centum. ff. de vent. in poſ. mit. & habetur in l. 2. ff. de lib. & poſthu. Quartò quæro, quid ſi inciderit arbores, vbi erant inſerti nooelli, & tenelli noctis tempore, an habeat locum pœna huius conſtitut. Dic quòd non, per text. in l. certi. ff. arbo. fur. cæſa. & idem dico de inſertis vitium, ſi ſint tenelli, per tex. in d. l. certi. Quintò quæro, quæ veniant appellatione arborum. vide in l. 1. §. 1. & in l. 3. ff. ar. fur. cæſa. & in l. 1. ff. de ar. cæ. Sextò quæro, an ſi noctis tempore incidantur rami arborum, qui peodent ſuper fundum meum per homines meos de mandato meo, incidam in pœnam huios conſtit? Dic quòd non, per l. non quemadmodum. §. ſi centum. ff. ad l. Aquiliam. notant Doctores in l. 1. C. de interdictis, bene facit text. in l. ſi inter te & me. ff. de ſerui. ruſtic. prædio. vide Ludouic. in ſing. ſuo in verbo, arbor. & Alex. in l. 1. §. nunciatio. in 5. col. ff. de oper. noui nunc. & Bar. in l. 1. in princ. ff. de arbo. cæden. & in Spec. de cauſa poſ. & proprie. §. 1. verſic. eſt inſuper. 22. priuatum interdictum. & Barth. Veron. in tract. de ſeruitutibus ruſticis
7 in rubr. 18. de ſeminatione plantarum. † Quæro ſeptimò, quid econtra, ſi arbores ſint in tuo fundo, ſed radices penitus ſont in meo fundo, an ſi de nocte euulſi, & incidi radices in meo fundo exiſtentes, incidam in pœnam huius conſtit? Dic quòd non, quia iure licito hoc feci, vt no. in l. ſi plures. in §. fin. ff. ar. fur. cæſ. & eſt tex. io l. adeo. § fina. ff. de acquiren. rerum do. Secundò no. ex tex. ibi, & combuſtionibus domorum. quòd imponens ignem in domu exiſtente in ciuitate, vel in oppidu dolosè, vt arderet illam domum, & ſecutum eſt incendium, & ſic damnum ex odio, vel inimicitia de nocte, quòd debet conuictus puniri pœna capitis, per iſtam conſtitutionem, imò de iure communi, ſiue de die, ſiue de nocte impoſuit ignem dolosè in domo exiſtente in ciuitate, vel in oppido: ſi ille, qoi impoſuit ignem ſit vilis perſona, & incendium fuit magnum, & dolosè cōmiſſum, debet condemnari, vt ipſe per ignem moriatur, vt in l. qui ædes. & in glo. ff. de incen. rui. nauf. ad idem in l. capitalium. §. incendiarij. ff. de pœnis, & firmat Bartol. & alij in l. 1. ff. de offic. præfe. uig. & Anton. de Butr. in capitu. tua

nos,

nos.in 1.col.de ſen.excom.& Bal.in l.data opera.C.qui ac-
8 cuſa. non poſ. † eſt enim maximum delictum imponere
ignem in domo exiſtente in ciuitate, vel in oppido ꝑpter
magnum periculum mortis, & bonorum, quod poteſt plu
ribus de facili contingere, quod periculum eſt multum in
conſideratione, vt conſiderat iuriſconſultus in l.pen.§.ple-
rique.ibi, & quia ipſa res mortem comminatur. ff. de ex-
traordinarijs criminibus, & dicit Bal.in d.l.data opera, ꝙ
iſti doloſi incẽdiarij ſunt inimici humanæ naturæ, & ideo
ſunt extinguendi. Quid ergo, ſi incendiarius non ſit vilis
perſona, ſed nobilis, & doloſè impoſuit ignẽ in domo de
die, quæ combuſta fuit, tunc eſt in ea pœna amputationis
capitis, ſi incendium fuit magnũ, vt dicit tex.in d.§. incen-
diarij. & firmat Cyn.Bal.Saly. & alij in d. l. data opera. C.
qui accu.non poſ.licet Bal.ibi ponat in arbitrio iudicis, an
decapitet, vel igne comburat, argumen.no.in l. quid ergo.
§.pœna grauior.ff.de his qui no.infa. & hoc verum, ſi do-
mus cõbuſta erat in ciuitate, vt ff.ad l.Cor.de ſica. l. 1. ſed
ſi erat in villa, deportabitur, vt in l.fi.ff.de incẽdio, rui.nau.
vt dicunt Cy. & Saly.in d.l. data opera. & Bart. in d.l.1.ff.
de offic.præfe.vig. Limita primò hanc conſtitu. vt non ha-
beat locum pœna capitis in incendiario de nocte, ſi pro-
bat, ꝙ illud incendium fuit caſuale, vel fortuito impoſitũ,
vt dicit tex.in d.§.incendiarij. & in l.penul.ff.de incen.rui.
naufra. & hoc eſt de raro contingens, vt dicit Bal.in l. 1. in
fine.C. depoſiti. & aduerte, quia iſta conſtitutio expreſsè
requirit dolum, vt puniatur pœna capitis, vt patet in tex.
ibi, ex inimicitia, vel aliquo odio, & ſic præſupponit dolũ.
9 † Quid ſi per ſtatutum puniri debeat incendiarius pœna
contenta in ſtatuto, an habeat locum illa pœna, ſi incen-
dium fuit commiſſum ſine dolo, ſed caſualiter, & caſu for
tuito? Dic quòd non. & pro hoc bene facit l. ſi quis fundũ.
§.ſi colonus.ff.locati. qui enim inuitus recipit periculũ in-
cendij, non tenetur de incendio caſu fortuito veniente,
per d.§. ſi colonus. faciunt ad hæc ea, quæ habentur in l.
quæ fortuitis.C.de pig.actio. hoc dicit glo. 2. quòd ſi caſu
fortuito fit damnum, non habet locum iſta conſtitu. Limi-
ta ſecundò hanc conſti. vt non habeat locum pœna capitis
in eo, qui incendit de nocte vnum paleare exiſtens in maſ
ſaria, vbi non eſt coniunctio domorum iuxta dictum pa-
leare, quia appellatione domus non uenit paleare, vbi ſtãt
beſtiæ, ſecundùm Bal.notanter in cap. ſecundo, de nouo be
nefi. inueſt. in 1.colum. quia illud paleare, ſiue capanna,
vbi ſtant beſtiæ, non eſt domus, nec venit appellatione do
mus, ſecundùm eum, niſi aliter ſe habeat communis vſus
loquendi, ſecundùm eum ibi, quia illud, quod committi-
tur, homines dicunt in vulgari inſpiciendum eſſe, ſecun-
dùm Bal.ibi, & in c. 1.de ſucceſ.feu. item paleare, ſiue ca-
panna non poteſt dici domus, quia non habet parietes, ſe-
cus fortè, ſi haberet parietes, quia haberet ſolum, parietes,
& tectum, & ſic diceretur domus, per ea quæ no.Bar.in l.
cætera.§.hoc ſenatus.ff.de leg.1.& no.in l.ſolum.ff. de rei
vendi. & ideo glo.Inſti.de rerum diuiſione, in verbo, ędi-
10 ficatur. † dicit, quòd domus non affixa ſolo, non cedit ſo
lo. & hoc uidetur ſentire Ange.in l.1.ff.de tigno iniuncto.
inquantum dicit, quòd ſi ex alienis cementis conſtructa
eſt capanna, quod dicitur, de domibus intelligitur. Et ad
hoc vide Auguſtinum in additionibus ad tractatum An-
geli de maleficijs, in verbo, incendiario, qui aliter loqui-
tur, quàm vt ſupra dixi, ſuper hac limitatione. Tertiò limi
ta non habere locum hanc pœnam capitis in incendiario
domorum de nocte, ſi probetur, quòd incendium nõ fuit
ex dolo, ſed ex culpa, nam ſi culpa fuit lata, non punitur
pœna capitis, ſed alia pœna arbitrio iudicis, per l.in lege.
ff.ad l.Cornel.de ſica. ſecundùm Cyn. & Saly.in d. l. data
opera, & hoc ſentit Barto.in d.l.1.ff.de offi. præfecti vigi-
lum. inquantum dicit, quòd mitius punitur incendium fa
ctum lata culpa, quàm dolo. & idem firmant Bald. in d.l.
data opera. & Ange. de Aret. in dicto tractatu de malefi-
cijs. in verbo, incendiario, & multò minus non tenetur
pœna capitis, ſi incendium de nocte fuit culpa leui, uel le-
11 uiſsima, † quia nunquam delictum commiſſum ex leui,
vel leuiſſima culpa dicitur delictũ criminale, ut dicit Bal.
notanter in l.ſi quis non dicam rapere.vlti. col. poſt Cyn.
C.de epiſc. & cle. & firmant Docto. communiter in d.l.da
ta opera. & probatur in d.l.qui ędes.ff.de incen.rui. nauf.
& Bart.in d. l. 1.ff.de offic.præfecti vigilum. Idem uoluit
Bal.in c.1.§.iniuria.in 2.col.de pace iura.fir. & Bald.in l. 1.
ff.de leg. & ideo delictum commiſſum cum leui, uel leuiſ-
ſima culpa non eſt propriè maleficium, ſecundùm Bal. in
l.fin.vlt.col.C.fin.regun.allegat Cyn.in d.l. ſi quis non di-
cam rapere. Idem uoluit Abb.Sicu. in cap. cognoſcentes.
de conſt.ubi dicit, ꝙ nunquam punitur quis criminaliter
de leui, vel leuiſſima culpa. Et propterea dicebat Innoc.in
cap. ſicut dignum, de homicidio, relatum per Abb. Sicu.
in cap.1.de conſti.quòd ſi quis inferat damnum proximo
ex culpa leui, uel leuiſſima, non ex propoſito, nec lata cul-
pa, non tenetur reſarcire damnum in foro pœnitentiæ, ſed
ſatis eſt pro delicto agere pœnitentiam, ſecus in foro con
12 tentioſo. † Et ſubdo vnum ueriſſimũ, quia quomodocun-
que ſit commiſſum incendium, ſiue dolo, ſiue lata, ſiue le-
uiſsima culpa, ſemper committens iſtud incendium tene-
tur ad emẽdationem damni, ut probatur in d.l. capitaliũ.
§.incendiarij.ff.de pœnis, & tenet Saly.in l. quæ fortuitis.
C.de pig.actio. & bene facit.l.ſi uẽdita.ff.de peric. & com.
rei venditæ. & firmat expreſsè Bal. in d.l.data opera. & pa-
tet in d.l.qui ædes. ff. de incen.rui.naufra. hic caderent 7.
q. quas ſuccinctè tangam referendo me ad Doctores illas
tangentes. Prima igitur quæſtio eſt, utrum conductor do-
mus teneatur ciuiliter ad emẽdationem damni, ſi domus
eſt combuſta, & non poteſt probari de lata culpa, neq; le-
ui, ſed ſolùm de leuiſsima, quia culpa leuiſsima præſumi-
tur, ex quo ignis præſumitur ex culpa inhabitantium, ut
in l.nam ſalutem. ff. de offic. præfec. vigil. remitto me ad
deciſiones meas impreſſas, deciſione quinquageſimaſepti
ma, & ad Auguſtinum in additione ad Ange.in dicto ver-
bo, incendiario. & ad Pet.de Ancha.in conſi.349.incipien.
pro deciſione quęſiti &c. & uide Alex.in 2.vol.conſi.326.
Salic. in l.quæ fortuitis.C.de pigno.actio.Bal.in 3.vol.cõ-
ſi. 383. incipien.quidam magiſter grammaticæ, & eundẽ
in 4.vol.conſi. 363.incipien.caſus talis eſt, quoddam ſoroi
le.Albe.in l.2.ff. de officio præfec. uigil. & Floria. de San-
cto Petro in l.quod dicitur.ff.ad l. Aquiliã. Secunda quæ-
ſtio, quid ſi domus locatur duobus, uidelicet uni pars inſe
rior, & alteri pars ſuperior, & comburitur domus, & ne-
ſcitur, quis fuit in culpa, an omnes teneantur emendare, ui
13 de Bal.in l.2.ff.de offic. præfec.uigil.† Tertia quæſtio eſt,
quid ſi impoſitus eſt ignis in una domo, uicinus tertius,
qui uidit magnum ignem in illa domo, deſtrui facit incõ-
tinenti domum coniunctam, quæ erat omnino comburen
da, ſi nõ deſtrueretur propria auctoritate pro tuitione ſuę
domus, & aliarum, an liceat ſibi propria auctoritate hoc
facere? ibidem. Quarta quæſtio eſt, an domus, ubi cœptũ
fuit incendium, teneatur emendare æſtimationem illius
domus deſtructæ, ſi incendium non fuit caſuale, ſed culpa
inhabitantium? Iſtas duas quæſt. ponit An.in d. tract. de
malefi.in dicto uerbo, incendiario. Quinta quæſt. eſt, ꝙ ſi
officialis uidens ignem in domo alicuius magnum, & uẽ-
tum magnum pro liberatione aliarum domorum proſter-
nit domum uicinam, quis teneatur ad emendationẽ iſtius
damni? Vide Auguſtinum in dicto verbo, incendiario.
Sexta quæſt.eſt, quid ſi uicinus uidens magnum ignem in
domo uicini deſtruit domum ſuam, propter quod aliæ
domus ſunt ſaluatæ, an illi, quorum domus ſunt ſaluatæ,
teneantur contribuere ad emendationem dicti damni? Vi
de Auguſt.ibi, qui refert Albe. de Roſa.in l. 1.ff.ad Syll. &
in libro ſtatutorum in 2. parte. & Ang. in conſi, ſuo 196.
incipien.incendium eſt ortum in domo Titij fabri. Septi-
ma quæſt. eſt: ecce, ꝙ iſta conſtitu. prouidet, quòd homi-
nes locorum, ubi commiſſum eſt incendium, uel malefi-
cium, propter quod damnum infertur, & fuit immiſſus
ignis in fundo de nocte, & ignoratur, à quo ſit immiſſus,
an ho-

an homines illius loci teneantur ad emendam illius dam-
ni.de iſta q.dicetur infra in quarto notabili,poſt And.hic,
ſed pro nunc vide Ang.in d.trac.in verbo,fama publica.in
14 12.q.† Tertiò no ex tex.ibi,cæteris maleficijs,quæ noctur
nis temporibus committuntur,ꝙ ex quo iſta cõſti.in prin.
locuta fuit de duobus maleficijs, ex quibus reſultat dam-
num illi,qui paſſus eſt maleficium , videlicet de maleficio
inciſionis arborum,& combuſtione domorum, ex quibus
cauſatur damnum,iſta clauſula generalis , cæteris malefi-
cijs nocturnis,de ſimilibus, ſcilicet inferẽtibus damnum ,
ſcilicet deſtructionis rei,vt ſi intretur ſtabulum,& occida-
tur equus,vel intretur cellarium,& effundatur vinum , &
ſic de ſimilibus maleficijs , ex quibus ſequitur deſtructio
rei,nam dictio cæteris,intelligitur de ſimilibus, ſcilicet ſe-
cundùm naturam præcedentium,vt in l.ſi duo patroni.§.ſi
quis.ff.de iureiur.ibi,cætera præſtentur,ideſt, res tradatur,
& de euictione caueatur . facit.l.item veniunt.§. petitam.
ff.de peti.hær.ſicut dictio,alijs,trahitur ad ſimilia expreſ-
ſis,vt in c.ſedes.de reſcript.cum concor.ſuis, & ſic iſta con
ſtit.non intelligitur de alijs maleficijs, quæ non inducunt
deſtructionem rei, vt in furtis, adulterijs, & ſtupris, ince-
ſtis &c.nam ſecundùm iſtam conſtitutionem ſic intelligo,
vt ſi fiat furtum clandeſtinum & neſcitur fur, non tenen-
tur homines illius loci illud damnum clandeſtinum emẽ-
dare. Nec etiam ſi detur damnom per violentiam, & non
poſſit probari,nec etiam ſi committatur latrociniũ , & nõ
poſſit ꝓbari,& iſte intellectus ponitur hic in gl.2. in prin.
& pro iſto intellectu facit , quia quando præcedunt verba
15 ſpecialia , & poſtea ſequuntur verba generalia, † præce-
dentia ſpecialia reſtringunt verba ſubſequentia generalia.
gloſ. hic allegat l. hæc actio. ff. de calumniatoribus , & l.
nam quod liquide. in fi. ff. de penu lega. Faciunt ad hæc
ea quæ habentur in l. ſub prætextu. & in l. ſi de certa. C.
de tranſactionibus. Et ex his ſequitur iſta concluſio, quòd
vbicunque habet locum actio legis Aquiliæ , quæ datur
pro damno dato ratione deſtructionis,non autem pro om
ni damno,ut dicit glo.in l.qui occidit. §. in hac actione.ff.
ad l.Aquiliam, habet locum iſta conſtitutio.Et iſte eſt pri-
mus intellectus,quem ponit gl.2.hic vſque ibi,quidam ta
men largè. videamus, an iſtum intellectũ approbauit , vel
reprobauit And.hic:& non video, ꝙ And. aſſignet aliquã
rationem reprobationis ſufficientem.nec etiã gloſ. repro-
bat.bene verum eſt, quòd And.hic dicit, quòd ſecũdus in-
tellectus glo.verior ſibi videtur,declaro nunc ſecundũ in-
tellectum ad iſtam cõſtitu. videlicet, quòd illud verbum ,
cæteris maleficijs, quæ nocturnis,&c. intelligatur genera-
liter de omni maleficio,nõ tantùm, ubi eſt deſtructio rei ,
ſed etiam de maleficio, vbi ſecutum eſt damnum ſine de-
16 ſtructione rei. † Et ſic ſi fiat furtum,vel rapina in ciuitate,
vel villa,vel intra confines ipſius loci de nocte,quia iſta cõ
ſtitutio non habet locum niſi in delictis nocturnis, & non
poſſunt inueniri fures,vel latrones,quòd homines illius lo
ci teneantur ad emendationem damni per iſtam conſtitu-
tionem. Et dicit hic And. vis videre , quòd iſte ſecundus
intellectus eſt verior. nam ſupra dixerat tex. de arborum
inciſoribus,& de comburẽtibus domos, & ſic de delictis,
in quibus ſequitur deſtructio rei. poſtea dixit idem de cæ
teris maleficijs,nõ dixit,in quibus ſequitur deſtructio rei,
ſi hoc voluiſſet,dixiſſet,argum.l.vnicæ.§. pen. C. de cadu.
tollen. & quia non dixit , ideo generaliter debet intelligi
de omni maleficio de nocte cõmiſſo,ex quo ſequitur dam
num,ut ſi non inueniatur maleſactor, teneantur homines
illius loci,vbi eſt furtum,vel rapina,ad emendationẽ dam
ni,& ſic ſecundùm iſtum intellectum,homines illius loci,
vbi factum eſt furtũ, & multò fortiori ratione in rapina ,
ſi illud furtum,uel rapina eſt factum, vel facta fuit de no-
cte,ſures vel latrones tenentur ad emendationem damni ,
quia illi homines locorũ,aut occultant malefactores , aut
ſunt negligentes in cuſtodiendo fines territorij à furibus,
& latronibus.hodie in regno prouiſum eſt per c.Regis Ca
roli primi,quod incipit,clandeſtinis.char.2.ꝙ ſiue de die,
ſiue de nocte fiat maleficium clandeſtinũ, tenetur vniuer-
17 ſitas ad reſtitutionem damnorum,& † ſic hodie per dictũ
c.æquiparantur nocturni malefactores,qui neſciuntur , &
malefactores de die clandeſtini,qui neſciuntur. Item non
eſt nimia differentia inter eum,qui clàm facit,& eum,qui
rapit,vt ff.de verb.ſig.l.palàm.hic ſenſit And. vnam quæ-
ſtionem,ꝙ ſi homines vniuerſitatis non fuerunt negligen
tes in cuſtodiendo territorium à malefactoribus,& fuit fa
cta robaria per homines incognitos, tiryros , vel maſcara-
tos,& non potuerũt homines loci illos capere , quia erant
equeſtres,& leues ad fugam,& nemus erat prope , ubi ſe
poterant celare,uel erant tot,& tanti latrones, ꝙ vniuerſi-
tas non poterat cõtra eos, vt audiuimus in iſtis guerris ꝓ-
ximè decurſis,ita quòd non poſſint homines argui de ne-
gligentia in cuſtodiendo , & cognoſcendo malefactores ,
vtrum teneantur illi de vniuerſitate ad emendam damni ?
Et cõcludit And.ꝙ iſte caſus raro euenit , ſicut dicimus in
q.de Lazaro reſuſcitato,ut no.gl.in l.nam ad ea.ff.de legi-
18 bus, † & lex nõ trahitur ad caſus raros,& inſolitos, vbi cõ
dictat contra legem,tũc ſufficit,ꝙ vniuerſitas faciat, quic-
b quid poteſt,ſm And.hic.Cui adde, [b] ꝙ vniuerſitas ad im-
poſſibile non eſt obligata,quia ad impoſſibile nemo tene-
tur.l.quæ ſub conditione.§.quoties.ff.de condi.inſtitu.ſm
Bal.in l.ſi ideo.C.de his,quib. vt indignis, & dicebat Bal.
in c.1.§.ad hæc.hic finitur lex Corra.ꝙ impoſſibilium nul
la eſt obligatio,ſiue loquamur de legali, ſiue conuentiona
li. facit ad hoc id,quod dicit Io. An.in c.fi.de pœnis.lib.6.
in verbo,affuerint.ꝙ ſi vniuerſitas nõ capit malefactores ,
quos capere debet,quia illi ſunt potẽtiores, vniuerſitas eſt
excuſata.Et ratio vr,quia ad impoſſibile nemo tenetur, &
generalia verba ſtatuti non trahuntur ad impoſſibilia,ſm
Bal.in l.fi.§.in computatione. C. de iure deliberan. Idem
dicit Bal.in c.eccleſia S.Mariæ.de conſti. & in c. cum non
ab homine.& in c.clerici.de iudic. Idem Io.Mona.in cap.
vt animarum.de conſti.Abb.Sicu.in c à nobis.el 2.de ſen.
19 excom.† Nec obſtat illud,quod dicitur,ꝙ quando veniũt
caſus rari,& inſoliti: iudicatur ſicut de ſolitis,ut in l.ſi ma
ior.C.de legi.habetur,quia verum eſt,niſi ratio naturalis,
& natura negotij aliud ſuadeat,ſm And.hic : lex enim nõ
eſt extendẽda ad caſum,ubi poteſt dari diuerſa ratio, quia
ceſſante ratione,ceſſat lex.l.fi.§.quod autẽ.ff. de diuor.no.
Bar.in l.quod dictũ.ff.de pactis.& in l. ſi cum exceptione.
ff. quod metus cauſa . Sed ſi mihi daretur audacia dicen-
di, dicerem , ꝙ primus intellectus verior eſt per rõnes ibi
adductas,quas And.non conſiderauit.& iſte ſecundus in-
tellectus, ſ. quòd pro furto clandeſtino teneãtur homines
illius loci,ubi factum eſt furtum ad emendã , hodie in re-
gno non ſeruatur , quia ſtatuit Rex Carolus ſecundus in
capitulis editis in planicie S Martini,char.22. ꝙ ſic dicit ,
ſtatuimus, ꝙ uniuerſitates locorum nõ teneantur ad emẽ-
dationem furtorum, quæ per ſpeciales perſonas contige-
rit fieri , conſtitutione antiqua ſuper damnis clandeſtinis
edita in ſuo robore duratura. Idem dicitur in c.Papæ Ho-
norij,quod incipit,in alijs uerò. char. mihi 62. Ecce ergo,
ꝙ iſte ſecundus intellectus non fuit approbatus per Regẽ
Carolum ſecundum : Sed bene tenetur vniuerſitas de di-
ſrobationibus,& deprædationibus cõmiſſis in territorijs
locorum ipſarum vniuerſitatum,ſi non capiunt ipſos ma-
lefactores , & ducant præſidi puniendos ad emendationẽ
dãni,ut in c.Regis Roberti.char.44. quod incipit,uniuer-
20 ſis præſentis edicti ſeriem. per quod capitulum † homines
vniuerſitatum regni tenentur cuſtodire territorium eorũ,
ne incidantur arbores,nec incendia,nec diſrobariæ, & de-
prædationes committantur , & ſic habent onus cuſtodiæ
territoriorum eorum,ut prædicta delicta non fiant. & pro
hoc facit l.1.§.1.C.de offi præfec.præto. Africæ. Et nõ cu-
ſtodiẽdo diligenter,dicuntur in culpa,ut in l.3.ff.de offic.
præfec.uigi.Et uide ad hoc Aret.in dicto tractatu de ma-
lefic.in uerbo,fama publica.in 12.q.& per aliud capitulũ
eiuſdẽ Regis Roberti,ad char.49.qđ icipit, uniuerſis &c.
ſanè ad cohibenda delicta, quæ committebantur &c.pro-
uidetur

videtur, quòd ſi in ſtratis, & itinerib. publicis fiant diſro-
bationes, rapinæ, & deprædationes, ſi quidem loca ipſa
ſint baronum regni, & non reperiantur ipſi malefactores,
barones tenẽtur pro medietate ad emendationem: & pro
alia medietate tenetur ipſa uniuerſitas, exceptis terris re-
gij demanij, & Reginæ, & Ducíſſæ Calabriæ, quæ non te-
nentur ad dictam medietatem, ſed uniuerſitates tenentur
ad emendationem integri damni dictarum diſrobationũ,
& deprædationum, per dictum capit. Regis Caroli Pri-
mi & Secundi. Et quod dictum eſt, ꝙ per capitula regni,
quando robaria & rapina eſt clandeſtina, ſiue de die, ſiue
de nocte facta ſit, & nõ inueniuntur malefactores, uniuer-
ſitates illius loci tenentur ad emendam damni, procedit
per capitula ſupra dicta regni, & non uigore huius conſti
tutionis. ſed quia And. vendicauit ſibi magnam authori-
tatem in dicendo, ꝙ ſecundus intellectus uerior ſibi uide-
tur: ideo ab eius ſententia non recedo, & tãtò magis, quia
20 glo. fin. hic dicit, ꝙ pro † quolibet maleficio nocturno pę-
na capitalis imponitur. & ideo dicebat hic Andr. in fi. ꝙ ſi
non eſſet capitulum Regis Caroli Primi, quod incipit, ad
hæc. & c. 1. §. ſi quis quinque ſolidos. de pace ten. pro furto
vnius gallinæ facto de nocte eſſet pœna mortis per iſtam
conſtit. dicit tamen hic, ꝙ eſſet crudele, ꝙ pro una gallina
ſubtracta de nocte, cõdemnetur quis ad mortem: quia pę-
na debet commenſurari delicto, ut in l. ſancimus. C. de pę
nis. reſtringe ergo glo. fin. quæ contrarium dicit generali-
ter, ꝙ pro quolibet nocturno maleficio eſt pœna capitalis,
ſcilicet in maleficijs, pro quibus ſequitur damnum rei fa-
miliaris, ut ſupra dixi. & ſic nõ in adulterio, uel ſtupro, nec
in falſum committente de nocte: ſed in iſtis maleficijs de
nocte, uel de die habet locum pęna ſpecialiter in ipſis de-
lictis conſtituta. & ideo And. hic nullam facit mentionem
de iſtis delictis, in quibus non eſt damnũ, neque diminu-
tio bonorum, neque ibi deſtructio. Et ſic intellige gl. fi. ge
neraliter loquentem ſecundùm materiam huius conſtit.
vt dicit Bar. in l. nõ ſolùm. §. ſi liberationis. ff. de lib. leg. &
Alex. in 1. uol. conſil. 138. & Iaſ. in rub. ff. de acq. poſſ. in 3.
char. Sed de bono velle meo ego dicerem, ꝙ primus intel
22 lectus uerior ſit. Quartò no. ex tex. ibi, vt ſi † malefactores
inueniri non poſſunt, ꝙ non poteſt procedi contra homi-
nes uniuerſitatis loci, ubi commiſſum eſt delictum de no-
cte inciſionis arborum, uel incendij, uel rapinæ, & diſtur-
bationis ſm prædicta capitula regni, vt emendent damna
paſſi, niſi primò præceſſerit inquiſitio contra malefacto-
res, & facta inquiſitione ſi non reperiantur malefactores,
neque ſint indicia ſufficientia, per quæ poſſit deueniri ad
torturam, contra quos, ſi inuenirentur, poſſet procedi ad
pœnam capitalem: tunc poteſt procedi contra uniuerſita-
tem illius loci, ut emendet damnum, ſubaudi: & ſi non
conſtat de ſatisfactione damni, uel alia legitima defenſio-
ne, ſeruato ordine iuris, poterit condemnari ad emenda-
tionem damni: & ita debet intelligi iſta conſtitutio, &
cap. Regis Caroli Primi, quod incipit, nuper autem dum.
ad char. 15. & c. præcedens eiuſdem Regis Caroli Primi,
quod incipit, quamplurium fidelium noſtrorum. quod
loquitur de immittente ignem tempore prohibito in re-
ſtuchijs, ut ſi non reperiatur ille, qui impoſuit ignem, & ſe
cutum eſt damnum ex igne, teneatur uniuerſitas ad emen
dationẽ damni dati ex illo igne. & adde, ꝙ per cap. Regis
Caroli Primi prouiſum fuit, ꝙ quando uniuerſitas condẽ
natur ad emendationem damni pro damno clandeſtino:
ille, qui paſſus eſt damnum, debet etiam condemnari ad
ſoluendum tantũdem regiæ curiæ, ut patet in cap. Regis
Caroli prædicti, quod incipit, ſtatuit dominus Rex. ad
char. 5. & in hoc bene concordat dictum cap. Regis Caro
li Primi, quod incipit, clandeſtinis. char. 2. ibi, tunc inqui-
ſitione huiuſmodi. & ibi, quòd ſi ex inquiſitione ipſa. Et
illud capitum etiam uult, quòd dicta inquiſitio fiat non
ſolùm in homicidijs clandeſtinis, ſed etiã in alijs malefi-
cijs, & damnis clandeſtinis & nocturnis: bene ad hoc facit
id, quod dicunt Innoc. & Abb. Sic. in c. bonæ memoriæ. in
23 tertia colum. de elect. ꝙ ſi † ignoratur perſona delinquens,
puta quia reperitur damnum datum, uel reperitur homo
mortuus in ſtrata, pòt iudex ſine alicuius citatione ex offi
cio procedere ad inquiſitionem, non tamen contra certã
perſonam, ſed generaliter, & ſi aliqui nominantur in illa
inquiſitione generali, debet poſtea ſpecialiter procedere
contra illos, qui proceſſus factus in generali inquiſitione
nõ facit fidẽ in ſpeciali, quia pars non fuit citata, nec uidit
iurare teſtes, & ſimilia. & hanc practicam dicit ſeruare to
tum mundum. & hoc idem firmat Bar. in l. fi. ff. de quęſtio
nibus. & Abb. Sic. in c. ad petitionẽ. de accuſ. in 1. not. tan-
git hoc dictũ, & remittit ſe ad Inn. in d. c. bonæ. tamẽ limi
tat Abb. Sic. in d. c. ad petitionẽ, ut iſta practica ceſſet, quã
do inquiritur contra certũ collegiũ, ſeu certũ genus perſo
narũ, ut ibi per eum. Sed hic quæro, qñ dicatur maleficiũ
clandeſtinũ, ut primò debeat fieri inquiſitio? Reſpondeo
ſm Bal. in l. cũ fratrẽ. C. de his quibus ut indignis. clande-
24 ſtinũ dicitur, ꝙ † rarò inuenitur ſine tortura, & dicit ipſe,
tu habes exemplum ibi in veneno, & duo exempla in gl.
ff. quod met. cau. l. ſi cum exceptione. §. in hac. ſcilicet qñ
maleficium eſt commiſſum de nocte, & quãdo in magna
multitudine aliquis eſt vulneratus, uel occiſus, & neſcitur
à quo, & iſta incertitudo eſt ex parte offendẽtis. ſed inter-
dũ eſt incertitudo ex parte offenſi, ut hoie mortuo reper-
to in campis, ut dicit Cyn. in auth. hodie. C. de repud. in-
terdũ eſt incertitudo, quia inuenitur interfectus aliquis,
cuius nomẽ, & patria ignoratur, ut no. 2. q. 5. libellorum,
vel ſi eſt corpus putridum ſub terra, quod cognoſci non
poteſt &c. & iſte non præſumitur in dubio foriudicatus ſe
cundùm eũ ibi. prædictis adde Bar. in l. ſciant. C. de his q
ex publ. ratio. mutu. pecu. acce. lib. 10. vbi dicit, ꝙ clam di
citur fieri, quicquid taliter fit, ꝙ non poteſt uenire in noti
tiam eius, cuius intereſt, ut in l. clam poſſidere. in princ. ff.
de acq. poſſ. ſic ẽt dicitur occultum, quod probari non po
teſt. c. ut noſtrum. ut eccl. benefi. Et ſcias, ne erres, quia per
capitulum Regis Caroli Secundi in planicie ſancti Marti
ni, quod incipit, Item ſtatuimus, ꝙ pœna, quæ pro homi-
cidijs clãdeſtinis. char. 22. prouiſum fuit, ꝙ ſi mortuus ho
mo inuenitur, & neſcitur à quo ſit occiſus, tunc habet lo-
cum pœna clandeſtini homicidij. Sed ſi homo reperitur
uulneratus ad mortem, & neſcitur à quo, licet poſtea mo-
riatur in territorio, ubi fuit uulneratus, uel alibi moriatur
poſt aliquos dies, & ſic aliquo tẽpore ſuperuixit, ceſſat pœ
25 na clãdeſtini homicidij. † Secundò quæro, ecce iudex fe-
cit inquiſitionem ſuper maleficio clandeſtino, non habet
ueras probationes, ſed habet indicia, de quibus per Bar. in
d. l. fin. ff. de quæſtio. an iudex per illa indicia poterit pro-
cedere ad torturam contra illos, contra quos ſunt indi-
cia ad torturam per proceſſum prædictum? Quidam iudi
ces dicebant, ꝙ ſic: quia in iſtis occultis & clandeſtinis
maleficijs iudex debet eſſe facilior ad tormenta, ut dicit
Bald. in l. tertia. C. de epiſcop. audien. quem ad hoc allegat
Alexan. in 3. uolum. conſil. 62. incip. in cauſa accuſationis,
in ſecunda colum. Cui adde Ioan. Andr. in cap. præterea,
de teſtib. quem ad hoc allegat Petr. de Anchar. in cap. in-
fidei. in fi. de hæretic. libro ſexto. Et in iſtis factis occultis
& clandeſtinis admittuntur probationes, quæ aliàs non
admitterentur, per id quod dicunt Bartol. Ang. & alij. ff.
de edendo. l. ſi quis ex argentarijs. § prętor. & uoluit Alex.
in 2. uolum. conſil. 53. incip. uiſo themate, & in eodem
vol. conſi. 69. incip. uiſa facti &c. in princip. & ibi plura al-
legat ad hoc, ut poteris uidere. ſicut proceditur iuris ordi
ne non ſeruato contra latrones inſignes, diſrobatores ſtra-
tarum, incendiarios, uiolentos raptores, & committentes
grauia crimina, ut patet in cap. Regis Roberti, quod inci-
pit, ſicut ſceleratis, & reprobis. ad char. 26. & in alio c. Re-
gis Caroli Tertij, quod incipit, de iotis cenſura. quod ca-
pitulum appellatur litera arbitraria, quæ eſt in libro meo
ad char. 55. & de iſtis delinquentibus debet fieri iuſtitia,
nec poſſunt iuſtitiarij, & officiales in regno habentes me-
rum & miſtum imperiũ, iſtos tales delinquentes admitte-

re ad compoſitionem,ot in cap.Regis Roberti,quod inci
pit,ne peruerſo iudicio contra iuris edictum.chat.60. Fa-
teor etiã, quòd per aliud c.Regis Roberti prouiſum fuit,
26 quòd † contra prædictos delinquentes poſſit procedi per
inquiſitionem generalem, uel ſpecialem arbitrio iuſtitia-
rij ad captionem,& tormẽta,& ad punitionem,Deum &
iuſtitiam habendo præ oculis, ut patet in c.quod incipit,
diu iam & pluries.char.53.Caueant etiam iuſtitiarij,ne ta
les malefactores, de quibus ſupra dixi, qui ſunt publicè
diffamati de dictis maleficijs captos liberent ſub fideiuſſo
ria cautione,iuxta conſtit.regni,humanitaté,quia eis pro-
hibitum eſt per c.Regis Roberti,quod incipit, prouiſa iu-
ris ſanctio.char.58. Tu dic,ꝙ etiam in iſtis clãdeſtinis ma
leficijs debet procedi contra illos inculpatos, contra quos
ſunt indicia ex proceſſu informatiuo,ipſis citatis,& iudex
poterit ipſos diligenter interrogare uarijs interrogationi-
bus pro ueritate habenda, & ſi confitentur delictum, da-
re ſibi terminum ad defendẽdum, per l.3.§ ſi ad diem.ff.
de re milit.bene facit l.2.de cuſtod.reorum,& l.ſi non de-
fendantur.ff.de pœnis. & dato termino ad defendendum
illi non poſſunt renunciare ſuis defenſionibus & termino
expreſſo, ut dicunt Barto.& Ioan.de Imo.in l.cuſtodias.&
ibi Alexand.ff.de cuſtod.reorum. Fallit primò,niſi quãdo
eſſet captus in flagranti delicto ſecundùm Alex. in d.l.cu-
ſtodias.allegat Bal.in l.vt vim.ff.de iuſtitia & iure. Secun-
dò fallit,niſi renunciaret exceptionibus ſibi competentib.
de iure ciuili,ſecundùm Bal.in l.pen.in fi.ff.de pactis.& in
l.1.C.qui accuſ.non poſſ. & Alexan.in d.l.cuſtodias. Ter-
tiò fallit,quando clarum eſt,quòd ſibi nulla defenſio com
petere poteſt, ut dicit Alexan. in d.l.cuſtodias. allegat An
27 gel.in l.iubemus. C.de iudic.† Aduerte, quia ſi iudex in
cauſa criminali, poſtquam habet confeſſionem rei de deli
cto,non daret ſibi terminum ad ſe defendendum,eo quia
ipſe non petijt,non peccaret: ſed tunc malè faceret, quan
do peteret terminum ad ſe defendendum, & illum non
daret, ut dixit Bald. in l.2. C.ut intra certum tempus cri-
minalis quæſtio terminetur.& idem tenet Aret. in ſæpe al
leg.tract.de maleficijs,in uerbo,qui iudex ſtatuit terminũ
ad eorum defenſionem & ibi vide apoſtillam Auguſtini.
Et termino probatorio poſſet reus reuocare ſuam confeſ-
ſionem tanquam erroneã, probando rem aliter ſe habere,
ſm Salyc.in l.fi.C.de prob.& Aret.in tract. malefi. in uer-
bo,comparent dicti inquiſiti,&c. etiam ſi nõ reuocauit in
prima inſtantia, poteſt reuocare in cauſa appellationis, ſe-
cundùm gl.Bar.& Ang.in l.fi.§.1.ff.de appell.& Bal.in l.2.
C.quorum appell. & Bald.in l.in minorib. C.de his quib.
ut indignis. Fallit, niſi cum dicta confeſſione concurrant
indicia indubitata, ſecundùm Bal.in l.fi.C.de prob.niſi re
uocans confeſſionem probaret per alia indicia contraria.
Secundò fallit ſecundùm Aug. in dicto uerbo, comparent
28 dicti inquiſiti. niſi illa † confeſſio fuiſſet geminata, quia
tunc non poſſet reuocari,allegat Spec.in tit.de confeſſis.§.
fi.uer.ſed nunquid in criminalibus. & idem firmat ibi Io.
And.quod intellige ueram eſſe iſtam limitationem, ſi da-
tus fuit terminus ad deliberatè reſpondendum: tũc ſi cõ-
feſſus eſt,non poteſt reuocare,ſecundùm Ant.de But.in c.
fi.de confeſſis.in 9.col.quem allegat Auguſt. in dicto uer-
ſicu.comparent dicti inquiſiti. Et ibi uide,quid ſi dicta cõ
feſſio ſit iurata, an poſſit reuocari, & ibi allegantur con-
cord. Si autem inculpatus ſeu accuſatus in dicta inquiſi-
tione citatus ad recipiendum capitula ſpecialis inquiſitio
nis negauerit, tunc teſtes, qui depoſuerunt ſuper indi-
cijs,vel ueritate delicti in dicta inquiſitione generali,ſunt
iterum citandi & mediante iuramento interrogandi,cita-
to ipſo inculpato ſeu accuſato ad uidendum iuramenta te
ſtium,per ea,quæ ſupra proximè dixi in 4.nota. Et firmat
hoc Bald.in addi.Spec.in tit.de ſententijs,in fi. Nec obſtat
quòd prouiſum fuit per ſupradicta capitula, quòd contra
iſtos notorios malefactores, latrones inſignes, diſrobato-
res ſtratarum &c. procedatur iuris ordine non ſeruato:
quia reſpondetur,quòd dicta poteſtas fuit conceſſa ad be-
29 neplacitum Regis,qui fecit dicta capitula,& † beneplaci
tum extinguitur per mortem concedentis beneplacitum,
vt no.in cap.ſi gratioſè. de reſcrip.lib.6. idem dicit Bal.in
proœ.digeſtorum.§.hoc autem.vbi ſi Iudex dicat,pono te
ad conſilia vſq; ad mei beneplacitum: beneplacitum ex-
pirat morte iudicis, idem firmat Fely. qui copioſè ſuper
hoc alleg.in c.ex literis.12.col.de conſtit.& ideo barones
expreſsè impetrãt à Rege inueſtituras feudorũ quaterna-
torũ, vbi ſunt vaſalli quatuor literas arbitrarias habẽtes,
inter quas eſt dicta litera Regis Caroli,quæ incipit,de iu-
ris cẽſura.Et iſtam præeminentiam contentam in dicta li-
tera, de iuris cenſura,habet magna curia Vicariæ. Et vide
ad hoc qualiter intelligitur iſta præeminentia in deciſio-
nibus meis impreſſis, deciſi.391.quæ incipit,fuit dubita-
tum in conſilio.Quintò no.ex tex.ibi, per locorum inco-
las occultantur.quòd quando per locorum incolas,& ho-
mines vniuerſitatis occultantur malefactores, per iſtam
conſtitutionem ex hac occultatione non puniuntur ali-
qua pœna. Sed per capitulum Regis Caroli Primi, quod
incipit,clandeſtinis maleficijs.in fi.char.ſecunda,imponi-
tur pęna ad arbitrium domini Regis, intellige tamen,ſci-
licet contra iſtos, qui ſtudioſè occultant.pro hoc bene fa-
cit tex.in l.1.C.de his qui ſe deferunt, lib.10.immo dicit
Barto. in l.Proculus. ff.ad leg. Corneliam de falſis. quòd
30 †qui cælat aliquid,vt verum non appareat pluribus,inci-
dit in crimen falſi: ſecus ſi cęlat contra vnam perſonam
tantùm: & ibi vide concor.allegatas per Alex.in apoſtil-
lis impreſſis. Item ſecus ſi cælat inſtrumentum, quod eſt
in ſua poſſeſſione, quod facit contra ſe & pro aduerſario
ſuo,tunc non eſt in dolo,nec falſum committit, ſecũdùm
Bal.in l.qui accuſare.C.de eden.ſecus ſi occultaret proto-
collum,vel occultari faceret regiſtrum,vt veritas non ap-
pareat,per doctrinam Bar.in d.l.Paulus.& voluit Bald.in
d.l.qui accuſare. ſic etiam punitur qui occultat reuelare
maleficium contra Regem, vt dicit Barto.in l.1.§.occiſo-
rum.ff.ad Syllan.& voluit Ioan.de Ana. in rub.de his qui
ſi.occiderunt.& ego dixi in c.1.§.præterea. quæ ſit prima
cauſa benefi. amit. Item non ſemper eſt peccatum occul-
tare veritatem,niſi quando producitur in teſtem,vt no.in
c.quiſquis.11.q.3.& in cap.1.de teſtibus cogendis. Hinc
dicit tex.in cap.1.de crimine falſi.quòd vterque reus eſt,
videlicet, qui ueritatem occultat, & qui mendacium di-
cit,quia & ille prodeſſe non vult, & ſic nocere deſiderat.
Interdum occultatur verum propter malitiam eius, cui
ſit occultatio,vt in cap.inuenta.27.q.2.& ibi glo. quæ di-
cit. Item occultatur verum propter rei excellentiam. 43.
diſtin.cap.in mandatis. Item occultatur verum, quia au-
ditores capaces non ſunt.8.quæſt.1.oportet. vt dicitur in
euangelio ibi, multa habeo uobis dicere, quæ nõ poteſtis
portare modo. Sextò no.ex tex.ibi,homines ipſorum lo-
corum, in quibus maleficia committuntur &c. quòd in
31 iſto regno eſt ſtatutum, quòd † vniuerſitates,ſeu villæ te-
nentur emendare damna, quæ committuntur in eorum
territorijs, vbi facta inquiſitione per iudicem non repe-
riuntur malefactores: & communiter ſunt de hoc in Ita-
lia ſtatuta.ſed ſi reperiunt malefactores, non tenetur uni-
uerſitas, vt plenè conſuluit Ludo. Roma.in conſi.7.inci-
piente, viſis neceſſarijs in facto. Item de iure communi
uniuerſitas non debet puniri pro delicto, quod fecit unus
homo incertus, ut in Auth.ut nulli iudicum.§.quoniam.
in glo. ſecundùm Bald. in additio. Specu. in titu. de ſen-
ten.colum.26.verſi.pro peccato vnius.bene facit ad hoc,
quod dicit Barto. in l.ſed ſi hac.§.qui manumittitur, in
fi.ff. de in ius uocan. & ſentit Barto. in l.aut facta.§.non-
nunquam. ff. de pœnis. ſed ſuper hoc ſtatuto occurrunt
mihi ſeptem dubitationes. Et prima dubitatio fuit illa,
quam tetigi ſupra in tertio notabili: Quòd ſi homines
uniuerſitatis non fuerunt negligentes in cuſtodiendo ter-
ritorium à malefactoribus &c. an uniuerſitas teneatur,
ſtante illa conſtitutione? Et dictis adde Barto.in l.1.§.oc-
ciſorum.ff.ad Syllan. & uide apoſtillam Alexand. & Bal.

in l.ſi

in l.ſi quis non dicam rapere.3.colum. C.de epiſc. & cler.
& Aret. in tractatu maleficio. in verbo, fama publica. in
12.quæſtio. Item ſi damnum fuit datum tempore guer-
ræ, aut eo modo, quo aduerſus damnum dantes non po-
tuit reſiſti, vt dicit Ludou. in dicto conſi.7.in fi. Secunda
32 dubitatio eſt, quando † ciuitas, vel villa tenetur de malefi-
cio clandeſtino, vtrum quilibet de villa teneatur inſolidū?
Tangit Bart.in l.ne quid.ff.de incendio,rui.naufrag.refert
Din. dicentem, quòd non: & pro hoc videtur tex.in l.ſi-
cut. in princip. & ibi Bartol.ff.quod cuiuſque vniuer. no-
mine, immo vno ſoluente cæteri liberantur, ſecundùm
Bart. in d.l.ne quid. & vide ad hoc Bartol. in l.1. §.ſi quis
nōn homines.ff.vi bono.rapt.& Innocent.in cap.humilis.
de maior. & obedien. Tertia dubitatio, an ſi vniuerſitas,
quæ tenetur emendare damnum, non habet bona in com
muni, ex quibus poſſit ſoluere, an imponetur collecta, vt
omnes de vniuerſitate ſoluant per æs & libram, vel in ca-
pita? Bart.tangit iſtam quæſtionem in d.l.ne quid.& con
cludit, quòd tenentur ſoluere per æs & libram, vt ibi per
eum. & vide Alexan. de Imo. in l.4.§.actor. ff.de re iudic.
& ibi vide multas remiſſiones ſuper iſto dubio. Quarta du
bitatio eſt, an ille, qui paſſus eſt damnum, debeat contri-
buere in emendationem damni ſui, quando uniuerſitas
eſt condemnata ad emendationem damni, ſi ipſe eſt unus
de vniuerſitate? Iſtam quæſtionem poſuit Din. & poſt eū
33 Bart.in l.ab omnibus.§.ſi Titio.ff.de legat.1. & † conclu-
dit, quòd tenetur paſſus damnum ſoluere partem ſuam.
Idem firmat Ioan.Andr.in capit.cum non deceat.de elect.
lib.6. & vide Angel. in d.§.ſi Titio. vnam apoſtillam Ale-
xandri, vbi inducitur illa lex ad multas quæſtiones, vt ibi
per ſcribentes. Quinta dubitatio eſt, quid ſi vnus ex homi
nibus dictæ vniuerſitatis non poteſt ſoluere ſuam partem,
an alij teneantur pro eo ſoluere ſuam partem? Iſtam quæ-
ſtionem poſuerunt Ant.de Butr. Petr.de Ancbara.& Ioan.
de Anan. in cap.tua nos. in 5.colum. verſic.quæritur circa
prædicta, de vſuris. & dicit quòd pro eo, qui nō poteſt ſol-
uere, tenentur alij ſoluere. Idem dicit Bar. in l.legatorum
petitio.ff.de leg.2. & Bar.in d.l.ab omnibus. in princ.ff.de
leg.1. vide in Spec.in tit.de cenſibus.§.nunc dicendum. in
verſic.quid ſi vniuerſitas,& ſequen.& in cap.2. de immu-
nita.eccleſ.& in clemen.1. de cenſib. Sexta dubitatio, utrū
vniuerſitas condemnata ad emendationem damni poſſit
cedere bonis? Ioann.de Anan.in cap.dilectus filius.lo ſecū
do. in fi.tangit hoc dubium: & videtur concludere, quòd
non poſſit cedere bonis, quia ſi non poteſt ſoluere, ſinguli
de uniuerſitate ſunt exigendi, per d.l.4.§.actor.ff.de re iu-
dica. Item vniuerſitas pro tali debito non poteſt carcerari,
34 ergo non habet † locum remedium in ea ceſſionis bono-
rum: quod fuit inuentum pro euitandis carceribus, ut no.
in l.1.C.qui bon.cede.poſſ.& ita videtur mihi, quia uide-
tur impoſſibile, q uniuerſitas non ſit ſoluendo, niſi quan-
do damnum eſſet tale, quòd omnes de uniuerſitate non
poſſint illud debitum ſoluere: tunc ſinguli de vniuerſita-
te cedendo bonis eorum liberantur, iuxta not. in l.fin.ff.
qui bon. cede. poſſ. Septima & ultima dubitatio, utrum ſi
poſt commiſſum damnum in una villa, facta eſt unio legi-
timè inter illam villā & aliam: an iſta villa vnita teneatur
ad emendationem illius damni, vnà cum villa, cum qua
fuit facta vnio? Iſtam quæſtionem poſuit Bart. in l.prima.
§.ſi cohæredem.ff.ad legem Falc. vbi concludit quòd non,
vt ibi per eum. Septimò no. ex tex.ibi, quibus pro noſtris
ſeruitijs. quòd ſi ille, qui uadit pro regijs ſeruitijs per ter
ritoria ciuitatum, uel villarum regni, ſit diſrobatus, & nō
reperiuntur malefactores, q nulla ſpecialitas eſt in eis ab
alijs hominibus, qui tranſeunt per territoria ciuitatum &
villarum, & ſunt diſrobati, & non reperiuntur malefacto-
res, nam æqualiter tractantur. nam homines ipſorum lo-
corum tenentur ad emendationē damnorum, ſiue diſroba
ti uadant pro ſeruitijs regijs, vel regiæ curiæ, ſiue ſint aliæ
35 perſonæ priuatæ. hoc † ideo eſt, quia regulariter lex om-
nibus præſtat ſecuritatem æqualiter ſine diſtinctione per-
ſonarum, ut dicit tex.in l.capitalium. §.ad ſtatuas.ff.de pœ-
nis. Sed quæ eſt ratio diuerſitatis inter iſtam conſtitutio-
nem quò ad præſens notabile, & inter conſtitutionem, ut
participatio. quæ vult, q faciens uiolentiam uel iniuriam
officialibus Regis puniatur in duplum, ac ſi alteri priuato
intuliſſet: & ſic eſt ibi iſta ſpecialitas, quæ non eſt in iſta cō
ſtitutione. Reſpon. in iſta conſtitutione uniuerſitas non fe
cit iniuriam, ſed fuit in negligentia: ideo ſolùm punitur in
emendatione damni in conſtitutione, ut participatio, fa-
ciens uiolentiam, vel iniuriam officiali Regis debet puni-
ri in duplum ac ſi alteri priuato illata eſſet, quia creſcit in
iuria ex perſona eius, cui irrogatur. ff.de iniur. l.prætor. §.
atrocem. ideo dicit hic And. q iniuria facta officiali Regis
videtur facta ipſi Regi. allegat etiam conſtitutionem, eos
tantū officiales.in fi.nel ibi in puniendo delinquētem, hic
in puniendo uniuerſitatē, quæ non deliquit: ideo non exa-
ſperatur ei pœna, ſi officialibus Regis factū fuit damnum
clandeſtinū. ſicut dicimus, q iuramentum in litem de ua-
lore & quantitate bonorum ui ablatorū datur contra com
mittentem violentiam paſſo uiolentiā: ſed non contra uni
uerſitatem, quæ tenetur emendare damnū clandeſtinum
vigore ſtatuti, vt dicit glo.& Bart.& communiter Doct.in
l.ſi quando. C.vnde vi. & per tex.in l.1. C.quādo ex facto
tuto. & ibi per Cyn. & alios. Idem firmant Moder.in l.in
actionibus.ff.de in litem iuran.& ſcribentes in c.ſuper eo.
quod met.cauſa.& firmat glo.infra, in conſtit.ſequenti, in
verbo, damnis. quicquid ſcripſerit Lucas de Penna in l.2.
C.de naufragijs.lib.11.Octauò no.ex tex.ibi, Iudęos,& Sa
36 racenos. quòd licet Iudæi † & Saraceni ſint diuerſæ ſectæ à
Chriſtianis,& inimici Chriſtianorum: tamen qn̄ habitant
in terris Chriſtianorum, ſunt ſub protectione Regis, non
licet Chriſtianis eos deprædari, uel offendere, ut patet etiā
ſupra in conſtitutione, ſi quis in poſterum. & infra in con
ſtit.ſequenti. ibi, ſi verò Iudæus. & de iure communi, in l.
Iudæos. C.de Iudæis. Et ideo bene prouiſum fuit & malè
hic obſeruatum, q Iudęi debent portare ſignum ut diſtin-
guantur à Chriſtianis, ut no. in c.in nonnullis. & ibi Abb.
de Iudæis. Sed quæro, hic dicit de Iudæis & Saracenis: qd
ſi damnum clandeſtinum detur pagano, an habeat locum
iſta cōſtitutio? Puto q ſic, per l.Chriſtianos. C.de paganis,
& templis eorum. Qui autem dicantur Saraceni,& quare
ſic dicantur: uide ſummiſtas in tit. de Iudæis & Saracenis
37 & Doct.in ead.rubr. & Arch. 55.diſt.c.Iſrael. Nonò † no.
ex eodem tex. q uniuerſitates terrarum tenentur emenda
re damnum clandeſtinum, quod patiuntur Iudæi, uel Sara
ceni. Et ſic non fit differentia inter Chriſtianos,& Iudæos,
& Saracenos. Et multò fortius tenentur uniuerſitates ad
emendationem damni clandeſtini clericorum, uel religio
ſorum: quia laici clericis oppidò ſunt infeſti, ut in c.cleri-
cis.in princ.de immun.eccl.lib.6.Decimò no.ex tex.ibi, ca
pite puniantur. q pro quolibet maleficio nocturno impo-
nitur pœna capitalis, ſi in flagranti ſit deprehenſus, ut legi
timè malefactor nocturnus ſit cōuictus: nocturnum ergo
tempus aggrauat delictum, ut hic, & in l.aut facta. §.tem-
pus.ff.de pœnis.& ad hoc uide Ang.in tract.maleſ. in uer-
bo, de nocte.& Auguſt.ibi, an iſta pœna capitalis hic intel-
ligatur de morte naturali ultimi ſupplicij? Glo.fin.hic ui-
detur ſentire q ſic, dum allegat conſtit. omnes noſtri regi-
minis.ſupra de violen.meretri.illata.quæ loquitur de ulti-
mo ſupplicio, & ſic gl.nō facit differentiam inter pœnam
capitalem,& pœnā ultimi ſupplicij. Sed tu dic, ut dicit Io.
de Imo.in l.publicorum. ff.de publ.iudi. bene fateor, q ſi
hominem per ignem interfeciſſet, quòd puniretur pœna
mortis naturalis, per l.1.in princip. & l.ſi quis dolo. ff. ad
leg.Corn. de ſicar. & no.in l.qui ædes. ff.de incendio, rui.
naufrag. ſed ſi hominem per ignem non occidit, ſed alias
res igne cremauit noctis tempore, ſi incendium fuit in ci-
uitate, uel in villa, non erit pœna capitalis de iure commu
ni, ut dicit hic Andr. ſed arbitraria, ut in l.2. §.explorato-
res. ff. de effactо. & iudex arbitrabitur maiorem pœnam
quando in ciuitate fuit factum incendium, quàm in villa

propter maius periculum. Et aliter puniet vilem perſonam, q̃ non vilem, ſecundùm eum hic in fi. col. ſed de hoc dic vt ſupra in ſecundo & tertio no. In glo. 3. dic vt dixi ſupra in quarto no. In eadem ibi, latrones furcis ſuſpendun-
38 tur. quærit hic And. in fi. An † ſi quis furatus fuerit vnam gallinam de nocte, & ſic apprehenſus, vel conuictus legitimè, debeat puniri pœna mortis per iſtam conſtitutionem? Videtur ꝙ ſic, propter verba generalia huius conſtit. Sed dic, ꝙ iſta conſtitutio in hoc eſt limitata per c. Regis Caroli Primi, quod incipit, ad hæc. char. 3. & etiam per c. 1. §. ſi quis quinq; ſolidos. de pace tenen. Nam non ſuſpenditur quis pro vno furto non excedente vnam vnciam: quia nõ eſſet pœna correſpondens delicto, & de iure pœna debet proportionari delicto, vt in l. ſancimus. C. de pœnis. ſed ſi de pluribus furtis minimis fuerit conuictus, erit pœna mortis, vt in d. c. Regis Caroli dicitur. An duo furta dicantur plura? Dicit hic And. ꝙ pro duobus furtis minimis factis diuerſo tempore, videlicet pro duabus gallinis, erit pœna mortis. Iſta fuit dura conſtitutio, quia ſm legem veterem pro ſimplici furto non debet puniri quis pœna mortis, vt dicit Nic. de Ly. in c. 35. in li. Geneſ. nec etiam de iure communi eſt pœna mortis, vt in auth. ſed nouo iure. C. de furtis, niſi in famoſis latronibus, vt in l. capitalium. §. famoſos. ff. de pœnis. ſed credo, ꝙ propter frequẽtiam furtorum fuit impoſita tam grandis pœna pro furto ſimplici, arg. c. non debet. de conſan. & affi. Secundò quærit hic And. in fi. Ecce
39 ꝙ † pro furtis ſimplicibus occultis non poteſt procedi contra vniuerſitatem ad emendationem damni, vt ſupra dixi in 3. no. per c. Regis Caroli Secundi ibi allegatum, an poſſit per iudicem inquiri contra furem? videtur ꝙ non, quia ſi non poteſt procedi contra vniuerſitatem, ergo nec contra furem, arg. legum allegatarum hic per And. Sed in contrarium determinat hic And. in fi. ꝙ poteſt iudex inquirere contra furem, vt hic per eum: & vide ad hoc ea, quæ dixi ſupra in 2. no. in quibus caſibus de iure ciuili iudex poteſt procedere ex officio. vide in Spe. in tit. de inquiſitione. §. quando autem. in princ. & in quibus per capitula regni poteſt ex officio iudex procedere, habetur in c. Regis Caroli Secundi, Ad audientiam noſtram &c. char. 30. & ſeq. In glo. fi. de intellectu huius gl. dic vt dixi ſupra in 2. 3. & 10. no. Hic non ſcribam vltra, propter ſequentem conſtitutionem, quæ loquitur de clandeſtinis homicidijs.

ANNOTATIONES.

a Inciſinnibus.] Adde ꝙ hæc conſtitutio corrigitur in furto per c. regni, item ſtatuimus, ꝙ vniuerſitates, ſitum ſub rub. ꝙ vniuerſitates terrarum nõ teneantur ad emendam furtorum factorum per ſpeciales perſonas, & an vniuerſitas terrarum teneatur damnum paſſo ratione ignis immiſſi: vide c. regni, impetrantem. nu. 29. ſub rub. de non mittendo ignem in reſtucijs camporum. Baſius.

b Cui adde.] Nota ꝙ impoſſibilia ſunt extra naturam humanam. Bal. in c. cum acceſſiſſent. col. 4. de conſti. & plura congerit copioſius Nenizanus in ſua ſylua nuptiali. fol. 18. num. 139. in parua impreſſione. hinc eſt, ꝙ receptans bannitos licet alıàs puniatur, & maxime in regno: tamen quando bannitis nolẽtibus ingredi domum non poterat dominus domus reſiſtere, non punitur: quia quis non poteſt obligari ad id quod eſt ſibi impoſſibile. ita no. in l. in omnibus. ff. de nox. actio. Hippol. refert & ſequitur in l. 1. §. itẽ diuus. col. 2. & in l. 2. §. itẽ is cuius. ff. ad leg. Corn. de Sic. & Mod. in dialogo. 45. & ciuitas, quæ magno & potenti domino ſe dedit, ex quo exercitui illius reſiſtere nõ poterat, & reſiſtens deſtrueretur non dicitur rebellis. late Affl. in conſtit. dubitationem. col. fi. num. 17. & Moder. de Campania in c. regni, 13. num. 72.

De homicidijs clandeſtinis. Rub. XXVII.

SVMMARIVM.

1 *Officialis regius regiæ curiæ inquiſitionem de clandeſtino homicidio à ſe factam, notificare debet.*
2 *Vniuerſitas quando pro homicidio clandeſtino mulctetur in centum auguſtalibus.*
3 *Vniuerſitates non tenentur ad emendationem damni pro furtis clandeſtinis.*
4 *Villa, ſeu caſtra ſub ciuitate, an eiſdem gaudeant priuilegijs.*
Comitatini non ſunt ciues dicendi.
5 *Conſuetudo ciuitatis an locum habeat in caſtris & villis ei ſubiectis.*
6 *Priuilegium ciuitati conceſſum, an concedatur villæ eidem ſubiectæ.*
7 *Villæ in fauorabilibus veniunt ciuitatis appellatione.*
8 *Priuilegium ciuitatis an includat villas.*
9 *Caſtra & villæ viuunt legibus ciuitatis, ſub cuius territorio ſita ſunt.*
10 *Priuilegium conceſſum ciuibus, quando extendatur ad comitatenſes.*
11 *Caſalia quando veniant ciuitatis appellatione.*

PROSSEQVITVR eandem materiã, de qua in conſtitutione præcedenti, præterquàm quòd hic principaliter tractatur de homicidijs clandeſtinis, videlicet, quomodo proceditur in inquiſitione facienda, tam in clandeſtino maleficio, quam in clandeſtino homicidio. Et qua pœna puniatur vniuerſitas, in cuius territorio reperitur homo mortuus: & ſi occultauerit commiſſores dictorum clandeſtinorum maleficiorum, qualiter puniatur. Et ſcias, quòd ſuper iſtis homicidijs clandeſtinis ſunt edita decem capitula regni. Et primò editum fuit capitulum à Rege Carolo Primo, quod incipit, clandeſtinis maleficijs. char. 2. quod capitulum prouidet, prout iſta conſtitutio, præterquàm quòd ſtatuit, quòd ſi locus, ubi repertus homo mortuus ſit vniuerſitatis, quæ ſit mille focularium, uel ultra, mulctetur in vncijs centum. ſi verò ſit quingentorũ focularium, vel vltra, vſq; ad mille, mulctetur in vncijs quinquaginta. ſi verò ſit infra quingenta focularia, mulctetur in vncijs vigintiquinque. Secundo per eundem Regem editum fuit aliud capitulum, quod incipit, quòd ſi
1 fortè, char. 5. per quod ſtatuitur, quòd officialis † Regis debeat notificare regiæ curiæ inquiſitionem, quam fecit ſuper ipſo homicidio clandeſtino, videlicet nomina inculpatorum, & teſtium deponentium de ueritate, uel ſuper argumentis, uel indicijs: & interim non procedat ad exactionem pœnæ. Item notificet nomen, & cognomen occiſi, & unde ſit, & fines territorij, ubi reperitur occiſus, ut dicitur in cap. eiuſdem Regis, quod incipit, uolẽtes, quòd quando. char. 14. Tertiò idem ſtatuitur per eundem Regem in c. quod incipit, uolentes, quòd conſtitutio per nos edita. char. 12. Et idem ſtatuitur in d. cap. volentes, quòd quando &c. Quartò dictus Rex Carolus Primus ſtatuit in cap. quod incipit, pridem mandatum noſtrum, char. 15. quòd ſi nõ reperiatur ille, qui poſuit ignem in reſtucijs ante feſtum Aſſumptionis Beatæ Mariæ Virginis, & propterea datum fuit damnum, vniuerſitas illius loci teneatur ad emendationem damni: & idem dicitur in alio c. eiuſdem Regis, eadẽ charta. quod incipit, nuper autem. ſubdens, quòd ſi delinquens non poteſt emendare damnum paſſo, pro eo condemnetur uniuerſitas. Quintò idem Rex Carolus Primus correxit illud capitulum, quod incipit, clandeſtinis maleficijs ÷ quantum ad augmentum pœnæ: & voluit, ꝙ in pœna imponenda uniuerſitati pro maleficio clandeſtino ſeruetur iſta conſtitutio, vt patet in cap. dicti Regis, quod incipit, ſtatuimus, quòd conſtitutio quondam Federici, char. 18. & iſtud cap. vltimum Regis Caroli Primi mandatur ſeruari per Regem Carolum Secundum in capitulis editis in planitie ſancti Martini, quod incipit, Item ſtatuimus, quòd pœna, quæ pro homicidijs, charta uigeſima ſecunda. & iſta eſt ſexta prouiſio. Sextò Rex Carolus Secundus in capit. quod incipit, conſtitutionem domini patris noſtri. ad chartam vigeſimamprimam, ſtatuit limitando iſtam conſtitutionem,

vt tunc

2 ut tunc † uniuerſitas mulctetur in auguſtalibus centum
pro clandeſtino homicidio Chriſtiani, quando uniuerſi-
tas habeat ſocularia mille, vel plura. ſi minus vſq; ad cen-
tum quinquaginta, mulctetur in auguſtalib. quinquagin-
ta. ſi uerò ſit ſoculariorum quinquaginta, in auguſtalibus
xij. ſi uerò ſit Iudæus, vel Saracenus, ſeruetur cõſtitutio di-
cti Regis Caroli Primi, quæ incipit, clandeſtinis malefi-
cijs, præallegata. Septimò eſt prouiſio Regis Roberti, quę
incipit, uniuerſis præſentis edicti ſeriem &c. char. 44. per
quam mandat, quòd ſeruetur conſtitutio, & capitula re-
gni ſuper homicidijs clandeſtinis, & iubet ad beneplacitũ
dicti Regis, ꝙ uniuerſitates locorum debeant capere ipſos
malefactores, aliàs teneantur ad emẽdationem damna paſ
ſis. Octauò emanauit aliud c. Regis Roberti, quod incipit,
incumbit nobis, non minus. char. 49. per quod prouidet, ꝙ
uniuerſitates locorum, ubi cõmiſſa ſunt maleficia, debeãt
capere ipſos malefactores, & ducere ad iuſtitiarios prouin
ciæ, aliàs ipſa uniuerſitas teneatur ad emendationem dam
na paſſis, exceptis uniuerſitatib. ſeu locis demanij Regis,
& Reginæ, & Ducíſſæ Calabriæ, in quib. debet ſeruari pri
ma ordinatio. Et ſi dicta uniuerſitas fuerit baronis, pro me
dietate damna paſſis ſoluant barones, & pro medietate ip-
ſa uniuerſitas, ad excuſandum barones & uniuerſitates ter
rarum demanij Regis, & Reginæ, & Duciſſæ Calabriæ ad
emẽdationem damni ſufficit, ſi probetur per unum teſtẽ,
& famam contra aliquam perſonam, quæ commiſit talẽ
diſrobationem, uel maleficium. Nonò prouiſum fuit per
capitulum Papæ Honorij, ꝙ in pœna contra uniuerſitates
pro Chriſtiano, uel Iudæo clandeſtinè occiſo, ſeruetur iſta
conſtitutio, ſi dãna clandeſtina, ſ. in locis populoſis, & non
augmentum lpœnæ impoſitum per Regem Carolum Pri-
mum, ut ſupra dictum eſt. & incipit illud c. Papæ Honorij
Quarti, in homicidijs clandeſtinis. char. 62. Item ſtatuit, ꝙ
3 pro † furtis clandeſtinis uniuerſitates non teneãtur ad emẽ
dationem damni. & ſcias, ꝙ dicta capitula Papæ Honorij
Quarti fuerunt facta per eum ad ſupplicationẽ Regis Ca-
roli Secundi, ut dicitur ibi in primo cap. Decimò prouiſio
fuit Reginæ Ioannæ Secundæ, quæ conceſſit priuilegium
ciuitati Neapolitanæ, ut dicta ciuitas non teneatur in ali-
quo pro homicidio, uel damno clandeſtino, quod fuit ex-
peditum in anno Dñi M CCCCXX. de xix. Ianuarij.
13. indic. & alij ſucceſſores Reges cõfirmauerunt. Sed hic
quæro de quæſtione, de qua fui conſultus. Ciuitas Neapo
litana habet certas villas, ſeu caſalia, & in aliquibus eſt ve-
tuſtiſſima conſuetudo, ꝙ viuentes homines illius caſalis li
gantur conſuetudinibus dictæ ciuitatis, & mortui ligãtur
ſecũdùm legem diœceſanam epiſcopatus vniuerſi, uel Pu-
teolis: pone commiſſum eſt homicidium clandeſtinum in
aliqua villa dictæ ciuitatis, uel eius territorio, an gaudebit
dicto priuilegio, ſicut gaudet ipſa ciuitas? Iacob. de Bel. di-
ſputauit iſtam quæſtionẽ in Auth. quib. mo. natu. effic. ſui.
coll. 7. Nicol. de Neapoli in l. ſed & reprobari. §. amplius.
ff. de excuſatio. tut. in lectura Bar. format iſtam quęſtionẽ,
4 & arguit ad partes. Et primò videtur, ꝙ † villæ nõ gaudeãt
dicto priuilegio dictæ ciuitatis Neapolitanæ, & hoc per
glo. fin. in d. §. amplius. per quam gl. dixit Signorolus Ho-
modei, ut refert ibi Nicolaus prædictus, ꝙ priuilegium cõ
ceſſum ciuitati, nõ extenditur ad eius villas. Et dicit Abb.
Sicul. in c. tuæ. de cleric. non reſid. ꝙ priuilegium conceſſũ
ciuitati, ut habeat ſtudium generale, non extenditur, ut
poſſit in villis fieri ſtudiũ. Et dicit Ang. in §. ſi quis igitur.
in d. Auth. quibus mo. nat. effi. ſui. ꝙ priuilegium datum ci
uibus per formam legis. vel ſtatuti, nõ porrigitur ad comi-
tatiuos, quoniam comitatiui nõ ſunt ciues, per illam litę-
rã. & hoc videtur voluiſſe glo. in l. prouinciales. ff. de verb.
ſignific. Secundò, pro hac opinione bene facit illud, quod
dicitur, ꝙ ſub appellatione ciuitatis eius territoria non vi-
dentur comprehendi. 18. diſtinct. c. ult. de uerb. ſignif. l. 2.
ff. de arbitr. l. ſi cũ dies. §. arbiter. 63. diſtin. cap. ego Ludo-
uicus. quæ iura ad hoc allegat Archid. in c. fœlicis. in uer-
bo, ciuitas. in nona colum. de pœnis. lib. ſexto. Tertiò pro
hac parte allegatur gl. r. in l. 1. & ibi Lucas de Penna. C. de
capitatione ciuium. lib. 11. qui dicit per illam glo. ꝙ ſi fiat
contra ſtatutum in ſuburbiis ciuitatis nõ incurritur in pę-
nam ſtatuti ciuitatis, ſi ciuitas ſit muris clauſa, pro quo eſt.
ff. de excuſ. tut. l. 1. Quartò pro hac parte allego Cy. in l. de
quibus. in penult. col. ff. de legibus. ubi dicit iſta uerba for-
5 malia. Nunquid conſuetudo † ciuitatis vendicet ſibi locũ
in caſtris & uillis ſubiectis illi ciuitati? Glo. mouet & ar-
guit, ꝙ ſic, ff. de poſtu. l. ea tamen. pro quo facit l. qui ex
vico. infra, ad municip. & C. de epiſc. & cler. l. nulli. §. 1. &
in Auth. quib. mod. nat. effic. ſui. §. aliquis. & quod dixi ſu-
pra eodem, l. 2. Et econtra uidetur, ꝙ non, quia talia loca
videntur poſſe habere iura ſua. C. de teſtam. l. fin. & C. quę
res pigno. ob. poſſunt. l. executores. cum l. ſeq. & C. eo. l. 1.
Quidam diſtinguunt, & bene, ꝙ quando uilla nullum ha-
bet territorium de per ſe, tunc regulatur ſecundùm con-
ſuetudinem ciuitatis ſuæ, ſi habet territorium de per ſe,
tunc habet, & habere poteſt proprias conſuetudines: &
ideo non ligatur conſuetudinibus ciuitatis, arg. l. in agris.
ff. de acquirendo rerum dominio. cum ſimil. ibi per eum
allegatis, cui adde Alberic. de Roſa. in d. l. de quibus. co-
lum. 49. Quintò pro hac parte allego Bald. in l. fin. 2. co-
lum. C. de ſacroſanct. eccleſ. ubi dicit, utrum priuilegium,
6 quod † datur ciuitati, detur uillæ? dicit ipſe, Guil. de Cun.
tenet, ꝙ ſic, quia uilla intelligitur pars ciuitatis. ff. de leg. 1.
l. ſi hæres. §. vicis. tamen gl. ſentit contrarium, in l. ſi finita.
§. ſi de uectigalibus. ff. de damno infecto. licet dicat Bald.
quod primum eſt ueritas, quia caſtrum eſt membrum ciui
tatis. l. qui ex uico. ff. ad municip. Sed de ueritate huius di-
cti Bal. vide Ludouic. Roman. & Alexand. in d. §. ſi de ue-
ctigalibus. ubi dicunt, quòd priuilegium conceſſum ciui-
tati ultra ius commune, non extenditur ad uillas, quia iſta
inter ſe ſunt diuerſa nomine, ergo diuerſa in effectu, & pri
uilegium contra ius commune, non debet extendi, ſed
reſtringi. l. quod uerò. ff. de legib. Item in odioſis appella-
tione ciuitatis non ueniunt uillæ, ſecundùm Archidiaco.
& Ioan. Andr. in c. fœlicis. in uerbo, ciuitas. & Bald. cap. 1.
in uerbo, nos Romanorum. de pace Conſtantię. & uide ad
hoc multa per Alexan. in d. l. ſi finita. §. ſi de uectigalibus.
ff. de damno infecto. Item priuilegia contra ius debent re-
ſtringi. l. ſi quando. in principio. C. de inofficio. teſtamen.
fallit, niſi uillæ eſſent propinquæ, puta in ſuburbiis, ar-
gumen. l. qui continentes. ff. de uerborum ſignific. Si autẽ
7 ſumus in † materia fauorabili, ut in beneficiis, tunc con-
tinentur uillæ, per l. nam quod liquidæ. §. ſi ita legetur. ff.
de penu legata. l. Seio. §. Tyrannæ. ff. de fundo inſtru. & l.
qui ex uico. ff. ad municip. & tenet Bart. in l. 2. ff. de uerbo-
rum ſignificatione. Stat ergo dubium in hoc, an ſit con-
tra ius commune iſta conſtitutio, quæ vult, quòd pro dam
no, uel homicidio clandeſtino uniuerſitas loci teneatur.
& certè, ut dicam infra in conſtitutione ſequenti, uidetur,
quòd ſit contra ius commune. vnde ſi ciuitati Neapolita-
nę ſit ſublatus effectus ſequentis conſtitutionis reducitur
ciuitas ad obſeruantiam iuris communis, ergo eadem ob-
ſeruantia debent gaudere villæ. ſed poteſt dici, quòd iſta
relaxatio pœnæ huius conſtitutionis facta dictæ ciuitati
ſit contra ius commune huius regni, editum pro commu-
ni utilitate, in quo deficit ius commune Romanorum. &
adeo debet ſtrictè intelligi illud priuilegium, ſicut ſi eſſet
contra ius commune Romanorum. Io. And. in c. ſi ciuitas.
de ſenten. excommu. lib. 6. tangit quæſtionem, An priuile-
8 gium † ciuitatis includat etiam uillas. & dicit, quòd Iaco.
de Belu. diſputauit iſtam quæſtionẽ, ut ſupra retuli, & per
decretalem, Rodulphus. de reſcript. videtur ꝙ non: &
poſtea dicit, ſatis uidetur poſſe dici per iura allegata in ſe-
cunda gl. in d. c. ſi ciuitas. ꝙ ubi aliud de mente conceden-
tis non apparet, uel niſi uſus loquendi regionis illius, uel
conſuetudo aliud inducat, non includat niſi ciuitatem uel
ſuburbia, & continentia ædificia: & in hoc allegat multas
leges, ut ibi per eum, remittit etiam ſe ad dicta per eum
poſt Archidiac. in dicto c. fœlicis. in uerbo, ciuitas. de

pœnis.lib.6. In cōtrarium facit primò id,quod dicit Bart. in l.1.§.cum vrbē.ff.de officio præfec.urb. ubi dicit, quòd ſtatutum,quod viget in ciuitate,intelligitur vigere in villis,& caſtris eius. facit ff.de leg. l.3. & eſt glo. in l.ex ea.ff. de poſtul.& ſunt alia iura,quæ ad hoc allegat Iac.de Belu. in d.Auth.quibus modis natur.effic. ſui. Secundò pro iſta parte faciūt omnia illa iura,quę allegat Lucas de Penna in l.litibus.C.de agricol.& cenſit.lib.11.in 2.colum. in verbo,ſub qua. Tertiò pro iſta parte allegatur Bal.in l.ex hoc
9 iuregentium.ff. de iuſt.& iure. vbi † dicitur, q caſtra,& villæ intelliguntur viuere legibus ciuitatis, ſub cuius territorio ſitæ ſunt. Quartò pro iſta parte allegatur Io.Andr.poſt Innoc.in c.ad apoſtolicæ.de re iudic.lib.6.vbi dicit,q pax facta cum eccleſia Romana, videtur facta cum adhærentibus.& iſtas duas inductiones allegat Alexan. de Imo. in l.ſi conuenerit. §.ſi nuda. in apoſtillis. ff. de pignor. actio. Quintò pro iſta parte facit, quia in priuilegijs contra Regem concedentem debet fieri larga interpretatio, ut in l. fin. de conſtitu.princ.maximè quando illa larga interpretatio non eſt contra legem communem Romanorum, ut ſentit Nico.de Neapuli in d.l.ſed & reprobari. §.amplius. profectò dubia videtur mihi iſta quæſtio. Et ideo Nicol. ibi cum iſta diſtinctione reſidet, aut priuilegium conceſſum eſt ſimpliciter ciuitati Neapolitanæ, & tunc extenditur ad continentia caſtra,& ædificia,nō dicit ad villas: aut conceſſum eſt ciuitati, non expreſſo nomine proprio: & tunc ciuitas intra muros habebit priuilegium,per tex.in l. nam quod liquide. § fin. ff. de penu lega. Iſta diſtinctio non ſoluit dictam quæſtionem Ioannis de Imo.in rubr.ff. ſol. matrim. & videtur ſic in effectu dicere, quòd aut loquimur in priuilegijs contra ius cōmune,& tunc veniunt ſuburbia, & ſic non villæ longè à ciuitate, & ita tenet Iacob.de Belu. vbi ſupra. Aut loquimur in beneficijs,& tūc ſi eſt conceſſum ciuibus ciuitatis, extenditur ad villas, ſecundùm Bar.in l.2. ff.de uerb.ſig. & ſic ſecus, ſi ſit conceſſum ciuitati,tunc non veniunt villæ.& idem dicit ipſe Io. de Imo. in d.c.Rodulphus. de reſcrip. & hanc diſtinctionem videtur approbare Bal.in c.1.in 7.col.de cap.qui curiam vendi.& Pet.de Anch.in d.c.fęlicis. in fi.de pęnis. in ſexto. Sed Alex.in d.rub.ſol.matr.aliter concludit, & breuiter. q aut loquimur in conceſſione priuilegij facta ciuitati: & tunc in omnibus ipſe ſtat cum Barto.in d.l.2.ff.de
10 verb.ſig.aut † priuilegium conceſſum eſt ciuibus, & tunc aut eſt priuilegium contra ius commune, & non veniunt villæ,neque nati in uilla.aut priuilegium eſt præter ius cōmune,& tunc ueniunt comitatenſes, & ſic villæ,niſi communis vſus aliter ſe haberet,vt ibi latius per eum.& idem quaſi ſentit idem Alex.in d.l.ſi finita. §.ex hoc edicto. vbi dat bonas remiſſiones in hoc articulo. ff. de damno infec. quas remiſſiones poteris per te videre. Quid ergo dicam in iſta quæſtione? puto, q ſi iſtud priuilegium conceſſum ciuitati Neapolis ſit odioſum, quia contra iſtam conſtitutionem habeo hāc quæſtionem pro clara, q villæ & caſalia non comprehenduntur: quia dicit Abb.Sic.in c.Rodulphus. præallegato, q ubi unum verbum poteſt capi in ſuo genere,& in certa ſpecie,ſi ſumus in materia odioſa,debet capi in ſpecie ſua,& non in genere: ſecus ſi ſumus in materia fauorabili, faciunt ad hoc no.per eum in c.fin.de præbend. Nunc dico,q iſtud priuilegium nō eſt odioſum,ſed fauorabile: quia uniuerſitas non debet puniri,ſi non deliquit,ut infra dicam in nigro,in principio.& ideo ſi ſublatus eſt effectus huius conſtitutionis ciuitati per priuilegiū conceſſum contra iſtam conſtitutionem, uidetur etiam ſublatus eius effectus etiam villis, quæ ſunt ſub ipſa ciuitate.& pro hoc d.l.1.§.cum urbem.ff.de offic.præfec.vrb.& in l.ſi quando.C.de bon.vac.lib.10. bene facit l.fin. & ibi Bart.ff.de conſt.princ. maximè, quia non tractatur niſi de pœna fiſco applicanda: & ideo contra eum concedentem tale priuilegium debet latè interpretari, vt in d.l.fin. cum concord. aliud fortè eſſet, ſi iſte Imperator iſtam pœnam homicidij clandeſtini voluiſſet, q traderetur agnatis, vel cognatis,qui patiuntur iniuriam ex morte agnati: & hoc ſanctius fuiſſet, ſecundùm And. hic in nigro. Et reperio Neapod.Sebaſtia.in conſue.Neapol.in proœ. in verbo,ci-
11 uitatis. in fi.tenentem, quòd cum † tractamus de muneribus ſubeundis, vel iuriſdictione exercenda, & iuribus, tunc appellatione ciuitatis,veniunt caſalia, per iura, quæ ibi ipſe allegat. Et ita video, quòd tenuit Alexan. in ſua egregia addi.ad Bart.in d.l.2.de verbo.ſigni. Nec affirmo id, quod ſupra dixi, quòd iſtæ conſtit. ſunt ius commune in regno,immo ſunt ſtatuta regni ſpecialia in hoc regno, vt dixi in deciſionibus meis,deciſio.vlt.verſi.ſecunda difficultas. Et iudicandum eſt primò ſecundùm iſtas conſtitutiones in hoc regno, quibus deficientibus, ſecundùm ius commune Romanorum, ut dicitur infra in conſtitutione, puritatem. Et ſunt interpretandæ iſtæ conſtitutiones,quando ſunt contra ius commune,quantò minus poſſnt lædere ius commune.l.2.C.de noxa.c.cum dilectus. de conſue.cum ſimi. Et ita ego tenerem in iudicando, & non crederem iſto caſu errare. Sequitur conſtitutio, ſi damna clandeſtina.

SVMMARIVM.

1 *Grauari vel puniri nemo debet pro alterius delicto.*
Pœna ſuos debet tenere authores.
2 *Homicidium clandeſtinum an remaneat impunitum, ſi à quo factum ſit, non fuerit probatum.*
3 *Officialis prouinciæ, in qua repertus eſt homo occiſus, qualem debeat facere inquiſitionem.*
4 *Torto confeſſo, ſed non perſeueranti, debet iudex terminum dare ad probandum de errore.*
5 *Vniuerſitas quomodo puniatur pro homine reperto occiſo in ſuo territorio.*
6 *Vniuerſitas celans eos, qui maleficium clandeſtinum commiſerunt, punitur Regis arbitrio.*
7 *Vniuerſitas, villæ & caſtra, in quarum territorio data ſunt damna clandeſtina, tenentur ad emendationem, ſi malefactor non fuerit repertus.*
Territorium dicitur vniuerſitas agrorum.
8 *Ruſticum ad ſe non trahit vrbanum.*
Imperator, ſeu Rex connumeratur inter ſenatores.
9 *Mare non venit territorij nomine.*
Generale verbum generaliter eſt intelligendum.
10 *Nominis ſpecialis aſſumptio non facit generale nomen amitti.*
11 *Vita hominis res quædam eſt inæſtimabilis.*
Agnati eius, qui interfectus eſt, ſolatio ſubleuantur, ſi interfector ſuſpendatur.
12 *Pauperes cum lucris ſuis comeduntur à diuitibus.*
13 *Pœna pecuniaria pro maleficio potius quàm agnatis occiſi, eſt applicanda fiſco.*
14 *Pœna fiſco acquiſita facilius remittitur, quàm ea quæ parti quæritur.*
Pauperes quare dicantur paſcua diuitum.
Pauper cum maiori difficultate duo ſoluit, quàm diues decem.
15 *Homicidium clandeſtinum committens dicitur horribilis patrator criminis.*
Homicidæ viri ſanguinum vocantur.
16 *Homicida Deo contumeliam facit, filium ſuum interficiens.*
Homicidæ varijs à Deo puniuntur modis.
Vniuerſitas quando ad pœnam homicidij clandeſtini poſſit condemnari.
17 *Procurator fiſci qualiter ſuum libellum accuſatione, vel inquiſitione pendente ſuper homicidio clandeſtino formare debeat.*
18 *Procurator fiſci petens vniuerſitatem condemnari pro homicidio clandeſtino dicere debet, peto vniuerſitatem condemnari &c.*
Libellus conditionalis in quibus procedat caſibus.
19 *Iudicium vnum ſi ab altero oriatur, libellus purus & abſolutus in primo, & conditionalis in ſecundo proponitur.*

20 *Vniuer-*

20 *Vniuerſitas conuenta pro homicidio clandeſtino petere poteſt copiam inquiſitionis factæ, & ei danda eſt.*

21 *Vniuerſitas non punitur pro damno clandeſtino, in cuius territorio reperitur homo mortuus, qui alibi fuit occiſus.*

22 *Vniuerſitas quæ puniatur, ſi in vnius territorio pars hominis mortui reperitur, & alia pars in alterius territorio.*

Puniri in facie nemo debet.

Vniuerſitas quæ puniri debeat, ſi in duarum confinio reperiatur mortuus homo.

23 *Homicidio commiſſo in duarum ciuitatum confinio, ſi dubitetur in cuius territorio, iudex vtriuſque ciuitatis cognoſcet.*

24 *Vniuerſitas vnita ei, in cuius territorio repertus fuit homo mortuus, an ei contribuere debeat pro damni emendatione.*

25 *Accuſationem factam fuiſſe aduerſus homines ſingulares de homicidio non ſufficit, vt contra vniuerſitatem procedi poſſit.*

26 *Vniuerſitas pro homicidio clandeſtino nõ punitur, ſi percuſſus non ſtatim, ſed poſt aliquot dies moriatur.*

Occiſus dicitur qui per vim mortuus eſt.

27 *Reperire & inuenire, in quibus differant.*

28 *Condemnari nemo poteſt criminaliter ex præſumptionibus.*

Vicini ſcire præſumuntur ea, quæ in loco fiunt.

29 *Vniuerſitates ſeu territoria à malefactoribus cuſtodire debent.*

30 *Monſtrum caput habens animalis non dicitur homo.*

31 *Homicidium omnibus abominabile eſſe debet.*

Oblationes impiorum Deo ſunt abominabiles.

32 *Imperator referens ſe ad conſtitutionem ſuam, de qua intelligatur, ſi non reperiatur.*

33 *Infamia non neceſſariò præcedit inquiſitionem fiendam de homicidio clandeſtino.*

34 *Numerus teſtium examinandorum pro homicidio clandeſtino eſt in iudicis arbitrio.*

35 *Inquiſitione facta ſi conſtet de homicidio clandeſtino, qualiter aduerſus eum procedatur.*

Confeſſio ſponte facta in iudicio inducit notorium.

36 *Iudex ad torturam procedere non debet virtute generalis inquiſitionis, reo crimen ipſum negante.*

37 *Monitio parti per iudicem facta de teſtium audiendis iuramentis, virtutem habet trina citationis.*

38 *Iudex reo copiam indiciorum dare debet, ob quæ eum dicit eſſe torquendum.*

Perſonæ leui copia repertorum non debet dari.

Copia non datur repertorum, ſi crimen ſit notorium.

39 *Copia inquiſitionis non neceſſariò datur inquiſito, quando proceditur ex officio.*

40 *Inquiſitus de homicidio clandeſtino, an poſſit torqueri ex dicto vnius teſtis.*

41 *Teſtis vnicus de viſu indicium facit, ſed non ſemiplenam probationem in criminalibus.*

42 *Probatio famæ minor eſt indiciorum probatione.*

Indicium aliud concurrere ſolet cum vno teſte de viſu, qui ſit opinionis integræ.

Indicium vnum de viſu quando ad torturam præbeat adminiculum.

43 *Confeſſio facta in tortura abſque indicijs legitimis non nocet confitenti.*

44 *Factum contra legem pro non facto haberi debet.*

45 *Indicia ſequentia tortura non ſunt confirmatiua, quæ ſine indicijs fuit adhibita.*

Clericus coram iudice eccleſiaſtico reuocans confeſſionem factam coram ſeculari, an debeat abſolui.

46 *Confeſſio facta coram iudice incompetenti indicium facit ad torturam, niſi coram competenti reuocetur.*

Iudex ſecularis in cauſa criminali non tenetur ſtare proceſſui iudicis eccleſiaſtici.

47 *Confeſſio clerici facta coram iudice laico, indicium ad torturam non præbet coram eccleſiaſtico.*

48 *Clericus coniugatus pro laico eſt reputandus.*

49 *Interrogatio de mandatore fieri poteſt in quocunque crimine.*

Socius in crimine non probat deponendo contra ſocium.

50 *Socius contra ſocium facit indicium, quando alia præſumptio eſt contra eum.*

Statutum dans præmium ei, qui malefactorem indicat, locum non habet in ſocio criminis ſocium indicante.

51 *Socius in crimine adulterij deponere poteſt contra ſocium, & indicium faciet ad torturam.*

52 *Quæſtio non adhibetur ex indicijs repertis per inquiſitionem generalem de homicidio clandeſtino.*

53 *Perſonæ dicuntur leues, quæ viles.*

54 *Qualitas leuitatis vitæ in proceſſu probari debet.*

55 *Delictum conſtare non dicitur, niſi & de perſona delinquentis conſtiterit.*

Tormenta an & quando repeti poſſit criminoſo.

56 *Tortus leuiter non dicitur tortus, ſicut nec febricula leuis dicitur febris.*

Repetitio tormentorum cum quali debeat moderamine fieri.

57 *Aſſeſſores honoris cupidi malè abſque nouis indicijs tormenta repetunt.*

Tortus ſufficienter quis dicatur, & quando repeti poſſit.

58 *Iudex ad tormenta procedere non debet, ſi aliter veritatem eruere poſſit.*

Iudex malefactorem torquere non debet maleficio per veras probationes liquidato.

59 *Confeſſus & conuictus non auditur appellans.*

Leges tranſgredi licet in enormibus criminibus.

Confeſſio in tormentis exacta res fragilis eſt & periculoſa, veritatem quandoque fallens.

60 *Iudex qualiter erga tortum ſe habere debeat.*

61 *Tortus poſt debitum interuallum quò duci debeat ad perſeuerandum in confeſſione.*

62 *Iudex quando torturam repetere poſſit torto confeſſionem reuocante.*

Confeſſio in tormentis facta, quæ & quando reuocari poſſit.

63 *Carcerati ſe inuicem docent, qualiter euadere poſſint.*

Tortura qua ratione repeti poſſit confeſſo in terminis iuſtis adhibitis reuocante confeſſionem.

Mendacium ad torturam facit indicium.

64 *Veritatem celare licet principali in cauſa criminali.*

Iudex an poſſit ad torturam procedere teſtibus non publicatis ſuper indicijs examinatis parte uocata.

65 *Indicia ſufficientia quæ dicantur, vt quis torturæ applicetur.*

66 *Præſumptio nihil operatur, cui contraria veritas reperitur.*

67 *Indicium magnum dicitur pro reo, ſi occiſus eum exculpauerit.*

Aduocati quidam nec Deum timent, nec pœnas verentur æternas.

Mors Chriſtiani grauius vindicatur, quàm mors Iudæi, vel Saraceni.

68 *Baptiſmus non præſumitur, ſi de viuentis baptiſmo dubitetur.*

69 *Chriſtianus in dubio præſumitur, qui in terris Chriſtianorum occiſus reperitur.*

70 *Occiſus qui propriè dicatur.*

Occiſus non dicitur ſeipſum ſuſpendens, ſed mortem ſibiipſi cõſciuiſſe dicitur.

71 *Mali bonos ſæpe perſequuntur, rarò boni malos.*

Homicidium clandeſtinum, & damnum clandeſtinum & nocturnum, quò ad quæ exequuta ſint.

72 *Damnum clandeſtinum interdiu factum eodem punitur modo, quo id quod fit noctu.*

73 *Vniuerſitas clandeſtinos hominum occiſores occultans quando puniatur.*

74 *Iudicium Regis an cenſeatur magnæ curiæ commiſſum.*

Viceres iudicium liberum exercere non poteſt.

75 *Iudex de delicto clandeſtino inquirens, à cuſtodibus incipit.*

Torquendi ſi plures ſint, quo ordine applicentur torturæ.

76 *Cognomen turpe habens prius eſt torturæ applicandus.*

77 *Iniuſtitia nulla in iuriſconſultorum legibus inuenitur, ſecus in legibus trium librorum Codicis.*

78 *Rex malè agens non eſt Rex cenſendus, & Rex iniuſtus eſt regno ſpoliandus.*

SI DAMNA clandeſtina. Hic Impera-
tor Federicus ſtatuit nouum ius in iſtis
duobus regnis vtriuſq; Siciliæ & Apu-
liæ contra duas regulas iuris commu-
1 nis.† Prima regula eſt, quòd non debet
quis grauari, vel puniri pro delicto al-
terius, vt in c. damnum. cum ſuis concor. de reg. iur. lib. 6.
Et glo. hic ſuper verbo, damnis clandeſtinis, allegat multa
iura. Secunda regula eſt, q pœna debet tenere ſuos aucto-
res, & non alios non delinquentes. l. ſancimus. C. de pœ-
nis, cum alijs iuribus allegatis in dicta glo. hic. & vltra
gl. patet in c. quæ ſinit. de his quæ fiunt à maiori parte cap.
& in c. ſi pignorationes. de iniurijs. li. 6. & in concordant.
& 16. q. 1. c. cognouimus. Et pro faciliori intelligentia di-
uido iſtam conſtitutionem in ſex partes. In prima ſtatuit,
quòd ſi illatum ſit damnum alteri, & non ſunt probatio-
nes contra inferentes damnum: & per conſequens dam-
num datum eſt clandeſtinum, poſſeſſores locorum, in
quorum territorio ſunt commiſſa huiuſmodi ſcelera, te-
nentur ad emendationem damni: & ſic alius pro alio
ignorante & neſciente punitur, & durat vſque ibi, multò
fortius. Hæc eſt ſecunda pars, in qua ponit deciſionem
2 nouam huius dubij, videlicet, quid ſi † homicidium eſt
commiſſum in aliquo territorio, & reperitur ibi homo
mortuus: & aliquis ex agnatis, vel cognatis ipſius interfe-
cti accuſauerit officialem aliquem vel aliquos, quos ha-
bet ſuſpectos, ſed proceſſu facto nihil conſtat contra illos
accuſatos, an iſtud homicidium remaneat impunitum,
vel quid erit faciendum? Ad quod reſpondet hæc litera,
quæ dicit, quòd pro damno clandeſtino punitur vniuerſi-
tas ad emendationem damni, vt in conſtitutióne præcedē-
ti, & hic: multò magis debet puniri uniuerſitas pro homi
cidio clandeſtino commiſſo in territorio ſuo propter ho-
minis dignitatem, & durat vſque ibi, præſenti igitur. Hic
eſt tertia pars, in qua ponitur, quomodo procedendum
ſit, quando reperitur aliquis homo occiſus in aliquo terri
torio alicuius vniuerſitatis, & neſcitur perpetrator huiuſ-
modi homicidij etiam ſi præceſſit accuſatio contra ali-
quos, & contra eos non ſunt probationes, nec indicia ſuffi
cientia ad torturam. Ad quod reſpondet hæc litera dicēs,
q ſuper hoc edita eſt cōſtitutio tantū ſuper damnis clan-
deſtinis, & illa eſt ſeruanda. Sed ego quæro, vbi eſt conſti-
tutio? Dico, q eſt iſta præſens, quia alia non eſt in iſto libro
3 Conſtitutionum, quæ vult, vt † officialis illius prouinciæ,
vbi reperitur homo occiſus, faciat diligentem inquiſitio-
nem, ſubaudi, q primò habeat plenas probationes per in-
ſtrumentum publicum, vel per teſtes, q in tali loco, iuxta
tales confines repertus eſt homo occiſus, deinde procedat
ad examinationem teſtium. Et ſi per inquiſitionē cęptam
conſtabit de malefactoribus procedit contra eos, ſubaudi
legitimè & iuſtitiam faciat. Si autem per ipſam inquiſi-
tionem non probetur ad plenum contra commiſſores di-
cti homicidij, ſed per ipſam inquiſitionem notentur per
aliqua indicia de dicto homicidio aliquæ leues perſonæ,
officialis ipſe contra dictas leues perſonas, cōtra quas ſunt
indicia procedat ad torturam moderatam. Et ſi per tortu-
ram non poteſt haberi confeſſio criminis ab eis, vel for-
midine tormentorum adhibitorum præcedentib. indicijs
arbitrarijs ſunt confeſſi, ſed non perſiſtunt in confeſſione,
tunc iterum debent tormentari, & ſi iterum tormentati
perſiſtunt in reuocatione dictæ confeſſionis, quid facien-
dum, nihil hic dicitur in tex. Sed bene And. hic in 4. col.
4 dicit, q ſi præcedentibus † indicijs aliquis fuit tortus, &
confitetur delictum, ſed poſtea non perſeuerat, & reuocat
confeſſionem dicendo illam erroneam, iudex debet dare
terminum ad probādum de errore, alioquin ſemper reus
negabit, antequam veniat ad condemnationem, ſm eum
hic. Quid autem faciendum, ſi præcedentib. indicijs fuit
a tortus & confitetur, & poſtea reuocat confeſſionem: &
dato termino ad probandum contra confeſſionem nihil
probauit, q fuit erronea, nec elidit indicia? Diſtinguūt Do

ctores inter indicia indubitata, & arbitraria, ut plenè per
Bal. & Salyc. in l. fi. C. de prob. & per Io. And. in add. Spec.
in tit. de probatio. in additione magna, & per Ant. de But.
in c. tertio loco. de prob. & Bal. in l. a. C. quod metus cau-
ſa, & in l. a. C. quorum appell. & dicetur infra in notabili-
bus. Et durat iſta tertia pars uſque ibi, tunc illius loci. Hic
eſt quarta pars, in qua quæritur: Ecce quòd ſecuta eſt præ
cedens forma inquiſitionis pro inueniendis iſtis clandeſti
nis homicidijs, & tamen nihil conſtare pōt contra aliquē
de dicto homicidio clādeſtino, & ſic vniuerſitas illius ter-
ritorij, ubi repertus eſt homo occiſus, debet puniri, prout
dictum fuit ſupra in ſecunda parte. Quæritur, quomodo
5 † puniatur ipſa uniuerſitas pro homine clandeſtinè occiſo
reperto in eius territorio? Reſpondet hæc litera, q ſi pro-
betur, quòd ille homo, qui reperitur interfectus, ſit Chri-
ſtianus: tunc uniuerſitas debet mulctari in auguſtalibus
centum. ſi verò ſit Iudæus, uel paganus, mulctetur in au-
guſtalibus quinquaginta regio fiſco applicandis. & durat
uſque ibi, quæ inquiſitiones. Hic eſt quinta pars, in qua re
uocat unū dubium, uidelicet, an ſupradictus modus pro-
cedendi in homicidio clandeſtino habeat locum etiam in
clādeſtinis, uel nocturnis damnis, & dicit q ſic. vſque ibi,
q ſi conſtat. Hic eſt ſexta & ultima pars, in qua deciditur
alia dubitatio, uidelicet, quid ſi uniuerſitas illius territo-
rij, ubi repertus eſt homo occiſus, uel ubi reperitur dam-
num clandeſtinum, occultauerit ipſos ſcelerum commiſ-
ſores, nec illos officialibus regijs requirentibus exhibet,
6 qualiter puniatur, ultra pœnas ſupradictas: reſpondet † li-
tera, q arbitrio domini Regis regnantis punietur: & hæc
vltima pars, & durat uſq; in finem præſentis conſtitutio-
nis. Et breuiter hæc longa conſtitutio hoc intendit, ſi com
miſſores damni, uel homicidij clādeſtini, præmiſſa inqui-
ſitione, de qua in tex. non reperiantur, uniuerſitas, in cuius
territorio reperitur homo occiſus, ſi eſt Chriſtianus, mul-
ctet in cētū, ſi eſt Iudęus, uel paganus in quinquaginta au
guſtalibus. & illa inquiſitio habet locum etiam in dam-
nis clandeſtinis. Et ſi vniuerſitas occultauerit dictos male-
factores clandeſtinos, punietur arbitrio domini Regis.
No. primò ex tex. ibi, & vniuerſaliter per poſſeſſores loco-
7 rum, q † vniuerſitas villæ, caſtri, vel ciuitatis, in cuius ter-
ritorio datum eſt damnum, ſuper inquiſitione facienda, ſi
nō poteſt inueniri malefactor, tenetur ad emendationem
damni illi, qui paſſus eſt dictum damnum, ut dicitur in
conſtitutione pręcedenti. Et ſic non eſt verum illud, quod
pridie dicebatur, q ſi dominus habeat quandam maſſa-
riam intra territorium alicuius ciuitatis, & ibidem, igno-
rante domino, per aliquos, qui neſciuntur, ſit factum dam
num, dominus maſſariæ debet reſarcire damnum, quia
conſtitutio iſta dicit vniuerſaliter, reſarciatur damnum.
Et ſic per vniuerſitatem loci, vbi factum eſt damnum, &
non ſingulariter per dominum loci, vbi factum eſt dam-
num. Et pro hoc bene facit tex. huius conſtitutionis ibi, in
quorum territorijs. territorium enim eſt vniuerſitas agro
rum, ut in l. pupillus. §. territorium. ff. de verb. ſig. Sed iux-
ta hoc quærit glo. in uerbo, in quorum locorum, utrum
ſi damnum clandeſtinum, vel homicidium clandeſtinum
ſit commiſſum intus caſtrum, vel intus ciuitatem, habeat
locum iſta conſtitutio? Dicit glo. q quidam erant in opi-
nione, quòd tunc habet locum iſta conſtitutio, quando in
territorio caſtri, vel villæ eſt factum damnum, vel homi-
cidium clandeſtinum, & non quando intus caſtrum uel
intus ciuitatem, per iura & rationes in ea allegatas. Et pro
8 iſta opinione facit, quia territorium continet † ruſticita-
tem, & ciuitas & caſtra ſunt vrbana. & ruſticum non tra-
hit ad ſe vrbanum, dicit glo. Neapolitani in conſuetudine
prima, de iure cōgrui, in verbo, domum. Item ea quę ſunt
digna, niſi ſpecialiter exprimantur, videntur neglecta. c.
quamuis. de præb. lib. 6. ff. de iniurijs. l. item apud Labeo-
nem. §. hoc edictum. ſecundùm D. Abb. Sic. in c. at ſi cleri-
ci. in prin. in 9. col. de iud. Sed poſtea glo. determinat con
trarium: quia appellatione territorij etiam ipſum caſtrū

& ipſa ciuitas continetur, per l. 2. C. de fundis limi. lib. 11.
nam ſicut appellatione familiæ, venit caput familiæ, vt in
l. familiæ. ff. de verbo. ſignifi. ſic appellatione territorij ve-
nit caput territorij, ſcilicet ipſum caſtrum, vel ciuitas: ſicut
etiam inter ſenatores & milites connumeratur Imperator
tanquam princeps militiæ, & ſenatus. l. ius ſenatorum. C.
de digni. & l. quiſquis. C. ad leg. Iuliã maieſtatis hanc par-
tem dicit hic gl. eſſe veriorem. & hoc ẽt firmat hic And. in
7. col. in verbo, territorij. Cui adde ad confirmationem hu
ius opinionis tex. in c. cũ in partibus. de verbo. ſign. vbi ap-
pellatione terræ, & ſic territorij, venit non ſolùm regnum,
9 vel prouincia, ſed ẽt villa, & caſtrum. † Sed an appellatio-
ne territorij, veniat mare? Bal. dicit, ꝙ non, in rubrica, quæ
ſint regalia. ſed contrarium tenuit glo. & Dominicus de S.
Gemin. in c. vbi periculum. §. porrò. de elect. lib. 6. & vide
ad hoc apoſtillam Alex. & Bar. in d. §. territorium. Item fa-
cit pro iſta deciſione, ꝙ appellatione iudicum, venit etiam
ipſe princeps, vt C. ne ſine iuſſu prin. & C. de offi. diuer. iu
di. le. fi. Item quia hoc nomen territorium, eſt generale,
ideo cõprehendit omnia, ſcilicet caſtra, & terras, quia ver-
bum generale generaliter eſt intelligendum, ut in c. ſi Ro-
manorum. & in concor. 19. diſt. & in c. quia circa. de priui
leg. cum concor. ſuis. & vide Bal. poſt gl. in c. 1. in prin. cir-
ca fin. per quos fiat inueſtit. qui dicit, quomodo intelligi-
tur illud, qđ dr, ꝙ appellatione generis, qualibet eius ſpe-
cies continetur. facit l. ſi quando. ff. de lega. 1. & l. omne.
C. de præſcr. 30. vel 40. anno. no. Abb. Sicu. in c. noſtra. de
reſcr. Item pro hac parte allego id, quod dicit Bar. in l. Ale
10 xandrinis, C. de decurio. li. 10. vbi dicit, † ꝙ aſſumptio ſpe
cialis nominis non facit generale nomen amittere: ſic hoc
nomen territorium, non amittit ſuum effectum, ſi in eo ſit
ciuitas, vel caſtrum: nam porrò territorium eſt, niſi aliter
reperiatur diſpoſitum in ciuitate, & caſtro, quàm in terri-
torio, per tex. in l. Titia. §. Lucius. ff. de lega. 2. Secundò no.
ex tex. ibi, multò fortius. regulam illam affirmatiuam: de
quo minus vr̃ ineſſe, & ineſt: ergo de quo magis. Et idem
aſſumit negatiuè, ſi id de quo magis vr̃ ineſſe, & nõ ineſt,
ergo nec de quo minus. Concordantiæ ſunt in glo. in c. cũ
in cunctis. de electio. concordat tex. in Authen. multò ma-
gis. C. de ſacroſan. eccle. ſic etiam arguit Imperator in l. 1.
C. de neg. geſtis, & ibi Albe. de Roſ. ſi enim prouiſum fuit
in conſtitutione præcedenti, ꝙ damnum clandeſtinũ emẽ
detur per vniuerſitatẽ, in cuius territorio cõmiſſum fuit;
multò magis erat prouidendum ſuper homicidio clande
ſtino, cum maius damnum ſit, cum occiditur, quàm ſi dã-
11 num ſit commiſſum in rebus: † quia vita hominis eſt res
inæſtimabilis. l. fi. ff. de his qui deiece. uel effuderunt. Et po
nit hic tex. uerba elegantia. uidelicet, agnati, & affines ho-
minis clandeſtinè interfecti expertes, ideſt, ſine parte pro-
uidentiæ imperialis, ſed multò fortius debent eſſe partici-
pes imperialis prouidentiæ. Et ideo iſte tex. non dicit, ꝙ e-
mendetur damnum hominis occiſi, ſed quòd puniatur u-
niuerſitas pœna applicanda fiſco. dicit hic And. in 1. & vlt.
col. quòd iuſtius ſtatuiſſet Imperator, ſi hanc pœnam pecu
niariam conſignari mandaſſet proximioribus agnatis, ut
in ſolatium triſtitiæ ſuæ detur pecunia, ut dr̃ in l. vnica. in
fi. C. de his qui ante aper. tab. ſicut dicitur, quòd ſolatium
eſt agnatis, & affinibus, ſi latro, qui commiſit homicidiũ
ſui agnati vel affinis, furca ſuſpendatur, ut in l. capitalium.
§. fi. ff. de pœnis. dicit idem And. hic, quòd iſte Federicus
fuit tyrannus. & in Auth. nauiga. de ſtatu. contra libe. eccl.
editis. dicit, ꝙ iſta conſtitutio eſt odioſa. & glo. hic in ver-
bo, arguatur, dicit, quòd iſta cõſti. eſt odioſa, & ideo reſtrin
genda. Sed aduerte, quia non vr̃ reprehendendus iſte Im-
perator ab And. qui dicit in nona col. quòd hæc conſtitu-
tio durior eſt, quia commodo fiſci intendit, & ꝙ iſte Fede
ricus propter ſuam tyrannidem fuit depoſitus, ut in c. ad
12 apoſtolicæ. de re iudi. lib. 6. † Et quòd iſta pœna, de qua
hic, ſoluitur magis per pauperes, q̃ per diuites, qui come-
dunt ipſos pauperes, & eorũ lucra, ut dicit hic And. in fina
libus verbis ſuis. Quia mihi vr̃ totum contrarium, ꝙ ſan-
ctius & iuſtius fuiſſet iſtam pœnam fiſco debuiſſe applica
ri, quàm agnatis interfecti, ex quo iſta pœna pecuniaria,
ſi fuiſſet tradenda agnatis hominis mortui, potuiſſet de fa
cili per eos remitti vniuerſitati, & tale delictũ remaneret
impunitum. Dico vniuerſitatem deliquiſſe, quia dicit ip-
ſe And. hic in prin. præſumitur, ꝙ vniuerſitas ſciat illos qui
cõmiſerunt homicidium in territorio, & non iudicabit il-
los malefactores, arg. l. vnius. C. de nuptijs. & extrà de ele-
ctio. c. 3. & c. ſcriptum. & pro hoc faciunt illa iura, quæ al-
legat Dyn. in c. non eſt ſine culpa. de reg. iur. lib. 6. in q. illa
vtrum ille, qui potuit impedire, ne alius læderetur, & non
impediuit, teneatur. & concludit ꝙ ſic, ut ibi latius per eũ.
Præterea pœnæ non ſolùm pp intereſſe ſtatutæ ſunt, ſed
etiam propter crimina coercenda. bene fateor, ꝙ ſecurius
fuiſſet ſtatutũ, ſi dictæ pœnæ pecuniariæ in pios vſus dero
garentur, vt dr̃ in ſumma confeſſio. in titu. de pœnis, q. 8.
13 † Quid diceremus, ſi eſſet ſtatutum, ꝙ iſta pœna applica-
retur agnatis, ubi agnati hominis mortui interfeciſſent a-
gnatum, & hoc eſſet occultũ, & ſic vniuerſitas haberet eis
ſoluere, & ſic reportarent lucrum ex maleficio, ꝙ eſt abſo-
num dicere, & ideo vbi non reperitur malefactor, iſta pœ-
na debet fiſco applicari, iuxta no. per Gul. de Cu. in l. ſed ſi
hac. §. proſtituta. ff. de in ius vocan. propter occultos male-
factores, & ſic pp dubium fuit iuſta iſta conſtitutio, ut pœ
na applicaretur fiſco hic. dicebat Alex. de Imo. in 4. volu.
conſi. 53. in 7. col. ꝙ pp dubium euentum multa ſtatuũtur
à lege, quæ aliàs non tolerarentur, allegat not. in l. 1. C. de
pact. per Bal. & Sali. & alia iura, ut ibi per eum, & ideo of-
ficialis non poſſet iſtam pœnam alteri conſignare q̃ fiſco,
vt dicit notanter Bar. in l. illud. C. de cano. largi. lib. 10. Itẽ
ſi iſta pœna applicaretur agnatis, fiſcus non potuiſſet face-
14 re gratiam vniuerſitati, † & fiſcus citius remittit pœnã ſibi
acquiſitam, quàm pœnam parti acquiſitam, ut dicit glo. in
l. 1. in verbo, ſtatuit. ff. de ſer. fugi. Nec ob. illud, quod dicit
hic And. ꝙ iſtam pœnam potius ſoluunt pauperes de uni-
uerſitate, qui ſunt paſcua diuitum, & potentum, ut dr̃ in
Eccleſiaſtico. c. 13. quem tex. etiã allegat ad hoc Lucas de
Penna in l. fi. C de his qui in numero liberorum, quia hoc
idẽ eueniret, ſi pœna clãdeſtini homicidij traderetur agna
tis interfecti. Nec ob. id quod dicit hic And. ꝙ poſtquam
hæc conſtitutio ſtatuit pœnam ſoluendam per vniuerſita-
tem fiſco pro damno clandeſtino, melius ſtatuiſſet, ꝙ diui-
tes dictę uniuerſitatis ſoluiſſent dictam pœnam, quia di-
uites timore pœnæ, ut non ſoluant, procurarent malefacto
res publicari. quia ad hoc reſpondetur, quòd pauper, ut e-
uitet pœnam, procurat ſimiliter publicari malefactores, &
plus eſt uni pauperi ſoluere duo, q̃ uni diuiti decem, ut pa
tet in Euangelio Lucæ. 21. c. & in Euangelio Marci. 12. c.
fi. Et ibi dicit Nico. de Lyra, quòd plus eſt uni pauperi dare
modicum, quã uni diuiti multum. Ex his patet, an And. iu
ſtè, uel iniuſtè reprehẽdat authorem huius conſtõnis. Ter-
15 tiò no. ex tex. ibi, horribilis ſceleris patratores, † quod com
mittentes homicidium clandeſtinum dicuntur committe
re horribile, ideſt formidabile, & quaſi mirandum crimẽ.
Et non credas, quòd propter clandeſtinitatem dicatur ho-
micidium crimen horrendum, ſed propter ipſum homi-
cidium, & ſic etiam quòd ſit palam factũ, vel probabile, di
citur horrendum. vnde diœceſani pp horrorem & deteſta
tionem tanti criminis, cõiter mittunt homicidiarios ad cu
riam Romanam abſoluendos à pœnitentiarijs, licèt ipſi
poſſint abſoluere, ut dicit B. Anto. Archie. Floren. in ſecun
da parte ſuæ ſummæ. tit. 7. c. 8. in princi. dicuntur enim iſti
homicidiarij viri ſanguinum, ut dicitur in Pſal. 54. & Ge-
neſis 9. c. quicunque effuderit ſanguinem humanum, fun-
detur ſanguis illius, &c. dicit dominus. & committere dr̃
crimen numeratum inter maiora crimina, ut in c. fi. de tẽ-
po. ord. & habetur in c. at ſi clerici. & in c. cum non ab ho
mine. de iudicijs. dicit enim magiſter in hiſtoria ſchola-
ſtica, quòd graue nimis eſt peccatum homicidij. facit
16 enim homicida † contumeliam Deo, quia occidit filium
ſuum, cum oẽs ſimus filij Dei per creationem, ut in Pſal-
mo,

mo, filij excelſi omnes & perfectius per fidem & baptiſmũ
ut in euangelio Ioannis 1. c. ibi, dedit ei poteſtatem filios
Dei fieri his, qui credunt in nomine eius. Item facit iniu-
riam Angelo, qui cuſtodit hominem. Item dicitur aſſe hor
rendum crimen, quia incidit in manus Dei: quia Deus fa
cit de eo ultionem, ut dicit Nico. de Lyra in epiſtola Pau-
li ad Hebræos in 9. c. Caueant igitur nobiles cõtrahere pa
rentelas cum homicidiarijs. Nam ex multiplici punitione
oſtẽditur grauitas huius criminis. Prima, quia efficitur in-
famis, ut patet Gen. 4. c. ibi, maledictus eris, ſcilicet, ab ho-
minibus. homines enim ſummè homicidas oderũt, & ma
le dicũt, & meritò, quia ſunt deſtructores humani generis,
exterminantes hominem factum ad Dei imaginem. Secũ-
da punitio, quia ſit inops, quia terra ſua dabit ſibi paucos
fructus. Tertia punitio, quia ſit odioſus hominib. Quarta
punitio, quia diffidet de venia. Quinta, eſt damnatio æter-
na. Sexta, quia omnis viuens appetit, ꝙ moriatur. Septima,
quia erit infirmus corpore. hæc ponit Nicol. de Lyra ſuper
dictum c. 9. Octaua, qui gladio occidit, occidetur, vt in e-
uang. Matthæi. c. 26. & patet ſuprà in conſti, terminum vi-
tæ. hæc dicit præfatus Archiepiſcopus habuiſſe à Nicol. de
Lyra, & non dicit ubi, ſed eſt in Gen. 4. c. Quartò no. ex tex.
ibi, inueſtigatione qualibet, ꝙ nunquàm uniuerſitas poteſt
condemnari ad pœnam homicidij clandeſtini hic deſcri-
ptam, niſi prius ſit facta inquiſitio de ipſo homicidio, uel
fuerit facta inueſtigatio per omnem modum, ſiue per accu
ſationem, uel inquiſitionem, & nihil repertum fuerit, tunc
poteſt condemnari uniuerſitas ad pœnam hic contentam,
& in hoc concordat conſtitutio præcedens, & ibi dixi, &
hic infrà ibi, iure probata inquiſitione. Sed hic quæro de
duodecim quæſtionibus. Et prima, ecce quòd facta fuit in-
quiſitio de homicidio, & nihil repertum eſt, & etiam fuit
facta accuſatio de iſto crimine, & nihil probauerunt accu-
ſatores, utrum poſſit ſine alio proceſſu cõdemnari uniuer-
ſitas ad pœnam homicidij clandeſtini? Reſpondeo nõ, ſed
debet citari prius uniuerſitas ad dicendum, quare non de-
beat cõdemnari ad pœnam homicidij clandeſtini, eo quia
fuit facta inquiſitio, & nihil repertum eſt: & tunc uniuerſi-
tas per ſuum ſyndicum poterit cõparere, & dicere, ꝙ ipſa
vult audiri, & uult excipere, & probare, ꝙ talis & talis fe-
cerunt dictum homicidium, vel dare, & probare indicia
contra illos, quos nominauit, & ſic tardabit ſuam condẽna
tionem. Et ſic per uiam exceptionis etiam officialis inueſti
gabit prius de iſto homicidio clãdeſtino, ut firmat hic glo.
ſuper eodem uerbo. hodie practicatur ſic, ꝙ ſiue officialis
procedat per uiã accuſationis, ſiue per uiam inquiſitionis,
ex officio citat vniuerſitatem, ꝙ informet officialem de ſu-
ſpectis perſonis, & procurator fiſci dat libellum ſuũ contra
uniuerſitatem, & lis conteſtatur, & datur terminus ad pro-
bandũ, & ſeruatur ordo iuris, antequã perueniatur ad ſen-
17 tentiã. † Sed iuxta hoc ſecundò quæro, qualiter pendente
accuſatione, uel inquiſitione ſuper dicto clandeſtino homi
cidio procurator fiſci formabit ſuum libellum. Hoc dubiũ
ſentit hic Andr. & dicit, ꝙ non poteſt agi per procuratorẽ
fiſci ad pœnam contra uniuerſitatem, antequàm fiat aper-
tura inquiſitionis, ſed mos curiæ aliter ſeruatur. Et ſic ſm
eum procurator fiſci formabit libellum narrando, ꝙ per
inquiſitionem factam non conſtat, quis fecit homicidium
talis hominis interfecti, inuenti in tali loco dictæ uniuerſi-
tatis, ideo petit pœnam hic cõtentam à dicta uniuerſitate,
Et ſubdit ipſe Andr. ꝙ ſi pendente iudicio uniuerſitas per
uiam exceptionis probat contra aliquos delinquentes, nõ
proceditur ad condemnationem, ſed abſoluetur, ſicut dici
mus in l. ſi rem. §. fi. cum ſe. ff. de pign. act. vbi ſi pignorani
tibi rem meam pro centũ, non poſſum agere contra te pi-
gnoratitia directa, niſi prius reſtituam tibi centum. & pen
dente iudicio offero, uel ſoluo, habeo ius agendi, quia ius
ſuperuenit ex cauſa de præterito, ita fiſcus agit ad pœnam
contra uniuerſitatem, ſi nihil contra aliquẽ ſit probatum
per inquiſitionem uel accuſationem, uel per exceptionem
18 per ipſam uniuerſitatem. melius dixiſſet And. † ꝙ procu-
rator fiſci formaret ſic libellum conditionalem. peto vni-
uerſitatem condemnari ad pęnam homicidij clandeſtini,
ſi nihil probetur contra aliquem. nam iſte libellus condi-
tionalis procedit, ſicut procedit libellus conditionalis,
quando agitur contra eum, qui negauit ſcripturam eſſe
propriæ manus, vt condemnetur ad duplum, ſi eam nega
uit, & probetur eſſe ſcripturam ſuæ propriæ manus, ſecun
dùm Bart. in auth. contra qui propriam. C. de non nu. pec.
Ad idem allego Bart. in l. non ab re. C. vnde vi. vbi dicit, ꝙ
procedit iſte libellus conditionalis, peto talem mihi con-
demnari ad reſtitutionem rei, & ſi fuerit contumax vſque
ad ſententiam peto condemnari ad æſtimationem ipſius
rei cum ipſa re. & dicit, no. hanc practicam. Et valde ſimi-
lem practicam ponit glo. in l. 1. in prin. ff. de act. emp. & in
l. 2. §. item ſi in facto. ff. de verb. obli. Ad idem, ꝙ procedat
iſte libellus conditionalis, probatur ex his, quæ dicit Bart.
in l. ſi conſtante. §. quoties. in fi. ff. ſol. mat. Bene ad hoc fa-
cit doctrina Bal. in l. quod tempore. C. de reſt. milit. vbi di-
19 cit, † quòd quoties duo iudicia ſic ſe habent, quòd vnum
ex altero oritur, ibi procedit libellus purus in primo, &
conditionalis in ſecundo, vt no. C. locati. l. conductores.
& in d. l. non ab re & in d. §. item ſi in facto. Sic etiam, di-
cimus, ꝙ querela inofficioſi teſtamenti, & petitio hæredi-
tatis in vno libello poſſunt conditionaliter proponi, vt di-
cit Bart. in l. qui de inofficioſo. ff. de inoffi. teſta. bene facit
ad hoc, quod dicit Bal. in l. ſi quis in ſuo. C. de inoffi. teſta.
in fi. & Barto. in l. ſi cum exceptione. §. hæc autem actio. ff.
quod met. cau. & quod no. Spe. in tit. de libe. concep. §. iu-
ſta, circa principium. Et ſic non obſtat illud, quod ſolet di
ci, quòd conditio ſuſpendit actionem, & obligationem,
vt in l. cedere diem. ff. de verb. ſigni. & per Alex. in l. item
20 quia. ff. de pac. † Tertiò quæro, vtrum vniuerſitas conuen
ta ad pœnam pro homicidio clandeſtino poſſit petere, ꝙ
detur ſibi copia inquiſitionis factæ ex officio, vel ad accu
ſationem, & an danda ſit? Mihi videtur, ꝙ ſic, quia procu-
ratori fiſci non competit ius effectualiter contra vniuerſi-
tatem, niſi duobus concurrentibus. primò, ꝙ ſit facta in-
quiſitio. ſecundò, ꝙ ex inquiſitione nihil conſtet contra
aliquem. ſi ergo egit ad pęnam, debet edere actionem, ut
in l. 1. ff. de edendo. & ſic id, per quod ſibi competit actio. l.
oratio. ff. de ſponſ. cum concor. ſuis. & ſentit hoc Bar. in d.
l. qui de inofficioſo. ff. de inoffi. teſt. Item pro hac parte be-
ne facit illud, quod dicit hic And. in 8. col. ꝙ antequam
fiat apertura inquiſitionis, non agitur contra vniuerſitatẽ.
& ideo dico, ꝙ danda eſt copia inquiſitionis dictę vniuer
ſitati à iudice, vt poſſit vniuerſitas, habita illa copia, indu-
cere teſtes ad oſtendendũ malefactores, nec diceretur eſſe
timor ſubornationis, eo quia didicit teſtificata, iuxta no.
in auth. qui ſemel. C. de proba. & in c. fraternitatis. de te-
ſtib. quia illi teſtes ſunt examinati ſuper inquiſitione, ſm
And. hic in 8. col. qui nihil allegat, tamen potuiſſet alleg.
gl. in l. cum de indebito. in prin. ff. de proba. & in Auth. de
teſti. §. quod illud, & tenet Inno. in c. cum clamor. de teſti.
Quartò quæro; quid ſi ex proceſſu conſtat, ꝙ homo fuit
occiſus in vno territorio, & inuentũ eſt cadauer illius ho-
minis occiſi in alio territorio, an teneantur pęna clandeſti
ni homicidij ambæ vniuerſitates, vel ſolùm illa vniuerſi-
tas illius loci, vbi corpus hominis mortui repertũ eſt, vel
vniuerſitas illius loci, vbi homo fuit occiſus? Gl. fi. hic tan-
git iſtam quęſtionem, & And. hic in 8. col. quib. addo Bal.
in l. 2. §. 1. ff. de offi. præfe. vigilum. vbi refert quæſtionem
iſtam fuiſſe diſputatã per Richardum Malum. videlicet,
ꝙ ſi dicat ſtatutũ, prout eſt Paduæ, ꝙ malè habiti tenean-
21 tur de maleficijs clandeſtinis cõmiſſis in villa, † ſi in qua-
dam villa appareat corpus humanum interfectũ in terra,
ſed non appareat, ꝙ maleficium fuit ibi commiſſum: nam
dicit, quod ꝓp incertitudinem non tenetur, niſi ex conie-
cturis appareat ibi ſcelus perpetratũ, vt quia ibi conſueue-
runt talia cõmitti; vel quia homicidę cõuerſabantur, neq;
.n. corpus mortuũ prębet teſtimoniũ loci, in quo. ſ. loco cę
des facta ſit. & diſputationẽ Richardi Malumbrę ꝓ exten-

ſum

ſum refert Albe.de Roſa.in 2.parte ſtatu.quæſt.178. quæ
incipit, talis quæſtio diſputata fuit per dominum Richar-
dum,vbi facit ſex argumenta ad partes, & concludit vt ſu
prà,& bona fuit deciſio.Hanc deciſionē ſequitur hic And.
in d.8.col.& miror,ꝙ non allegauit Richar. Malumb. qui
eſt Doctor antiquus ante eum. Et pro iſta deciſione facit
ratio,quia ſemper debet tolli occaſio malignandi.l.1. C.ſi
aduer.ven.l.1.C.de indic.vidu.l. meminerint. C. vnde vi.
ſed homines territorij, vbi factum fuit homicidium, poſ-
ſunt de facili noctis tempore illud corpus portare in aliud
territorium,& ideo non ſequitur,ibi fuit inuētum corpus
mortuum, ergo ibi præſumitur occiſus. & deciditur iſta
quæſtio p c.Regis Caroli, in planitie ſancti Martini,quod
allegat hic And. ubi dicitur, ſtatuimus, ꝙ pœna, quæ pro
homicidijs clandeſtinis cōmiſſis in aliquibus locis, ſeu ter
22 ritorijs ipſarū.no.verbum cōmiſsis,nō dicit inuētis.† Sed
iuxta hoc 5.quæro,quid ſi medietas hominis mortui inue
niatur in vno territorio,& alia medietas in alio territorio?
Dicit hic And. ꝙ ipſe audiuit fuiſſe iudicatum, ꝙ tenetur
illa vniuerſitas,in cuius loco, ſeu territorio reperitur pars
corporis,vbi eſt caput propter faciem, per l.cum in diuer-
ſis.ff.de reli.& ſumpt.fune.quæ ad ſimilitudinem pulchri
tudinis cœleſtis eſt figurata, & ideo non debet aliquis in fa
cie puniri,ut dicit tex. in l.ſi quis in metallū. C. de pœnis.
& vide multa de capite,quæ alleg.Fely. c. cum non liceat.
in prin.& 3.col. de præſcriptio. Sextò quæro de quadam
q̄ſtione dubia. repertus eſt homo occiſus in confinio dua-
rum vniuerſitatum, puta in via publica, quæ eſt confinis
inter ipſas vniuerſitates, & facta inquiſitione nihil reper-
tum eſt,quis occidit eum, fiſcus agit contra illas vniuerſi-
tates: illæ ſe defendunt, ꝙ ratione dubij debent abſolui,
quæritur, quid iuris? Iſtam quæſtionem poſuit Specu. in
tit.de raptoribus.verſi.ſed pone. & ibi vide additio. Ioan.
And.vbi inſerit quæſtionem: quid ſi illa confinis eſt ſub
diuerſo iudice, cui adde Albericum de Roſa. in auth. qd
ius.C.de procurato.qui habet iſtam quæſtionē pro dubia,
& dicit,ꝙ eam vidit diuerſimodè determinari: aliquādo
quòd vterque locus abſoluatur, aliquando quòd uterque
locus condemnetur.& vide ad hoc,quod no.Archi. 13. q.
1.c.2.Bar.tangit hoc dubium in l.iuriſperitos.§. cū oriun-
dus.ff.de excuſa.tuto.dicens,quòd ille tex. facit in argumē
23 tum,† quòd ſi cōmiſſum eſt maleficium in confinio dua-
rum ciuitatum, & dubitatur in cuius territorio ſit cōmiſ-
ſum,quòd uterq; iudex debet cognoſcere. facit.ff.de libe.
agno.l.ſiue contra.§.quid ergo.& ff.quorum legatorum.l.
1.§.quid autem.vbi debet præferri ille iudex, corā quo lis
fuit conteſtata,ut ibi per eum,tñ idem Albe.in 2. parte ſta
tu.q.78. incip. Itē quæro, ſtatuto ciuitatis cauetur, dicit,
quòd Doctores cōiter tenent, quòd utraq; uilla tenetur,
per d.l.iuriſperitos.§.cū oriundus.& ita tenet glo. fi.hic,
dum dicit,verius tñ credo vtriuſque caſtri vniuerſitatē te-
neri,quia vtrobique in confinio fuit cōmiſſum,ar. ff. finiū
regun.l.arbor.cū ſimilibus.& vr̄ hoc ſentire Bal.in l.ſi plu-
24 res.5.col.C.de cōdi.inſertis. † Septimò quæro,duo caſtra,
vel duæ vniuerſitates à tanto tempore, cuius initij in con-
trarium memoria hominum non exiſtit, habuerunt com-
munionē inſimul,& conſueuerunt onera inſimul ſoluere,
euenit,quòd fuit datum damnum,vel fuit repertus homo
occiſus in territorio vnius ex dictis caſtris,agitur ad emen
dationem damni,vel ad pœnam contentā in iſta conſtitu.
contra illam uniuerſitatem,in cuius territorio datū eſt dā-
nū, uel reperitur homo occiſus,uniuerſitas illa petit,quòd
altera uniuerſitas debeat contribuere, an teneatur contri-
buere? Videtur quòd ſic, quia tanto tempore inſimul con
ſueuerunt ſoluere onera,& pro hoc faciunt iura,quę ſolēt
induci pro temporis antiquitate. In contrarium facit, ꝙ
illa cōmunio non intelligitur in culpa, ex eo quòd altera
uilla fuit in culpa,ſed iſta conſti.ideo punit uniuerſitatē,
in qua cōmiſſum eſt maleficium, quia non diligenter cu-
ſtodiuit territoriū,ut dicam infra, q. 10. ideo culpa unius
uillæ non debet attribui alteri uillæ.& ita determinat Al-
be.de Roſa.in 2.parte ſtatu.q.75.quæ incipit, Itē quæro,
duæ cōmunitates.& dicit,quòd iſtā q.poſuit in l. ne quid.
ff.de incendio,rui.naufra. Octauò quæro,reperitur homo
occiſus in territorio unius uniuerſitatis,agnati accuſant a-
liquem,uel aliquos de homicidio,facta publicatione, non
reperitur accuſatus culpabilis, an poſſit procedi contra u-
niuerſitatem de homicidio clande.Gl.hic in uerbo,argui-
tur, tangit bene iſtam q.& arguit ad partes. & in fine de-
25 terminat, † quòd non ſufficit, quòd ſit facta accuſatio con
tra particulares homines de homicidio,ad hoc,ut nō poſ-
ſit procedi ad pœnam pro homicidio clande. contra uni-
uerſitatem,ſed requiritur,quòd ſit probatum id, quod in
accuſatione continetur, p leges,quas hic glo.alle.& bene,
cui adde glo.& ibi per Io.de Imo. & Alex. in l.ſi prius. in
11.col.& ibi Iaſ.in 8.col. ff de ope.no.nun. ubi fit mentio,
quòd quis agat,intelligitur, quòd probet: unde ſi ſtatutū
dat præmiū agenti, intelligitur, ſi et probauerit. facit glo.
in l.1.in prin. ff.ſi quadrupes pauper. feciſſe dicatur. & in
l.4.in prin.ff.ui bonorum raptorum,cum concordan.alle-
gatis per Ale.in d.l. ſi prius. Item ſi ſtatutū diſponit, quòd
accuſans lucretur certum quid,tunc lucratur,ſi probat,ſm
Ludoui.in d.l.ſi prius.quia uerba ſunt intelligenda cum ef
fectu.l.1.§.fi.ff.quod quiſq; iuris.c.in his. de uerbo. ſig.cū
ſimilibus. & Moderni ibi non habuerunt notitiam de iſta
glo.hic,quæ allegatur ita copioſè in iſta materia,quòd nō
habet ſociam. ideo no.eam. Nonò quæro unà cum glo. in
26 uerbo,occiſus. † Quid ſi aliquis clàm & occultè percuſſit
aliquem,ſed tunc non fuit mortuus, ſed uixit per aliquos
dies, & deinde ex illa pcuſſione mortuus fuit, & facta in-
quiſitione nullus reperitur culpabilis, an procurator fiſci
poſsit agere ad pœnam contra uniuerſitatem pro iſto ho-
micidio clandeſt.Et concludit hic gl.quòd non,p tex. hic,
ibi dum dicit, qui reperitur occiſus. & ſic uult, quòd ad
hoc,ut habeat locum pœna huius conſtitutionis cōtra uni
uerſitatem,requiritur,quòd homo reperiatur occiſus.Cui
adde id,quod dicit Bar. in contrarium in l.1.§.diuus.ff. ad
leg.Cor.de ſicar.ubi dicit,quòd iſtud uerbū,occiſus,nō ue
rificatur,niſi morte ſequuta. inde tex.in l.1. §. occiſorū. ff.
ad Syllan.dicit,quòd occiſus dr̄, qui per uim mortuus eſt:
omnis enim occiſus mortuus dr̄,ſed non eſt econtra,ut in
l.qua actione. §.occiſum.ff.ad leg. Aquil. ſatis enim dr̄ in-
ueniri occiſus,ſi præceſſit uiolēta percuſſio, ex qua poſtea
mortuus ſit. Sed hoc non obſtante dico,quòd gl. dicit ue-
ritatem,quia hoc uerbū, quod reperimr in tex. poſitum,
importat,quòd ultimo occurrit inuenire, ſm Papi. ut re-
fert Lucas de Penna in l.interualla.in uerbo,reperit. C. de
27 muneri.& honor.lib.10.† Et ſic patet,quòd reperire eſt ca
ſu,inuenire eſt per ſtudium,& artem.inde Ouidius.

Tu non inuenta, reperta es.

Et pro hoc allego tex.in l.fi.ff.de his qui fili.occide.& ſic il
le,qui fuit percuſſus, & poſtea mortuus,non dicitur inuen
tus occiſus. Decimò quæro, quæ fuit ratio, quòd Impera-
tor Federicus uoluit per iſtam conſtitutionem, ut damna
clandeſtina emendentur per uniuerſitatem loci, ubi factū
eſt damnum clandeſtinum, & ſoluatur pœna per uniuer-
ſitatem loci,ubi repertus eſt homo occiſus, & per inquiſi-
tionem, uel accuſationem neſcitur à quo ſit occiſus? Glo.
hic in uerbo,damnis clandeſtinis. dicit, quòd rō eſt, quia
pſumuntur poſſeſſores territoriorum, ubi tales exceſſus
cōmittuntur,cōmittere,per l.ne quid.ff.de incen.rui. nau-
fra. Per quā legem dicit ibi Bar.de Cap. quòd ubi aliquis
diſrobatur in nemore, ſi non poſſunt ſciri malefactores,
tenebunt homines locorum uicinorum: & dicit, quòd ex
hoc dicto ipſe dedit literas diſrobatis, licet hæc cōſtitutio
in hoc caſu non loquatur, & licet glo.ibi exponat, à poſſeſ
ſoribus,ideſt,raptoribus: tñ tex. ſm eum, debet intelligi
iuxta literam,quādo raptores inueniri non poſſunt & hoc
ſatis innuit tex. ibi circa finem. ibi, à domino poſſeſsio-
nis. Vel præſumitur, quòd uniuerſitas ipſos malefacto-
res receptauerit, ut in conſtitu.præcedenti.ant, ſicut mul-
toties, eos eſſe in negligentia, & ſic in culpa in non dili-

gentet

genter cuſtodiendo eorum territoria à malefactoribus, vt
in legibus in gl. allegatis. & quia iſta præſumptio non ſuf-
ficit ad condemnandũ criminaliter eos: ideo ciuiliter con
demnantur ad emendam ſimplicem, ſ. damni: & ad pœnã
28 pecuniarã pro clandeſtino homicidio. † Quia ex præſum-
ptionibus nemo poteſt cõdemnari criminaliter, ſed tñ ci-
uiliter, vt dicit Anto. de Bur. in c. afferte. de præſum. & no.
in l. fi. C. de probationi. cum ſimilibus, & patet expreſsè
hic in glo. prædicta. And. hic in 1. col. aliter dicit videlicet,
quod ratio eſt, quia illi de vniuerſitate præſumuntur ſcire ma
lefactores, quia ibidem conuerſantur, per leges, quas ipſe
And. alleg. & ego ſuprà allegaui in 2. not. bene facit c. 4. de
præſump. & c. cum dilectus. de purga. cano. ſic ẽt vicini p̃-
ſumũtur ſcire naufragium, vt in l. quoties. C. de naufra. &
no. And. in Authen. naufragia. de ſtatutis cõtra libe. eccle.
ædi. in vſibus feudorum, & ibi concordantiæ per eũ. Qui-
bus addo ẽt Bal. in l. 1. in prin. & in 2. col. C. loca. vbi dicit,
quòd vicini præſumuntur ſcire ea, quæ fiunt in loco. vide
ad hoc Alex. in 1. vol. conſi. 36. 2. col. & conſi. 141. 7. colu.
Tamen non omnes ſunt torquendi, & pro hoc eſt bonus
tex. in l. ſi ita. in fine. ff. de fundo inſtructo. & no. Barto. in
l. fin. ff. de quæſtio. & in l. de minore. §. tormenta. verſi. di-
xi, quòd fama, eod. tit. & Bar. in 3. col. ff. ſi certum petatur.
Sed aduerte, quia Bal. in l. 1. C. de col. detegenda, quem al-
legat Alex. in 1. vol. conſi. 71. incip. videretur prima conſi-
deratione. vbi dicit, quòd illud, quod dicitur, quòd vici-
nus præſumitur ſcire facta vicini, p iura præallegata: hoc
debet intelligi de his, quæ oculis vicinorum latere nõ de-
bent: vel illud verum in actibus, qui habẽt tractũ ſucceſsi-
uum, ſecus ſi momentaneũ, idem dicit Pau. de Caſt. in d.
l. 1. ſi cer. peta. Quare ego ſum in opinione, quòd ratio hu
29 ius conſti. fuit: † quia præſupponendum, quòd vniuerſita
tes debent cuſtodire eorum territoria à malefactoribus: ſi
cut cõgruit præſidi, vt in l. congruit. ff. de officio præſidis.
& licet non reperiatur iure cautum, quòd vniuerſitas de-
beat cuſtodire territoriũ à malefactoribus: ſed eſt potius
officium regium cuſtodire regnũ à malefactoribus: quia
ideo habet redditus regni, vt dicit hic And. in 1. & vlti. co
lum. in conſtitutione præced. tamen ex quo iſta conſtitu-
tio vult, quòd damna clande. emendentur per vniuerſita-
tem, & vniuerſitas ſoluat pœnã pecuniariã pro homi. clan
deſtino: tacitè vr̃ voluiſſe, quòd cuſtodia territorij à male
factoribus ſpectat ad ipſam vniuerſitatem. & ideo ſi uni-
uerſitas probaſſet, quòd bene diligenter cuſtodiuit territo
rium à malefactoribus, vel fecit omnem conatũ in cuſto-
diendo taliter, quòd non poteſt ei culpa imputari: tunc u-
niuerſitas non tenetur ad emendationẽ damni: uel ad pœ-
nam pecuniariã p homicidio clande. vt firmat And. in d.
conſt. p̃cedenti: & ibi dixi in 3. no. & voluit Bar. in l. 1. §. oc
30 ciſorum. ff. ad Syll. † Vndecimò quæro, an ſi reperiatur ho
mo occiſus, qui ſit monſtruoſus, habeat locum pœna hu-
ius conſtitutionis? Dicit Io. de Imo. in l. quod dr̃. ff. de libe.
& poſthu. quòd ſi talis habet caput animalis, nõ eſt homo,
vt no. in l. non ſunt liberi. ff. de ſta. homi. & in l. oſtentum.
in fi. ff. de uerbo. ſign. ſecus quãdo habet plura, uel paucio-
ra membra. & idem dicit Ang. de Are. in tract. de malefic.
in verbo, ex interuallo. in 5. col. Duodecimò, & vltimò q̃-
ro, ecce uniuerſitas ſoluit pœnã pro clandeſtino homi. de-
inde repertus eſt homicida, an poſſit pœnam ſolutã fiſco
repetere? Vr̃ quòd ſic, per tex. in l. in cõmodato. §. fi. ff com
modati. facit lex 2. §. ſi res. ff. de legem Rhod. de iac. & l. ſi
fullo. ff. de condi. ſine cauſa, quas leges ad hoc alleg. Albe.
de Roſ. in 2. parte ſtatu. q. 94. incip. quid ſi ſtatuto cauea-
tur. Quid autem, ſi aliquis reperierit hominem occiſum,
uel corpus mortuum in uia publica, & ipſum ſpoliauerit,
qua pœna puniatur? Vide infrà, in conſtitu penul. quæ in-
31 cipit, ſi quis aliquem occiſum. † Quintò no. ex tex. ibi, abo
minamur. quòd homicidium non ſolùm eſt abominabile
principi, i. quia ſibi diſplicet, ut hic: ſed ẽt omnibus homi-
nibus eſt abominabile, & ideo dr̃ in Prouerbijs 16. c. abo-
minabiles ſunt, qui impiè agunt. ſic ẽt abominales ſunt
ſuperbi, ut patet in Leuitico. c. 11. Oblationes enim impio
rum, ẽt abominabiles ſunt. dicit tex. in c. non eſt. 1. q. 1. itẽ
abominabilis homo dr̃, quiſquis dixerit iniuſtum iuſtum,
uel iuſtum iniuſtum, ut in c. ſi quis dixerit. 11. q. 3. item ſa
tis abominabile dr̃, traditiones patrum infringi. Sextò nu.
tex. ibi, arguatur, quòd de homicidio clãdeſtino poteſt p-
cedi per viam accuſationis factæ ab his, qui defuncto attĩ
nuerunt; uel à quolibet de populo. & ſic ordine ſucceſſi-
uo permittitur accuſatio de homicidio, ut primò agnatis,
ſecundò exteris. Sed an mulieres poſſint accuſare de mor
te earum conſanguinei, ſi maſculus conſanguineus accu-
ſat? Vide Salicetum in l. uxor. & in l. de crimine. C. qui ac-
cuſa. non poſſunt. & in l. 2. ff. de accuſ. & Aret. in tractatu
de malefic. in uerbo, nec non ad querelam, in 10. col. & nõ
ſufficit accuſare, niſi probet accuſationem, ut ſuprà dixi in
32 4. notab. in q. 8. † Septimò no. ex tex. ibi, conſti. noſtræ.
quòd qñ Imperator refert ſe ad aliquam ſuam conſtitutio
nem, & illa non reperitur, intelligitur de præſenti conſtitu
tione, quam condidit, ſi illa eſt deciſiua, ſicut eſt iſta. idem
no. glo. in l. admonendi. in princ. ff. de iureiuran. alia glo.
eſt in Auth. de reſti. §. quoniam. & in l. ut liberis. C. de col-
la. & in c. ſi Romanorũ. 90. diſt. Octauò no. ex tex. ibi, inqui
ſitionem de prædicto facinore fieri uolumus diligenter.
quòd eo ipſo, quòd ad notitiam officialis habentis merũ
& mixtum imperiũ peruenit, quòd homo repertus eſt oc-
ciſus in loco ſuæ iuriſdictionis, incontinenti debet proce-
dere ex officio ad faciendam diligentem inquiſitionẽ, ad
inueniendum culpabiles in tali homicidio, uel ad inueniẽ-
dum indicia contra eos, & ideo iſta inquiſitio debet præ-
cedere, antequam ueniatur ad cõdemnationem pecunia-
riam contra uniuerſitatem, aliàs ea omiſſa eſſet cõdemna-
tio ipſo iure nulla, ut probatur in c. prouida. de electio. li-
33 bro 6. † Et in iſta inquiſitione non eſt neceſſarium, quòd
p̃cedat infamia contra aliquem, quia tunc proceditur ſup
delicto certo contra incertam pſonam, ſm̃ Bart. in l. 2. §. ſi
publico. ff. de adul. & no. Doc. in c. 1. de offi. ordi. & in c. 1.
de poſtu. præla. fit enim iſta inquiſitio ad uindictam publi
cam pp iniuriam factam reipublicæ, ut in Auth. de man-
da. prin. §. ſi delinquẽtes. & no. ff. de publicanis. l. licitatio.
§. quod illicitè. & dr̃ præparatoria inquiſitio, cum certum
ſit, quòd commiſſum ſit homicidium, ut in l. congruit. ff.
de offic. præſi. & c. pernicioſam. de offi. ordi. ſed incerta eſt
perſona, ideo dr̃ præparatoria, ut dicit Spec. in tit. de noto.
crimine. §. 1. in fi. Et in primis examinet iudex teſtes, qui
uiderunt illud corpus hominis interfecti in tali loco ſuæ
iuriſdictionis, deſignando confines, ut dicit Bal. in l. ſi quis
filio. §. quatenus. ff. de iniu. rup. irritoq; teſtam. Idem dicit
Inn. in c. ſuper litteris. de reſcrip. no. Bar. in l. fi. ff. de q. dum
alleg. l. is qui. §. ſi tu Titium. ff. de furtis. ſed ego allego tex.
& glo. in l. 1. §. illud. ff. ad Syllan. in uerbo, locus ſit. Et bo-
num eſſet inquirere de nomine & cognomine ipſius re-
perti occiſi, & ſi non poteſt de hoc haberi notitia, non cu-
ro, per gl. 2. q. 8. libellorum. & uolunt Bal. Ang. & Imo. in
l. quoties. §. ſi quis nouum. ff. de hæredi. inſti. no. Ange. de
Aret. Inſti. de actio. §. quadrupli. uerſi. 4. inducitur. Deinde
procedat ad examinationem quorumcunque teſtium. &
dicit Hoſt. in ſumma de inquiſitionibus. §. & qualiter pro-
cedatur. ſubaudi prius, eis citatis, ſm̃ Bal. in l. ea quidem.
34 in 7. col. C. de accuſa. † Et numerus teſtium examinando-
rum eſt in arbitrio iudicis, ut no. in c. cum cauſam. in gloſ.
penult. extrà de teſtibus, quia nõ reperitur à iure deciſum,
argu. no. in c. de cauſis. cum concordan. de offic. delega. Et
interrogabit teſtes de multis circunſtantijs, iuxta not. per
Bart. in l. fin. ff. de q. & ille iudex, qui potuit inquirere de
homicidio clandeſtino, & ſic de præparatorio, poterit fer-
re ſententiam contra uniuerſitatem, & condemnare ip-
ſam ad pœnam, ſi non reperitur malefactor, per multa ſi-
milia, quæ alleg. Decius Doctor Modernus in rubrica ex-
trà de iudicijs, in decretalib. Cætera de materia iſta inqui
ſitionis, quæ eſt multùm prolixa, ex quo multę ſunt eius
ſpecies, remitto me ad plenè ſcripta per Bald. poſt Nicolaũ
de

de Matarellis,in l.iubemus.C.de probatio.& in l.data ope
ra.C.qui accuſa.non poſſunt. & melius in l.ea quidem.C.
de accuſa.& ad Aug.in l.ſi vacantia,C.de bonis vacan. lib.
10.& ad hoc in d.§.ſi publico.& ad ſummiſtas in decreta-
libus.in titu.de inquiſitionibus,qui eſt poſt titu. de accuſa
tionibus. Nonò no. ex tex. ibi, iuxta probata inquiſitionis
35 eiuſdem procedendum eſſe cenſemus. † ꝙ ſi per inquiſi-
tionem prædictam de homicidio clandeſti.factam contra
incertam perſonã conſtat de malefactore,ſiue homicidia-
rio,non proceditur per dictum proceſſum inquiſitiuũ con
tra illum homicidam ad puniendum eum de homicidio,
ſed proceditur contra eum legitimè ad eum citandũ rea-
liter,& examinatur,& ſi cõfitetur delictum ſuum, & nul-
las habet excuſationes legitimas, tunc condemnabitur ad
pœnam contẽtam in conſti.ſuprà,Terminũ vitæ,quia con
feſſio iſta ſpõte facta in iudicio inducit nototiũ, ſm And.
hic in 4.colum.& nihil allegat,potuiſſet allegare c. veſtra.
de cohabitatio. clericor. & mulierum.Itẽ iſta cõfeſſio de-
linqnentis in iudicio de crimine abſque tortura,iudice ſe-
dente pro tribunali,ſufficit ad condemnationem,vt in l.1.
C.de confeſſis,& in l.ſi confeſſus. & ibi per Bar. ff. de cuſt.
reo.bonus eſt tex.in c.1.de accuſa.lib.6.voluit Inn. in cap.
qualiter & quando.In primo,de accuſa.no.Abb. Sicu.in c.
at ſi clerici.in 1.col.de iudicijs. ſed ego cõſulo iudicibus,
ꝙ ſemper habeant confeſſionem delinquentis ſpontè fa-
ctam,& dent terminum ei ad ſe defendendum:& tunc ni-
hil prnbando contra confeſſionem, dr̃ perſeuerare in ipſa
confeſſione, vt dicit notanter Sali.in l.2. C. de cuſto. reo-
36 rum. † Si autem iſte criminoſus interrogatus ſuper dicto
crimine negauerit,& ex proceſſu inquiſitiuo prædicto ha
bet teſtes contra eum de veritate facti,vel indicia ſufficiẽ-
tia ad torturam,caueat iudex,ne procedat ad torturã,quia
ille proceſſus, & teſtes recepti ſuper dicta inquiſitione nõ
probant contra illum criminoſum. Sed oportet, vt iudex
formet capitula inquiſitionis contra ipſum criminoſum,
& ſuper illis debet interrogari, & ſcribi eius reſponſio in
quolibet ca.& dabit terminum ad probandum incumben
tia ſibi,& fiſco,& immediatè faciat citare ipſum inquiſitũ
ad videndum iuramenta teſtium,qui deponunt contra eũ
in illa inquiſitione generali: aliàs dicti teſtes nõ probant,
vt poſſit per eos deueniri ad torturã,ita in ſpecie dixit Bal.
in c.1.§.iniuria.6.col.de pace iuramento fir.alleg. Bar.poſt
Nico.de Mata.in l.2.ff.de adul. Io.And.in nouella, in c.1.
de offic.ordi.& Inn.in c.bonæ.de elect.Atchid.l. diſtin.ca.
miroe.cui adde Abb. Sicu. in c.2.in 3.col.verſ.3.caſus, qñ
proceditur per uiam inquiſitionis. extra de teſtibus. vide
ea quæ dixi in d.§.iniuria.& in l.ſi vacantia.C.de bonis va.
can.li.10.idem tenet Bar.in l.fi.in fi. ff.de q. & ibi uide bo
nas allegationes in apoſtillis per Alex. & uide Ludoui. in
l.1.§.ſi quis in villa. ff. ad Syllan. & Bal.in d.l.congruit.ff.
de offi.præſi. vel index faciat venire teſtes in præſentia ip-
ſius criminoſi,qui teſtificabuntur coram eodem crimino-
ſo.& hoc operabitur plus,quàm ſi fuiſſet citatus ad viden
dum iuramenta teſtium,quia habito effectu, nõ curamus
de modo,ut dicit Bal.in l.ſi quis odo.in fi.C.de teſt.Itẽ quia
iudex poteſt partem monere, vt videat iuramentũ teſtiũ,
37 † & habet vim trinæ citationis.l.2.C.quomodo & quan-
do iudex.& no.in c.conſuluit.de offi.deleg. Item ualent de
poſitiones teſtium,quando in præſentia partis, & iudicis
teſtes deponunt,vt dicunt domini de Rota deciſ.360.Sed
iuxta hoc quæro,datis capitulis illi criminoſo,petit crimi-
noſus duo. primò, ꝙ detur ſibi copia teſtium deponentiũ
contra eum,ut poſſit ſe defendere. ſecundò petit,ꝙ libere-
tur à carceribus,cum ſit paratus dare fideiuſſores idoneos
de ſtando iuri, quæritur an ſit ſibi danda copia dictorũ te-
ſtium,& indiciorum,& an ſit relaxandus fideiuſſoribus,ſi
contra eum in dicto proceſſu inquiſitiuo ſunt indicia ad
torturam?De iſta ſecunda dicetur infrà,in conſti.humani-
tatem. circa primam, videlicet,circa copiam repertorum
38 petitam,dicit hic And.in prin.2.col. † ꝙ iudex debet dare
copiam indiciorum,pp quæ tormentare vult,cui adde ca-
pitulum Regis Caroli II. quod incipit, in generalibus. u-
tem inquiſitionibus.char.26.ubi dicitur,ꝙ etiam probato
crimine in generali inquiſitione, notatus ſi petit copiã re-
pertorum, ſit ei danda, nec capiatur, ſi paratus eſt dare fi-
deiuſſores. Item eſt aliud capitulum regni eiuſdem regis,
quod incipit,habetur quæſtio.vbi dicitur,ꝙ debet dari co
pia repertorum ei,qui venit quæſtionandus, & etiam ha-
bet copiam reclamandi. Item aliud capitulum eiuſdẽ re-
gis idem mandat dari copiam repertorum inquiſito gene
raliter, vel ſpecialiter, dummodo inquiſitus non ſit leuis
perſona:ſi ſit leuis perſona,non datur ſibi copia repertorũ,
ut ibi,char.26.& in hoc concordat infrà, in conſti. regni,
q̃ incipit,lecturas, & alia conſtitutio,quæ incipit,his qui.
de inquiſitionibus,& ſic habetis vnum caſum,in quo non
datur inquiſito copia repertorũ,videlicet qñ inquiſitus eſt
leuis vitæ. Sed poſtea hoc corrigitur vt patet infrà,in con-
ſti.ivẽ diram, & duram. Secundum caſum habetis, in quo
non datur copia repertorum, qñ crimen eſt notorium, ut
dicit Ang.de Are.in tract.de maleſi. in ver.etiã per modũ
notorij. Alium caſum habes,ubi non datur copia teſtium,
videlicet,quando teſtes ex officio, non ad denuntiationẽ,
vel accuſationem ſunt recepti ſuper infamia de tali crimi-
ne contra aliquẽ,iudex non dabit ſibi petenti copiã reper-
torum,ſm Gan.in tit.quomodo cognoſcatur de maleficio
per inquiſitionẽ,quem ad hoc alleg.Aug.in addi. ad Ang.
de Aret.in tract.de malef.in verbo,hæc eſt quædam inqui-
ſitio.col.9.& dicit Ang.de Are.in eo.tract.in verbo, mero
39 officio, † ꝙ quando proceditur ex officio, non eſt neceſſe,
ꝙ copia inquiſitionis detur reo,alleg.Ant.de But.d.c.qua-
liter & quando.& capitulum inquiſitionis,de accu. & An
ge.in d.l.ſi uacantia. ſed tu hoc intellige, prout dr̃ infrà,in
conſti.hi qui.Itẽ adde, quia de iure communi copia indi-
ciorum eſt danda parti,quia ſuper eis debet diſputari, ut
dicit Bar.in d.l. fin. in penul.q.ff.de q.& l.cuſtodias. ff. de
pub.iu.& in l.vnius.§. reus. & §.cogniturum. ff.de quæſt.
voluit Bal.in l.2.in prin.C.de eden.& firmant Doc.in c.cũ
oporteat.de accuſ.& firmat Alex.in 1.vol.conſi. 65. quod
incipit,habita ſuper contentis.in 1.col.patet ergo ex præ-
dictis,ꝙ antequam deueniatur ad torturam,danda eſt co-
pia repertorum.non ergo dicunt dicta iura,ꝙ detur copia
repertorum,antequam teſtes ſint repetiti,parte citata. Et
ideo vidi ſeruatum eſſe in magna curia Vicariæ, ꝙ nũquã
datur copia repertorum inquiſito, niſi prius reus reſpon-
deat capitulis,& repetitis teſtib. examinatis ad inquiſitio-
nem,præcedente citatione partis ad videndum iuramenta
teſtium,ut in l.ſi quando.C.de teſti.cum concor.ſuis.& in
hanc opinionem, ꝙ ſit danda, antequam torqueretur, co-
pia indiciorum de iure etiam homini malefactori, firmat
Aug.in dicto opere; in verbo,fama publica.in 5.char.Ho-
die fui interrogatus,utrum debeat dari copia allegationũ
in iure alteri parti. Iaſ. Doctor modernus,in duobus locis
tangit hoc dubium, uidelicet in l.1. §.edenda. ff.de eden-
do,& in l.is apud quem.C.eo.ti.in quibus locis concludit,
ꝙ debet dari copia allegationum, ſed ipſe non vidit Iaco.
de Bel.in Auth. ut in medio litis non fiant ſacræ iuſſiones,
vbi per illum tex. dicit, ꝙ non datur copia allegationum,
40 quia ius eſt certum,& hoc iure vtimur. † Secundò quæro,
ecce,ꝙ non eſt niſi vnus teſtis de uiſu contra iſtum inquiſi
tum de homicidio clandeſtino,an ex dicto unius teſtis iu-
dex poſſit ipſum torquere? Videtur ꝙ nõ, quia capitulum
regis Caroli II.ꝙ incipit,tormẽta. ad char.26. expreſsè di-
cit,ꝙ ſine indicijs non ponitur quis ad tormenta.Et ſic vi-
detur,ꝙ non ſufficit vnum indicium,ſed duo ſaltem indi-
cia requiruntur, quia etiam iura communia loquuntur in
plurali,dum loquuntur de indicijs,ut in l.1.in princ. & in
§.idem Cornelio.ff.de quæſt.& C.eo.tit. l.milites.quas le-
ges allegant hic And.& Ioan.And.in addi. Specu. in tit.de
præſum.§.ſpecies.in addit. quæ incipit,hic eſt inſtandum,
& c.ſubdit tamen Ioan.And. ibi, ꝙ licet de iure requiran-
tur in plurali indicia, tamen contrarium ſeruatur, quia ex
vnico indicio torquetur. & iſtud dictum Ioan.And.refert

Alex.

Alex.in 1.vol.conſi.77.incip.viſa inquiſitione &c. in fina-
libus verbis ſuis.& ſentit Bal.in l.fi.C.fami.erci. circa fi. &
in l.in bonæfidei.verſi.5.opp.C. de iureiur. dicit, ꝙ ex di-
cto vnius teſtis de viſu deuenitur ad tormenta,alleg.l.ma-
41 ritus.& l.de minore.§.tormenta.ff.de q.† Item ſemper ſo-
lemus dicere,ꝙ vnus teſtis de viſu facit indicium, ſm glo.
in l.ſi quis.C.ad leg.Iuliam maie.& Sali.in l.fi.C.de q.ſed
non ſemiplenam probationem in criminalibus, ſm Ioan.
And.in nouella,in c.cũ in contẽplatione. de reg. iur.dum-
modo ſit omni exceptione maior,ſm And.hic,& Bar.in l.
1.§.idẽ Cornelio,& in l.maritus.ff.de quæſt. & firmat An-
ge.in d.l.ſi quis. & in l.fi.in fi. C.de quæſt. & firmat Abb.
Sicu.in c.1.de confeſſis.& in conſi.ſuo 16.& firmant Mo
der.poſt Bar.in l. admonendi. ff. de iureiu. & ideo ſi vnus
teſtis de viſu ſolum facit indicium, & iura requirunt indi
cia in plurali,non videtur, ꝙ ex dicto vnius teſtis de viſu
quis poſſit de iure torqueri. In cõtrarium tamen determi-
nat hic And.in fi.2.col.dicẽs,ꝙ fortior eſt probatio per vi-
ſum vnius teſtis omni exceptione maioris, quàm ſint duo
b In conſilio 8.] Adde Hip. in practi. cri. in § diligenter, nume. 74. & 98. & tex. in l. ii vnni. §. ſi teſtes. ff. de queſt. C. ganle. in conſi. ſuo poſito, in fi. ſui operis, fol. 24.

c Damnum.] Damnum inchoatum in vno territorio, & finitum in alio territorio, per quod territorium debet emendari, uide Bal. in l. ſi quis non, col. 3. C. de epiſc. & cler.

De ſurripientibus aliquid de naufragijs, vel incendijs. Rub. XXVIII.

DICTVM eſt ſupra tit. proximo de violentia, quæ committitur per occidentẽ hominem clandeſtinè, & de violentia, quæ committitur in damnis clan. verũ qoia interdom committitur violentia in rebus, quæ fuerunt io vaſello apto ad nauigandum, & illud vaſellum patitur ruinam ex naufragio, vel in rebus, quæ perduntur propter tumultum incendij, quæ res ſont dominorum, quorum per prius erant, ut io iuribus infra allegandis, de qoibus sapinis non erat dictum, ideo ſequitur hæc rub. Et ſcias, quòd in ff. eſt titu. de incend. rui. naufrag. qui loquitur de iſta materia, & dicit l. fi. eod. titu. qood res iſtæ ſunt dominorum, quorum erant ante naofragium, ad idem l. 1. §. 1. ff. depoſiti. & ff. ad l. Rhodiam de iactu. l. qui leuandarum. & de naufragijs. l. 1. lib. vndecimo, & Inſtitu. de rerum diui. § fi. & tex. in authen. nauigia. C. de furtis. quæ eſt poſita etiam in fi. vſuum feudorum. de ſtatutis contra liber. eccleſ. editis. & ibi per Andr. & in cap. cum dilecti. §. quòd ſi excuſationes illas. de accu. & in c. excommunicationi. de raptoribus, & vide Specu. eod. titu. de raptorib. §. 1. verſi. cæterùm. vbi ponit libellum in iſta materia, & poſitiones actoris, & rei. & in iſtis iuribus præallegatis ſunt diuerſa dicta de iſta materia, de quibus dicetur infrà in tex. ſequitur oigrum.

SVMMARIVM.

1 *Raptores rerum, quæ paulò ante naufragium, vel combuſtionem domus, vel ruinam ſubitaneum erant dominorum, qua de cauſa grauius puniantur, quàm hi qui res extra hos caſus rapiunt.*

2 *Raptores rerum eorum, qui naufragium, incendium, vel ruinam paſſi ſunt, qua diſtringuntur ſeueritate.*

3 *Conuictus, vel confeſſus de crimine raptus rerum naufragij, incendij, vel ruinæ, plectitur morte.*

Naufragorum res nemo ſurripere debet.

4 *Piratæ & hæretici ſunt ipſo iure diffidati, & poſſunt impunè rebus ſuis ſpoliari.*

Statuto imperatiuè verba in iudicem dirigente, non poteſt iudex pœnam ſtatuti variare.

5 *Conſuetudo, quòd res naufragorum ſint fiſci poſt triduum, eſt inualida.*

Doctores boni per regem electi à conſilijs ad multa vtiles ſunt.

6 *Rege aliquibus in mari indemnitatem promittente, an illis naufragium patientibus, & intra triduum bona amiſſa non petentibus, teneatur reſtituere fiſcus regius.*

7 *Naufrago res, quas recuperare potuit, penes aliquem deponente, an depoſitum illud negans poterit applicari torturæ.*

Depoſitarius res negans depoſitas, eaſdem rapere cenſetur.

8 *Rapina committi non poteſt abſque violentia.*

Rapiens res ex incendio, ruina, vel naufragio, non ſemper incidit in pœnam.

9 *Fiſco an debeatur aliquod ius ſolutionis, ſeu gabellæ ex mercibus nauis naufragatæ.*

10 *Rapientes res ruinam paſſi tempore ruinæ, vel incontinenti poſt, plectuntur morte.*

11 *Chriſtianus naufragium, ruinam paſſus, vel incendium, opem, vel auxilium & ſecuritatem ſperat à fratribus in Chriſto.*

12 *Irretitus quis propriè dicatur.*

13 *Anima vna eſt mille corporibus pretioſior.*

14 *Opem & auxilium oppreſſo præſtare debet quilibet pro viribus ſuis.*

15 *Defenſionem hominis ignoti, an poſſit quis aſſumere omni actione ceſſante.*

16 *Offenſum defendere, & etiam ad defenſionem rerum iuuare quilibet poteſt & debet.*

Deprehenſus in delicto, quando quis dicatur.

17 *Probatio legitima per duos teſtes fieri dicitur.*

Succeſſoris nomine venit ſucceſſor vniuerſalis.

18 *Hæredes damnati ad mortem propter rapinam, qualiter damnum paſſo ſatisfacere teneantur.*

19 *Pœna quadrupli pro rapina in naufragio, ruina vel incendio impoſita, eſt domino res raptæ applicanda.*

20 *Negligens ſuccurrere naufragio, ruinæ vel incendio, vnius auguſtalis pœna punitur.*

Vicinus ſcientiam naufragij, ruinæ vel incendij habere præſumitur.

21 *Bona quæ ex naufragio ſuperſunt naufrago, non veniunt applicanda fiſco.*

Fiſcus tanquam ſucceſſor vltimus bona naufragorum capere poteſt deficiente legitimo hærede.

RAPINAS. Pro clariori intelligentia
iſtius conſtitutionis diuido eam in tres
partes. In prima Imperator reſpondet
tacitæ interrogationi, videlicet, quæ eſt
1 ratio, † q̄ ſeuerius ſunt puniendi illi,
qui rapiunt res dominorum, quæ erant
paulò antè naufragium nauis, uel paulò antè domum cõ-
buſtam, uel paulò ante ſubitaneam ruinam, quàm illi,
qui ſimpliciter rapiunt res alienas extra dictos tres caſos.
& reſpondet, quòd ratio eſt iſta, qnia iſti raptores rerũ nau
fragij, oel incendij, uel ſubitaneæ ruinæ ſecurius dictas ra-
pinas committont, ex quo domini ipſarum rerum ſuot ir-
retiti, ideſt retenti, uel capti periculis naufragij, uel ſubita-
neæ ruinæ, & ideo effecti ſunt incauti circa cuſtodiam re-
rum ſoarum, quia homo magis intendit, ubi eſt maius pe-
riculum, oidelicet, circa ſaluandas perſonas, quàm io cuſto
dia rerum ſuarum, & rationabiliter non debent timere, q
debeant pati damnum, ideſt, rapinas in dictis caſibus ab il-
lis perſonis, à quibus exiſtimant habere opem, uel auxiliũ
deſideratum, & neceſſarium. & durat iſta prima pars uſ-
2 que ibi, tales ita rapinas. † Hic quæritur ſecundò, in quo
conſiſtit iſta ſeueritas in puniendo iſtos raptores rerum il-
lorum, qoi paſſi ſunt naufragium, incendium, & ſubitaneã
ruioam? Et reſpondet, quòd talis ſeueritas conſiſtit in hoc,
quia iſti tales raptores coouicti, uel confeſſi per ſententiam
debent cõdemnari ad pœnã capitalem, & ſucceſſores iſto
rum condemnatorum ad pœnam capitalem non debent
condemnari, ſed quatenus ad eos peruenit de dictis rebus
raptis, ipſas reſtituere dominis, nec non quadruplum, &
durat iſta ſecunda pars uſque ibi, eius etiam. In hac tertia
parte Imperator monet omnes, qui hanc facultatem ſuc-
currendi hominibus patientibus naufragium, incendium,
uel ſubitaneam ruinam, ut ſine mora pro poſſe feſtinẽt cũ
neceſſarijs inſtrumentis ſubuenire. Et ſi qui fueriot, qui po
tuerint ſuccurrere in dictis caſibus, & cõſtabit fuiſſe negli
gentes, abſque legitima excuſatione, mulctabuntur pœna
unius auguſtalis. & durat uſque in finem. Et breuiter hoc
3 intendit. † Conuicti, oel cõfeſſi de crimine raptus rerũ nau
fragij, uel incendij, uel ruinæ ſubitaneæ debent cõdemna-
ri ad pœnam mortis, & ſucceſſores eorum ad reſtituen-
dum res raptas, quatenus ad eos peruenit, unà cum qua-
druplo dominis eorum, & in tali periculo omnes, qui poſ-
ſent, debeot ſuccurrere. Quod ſi nõ fecerint, & ſine legiti-
ma

ma excuſatione fuerint negligentes,pœna vnius auguſtalis
mulctabuntur.Nota primò ex tex.ibi,naufragium, ꝙ ſi ali
quod nauigium tempeſtate maris ruptum fuerit,vel aliter
ad terram peruenerit,& res exiſtentes in nauigio peruene-
rint in littore maris,nullus audeat illas ſurripere, vel cape-
re contra voluntatem dominorum, qui paſſi ſunt dictum
naufragium,quia res illæ ſunt dominorum,quorum erant
ante naufragium,vt expreſsè ſtatuit infra conſtitutio, quæ
incipit,dohanæ ſecreti.ſub rub.59.nam per iſtam conſtitu
tionem ſub pœna mortis prohibetur talis raptus, ſed per l.
a in eum.C.de fur.erat pœna quadrupli infra annum: [a] poſt
annum erat pœna ſimpli, & poterat criminaliter conueni-
ri: ſed per auth. nauigia. C.de fur. quæ eſt incorporata in
vſibus feudorum,in ti.de ſtatutis contra liber.eccl.edi.im-
ponitur pœna publicationis bonorum, & alia arbitrio re-
4 gis.† Fallit,niſi naufragium fuiſſet pyratarum,aut hæretico
rum,vt dicitur in d.auth.nauigia, quia res pyratarum poſ-
ſunt impunè deprædari,quia ſunt ipſo iure diffidati, ſecun
dùm Bal.in d.auth.nauigia. Item ſunt hoſtes publici, & in
fames,vt dicit Bal.in l.1.in fi. C.qui bona cedere poſſunt.
Et an dictæ pœnæ in iſto regno ſint ſublatæ propter pœnã
impoſitam in iſta conſtitutione? Dico prima facie, ꝙ ſic:
moueor authoritate Bal.in d.l.in eum. vbi dicit,ꝙ quando
ſtatutum loquitur imperatiue, dirigendo verba ſua in ip-
ſum iudicem,ꝙ ipſe iudex non poteſt imponere aliam pœ
nam,quàm pœnam ſtatuti,quod ſeruare iurauit. ſed ſic eſt
quòd iſta conſtitutio loquitur imperatiue, dirigendo ver-
ba ſua ad officiales,pp illa verba, capitali ſnīa feriendos, ſ.
per iudices: ergo oīs alia pœna,quæ de iure cōi imponitur
raptoribus rerum naufragij, eſt ſublata per iſtam pœnam
poſitam in hac cōſtitutione.Sed aduerte,quia And.de Iſer.
hic tenet contrarium,ſ. ꝙ pp pœnam huius conſtitutionis
non tolluntur pœnæ impoſitæ per antiquas leges, & hoc
pp enormitatem criminis,idem And. infra in conſti.ſiquis
aliquem.in fi.Ego in hoc caſu rapinæ rerum naufragij, iu-
dicarem cum Bal. vbi ſupra potius, quàm cum opinione
And.quia iſta conſtitutio pp grauiorem pœnam,quam im
ponit abſorbet alias pœnas minores impoſitas per ius cōe.
Et de iſto articulo, vtrum pœna impoſita per vnam legem
in vno delicto ſit ſublata,ſi per aliam legem pro eodē deli
cto imponatur alia pœna? Vide gl.ſupra in conſt.ſi quis in
poſterum,& Andr.in conſt.intentionis,& ea quæ vtrobiq;
dixi. An aūt conſuetudo alicuius loci, vel ſtatutum de ca-
piendis rebus naufragij in quaſi vſus proprios excuſet ca-
pientes res ipſas à pœna huius conſtitutionis. Et an valeat
conſuetudo, ꝙ poſt triduum bona naufragorum ſint fiſci?
5 † Dico,ꝙ non:quia omnis conſuetudo, quæ eſt cōtra iſtas
conſtitutiones,præterita,vel futura eſt caſſata,& annullata
per tex.ſupra in proœmio.§ præſentes.& ibi gl.cum alijs iu
ribus per me ibi allegatis.Item quia tex.in d.auth.nauigia,
expreſsè caſſat,& annullat dictas cōſuetudines. Item dicta
conſuetudo,ꝙ poſt triduum bona amiſſa per naufragium,
non petita à rege, vel officialibus regis, debeant eſſe fiſci,
eſt potius corruptela,quàm conſuetudo, ſecundùm Andr.
hic,& bene. licet dicat,ꝙ per regni conſuetudinem aliud
ſeruabatur de facto ſuo tpe, ſed hodie talis abuſus receſſit
propter aliquos bonos ſapientes,quos reges habuerūt poſt
mortem And.qui regnauerunt,& habuerunt eos vt patres
& eis dederunt fidem. Multùm enim operātur boni docto
res,quando rex eos ſibi eligit pro conſiliarijs pro conſerua
tione ſui regni,quia inſtruūt eum, vt abſtineat ab illicitis.
Et dicit gl.in q.7.c.diſpenſationes, ꝙ reges Hiſpaniæ malè
faciunt,qui naues fractas occupant contra diſpoſitionem
l.1.C.de naufrag.lib.11. & iſtam conſuetudinem expreſsè
damnat Papa Honorius in capitulis factis pro iſto regno
ad ſupplicationem regis Caroli Secundi, quæ incipiunt,
abuſum contra naufragos.Et propter dictum abuſum ſub-
nectit quæſtionem, quam dicit eius tempore fuiſſe de fa-
6 cto.† Rex permiſit Ianuenſibus, vel alijs exteris indemni-
tatem,& facere eos ſaluos in mari, & in terra. Pone, ꝙ iſti
ſic aſſecurati patiantur naufragium in regno,& non veniāt
intra dictum triduum,ſecundùm ſupradictam conſuetudi
nem ad petendum eorum bona amiſſa propter naufragiū,
an teneatur regius fiſcus reſtituere ipſa bona perdita per
naufragium virtute dictæ promiſſionis, & aſſecurationis?
Et arguit ad partes, finaliter concludit, quòd quando illa
conſuetudo eſſet rationabilis, teneatur fiſcus reſarcire vir-
tute dictæ promiſſionis, ſecus quando illa conſuetudo eſ-
ſet irrationabilis, & corruptela, prout eſt per iura & ratio-
nes, quas ipſe hic allegat. Quibus addo, quòd iſta deciſio
placet mihi,quia illa promiſſio interpretatur ſecundùm cō
ſuetudinem loci,vt probant iura,quæ allegat Alex.in 2.vo
lumine conſil.37. incipien. viſo & opportune diſcuſſo. in
ſecunda columna, & promiſſio facta intelligitur ſecūdùm
conſuetudinem loci.& bene facit l.quod ſi nolit.§.quia aſ-
ſidua.ff.de ædili.edic. cum ſim.allegat.per Alex. in 4.vol.
conſil.52. in 9. col.quod incipit,circa hanc dubitationem,
& in 5.vol.conſi.46.in fi.& conſi.75.penult.col.ſi conſue-
tudo eſt irrationabilis, & ſic corruptela non intelligitur in
promiſſione de conſuetudine mala,& peruerſa,quia ſic nō
intelligitur quis promiſiſſe falſos denarios, promittendo
denarios,vt in l.Paulus reſpondit.ff.de verborum ſignific.
cum concord.quæ ibi allegantur in gl. ita non intelligitur
promiſſio ſecundùm malam,& peruerſam cōſuetudinem.
bene facit l.non putauit.§.non quæuis.ff.de bon poſſ.con-
7 tra tabu.† Iterum quæro,homo paſſus eſt naufragium,ve-
nit ad terram, & deponit penes tertias perſonas res ſuas,
quas potuit recuperare,non habet ſufficies probationes ad
probandum dictum depoſitum negatum, an iſti, quibus
eſt factum iſtud depoſitum de rebus naufragij, ſi ſunt indi-
cia ſufficientia ad torturam,poſſint torqueri,& ſic teneanſ
tur pœna huius conſtitutionis,ac ſi in ipſis rebus commiſi
ſent rapinam? Text.in l.1.§.1.ff.depoſiti, dicit, quòd ſi ex
cauſa naufragij, incendij, ruinæ, vel tumultus, quod eſt,
quando una pars expellit aliam de ciuitate,ſecūdùm Odof
fred.ibi,factum ſit depoſitum, depoſitarius ſi non reſtituit
tenetur in duplum, ſed eius hæres tenetur in ſimplum ni-
ſi ſit in dolo ex facto proprio. Mihi uidetur, quòd ſi iſte
depoſitarius negauit depoſitum, uidetur res ipſas rapere,
quia contra uoluntatem domini ipſas res naufragij reti-
net.inde dicit glo.in l.quo naufragium. ff. de incend. rui.
naufr. quod illud edictum non ſolùm habet locum in eo,
qui rapit, ſed per interpretationem conuenitur etiam,
qui abſtulit, uel amouit, per textum in eadem lege. §. non
ſolùm. ibi, uel amouit, uel damnum dederit, uel recepe-
rit, & ſupra in eadem lege dicitur, receptores non minus
delinquunt quàm aggreſſores,& per conſequens habet lo-
cum pœna huius conſtitutionis, & ſic poterit habere lo-
cum tortura.His non obſtantibus,contrarium puto uerius,
8 † quia ille, qui furatur, non committit rapinam, quia ra-
pina non committitur ſine uiolentia, ut dicit text.in dicta
l.quo naufragium. in fine ibi, rapi autem ſine ui non po-
teſt. & iſtum textum ad hoc allegat Alexand. in l.tertia.§.
quod prætor.ff.ne quis eum, qui in ius uoc. Et ſic cum iſta
conſtitutio non loquatur de furibus, ſed tantum de rap-
toribus, ceſſat hæc conſtitutio in negantibus depoſitum
ex cauſa naufragij. Et rapina maius delictum eſt quàm
furtum.l.ſi cum exceptione. §.qui uim. ff. quod met.cau-
ſa. Item ſcias,quòd ſi fiat raptus rerum ex cauſa tumul-
tus, quòd non habet locum pœna huius conſtitutionis.
Quia iſta conſtitutio non loquitur niſi in tribus caſibus,
uidelicet, naufragij, ruinæ ſubitaneæ, & incendij. nihil
autem dicit de raptu ex cauſa tumultus, ſicut loquitur di-
cta l.prima,ff.depoſiti. Rurſus quæro, utrum ſit dare ca-
ſum, in quo rapiens rem ex naufragio,uel ruina,uel incen
dio non ſit in aliqua pœna? Dic ꝙ ſic,uidelicet,quando ra
pit,& proteſtatur publicè, ꝙ capit pro conſeruando res ip
ſas domino ipſarum rerum,ut in l.falſus.§.ſi alienum.ff.de
furtis.& Inſtitu.de rerum diuiſio.§.fina. idem firmat Ioan-
nes de Platea in l.prima.C.de naufrag.poſtremò in hoc pri
9 mo no.† Quæro,utrum fiſco de mercibus,quæ ſunt in na-
ui naufragata, debeatur aliquod ius ſolutionis, vel doha-

næ aut gabellę? Dic quòd non, per tex. in d.l.1.C.de naufra
gio. Et ideo dicit ritus regiæ cameræ ſummariæ de iure
fundici.c.fi. quòd ſi vaſellum venit vi ventorum, vel tem-
peſtate maris, vel aliqua iuſta, & euidenti neceſſitate, ceſ-
ſante tempeſtate, & neceſſitate, debet recedere, & nihil
debet ſoluere de iure fundici, ſi nihil exonerauit. de mo-
do autem probandi naufragium, vide in l.quoties. C. de
naufrag. lib.11. Secundò no. ex tex. ibi, incendium. quòd
quando in ciuitate, vel villa incẽditur domus, vbi ſunt res:
& aliquis ante incendium incontinenti, vel in ipſo incen-
dio, vel poſt incendium incontinenti rapit aliquas res il-
lius, qui paſſus fuit incendium, quæ fuerant in domo, quæ
comburitur, ꝙ de hoc conuictus, uel confeſſus debet con-
demnari pœna capitali, & in quadruplum, vt dicit iſta con
ſtitutio, in fi. de quo dicetur in verbo, in quadruplum, de
iure communi tenetur infra annum in quadruplum, poſt
annum tenetur in ſimplum, vt in d.l.in eum. & ibi Bald C.
de fur. & eſt tex. in l.1.in princ.ff.de incendio, rui. naufrag.
vbi dicitur, ꝙ iſta dicitur iuſtiſſima ſeueritas, & ſic vides,
ꝙ iſta conſtitutio ponit grauiorem pęnam rapientib. bona
naufragij, incendij, vel ruinæ, quàm imponat authen. naui
gia. & l.1.ff de incendio, rui. naufrag. & hoc bene pondera
10 uit gl.1.hic. † Tertiò no. ex tex. ibi, aut ruinas ſubitas. ꝙ ſi
eo tempore, quo fit ruina, vel etiam incontinenti poſt ra-
piantur res: habet locum pœna huius cõſtitutionis, & pro
hoc tex. in d.l.1.§.ruinæ appellatio.ff.de incen.rui.naufra.
& ibi gl.in verbo, eo tempore. Quid autem ſi fuit ſuſpicio
ruinæ, vel incendij, & fuit facta rapina in domo, non tamẽ
euenit ruina, uel incendium, an habeat locum pœna huius
conſtitutionis? Dicit, ꝙ non, nec etiam edictum de incen-
dio, naufrag. tex. in d.l.1.§.ſi ſuſpicio.ff.eod.tit. Quid ſi rui
na ſubitanea non eſt ex caſu, ſed per uim, ut uidimus tem-
poribus noſtris, caſtra, turres, & mõtes ruinatos ſubitò per
vim artificioſam, qua Hiſpani uſi ſunt in ruina caſtri Oui
huius ciuitatis Neapolis, an ſi res ibidem exiſtentes rapian
tur, habeat locum pœna huius conſtitutionis? Reſpondeo,
iuriſconſultus facit differentiam inter ruinam ex caſu, &
ruinam, quæ per uim fit, quando fit promiſſio damni infe-
cti, ut in l.damni infecti quidem.ff.de dam.infec. Ergo in
alijs quam in promiſſionib. ſub hoc uerbo, ruina, venit rui
na per vim, arg. l.cum prætor.ff.de iudicijs. cum concordã
tijs. Sed in caſu propoſito præſentis conſtitutionis illa ver
ba, ſubitas ruinas, important, ꝙ ruina venerit ex caſu, & nõ
per violentiam. hoc voluit iuriſcõſultus in l.ſi is qui in alie
na.§.quod ſi ſeruum. ibi, ſubitò in abſcondito.ff.de acquir.
rerum domi. licèt regulariter de ſui natura hoc verbum, ſu
bitò, importet, ideſt repentè, vt in c.audítis. ibi, ſubitò in e-
lectionem prorupit. de elect. Et ex hoc infertur, ꝙ ſi per ini
micitias domus deſtruitur, & in ruinam mittitur, ſi rapian
tur bona, ceſſat pœna huius conſtitutionis. & pro hoc facit
illud, quod ſupra dixi in 1.not. ꝙ ceſſat pœna huius conſti
11 tutionis, ſi in tumultu fiat rapina. † Quartò no. ex tex. ibi, tã
tò ſeuerius &c. & ibi, tanto ſecurius, ꝙ Chriſtianus, qui pa
titur naufragium, vel incendium, vel ruinam, veriſimiliter
credit in hoc infortunio potius habere opem, & auxilium
à fratribus in Chriſto, & ſic à Chriſtianis, quàm ab eis pati
damnum, & hæc rationabilis credulitas præſtat ſibi ſecuri
tatem, quia ibi eſt ſecuritas, vbi perfecta eſt dilectio, dixit
Beatus Ambroſius. 24.q.1.c.non turbetur. & quia præter
credulitatem dominorum euenit, ꝙ Chriſtianis immemo-
res diuinorum præceptorum addũt afflictionem afflictis,
quod eſſe non debet, etiam ſecũdùm legem humanam, vt
in l.nam & ſi parentibus. & ibi Bal.C.de inoffi.teſta. & in l.
precibus.4.col.C.de impub. no. in l.congruit. ff.de offi.præ
ſidis. & in l.detractorib. C.de epiſc.aud. no. in l.Titia.§.qui
in uita. ff.de leg.2. & in l.nauis.§.cum autem.ff.ad l.Rho-
diam de iactu. no.gl. quæ multa allegat, in l.ſi qui dotẽ.ff.
de do.præleg. & gl.5.diſ.c.enixa. & 7.q.1.c.cum percuſſio.
& in c.de rectorib.de cler.ægrotan. & in Spec.de feudis.§.
quoniam.ver.7.ideo iſti tales committẽtes rapinam in ſu-
12 pradictis trib.caſib.ſeueriſſimè ſunt puniẽdi. † Quintò no.
ex tex. ibi, perſonarũ periculis irretiti. ꝙ illi, qui incidũt in
naufragiũ, vel incendium, vel in ſubitam ruinam dicuntur
irretiti, i.capti periculis perſonarum, & rerũ. propriè enim
irretitus dr̃ ille, qui dolo, & fraude captus eſt, ſicut retib. ca
piuntur piſces, ſic ille, qui incidit in dictos caſus, dr̃ captus
periculis perſonarum, & rerũ. Item ſi accuſatur officialis in
ſyndicatu criminaliter, dr̃ irretitus accuſatione, ut dicit
tex. in l.1.C.vt oẽs iudices tam ciuiles quã militares. Sextò
no. ex tex. ibi, redduntur incauti. ꝙ non põt homo intende
re vno momento circa ſalutẽ ſuæ perſonæ & bonorum, ſed
naturaliter. primò intendit ſaluare res, deinde pſonas, quia
perſona cunctis reb. eſt præferenda, & ideo ſi pp ſaluãdam
perſonam efficitur incautus in ſaluandis reb. ſuis, non põt
ei imputari in culpã, vt in l.eum qui.C.de epiſ. & cler. quia
intendit in id, qđ maius eſt, ſ.ad ſaluandã ſuam perſonam,
13 quæ pfertur cunctis reb. l.iuſtiſſimè.ff.de ędil.edi. † ſicut di
cimus, ꝙ maius dãnum eſt in amiſſione vnius aĩę, quàm in
mille corporib. vt dicit gl.2 a.q.5.c.ille, qui hoĩem. quia ſi
ad vtranq; ſaluationẽ intenderet vno tempore, fortè care-
bit vtroque. nã lex habet ꝓ impoſſibili, ꝙ qs poſſit gerere
duo officia ſimul incompatibilia, vt dicit Ale.in l.lecta. 6.
col.ff.ſi cer.pe. & in gl.a.in c.ex literis.de ꝓb. vnde verſus:

Qui binos lepores vna ſectabitur hora,
Vno quandoque, quandoque carebit vtroque.

Ita Bald. in capit. dudum. lo ſecondo, in 3.char. de electio.
quia pluribus intentus, minor eſt ad ſingula ſenſus, ut no.
in cap.diuerſis fallacijs.de cle.coniuga. l.1. C.de aquæduc.
lib.11.per Nic.de Neap.l.ſi C.de aſſeſſo. & facit illud vul-
gare prouerbium. Nemo põt duob. dominis vno tempore
ſeruire, vt in c.acutius.86.diſ.a 1.q.1.c.1. de pœ.di.1.c.oĩs.
14 & c.nemo.de conſec.di.5.c.nunquam.cum alijs ſim. † Se-
primò no. ex tex. ibi, auxilium, & opẽ. probantẽ, ꝙ quilibet
debet oppreſſo præſtare opẽ, & auxilium, ſi põt, & hoc idẽ
probatur infra in hac conſtitutione. ibi, dum dr̃, vt oẽs, qui
bus facultas erit, ſuccurrere talibus. bene ad hoc facit c.Re
gis Roberti, quod incipit, ad regale faſtigium. & ꝓ hoc eſt
tex. c.quantæ præſumptionis.de ſen.exc. peccat.n.omnis,
qui non defendit alium oppreſſum, cum põt.23.q.3.c.non
inſerenda. & c.vlt. & c.præcipimus.90.di. & 3.q.1.c.nulli.
& ſeq. & ſi non põt aliter defendere, ſaltem defendat cla-
more, vt in l.2.§.hoc autem.ff.ad Sylla. Et adde ad hoc tex.
in c.dilecto.§.fi.de ſen.ex cõ.li.6. ꝙ cuilibet ſuo vicino, uel
proximo pro repellenda ipſius iniuria, ſuum debet impar-
tiri auxiliũ, ſi põt, & ſi poteſt, & negligit, videtur iniurian-
tem fouere. Et iuxta illũ tex. quærit ibi Per.de Anch. in 3.
15 col. † an ceſſante qualibet affectione poſſit quis aſſumere
defenſionem hoĩs ignoti? Et concludit, ꝙ ſic, maximè ſi op
preſſus clamaret adiutorium, adiutorium, allegat quædam
generalia. Et Guil.de Cu.in l.metum.§.ſed ꝙ licet.ff.quod
met.cau. & Bar.in l.vt vim.ff.de iuſt. & iu. & Bal.in l.1. C.
vnde vi. Cui adde And.hic in prin. & diffuſius in c.1.§.ſiqu
hoĩem.in 1.addit. de pace tenenda, firmat, ꝙ oppreſſo dẽt
præſtari defenſio. hanc concluſionem firmat ẽt Sal.in d.l.
1.C.vnde vi. & Io.de Ana.in c.s.vlt.col.de homici. firmat
Io.de Platea in l.prohibitum. C.de iu.fiſ.li.10. de iure ca-
nonico, ſecus de iure ciuili, p glo.in l.culpa caret.ff.de reg.
ior. Et ꝓ iſta concluſione facit, quia oĩb. ſperantib. in nobis,
præſtat dñs eſt auxiliũ noſtrum.87.di.c.quiſquis. & c.diui-
na. Et ideo dicebat Io.de Lig.in d.c. quantæ, ꝙ charitas im
plicat Dei dilectionẽ, ſui & proximi. de pęn.diſ.2.c.charitas.
& ſi non pręſtat ex charitate adiutoriũ, qđ põt, peccat. Bene
ad hoc facit id, qđ dicit Bar.in l.ſi quis in ſeruitute. in fi.ff.
16 de fur. dicẽs, † ꝙ quilibet põt iuuare, & defendere aliquem
offenſum etiam ad defenſionẽ rerum, per illum tex. multò
magis ad defenſionem pſonæ. & vide ad hoc gl.a.22.q.8.
in prin. & iſta tene menti, quia nullus allegat iſtam conſti-
tutionem ad hoc. Octauò no. ex tex. ibi, deprehenſos, aut
ſponte confeſſos. ꝙ dr̃ quis deprehenſus in delicto, eo ipſo
ꝙ delictum probatum eſt legitimè contra eum, ſic etiam
dicimus, quòd aliquis deprehenſus eſt literas ſubreptitias
impetraſſe, in c. cum dilecta. de reſcript. ſatis enim dicitur
quis

quis deprehenſus, ſi conuictus eſt, ut in l. 1. C. de rap. virg.
in c. 1. in fi. de dilatio. & firmat Ang. in l. 1. §. Neratius. ff. de
acquiren. poſſeſſ. niſi aliud expreſſe appareret, quod intel-
ligerent contrahentes, vel quòd ſtatutum, vellet expreſſè,
quòd actualiter deprehéderetur, vt in l. ſi Barſatoram. C.
de fideiuſſori. & Cy. in l. licet. C. de acquiren. poſſeſſio. &
vide ad hoc optimam doctrinã Ang. in Authen. de ſanctiſ.
epiſcopis. §. reuerendiſſimis. & Ang. in tractatu de malefi-
cijs. & ibi Augu. in verbo, dictus Andreas armatus. in vlti.
quæſt. & tunc tantum valet probare per confeſſionem rei,
quantum probare per teſtes, ſecundùm Andr. in cap. 1. §. ſi
17 quis hominem. vlt. colum. de pace tenenda. † Et illa vide-
tur legitima probatio, quæ conſtat per duos teſtes, ſecun-
dùm glo. in Authen. quibus modis naturales effi. leg. in §.
quoniam. ſuper verbo, legitimis. Nonò no. ex tex. ibi, per-
uenire debebunt. quòd ſucceſſores vniuerſales, quia appel
latione ſucceſſoris intelligitur de vniuerſali, ſecũdum Bal.
in l. 1. C. ne ex delict. defunctorum. & Alexan. ff. de eden.
l. quædam. §. 1. mortui, vel cõdemnati ad mortem, ex rapi
na facta in naufragio, vel ruina tenẽtur reſtituere quadru
plum, ſimplo computato, eatenus, quatenus bona mortui,
uel ſuſpenſi peruenerunt ad eum, vt hic, concordat tex. in
l. idem eſt. ff. de vi & vi arm. & in l. Pedius. §. hæc. ff. de in-
cen. rui. vtrum hoc intelligatur ſecundùm diſtinctionem
l. 1. C. ne ex delictis defunctorum. vbi dicitur, quòd quan
do defunctus deliquit, aut cum eo fuit lis cõteſtata, & ſuc
ceſſores tenentur inſolidũ, ſi non fuit lis conteſtata, quate-
nus ad eos bona defuncti peruenerunt. dic, ꝙ ille lex ha-
bet locum, quando de crimine ciuiliter agitur ad utilitatẽ
actoris, ut dicit ibi Bal. hic autem proceſſum fuit crimina
liter ad pœnam mortis contra committentem rapinam. Et
ſic hæredes tenentur reſtituere quadruplum, quatenus ad
eos peruenit de bonis raptoris cõdemnati ad mortem, per
18 tex. in d. l. Pedius. §. ſi † Et aduerte, quia licet tex. in d. l. 1.
dicat, hęredes teneri inſolidum, intelligas, quòd omnes hę
redes, non autem quilibet inſolidum tenetur, ita dicit Sa
lycetus in d. l. 1. verſic. quæro ſecundo. quare ego credo, ꝙ
iſta conſtitutio ſit intelligenda ſimpliciter iſta ratione at-
tenta, quia committens dictam rapinam eſt condemnatus
ad mortem, & ſic præſupponit iſta conſtitutio, ꝙ lis fuit
conteſtata, & tamen iſta conſtitutio dicat, quòd hæredes te
nentur ad quadruplum ipſi damnum paſſo, quatenus ad
eos peruenit de bonis condemnati. & ſic non habet locum
dicta diſtinctio dictæ legis primæ, in materie huius conſti
tutionis. Et ſic patet, quòd in ſententia condemnatoria ad
mortem ipſius, qui commiſit raptum in naufragio &c. po
teſt fieri condemnatio ad quadruplũ, & fieri executio con
tra hæredes, quatenus ad eos peruenit de bonis condẽnati,
& non inſolidũ. Et poteſt iſta condẽnatio fieri contra hæ-
redes in eadẽ inſtantia, vt declarat Salycetus in d. l. 1. C. ne
ex delictis defunctorum. & Ang. de Aret. in §. non autem.
Inſtit. de perpet. & tempo. ac. Et de iſta materie vide Bart.
in l. 1. ff. de priuatis delictis, & Bald. & Salyc. in d. l. 1. C. ne
ex delic. defun. vbi regulam ponunt ſecundùm diſtinctio-
nem prædictam d. l. 1. & certos caſus fallentiæ, ut in dictis
19 locis poteris videre. † Decimò no. ex tex. ibi, quadruplum
reſtitui dominis. quòd pœna quadrupli pro rapina, nau-
fragio, uel incendio, uel ruina ſubitanea applicatur domi-
no rei rapiæ, & de hoc eſt tex. expreſſus hic, qui dicit ex-
preſſè, quòd pœne quadrupli in hoc caſu applicatur parti,
& firmat Ioan. de Imo. in rubri. ff. de publ. iudicijs. utrum
iſte tex. debeat intelligi ſecundùm diſtinctionem. l. 1. §. fin.
ff. de incend. rui. naufra. vbi dicitur, quòd rapiens res ex
naufragio tenetur intra annum ad quadruplum, poſt an-
num ad ſimplum. & in l. quo naufragium. §. fin. dicitur, ꝙ
tantundem fiſco, & ſic poteſt aſcendere pęna ad ſeptuplũ,
licet regulariter nõ tranſcendat quadruplum, ut Inſtit. de
actionibus. §. omnis autem actio. tamen uidi tex. in Auth.
vt iudices ſine quoquo ſuffragio. in §. an certè. vbi exigitur
pœna decupli ab eo qui dat pecuniam pro adminiſtratio-
ne officij. Reſpondeo, quòd tex. iſte debet ſimpliciter in-
telligi, prout iacet, quia iſte pœna venit virtute præſentis
conſtitutionis, quæ eſt lex municipalis in regno, & condi-
ctio ex lege duret 30. annis, ut in l. 3. C. de conſtitu. pecu.
in verbo, triginta. & non applicatur ex edicto prætoris, ſi-
cut eſt in dictis legibus. ff. de incend. rui. naufra. & uide ad
hoc, quę dixi ſupra in conſtitutione, violentias. in ſecundo
not. in tertia quæſtione, bene fateor, ꝙ fiſco tenetur etiam
ad quadruplum, per d. l. quo enim. §. fin. quia in hoc iſta
conſtitutio non corrigit dictum. §. fin. ut ſentit hic glo. fin.
20 Vndecimò no. ex tex. ibi, negligentes. † quòd negligens
ſuccurrere naufragio, vel incendio, uel ruinæ, punitur pę-
na vnius auguſtalis, ut hic, niſi habeat iuſtam cauſam ſe ex-
cuſandi à negligentia. An autem dicatur iuſta excuſatio, ſi
uicinus loci, vbi factum eſt naufragium, uel incẽdium, uel
ruina, allegat iſtos caſus ignoraſſe? Dicit gloſ. in l. ne quid.
ff. de incen. rui. naufra. ꝙ excuſatur. Sed And. hic intelligit
iſtam gloſ. quando ignorans fuerit abſens, aliàs ſi uicinus
fuit præſens, quòd iſta allegatio ignorantiæ nõ excuſat eũ,
quia publicum eſt uicinis, quando nauis paſſa eſt naufra-
gium, ideo nullus vicinus debet rationabiliter ignorare, ſe
cundùm Ang. hic in authent. nauigia. de ſtatutis contra li-
be. eccle. editis. niſi probetur, quòd tunc temporis, quando
euenit caſus prædictus, ipſe erat abſens à loco, quo venit
caſus prædictus. præſumitur ergo vicinus habere ſcientiã
naufragij, incendij, uel ruinæ, & ſic intelligit dictam glo.
in d. l. ne quid. ff. de incen. rui. naufr. facit l. ſi uicinis. C. de
nup. & quod no. in l. quoties. C. de naufrag. cum concord.
allegatis per And in d. authen. nauigia. Cui adde Alexand.
in 1. volu. conſil. 71. in tertia colum. ubi dicit, quòd illud,
quod dicitur, quòd vicinus præſumitur ſcire facta uicini,
procedit circa ea, quæ non poſſunt latere, aliàs ſecus. Idem
dicit in ſecundo uolumine, conſil. 80. in tertia columna.
Item illud eſt uerum, niſi habeat tractum momẽtaneum,
ſecundùm eum in dicto conſi. 71. Qui autem dicantur vi-
cini, dic, quòd totum iſtud, inſpecta qualitate perſonarũ,
& factorum & loci, remittitur in arbitrio iudicis, ut fir-
mat Alexand. in tertio volum. in conſilio quinquageſimo-
ſeptimo, in ſecunda columna, & in quarto volum. conſi-
lio vigeſimoſecundo, in ſecunda columna, non allego in-
ra, quæ ipſe allegat cauſa breuitatis. In gloſ. prima, hæc
gloſ. ſummat iſtam conſtitutionem. In gloſ. ſecunda par-
ua in uerbo, capitali. Quærit hic gloſ. quare pœna crimi-
naliter puniantur raptores rerum naufragij, incendij, uel
ruinæ, de iure communi? Remittit ſe ad l. Pedius. circa fi.
ff. de incendio rui. naufra. vbi diſtinguitur ſecundum qua-
litatem perſonarum, & magnitudinem, uel paruitatem re-
rum raptarum, ut ibi dicitur, [a] non autem ibi imponitur pę
na capitalis ad mortem naturalem, ſicut facit iſta conſtitu
tio. & ſic patet, quòd ſcriptores, dum uoluerant allegare l.
Pedius. ſcripſerunt l. primam, ff. eodem, ubi nihil dicitur
21 de pœna criminali. † In glo. tertia, in uerbo, dominis. not.
glo. quòd bona, quæ ſuperſunt ex naufragio, non debent
fiſco applicari, ſed reſtitui dominis, per iſtam conſtitutio-
nem. Idem eſt de iure communi, ut dixi in primo not. &
idem expreſſè dicit tex. in l. prima. C. de naufra. libro vn-
decimo. ubi dicit tex. fiſcus meus ſe nõ interponat. Quod
enim ius habet fiſcus in aliena calamitate, ut de re tam lu-
ctuoſa compendium ſectetur. bene fateor, quòd ſi non re-
periatur dominus ipſorum bonorum, nec eius hæres ex te
ſtamento, vel ab inteſtato, ꝙ fiſcus tanquam vltimus ſuc-
ceſſor debet habere ipſa bona, vt expreſſè dicit conſtitutio
dohanæ, de ſecretis &c. quæ eſt poſt conſtitutionem, præ-
ſenti lege decernimus, de offic. ſecreti. In glo. quarte, quæ
eſt finalis, quæ dicit, quòd hæres raptoris tenetur reſtitue-
re quadruplum domino rerum, & quadruplum fiſco, per
l. ſecundam, dic vt dixi ſupra in decimo not. Sequitur Ru-
brica, de iniurijs curialibus illatis.

ANNOTATIO.

a Adde tex. in l. 1. ff. de incendio, ruina, naufragio. Batius.

De iniurijs curialibus illatis.
Rub. XXIX.

DICTVM eſt ſupra de uioleutijs & iniu
rijs, quæ fiunt priuatis perſonis, erat vi-
dendum de iniurijs, & uiolentijs, quæ
fiunt perſonis publicis, & in rebus eo-
rum, & familiæ, & officialibus regis, de
quibus nihil hucuſq; dixerat, iden ſub-
nectit hanc rubr. Et ſcias, quòd ſicut pro iniuria illata per-
ſonę priuatæ poteſt agi ciuiliter & criminaliter, & vna per
aliam tollitur, vt in l. quod ſenatus. & in l. prætor. §. 1. ff. de
iniurijs. Ita pro iniuria illata officiali poteſt agi ciuiliter
& criminaliter. Si agatur ciuiliter, datur libellus duplican
do æſtimationem iniuriæ, ſecundùm gl. in conſti. varieta-
tes pęnarum. infra in 3. lib. ſi agatur criminaliter, puniatur
diſtinguendo, prout dicitur infra in 3. lib. in conſtitu. quæ
incipit, obſeruent diligentiſſimè. Et per Regem Carolum
primum prouiſum fuit, ne vltramontanus, aut citramon-
tanus audeant ſibi dicere iniuriam, vel vnus contra alium:
quod ſi ſecus factum fuerit, capiatur per officiales regios,
& grauiter puniatur, & incipit illud capitulum, interdi-
cimus. char. 15.

SVMMARIVM.

1 *Honorem & commodum ſentiens, debet etiam onus ſentire.*
2 *Onus ſentiens, commodum etiam ſentire debet.*
3 *Violentiam, vel iniuriam faciens curialibus, vel officialibus regijs, qualiter puniatur.*
4 *Pœna duplicatur, ſi iniuria, vel violẽtia curialibus in ipſorum perſonis inferatur.*
5 *Commorari dicitur quis mente ſicut & corpore.*
6 *Morari verbum, moram corporalem importat, nedum mentalem.*
7 *Iniuria illata officiali regio ſuum exercenti officium, duplicata pœna punitur.*
8 *Delictum ab intentione principali iudicatur.*
9 *Occidens conſiliarium regis incidit in crimen læſæ maieſtatis.*
10 *Cardinalis abſque Papæ licentia & cauſa legitima, quinque annos abſens à curia, officio priuatur.*
11 *Familia officialis regij in curia morantis appellatione quæ ueniant perſonæ.*
12 *Honor, qui curialibus in curia morantibus impenditur, ipſi regi impendi videtur.*
Iniuria æſtimatur ſecundùm qualitatem perſonæ, cui irrogatur.
13 *Statutum aliquid abſolutè diſponens, quod abſque aliqua ſolennitate effectum ſortiri non poteſt, tacitè etiam de illa ſtatuere præſumitur.*
14 *Officialis regius qualiter puniatur, ſi alij iniuriam, vel violentiam intulerit.*
15 *Vaſallus domino ſuo de re burgenſatica iuſtitiam non faciens feudo non priuatur.*

a VT Participatio. [a] Diuiditur in duas par-
1 tes. In prima ponit exordium, quòd
qui participat de honore, debet partici-
pare de onere, & econuerſo, vſque ibi,
ſtatuimus. In ſecunda parte ſtatuit ius
nouum, videlicet, quòd ſi inferatur ab
aliquo violentia, uel iniuria in rebus, uel familiæ eorum,
qui ſunt ad ſeruitia regis in exercitu, in regno, vel extra re-
gnum, uel curialibus, & officialibus commorantibus in cu
ria regis, talis inferens dictam iniuriam, uel violentiam de
bet condemnari ad ſoluendam duplicatam pœnam, quas
ſecundùm ſacras regni conſtitutiones, vel ſecundùm ius
commune ſolueret, ſi priuato illam iniuriam, vel violen-
tiã feciſſet, & durat vſque in fi. breuiter hoc intendit. Com
morantes in curia regis, & exiſtentes in eius exercitu ſunt
priuilegiati in hoc, quòd inferentes damnum, uel iniuriam in
rebus eorum, uel familiæ, puniuntur in duplũ eius, quod
punirentur ſi alteri priuato factum eſſet damnum, uel in-
iuria. No. 1. honoris & oneris. quòd qui habet à rege hono
rem, ideſt, ſalarium, vt ff. de uarijs & extraordin. cognitio.
2 l. 1. §. proinde. debet habere onus. † nam & onus meretur
honorem, ut in l. amiciſſimos. in princip. ff. de excuſatio.
tutor. l. 3. §. ſuſtinet. ff. quod metus cauſa. ex quibus infero,
quòd illi, qui ſunt ad ſeruitia regis, licèt habeant ſalarium
ab eo pro ſeruitijs: tamen rex debet eos priuilegiare vltra
alios priuatos, qui non habent ſalariũ à rege, ut vidimus
in priuilegijs conceſſis per retro reges huius regni magi-
ſtris rationalibus, qui vltra ſalariũ pingue in multis erant
priuilegiati, utinam iſtud regnum nunc regeretur cum il-
lo ordine & officialibus, prout regebatur tempore regis
Caroli ſecundi, & ſapientiſſimi Regis Roberti eius filij, &
de multiplici ſpecie honorificentiæ, vide Io. And. in nouel
3 la. in c. his quæ. de maio. & obed. † Secundò no. ex tex. ibi,
in rebus, aut familiæ. quòd ſi violentia, vel iniuria fit in rebus,
uel familię eorum, qui ſunt ad ſtipendia regis in exercitu,
vel curialibus, uel officialibus, qui commorantur in curia
regis, pro tali violentia, uel iniuria duplicatur pœna, & in
hoc conſtitutio inducit ius nouum. Ego limitarem iſtam
conſtitutionem hoc modo, videlicet, ſi officialis regis ſine
licentia regis recederet à curia regis, tunc non gauderet
hoc priuilegio, & hoc per tex. in l. 3. quæ incipit, ſi quis. C.
de domeſticis, & protectoribus. lib. 12. Quæro primò pro
declaratione, quid ſi iniuria, uel uiolentia non eſt illata re
bus, uel familiæ eorum, ſed perſonæ officialis commoran-
tis in curia regis, nõ tamen illa iniuria, uel uiolentia in per
ſona fuit cum uerberatione, quia tunc haberet locum con
ſtitutio, in 3. lib. quæ incipit, ut dignitatum gradus. ſed ſi
aliter fuit iniuriatus, uerbo, uel literis, aut facto, an habeat
locum iſta conſtitutio? Videtur quòd non, quia iſta conſtitu-
tio non dicitur, niſi quando iniuria facta fuit rebus, uel
familię officialium commorantium in curia, & nihil dicit
ſi facta eſt perſonæ dictorum cõmorantium in curia. Ego
dicerem contrarium, quòd fortiori ratione, qui intulit uiolen
tiam in perſonam officialis commorantis in curia regis,
uel ſuæ perſonę fecerit iniuriam, quòd habet locum duplica-
tio pœnæ, quæ veniret imponenda priuato pro iniuria fa-
cta priuato: ſed ſi ueniret imponenda pœna manus, tunc
non duplicaretur pœna, ut dixi ſupra, in conſtitutione, ſi
4 quis aliquem. in 1. not. in 10. q. † Quia ſi duplicatur pœna
pro uiolentia, uel iniuria rebus, uel familiæ eorum, mul-
tò fortius duplicari debet pœna pro iniuria illata ſuæ per-
ſonæ, quæ cunctis rebus eſt præferenda. l. in ſeruorum. in
fi. ff. de pœnis. ſic in ſimilibus arguit conditor iſtarum con
ſtitutionum, ſupra in conſtitutione, ſi damna clandeſtina.
& ibi dixi in 2. not. ibi, multò fortius, & pro iſta deciſione
facit tex. iſte ibi, dum dicit, quàm circa defenſas, quæ poſ-
ſunt imponi, quæ quidem defenſæ poſſunt imponi tã pro
offenſa in perſonis, quàm pro violentia in rebus, ut ſupra
in conſti. ſi quis in poſterum. Secundò quæro, an iſta con-
ſtitutio uendicet ſibi locum in officialibus baronum habẽ
tium merum & mixtum imperium, & in alijs officialibus
regis, qui non cõmorantur in curia regia? Tex. iſte expreſ-
sè dicit, ad hoc vt fiat duplicatio pœnæ pro iniuria illata
officiali, quòd ille officialis cõmoretur in curia regis, quaſi il-
lud commorari in curia regis, ſit quædam qualitas, ut mo
ram trahẽdo in regia curia ille, qui commoratur, ornet cu
riam regis, à como quod eſt ornare, uel commorari, ideſt,
ſimul moram in curia regis trahere, ut colligitur ex ſcri-
ptis per Bartol. in l. Mæuia. §. uxore. ff. de annu. lega. & per
Bal. in l. 1. C. de leg. Ergo ſi non cõmoretur in curia regis,
5 non gaudebit priuilegio huius conſtitutionis. † In contra-
rium facit, quia ex mente dicitur quis cõmorari, ſicut fuit
in Iuda, qui animo commorabatur cum Iudæis, & in cœ-
na commorabatur cum Chriſto, ut dicit Angel. in con-
ſilio 256. quod incipit, inter capitula pacis. Idem di-
cit

cit Bal. in l. athletas. §. calumniator. ff. de his qui not. infa. ꝙ
ille partialis eſt, ſi animo eſt partialis, licèt in alio loco mo-
retur, nam corpus animum imitatur, & non econtrà, ſecũ-
dùm Ang. ibi, allegat tex. in l. nihil. ff. de captiuis & poſtli-
mi. reuer. Item ſatis dicitur cohabitare in curia ille, qui de
licentia regis pro ſeruitio regio cum eius commiſſione eſt
abſens, vt probatur in l. ſi quis. C. de domeſticis & protecto-
ribus. lib. 12. Solutio primæ partis verior eſt, quia text. il-
le voluit officiales priuilegiare in duplicatione pœnæ, non
tantum propter ipſos, ſed propter ipſum regem, cum quo
officiales ipſi corporaliter commorentur, vt dr̃ in dicta cõ-
ſti. obſeruent. in fi. & ſic iſta qualitas, vt commorentur in
curia regis, intelligitur de actuali & corporali cõmoratio-
ne, & non de mentali ſine corpore. Et pro hoc eſt text. in c.
6 fi. de cler. non reſid. in eccleſia. † vbi, verbum morãdi cau-
ſa, importat moram corporalem. bene fateor, ꝙ ille, ꝗ aliàs
erat domeſticus in curia regis, & poſtea de commiſſione
regis vadit in aliquod officium, in quo præpoſitus eſt p re-
gem, ꝙ iſte habetur pro commorante in curia, per text. in
d. l. ſi quis. Tertiò quæro, ecce ꝙ facta eſt iniuria officiali
commoranti in curia regis, non quando exercebat officiũ,
ſed propter particularem inimicitiam, vel odium, ſibi fa-
cta fuit iniuria, non prætextu officij, ſed exercendi negotia
domeſtica & priuata ſua negotia, an inferens iniuriam ſol-
uet duplicatam pœnam? Hæc conſtitutio non diſtinguit.
7 Sed bene, eos tantùm, infrà in 3. lib. hæc diſtinguit. Et † 16
dico, ꝙ ſi iniuria ſit officiali, dum exercet officium, licet
non moretur in curia regis, inſerens iniuriam prædictam
incurrit duplicatam pœnam, per d. conſt. eos. quæ non re-
quirit, ꝙ officialis cõmoretur in curia regis, ſicut dicit iſta
conſtitutio, ſed ſi moretur in curia regis, & paſſus eſt iniu-
riam in rebus, vel in familia, vel etiam in perſona, licet nõ
quando exercet officium ſibi commiſſum, licet pp particu
lare odium, habet locum pęna iſtius conſtitutionis. ſed qñ
officialis non commoratur in curia regis, & ſit iniuria ſibi
ex odio particulari, non quando exercet officium, tunc ceſ
ſat pœna duplicata huius conſtitutionis, quia iniuria vide-
tur facta ſibi, vt priuatæ perſonæ, & non reſpectu officij,
quod repræſentat ipſum regem. Et miror profectò, quòd
And. hic non diſtinxit iſtos caſus. Quartò pone, ꝙ conſilia-
rio regis, qui in curia regis cõmoratur, facta eſt iniuria per
viam, dum reuertitur ad domum, vel quãdo vadit per ſua
negotia per ciuitatem, odio, & inimicitia propria, vel fuit
occiſus à ſuis inimicis odio particulari, vtrum tales delin-
quentes ſint puniendi pœna, qua punitur committens cri-
8 men læſę maieſtatis? And. hic dicit, ꝙ non, † quia delictum
iudicatur à principali intentione, nam principalis intentio
occidentium fuit occidere illum conſiliarium ex inimici-
tia & particulari odio, non autem vt rex careret illo conſi-
liario, licet ex non cõtingentia facti rex eo careat, quia fuit
interfectus. Tamen conſideratur principale propoſitum,
ſecundùm And. hic per iura, quę ipſe hic allegat. Cui adde
id, quod no. in l. ſi quis nec cauſam. ff. ſi certum petatur. vbi
principale propoſitum eſt attendendum, & ibi per ſcribẽ-
tes. ſemper enim actus debet inſpici ad id, quod principa-
liter ordinatur. l. nam non omne. ff. de ſta. libe. l. verum. ff.
de furtis. l. 2. §. fi. & ibi Bar. ff. ſi quis cautionibus. ſecũdum
Alex. in 3. vol. conſi. 8. in 4. colum. Ego vidi edictum regi-
næ Ioannæ primæ, factum die 15. Octob. 12. indic. 1353.
9 † vbi cõdemnauit occiſores domini Andreæ de Iſernia, cõ-
ſiliarij dictæ reginæ crimine læſæ maieſtatis, & ſtatuit, ꝙ
tale edictum habeat locum etiam in occurrẽtibus, fortaſ-
ſis in ſimilibus caſibus, & perſonis, nec ibi ſit aliqua men-
tio, vtrum illa occiſio fuit ex particulari odio, vel inimici-
tia, vel vt rex careat illo conſiliario, & ſic patet, quòd illa
conſtit. eos. quæ diſtinguit, vt ſupra, ceſſat quando occide-
retur regius conſiliarius, tunc enim committitur crimen
læſæ maieſtatis, ſiue odio particulari, ſiue vt rex careat di-
cto conſiliario, ſit occiſus, & hoc dicitur expreſsè etiam. l.
quiſquis. C. ad l. Iuliam maieſta. Et pro illo edicto reginę
Ioannę primę bene facit. c. fęlicis, de pœnis. lib. 6. quod ſta-
tuit, occidentem Cardinalem incidere in pœnam criminis
læſæ maieſtatis, nec diſtinguitur ibi, an illa occiſio facta
fuit, ut ſedes Apoſtolica careat dicto Cardinale, uel pp ini
micitiam particularem, fallit, niſi quando ſe defendendo
occidit Cardinalem, ſm glo. Io. And. in d. c. fęlicis. & And.
hic. facit c. ſi uerò. de ſent. excõ. & c. ſignificaſti. de homi.
10 ubi licet occidere clericum cauſa defenſionis. † Item fal-
lit dicta diſpoſitio c. fęlicis. quando Cardinalis ſine licen-
tia Papæ recedit, & ſine legitima cauſa à curia, & ſtaret p
quinquennium abſens à curia: tunc. n. priuatur officio, ut
eſt tex. in d. l. ſi quis. C. de dome. & protectoribus, quæ lex
bene hoc probat. Tamen hoc non affirmo in Cardinalib.
qui non ſunt citati à Papa, ut reſideant in curia, prout dixi
in deciſionibus meis, deciſ. 289. Hinc ſumpta occaſione
tangit hic And, an licitum ſit ſubdito reſiſtere regi iniuſtè
aliquid facienti, non per uiam iuris, ſed de facto, & an li-
ceat uaſallo fugere præſentiam regis, & ei eſſe inobediẽs,
qñ Rex dixit, ꝙ uult eum capere, & detrudere in carceri-
bus, de quibus dic, ut per eum, & per Lucam de Penna in
l. prohibitum. C. de iure fiſci. lib. 10. licet ipſe non alleget
And. hic, & per Inn. & Abb. Sicu. in c. ſi quando. de offi. de
leg. & Bal. in l. quoniam. de app. & glo. in l. non uidetur. §.
qui iuſſu. ff. de regulis iuris, & glo. in l. ut uim. ff. de iuſti. &
iu. hæc omitto examinare, quia non eſt propria materia,
11 † Quintò quæro, quæ perſonę ueniant appellatione fami-
liæ officialis regis in curia morantis? Vlpianus in l. ędiles.
§. familiæ. ff. de ędil. edic. dicit, omnes, qui in ſeruitio ſunt,
etiam liberi homines, cui bona fide ſeruiunt & etiam ſer-
ui, qui ſunt in poteſtate, & ibi uide gl. quæ allegat concor-
dantias. An baſtardi ſint de familia, uide Bar. in l. pronun-
ciatio. §. familiæ. ff. de uerb. ſign. An perſona domeſtica ſit
de familia, uide Bal. in l. conſentaneũ. C. quomodo, & qñ
iudex. & dicit Bal. in l. fi. per illũ tex. C. de uerbo. ſig. quòd
quando uerbum familiæ, ſonat in perſonis, intelligitur de
propinquis, & uide rub. in Auth. de reſtitutione fideicom
miſ. quæ dicit, quòd nomine familiæ ueniunt propinqui
uſque ad quartum gradum, & uenit etiam nurus, & uide
Bar. in l. 1. §. familiæ. ff. de publicanis, & C. de re mil. l. qui-
cunque. lib. 12. & glo. in c. literis. de teſtibus, & ibi p Abb.
in cap. cum dilectus. de cler. non reſi. Tertiò no. ex tex. ibi,
in curia noſtra commorauerint, quòd ſicut Rex habet ma
iorem reſpectum ad curiales in regia curia commorãtes,
quàm alijs priuatis perſonis, ita etiam iudices inferiores
debent aliter honorare regios curiales commorantes in re
12 gia curia, quàm cæteros priuatos, † quia in honorãdo eos,
uidetur honorare ſuum ſuperiorẽ, iuxta illud: Eſtote ſub-
diti Principi, & Ducibus ab eo miſſis tanquam præcellen
ti, de cẽſi. c. omnis anima. c. ſolitę. de maioritate & obediẽ-
tia, ſm Andreã de Barulo. ita econtra, iniuria facta famu-
lo contemplatione domini uidetur domino facta, ſecun-
dùm Andr. de Iſer. hic, per l. iniuriarũ. § ſi quis. & l. lex Cor
nelia. §. illud. & l. creditor. ff. de iniurijs, in l. tã collatores. §.
fi. de re mili. lib. 12. Quartò no. ex eodem tex. ſecundùm
glo. hic quòd ex perſona eius, cui iniuria infertur, creſcit
iniuria, & atrox æſtimatur, ut in iuribus in ea allegatis. Et
ſic qualitas perſonæ, cui fit iniuria, ſi eſt in dignitate, auget
pœnam, & ſic minuitur, ſi eſt perſona infima, cui infertur,
ut in §. atrox, Inſti. de iniurijs. & de hoc dixi in c. 1. §. iniu-
ria. de pace iura. firm. & ſic ſm diuerſas hominum quali-
tates diuerſificatur iuris diſpoſitio, ut patet in conſti. qua-
litas. in fi. ex his quæ ſcripſit Fely. in cap. cauſam. in 3. char.
de reſcrip. & ex his quæ in lectura mea ſcripſi in cap. 1. ex
quibus cauſis feu. amittatur. Quintũ no. ex tex. ibi, præſtan
13 dã eſſe cenſemus, † quòd ubi in diſpoſitione ſtatutaria ſta
tuitur aliquid abſolutè, & illud non poteſt habere legiti-
mum effectum ſuum ſine ſolennitate antecedente, tacitè
ur̃ diſpoſitum per illud ſtatutũ de illa ſolennitate antece-
dente. hoc ꝓbat iſte tex. qui uult, quòd inferens iniuriam
perſonis cõmorantibus in curia Regis, uel officiali cõmo-
rãti in curia regis, in rebus, uel familiæ, quòd p̃ſtet duplica
tam pœnã. intelligitur præuia citatione, & data copia de-
fenſio-

fenſionis per iudicem, & per ſententiam iudicis, & nõ ipſo iure, quia non aliter poteſt perueniri ad præſtationem, ſiue ſolutionẽ dictę pœnę duplicatæ, & pro hoc bene facit l. 2. de iuriſdi. omnium iudi. ff. & voluit Bal. in l. quamuis. C. de fideicõmiſſis. & in l. itẽ. §. qui habet. ff. de ſeruitu. ruſticorum prædiorum. hinc eſt, ꝙ dicebat Bal. in l. 1. C. ſi rector prouin. vlt. col. ꝙ ſi ſtatutum eſt, ꝙ priores poſſint ſtatuere ſuper reddenda iuſtitia, poterunt eligere rectorem. & vide ad hoc Bar. in l. ambitioſa. in 4. & 5. col. verſi. 2. regula. & in 6. col. verſic. 3. regula. ff. de decre. ab ord. faciendis. hoc verum, niſi illud antecedens eſſet maius cõſequenti, vt dicit Ludo. Roma. in l. illud. ff. de acquirenda hęreditate, per l. penulti. C. de neceſſ. ſer. hær. inſtitu. & Barto. in
14 d. l. 2. ff. de iuriſdictio. omnium iudicum. † Iuxta hoc quæro, hæc conſtitutio loquitur de iniuria illata officiali, qd ſi officialis alteri infert iniuriam? Pone enim, dicit hic Andre. quòd miles, qui habet feudum à Comite, vel Barone factus eſt inſtitiarius, ſub cuius iuriſdictione Comes, vel Baro habet Comitatum, & Baroniam: & ipſe miles inſtitiarius, & feudatarius Comitis, vel Baronis non facit inſtitiam, ſed ininſtitiam Comiti, vel Baroni, à quo habuit feudum, an amittat feudum ex iſta iniuria? Dicit hic Andr. ꝙ ſic, per tex. in cap. 1. §. item qui domino. quæ ſit prima cauſa benefic. amitten. qui tex. loquitur generaliter, quando vaſallus non facit inſtitiam domino feudi. Et ſic ſiue agatur actione reali pro feudo, ſiue actione perſonali, ſecundum eum hic, & in additione ſua in d. §. item qui domino ſuo. Idem ſi non faciat inſtitiam in iudicio criminali, vt di
15 cit Mart. de Laude, & Præpoſitus in d. §. itẽ domino. † quid ſi non facit iuſtitiam vaſallus domino ſuo de re Burgenſatica, an perdat feudum, quod ab eo habet? Glo. in d. §. itẽ qui domino. tenet ꝙ non, & illam gl. ego ibi ſecutus ſum, idem tenent Iacobus de Belui. & Bal. ibi: licet And. hic, & ibi generaliter intelligat illum textum, licet non dicat expreſsè. Idem in bonis Burgenſaticis. In glo. prima, dic, vt dixi ſuprà in 4. notabi. In glo. 2. quæ eſt finalis, dic ut dixi ſupra in ſecundo notabili, in 1. quæſtione, hic non ſunt alia, ſequitur rubrica.

ANNOTATIO.

a In caſu conuerſo tex. in conſt. est, ſub rubrica de repulſa officialium, & ibi Andr. de Iſer. & Matth. & quid ſi ciuitas reſiſtit officiali, an ſit rebellis? Vide Bar. in l. hoſtes, col. pen. in fi. ff. de captiuis, & poſtliminio reuerſis. Ant. Capniũ dec. 130. & an princeps poſſit tollere defenſiones & appellationes? Vide And. de Iſer. quæ ſint regalia, in verbo, & bona committentium. col. vlti. in princ. Ioan. Anto. Batius.

De obſeruatione iuſtitiæ. Rub. XXX.

DICTVM eſt ſupra de multis cõſtitutionibus prouidentibus in diuerſis violentijs, & ſupra proximè de violentijs, & iniurijs, quæ fierent in rebus, vel ſamiliæ officialium commorantium in curia regis: verùm quia parum eſſet iura condere, niſi eſſent officiales, qui obſeruari facerent ipſas conſtitutiones, ut in l. 2. §. poſt originem. ff. de origine iuris, & not. gl. in l. huius enim. ff. qui potio. in pigno. habe. quandoquidem durum, & graue eſt prouinciam eſſe ſine rectore, ut in Authen. de mand. princi. in prin. & ideo ille, qui aufert iudicem alicui, aufert ſibi in effectu ius, & iuſtitiam, ſecundùm Bald. in l. ſecunda. §. deinde. ff. de origine iuris. Ideo Imperator hic pollicetur, velle prouidere de officialibus, qui habeant miniſtrare iuſtitiam æqua lance ſuper cauſis ciuilibus in regnis ſuis, ac etiam de officialibus diſtinctis, qui habeant in cauſis criminalibus procedere, & iuſtitiam facere, ne promiſcuis actibus rerum turbentur officia, vt dicitur in l. hac cõſultiſſima. C. de teſta. ſecundùm glo. hic, & tamen glo. eſt corrupta. nam debet allegare l. conſulta diualia. C. de teſta. & ibi eſt glo. in verbo, officia, quæ allegat concordantes.

SVMMARIVM.

1 *Imperator pater, & filius iuſtitiæ dicitur diuerſis reſpectibus.*
2 *Poteſtas legis condendæ per populum Romanum in Imperatorem translata eſt.*
Rex leges iuſtas præcipiens, & iniuſtas abrogans, Deo ſeruire dicitur.
3 *Princeps ſuis ſubdi debet legibus.*
Quirites an penitus poteſtatem legis condendæ per translationem in principem amiſerint.
4 *Populus Romanus iuriſdictionem à ſe abdicatam, & in principem translatam, quando reuocare poſſit.*
5 *Fides licitè frangitur fidem frangenti.*
Populus Romanus hodie legem municipalem facere poſſet, nõ autem generalem.
Rex in notorio exiſtens crimine, per quem expelli poſſit à regimine.
6 *Regi per vnum melius eſt, quàm per plures.*
Imperium à potentia originem habuit, & ſic a violentia.
7 *Maieſtas imperatoria armis decorata, & legibus armata eſſe debet.*
Imperator qualis eſſe debeat.
Leges hominem religioſum faciunt.
8 *Prudentes ſunt, qui ſibi & alijs prouidere nouerunt.*
Rex illiteratus, aſinus coronatus.
Rex in ſuo regno pater iuſtitiæ dicitur.
Rex in terra ſua dicitur lex armata, & legum pater.
Imperium à Deo conſtitutum eſt.
9 *Rex Siciliæ vnus eſt de quatuor regibus, qui vnctione ſancta ungi ſolent.*
Acceptio perſonarum apud iudicem nulla eſſe debet, ſicut nec apud Deum.
Iuſtitia cum amore & charitate miniſtrari debet.
10 *Zelus quandoque in bonam capitur partem, & quandoque in malam.*
Iuſtitia optimè per officiales diſtinctos expeditur.
11 *Legiſta merus de materia canonica ſe intromittere non debet.*

NON SINE grandi. Iſta conſtitutio eſt multùm elegans, & tota eſſet memoriæ commendanda à iuuenibus, & cõtinet ius cõmune. Et pro eius declaratione diuido eam in quinque partes. In prima exoritur illa antiqua q. videlicet, quomodo Quirites, ideſt, Romani cum magno conſilio, & deliberatione poteſtatem legis condendæ traſtulerunt in Romanum Principem & Imperiũ. vſque ibi, ut ab eodem. In hac ſecunda parte ponit, quæ fuit cauſa, propter quam illi Quirites tranſtulerunt poteſtatẽ legis condendę in Imperatorem. & dicit, ut Imperator, qui habebat ſuffragium fortunę Cęſareę, ideſt publicas functiones, & ꝑ potẽtiã populis imperabat, & ipſe ẽt habere poteſtatẽ legis condendæ, ut ab eo procederet origo iuſtitiæ in populis, pariter & ab eo defenſio populorũ, vſque ibi. In hac tertia parte quæritur, utrũ fuerit vtilis & neceſſaria dicta translatio legis condendæ facta ꝑ populum Romanũ in Imperium, & Imperatorem. Et dr̃ hic, ꝙ fuit vtilis & neceſſaria, ut ab Imperatore procederet origo iuſtitiæ, & tutela populorũ.
1 † Oportet. n. Imperatorẽ eſſe patrem iuſtitiæ, ſ. ratione originis, ut leges ab eo procedant, & filium iuſtitiæ, ſ. ratione adminiſtrationis, & executionis ipſius iuſtitię, vſq; ibi, hac igitur tõne. In hac quarta parte dicit, ꝙ ipſe Imperator auctor huius conſtitutionis de manu Dei recipit ſceptrũ imperij, & inter alia regia, ſceptrum regni Siciliæ, vſque ibi, Et cordi nobis. In hac quinta, & vltima parte declarat ſuũ animũ, ꝙ ipſe cupit miniſtrare iuſtitiã prompto zelo omnibus pſonis, ſine acceptione perſonarum. Et vt oẽs homines copioſè poſſint ius ſuũ cõſequi, ipſe ordinabit officiales,

les,qui habeant facere iuſtitiam in cauſis ciuilibus,diſtin-
ctos & ſeparatos ab officialibus deputãdis, qui habeãt co-
gnoſcere cauſas criminales, & iuſtitiã facere in cauſis ipſis
criminalibus,& durat vſq; in finẽ.Et in ſumma hoc inten-
dit.Imperator zelator iuſtitiæ,& neceſſitate ſui officij, of-
fert ſubiectis creare officiales diſtinctos in cauſis ciuili-
2 bus,& criminalibus pro iuſtitia copioſè exhibenda. † No.
primò ex tex.ꝙ poteſtas legis condendæ tranſlata fuit in
Imperatorem,& imperium à populo Romano, vt origina
liter narratur in l.2.§.nouiſſimè.ff.de origine iuris,& ff.de
conſtitution.principum,& Inſtitut. de iure naturali,gẽtiũ,
& ciuili.§.ſed quod principi placuit.& prima diſtinctione,
capit.ius quiritum.habet ergo Imperator,& quilibet Rex,
qui habet iura imperij, poteſtatem condẽdi leges,& dictũ
fuit ſuprà in prælu.in prima quæſtio.debet tamen lex impe
rialis eſſe iuſta,honeſta, & poſſibilis, diſtinctione quarta.
cap.erit autem lex. Et non eſt liberum arbitrium iudica-
re,an lex ſit iuſta, ſed oportet iudicare ſecundùm ipſas, vt
ibi dicitur.tunc enim Rex ſeruit Deo,leges iuſtas præcipiẽ
do,& iniuſtas abrogando, vt dicit beatus Auguſtinus epi-
ſtola trigeſimaſecunda.Inde dicitur Prouerbiorum 4.cap.
per me(inquit ſapientia diuina)reges regnant, & legũ con
3 ditores iuſta decernunt. † Et iſtæ leges ligant etiam ipſum
principem,vt bene probat Albericus de Roſ.in l.princeps.
ff.de legib.& dicit Polycrates lib.5.cap.11.ꝙ Rex Alexan
der habuit ratum iudicium iudicis, qui ſecundum ſuam
legem datam ſubditis iudicauit contra eum, & idem pro-
batur in libro Iob.cap.31. ibi, ſi cõtempſi ſubire iudicium
cum ſeruo meo &c.& vide ad hoc,quæ dixi ſuprà in con-
ſtit.pacis cultum.in tertio nota.Et ſi rex iniquas leges con
deret,eueniet ſibi illud,quod dicit Iſaias c.10.qui condũt
leges iniquas.Iuxta hoc quærit hic And.an dicta tranſlatio
poteſtatis legis condendæ in imperium ſit taliter facta, vt
totaliter quirites nullam habeãt ulterius poteſtatem legis
condendæ? Et concludit, ꝙ illa tranſlatio fuit totaliter per
abdicationem à ſe totalis iuriſdictionis, quam à ſeipſo di-
ctus populus Romanus habebat,& non ab alio,vt patet in
d.l.2.ff.de origine iuris,& in d.l.2.ff.de conſtitution.prin-
cipum.Item potuit populus Romanus ex dicta tranſlatio-
ne ſe ſubijcere imperio,quia & per pactum quis poteſt ef-
fici uaſallus alterius, ſecundùm Andream hic allegantem
quæſtionem de homagio.adde ꝙ illam quæſtionem ponit
Spe.in titu. de feudis.§. quoniam. verſiculo primo.de qua
per Lucam de Penna poſt Andr. de Barulo in l.cum ſci-
mus.C.de agri.& cenſi.lib.vndecimo. Itẽ ſubdit hic And.
4 † quòd nec dicta iuriſdictio tranſlata per modum abdica-
tionis poteſt reaſſumi, niſi ex cauſa, vt ſi Imperator abuta-
tur iuriſdictione,tunc enim ſi fiat tyrannus,populus pote-
rit reuocare illam iuriſdictionem, vt in l. ſecunda. §. exa-
ctis. ff. de ori. iuris. Tunc enim rex malè agendo,non eſt
rex, ſecunda quæſtione prima, ſcelus, & quæſtione ſepti-
ma. cap.nõ omnes, ſecundùm Andream hic,& infra in cõ
ſtitutione, magiſter iuſtitiarius, & in cap.j.§.fi. de capita.
qui curi.vendi. ſic etiam donationes reuocantur per ingra
titudinem.l.fi.C.de reuo.dona.Item in illa tranſlatione in
telligitur clauſula, re in eodem ſtatu manente.l.cũ quis.ff.
de ſolu.cui adde.l.quod Seruius.ff.de condict. cauſa data,
cum concor.quæ ibi allegat Iaſon.Et pro hoc facit ad idẽ,
quod dicit Lucas de Penna.C. de commeatu. li. 12.in ter-
tia columna, vbi ſemper res intelligitur, ſi manet in eodẽ
ſtatu.ad idem in l.cum allegatis.C.de re mili.lib.12.in ca.
quemadmodum,de iureiurando.& Alex.in tertio volum.
conſi.72.in quinta columna. & Alex.in l. ſi conuenerit.ff.
de pigno. actio. & Andr. Barba. in conſilio vndecimo. in
tertia char.& in conſilio trigeſimooctauo, penultima co-
lum.gloſ.eſt,vigeſimaſecunda,quæſtione ſecunda, cap. ne
quis.Baldus in cap. cum.M. in ſeptima columna.de conſt.
Federi.de Senis in conſilio 281.Abb.in capit. venerabilis,
ſecunda columna, de elect. Item dicit Andreas hic, quòd
in illa tranſlatione intelligitur,ſi iuſtè Imperator regnabit,
5 aliàs poterit reuocari,† quia frangenti fidem, fides franga
tur eidem.l.cum proponas.C.de pac. c.peruenit.de iureiu.
& pro hac concluſione And.hic effundit multa verba.Qui
bus adde gl.in §.ſed quod principi.in verbo,populus,Inſti.
de iure nat.gent.& ciui.quæ dicit,ꝙ populus Romanus ſo
lus non poteſt legem generalem facere poſt dictam tranſla
tionem ad principem,ſed bene poſſet legem municipalem
facere,ſecundùm Io.Fa.& Aret. ibi. Item adde, ꝙ ſubditis
non licet corrigere ſuperiorem,vt 19.di.c.ſi.& ſecunda, q.
ſeptima.c.item Balaam.cum ſequentibus,& vide Ioã.in c.
per tuas.lo ſecundo,de ſimon.& Fel. in ca.cum non liceat.
in 1.col.de præſcript.Sed an populus poſſit expellere regẽ,
qui eſt in notorio crimine. Vide Bald.in l.2. §.his legib.ff.
de origine iuris.Bald.in l.moueor. C.de ſer.expor. ſed hoc
non ſpectat de iure,niſi ad Papam,vt in allegato ca.ad apo
ſtolicæ.de re iud.libro 6. An autem melius ſit regi per vnũ
quàm per plures? Beatus Thom. de Aquino in libello de
regimine principum,in primo libro, capit.2. mouet iſtam
quæſtionem.& concludit,ꝙ melius eſt regi ab vno, quàm
à pluribus,quia ſemper vbi eſt multitudo,ibi eſt diſſenſio,
& ideo melius eſt regi ab uno,maximè,quia hoc naturale
eſt:nam & in apibus vnus eſt rex,& in corpore cor mouet
omnia membra. Item vnus eſt Deus factor omnium & re-
ctor,ideo ea,quæ ſunt ſm artem,debent naturam imitari,
6 & experientia oſtendit, † ꝙ melius eſt regi per vnum, quã
per plures,ut ibi latius per eum,& ſic fuit vtilis & neceſſa-
ria tranſlatio poteſtatis legis condendę in Imperatorem, vt
dicit iſta conſtitutio,quia melius reguntur populi per vnũ.
quàm per plures. & pro hoc d.l.2.§.nouiſſimè. ff.de orig.
iuris.facit l.3.§.quod in tutore.ff.de adminiſtratione tuto-
rum.& Oldr.in conſi.94.6.col.Secundò no.ex tex.ibi, per
potentiam,ꝙ iſte text.probat, ꝙ imperium habuit originẽ
à potentia.& hoc tenuit glo.in capit.1.de pace iur.firma.ſe
cundum Angelum in l.deprecatio.ff.ad l.Rhodi. de iac.&
in diſputatione,renouata guerra. poſt principiũ. Et ſic ha-
buit exordium à violentia,vt tenet Alber.de Roſa.in l.cun
ctos populos.C.de ſum.Trin. de qua p Præpoſitũ in c.can-
ſam.vlt.col.qui filij ſint legiti.ſed glo. in l.digna vox. dicit
7 ꝙ eſt à fortuna. † Tertiò no. ibi, concurrentibus his duo-
bus,quòd imperatoriam maieſtatem non ſolùm armis,ſed
& legibus oportet eſſe armatam, vt & dicitur in proœ. In-
ſtit.hoc eſt, quòd ſit potens in defendendo populos. Item
vt per ſuos milites coerceat rebelles,& legibus inobedien-
tes.& milites vocantur defenſores, & non domini,ut in l.
hoſtes.in fi.ff.de captiuis.Item quòd ſit iuſtus in ſe, & in a-
lios, & hoc habetur ex actibus iuſtis frequentatis. & tunc
ex actibus iſtis iuſtis frequentatis generatur habitus,ſecun
dùm Ariſto.2.Ethicorum. & tunc ab ipſo eſt origo iuſtitię
quia ab eo procedunt leges,quę faciunt hominem religio-
ſum,ut no.C.de legi.l.leges.ſecundùm Ioan.Fab. in proœ.
Inſtit.ſed inter iſta duo,ſcilicet,potentiam & ſapientiam,à
qua procedit iuſtitia,maior eſt prudẽtia fortitudine,ut di-
cit Cicero de officijs,dum loquitur de bello Athenienſi.&
bene probatur in tertio lib.Regum,ſecundo c.ubi Salomõ
petit à Deo cor docile,ut iudicare poſſet populũ,& diſcer-
nere inter malum & bonum,& Philoſophus ſeptimo Ethi
8 corum dicit, † illos ęſtimamus prudentes,qui ſibi & alijs
poſſunt bona ſpeculari,& prouidere.Ideo ſolemus dicere,
melius eſt regi bono rege,quàm bona lege,ſecundùm Bal.
in l.ex hoc iure.ff.de iuſt.& iure,& uidetur facere.l.pręſen
ti. C. de his qui ad eccle.confu. Et ideo audiui à quodam
uiro ſapiente dicente, ꝙ rex illiteratus, eſt quaſi aſinus co-
ronatus.Quartò no.ex tex.ibi, iuſtitię patrem. ꝙ rex in re-
gno ſuo dicitur pater iuſtitię,quia habet poteſtatem crean
di iuſtas leges & conſtitutiones, & ratione huius creatio-
nis dicitur pater iuſtitię,& ratione executionis,& miniſtra
tionis,& conſeruationis iuſtitię,dicitur filius iuſtitię.& in
proœ.iſtarum Conſti.dicit ſe eſſe executorem diuinę pro-
uidentię,exemplo Dei patris, & filij, ut patet in Pſal.71.
Deus iudicium tuum regi da,& iuſtitiam tuam filio regis,
& ideo dicitur lex animata in terris,ut in Auth.de conſuli
bus.§.fin.& pater legum,vt in authen.de fi.inſtru.in princ.
Quintò

Quintò no.ex tex.ibi,qui de manu Dei. ꝙ imperium Deus de cęlo conſtituit.ad idem Authen.quomodo oportet epiſcopos.in prin,& in Authen.de fide inſtr.§. primo, ꝙ idem teſtatur auctor huius conſtitut.ſupra in proœ.& ibi dixi in princ. in 14.no. Sextò no.ex tex.ibi,inter alia regna. ꝙ iſte Federicus II. Imperator,de quo loquitur cap.ad apoſtolicæ. de re iudic. non ſolùm fuerat rex vtriuſque Siciliæ, ſed
b etiam rex aliorum regnorum, videlicet Hieruſalem. [b] Sed quomodo poteſt dici rex Hieruſalem,cum illa fuit data in collapſum,& tota deſtructa funditus à Tito & Veſpaſiano Imperatorib.vt no.70.diſtinct.cap.ieiunium.lo 2. Reſpondeo,illud regnum datur in titulum regi Siciliæ,vt illud re-
9 cuperet ad fidem Chriſti,† & eſt vnus de quatuor regibus, quib. datur ſacra vnctio,vt in capitulo primo, de ſacra vnctione. Septimò no.ex tex.ibi,abſque acceptione perſonarum, quòd ſicut apud Deum, nó eſt acceptio perſonarum, vt dicit Apoſto.ad Epheſios.6.cap.ad idem in capit.primo Deuteronomij. & no. in capit. venerabilis, de præben. Ita in iudicio apud iudicem non debet eſſe acceptio perſonarum, vt in regula,in iudicijs. lib.6. & hoc intellige, prout declarat beatus Thom. ſecunda ſecundæ, quæſtione ſexageſimatertia. articulo primo. & vide ad hoc in ſumma Angelica, in uerbo, acceptio perſonarum. Octauò no. ex tex. ibi,prompto zelo iuſtitiam miniſtrare. ꝙ iuſtitia eſt miniſtranda cum zelo,ideſt,amore,& charitate, non cum odio & maleuolentia, ſicut dicebat hic Imperator, quòd prompto,ideſt,ex animo,& amore, ſe facilem exhibeat in miniſtranda iuſtitia cunctis perſonis. & pro hoc bonus tex. in cap.fin. vigeſimatertia quæſtione quarta. vbi dicitur,quòd vindicta eſt inferenda, non amore ipſius vindictæ, ſed zelo iuſtitiæ, non vt odium exerceatur, ſed ut prauitas cor-
10 rigatur. † Zelus enim interdum accipitur in bonam partẽ, interdum in malam,vt plenè per Archid.in capit.ſecundo. de regularibus.lib.6. Nonò & vltimò no. ex tex. ibi, volumus officia eſſe diſcreta. quòd melius iuſtitia expeditur ꝑ officiales diſtinctos, & ſeparatos, ita vt alij ſolùm cognoſcant de cauſis ciuilibus, & alij de cauſis criminalib. quia illi, qui verſantur in cauſis ciuilibus propter continuum exercitium cauſarum ciuilium, recipiunt incrementum ſcientiæ. l.legatis ſeruis.§.ornatricibus. ff.de legatis tertio. C.de re militari,lib.duodecimo.l.milites.& ſic iudices cauſarum criminalium recipiunt maiorem cognitionẽ ad inueniendum,& puniendum maleficia propter maius experimentum, & ad hoc facit,quod ſupra dixi in rubrica præſentis conſtit. Et propterea ſemper ego dixi, ꝙ ita deberet fieri,vt alij eſſent iudices in criminalibus,& alij in ciuilib. Inde Valerius Maximus dicit, ꝙ Quintus Scęuola legũ clariſſimus, & certiſſimus vates, quotieſcunque de iure prætorio conſulebatur, ad Furium & Caſellum, qui huic operam dederant, conſultores reijciebat. quo quidem facto moderationem ſuam magis commendabat, quàm auctoritatem minuebat, ab his in negotium aptius explicari poſſe confitendo,qui quotidiano vſu eius callebant.ſapientiſſimi igitur artis ſuæ poſſeſſores ſunt, qui & propria ſtudia verecundè, & aliena tam callidè æſtimant &c. & pro hoc tex. in l.2. § itaque. ibi, & quia & cæteris operis ſapientiæ operã dederat plurima innouare inſtituit &c. Accedat ad hoc id,quod dicebat Ioã.de Imo.in l.ſi prius.circa fin.ff.de
11 oper.no.nun. † ꝙ merus legiſta non debet ſe intromittere ad conſulendum in materia merè canonica, nec ſimiliter econtra, vnde faciens contrarium de facili errat. & dicit hoc vidiſſe.non ergo debemus mittere manum in meſſem alienam.vide ad hoc Ant.de But.in c.clerici.de iudicijs. videte per vos tres gloſſellas hic, de prima & vltima feci mẽtionem in rub.ſupra proxima.In gl.ſecunda. dicunt Doctores. ꝙ illa lex regia originaliter non inuenitur in l.1. ff. de conſtitutio.princi.

ANNOTATIONES.

a Legis.] An & quando, quo tpe & à quo lex habuit originem, & quis habeat poteſtatẽ legis condendæ,ad plenam vide per Maranã in ſua practica iudiciaria, in tertia parte principali.fo.8.Ratione.

b Hieruſalem.] Adde & melius, ꝙ Martinus Quartus Pontifex maximus inueſtiuit de hoc regno Carolum primum fratrem Ludouici Regis Franciæ,qui poſtquam ciuitatem Tuneti ad ſoluendũ ſibi tributum deduxiſſet, reuerſus fuit ad regnũ & in anno 1276. Maria filia primogenita regis Anthiochiæ ceſſit eidem Carolo primo omnia iura quæ eidem competebant ſuper regno Hieruſalem ratione eius patris,& tunc Carolus primus fuit coronatus ꝑ ceſſionem prædictam rex Hieruſalem,& in prouinciam Soriæ ſ ꝑfidem deſtinauit Rogerium de ſancto Seuermo,qui nomine dicti Caroli recepit fidelitatẽ & homagiũ à Baronibus,qui erant in illa prouincia,& ab illo tẽpore vſq; ad tempus noſtrũ Reges huius Regni dicti ſunt Reges Hieruſalem,& hanc puto optimam rationem ad quæſitum Affl.hic.ita dixit do. Pandolphus Collenũcius iuriſconſultus in compendio hiſtoriarum huius regni.lib.5.

De cultu iuſtitiæ. Rub. XXXI.

DICTVM eſt in conſtitutione proximè præcedenti de zelo copioſo, quem habet Imperator ad iuſtitiam faciendam, & ꝙ propterea ordinabit officiales ad hoc: verum quia per examẽ iudicij peruenitur ad iuſtitiam, & in examine iudicij requiritur ſilentium,ita ꝙ ceſſet ſtrepitus in iudicio, ideo ſequitur hæc rub. de cultu iuſtitiæ. bene facit ad hoc tex. quinta quæſtione quarta.cap.in loco.ubi dicit tex. cultum ſuum iuſtitia perdit, quando ſilentia iudiciorum obſtrepentium turba confundit, dicente Propheta. erit cultus iuſtitiæ ſilentium, ſcilicet Iſa. cap. vigeſimoſecundo. circa finem, ſecundùm And. hic. & iſtum textum allegat Lucas de Penna in l.neminem.C.de ſuſceptoribus,præpoſitis & archarijs. lib. 10. vbi multa dicit de cultu iuſtitiæ. Sequitur nigrum.

SVMMARIVM.

1 *Litigans quando licitè in iudicio poſſit aduocatum ſuum loquẽtem abſque iudicis licentia interrumpere.*
Silentium non ſeruantibus in iudicio pœna imponitur.
2 *Iudice pro tribunali ſedente partes coram eo litigantes debent ſilentium ſeruare.*
3 *Iudex eſt iudicij pars potiſſima.*
Iudices non pauperes ſed diuites eſſe debent.
4 *Iudices nec auari eſſe debent,aut rerum temporalium cupidi.*
Appetitus diuitiarum inſatiabilis eſt.
5 *Iudex ob populi quietem alicui certum locum interdicere poteſt.*
6 *Aduocatus habens à rege literas aduocationis,coram iudice loqui poteſt,nulla venia impetrata.*
7 *Memoria hominum labilis eſt.*
8 *Aduocati verba parte præſente prolata cenſentur verba partis.*
Incontinenti dicitur fieri,quod fit intra triduum.
9 *Silentium in iudicio non ſeruans,non incidit in pœnam, niſi ter per iudicem præmonitus.*
10 *Monitio bina neceſſariò requiritur in materia legis diffamari.C.de inge.& manu.*
11 *Iudicem tædio afficere quando quis dicatur.*
12 *Nobilis ia plus punitur in pecunia, quàm ignobilis.*

CVLTVS iuſtitiæ. Diuido iſtam conſtitutionem in quatuor partes. in prima prouidet, vt in iudicio ceſſent uoces, & cridæ, ſiue ſtrepitus, & ſic quòd ſeruetur ſilentium. Et ꝙ præſtetur magiſtratibus reuerentia, nec quiſquam proponat iura ſua coram magiſtratu per ſe, uel per eius procuratorem, uel aduocatum, niſi prius licentia impetra-
1 ta ab eo, vſque ibi, vt etiam. † hic eſt 2. pars, in qua excipit tres caſus, in quibus licet parti litiganti in iudicio ſine licentia iudicis interrumpere ſuum aduocatum,

tum, vel procuratorem loquentem pro eo. Et primò ſi velit aliquid ad memoriam procuratoris, vel aduocati ſui reducere, tunc licet ad eius aurem ſecretè illud ad memoriá reducere. Secundò, ſi neceſſitas occurrit, aliquid proteſtari. Tertiò, ſi aduocatus aliquid per errorem confitetur, qđ pars principalis veretur, quod ſit ei præiudiciũ, poteſt pars interrumpere, & reuocare illum errorem, vſq; ibi, Si quis autem. hic eſt tertia pars, qua imponitur pœna illi, qui ter cum aliquo temporis interuallo à baiulo vel iudice fuit interpellatus, ut ſeruet ſilentiũ in iudicio. Item ſi illi, qui tædioſus eſt iudici, iudex abſque dictis interpellationibus cum interuallo prædicto dixerit ſibi, q; debeat tacere, & ille noluit tacere. Nam ſi eſt ruſticus puniri, debet in uno auguſtali: ſi Burgenſis, in duobus: ſi miles, in quatuor, ſi Baro, in octo, ſi Comes, in ſexdecim auguſtalibus applicádis regio fiſco, vſque ibi, ſcituris. Hic eſt quarta pars, qua quæritur, vtrum de iſta pœna iudex poſſit gratiam facere. & dicitur q; nõ, imò ſi gratiam faceret fiſcus de bonis ſuis, exiget id, quod per gratiam remiſit, & durat vſque in finẽ. Et in ſumma hoc dicit. Non ſeruantes ſilentiũ in iudicio, poſt tertiam iudicis monitionem, iudex, cui debetur reuerentia, neceſſitatur illos punire pœna hic deſcripta, nec licet actori, vel reo, vel eorum procuratoribus & aduocatis coram iudice loqui ſine licentia iudicis, & ea habita, non licet partibus aduocatos loquentes interrumpere, niſi in
2 tribus caſibus hic deſcriptis. † Nota primò ex tex. ibi, iudi
a ciorum ordinem, q; quãdo iudex ſedet [a] pro tribunali, partes, quæ litigant, debent ſeruare ſilentium, & non loqui ſine licentia iudicis, & pro hoc bene facit tex. in l. proximè. ibi, rogo te, audias me patienter. ff. de his, quæ in teſtamento delétur. quia iuſtitia in ſilentio miniſtratur, vt hic, cum concor. allegatis in rubrica ſupra proximè. ideo dixi, qñ iudex ſedet pro tribunali, quia extra tribunal iudex poteſt per modum collucttationis diſputare cum aduocatis, ut in Authentico, de appellationibus. §. ad hæc ſancimus. in glo. & bene facit tex. in d. l. proximè. Et poteſt ſe mouere ad iudicandum ex ratione, vel auctoritate non allegata per aliquá ex partibus, vt voluit Abb. antiquus, quẽ refert Abb. Sicu. in c. peruenit. de emptione & venditione. idem dixit Bal. in c. 1. §. ſacramentum. de conſuetudine recti feudi, allegat gl. in c. ex parte. de conceſſione præbendæ. Et omni tempore, & in omni loco iudex à partibus debet dignè honorari, vt hic. ibi, cum reuerentia. & probatur in Authentico de conſulibus. §. ſin autem. ſed dr̃ iudex honorari, ſi ei dicatur, tu iudex, niſi ſit cõſuetum dicere vos, ut dicit Bar.
3 in l. 1. C. de vetera. lib. 12. † Et meritò, quia ipſe eſt potiſſima pars iudicij, quia dicitur Dux, & Imperator iudicij, ut ff. de procuratoribus. l. ſi procura. abſentem. in glo. ſecundùm Bal. in rub. C. ſi à non compe. iudice. in fi. inde iudex dr̃ ius dicens, vt in c. forus. de verbo. ſign. Nam omnis, qui facit iuſtitiam, ex Chriſto natus eſt, vt dicit Euangeliſta Io. 1. c. dicitur membrum ciuitatis, vt in l. officio. & ibi Bart. C. de apparitoribus. libro duodecimo. Et ideo dicimus, q; iuſſus iudicis facit licitum, quod aliàs eſſet illicitum, ut eſt glo. quæ allegat concor. in l. ait prætor. §. permittitur. ff. de minoribus. Secundò no. ex tex. ibi, quietem. quòd iudex dicitur ſtare in quietudine, quãdo vult iuſtitiam facere: tũc enim quietus eſt, non ſolùm quando ſeruatur ſilentium, ſed etiam quando nullam moleſtiam corporalem patitur, ut dicit Augu. in lib. de ciuitate Dei. cap. 1. Et ex hoc dico, quòd iudices non debent eſſe pauperes, ſed diuites, ut nõ ſuſtineant neceſſitates, quia impediti in prouiſione neceſſitatis, non poſſunt vacare diligenti examinationi iuſtitiæ, & hac ratione attenta, dicit lex, hæc venditio. in fi. C. de p̃dijs decuri. lib. 10. quòd officia ſunt committenda diuitibus. & vide de hoc Lucam de Penna in l. ad ſubeunda. C. de decur. lib. 10. & Andream in c. 1. in verbo, primatibus.
4 de pace iura. fir. † ſed nec debent eſſe, ſi ſunt diuites, auari, & cupidi bonorum temporalium: tunc enim repelluntur, ſicut illi, qui ſunt in neceſſitate, quia non ſunt in quietudine. vide ad hoc multa, quæ allegat beatus Antoninus in ſecunda parte ſuæ ſummæ. tit. 1. vbi loquitur de auaritia. & dicebat Lucas de Penna in l. 1. in verbo, quietẽ, de gladiatoribus. lib. 11. quòd in iudicijs in adminiſtratione iuſtitiæ debet eſſe quies, id eſt, ſine perturbationibus, ut dicit Archi. in cap. 1. in verbo, quietẽ, de offi. leg. lib. 6. ſunt enim quidam Docto. qui nunquam ſatiantur. inde dicit Ambr. 47. diſt. cap. ſicut his. nec ſatietas vnquam, nec finis aderit cupiditati. ſic enim fuit magnus Alex. qui habẽs dominiũ mundi, intelligens à Philoſophis, quòd erant alij mundi, ſuſpirans, & iſtos alios deſiderabat. eſt enim appetitus diuitiarum inſatiabilis, ſecundùm Philoſophum, & ideo eſt vitium: nam dicitur in Prouer. 30. c. dno rogaui te, ne deneges mihi, antequam moriar: diuitias, & paupertates, ne dederis mihi, ſed tantùm tribue victui meo neceſſaria. & tunc mens bona ſtat in quiete ſine perturbatione. Item tu collige ex eodem tex. q; propter quietudinem iudicij cauſidici poſſunt interdici etiam in perpetuum, per l. 1. C. de
5 poſtu. † ſicut etiam propter quietem populi iudex poteſt interdicere alicui certum locum, ut dicit Bar. in l. 1. C. de digni. in ver. ſequitur in diffinitione acceptus, allegat. l. 1. §. 1. ff. de offi. præfec. vrb. ego n. dixi do. Io. Peruſanæ aduocato pp eius importunitatem, q; in domo mea nõ veniret pro aduocationibus, quia ipſe eſt nimis inquietus. vide infra in 8. no. Tertiò no. ex tex. ibi, licẽtiam, iuncto verbo, pro alijs poſtulare, contra ſuperbos aduocatos, qui nõ impetrata licentia à iudice incipiunt tractare cauſas ſuorum clientulorum. Nam poteſt iudex ex iſta arrogantia denegare ſibi audientiam pro illa cauſa, ut erubeſcat de cætero eandem ſuperbiam peragere, & pro hoc. l. moris. ff. de pœ. cum concor. quæ allegantur ibi, in gl. Non tamen poterit de his eum punire pœna conſtitutionis, quæ non habet locum, niſi qñ ter interpellatus fuit interdictus, vt nõ loquatur, & tacere noluit, & tũc ſi eſt miles, id eſt, Doctor, punietur in quatuor auguſtalibus, & dicit hic And. q; hæc pœna non tollit pœnam, de qua in d. l. moris. & in l. 1. C. de poſtulan. Sed iſta accedit iſti ſeueritati, ut in l. 3. C. de ſepul. vio. & ibi plenè per Sal. poſt Cy. Sed aduerte, quia And. aliter intelligit iſtud verbũ, nec prius quàm licẽtiam. nam dicit ipſe, q; nullus poteſt aduocare coram iudice, niſi primò habuerit literas à rege, q; poſſit aduocare, & de hoc eſt conſtitutio infra, quæ incipit, aduocatorum officium, & iſta dici
6 tur licentia, de qua loquitur iſte tex. † & ſic habens literas aduocationis poteſt loqui coram iudice, non impetrata licentia, dummodo ſeruet ſilentium, ſm eum. ex quo infertur, q; ſi aduocatus doctoratus ſit, quòd poteſt ſine licẽtia iudicis corã eo proponere cauſas, & ita videtur tenere glo. quarta hic, ſed ego intelligo de licentia impetranda à iudice ab eo, qui pro alio interuenit in ſingulis cauſis, & nõ de illa licentia generali aduocandi conceſſa à rege, vel à cancellario regni vnà cum collegio, quia tex. iſte expreſſè dicit, licentiam ab eo, qui iudicio præerit conſequãtur. quod verbum refertur ad ſubſequens verbum, ſcilicet pro alio poſtulare, quia verba præcedentia referuntur ẽt ad ſequẽtia, ut no. in c. ſecundò requiris. de appel. & in l. 1. C. de libe. præte. cum ſi. Et quiſpiam diceret, q; Andr. hic non dixit id, quod ſuprà dixi, ſed tamẽ dicit ſuper illo verbo hic in tex. poſito, pro alijs poſtulare hodie, ſine examinatione, & licentia curiæ per literas conceſſas. Ad hoc reſpondeo, q; niſi intelligeretur And. vt ſupra dixi, impertinẽter And. hic appoſuiſſet iſta verba, qa illud verbũ, pro alio poſtulare, exponitur, id eſt, petere pro alio à curia ſedente pro tribunali, ut dicit Azo in ſumma. C. de poſtulando. & ſic nõ tantùm pro aduocato, ſed etiam pro procuratore, & alijs
7 perſonis, quæ poſſunt pro alio ꝓponere in iudicio. † Quartò no. ex tex. ibi, ad memoriã de iure, vel in facto reducat,
b q; memoria hominum eſt labilis. [b] ad idem l. peregrè. ff. de acqui. poſ. l. 4. ff. ſi mẽs. fal. mo. dixe. & ideo dixit tex. in l. 1. §. ſed quia. C. de vete. iu. enuclean. quòd omnium habere memoriam, eſt potius diuinitatis, quàm humanitatis, & ideo licet clientulo, quando aduocatus allegat pro eo, ſine ſtrepitu ad aures eius loqui, & reducere in eius memoriam

moriam aliquid, quod facit pro iuſtitia ipſius clientuli per
iſtam conſtitutionem. ſic etiam relatio ad aures principis
eſt facienda, vt dr̃ in l. vnica. C. ne ſine iuſſu principis &c.
Quintò no. ex tex. ibi, neceſſitas, ꝙ vbi de iure aliquid eſt
prohibitũ, neceſſitas illud facit eſſe licitum, vt hic. ad idẽ
in l. 1. C. de nauſta. per Bar. lib. 11. & in l. quemadmodum.
C. de agri. & cenſi. eod. lib. tex. eſt in cap. quod non eſt lici-
tum. de regulis iuris, & ibi vide glo. quæ allegat cõcordan
tias, & glo. in Auth. vt hi, qui obligat. &c. in §. ſi verò. vide
plura de hoc per Lucam de Penna in l. 1. C. de commeatu,
lib. 12. & Albe. de Roſa. & Bal. in l. 1. in fi. ff. de offi. cõſul.
& quæ dixi in c. 2. in 5. no. de feudo ſine culpa non amit.
Iaſ. in l. de pupillo. §. ſi quis riuos. per vnam col. ff. de ope.
no. nun. & in l. 1, in 5. no. de offic. eius, cui mandata eſt iu-
riſdi. Bal. in l. apud eloquentiſſimum. C. de fide inſtr. & de
iſta materia neceſſitatis multa poſſent allegari, quæ omit-
to tanquam non neceſſaria in iſta conſtitutione. Sextò no.
ex tex. ibi, corrigere velit errorẽ. ſi pars veretur. i. timet, ꝙ
aſſertio aduocati ſibi noceat, qñ loquitur in fauorẽ ſui cliẽ
tuli, poteſt pars incontinenti reuocare confeſſionem illius
aduocati, & in hac reuocatione non requiritur licentia iu
8 dicis. & ſic patet, † ꝙ illud, qđ præſente parte profert ad-
uocatus, ipſa pars proferre vr̃, in l. 1. C. de errore aduocato
rum. fallit, quando aduocatus loquitur literaliter præſen
te parte idiota, tunc non nocet ſibi præſentia ſine intelligẽ
tia, ſm̃ Bal. in d. l. 1. & in l. teſtium. C. de teſt. quia non dici
tur præſens, ſi nõ eſt intelligens. l. diem proferre. §. coram,
ff. de arbi. & no. Bar. in l. 1. ff. de aucto. tuto. & ibi vide re-
miſſiones in apoſt. Alex. & ſcias ꝙ illa confeſſio aduocati,
poteſt reuocari per partem incontinenti, ſm̃ iſtam conſti-
tutionem, intelligitur illud incõtinenti, id eſt, intra triduũ.
ſm̃ Bal. in l. fi. C. de erro. aduoca. & in l. cum ſpecialis. C. de
iudi. & tunc quando incontinenti reuocat, non habet ne-
ceſſe probare errorem, ſcilicet, factum aliter ſe habere, ſed
ſi poſt triduum reuocaret confeſſionem, ipſe haberet pro-
bare factum aliter ſe habere ſecundùm glo. in c. omni. de
cenſi. & Albe. & Paulum de Caſtro in d. l. fin. Et ideo bene
miratur glo. hæc ꝙ iſta conſtitutio admittat iſtum vanum
9 timorem partis. † Septimò no. ex tex. ibi, ter per interual-
la. quòd ad hoc vt ille, qui non ſeruat ſilentium in iudicio
incidat in pœnam hic contentam, per ſententiam iudicis
oportet, ꝙ primò iudex ter monuiſſet per aliquod tempo-
ris interuallum, vt taceret, & ille noluit tacere, & quia hic
eſt dictio aliqua, ſufficit aliquod modicum interuallũ in-
ter vnam monitionem & aliam, etiam ꝙ eſſet intra dimi-
diam vnius horæ. & pro hoc facit. l. cum ſeruum. §. ſi quis
ſuus. ff. de acq. hære. vbi iſta dictio aliquid, importat quid
modicum, & hoc eſt, ſm̃ iſtam ſubiectam materiam, quia
nullus ſani capitis diceret, ꝙ iſtę tres monitiones habeant
fieri in tribus diebus, vel in tribus horis, quia non tantùm
ſolet ſedere iudex pro tribunali. vnde iſtud verbum, inter-
uallum aliquod, exponitur arbitrio iudicis, ſecundùm ſub
iectam materiam, ut dicit gl. in l. ſi finita. §. non autem. ff.
de damno infecto. & ſic de modico interuallo, quia ſic vi-
detur intellexiſſe conditor huius conſtitutionis, ſm̃ ſubie-
ctam materiam, vt in l. ſi vno, in prin. ff. locati. cum concor
dantijs allegatis per Bar. in l. 1. C. de neg. geſtis. Ex quibus
apparet, quòd non ſufficit, ꝙ uno cõtextu iudex dicat, mo
neo te, moneo te, ſicut poteſt petere appellans apoſtolos
vnico contextu inſtante, inſtantius, & inſtantiſſimè, ut in
10 cle. quamuis, de appel. † An autem in materia. l. diffamari.
C. de ingenuit. & manu. requiratur de neceſſitate bina mo
nitio. Angelus dicit, ꝙ ſic, in Authẽtico de hęre. & Fal. Idẽ
firmat Marianus Socinus in c. licet. de accuſationibus. ſed
Ludo. tenet contrarium in l. quandiu. §. 5. ff. de acquiren.
hære. & Alex. in l. fi. in prin. ff. de ferijs. & vide ad hoc Fel.
in c. ex literis. de cõſti. col. 11. Octauò no. ex tex. ibi, tędio-
ſus. quòd ſi litigantes, vel pro eis interuenientes ſunt iudi-
ci tędioſi, id eſt, quia faſtidiunt iudicem in ſermonibus, &
verbis, poteſt iudex eos punire pœna hic contenta, abſque
eo quòd bis, uel ter eos interpellauerit per aliquod inter-
uallum. Et ſic patet, quòd eſt differentia inter eum, qui nõ
ſeruat ſilentium in iudicio, & eum qui eſt tędioſus iudi-
ci. nam contra non ſeruantem ſilentium requiruntur mo-
nitiones (vt ſupra in præcedenti notabili dictum eſt:) ſed
quando quis tędio afficit iudicẽ, tunc poteſt iudex, factis
interpellationibus, ſine interuallo temporis condemnare
11 eum ad pœnam hic contentam. † & dicitur tędio afficere
iudicem, ſi eum moleſtat importunè, ut patet in cap. quo-
niam. §. in alijs. vt lite non conteſtata, & in l. is. cui, in prin.
ff. vt in poſſeſ. legato. facit l. fin. §. ſi quis autem tędio vitæ.
ff. de bonis eorum, qui mortem ſibi conſciuerunt. Caueãt
igitur aduocati, ne ſint nimis verboſi coram iudice, nec eũ
ſæpiſſimè adeant, & ei moleſtiam inferant, prout ego vidi
quẽdam alium aduocatum, qui erat adeò mihi moleſtus,
& importunus, ꝙ propoſui in mente mea non eſſe iudex,
vbi ipſe erat aduocatus, & ne argueret de impatientia, po-
tius tacui, quia non habebamus Regem in regno, cui po-
tuiſſem dicere, quòd mandaret ſpecificè, ꝙ hæc cõſtitutio
tenaciter ſeruari debeat à iudicibus. Nonò no. ex tex. ibi,
ſi Comes. ꝙ licet Comites & Barones ſint in dignitate,
tamen tenentur portare reuerentiam iudici, ſiue habeat ſo
lam iuriſdictionem in cauſis ciuilibus, ut ſunt baioli: ſiue
habeat merum & miſtum imperium, & ſi non ſeruant ſi-
lentium in iudicio, puniuntur hic in pecunia grauius, quã
milites, & ipſi milites in plus quàm Burgenſes, & Burgen-
12 ſes in plus quàm ruſtici. † & ſic patet, quòd in pecunia in
in plus ponitur nobilis delinquens quàm ignobilis in eo-
dem genere delicti, concordantiæ ſunt in glo. 14. quæſt. 1.
capitu. qui contra. & pro hoc bene facit ſupra, conſtitutio
quæ incipit, intentionis noſtræ. circa finem. & ibi dixi in
9. no. Decimò & vltimò nota ex tex. in verbo, dimiſerit, ꝙ
iudex non poteſt facere gratiam de pœna, quæ eſt limita-
ta per iſtam conſtitutionem ob delictum non ſeruati ſilen
tij in iudicio, & ſi gratiam faceret, totum, quod dimiſit, re
netur iudex de ſuo ſoluere fiſco. ad idem ſupra in conſti-
tutione, ſi quis in poſterum. in fi. Et ſic patet, quòd de iſto
delicto non ſeruati ſilentij prohibita eſt etiam cõpoſitio
in minus. & pro hoc facit dictum Bartoli in l. 1. in princi.
in fi. ff. ſi quis ius dicenti non obtemperauerit. niſi de uolun
tate regis, ar. l. acta. §. 1. ff. de re iudicata. & per iſta decidi-
tur illa quæſtio, quam tangit Baldus, & ibi Alexander, in
l. ſi familia. ff. de iuriſdi. om. iud. ſi uigore ſtatuti iudex de-
beat puniri in decem pro delicto non punito. ſi iudex de
quinque delinquentibus punierit quatuor, certè pro illo
impunito punietur iudex in decem. hodie tam magna Cu
ria, quàm multi Barones uigore literæ arbitralis, quam ha
bent, quæ incipit, exercere volentes. char. 40. de iſta pœna
pecuniaria poſſunt componere. Et etiam ſine dicta litera
arbitraria in omnibus pœnis pecuniarijs licet iudicib. cõ-
ponere, dummodo pœna non excedat uncias vigintiquin-
que, vt patet in cap. Regis Caroli ſecundi, quod incipit,
permittimus. ad char. 32. In glo. 1. quæ ponit ſummarium
huius conſtõnis, dic, ut dixi in diuiſione. In gl. 2. in verbo,
in ſilẽtijs. Bene dicit gl. ꝙ debet dicere, in ſilẽtijs. Et ita ha
betur in conſtitutionibus veteribus. In glo. tertia. Et ſic pa
tet, quòd iſta conſtitutio corrigit ius Longobardũ, quod
volebat, quòd in cauſa ſua quis poterat loqui ſine licẽtia.
In glo. quarta. Iſta glo. videtur tenere, quòd aduocatus poſ
ſit pro alijs perorare, non obtenta licentia iudicis. de hoc
dic, ut dixi ſuprà in 3. no. In glo. quinta, in verbo, præiudi-
cium. in prin. dic vt dixi ſupra in 6. no. In glo. 6. in verbo,
ſimiles. dic, ut dixi ſuprà in 9. no. In glo. fin. dic, ut dixi
ſupra in 10. no.

ANNOTATIONES.

a Sedet.] Nota, ꝙ iudicum eſt ſedere, aduocatorum propriè eſt ſta
re, ut in l. quiſquis. in f. C. de poſtulando. & in Auth. ab illuſtrib,
§. 1. colla. 5. & C. de officio ciuilium iudicum. l. 1. & de officio di-
uerſ. iudi. l. fin. Batius.

b Labili.] Adde ꝙ dr̃ de officiali propter multitudinem & varieta
tem negotiorũ, quæ in officio geſta ſunt, ut per Alex. conſ. 216.
lib. 2. & tradit Bart. in l. quod iuſſit, in fi. ff. de re iud. & faciunt re-

lata

lata per Socinum in reg. 125.1 limitatione eiuſdem ſalentiæ, ui-
de Grammat. latè in deciſ.60. Batius.

De quibus cauſis primitus cognoſcatur. Rub. XXXII.

DICTVM fuit in titu.præcedenti de ordine ſilentij ſeruando in iudicio, erat viuendum de ordine cognoſcẽdarum, decidendarumq; cauſarum, quæ cauſæ primitus debent expediri, ideo ſequitur hæc rubrica. Ex qua patet, quòd non ſolùm in iudicijs eſt ſeruandus ordo ſilentij, ſed etiam dẽt eſſe ordo cauſarum, & ſic ordo in cauſis audiendis, & decidendis eſt ſeruandus, vt hic. gl. eſt in §. inordinatum. in Authen. de hære. & Fal. interdum ordo præpoſteratur, ut in proœ. ffforum. in prin. Et an & quando ordo ſit ſeruandus, vide glo. & ibi Alb. de Roſ. in l. quoties. ff. de vſufruc. Et ſcias, quòd iſte ordo datus hic ab Imperatore de andiẽdis, & decidendis primitus cauſis eccleſiarum, & deinde fiſcalium, & poſtea pupillorum, viduarum, & miſerabiliũ perſonarum, nõ fuit ordinatus a Deo, ſed tñ ordo iudicij fuit ſeruatus in Paradiſo terreſtri, ut dicitur in lib. Geneſis, tertio cap. de quo facit mentionem Spec. in proœ. primæ partis. in ver. ſanè plantandi. & ex quo datus eſt ab Imperatore ordo in procedendo, eſt ſeruandus, alioquin non valet, quod agitur, ſecundùm Specu. in proœ. ſecundæ pàrtis, in 1. col. per tex. in cap. cum dilecta. de reſcrip. & de iudi. cap. exhibita. ſed ibi non loquitur de iſto ordine in audiendis & expediẽdis cauſis, & ideo puto, quòd omiſſio huius ordinis non vitiaret ſententiam, quia eſſet ordo præparatorij iudicij, & non ordo iudicij, qui vitiat ſententiam, vt in l. prolatam. C. de ſenten. omiſſio ordinis præparatorij non vitiat ſententiam, ſecundùm Specu. in d. proœ & Bald. in authen. generaliter, vlt. colum. C. de epiſc. & cle. Bene tamen iudex, qui non ſeruaret hanc conſtitutionem, poſſet conueniri tanquam tranſgreſſor legis, quæ eſt arbitraria, ſecundùm Bal. in l. non dubium. C. de legi.

SVMMARIVM.

1 *Ordo in cauſis expediendis datus ab habente poteſtatem legis condendæ ſeruari debet.*
Miſericordia eſt alienæ miſeria in corde noſtro compaſſio.
2 *Iudices ſeculares eccleſia coram eis de perſonis laicis iuſtitiam petente ſunt competentes.*
3 *Scholaris rectori ſtudij iuramento aſtrictus eſt, quem declinare non poteſt.*
4 *Eccleſia militans eſt ad inſtar eccleſiæ triumphantis, & corpus Chriſti miſticum dicitur.*
Priuilegium eccleſijs conceſſum perſonam non tranſgreditur.
5 *Variatio ſolutionum collectarum non perpetua reale onus non inducit.*
6 *Petitore iura competitoris infringente, non debet ferri ſententia, niſi prius diſcuſſo iure vtriuſque.*
Inſtantia non currit in cauſa fiſcali.
7 *Miſerabilis perſona differt a debili, ſicut genus a ſpecie.*
Bilis humor quidam dicitur humanum corpus afficiens.
8 *Eccleſia pauperum appellatione continetur.*

IVSTI cultores. Duo dicit iſta conſtitutio. primò, quòd tunc Imperator aſſumit partes iuſti cultoris, cum ordinat telam iudicij, & pomœrium iuſtitiæ irrigat riuulis miſericordiæ. Secundò iubet ibi, ſtatuimus, q omnes magiſtratus & iudices regni obſeruent infraſcriptum ordinem in audiendis, & decidendis litigijs, vt in primis cauſas eccleſiarum, ſecundò cauſas fiſcales, tertiò cauſas pupillorum & orphanorum, viduarum & debilium perſonarum, quartò cauſas aliorum priuatorum. & breuiter hoc intendit. Omnes iudices debent hunc ordinem ſeruare in audiẽdis & decidendis cauſis, ut in primis audiant, & expediãt cauſas eccleſiarum, deinde cauſas fiſcales, poſtea cauſas pupillorum, viduarum, & miſerabilium perſonarũ, vltimo cau-
1 ſas alias. † No. primò ex tex. ibi, ordinant, q iſte ordo in
a expediendis cauſis,[a] ex quo datus eſt ab habente poteſtatẽ
legis condendæ, eſt ſeruandus, per id quod ſupra dixi in rubr. Secundò no. ibi, pomœrium, q regna iuſtitiæ habent promœriũ, ideſt, viridarium, vbi ſunt omnes fructus eiui pertinentes, ſiue molles, ſiue duri, ideſt habet in ſe omnes virtutes, ut dicit S. Tho. de Aquino in tertio ſententia. diſt. 33. q. 1. & in ſecunda ſecundæ, quæſtione quinquageſimaoctaua. Et in iſto genere virtutum ſunt riuuli miſericordiæ, quæ non eſt pars iuſtitiæ, ſed effectus charitatis interior, ut dicit B. Thomas, quem refert B. Ant. Archi. Flor. in quarta parte ſuæ ſummæ. titu. 5. c. 18. in princ. vbi diffinit miſericordiam ſecundum Auguſtinum in lib. 9. de ciuitate Dei. Miſericordia eſt alienæ miſeriæ noſtro in corde cõpaſſio: qua utique, ſi poſſumus, ſubuenire compellimur, quia dicit Euangeliſta Matthæus, quinto cap. Beati miſericordes, quia ipſi miſericordiam conſequentur, ſcilicet in patria ſuperna. Et Greg. in homil. dicit, quòd vera iuſtitia habet compaſſionem ad peccatores, non indignationem, ſed falſa iuſtitia econtra non habet compaſſionem, ſed dedignationem. diſt. 45. c. vera. Quæ. n. ſunt conſideranda in actu miſericordiæ exhibendæ in alium, vide gl. 42. diſt. c. quieſcamus. & vide multum egregiè per Lucam de Penna in l. centum. C. de actio. ciu. lib. 11. & in rub. C. de mendican. vali. eo. lib. hoc vocabulo pomœrio, utitur iuriſconſultus in l. cui pacto. ff. de ſer. expor. & tex. in capitu. iudices.
2 1. q. 1. Tertiò no. ex tex. ibi, ut omnes regni iudices. † q om
nes iudices ſeculares ſunt iudices competentes, quando eccleſia petit iuſtitiam coram eis à perſonis ſecularibus, poſtquam iſta conſtitutio dicit, q iudices primitus audiant, & expediant cauſas Eccleſiarum, qui iudices ſeculares cognoſcunt cauſas eccleſiarum, ſcilicet quãdo eccleſiæ agunt coram eis, quia actor debet ſequi forum rei. Et hoc eſt regulare. l. fi. C. vbi in rem actio. c. cum ſit generale. de foro cõper. & ſic iſtud non eſt priuilegium eccleſiæ, ſed priuilegiũ eccleſiæ conſiſtit in hoc, quia prius cauſa eccleſiæ eſt audienda, & fine debito terminanda, per iſtam cõſtitutionẽ. Item non conſiſtit priuilegium eccleſiæ in hoc, ſi reus conueniendus ab eccleſia habet plures iudices, coram quibus poteſt conueniri, quia regulare eſt, q electio eligendi iudicem, ubi reus conueniendus habet plures iudices, eſt actoris, ut in l. 2. §. 1. ff. de eo quod certo loco. & voluit Barto. in l. ſi per errorem. in fine. ff. de in ius uoc. Fallit in ſcholare, qui habet ius eligendi forum, aut Doctorum, aut epiſcopum, vt ſi conueniatur coram Epiſcopo, poteſt declinare Epiſcopum, & eligere Doctorem, uel econtra, ut in au-
3 then. habita. §. verum. C. ne filius pro patre. † non tamen
poteſt declinare rectorem ſtudij, ſi coram eo cõueniatur, quia ei eſt aſtrictus vinculo iuramenti, ſecundùm Bald. in §. verum. An autem eccleſia habeat priuilegium, quòd poſſit cõuenire reum coram Principe, vel iuſtitiario, ſicut pupilli habent, & miſerabiles perſonæ, de hoc dicetur poſt Andr. infrà in conſti. ſtatuimus. licet glo. 1. hic dicat, quòd quidam dicebant per iſtam conſtitutionem, quòd ſic, ſed in veritate nihil de hoc dicitur in iſta cõſtitutione. Et ideo bene dicebat hic And. quòd hoc quod glo. dicit, nõ poteſt colligi ex iſta conſtitutione. Quartò no. ex tex. ibi, in audiendis, & decidendis. contra iudices, qui primitus audiunt aduocatos proponentes cauſas perſonarum, qui faciliter habent aures regis, quàm aduocatos eccleſiarum, quia iſti peruertunt ordinem iuſtitiæ traditum ab iſta conſtitutione, & quod deterius eſt, prius per diffinitiuam ſententiam proceſſus expediunt aliarum priuatarum perſonarum quàm proceſſus concluſos cauſarum eccleſiarum, quod facere non debent, per iſtam conſtitutionem. & per id quod dicit Bar. in l. 1. in princ. in 7. q. ff. de ope no. nunciati. vbi dicit, quòd iudices magis debent fauere ſacris

quam

4 quam alijs, nō & immeritò, † quia eccleſia militans eſt ad inſtar eccleſiæ triumphantis, vt in c.fi.89.diſt.& eſt corpus Chriſti myſticum, vt in c.Engeltrudam. in fi.3.q.4. Quintò no.ex tex.ibi, vt cauſas eccleſiarum, ꝙ eccleſia eſt priuilegiata in hoc, ꝙ eius cauſæ primitus ſunt tractādæ quàm aliæ. de alijs verò priuilegijs eccleſię in genere, vide p Inn. in c.nouerint.de ſenten.excom. An autem clerici litigātes, non de bonis eccleſiæ, ſed de bonis eorum, gaudeant hoc priuilegio eccleſiæ, de quo in iſta conſtitutione? And.infra in conſtitutione, ſancimus.in 1.col.dicit. Item clericus pro contractibus, & rebus proprijs, quæ non ſunt eccleſię, non habet priuilegium, quia cum eccleſijs datur priuilegium perſonam non tranſgreditur. ff.de conſti.prin.l.1. Et licet ibi And.loquatur de priuilegio eligendi forum principis, iuxta l.1.C.quando Imperator. tñ credo, ꝙ idem ſit in priuilegio conceſſo eccleſijs, vt eius cauſæ primitus expediātur, vt non tranſeat in clericis litigantibus ex proprio contractu, vel de bonis proprijs. Nec ob. ꝙ clerici de bonis obuentis à parentibus, vel aliunde quàm ab eccleſia ſint immunes à collectis, quæ variantur, ſm Spe.in tit.de cler.cōiuga §.1.Io.de Lignano.& Ant.de But.& Io.de Imo. in ca. fi.de vita & hone.cler.& Archi.in c.1.de immuni. eccleſ.
5 libro ſexto, † quia illud ideo eſt, quia illa variatio ſolutionis collectarum non eſt perpetua, ideo non inducit onus reale: nos verò loquimur de priuilegio perſonali eccleſiæ, quod non tranſgreditur perſonam eccleſiæ, vt in regula, priuilegium.lib.6.ſimiliter non obſtat c. eccleſiarum.12. q.2.vbi dr, ꝙ clerici gaudent eodem priuilegio, quo gaudet eccleſia, quia illud c.loquitur de priuilegio, vt eccleſia non ſuſtineat angariam, vt illo gaudeant etiam clerici, vt vt ibi, & in l.2.C. de epiſc. & clericis. ſimiliter non obſtat cap.ſimiliter.16.q.1. quia glo.ibi bene reſpondet, quæ iura allegat glo.fi. in d.cap.fi. de vita & hone. cle. Sextò no. ex tex.ibi, demum fiſcales, ꝙ fiſcus licet habeat iudices ꝓprios, coram quibus ipſe agit, & conuenitur, vt in l.1. & 2. C.ſi aduerſus fiſcum.no.Bal.in l.1.C.de hær.vel actio. vendita.tamen eſt priuilegiatus, vt ſi coram quocunque iudice agat, vel cōueniatur, poſt cauſas eccleſiæ, debēt eius cauſæ tam in interlocutorijs, quàm in diffinitiuis ſentētijs determinari, antequam cauſæ pupilli, viduarum, & miſerabilium perſonarum. Et ideo ſi fiſcus concurreret cū alio priuato ad agendum, prius cauſa fiſci debet expediri, vt in l. apud Iulianum.ff.de iure fiſci. Et credo, ꝙ iſtud limitat illud dictum Inno.in cap.veniens.de teſti. de quo facit men
6 tionem Bal.in c.ſi duo, de pace tenenda. † ꝙ qñ vnus petitor infringit iura competitoris, non eſt ferenda ſententia, niſi iure vtriuſque diſcuſſo, & ſic limitatur. l.is à quo.ff.de rei ven. nam hoc non procedit in alijs perſonis priuilegiatis, quarum cauſæ debent primitus expediri, & iſta limitatio fuit à Doctoribus cogitata. & credo, ꝙ ſit vera, & ſeruabitur diſpoſitio d. l. is à quo. ſic etiam eſt priuilegiatus fiſcus in hoc, quia in cauſa fiſcali nō currit inſtantia, ut in l.properandum.in prin.Pau.de Ca.in l.fi.C.de priui. fiſci. 31.alia priuilegia fiſci ponit Bal.in l.1.C.de hær.vel actio. ven.ego alia collegi in cap.a.de fratribus de nouo benefic. inueſti. Sed dominus Franciſcus Lucanus de Parma colligit cētum quadraginta priuilegia fiſci in ſuo libello de iure fiſci, impreſſo, & idē Martinus de Laude, in eodē libel-
b lo de iure fiſci. Septimò no.ex tex.ibi, orphanorū.[b] ideſt, filiorum pupillorum parentibus priuatorum. ſecus ergo ſi haberet tantùm patrem, aut tantùm matrem. In tex.ibi, viduarum, & debilium perſonarum. non dixit miſerabiliū
7 perſonarum. † nam inter miſerabilem perſonam & debilem eſt differentia, ſicut inter genus, & ſpeciem, quia appellatione miſerabilium perſonarum veniunt etiam debiles, vt in l.1.C.de mendi.vali.lib.11.& habetur in c. ſignificantibus.de officio deleg.& in d.l.1. C. quando imperator inter vidu.&c.ſed appellatione debilium perſonarum non veniunt niſi infirmi, ideſt, parum habiles, & ſic ſenes inhabiles, ut dicit Lucas in d.l.1.C.de mendi.vali. Et dicit idem Lucas de Penna in l.nominationum. C. de decurio. lib.10.ꝙ bilis eſt humor afficiens corpus. inde debilitas, & allegat Papiam. & ex hoc infero, ꝙ pauperes ſani, & robuſti non gaudent priuilegio huius cōſtitutionis, licet ſint miſerabiles perſonæ, quia hoc priuilegium conceſſum eſt pupillis, orphanis, viduis, & debilibus perſonis. In glo. 1. de hac dic, vt dixi ſupra in tertio nota. In glo. ſecunda. dic vt dixi ſupra in 6.no. In glo.tertia, quæ eſt fi. no.gl. quæ dicit, quòd viduæ, & pupilli æquiparantur, in priuilegijs, cui adde, ꝙ eccleſia etiam fungitur vice minorum, vt no. in c.
8 auditis.de reſtitu.in integrum, † & appellatione pauperū continetur eccleſia, vt in l.2.C.de epiſco. & cler. & voluit Ioannes Andreas in nouella, in cap. fin. de teſta. ubi refert quæſtionem diſputatam per dominum Recuperū de ſancto Miniato, in hac quæſtione, ſi legata eſt certa quantitas pecuniæ diſtribuenda per executores pauperibus, an executores poſſint dictam pecuniā conuertere in fabricā pauperibus eccleſijs. & concludit, ꝙ ſic. ſequitur rubrica.

ANNOTATIONES.

a Cauſis.] Adde regiam nouellam Pragma. Regis Caroli quinti Imperatoris, quæ mandat cauſas p̄mò concluſas expediri, & ritum magnæ curię. item quòd teneantur iudices, vbi cauſa cōcluſa terminari debet infra decem dies. Ioan. Anto. Batius.

b Orphanorum.] Appellatione miſerabilium perſonarum, qui ueniāt, vide infra, & ſupra p Mat.in Conſti.oēs noſtri.col.2. Batius.

De dandis aduocatis pupillis, & miſerabilibus perſonis. Rub. XXXIII.

DICTVM eſt, quòd ad cultum iuſtitiæ requiritur ſilentium, & poſt ſilentiū requiritur ordo in expediendis cauſis. verùm quia in iudicio pupilli, viduæ, & miſerabiles perſonæ interdum litigant cum perſonis potentioribus, & iura eorum conculcantur, ideo Imperator Chriſtianus motus miſericordia dictis perſonis præſtat ſuccurſum, & dat eis aduocatum, & litis expenſas de ſuo ærario, & facit legem de hoc in futurum obſeruandam, quam bene ſeruauerūt ſucceſſores reges huius regni, dando ſalarium vni Doctori, vt præſtet patrocinium pupillis, viduis, & miſerabilibus perſonis, & vſque ad præſens tempus ſic ſeruatur, & nominatur aduocatus pauperum. & dicit hic And. ꝙ Rex Carolus ſecundus ſtatuit aduocato pauperum ſalarium à regia curia, quod ſalarium habet, ſiue ſint multæ cauſę, ſiue paucæ, ſecundū eum hic. Et ideo eſt ritus in magna curia Vicariæ, quòd procurator, & aduocatus pauperum nihil debēt recipere pro defenſione cauſarum pupillorum, viduarum, miſerabilium perſonarum, ſed gratis debent procurare, & aduocare, quia debent eſſe contenti eorū gagijs, quæ ſunt ducentorum ducatorum. Et alius ritus dictæ magnę Curiæ prouidet, ꝙ nec procurator, nec aduocatus pauperum poteſt ſeruire per ſubſtitutum, ſed debent perſonaliter ſeruire, & incipit iſte ritus: Item, quòd nullus officialis ipſius curiæ. & ſubditur ibidem, quòd dictum officium aduocati pauperum cōceditur ad beneplacitum regis. Et ſcias, quòd aduocatus pauperum poteſt aduocare etiā pro alijs perſonis, dummodo non præſtet patrocinium contra aliquem pupillum, viduam, vel aliquam miſerabilem perſonam, vt eſt obſeruantia antiqua magnæ Curiæ ſcripta in ritibus antiquis, quæ incipit: Item aduocatus pauperum, ſequitur nigrum.

SVMMARIVM.

1 *Pietatis opera exercens, & vitæ præſentis ſubſidia, & æternæ claritatis præmia percipiet.*
Pietas dici non poteſt cum alterius detrimento.
2 *Pietatis exercens opera malo fine non poterit terminari.*
3 *Anaſtaſius Imperator impius ictu fulminis fuit conſumptus.*

Pupilli ſunt, qui impuberes ſub patris poteſtate eſſe deſie-
runt.
4 *Vidua pupillorum gaudet priuilegio.*
Pecuniæ cuncta obediunt.
5 *Vidua, quæ diues eſt, an gaudeat priuilegijs viduarum.*
Priuilegium viduis indultum, de honeſtis & pudicis eſt intelli-
gendum.
Vidua fornicans grauius peccat, quàm virgo.
Aduocatus pauperum pro Iudæa vidua aduocare non te-
netur.
6 *Pauper cum Rege vel fiſco litigans, ab eo in lite & victu habe-*
re debet expenſas.
7 *Rex pauperi cum fiſco litiganti aduocatum & expenſas mini-*
ſtrare debet.
Priuilegia paupertatis quæ ſint, & quot incommoda.
Aduocatus pauperum pro ſenibus, debilibus, infirmis, cæcis &
alijs miſerabilibus perſonis aduocare debet.
8 *Potentes, ſeu diuites impreſſionem debilibus inferre, & eos iniu*
rijs afficere præſumuntur.
Aduocatus pauperum datus à Rege, quando debeat aduocare,
& coram quibus iudicibus.
9 *Aduocatus pauperum datus à Rege, an teneatur pro eccleſijs*
aduocare.
Pugiles pauperibus à Rege dati, qui dicantur.
Pugnare per campionem, qui debeant.
10 *Notarij actorum, & examinatores teſtium in cauſis perſona-*
rum miſerabilium, nil ab eis exigere debent.
Teſtes producens eis expenſas miniſtrare debet, demptis miſe-
rabilibus perſonis, pro quibus curia miniſtrat.
11 *Pauperes, viduæ & miſerabiles perſonæ ſportulas iudicib. non*
ſoluunt.
Seruientes non debent ſalarium petere à pauperibus, viduis &
pupillis.

LEGES præſenti. Nõ diuiditur, ideo hoc
intendit. ſuggerente. i. ſubminiſtrante
pietatis officio, Imperator iubet, quòd
pupillis, viduis, orphanis, pauperibus,
& quibuslibet debilib. ſiue in iudicio
litigent: & ſic actores, ſiue rei cũ perſo-
nis potentibus, uel non potentibus, ſiue cum fiſco, expẽſis
regiæ curiæ deutur aduocati pugiles, & commorantib. in
curia etiam expenſę neceſſariæ victus, & in producendis
teſtibus, eiſq; dat immunitatem à ſolutione ſportularum,
& apparitorum, & ſcripturarum, quę debentur notarijs a-
ctorum, & ſententiarum pro earum ſubſcriptionibus. Vel
ſic, lætentur pupilli, viduæ, & miſerabiles perſonæ de pie-
tate, & protectione, quam habet de eis Imperator, quia ip-
ſis litigantib. cum quibuſuis perſonis, etiam cum fiſco, ꝑ-
uider ſumptib. curiæ de aduocatis, & expenſis litis, & vi-
ctus, dum in curia moram trahunt. ſtatuitq; nihil eſſe ab
eis poſtulandum à notarijs actorum, & ab apparitorib. et
pro ſubſcriptione ſententiarum. No. primò ex tex. ibi, pie
tatis officio. ꝙ ſi iſte Imperator uerè exercuiſſet officium
pietatis, non ſibi contigiſſet illud, quod continetur in c. ad
apoſtolicæ. de re iud. lib. 6. quia dicit tex. 42. diſt. c. 1. §. 1. ꝙ
1 ille, qui opera † pietatis exercet, non ſolùm ſubſidia præ-
ſentis vitæ, ſed æternæ claritatis præmia à Deo percipiet:
vtrũque. n. pietati ꝓmittitur. vnde Apoſtolus ad Timoth.
1. c. 4. ait. exerce teipſum ad pietatem, nam corporalis exer
citatio ad modicum vtilis eſt, pietas autem eſt vtilis ad om
nia, habens promiſſionem vitæ, quæ nũc eſt, & futuræ. Iſte
Imperator multas angarias ſubduxit in regno, quomodo
ergo poteſt dicere ſeipſum officiũ gerere, ſi tantas oppreſ-
ſiones ſancta mater eccleſia teſtatur feciſſe ſubditis, & in
auferendo debitum cenſum eccleſiæ ob tam modicã elee-
moſynam, quam fecit in conſtituẽdo ſalarium prædictum
aduocatis pro miſerabilib. perſonis, cum non poteſt dici
pietas cum detrimento alterius, ut eſt tex. no. in l. & elegan
ter. §. idem Labeo quęrit ſi compẽdium. ff. de dolo. & in l.
ſi hominem. in princ. ff. depoſiti. nec credat aliquis, ꝙ ſi cũ
iuſtitia Rex exercet punitionem criminum, ꝙ ex hoc non
dicatur pius, imo dicitur pius & non crudelis, vt dicit bea
tus Hiero. translatiuè. 23. q. 8. c. legi. ille. n. qui exercet ope-
2 ra † pietatis, impoſſibile eſt, ꝙ poſſit deuenire ad malum
finem, ſm Aug. & Greg. 22. q. 2. c. ſi qualibet. & patet in le-
gẽda B. Euſtaſij de Afflicto, qui pp opera charitatis habuit
multas diuitias, & gratiam Dei, & meruit ſe eſſe martyrẽ,
& ſic verum teſtem Dei, & fidei Chriſtianæ. Inde & nos
dicimur Afflicti, pp perſecutionem, quam ipſe, & ſui paſſi
ſunt propter fidem Chriſtianã, prout ego legi in quadam
legenda antiqua dicti ſancti Martyris. debẽt ergo eſſe Im-
peratores, & regnantes pij, & miſericordes, quod eſt præ-
cioſiſſimum omnium, vt dicit tex. in Authen. de reſtitu. §.
nobis igitur. colla. 8. caueant Reges dicere ſe pios, vbi non
exercent opera pietatis. Nam parum eſt habere nomen, ni-
ſi & factum habeat, ſm glo. in §. j. Auth. de priuilegijs dot.
3 hæret. muli. non præſtan. Nam & Anaſtaſius † Imperator
dicebat ſe piũ, vt in l. 1. in fi. C. vt nemini liceat in emptio-
nem ſpecierum. & tamen ſi fuiſſet pius, non fuiſſet ſuper-
bus contra eccleſiam, nec fuiſſet cõſumptus ictu fulminis,
vt legitur in libro ſupplementi hiſtoriarum, char. 150. igi-
tur non eſt mentiendum in doctrina pietatis, dicit Augu.
translatiuè. 22. q. 2. c. 1. Et ſcias, quòd interdũ propter pie-
tatem licet recedere à iure cõi. l. vxorem. §. codicillis. ff. de
leg. 3. Secundò no. ex tex. ibi, pupillis. intellige idem de pu
pilla, vt in l. hæc autem ſatis. ff. de adoptio. Itẽ intellige de
pupillis pauperibus, aliàs autem ſi pupilli eſſent diuites,
non tenetur aduocatus pauperum pro eis aduocare, quia
tunc non diceretur miſerabilis pſona, vt dicunt Card. Flo.
& Io. de Imo. in c. ſignificantibus. de offic. deleg. & firmat
Alex. in 1. vol. conſi. 121. in fi. vbi allegat ad hoc Specu. in
tit. de inſtr. edi. §. nunc verò aliqua. ver. & ſcias. el ſecondo.
hoc expreſſè firmat hic And. & dicũtur pupilli illi, qui ſũt
impuberes, & deſierunt eſſe in poteſtate patris, vt ff. de ver
4 bo. ſign. l. pupillus. Tertiò no. ex tex. ibi, viduis. ꝙ † mulier
a vidua gaudeat priuilegio pupilli,[a] quia hoc expreſſè dicit
hæc conſtitutio. & dicitur vidua propriè, quæ habuit vi-
rum & mortuus eſt, ut in c. vidua. 34. diſt. & hoc dixit Lu-
cas de Pẽna in l. 5. vlt. col. C. quãdo & quibus quarta pars.
lib. 10. licet non alleget d. c. vidua. ſed an aduocatus paupe
rum debeat aduocare ſine ſalario pro vidua diuite? Inno.
in c. ex parte. de verbo. ſign. vř dicere, quòd priuilegiũ da-
tum à iure viduis, intelligitur eſſe datũ, non ſolùm viduis
pauperibus, ſed etiam diuitib. viduis, quæ nõ poſſunt pro
ſeipſis eſſe in iudicio, quia non habent ſpecialem defenſo-
rem. Sed idem Inno. in d. c. ſignificantibus. tenet contra-
riũ, ꝙ vidua, vt gaudeat priuilegio, debet eſſe pauper: ſed
ſi eſt diues, nõ põt dici, quòd careat defenſione, quia om-
nia obediunt pecuniæ, ut dicitur in Eccleſ. cap. 10. Et hanc
opinionem firmat And. hic, tenens, ꝙ ad hoc vt habeat lo-
cum iſta conſtitutio in vidua, requiritur, quòd ſit pauper,
ut hic per eum. & iſta opinio eſt verior. & eam approbat
Abb. Sicu. & alij in dicto cap. ſignificantibus. licet Cardin.
Floren. dicat ibi, quòd uidua etiam diues dicitur miſerabi
lis perſona, ſaltem habitu. cap. ex tenore. de foro compeẽ,
& hoc reſpectu iudicij, in quo non poteſt proprias cauſas
5 adminiſtrare, ſed per alium. Sed aduerte, quia † Andr. in-
fra in conſtitutio. ſtatuimus, in 1. colum. dicit, quòd uidua
quantumcunque diues habet priuilegia. l. vnicæ. C. quan-
do Imperator. & dictæ conſtitutio. ſtatuimus. Item intel-
ligo de vidua honeſta, & pudica, & non de uidua inho-
neſta, & luxurioſa, quia priuilegium, quod datur viduis,
intelligitur de honeſtis, & puris, ut in Auth. quibus mod.
nat. efficiun. ſui. §. ſi verò eſſnſa. ut dicit idem Andr. in di-
cta conſtitutio. ſtatuimus. Et firmat Lucas de Penna in l. 3.
2. colum. C. de priuileg. ſcholarium, libro 12. hoc etiam
voluit Bald. in l. his ſolis. C. de reuocan. donat. Sed quæro
incidenter, quæ plus peccat, an vidua fornicando, vel vir-
go? Dic quòd magis vidua, quia eſt maturior, & experta.
32. quæſt. 5. capitu. Lucretia. & cap. propoſuiſti. 27. quæ-
ſtio. 1. capitu. viduæ. Item quæro, an debeat aduocare pro

Iudæa vidua? Dic, ꝙ non, ut in Auth. de priuil. dot. hære. muli. non præſtan. §. 1. ibi, & ad hoc umues, qui nō sūt mēbrum ſanctæ Dei catholicæ, & Apoſtolicæ Eccleſiæ, &c. & inſra tribus locis eadem verba repetuntur. Quartò no. ex
6 tex. ibi, orphanis, pauperibus, ꝙ pauper † litigans cū fiſco, vel Rege, ſi nō habet, vnde faciat expenſas in lite, & in victu, Rex de ſuo tenetur ſibi facere expenſas. tex. eſt hic no. & ideo dicebat Bal. in l. magis puto. §. in primis. ff. de reb.
7 eorum. ꝙ in † Francia, ſi aliquis pauper habeat litem cum Rege, & non habet vnde poſſit facere expenſas, Rex tenetur ſibi miniſtrare aduocatum, per illum tex. iſta cōſtitutio addit etiam & victum, qñ eſt in curia Regis, & ꝓ hoc facit illud, quod dr̃ tempore cariſtiæ, ꝙ pauper poteſt implorare officium iudicis contra diuitem, vt eum alat, vt dicit glo. in c. ſunt. 47. diſt. accedant ad hoc multa ſimilia, q̃ allegat And. Barb. in d. c. ſignificantibus. & vide Lucā de Penna in l. fi. C. de his qui numero liber. ſe excu. lib. 10. vbi ponuntur 43. priuilegia paupertatis. & ibidem ſubdit 17. incommoda paupertatis. ADDITIO. ſed quæro, quid ſi pauper aliquis litigat cum aliquo diuite, dumtamē non ſit Rex, aut fiſcus, an talis teneatur prouidere de expenſis dicto pauperi aduerſario? Quæſtionem iſtam habui in facto præſenti anno. & quidam affirmarunt, ꝙ ſic: ego tamē cōtra, pro cuius declaratione ſcias, ꝙ duæ reperiuntur opi. vna glo. cōiter approbata in l. 1. §. ait prætor. ff. de poſtulando, quam ibi ſequuntur Odoſ. Bar. Alber. & alij. vbi vult, ꝙ ſi perſona litigās ſit pauper, ꝙ iudex tenetur ei prouidere de expenſis, & idem vult glo. in l. magis puto. §. in primis, hic per dñm Matthæum allega. hoc tamen intelligūt Doct. ꝙ iudex prouideat de expenſis, ſ. de publico, non autem de expenſis patris, quia iure non probatur. Altera etiā repetitur opi. communis Canoniſtarum volentium, ꝙ iudex ſubueniat pauperi de expēſis proprijs iudicis, quia ad iudicem ordinarium ſpectat prouidere pauperibus, ut in c. ſicut vnire. de exceſſibus prælatorum, & in Authen. de mand prin. in §. ſit tibi. collat. 3. & hæc fuit ſententia Vincentij in c. ſi qui teſtium. de teſtibus, extra. vbi dixit, ꝙ ſi perſona litigans ſit adeò pauper, ꝙ non poſſit producere teſtem ſuis expēſis, ꝙ iudex debet ei ſubuenire de ſuis ꝓprijs expenſis, & cum Vincen. pertranſeunt ibi Ioan. And. Henricus Boyc. Ant. Abb. & quidam moderni. Sed aduertendum eſt, ꝙ iſta opi. Vincen. & ſequacium, ſalua eorum pace, iure non probatur. nam d. c. ſicut. nihil penitus probat, auth. de mandatis, &c. tantū diſponit, ꝙ iudex non debet accipere ſportulas, ſed gratis cognoſcere, vbi pars eſt impotēs. valde enim iniquum, ac irrationabile eſſet, quòd non tātùm iudex amitteret mercedē ſui laboris, ſed quòd etiam de ſuo proprio expenderet, vnde nō immerito ſubtilis Aret. & copioſus Fel. in d. c. ſi qui teſtium, reprobant opin. Vincen. & ſequacium, cōcludentes, nec iudicem, nec partem teneri aliquo modo ad ſubminiſtrandum expenſas pauperi litiganti, per tex. in l. Imperatores. vbi Bal. hoc no. ff. de tutel. & ratio. diſtra. & in l. qui inofficioſo. de inofficioſ. teſtamen. in fi. & pro iſta parte conſului ego Hiero. Cuchalon, adhærēdo diſpoſitioni dictæ l. Imperatores. Quintò no. ex tex. ibi, quibuslibet debilibus, quòd pro ſenibus & alijs perſonis debilibus, infirmis, cæcis, & alijs miſerabilibus perſonis aduocatus pauperum debet aduocare accedant ad hoc ea, quæ dixi ſupra in conſtit. præcedenti. in 7. not. qui dicuntur miſerabiles perſonæ, uide in d. cap. ſignificantibus. & in l. 1. C. quando Imperator inter uiduas. Sextò no. ex tex. ibi, præſertim contra potentes, quòd ideo in tex. ſpecialiter fit mentio de aduocato pauperum dato miſerabilibus perſonis, quando litigant cum perſonis poten-
8 tibus, quia † potentes præſumuntur inferre impreſſionem debilibus, vt in l. 1. C. de apo. publ. li. 11. quod met. cauſa. l. ad inuidiam. & in l. 1. C. ne liceat potentioribus. & præſumuntur etiā eos iniurijs afficere, ut dicit Lucas de Penna ibi, per tex. in l. illicitas. §. ne potentiores. ff. de offic. præſid. Septimò no. ex tex. ibi, aduocatos & pugiles, ꝙ pupillis, & miſerabilibus perſonis Rex huius regni dedit aduocatos, & pugiles: & ipſos facit immunes à ſalario, quod eis debetur, quia Rex eis ſtatuit ſalarium: & iſte aduocatus pauperum non eſt officium, quod debet dari ad uitam, ſed ad beneplacitum domini Regis, & ſic fit, ut ego uidi. Et idem dico de procuratore pauperū & intellige, ꝙ iſte aduocatus pauperum datus à Rege non aduocabit, niſi quādo dictæ perſonæ litigant coram iudice, qui habet iuriſdictionem à Rege: & ſic coram iudice eccleſiaſtico non tenetur gratis aduocare. & ita declarauit mihi Dux Calabriæ, quādo me elegit in aduocatum pauperum: ſed illud officium nō acceptaui. Et ex hoc infertur, ꝙ aduocatus pauperum non tenetur aduocare, ſi dictæ perſonæ litigent coram arbitris electis per voluntatem, non per neceſſitatem vigore pragmaticæ Regis Ferdinandi primi, de compromiſſis faciendis inter cōſanguineos & affines, quia illi compromiſſarij habentur vt iudices vigore dictæ pragmaticæ. Sed iuxta
9 hoc quæro, vtrum † iſte aduocatus pauperum datus à rege debet aduocare gratis pro eccleſijs? Iſta conſtitutio non dicit de eccleſijs. dicit tamē And. hic, ꝙ videtur ſibi, ꝙ aduocatus pauperum, aduocat etiam pro eccleſijs. Qui aūt ſunt iſti pugiles? Dic, ꝙ ſunt illi gladiatores ſeu pugnatores, qui eliguntur à Rege ad pugnandū pro pupillo, vel vidua, vel ſene, vel debili. nam iſtæ perſonæ debent pugnare per cāpionē, vt no. in c. 1. §. ſi quis hominem. de pace ten. nā minor 18. annis, ſicut non tenetur iurare, ita non tenetur pugnare per ſe, ſed per campionem in caſu permiſſo: ſic etiā vidua accuſata de adulterio pugnabit per campionem. vide ad hoc infra in conſt. nullus campio. cum duab. ſequentibus. de hoc ſunt iura Longobarda, quæ allegat Rofred. Beneuent. in tract. quē fecit de duello. in rubr. in quib. caſib. licet pugnare per campionem. hodie autem iſta ſunt ſublata, & ēt caſſatur conſuetudo, vt no. in c. 2. de cler. pugnan. in duello. Octauò no. ex tex. ibi, teſtiū producēdorū
10 impendia. ꝙ † magiſtri actorū & examinatores teſtiū pupillorum, uiduarum, & miſerabilium perſonarum debent examinari ſine aliqua ſolutione facienda per ipſas perſonas litigantes, nec ab eis poſtulanda aliqua merces pro ſcriptura, vel actis, pro ſubſcriptione ſentētiarum, prout olim erat ſolitum ſolui pro ſubſcriptione ſententiarū. cōcordat, quatenus dicitur, ꝙ nihil recipiatur pro ſubſcribendis ſententijs c. Regis Caroli, quod incipit, Item ꝙ occaſione promiſſionū. char. 5. Aduerte, quia ſi iſtæ perſonæ velint producere teſtes, & illis teſtib. ſunt præſtandæ expenſæ, curia miniſtrabit illis expenſas, quia ſic dicit iſta conſtitutio. regulariter aūt producentes teſtes, miniſtrabūt eis expenſas, vt habetur in l. quoniam. C. de teſtib. & no. Bar. in l. eis. §. ſi quis. C. de appel. & Bal. in l. generaliter. §. his de præſentib. C. de reb. creditis. Quid autem ſi magiſter actorum habet accedere pro examinandis teſtib. extra locum iudicij, ubi litigat pupillus, an ſuis ſumptib. dēt accedere? Dico ꝙ non, ſed expenſis ipſius popilli, per no. in c. 2. de iudic. li. 6. & ſi non habet, ſupplicetur Regi, vt ipſe prouideat charitatiuè ex pietatis officio, quia conſtitutio iſta non prouidet eis in hoc caſu: & ideo remanet in diſpoſitione iuris cōmunis, per l. ſi extraneus. ff. de iure dot. cum cōcord. ibi alleg. No-
11 nò † no. ex tex. ibi, ſportulas. ꝙ pauperes, viduæ, & miſerabiles perſonæ non ſoluunt ſportulas, neque triceſimas, uel ſexageſimas iudicib. & ita ſtatuit etiam Rex Alphonſus, quando Ferdinandus Dux Calabriæ eius filius naturalis erat vicarius ſuus generalis in regno: & ita ſēper uidi fuiſſe obſeruatū. Decimò & ultimò no. ex tex. ibi, apparitoribus, ꝙ ſeruientes curiæ, vt ſunt alguzerij, & porterij: ꝙ iſti executores debent exequi citationes, & mandata, decreta, & ſententias tangentes iſtas miſerabiles perſonas abſq; poſtulatione mercedis, uel ſalarij. Iſti enim apparitores poſſunt eſſe etiam, quòd ſint pauperes, dummodo ſint fideles, ut in l. qui exiguam. C. de diuer. offic. lib. 12. ſecundùm Lucam de Penna ibi. & olim iſti apparitores eligebantur à principe, ut dicit tex. in l. probatorias. C. eod. tit. hodie autem non eſt in uſu. nam officiales deputati à Rege eligunt ſibi iſtos apparitores & familiares: bene tñ debent iurare

ſideliter exercere officinm, nt infra in conſtit. in ciuilibus
cauſis. In gl. vnica, ſicut iſte Imperator dedit hoc priuile-
gium viduis, & pupillis: Imperator Conſtantinus in l. 2.
C.de fal.mone. dedit priuilegium pupillis & viduis, vt ſi
falſa moneta in eorum domibus ſit fabricata, non demo-
liatur,nec fiſci commodis applicetur. Priuilegia aũt pupil
lorum ſunt multa in iure diſperſa,vide in c.fin.de reſtit.in
integ. & vide infra in conſtit.ſtatuimus.& per And.in cõ-
ſtit.obſcuritatem. & Alber.in rub.de reſt.in integ.& in to
ro tit.ff.de minor. de priuilegijs antem viduarum, vide in
c.ex parte.de foro compet.& Bart.in l.fin. C.de verb.ſign.
Bart.in l.quoties. C.de priuil.ſchola. lib. 12. & in l.fœmi-
næ.ff.de ſenat. & in authen.præterea. C.vnde vir & vxor,
& in dicta conſtit.ſtatuimus.per And.& in dicta conſtitu.
obſcuritatem.& in d.c.ſignificantibus.de offic.deleg. & io
c.ſuper quibuſdam. de verb.ſignific.

ANNOTATIO.

a Pupilli.] Quid de eccleſia, an gaudeat priuilegio pupilli? vide
tex.in c.1.extra de in integ reſtitutio.vbi de iure minoris eccleſia
reſtituitur. Batius.

Vt cauſæ prius inchoatæ terminentur. Rub. XXXIIII.

QVIA ſupra facta eſt mentio de cultu iu
ſtitiæ, tam in ſilentio ſeruando, quàm
in ordinatione cauſarum expedienda-
rnm, quàm etiam in dandis aduocatis
miſerabilibus perſonis:erat uidendum,
vt in cauſis expediendis oon ſit cõfuſio,
& vt illa cauſa, ſiue interloquendo, ſiue diffiniendo, quæ
prius eſt propoſita,expediatur, quia primi primo loco po
nendi ſunt poſterioribus, ut C.de nouo C.facien.l.2.§.col
ligentes. & in Anth.de hæred.& fal.§.inordinatum. oo.in
cap.cum ex officio. de præſcrip. Et primò vocatus dicitur
magis dilectus,de quo per Alexan.in 1.uolum.conſil.1.in
5.colum.Item quælibet oratio intelligitur de primo actu.
fallit in ſeptem caſibus,de qnibus plenè per Felyn.in c.in-
nouamus. de trenga & pace. ſic etiam dicimus, quòd ſi in
mandato plura mandantur expedienda, primò eſt expe-
diendum, quod primò mandatur.cap.cum dilecta. de re-
ſcrip.& l.qui poteſt. ff.de iud. & ordi. cogn.c.2.& de cau-
ſa poſſeſſ.& proprie.c.2. ſic iudex delegatus illam cauſam
debet prius expedire,quam primò habuit.& dicit Specul.
in c.1.de indi.deleg.§.ſequitur videre.in 1.colum.per l.1.
C.de appella.& l.ordinarij.C.de rei uendic, & d.cap.cum
dilecta.ſic in pignoribus & bypotbeca præferuntur primi
ſecundis, per totum tit.ff.& C.qui pot.in pign.babe.& eſt
regula,qui prior.lib.6.ſemper enim primus in ordine ver-
borum præfertur etiam in poſſeſſione, ſecundùm Bald.in
l.1.C.de edic.diui.vide quę dixi in prima deciſiooe,in de-
ciſionibus meis. priores enim præferuntur poſterioribus,
vt in l.nam & poſteriores.ff.de legi.& in multis alijs dici-
tur,beati primi.

SVMMARIVM.

1 *Verbum,omnibus iudicijs, de babilibus eſt intelligendum.*
2 *Iudices cauſam vnam tractare incipientes non debent, illa omiſ*
ſa, aliam aſſumere.
Cauſa per interloquutoriam finem ſortiri dicitur.
3 *Cauſæ quædam ob dubia in eis emergentia ſunt differendæ.*
Cauſa dubia meritò dicitur,quæ per ſapientes iudices dubia iu-
dicatur.
4 *Dubitatio probabilis dicitur iudices excuſans,quando peritiſſi-*
mi dubitant.
Iudicium abſolutum eſſe non debet in rebus dubijs.
5 *Cauſa dubia eſt ad principem referenda.*

PRÆSENTI lege. Propter eius bre-
uitatem non diuiditur, quia unum ſo-
lum dictum continet, videlicet,io om-
nib. iudicijs debet ſeruari iſte ordo, vi-
delicet, quando cauſa propoſita eſt in
audientia ad effectum, nt ſuper ea in-
terloquatur,vel vt diffiniatur,non relinquatur iodeciſa,&
accipiatur alia cauſa ad determinandum: ſed illa,quę pri
mitus fuit propoſita in audiẽtia,expediatur,ſiue per inter-
locutoriam,ſiue per diffinitiuam ſententiã. Et ſi cauſa erit
talis naturæ,ꝙ per interlocutoriam,nel per diffinitiuã noo
poterit expediri,deducatur cã ipſa ad eum terminũ,prout
natura cauſæ popoſcerit.h.d. No.primò ex tex.ibi,omnib.
iudicijs.ſubaudi,io quib. ordinati ſunt vltra unum iudicẽ
ad iudicãdum. nam ſi ſolùm eſſet nnus iudex,qui haberet
1 iudicare,oon haberet ſeruare iſtum ordinem:& † ſic iſtud
uerbũ,omnib.iudicijs. intelligitur de habilibus.ſ.vbi ſunt
plures iudices,qni habent iudicare, quia in uno iudice nõ
cadit iſte ordo audientiæ: & ſic verba uniuerſalia poſita in
lege reſtringnntur ad habilia,ſecũdùm Bart.& Doc.io l.1.
§.nunciatio. ff.de oper.no.nun.& vide ibi Iaſ.qui hoc limi
tat trib.modis, vt ibi per eum. & in l.in prouinciali.§.ſi in
publico.ff.eo.ti.& ibi allegat concord. & vide Bar.in l.oẽs
populi.ff.de iuſt.& iu.& Iaſ.in l.1.C.de ſum Tri.& in l.1.
C.de ſacroſ.eccl. Secundò no.ex tex.ibi,nnllæ alię penitus
2 miſceantur,ꝙ quaodo † iudices ſunt inſimul pro expedien
dis cauſis,cùm incipiunt tractare de cauſa,non debent aliã
cauſam aſſumere, ſed debent illam cauſam primitus incę-
ptam per interlocutoriam,nel diffinitinã expedire. O vti-
nam iſte ordo ſeruaretur ſemper per iudices,quia tunc iu-
ſtitia eſſet in flore: hodie.n.in audientia fiuot mixturæ cau
ſarum,& in uno mane tractantur tres,& quatuor cauſę,&
vltra,& nulla expeditur pro illa die,& ſequenti etiam: &
aliæ cauſæ aſſumuntur, non expeditis alijs cauſis inceptis
die præcedenti: & hoc ideo euenit, ꝙ noo ſeruatur hodie
iſta conſtitutio,quia non eſt ordinatus aliqois curialis Re-
gis, qui ſciat conſtitutiones regni, vt continuè ſit cum iu-
dicib. & faciat illas obſeruari, & punire ipſarũ trãſgreſſo-
res.prohibetur ergo iudicib.iſta mixtura cauſarum, arg.l.
moris.ff.de pęnis.& dicit bic And.ꝙ interdum ſuperiores
eis imponunt pœnã pro iſta mixtura.Tertiò no.ex tex.ibi,
vel ioterlocutoriæ. ꝙ cauſa dicitur finem accipere per in-
terlocutoriam:intellige,ꝙ articulus ille,de quo conteodi-
tur ioter pares, dicitur accipere finem per interlocutoriã
iudicis, ſiue ſit ſuper emergenti, ſiue ſuper incidenti ſeor-
ſum à priocipali negotio,de quo agitur,ut dicit gl.in cle.1.
in uerbo,diffinitiua.de ſequeſt.poſſ.& fruc.& uoluit gl.&
Bal.in l.reſtituere.ff.de rei uen.& Alex.in rub.ff.de re iud.
in 3.col. & ibi vide concordantias per eum. Quartò no.ex
3 tex.ibi,cauſæ naturæ.ꝙ interdũ † ueniunt differẽdæ quæ-
dam cauſæ,& in illis incidunt dubia difficilia,quę non re-
periũtur expreſsè deciſa,tã in emergentibus, & in inciden
tibus,q̃ io diffinitiuis: quod de neceſſitate oportet ſecũdũ
naturam ipſius cauſæ.i.dubiorum vertentium in cauſa: ꝙ
in ea ſit lõgum ſtudium.& ideo oportet, ꝙ differatur vſq,
ad terminum ſuum.i.ꝙ non pereat inſtantia,iuxta l.prope
randum.C.de iudic. Nam illud trienniũ eſt terminus cau
ſæ, nec ſunt arctandi iudices ad decidẽdum cauſas dubias
per anguſtiam temporis, quia tempore indigemus, ut res
maturius agatur. 50.diſtinct.c.ponderet.& illa dicitur cau
ſa dubia,quando iudices ſapientes dicunt, ꝙ eſt dubia, ut
ff.de acceptil. l.an inutilis. & in l.prima.ff.nihil no.appel-
lat.pendente, bene facit ad hoc, quod dicit Abb.Sicul. in
4 cap.fin. de crim.fal. quòd † dubitatio probabilis eſt,ſi pe-
ritiſſimi dubitant: & iſta dubitatio baberet iudices excu-
ſare, ſi non ſeruarent iſtam conſtitutionem,ſicut dicit Ab-
bas in capit. paſtoralis. in tertia colum. de reſcript. quòd
dubitatio iuris poteſt eſſe tanta apud literatos peritiſſi-
mos, quòd haberet eos excuſare, ibi, dum dicit,quinim-
mo tanta poteſt eſſe iuris dubitatio &c. & io rebus dubijs
abſolutum non debet eſſe iudicium, dicit Gregor.in c.ha

 buiſſe.

buiſſe.35.diſt.& in c.graue.11.q.3.Et in ſacro conſilio eſt
ſolitum , quando veniunt iſtæ cauſæ dubiæ , exhortantur
partes,vt compromittant in cõſilium tanquam in arbitra-
torem, & conſilium poſtea profert laudum, prout ſibi vi-
detur de bono & æquo: & ita vidi pluries fuiſſe obſerua-
tum.& ſic poteſt hodie dici,ꝙ iſte eſt ſtylus ſacri conſilij:
& per conſequens debet pro lege ſeruari.ſed de iure quan
do cauſa eſſet dubia,debet recurri ad principem, vt in c.ſa
nè.de offi.deleg.no.gl.in l.cum de nouo. C.de leg. & ibi p
Cy.vbi dicit, ꝙ vltimus recurſus eſt ad principẽ pro re du
5 bia,etiam ꝙ princeps ſit longinquus . eſt ergo † cauſa du-
bia principi referenda per multa iura,quæ ad hoc alle.Lu-
cas de Penna in l.3.in fi.C.de tab.lib.10.& eſt tex.infra in
conſti.vt vniuerſis.gl.non ſunt ſuper iſta conſtitutione.

ANNOTATIO.

Vide not.ſupra in conſti.cultus iuſtitiæ.

De officialibus reipublicæ. Rub. XXXV.

DICIT hic And.ꝙ iſtæ duæ conſtitutio-
nes poſitæ ſub hoc tit. quidam libri ha-
bent eas poſt conſtitutionem,baiulos ſi
ſurẽ. quæ eſt ſub rubrica de fure capto
per baiulum iuſtitiario aſſignando cum
re furtiua. Et ante conſtitutionem , de
officio baiulorum,quæ incipit,ad officium baiulorum. Et
ſic iſtæ duæ conſtitutiones ibi collocantur: & in veritate
in libris antiquis ſic repetitur . ſed in aliquib. conſtitutio-
nibus ſequuntur hic . & ſic habebat Martinus gloſſator in
libro ſuo,quia hic eas gloſſat. Et ideo ſic repetiuntur in li-
bris impreſſis,ideo hic legã iſtas conſtitutiones.Et cõtinua
tur iſta rub.hoc ordine. dictũ eſt ſupra de cultu iuſtitiæ &
ordinibus , qui ſeruãdi ſunt in deciſionibus cauſarum per
officiales deputatos à Rege: verùm q͞a officiales interdum
excedunt in iuſtitia,& maximè in auferendo pecuniã,quę
ſpectat ad fiſcũ. ideo hic ſequitur Rubr.de pœna, qua de-
bet puniri officialis excedẽs terminos iuſtitię in auferẽdo,
& occupando,& non legaliter ſe exhibendo circa pecuniã
fiſcalem,ideo ſequitur hæc rub. de officialibus reipublicę.

SVMMARIVM.

1 *Officiales regij pecuniam fiſcalem ſubtrahentes, incidunt in le*
gem Iuliam peculatus.
2 *Error manifeſtus excuſat aliquando.*
Fraudans fiſcum in rebus fiſco incorporatis, punitur in quadru
plum.
3 *Officiales publici vltra debitum non debent exigere à vaſallis,*
& ſubditis Regis.
Officialis in officio delinquens legi dicitur obnoxius.
4 *Pœna qualibet quò ad principem arbitraria dici debet.*
5 *Princeps quando ex cauſa indulgere poſſit, & quando ſine*
cauſa.
Indulgere & reſtituere differunt.

OFFICIALES Reipublicæ. Breuis eſt,
1 Officiales,vel † iudices à publico depu
tati.i. à Rege , dum ſunt in adminiſtra-
tione officij,ſi pecuniam publicam.i.pe
cuniam ſpectantem regiæ curiæ ſubtra
xerint , incidunt in pœnam legis Iuliæ
peculatus,cuius pęna eſt deportatio,ut in l.3.ff.ad leg.Iul.
peculatus: & hic dicitur capite puniat. gl.1. hoc intelligit
de pœna capitali.ſ. mortis naturalis. Tu verò intellige, ꝙ
punitur pœna deportationis, quæ eſt pœna capitis. ſ.mor-
tis ciuilis,per id,quod dicit Io.de Imo.in l.2.in 3.col.ff.de
publ.iud.niſi regia pietate eis indulgeatur. hoc dicit. Ho-
die autem prouiſum eſt per c. Regis Caroli, quod incipit,
Item cures attentè.char 5. ꝙ ſi officialis Regis non potue-
rit in libro introitus aliquã pecuniæ quantitatem ſpectan
tem ad regiam curiam,præſumitur ſubtraxiſſe illã, & pu-
nitur pœna nonupli. Et dicitur in ritu magnæ curię ſum-
mariæ ſub rubr. de non poſitis, aut ſubtractis in quinter-
nis rationum officialium, qualiter teneatur. ꝙ ſi officialis
poſuit in libro rationum in introitu habuiſſe decem de pe
cunia fiſci, poſtea reperiatur,ꝙ vltra illa decẽ habuit quin
que: hoc tanquam ſubtractum reddatur curiæ per eum
cum pœna nonupli,niſi officialis antequam attingatur,vel
comperiatur per inquiſitionem,uel aliter,dicat coram ra-
tionali regiæ cameræ in ſcriptis,ꝙ fuit oblitus ponere talẽ
pecuniã,quam accepit à tali,in introitu meo volo ponere,
permittitur in introitu addere quicquid velit,antequã cõ-
periatur,per l.edicto.in prin.ff.de iu.fiſ.ſed quid ſi fuit in-
uentus,ꝙ non poſuit in introitu illam pecuniã,ſed in prin.
quando dedit librum rationum, proteſtatus fuit, ꝙ poſſit
addere ad introitũ, an iſta proteſtatio excuſet eũ? Dicitur
ibi ꝙ non,per l.1.C.de his qui deiec.vel eff.& d.l.edicto.
2 §.id autem. † niſi allegaret errorem,qui eſſet manifeſtus,
vt puta,quia officialis mandauit ſuo computanti, ut pone
ret in introitu totum illud,quod eſt ſcriptũ in ſuo manua-
li,ubi ſcribebat totum illum, quod recipiebat, & ſuus cõ-
putator non poſuit omnia, quæ cõtinebantur in dicto ma
nuali,per hoc probatur,ꝙ fuit error, qui nõ debet ſibi no-
cere.idem ſi alio modo poteſt conſtare de errore vt ibi di-
citur. De iure verò Codicis,qui fraudat fiſcum in reb. in-
corporatis fiſco,punitur in quadruplum,vt in l.qui in con
tractibus.C.de iure fiſ.li.10. Et dico unum,quod eſt ab of
ficialib. Regis ſcribẽdũ literis aureis,ꝙ ſi de pecunia regij
a fiſci[a] officiales facerent mutuũ quibuſuis perſonis ſine li-
centia Regis,debet decapitari, & ille qui recipit debet de-
portari,& eius bona oĩa fiſco publicãtur. de hoc eſt tex.in
l.ſciant.C.de his qui ex pub.ratio. pecuniã mutuã accepe-
runt, & cõcordat tex.in l.fi.C.de his qui ex publ.coll.illa-
ta ſunt non uſurpandis.lib.10. & tex.in l.1. C.de ratiocin.
publ.in 8.lib.C.inquantum ibi dicitur,redditus publicos.
3 †Caueant ẽt officiales publici,ne vltra debitũ exigant à va
ſallis,& ſubditis Regis,quia ſi ciuiliter moleſtẽtur à fiſco,
vel ab eis,à quib.exegit,tenẽtur in duplum eis,à quib.exe
git. ſi verò criminaliter agatur contra eum, conuictus pu-
nitur pœna capitis,ut in l.1.C.de ſuperexactionibus.li.10.
Caueant ẽt officiales,ne pecuniã fiſcalem per aliquod tem
pus retineant penes ſe, & de illis faciant aliquod commer
ciũ,quia punientur extraordinariè,ut in l.diui. C.de ſuſce.
& archarijs.eo.li.ad idẽ ĩ l.2.C.de nauicula.li.11. Caueãt
etiã ne committant aliquam fraudẽ in eorum officio,quia
ſunt priuãdi officio , & ad illud redire non poſſunt etiam
reſcripto principis, vt in l.ſi aliquid. C.de ſuſcep. & arch.
No.primò ex tex.ibi,obnoxij.ꝙ officialis delinquẽs in offi
cio dicitur obnoxius legi imponenti pęnã capitalẽ pro illo
delicto,quaſi datus ad noxã fiſco: & ſic non eſt in eius po-
teſtate,ſed in poteſtate fiſci, vt Inſti.de noxa.actio.§.noxa.
& in l.1.ff.de noxa.poteſt aliter accipi iſtud vocabulũ ob-
noxij.i.obligati ad illã pęnam capitalem.Nã obnoxius ex-
ponitur.i.obligatus,ut in l.2.C.de arbi. & in l.ſuper hypo
thecis.§.hoc in negotiatorum perſonis.C.de pig.& in l.res
pignoris.C.de remi.pig. Idem de uerbo hoc,nexus, nexa,
nexũ,ut capiatur pro obligatione, ut in l.1. C.ſi pig.da.ſit.
& in l.4.C.de remi.pig.& in l.2.C.de diſt.pig. eũ ſi.poteſt
ẽt accipi obnoxij.i.obediẽtes,ut 27.q.1.c.1.quod incipit,
ſicut bonum,Secũdò no.ex tex.ibi,niſi eis regia pietate in-
dulgeatur. ꝙ licet de iure princeps poſſit indulgere delin
quenti capitaliter,ut in l.1.C.de ſenten.paſ. & quia omnis
4 pęna†quò ad principem eſt arbitraria,quia ſumit arbitriũ
ex motu cęleſti: & ſic commutatio pęnæ,uel eius indulgẽ
tia dẽt eſſe ex rõne,uel cauſa,ut dicit And.in c.1.in uerbo,
bona cõmittentium crimẽ læſæ maieſtatis.ſm Bal.in l.cũ-
ctos populos.C.de ſum.Tri. & in l.fi.ff.de ſena. tamen qñ
in lege reſeruat ſibi poteſtatem indulgendi, non requi-
ritur

ritur aliqua cauſa, uel ratio ad indulgendum, vt iſta verba in l. poſita aliquid operentur, vt in l. ſi quando. ff. de leg. 1. c. ſi Papa. in princ. de priuil. lib. 6. quia ſemper verba, quæ tacitè inerant de iure in aliquo actu, ſi ſunt expreſſa, debēt aliquid operari, ut dicit Alex. in 3. vol. conſ. 1 7. in 1. col. operantur autem, ut faciant ſilere illud tacitum, vt in l. ſi.
5 C. de pac. conuen. In † tacita poteſtate indulgendi in crimine capitali in principe requiritur quò ad eum cauſa (vt ſupra dixi:) tamē ſi in lege, in qua imponitur pęna capitalis reſeruat ſibi poteſtatem indulgendi, poteſt indulgere ſine cauſa, quia ſic ſibi reſeruauit expreſsè, non dicendo, cum cauſa. & tantò magis, quia iſta verba in hac conſtitutione non ſunt poſita, neq; cauſa tollendi dubitationem, nec vt magis animaduertatur ad expreſſum quàm tacitū, prout dicebat Alex. in 1. vol. conſil. 33. incip. viſo themate. in 2. colum. Et aduerte, quia eſt maxima differentia inter verbum reſtituere, & indulgere, ut patet in d. l. 1. & 2. C. de ſenten. paſſis. & firmat Angel. in l. fin. eod. tit. hic non ſcribam plus, quia nec gl. nec And. aliquid ſcribit. In gl. fin. gl. declarat, quæ ſit pœna. l. Iuliæ peculatus. & intra quantum tempus poſſit fieri hæc accuſatio. Et an detur contra hęredes, vide eam per te.

ANNOTATIO.

a Fiſci.] Vide tex. in l. 1. C. de crimine peculatus. & in l. 3. ff. eod. tit. & an ſit publica hæc actio. & quo tempore finitur: vide tex. Inſti. de pub. iud §. lege Iulia. peculatus. & l. peculatus crimen. ff. ad leg. Iul. peculatus.

SVMMARIVM.

1 *Negligentia officialis in his, quæ ſuo incumbunt officio culpa dicitur.*
2 *Fiſcus qualiter probet bona fiſci periiſſe negligentia officialis.*
3 *Negligentia probatur hoc ipſo, quòd quis non impleuit, quod in mandato habuit.*
4 *Officialis cuius negligentia pereunt bona fiſci, de bonis proprijs reſarcire tenetur.*
5 *Rapiens grauius punitur quàm negligens.*

OFFICIALES qui. Si officialis Regis, cui hoc incumbebat ex officio, ſua negligētia permiſerit bona publica deperire, ipſe tenetur reſtituere fiſco Regis de facultatibus ſuis tantumdem in æſtimatione, ad aliam verò pęnam non eſt obnoxius ex pietate regia huius conſtitutionis. hoc di-
a cit. No. ex tex. ibi, ſua negligentia.[a] q † negligentia offi-
1 cialis in eo, quod ſibi incumbit ex officio, eſt culpa, de qua tenetur vt hic, & in l. magiſtratus. ff. de admini. rer. ad ciuit. pertin. & ideo talis culpa eum lædit, vt hic, & in l. 1. C. de offic. præfec. vrb. quia tenetur reſarcire, quod per negligentiam eſt deperditum. bene facit tex. in Auth. de quæſtore. in fi. vbi dicitur, q negligentia omnia lædit, & non ſolùm tenetur de ſuis facultatib. reſarcire Regi illud, quod fuit Regi deperditum ſua negligentia, ſed etiam ſi ſua negligentia deperdita ſit res priuati, vt in l. quemadmodum. §. ſi magiſtratus. ff. ad leg. Aquiliam. & habetur in l. item quæritur §. ſi quis. ff. locati. bene facit l. ſi quando. C. de teſti. & de pœnis negligentium in diuerſis factis, vide Lucā de Penna in l. 2. in 2. col. C. de naufrag. lib. 11. & in 3. col. in verbo, negligentia. quaſi per vnam col. Quomodo autem
2 fiſcus probabit, quòd negligentia † officialis bona fiſci perierunt? Dic, quòd probatur eo ipſo, q bona illa, quæ perierunt, extabant tempore ſui officij, & ipſi incumbebat cura de his, ut no. in l. 2. C. de cond. in pub. horreis. lib. 10. & ſi non fecit, quod facere debuit, dicitur negligens. 16. q. 3. c. placuit. lo ſecondo. & C. de murile. l. edicimus. cū multis concord. allegatis per Lucam de Penna in l. ne diutius. C. de numer. & actua. lib. 12. & ibi hoc firmat in ver. qualiter autem probetur negligentia. Et dum eſſem præſidēs in regia camera Summariæ, tempore Regis Ferdinādi Primi, multi adminiſtratores bonorum regij fiſci fuerunt cōdemnati ad reſarciendum res deperditas eorum negligentia, eo ipſo q probatum fuit, q illæ res extabant tempore ſuæ adminiſtrationis. & dicit idem Lucas in l. quicunque. C. de diuerſ. offic. lib. 12. per l. de unoquoque. §. 1. ff. de re
3 iudicata. q negligentia † probatur, eo ipſo q mandatū habet de implendo, & non adimpleuit. ad idem l. non patimur. C. de curſu publ. eod. tit. Idem dicit Bal. in l. emancipata. C. qui admit. qui non facit. ſ. qđ debet, videtur neglexiſſe, niſi fuiſſet ab aliquo impeditus. & idem dicit Fel. in c. ſi autem. in 2. col. de reſcri. vbi allegat ad hoc conſilium Bar. incipien. chariſſime Domine. & l. 3. §. ſi ad diem. ff. de re milit. Et ibi qualiter probetur negligentia officialis, uel iudicis in alia materia, & an requiratur tertia monitio, uel vna, ubi multa dicit de negligentia iudicis circa iuſtitiam. & vide Bal. in l. mācipia. C. de ſeruis fug. & dixi in l. miſſi opinatores. C. de exact. trib. Alex. in l. de qua re. ff. de indic. & vide Paridem de Puteo in tract. ſuo de ſyndi. in verbo, negligentia. Secundò no. ex tex. ibi, in perſona propria, q
4 † ſi officialis, cui incumbit ex officio, ſi ex ſua negligentia pereunt bona fiſci, tenetur de ſuis bonis reſarcire, & ſi non habet i bonis, poteſt perſona ſua carcerari, ut hic: regulariter autem de negligentia officialis non incarceratur, ſi nō habet in bonis, ut in l. ſi filius. ff. de iudi. vbi format Ang libellum contra iudicem, qui malè iudicauit per imperitiā, & ſic eſt in negligentia, & non concludit, q carceretur, ſi non habet in bonis: & pondera, q primò dicit, q perſona propria eſt ibi noxa, & ſic obligata: & per conſequens poteſt carcerari pro debito fiſcali, vt per Bar. in l. nemo carce-
a rem. C. de exact. trib. lib. 10. & poſtea dicit iſte tex. vel rebus ſuis. eſt ergo in electione fiſci, vel capere ipſum de perſona, & detrudere in carcerib. vel facere executionē in bonis ſuis, & hoc non habet locum in debitore priuati, contra quem debet fieri executio in bonis; ſecundùm ordinē l. ordo. C. de execut. rei iud. & in l. à Diuo Pio. ff. de re iud. & ut no. in l. 3. §. tutorum. ff. de ſuſpec. tut. & Bar. in d. l. nemo carcerem. & vide ad hoc quæ ibi ſcripſi. & Bald. in l. 1. C. qui bon. cedere poſſunt. In gl. fi. dicit, q iſti officiales de-
5 bent iurare in principio ſui officij. & † maior eſt pœna rapientis, quàm negligentis, vide eam.

ANNOTATIO.

a Negligentia.] An negligentia æquiparetur latæ culpę: vide tex in l. illicitas. § ſi cui. ff. de offic. præſidis. & de reg. iur l. imperitia. & l. 1. §. 1. ff. ſi menſ. falſ. mod. dixerit. Bart. in l. quod Nerua. col. 5. depoſiti. Batius.

De officio magiſtrorum camerariorum & baiulorum. Rub. XXXVI.

NIHIL ſcribit Andreas ſuper iſta conſtitutione. poteſt ſic continuari iſta rubrica. Dictum eſt ſupra proximè de exceſſibus officialium habentium curam bonorum Regis, uerùm quia officiales etiam excedunt in hoc: quia requiſiti ab alijs officialibus minoribus, ut ei præſtent auxilium, & conſilium, & denegant præſtare: Ideo de his exceſſibus poſuit immediatè præſentem conſtitutionem. nam iudex inferior poteſt de iure implorare officium ſuperioris, ut dicunt Bartol & Bald. in l. ſi quis in huc genus. C. de epiſcop. & cleri. no. Innocen. in cap. 1. de officio ordin. & Bartol. in l. à Diuo Pio. §. ſententiam. de re iudi. & ibi concord. & vide quæ dixi poſt Andr. ſupra in prnœ. poſt mundi machinam. in princip. in glo. in verbo, gladij. Et an unus iudex ad requiſitionem alterius poterit exequi ſententiam alterius iudicis, uide diſtinc. Barto. in d. §. ſententiam. & Petr. de Anch. in cap. Romana. §. 1. uerſi. 6. uo. de foro compet. lib. 6. Et quid ſi non uult exequi, dicit, q

poteſt compelli per ſuperiorem, ut in Auth. vt differentes iudices §. 1. & Ioan. Andr. in Nouell. in d. c. Romana. §. 1. verbo, faciet.

SVMMARIVM.

1 *Iuſtitiarij, camerarij, caſtellani, & baiuli, circa quæ debeant eſſe ſoliciti.*
Cura in quibus differat à ſolicitudine.
Solicitudo neceſſaria eſt in omni officio.
2 *Iura vigilantibus ſubueniunt & non dormientibus, aut negligentibus.*
Negligentia eruditionis nouerca.
Fides dicta eſt eò quòd fiat, quod dicitur.
3 *Inobedientia erga dominum ſpecies quædam eſt idololatriæ.*
Obedientia nouem conditiones habere debet.
4 *Neceſſitas ibi eſſe dicitur, vbi vtilitas regiæ curiæ vertitur.*
Res eccleſiaſtica, propter quam cauſam alienari poſſit.
5 *Alienatio rei eccleſiaſticæ quando dicatur ceſſiſſe in vtilitatem eccleſiæ.*
6 *Reſcriptum Papæ permittens alienationem rei ex cauſa neceſſitatis, non extenditur ad cauſam vtilitatis.*
Quæſtorum tria ſunt genera.
7 *Officiales regij ab alijs officialibus pro commodo regiæ curię requiſiti auxilium & conſilium præſtare tenentur.*
Iudex vnius loci iudicem loci alterius rogare poteſt, vt ſuam ſententiam exequatur.
8 *Commiſſio in cauſa criminali non poteſt iudici alterius prouinciæ, ſeu iuriſdictionis pro teſtibus examinandis dirigi.*
Iudex in quibus cauſis debeat teſtem examinare perſonaliter.
9 *Teſtes alterius iuriſdictionis qualiter examinari debeant.*
Arbiter de partium voluntate electus, & non vigore ſtatuti, non poteſt mandare iudici vt teſtes examinet.

IVSTITIARIVS. Diuiditur in duas partes. In prima monet iuſtitiarios, camerarios, caſtellanos, vel baiulos, vt ſint ſoliciti & deuoti, vſque ibi, & vbi. In hac ſecunda parte ſtatuit, ꝙ ſi per dohanæ ſecretum, & quæſtorum magiſtros, vel per alios officiales Regis pro commodo regiæ curiæ dicti iuſtitiarij, camerarij, caſtellani, & baiuli fuerint requiſiti, vt præſtent conſilium, & auxilium; & ꝙ debeant eis impartiri vſque in finem, & breuiter hoc dicit. Pro commodo regiæ curiæ cum officialis regis fuerit requiſitus ab altero regio officiali, debet præſtare illi officiali cōſilium & auxilium. No. primò ex tex. ibi, ſolicitos,
1 ꝙ † præcipitur iuſtitiarijs prouinciarum, & camerarijs, caſtellanis, & baiulis, ꝙ ſint ſoliciti durante officio, & debet eſſe ſolicitudo moderata, ut dicit Lucas de Penna in rubr. C. de curioſis. lib. 12. & in l. 2. C. de fundis rei priuatæ. lib. 11. eſt enim differentia inter curam & ſolicitudinem: quia ſolicitudo eſt cum moderatione, cura verò ſine moderatione, ſecundùm eum ibi. Et ideo iuriſconſultus dicit, ꝙ debet eſſe curioſus creditor, ut pecunia ſit verſa, vbi requiritur, ꝙ pecunia ſit verſa in utilitatem debitoris, ut dicit tex. in l. 3. §. ſed ſi ſic. ff. de in rem verſo. & ibi glo. allegat concordātias. immo in omni officio ſolicitudo eſt neceſſaria, aliàs quaſi in mala fide negligens conſtituitur, ut in l. Labeo. ff. de ſta. liber. ſm eundem Lucam in l. 4. C. de excuſat. mu. lib. 10. idem dicit tex. 83. diſtin. cap. nihil. ſicut autem artium in ſuo quoque opere inuenitur mater inſtantia, ita nouerca eruditionis eſt negligentia. ideo dicit lex,
2 quòd vigilantibus, & non negligentibus † iura ſubueniūt. ff. quę in frau. cred. l. pupillus. in fi. & in Authē. quib. mod. natu. effi. ſui. §. natura. in fi. faciūt ad ea, quæ dicta ſunt ſupra in conſtitut. præcedenti. in primo nnr. Secundò no. ex tex. ibi, & deuotos. ꝙ iuſtitiarij & alij officiales Regis non ſolùm debent eſſe ſoliciti, ſed etiam debent timere Regē, & obſeruare poteſtatem, & maieſtatem Regis, & præſtare ei excellentiā fidei & iuſſionem domini Regis implere, quia fides dicitur ex eo quia fit, quod dicitur, ut Lucas de Penna in l. deuotum. C. de metatis. lib. 12. & ego vidi charos Regis, quia non fecerunt, ꝙ Rex eis dixit, depoſitos ab of-
3 ficio, & malè tractatos. Inobendia enim † erga dominum eſt ſpecies idololatriæ, & apoſtaſiæ, ut legitur in libro primo Regum, cap. 15. & 8. q. 1. c. ſciendum. vbi dicit Archid. ꝙ vera obedientia debet habere nouem conditiones, quas refert Lucas de Penna in l. ſi ad magiſtratum. C. de decur. & pro beneficio Regis & eorum nobilium, qui vadunt in officia regia, ponam hic illas nouem conditiones. Prima, vt libenter fiat ſine cordis murmuratione. Actuum 9. cap. quid me vis facere? ſecunda humiliter ſine uocis contradictione. Oſeæ 4. ibi, populus tuus, ſicut hi, qui contradicunt ſacerdoti. tertia, celeriter ſine dilatione, Iſaię. 8. cap. ibi, qui ſunt iſti &c. quarta, hilariter ſine vultus triſtitia, & mœrore. 2. ad Corinthios c. 9. ibi, non ex triſtitia, aut neceſſitate, hilarem enim datorem &c. quinta, integraliter ſine operis diminutione. Ioan. 5. omnia, quæ pręcepiſti mihi pater faciam &c. ſexta, ſimpliciter, ideſt, ſine mandati diſtrictione, vt in pſalmo, in auditu auris obediuit mihi. ſeptima, prudenter ſine manifeſto errore. Actuum 5. oportet magis obedire Deo quàm hominibus. octaua, veraciter, ideſt, ſine fictione. ad Coloſſenſes 3. c. non ad oculū ſeruientes, quaſi hominibus placentes. nona, perſeuerāter ſine intermiſſione. ad Philippen. ſecundo. factus obediens vſque ad mortem. & de iſta virtute obedientiæ, vide B. Ant. Archiepiſc. Floren in quarta parte ſuæ ſummæ. tit. 5. cap. 11. vbi aliter apoſtillat ſeptē conditiones obedientiæ. & ibi allegat beatum Thom. ſecunda ſecundæ, quæſtio. 104. per ſex quæſtiones. & vide per Aſtenſem in ſumma, in ſecundo libro,
4 tit. 24. Tertiò no. ex tex. ibi, vt vbi † neceſſe fuerit pro commodo &c. ꝙ vbi vertitur commoditas & vtilitas regiæ curiæ, ibi dicitur eſſe neceſſitas: & ideo ſi iſte tex. eſſet lex ſummi Pontificis, bene probaret, quòd licet duæ ſint cauſæ, propter quas ſuperior poteſt interponere decretū pro alienatione rerum eccleſiæ, ſcilicet neceſſitas, uel euidens vtilitas, ut in cap. primo. de rebus eccleſ. non alienan. in ſexto. tamen in effectu vna eſt cauſa, ſcilicet neceſſitatis, quia in iſta neceſſitate includitur cauſa euidētis vtilitatis. Et ideo ſi Papa daret reſcriptum, ut ſi neceſſitas vrgeat, poſſint bona eccleſiæ alienari, ſi alienatio fiat ex cauſa euidētis utilitatis, dicitur fieri ex cauſa neceſſaria. & pro hoc facit tex. in authen. hoc ius porrectum. C. de ſacroſan. eccl. ubi non ponitur ibi, niſi una cauſa alienandi bona eccleſiæ, ſcilicet ob debitum, & ſic neceſſitatis: & tamen comprehenduntur ſub iſta cauſa neceſſitatis aliæ tres cauſæ, ſcilicet pietatis, utilitatis, & minoris incommoditatis, quas ponit glo. 12. quæſt. ſecunda. in ſumma. & no. Hoſtien. in ſumma, de rebus eccleſ. non alienan. §. ex quibus. & Abb. Sicul. in cap. nulli. eod. tit. præſumitur autem alie-
5 nationem † rei eccleſiæ ceſſiſſe in utilitatem eccleſię eo ip-
a ſo, quòd probatur ſolennitates requiſitas[a] interceſſiſſe. ita dicit Bald. in c. 1. in quinta colum. de his qui feu. dare poſſunt. & eum refert & ſequitur Alexand. in primo volum. conſil. 79. quod incipit, circa primum, de quo quæritur. in quarta colum. ſed quia iſte tex. tanquam factus à domino laico non poteſt induci ad argumentum in rebus eccleſiæ: quòd ſub cauſa neceſſitatis comprehenditur cauſa vtilitatis: dicendum eſt, ꝙ ſub cauſa neceſſitatis non comprehenditur cauſa utilitatis, niſi cauſa neceſſitatis eſſet genus comprehendens ſub ſe cauſam utilitatis: & tunc ex quo in dicto cap. 1. de reb. eccle. non alienan. libro ſexto. præcedit cauſa neceſſitatis, & poſtea ſequitur cauſa utilitatis: tunc illud genus præcedens reſtringitur ad ſpeciem, ſcilicet ad cauſam utilitatis, ar. l. ſecunda, circa princip. ff. ad legem Aquil. & C. de probatio. l. inſtrumenta. Sed hoc non eſt verum, quòd ſub cauſa neceſsitatis tāquam genere reſtringatur per ſpeciem ſubſequentem, ſcilicet, vt non poſſit fieri alienatio rei eccleſiæ, niſi ex cauſa utilitatis, & non neceſſitatis: immo poteſt fieri alienatio rei eccleſię cum decreto ex cauſa neceſſitatis, ut in d. authent. hoc ius porrectum,

dictum.& firmant ſcribentes in d.c.1.& in d.cap.nulli.Et ſic
6 infertur, q̃ re.criptum Papæ permittens poſſe fieri aliena tionem ea cauſa neceſſitatis, non eatenditur vt poſſit fieri ex cauſa utilitatis,quia iſta ſuot penitus diuerſa, & vnum non includitur in alio,nec econtra. Nec obſt. authen. hoc ius porrectum. vbi ſolùm dicitur, q̃ ex cauſa neceſſitatis poteſt fieri dicta alienatio, q̃a in alijs iuribus permittitur, quòd poſſit fieri ea alijs tribus cauſis,ut patet in dicta glo. ſummæ. 12.quæſtio.2.& iſta eſt veritas.Quartò no.ex tea. ibi,quæſtorum magiſtratuum, quòd ea quo iſtè tex.loqui tur in numero plurali, ſequitur, quòd debebant eſſe tempore huius Imperatoris in regno plures magiſtri quæſtorum. nam dicit Azo in ſumma. C.de offic.quæſtor. quòd tria ſunt genera quæſtorum, vnus ad pecuniam inquirendam & conſeruandam,alius in palatio principis ad legendum libros.& dicit Lucas de Penna in tub.C.de queſtoribus. lib.12. quòd iſte quæſtor eſt hodie in regno logothe ta,protonotarius,qui recipit petitiones,quæ principi offeruntur , ut ſunt domini requeſtarum hoſpitij Regis in regno Franciæ,& ibi laudat dominum Bartholo. de Capua, qui habuit dictum officium quæſtoris , & in l.neminem . C.de decurion.lib.10.dicit,quòd queſtor dicitur cancella rius regni,vt ibi per eum,alius præerat capitalibus cauſis, & legendis ſententijs principis, de quibus in l.1.ff.de offi. quæſtor. & ff de orig. iur.l.2. §.deinde. Quintò & vltimò no.ex tex. ibi, auxilium , & conſilium . quòd iuſtitiarij in
7 †regno, & caſtellani, & baiuli cum ſunt requiſiti pro com modo regiæ curiæ ab alijs officialibus Regis, vt præſtent conſilium, & auxilium, tenentur per iſtam cõſtitutionem illud præſtare,quia ſic mandauit Imperator per iſtã conſti tutionem,alias poſſent puniri ex tranſgreſſione legis. Accedant ad hoc ea,quæ dixi ſupra in rubrica præſentis conſti tutionis. bene ad hoc accedat conſtitutio infra,ſtatuimus. vbi magna curia debet reſpondere conſultationibus aliorum officialium. Et prædictis adde id, quod dicit Ang. in Authen.de teſti.io §.qnoniam. quòd quando iudex cõmit tit examinationem teſtium in alio loco alteri iudici,debet poſtea ſuper hoc interloqui,& mandare illi iudici alterius loci, ut teſtes examinentur, & ſibi ſub ſigillo atteſtationes tranſmittat : & ſic patet , quòd iudea loci unius nõ ſolùm rogat alterum iudicem,ut ſuam ſentẽtiam exequatur, vel vt examinet teſtes , ſed etiam mandat,quia ius commune hoc permittit,ſecundùm eum ibi . Cui adde, quòd idem dixit Bald.in l.1.ff.de offic.aſſeſſor.& de hoc eſt tex.in l.cũ olim.de offic.deleg. & dicit Ang. in l.cum unus. §.penult. ff.de bon. author.iud.poſſ.quòd ſicut ad literas iudicis iudicantis debet fieri executio per iudicem alterius territorij,in quo bona conſiſtunt: ſic etiam debet fieri executio ſententiæ interlocutoriæ:eſt enim eadem ratio. & pro hoc C.de indic.l.properandum.§.ſinautem reus.& ibi Cyo. in
8 7.quæſtio. Et † prædicta procedunt in cauſa ciuili , ſed in cauſa cri.non poteſt fieri commiſſio de examinandis teſtibus alteri iudici: & ſi fiat, & mittantur depoſitiones teſtium, noo probant, ſecundùm Angel.in d.§.& quoniam. vbi dicit, quòd vidit condemnari quendam rectorem de Peruſio, quia condemnauit quendam ex depoſitionibus teſtiũ examinatorum per alium iudicem ex commiſſione alterius iudicis. & pro hoc eſt tex.in authen. apud eloquẽ tiſſimum.C.de fide inſtrumen. Idem firmat Andr.infra in conſtitu.ioquiſitiones generales.rubr.35.hanc partem firmat Cyn.& Salycet. ibi, bene facit id, quod dicit Bald.in rubr.de cootrouer.inueſt. quòd iudex in cauſis grauibus, uel in cauſis,quę non poſſunt per eum delegari,debet perſonaliter examinare teſtem, ut no.Ioan. Andr.in nouel.in cap.à oobis.qui matrim accuſ.poſſunt. & hanc partem, q̃ io criminalibus noo poteſt committi receptio,& eaamina tio teſtium,tenet Specul.in tit. de teſtib. §.qualiter. verſic. poteſt etiam,& ſic iudea. Sed adnerte quia Iacob.de Are. & Nicol.de Matar.& Bald.& alij Doctor. qnos refert Cy. in d.authen. tenent contrarium , qoando ea neceſſitate ſit iſta commiſſio, quia non ſunt alij teſtes, qui ſciãt dictum maleficium . & dicti teſtes non ſunt de iuriſdictione magnæ curiæ Vicariæ. & dicit Bald.quòd ita ſeruat conſuetu do. And.io conſtitu.in pecuoiarijs. taogit iſtam quæſtionẽ,
9 & arguit ad partes : finaliter tenet,quod † magna curia Vicariæ ſeruat facere ſibi præſentari teſtes , & illis dat iuramentum de veritate dicenda, & poſtea cõmittit receptio oem & examinationem alicui de curia. Et ſi teſtes ſunt ab ſentes,qui non poſſunt iurare : dicit,quòd committitur il lud iuramentum,vt ibi latius per eum.& in cap.1.ſi de ineſtitu.inter dominum & vaſal.lis oriatur. Barto.in d.authen.apud eloquentiſſimum. tenet, q̃ de uoluntate partiũ debet fieri iſta commiſſio : ſed de iſto articulo plenius dicetur in dicta conſtitutiooe,in pecuniarijs. Et dicit Ang.in d.§.& quoniam . q̃ arbiter, qui eligitur de voluntate partium,& non uigore ſtatuti, non poteſt mandare iudici, vt examinet teſtes, ut ibi per eum. & de iſta materia commiſ ſionis teſtium,uide io l.2.C.de iure fiſci. per Bart.& Bald. & Doct.io c. cum Bertoldus,de re iudica.& in c.quoniam. contra.de probat. & ibidem ſunt concord.In gl.vnica,dic vt dixi ſupra in rubr. præſentis conſtitutionis.

ANNOTATIO.

a Requiſitæ.] Adde,quòd quando alienatur res eccleſiæ,quę eſt exi gua, non requiritur aliqua ſolennitas,per tex.in c.terrulas. 12.q. 2. an & quando, & quomodo procedat diſpoſitio d. cap. terrulas. vide tex.in c.ambitioſæ. de reb.eccleſ.non alien. in extrauag. Ioan.Anton.Batius .

De officio magiſtri iuſtitiarij, & iudicum magnæ Curiæ. Rub. XXXVII.

QVONIAM in conſtitut. ſupra, quæ incipit , non ſine grandi. rubr.xxx. dixerat, quòd pro iuſtitia miniſtranda ordinabit officiales in regno : & de ordinandis ipſis officialib. poſt ordinem datum in iuſtitia facienda, in ſilentio ſeruandu , de ordioe cauſarum expediendarum nnoerat dictum: ideo in iſto titulo ordinat officiales,uidelicet,magiſtrum iuſtitiarium, & iudices magnæ curiæ: & declarat poteſtates , quas habet magna curia Vicariæ, præmittendo in primis elegantem ſermonem uſque ad §. ſtatuimus, ut magnę curię Vicarię. Nec obſtat,quòd iſta continuatio non eſt ad proxima , prout debet , ut io l.2. ff.de ſtatu homin.quia, ut dixi ſupra in rubr.35.iſtę tres conſti tutiones proximè pręcedentes ſecundùm aliquos libros non ſunt hic poſitę,ſed ſunt poſitę,prout ibi dictum fuit: & ſic non ob ſtat

SVMMARIVM.

1 *Quilibet maximus debet timere,ne iuſtè reprehendatur ex ali quo geſtu ſuo .*
2 *Secundùm varietatem temporum variantur ſtatuta humana .*
3 *Præmia virtutum merentibus ſunt tribuenda .*
4 *Boni principes debent eradicare vitia , & plantare virtutes per pœnarum inflictionem .*
5 *Apud principem debet eſſe conſilium .*
6 *Leges & ſtatuta non ſeruantur propter guerram .*
7 *Pudor quid ſit .*
8 *Statuta vetera, qua contraxerunt rubiginẽ, debent ut lima nouitate legis expurgari .*
9 *Prouincia Liguria qua ſit .*
10 *Quies conſiſtit in corpore & mente .*
11 *Iudices debent obſeruare id, quod obſeruat magna curia circa iuſtitiam faciendam .*

NIHIL veterum. Petrus de Vinea, qui
fuit vir eloquētiſſimus, compoſuit iſtas
conſtitutiones auctoritate imperiali, vo
lens tractare de poteſtate magiſtri iuſti-
tiarij, & iudicum, præmittit elegantem
orationem, in qua duo facit. Primò aſſi-
gnat quinque excuſationes Imperatoris, quare ipſe conſti-
tuit noua iura, & non adhæſit veteribus iuribus, & conſti-
tutionibus veterum principum. Et prima excuſatio eſt, ꝙ
non videtur Imperator detrahere auctoritati veterū prin-
cipum, ſi ſecundùm qualitatem temporum noua iura pro
ducātur. Secunda excuſatio eſt ibi, ex nouis abuſibus. quia
poſt dicta iura vetera, & poſt ueteres conſtitutiones ſunt
ex malitijs hominum inuenti noui abuſus, in quibus con-
ſtitutiones antiquæ non prouiderunt. ideo per noua reme
dia dictis abuſibus prouidere intendit. Tertia excuſatio
eſt ibi: habet enim. quia hoc præcipuū eſt Imperatoris ex
neceſſitate officij, vt ſi vetera iura hominibus non ſufficiāt
propter rerum & temporum mutationes, quotidie habeat
reperire noua conſilia ad eradicādum uitia hominum, &
plantandum virtutes, per quas virtuoſi ditentur præmijs,
& vitioſi conterantur malleis pœnarum. Quarta excuſa-
tio eſt ibi, conſiderantibus, ꝙ uetera iura prædeceſſorum
Regum ex longęua turbatione guerrarum contraxerunt
quaſi rubiginem, quia homines regni propter dictas tem-
porum turbationes etiam in parte non potuerunt vti di-
ctis veteribus iuribus. ideo Imperatori poſt aſſumptam
coronam regnorum neceſſariū fuit ſibi ſaluo pudore Re-
gum prædeceſſorum propter noua diſcrimina, ſtatutis eo
rum laborantibus defectu non modico continuo cogitare
remedia, per quę poſſit caliginem ueterum ſtatutorum cū
lima imperialis prouiſionis detergere, & ſupplere defectū.
Quinta ibi, ſicq; nupertimè. oſtendit Imperator hominib.
regni ſuum bonum affectum, & animum, poſtquam uenit
ex Liguria in regnum, quia non intendit recipere quietē,
& repauſare in aura in uento leuto, & placabili in æſtate,
etiam breui ſpatio: ſed corrigere diſpēdia commiſſa tem-
pore ſuæ abſentię à regno, & cogitare de ſtatu pacifico ſub
ditorum. Et in primis intendit prouidere, quòd curia Re-
gis. i. curia magiſtri iuſtitiarij ordinetur, & omnia ſecun-
dùm iuſtitiam arctet. à qua norma iuſtitiæ deriuatur in
alijs officialibus regni, tanquam à fonte in riuulis. hoc di-
cit uſque ad §. ſtatuimus. aliqui allegant d. § ſtatuimus, cō
ſtitutionem de per ſe. Non poteſt ſummari propter breui
1 tatem iſta oratio. ideo no. † primò ex tex. ibi, detrahimus.
ꝙ quilibet quantumcunque maximus debet timere, ne iu
ſtè reprehendatur ex aliquo geſtu ſuo. Nam ſublimes ho-
mines ſunt velut magnæ arbores in cacumine montium
poſitæ, quas leuis aura eos conturbat: ſic leuis mala fama
eos conturbat. ad hunc effectum bene facit c. niſi. de auct.
& vſu pallij. & c. ut noſtrum. ibi, ne quis quomodolibet
ſuſpicetur ꝙ nos in hoc negotio perperā proceſſimus. ex-
tra ut eccleſiaſt. beneficia. & patet in c. non debet. de con-
ſanguin. & affinit. & hoc facit contra nonnullos Doctores
qui aſſumunt officia, & auctoritate officij utuntur ſuper-
bè, & non (prout decet) maximè contra nobiles, quibus io
honeſtis & licitis eſt deferendum. Secundò no. ex tex. ibi,
2 noua iura. quòd ex † dictamine rationis informatæ ex tra
ditionibus iuris, ex diſpoſitione temporum variantur cō-
ſtitutiones, vt hic, & in d. c. non debet. non autem ex hoc
dicitur, ꝙ ius eſt variabile: ſic etiam Deus mutauit multa
ex temporum diſpoſitione, ut dicitur in d. c. non debet. &
5. diſtin. §. his ita. & no. in cap. fin. de conſtitutio. & ſic lex
noua debet tempori conuenire. 4. diſtin. cap. erit autē lex.
Et pro hoc bonus tex. trigeſimaquarta diſtinct. cap. frater-
nitatis. & in cap. ab exordio. trigeſimaquinta diſtinct. nec
hac ratione triſtis ſum effectus, ſi Reges omnes præteriti
me poſtulauerunt in magnis officijs. Et nunc tempore pręſenti, in quo regnat catholicus Rex Ferdinandus in me ſi-
lent publica officia, quæ me non poſtulant ex malitijs ho-
minum: & detentus ſum propterea in lectura pręſentium
3 Cōſtitutionum. Tertiò no. ibi, virtuoſi † ditentur præmijs.
ꝙ præmia virtutum merentibus ſunt tribuenda. ad idem
l. vt virtutum. C. de ſtatuis & imagin. & clem. cupientes.
in princip. de pœnis. & c. eccleſiaſticis. 12. q. 1. & vide hic
Andream, qui allegat alia iura ad hoc, bene etiam probat
tex. in l. 1. ff. de iuſti. & iure. Sed quia eſt, qui poſſit præmia
re virtutes in hoc ſęculo, & in alio, niſi ſolus Deus, ut dicit
Vgo libro primo de ſacramētis, parte 8. cap. 10. exponens
illud euāgelij Ioan. 14. c. Deus eſt via, veritas, & vita. via in
exemplo, ueritas in promiſſo, uita in præmio. Nam paradi
ſus ad hunc effectum fuit conſtitutus, ut detur præmium
virtuoſis, qui non habuerunt præmium de eorum uirtuti-
bus in hoc mundo condignum. & in hoc conſiſtit iuſtitia
maxima Dei omnipotentis: & ſimiliter multi homines in
hoc mundo vitioſi & peccatores, nedum de eorum vitijs,
& peccatis non ſunt puniti, ſed viuunt abundanter, & ho-
norati: ideo eſt infernus pro non pœnitentibus, & pro pœ-
nitentibus purgatorium, ut ibi puniantur, ne delicta rema
neant impunita, ut plenè de his in ſumma beati Anton. in
prima parte. tit. 5. c. 3. & in 4. parte, tit. 14. c. 5. §. 2. Quartò
4 no. ex tex. ibi, vitioſi pœnarum † malleis cōterantur. ꝙ ho
ni principes debent ad hoc intendere, eradicare vitia, &
plantare virtutes per pœnarum inflictionem: ideo glo. 2,
allegat hic illum verſum.

Oderunt peccare mali formidine pœnæ:
Oderunt peccare boni virtutis amore.

vt in l. 1. ff. de iuſti. & iure. & ſubdit hic And. de Iſer. ꝙ de-
bet proportionari culpæ, ut in l. ſancimus. C. de pęnis. Nā
pœna pro delicto non fuit ad alium effectum inuenta, niſi
ad emendationem, ut ff. de pœnis. l. ſi quā pœna. & ideo
Azo in ſumma. C. de pœnis. dicit ꝙ pœna eſt delicti ſatiſ-
factio. & quomodo fit emendatio, ſi pro delicto iudicatus
eſt ad mortem naturalem? Dicit hic Andr. quòd per mor-
tem eradicatum eſt uitium ſimul cum uitioſo, quia mors
omnia ſoluit, ut i Auth. de nup. §. deinceps. inde dicitur in
libro Exodi. cap. 23. reos non patiaris viuere ſuper terram.
23. q. 5. §. his. Archid. 50. diſtinct. c. ſi quis viduam. Quintò
5 no. ex tex. ibi, conſilia. ꝙ apud † principem debet eſſe con-
ſilium, quia ubi multa conſilia, ibi ſalus. cap. conſtitutis. de
elect. & ꝙ à pluribus quæritur, faciliter inuenitur. c. prudē
tiam. de offi. deleg. & ubi eſt conſilium, ibi eſt ſalus, pro-
uerbiorum 34. c. & iſtud conſilium in Rege primò debet
eſſe cum Deo, quia ipſe eſt, qui in abſcondito conſiliatur,
ut dicitur in Eccleſiaſt. 39. cap. tunc. n. quis rectè conſilia-
tur, cum facit tria, quæ tangit Philoſoph. 3. Ethic. primò,
ſi debitum finem ſibi pręſtituat. Secundò, ſi media ac com
moda ad finem inueniat. Tertiò, ſi tempus conueniens cō-
ſilio aſſumat, ut diffuſius hæc examinat Beatus Anton. in
4. parte ſuæ ſummæ. tit. 12. in princip. tamen deliberandū
eſt diu, quicquid ſemel eſt ſtatuendum, ſecundùm Sene-
cam in prouerb. & in Eccleſiaſt. cap. 18 dicitur, ante iudi-
cium para iuſtitiam tibi, & antequam loquaris, diſce. Sex-
6 tò no. ex tex. ibi, longæua † guerrarum turbatione. quòd
inter alia incommoda, quæ ſequuntur ex guerra eſt, ꝙ le-
ges, & ſtatuta non ſeruantur, ut hic. & hanc incommodi-
tatem non poſuit Alber. de Roſ. in l. 1. in princ. C. de cad.
toll. ubi numerat incōmoditates, & mala, quæ proueniunt
ex guerra, de quibus dic, ut ibi per eum. & uide in c. Piſa-
nis. de reſtit. ſpol. Septimò no. ex tex. ibi, ſaluo pudore. ꝙ
Imperator hic per iſta uerba non uidetur damnare iura ue
7 tera. Nam ſi non poſuiſſet iſta uerba, ſine pudore, quia † pu
dor eſt rei turpiter actæ, ut in l. ita nobis pudor. C. de adul
terijs. & in l. quæ omnia §. 1. ff. de procur. ubi per illū text.
dicit ibi Bart. ꝙ eſt iuſta cauſa litigandi ob pudorem ſuū
conſeruandum. licet dicat Archid. 32. q. 2. c. pudor. quòd
pudor eſt corporis, pudicitia eſt mentis. Octauò no. ex tex.
ibi, ueterum ſtatutorum caliginem. uerba elegantia con
8 tra ſtatuta uetera, quæ † contraxerunt, quaſi rubiginem,
ut lima, nouitate legis expurgentur, fuerunt ſumpta iſta
uerba ex tex. l. primę. §. 1. C. de Iuſt. C. confirmando. Nonò
9 no. ex tex. ibi, ad expeditionē Ligurię. quòd † iſta Ligu-
ria

rio eſt prouincia,quæ eſt Iannenſium: quæ hodie Ripatia
appellatur, ſed ſi in tex.habes Ligurum, iſta eſt ciuitas in
Pedemontibus: ſubaudi, quæ appellatur Galliæ quarta, vt
dr̃ in ſupplemẽto chronicarum,folio ſeptuageſimotertio.
Decimò no.ex tex. ibi, quietis aurã, quod ſi corpus requie
ſcit,& mens laborat,non dr̃ quietus. cõſiſtit ergo quies in
mente & corpore,ut dicit B.Augu.19.de ciuitate Dei.c.1.
ideo dicit Philoſophus. 7. phyſicorum. ſedendo & quie-
ſcendo fit anima ſciens & prudens. & idem dicit Nicol.
de Lyra ſuper Euangelio Ioan.13.c.in verbo, & cum recu
buiſſet.& ideo,qui eſt ſolicitus temporalium,non eſt quie
tus: dicit B.Thom.in 4.ſenten.diſt.37.ar.7. dr̃ etiam quie
tus ille,qui nihil contrariũ legib. operatur,vt C.de pagan.
l.Chriſtianos. Imperator enim dicit ſe non eſſe in quietu-
dine,ſed in labore,vt pariat quietem populis, vt in Auth.
vt diuinæ iuſſio.in prin.& in c.eccleſia. lo ſecõdo, de elec.
10 & in proœ.Inſt.& in c.frequens.de reſtitut.ſpol.lib.6.†Vl
timò no.ex tex.ibi, velut à fonte. ꝙ id quod obſeruat ma
gna Curia circa iuſtitiã faciendã dẽnt ſeruare alij iudices
iferiores,& iuſtitiarij ꝓuinciarũ.tex.eſt hic: inde dicimus.

A boue maiore diſcat arare minor.

& quod ſeruat magna curia,debent ſeruare alij inferiores
iudices, vt dicit And.in conſti.in pecuniarijs.& de hoc eſt
tex.expreſſius infrà in conſti.quæ incipit,magnæ curiæ no
ſtræ.in prin.rub.39.ꝙ eſt verum, quantum ad litis deciſio
a nem, [a] non quãtum ad litis ordinationem, quia quoad li-
tis ordinationem vnaquæque curia habet ſuos ritus in iu
dicio, quia quælibet prouincia ſuos habet mores, ſecun-
dùm And.in conſti.ſuprà,ſi quis in poſterum. in 5. col.ita
declarat iſtam materiam dominus Bar. de Capua in qua-
dam ſua apoſtilla in d.conſti.in pecuniarijs. Hic ſunt duæ
gloſellæ,vna dicit,ꝙ iſta ratio conſonat, & aſſimilatur ora
tioni poſitæ in l.2.§.ſed quia. de vete. iu. enucle. alia reci-
tat verſum,prout dixi ſuprà in 4.no.

ANNOTATIO.

a Deciſionem.] Adde,ꝙ quò ad litis ordinationem vnaquæq; prouincia abundat in ſuo ſenſu,vt per An.de Iſer.in proœ.Conſt. in prin.tex.eſt in c.vtinam.77.diſt.& quilibet populus habet ſuã obſeruantiam & ſuos mores.ff.de iuſti. & iure.l.omnes populi. Par. de Put.in tract ſyndicatus,in verbo,an Doctor. fol.44. & And. in cõſti.in aliquibus, col.antep.& de ritu curiarum vide eundem au ctorem latè in conſti.ſi quis in poſterum.col.11. Batius.

SVMMARIVM.

1 *Iuriſdictio magiſtri iuſtitiarij in ſex principaliter conſiſtit.*
2 *Curia magna de quibus cauſis cognoſcere poſſit,& de quibus non.*
Iudex inferior de crimine læſæ maieſtatis poteſt cognoſcere.
3 *Curia magna remittit omnes ad proprios iudices, niſi ab illis fuerit denegata iuſtitia.*
4 *Appellatio qualiter fiat à denegata iuſtitia.*
5 *Iudex inferior,cui præſentatæ ſunt literæ magnæ Curiæ, de tardata,vel denegata iuſtitia,qualiter ſe habere habeat.*
6 *Iudex inferior dubitans deciſionem alicuius cauſæ ſibi delatæ ad ſe pertinere,quid debeat facere.*
7 *Magiſter iuſtitiarius nõ poteſt facere Locumtenentem in magna curia Vicariæ.*
8 *Locumtenens à rege conſtitutus, quid poſſit,& quid ſi à magiſtro iuſtitiario conſtituatur.*
9 *Numerus iudicum magnæ Curiæ dependet à regis voluntate.*
10 *Crimen læſæ maieſtatis quadraginta quinque modis committitur.*
Rex ſolus cum magna Curia de feudis quaternatis cognoſcere poteſt.
Feuda quaternata quæ dicantur.
11 *Barone alicui domos, vineas vel baiulationem pro ſe, & filijs concedente,mortuis filijs ad Baronem talia deuoluuntur.*
Appellatio à iudicibus quorumcunque ordinariorum ad magnam curiam Vicariæ deuoluitur.
12 *Rex quo reſpectu dicatur habere omnia iura in pectore.*
13 *Curiales domini regis qui dicantur.*
Curiales principis adulatores dici poſſunt.
Curialis cum licentia abſens, an gaudeat eodem priuilegio, ac ſi eſſet præſens.
14 *Viduis, & perſonis miſerabilibus dantur duo priuilegia.*
15 *Reus ſequitur forum actoris in cauſis miſerabilium perſonarum.*
16 *Priuilegium viduarum,quòd non conueniantur extra prouinciam,qualiter intelligi debeat.*
17 *Eccleſia non habet priuilegium eligendi forum.*
18 *Eccleſia quando pro cauſa ciuili poſſit agere coram iuſtitiario prouinciæ.*
Reo plures iudices habente,de iure communi electio eſt actoris.
19 *Priuilegiatus quando contra æquè priuilegiatum priuilegio vti poſſit.*
20 *Pupillus, vel alia miſerabilis perſona agere volens contra aliam miſerabilem perſonam, coram quo iudice poſſit eam conuenire.*
21 *Vidua pupillum conueniens, an poſſit eum liberè, quo vult trahere.*
22 *Priuilegium eccleſijs commiſſum,non trahitur ad perſonas clericorum.*
23 *Pupillus, vidua & aliæ miſerabiles perſonæ in delictis, an vtantur ſuis priuilegijs.*
24 *Vidua, vel alia perſona priuilegiata non opponens priuilegium ante litem conteſtatam, an lite conteſtata poſſit excipere.*
25 *Miſerabiles perſonæ agentes iure ceſſo,an gaudeant priuilegio eis conceſſo.*
26 *Pupillus ex contractu paterno citatus in magna curia Vicariæ non poteſt forum declinare.*
27 *Priuilegiatus agens iure ceſſo bona fide, & ſine fraude, an ſit audiendus.*
28 *Cauſa pia in contractibus multa habet priuilegia.*
Delictum ſuum nemini immunitatem præſtat.
Mutilatus dicitur, qui membro caret.
29 *Virgo, an potiatur priuilegio legis vnicæ. C. quando Imperator.*
30 *Sponſa non dicitur vxor, nec ſponſus maritus.*
31 *Sponſa de præſenti dicitur vera vxor.*
32 *Sponſus per verba de præſenti,an lucretur dimidiam dotis partem ſponſa decedente, ſtatuto ſtante &c.*
33 *Pupillus, vel vidua, vel miſerabilis perſona agens,vel conuentus, an poſſit forum declinare in bonis feudalibus.*
34 *Perſona miſerabilis poteſt declinare forum regis.*
Iuriſdictio inferioris non ſemper ſilet ob præſentiam ſuperioris.
35 *Miſerabilis perſona foro regis declinato poteſt coram baiulis litigare.*
36 *Variatio eſt licita, quando electio à iure eſt data.*
37 *Perſonæ miſerabiles qualiter probent ſe potentiam aduerſarij perhorreſcere.*
38 *Acta in magna curia facta antequam pupillus, vel vidua iuret ſe timere aduerſarij potentiam,an valeant.*
39 *Iudices cauſarum votare debent, & opinari cum rationibus veris.*
Integritas præſidentium ſalus eſt ſubditorum.
40 *Officialis inuitus conſultare non tenetur.*
41 *Iudex conſilium clauſum & ſigillatum habens pro ferenda diffinitiua ſententia, qualiter illam ferre debeat.*
42 *Sententia lata ſecundùm conſilium mittendum per Doctorem de partium voluntate electum,an valeat.*
43 *Iuriſdictio magnæ Curiæ non præſentis,an poſſit per partes prorogari in primis cauſis.*
Iuriſdictio quælibet ordinaria prorogari poteſt.
44 *Error ſiue ignorantia conſtitutionis, etiam in extero non eſt conſiderabilis.*
Iudex inferior cumulatiuè cum magiſtro iuſtitiario iuriſdictionem non habet in crimine læſæ maieſtatis.
45 *Officialis, officio durante, ab officio non remouetur ob querelas principi porrectas.*

46 *Negli-*

46 *Negligentia iudicis qualiter probari poſſit.*
47 *Iudex nunquam de negligentia arguitur, ſi pars eum non requiſierit.*
48 *Repreſalia concedi poſſunt propter moram non exhibitæ iuſtitiæ.*
49 *Officialis perpetuus durante adminiſtratione conueniri poteſt pro delicto commiſſo in officio.*
50 *Officiales ratione officij poſſunt conueniri per non ſubditos.*
51 *Iudex negligens iuſtitiam petenti facere, qua pœna afficiatur.*
52 *Iudex in cauſis ciuilibus negligens iuſtitiam facere, tenetur parti ad intereſſe.*
53 *Periurus non punitur pœna manus.*
54 *Iudices inferiores, per quos conſultationem ad magnam Curiam mittere debeant.*
Nuncius in re propria nullus eſſe debet.
55 *Curia quare dicatur à cura.*
Curia palatium publicum dicitur.
56 *Curia corpus quoddam dicitur ex multorum maiorum aggregatione collectum.*
57 *Iudices magnæ Curiæ debent eſſe experimento cauſarum exercitati.*
58 *Curia magna Vicariæ, an ſit index in cauſa rei particularis feudi.*
Feudum muto & ſurdo aſſimilatur.
59 *Hæreditatem totam agnouiſſe dicitur, qui partem agnouit.*

a STATVIMVS. a Diuiditur iſta magna conſtit. in ſeptem partes. In prima ſtatuit Imperator, ꝙ magiſter iuſtitiarius magnæ Curiæ commoretur in curia regis, & habeat ſecum quatuor iudices aſſidentes, vſque ibi, & vt. Hic eſt ſecunda pars, in qua ſtatuit, in quibus verſetur iuriſdictio
1 magiſtri iuſtitiarij, † & dicit quòd iuriſdictio magiſtri iuſtitiarij principaliter conſiſtit in ſex, & in primis, ipſe cognoſcit & iuſtitiam facit contra quemcunque committentem crimen læſæ maieſta. Secundò cognoſcit & iuſtitiam facit, vbi contenditur de feudis quaternatis, vel de quota parte ipſorum. Tertiò de appellationibus iudicum ordinariorum, & delegatorum à rege, etiam quòd ſit appellatum ad curiam regis. Quartò de cauſis curialium, qui aſſiſtunt regiæ curiæ, qui nõ poſſunt recedere à curia regis ſine ſpeciali mandato regio. Quintò de cauſis miſerabilium perſonarum, quæ habent priuilegium eligendi forum. nã poſſunt eligere, ſiue ſint actores, ſiue rei, forum magiſtri iuſtitiarij, dummodo iurent, ꝙ perhorreſcant potentiam aduerſariorum coram alijs iudicibus. Sextò magiſter iuſtitiarius debet reſpondere conſultationibus iudicum inferiorum conſultantium ipſam magnam curiam, uſq; ibi, in alijs autem. Hic eſt tertia pars, in qua remouet vnum dubium, † vtrum magna curia poſſit cognoſcere de pri-
2 mis cauſis ciuilibus, quarum cognitio ſpectat ad baiulos, ſiue camerarios, vel de primis cauſis criminalibus, quarũ cognitio ſpectat ad iuſtitiarios prouinciarũ, & deciditur, ꝙ nulli liceat in cauſis ciuilibus, vel criminalibus, vocare aliquem in magna curia in primis cauſis ciuilibus, quia dictæ cauſæ ciuiles, vel criminales cognoſcuntur & determinantur per iudices deputatos in ipſis locis, & durat vſque ibi, hoc addito. Hic eſt quarta pars, in qua remouet aliud dubium, videlicet, ꝙ ſupradictum fuit, ꝙ magna curia cognoſcit, & iuſtitiam facit de crimine læſæ maieſtatis, utrũ iſta iuriſdictio in hoc caſu ſit priuatiuè, ideſt, ꝙ nullus alius iuſtitiarius poſſit cognoſcere, & punire, vel ſit cumulatiuè? Dicitur hic in tex. ꝙ eſt cumulatiuè ita ꝙ ſi accuſetur aliquis de crimine læſæ maieſtatis coram iuſtitiario prouinciæ, ipſe qui præuenit poteſt cognoſcere & decidere, & durat vſq; ibi, aduenientibus. Hic eſt quinta pars, in qua quæritur, quid ſi aliquis de aliqua prouincia regni, ubi officialis regis venerit ad magnam curiã pro quærenda iuſtitia; vel pro impetrandis literis de iuſtitia, quod erit officium
3 dictæ magnæ curiæ? † Et reſpõdet hic, ꝙ magna curia debet dare iuramentum huic querelanti ſi adiuerit pro iuſtitia conſequenda in ipſa cauſa ciuili ciuiles iudices deputatos in illo loco, vel ſi adiuit iudices deputatos in partibus in cauſis criminalibus pro ipſa cã criminali: & ſi dixerit, ꝙ non adiuit prius ipſos iudices, ſed nunc venit ad magnam curiam pro iuſtitia conſequẽda, vel pro habendis literis a magna curia iudicibus inferioribus, magna curia debet ipſum remittere ſine literis ad dictos iudices inferiores cũ rubore, ideſt quia reprehendet eum, & dicet ei, ꝙ ipſe perdit expẽſas, nam debuit conſulere peritos, qui ei conſuluiſſent, ꝙ primò debuiſſet adire iudices deputatos in loco pro iuſtitia conſequenda, poſtea ei ea denegata, potuiſſet venire ad querelandum in magna curia, & iſta deciſio ſumpta fuit ex tex. in Auth. de mandatis principum. §. ſit tibi ter-
4 tium ſtudium. verſ. ſi verò cum te non adierit. † ſi verò dixerit, ꝙ primitus adiuit iudices deputatos in loco pro iuſtitia conſequenda, & illi denegauerũt ſibi iuſtitiam facere, vel tardauerunt iuſtitiã miniſtrare, & iurabit, ꝙ ipſe prius adiuit dictos iudices pro iuſtitia conſequenda, & dicti iudices denegauerunt, vel tardauerunt iuſtitiã ei facere, tunc magna curia ſcribet literas dicto iudici, in quibus continebitur nomen ipſius querelantis, & nomen ipſius denegantis, vel tardantis iuſtitiam, contra quem facta fuit querela in magna curia, ac fiet mentio, ꝙ magna curia dedit ſibi iuſm, & ꝙ iurauit, ꝙ iuſtitia fuit ſibi tardata, vel denegata. & vigore præſentis reſcripti remittitur dicto iudici, ꝙ de tali introſcripto negotio à te nequiuit iuſtitiam obtinere, infrà tps duorum menſium contentum in conſt. iuſtitiarij nomen, & normam. in verſ. defectus verò, facias iuſtitiam expeditam, & durat vſque ibi, his autem. Hic eſt ſexta pars
5 in qua q̃ritur, † quid habet facere iudex inferior, cui præſentatæ ſunt literæ magnæ curiæ de tardata, vel denegata iuſtitia? Et reſpondetur, ꝙ præſentatis ſibi dictis literis durante ſuo officio: cũ fuerit ab adminiſtratione remotus & ab officio: procuret obtinere à ſucceſſore citationẽ cõtra illos querelantes de ſe de tardata, vel denegata iuſtitia per eũ, & quòd propterea recepit literas à magna curia de tardata, vel denegata iuſtitia, quòd infrà menſem ſe debeant præſentare in magna curia, ſe defenſuri ſuper iuramento, quod fecerunt in magna curia Vicariæ, & periurauerũt. & infrà eundem menſem, poſtquam remotus fuerit ab officio perſonaliter, & non per procuratorẽ compareat in magna curia, redditurus rõnem ſuper omnibus literis habitis à magna curia de negligentia incuſata, & ſi non poterit iuſtificare negligentiam incuſatam, debet condemnari ad pœnam legitimam quam nõ formidabit incurrere. ſi verò ille iudex oſtenderit, ꝙ non commiſit negligẽtiam in iuſtitia facienda, vel non denegauit iuſtitiam, ſi ille citatus cõparuit, & fuit conuictus de iuramento, vel eſt cõtumax ad dictam citationem factam per dictũ ſucceſſorẽ, refundat pœnã periurij, & durat vſq; ibi, ſanè. Hic eſt ſeptima, & vl-
6 tima pars, in qua dicitur, † quid habet facere iudex inferior, qñ dubitat, vtrum cognitio, vel deciſio alicuius cauſæ ad eum delatæ pertineat ad eius iuriſdictionem. & dicit hæc litera, ꝙ debet per ſuas literas ſcribere magnæ curiæ factum, & cauſam, ideſt, rõnem dubitandi, & dictas literas non tranſmittat per aliquam ex partibus, quas negotiũ tãgit, ſed per certum ſpecialem nuncium, nominãdo in literis illum nuncium, & interim det terminũ partibus ad audiendum rñſionem, & ipſa magna curia reſpõdebit dicto officiali conſultanti, reſcribendo idoneum reſponſum, & durat vſque in finem. Propter diuerſa dicta, quæ habet iſta conſtitutio, nõ poteſt breuiter ſummari. No. primò ex tex. commoretur, ꝙ magiſter iuſtitiarius regni, ꝙ eſt primum officium in regno, debet commorari, ideſt ſimul morari in curia regis, & nõ eſſe abſens à curia regis ſine eius ſpeciali
7 licentia. † An autem magiſter iuſtitiarius de iuſtitia poſſit facere ſuũ locumtenentem in magna curia Vicariæ? Dic ꝙ non, quia non trãſirent in eum ea, quæ ſunt meri, & mixti imperij, vt in l. 1. ff. de offic. eius cui man. eſt iuriſd. & no. Bar. in l. 1. §. his quibus. ff. de leg. 3. ſed in locumtenentem

de

de neceſſitate oportet, ꝙ iſta tranſeant, ideo licitè ſunt, &
Locumtenẽtes à regia maieſtate, & à rege recipiunt iuriſ-
dictionem: idem de Locumtenẽte protonotarij, & logo-
thetę, quibus Rex facit commiſſionem & dat gagia, & nõ
dicti principales, vnde ſunt Locumtenentes nomine, ſed
nõ in effectu, quod eſt contra id, quod no. in l. qui quadrin
genta. ff. ad Trebel. hoc poteſt facere Rex, quia omnis iu-
riſdictio in regno dependet ab eo, vt in c. 1. in verbo, pote-
ſtas creandorum magiſtratuum, quæ ſint rega. & ideo in
ſeſſionibus iuxta regem nõ tenet locum magiſtri iuſtitia-
rij, cum ſi eſſet effectus eius Locumtenens: teneret eius lo
cum, vt 93. diſt. c. præcipimus. & ſic infertur, ꝙ mortuo ma
giſtro iuſtitiario, vel eo non exiſtente in officio, Locumte-
nens magnæ curiæ Vicariæ conſtitutus à rege gerit officiũ
ſuum, ſecus ſi habuiſſet iuriſdictionem à magiſtro iuſtitia
rio, ar. l. fructuario. ff. de periculo & commo. rei vend. &
l. neceſſario. §. fi. ff. de rei vendi. accedat ad hoc id quod di-
cit Alex. in l. & quia. in fi. ff. de iuriſdictio. om. iud. ubi di-
8 cit, † ꝙ ſi cauſa ſit commiſſa per regem magiſtro iuſtitia-
rio, tunc ſi magiſter iuſtitiarius faceret ſuum Locumtenen
tem, non poſſet cognoſcere de illa cauſa, quia videatur tũc
electa induſtria perſonæ, & eius Locumtenens nõ eſt idẽ
cum magiſtro iuſtitiario: ſed ſi Locumtenens ſit à rege,
tunc cognoſcit de illa cauſa, & dicit, ꝙ hoc non eſt tactũ
à ſcribentibus. Secundò no. ex tex. ibi, quatuor iudices, ꝙ
in magna curia Vicariæ apud magiſtrum iuſtitiarium de-
bent eſſe quatuor iudices: ex hoc patet, ꝙ magna curia Vi
cariæ tunc regebatur per magiſtrum iuſtitiarium, & non
per Locumtenentem: niſi dicamus, ꝙ tunc temporis rex
creabat etiam Locumtenentem magiſtri iuſtitiarij: & iu-
dices apud magiſtrum iuſtitiarium erant iudices apud Lo
cumtenẽtem magiſtri iuſtitiarij creatum à rege, quia ſem-
per ſic fuit obſeruatum. Sed quæro, an iſte numerus qua-
tuor iudicum ſit taliter ordinatus, vt nõ poſſit Rex creſce-
9 re, vel diminuere? † Dic, ꝙ numerus iudicũ magnæ curiæ
dependet à voluntate regis, & interdum vidi vſq; ad ſex
iudices, & interdũ tres, quia Rex huius regni in arbitrijs
nõ imponit legem ſucceſſori, quia par in parem nõ habet
Imperium, ut no. in c. innotuit. de elec. no. a t. d. c. inferior.
l. nam magiſtratus. ff. de arb. & habetur in l. digna vox. C.
de legi. cum concor. ſuis. Tertiò no. ex tex. ibi, de crimine
læſæ maieſtatis. No. ꝙ magna curia Vicariæ contra quoſ-
cunque incidentes in crimen læſæ maieſtatis procedit, & iu
ſtitiam facit ẽt contra alios officiales regni, & ſic cõtra ma
gnum comiſtablum, & magnum camerarium, & logothe
tam, & protonotarium, magnum admiratum, & magnum
ſeneſcallum, & ita audiui à magnis Doctoribus regni fuiſ
ſe obſeruatum, & ſic magiſter iuſtitiarius, qui iudicat eos,
præfertur in iuſtitia omnibus alijs officialibus. Quid dicẽ
dum de Locumtenente, & iudicibus magnæ curiæ, an ſi-
militer iſtis præferantur? De iure deberet idem dici, quia
qui te iudicat, dñs eſt, ſed in contrarium eſt vſus, & anti-
qua conſuetudo, & ideo minimè ſunt mutanda, quæ lon-
gam interpretationem habuerunt. l. minimè. ff. de legibus.
10 † & ſcias, ꝙ crimen læſæ maieſtatis committitur. 41. mo-
dis, prout ego cumulaui in c. 1. in verbo, & bona cõmittẽ.
crimen læſę maieſta. quę ſint rega. in 4. char. Quartò no. ex
tex. ibi, & de feudis quaternatis, & quota, ꝙ ſolus Rex, &
magna curia Vicariæ de feudis quaternatis, vel eorũ quo-
ta cognoſcit, & determinat, ut hic. ad idẽ infrà in cõſti. ma
gnæ curię noſtræ, & in conſti. iuſtitiarij nomen, & normã.
to fi. intellige tũ ſm ꝙ dr̃ infrà in cõſti. vt vniuerſis. ſ. ꝙ fe-
ratur ſententia cum voto parium, de quo ibi dicetur, quæ
autem dicantur feuda quaternata, vide p And. & ibi dixi,
in c. 1. de contro. feudi apud pares termi. vbi dixi, ꝙ omne
caſtrum in regno eſt feudum quaternatũ. item omnis ter-
ra, vbi ſunt vaſalli, eſt feudum quaternatum. & dicit And.
in c. 1. in vlt. col. ibi dum dicit, qñ datur caſtrum, vel aliud
habens vaſallos. item dicitur feudum quaternatum, quan
do præſtat ſeruitium, vel adoham regi, ſm And. ibi. itẽ di-
citur feudum quaternatum, quando princeps concedit, &
vult, ꝙ ab eo teneatur, vt dicit And. in conſt. ſi aliquis baro.
& de hoc vide in dec. meis, deciſ. 282. item dr̃ feudũ qua-
ternatum, qñ per ſe eſt ſcriptum in quaternionibus regiæ
curiæ, ſm And. in d. c. 1. de contro. feu. apud pares termi.
vñ ſi princeps cõcederet caſtrum cum domibus, iardenis,
molendinis, baiulatione &c. iſta conceſſa cum caſtro non
ſunt feuda quaternata, niſi de per ſe ſint ſcripta in quater-
nionibus, & in hoc vidi certos aduocatos fiſcales grauiter
errare, ſed oportet, ꝙ iſta de per ſe concedantur à rege, &
ſcribantur de per ſe in quaternionibus regiæ curiæ, alias
11 non ſunt feuda quaternata. † Et ideo ſi baro concedat do-
mos, vel vineas, vel baiulationem pro ſe & filijs, mortuis
filijs, talia feuda conceſſa: in quibus ẽt ſi interueniat regius
aſſenſus, deuoluuntur baroni, & non regi, per id, quod di-
citur in conſt. poſt mortem, & ibi latius dicetur, & dicebat
Bar. in l. ſi finita. §. ſi de vectigalibus. ff. de dam. infe. ꝙ con-
ceſſio emphyteuſis facta pro ſe & filijs, deficientibus filijs,
non poteſt venire ad fiſcum, ſed reuertitur ad dñm, & pro
hoc bene facit tex. in Auth. de nõ elig. ſecun. nub. §. 1. & ibi
Ang. vbi donans ſuccedit donatario excluſo fiſco. Quintò
no. ex tex. ibi, appellationibus ordinariorum, & delegato-
rum noſtrorum, ꝙ ad magnam curiam Vicarię appellatur
à iudicibus quorumcunque ordinariorum in regno, & ẽt à
iudicibus delegatis à rege. & concordat ad hoc tex. infrà
in conſt. intellige hoc eſſe verum, præterquàm à iudicibus
delegatis à rege exiſtentibus in conſilio regis. Nam ab iſtis
non appellatur ad magnam curiam Vicariæ, ſed ad conſi-
lium regis, quia iſti tales conſiliarij ſunt pars corporis ip-
12 ſius regis, vt in l. quiſquis. C. ad l. Iul. maieſt. † & propter
iſtos conſiliarios dicitur rex habere omnia iura in ſcrinio
pectoris ſui, vt in l. omnium. C. de teſta. l. iuriſperitos. ff. de
exc. tut. quia rarò princeps iuriſta inuenitur, vt dicit And.
in prælu. feud. in 2. char. in 1. col. & ita vidi obſeruatum,
quia à delegato regis, qui non eſt de conſilio regis appella-
tur ad magnam curiam Vicariæ, ſecus ſi appellatur à regio
conſiliario, quia tunc non appellatur ad magnam curiam,
ſed ad conſilium regis. Sextò no. ex tex. ibi noſtrorum cu-
rialium. duo, primò, ꝙ magna curia Vicariæ eſt iudex ordi
narius omnium curialium commorantium in curia dñi
regis, ſed ego vidi, ꝙ magnus ſeneſcallus regni tempore
regis Ferdinandi primi, ſignificabat magnę curiæ Vicarię,
quod talis erat curialis regis, ꝙ deberet ad eum remittere,
& magna curia remittebat, ſiue fuiſſet cauſa ciuilis, ſiue cri
minalis. ego credo, quòd iſtud procedebat de ordinatione
dicti regis, qui poteſt derogare huic conſtitutioni in hoc,
aliàs ceſſante ordinatione regis, ſeruaretur, quod hic dici-
tur, quia non poteſt dici, ſeruatur, ſi de hoc nõ apparet de-
claratio, vt dicit Felyn. in c. 1. in 2. col. verſ. ſtylus curiæ. de
13 reſcr. † Secundò patet ex iſta litera, quòd illi dñi curiales
domini regis, qui commorantur in curia regis, qui ſine ſpe
ciali mandato regis non poſſunt recedere de curia regis.
Et pro hoc bene facit gl. in c. 1. 51. diſt. vbi dicit, quòd cu-
riales dicuntur oẽs, qui aliquo modo ſunt obligati curiæ,
ſiue milites, ſiue aduocati forenſes, ſiue iudices, ſiue officia
ti, ſiue hiſtriones. Idem dicit Lucas de Penna in l. curiales.
la prima. C. de decurionibus. lib. 10. licèt ipſe ibi appellet
curiales adulatores principis, allegat tex. in c. nonne. ibi,
qui adulatur regibus. 37. diſtinct. Et eſt ritus magnæ curiæ
Vicariæ, ꝙ nullus officialis debet recedere de ciuitate Nea
poli ſine expreſſa licentia locumtenentis petita, & obten-
ta. char. 90. & ſic non licet etiam cauſa ſolatii ire extra ci-
uitatem iudicibus magnæ curiæ Vicariæ ſine licẽtia. Quid
ſi curialis habuit licentiam eundi, ſtandi, & morandi, &
reuertendi, an iterum gaudeat priuilegio, ſicut ſi eſſet præ-
ſens? & concludit, ꝙ in eundo, & redeundo gaudet eodem
priuilegio, ſed ſtando, nec in contractibus, nec in delictis
gaudet priuilegio, ſicut commoraretur in curia, vt in iuri-
bus hic per eum allegatis. & vide eum in auth. habita. de
ſtatutis contra lib. Eccle. editis. & Petr. de Anch. in c. 1. de
priuileg. lib. 6. in 10 no. Septimò no. ex tex. ibi, & miſera-
bilium perſonarum, ꝙ iſta cõſtitutio confirmat priuilegia,
quæ

quæ habẽt pupilli, viduæ, & miſerabiles perſonæ, q̃ ſunt in
l. vnica. C. q̃n Imperator inter viduas &c. nã ibi dãtur duo
14 priuilegia dictis perſonis.† Primũ: vt ſi dictæ perſonæ cõ-
ueniantur coram principe, ipſi poſſint declinare forũ prin-
cipis, & dicere, ꝙ debent conueniri coram eorũ iudice or-
dinario in loco, vbi degũt: vbi eſt copia teſtium, & ſcriptu-
rarum. Secundum priuilegium eſt, ꝙ ſi pupilli & aliæ ſu-
pradictæ perſonæ ſunt actores, & volunt agere contra ali-
quem, qui regulariter eſſet conueniendus coram ſuo iudi-
ce, poſſunt dictæ perſonæ agere coram principe: & ſm iſtã
conſtitutionem in magna curia Vicariæ contra illum reũ:
& ipſe reus non poteſt declinare forum principis, vel ma-
gnæ curiæ Vicariæ, vbi aliàs potuiſſet declinare, ſi actor nõ
eſſet miſerabilis perſona: hoc addito, quòd dictæ perſonæ
miſerabiles iurent, quòd perhorreſcunt potentiam aduer-
ſariorum coram eorum iudice. Et ſic in iſto caſu actor nõ
ſequitur forum rei, contra regulam, quæ dicit, ꝙ actor ſe-
quitur forum rei, vt in l. fi. C. vbi in rem actio. & de foro
15 compet. c. cum ſit generalis.† Sed ſpeciale eſt hoc in cauſis
miſerabilium perſonarum vt reus ſequatur forum actoris,
quando eligit regem, vel magnam curiam Vicariæ in ſuũ
iudicem: tunc reus non poterit dictos iudices declinare vi-
gore alicuius priuilegij declinandi forum: niſi expreſsè ſit
derogatum priuilegijs contentis in d. l. vnica. C. q̃n Impe-
rator. & diſpoſitioni præſentis conſtitutionis, ſm Cyn. in
d. l. vnica. & idem firmat ibi Angel. & ego vidi aliqua pri-
uilegia cõceſſionum meri & mixti imperij cum cognitio-
ne præmiſſorum cum clauſula derogatoria iuriſdõnis ma
gnæ curiæ Vicariæ, & cum clauſula derogatoria, non ob-
ſtantibus priuilegijs, quæ de iure, & per ſacras regni cõſti-
tutiones conceduntur pupillis, viduis, & miſerabilib. per-
ſonis, tunc pupilli non poſſunt vti priuilegijs p̃dictis, aliàs
ſi non in ſpecie fieret mentio de eis, non eſſet derogatum
eorum priuilegijs per verba generalia derogatoria, & ita
vidi pluries iudicatum, & obſeruatum. Quid ſi eſſet dictũ,
non obſtante aliquo priuilegio; de quo oporteret facere
f ſpecialem mẽtionem, an ſufficiat, & an ſit derogatum di-
ctæ legi vnicæ, & huic conſtitutioni? Alber. de Roſ. in d. l.
vnica. tenet, quòd ſufficit, vide ad hoc Fel. in c. accedentes.
de præſcript. in 3. colum. in c. nonnulli. ſeptima colum. &
ſeq. de reſcript. & aduerte, quia dicit Lucas de Penna in l.
16 3. de priuileg. ſcholar. lib. 12.† ꝙ illud priuilegium, quod
vidua non cogitur extra ſuam prouinciam aduerſariis re-
ſpondere, per dictam legem vnicam, conſueuit intelligi,
ideſt, extra ſuam ciuitatem, cum aliàs nullum eſſet priui-
legium earum, nam & in alijs idem eſt, vt extra prouinciã
trahi non poſſit. 3. q. 6. neminem. & ſic ſentit Archid. 87.
diſtin. cap. 1. Sed iuxta hoc fuit dubitatum, vtrum iſta duo
priuilegia, quæ habent pupilli, viduæ, & miſerabiles perſo-
næ transferantur in Eccleſiam? Iſta conſtitutio nihil dicit
de Eccleſia. Dicit hic Andreas, ꝙ in conſilio regis tempore
ſuo, videlicet tempore regis Roberti, quando fuit vicarius
regis Caroli Secundi ſui patris, fuit determinatum, ꝙ iſta
duo priuilegia transferantur etiam in Eccleſiam, & de di-
cta determinatione fuit factum capitulum in regno, quod
incipit, Robertus &c. quia nulla legis ſanctio, char. 13. in
1. colum. vbi dicitur, quòd eccleſiaſticę perſonæ in ciuilib.
cauſis poſſunt trahere coram iuſtitiarijs prouincię, licet il-
læ cauſæ ciuiles deberent videri nõ coram iuſtitiarijs pro-
uinciæ ſed coram baiulis, vel alijs iudicibus deputatis.
17 † An autem [b] eccleſia de iure communi habeat priuilegiũ
b eligendi forum, ſicut habent pupilli, viduæ, & miſerabiles
perſonæ? Dic ꝙ non, niſi data violentia, rapina, uel fraude,
vt expreſsè firmat Alex. in 5. volum. conſi. 103. in fi. Item
aduerte, quia iſtud, quod dicitur in d. cap. regis Roberti, ꝙ
eccleſia in cauſis ciuilibus poteſt eligere iuſtitiarium regis
quando vult agere contra aliquem. Nam hoc intelligitur
eſſe verum, ſi aliàs iuſtitiarius regis eſſet iudex competens
ipſius conuenti. Quid enim ſi eccleſia vellet petere feu-
dum quaternatum, non coram magiſtro iuſtitiario, ſed co-
ram iuſtitiario regis, qui non poteſt cognoſcere de feudis
quaternatis, vt infra in conſtitu. iuſtitiarij nomen, & nor-
mam. in fi. & voluit hoc And. in 2. col. verſ. itẽ quid ſi pu-
pillus. certè tunc non poteſt agere eccleſia, pupillus, vidua,
vel miſerabilis perſona coram iuſtitiario regis, & ſic ſi iu-
ſtitiarius prouinciæ nõ põt eſſe iudex in illa cã, vel non põt
eſſe iudex conuenti, nõ põt eccleſia, pupillus &c. coram iu-
ſtitiario prouinciæ agere ciuiliter, & hoc firmat hic Andr.
in verſ. generalia tamen verba, & ita fuit in conſilio tẽpore
meo iudicatum, vt patet in deciſionibus meis, deciſione
18 246.† tunc ergo eccleſia, pupillus &c. agit coram iuſtitia-
rio prouinciæ pro cauſa ciuili, quando ille, qui cõuenitur,
haberet plures iudices de iure communi, & inter illos eẽt
iuſtitiarius prouinciæ, quem poſſit declinare, tunc eccleſia
poteſt agere coram iuſtitiario prouinciæ, & nõ poſſet reus
eum declinare, ſi aliàs haberet priuilegium declinandi iu-
ſtitiarium prouinciæ, ſecundùm Petr. de Anch. in c. volen-
tes. de priuil. lib. 6. quia quando reus habet plures iudices
de iure communi, electio eſt actoris, ſecundùm Iac. Butr.
& Bal. in l. cum clericis. C. de epiſc. & cler. per tex. & glo. in
d. l. fi. C. vbi in rem actio. & hoc firmat hic And. dicens, ꝙ
quando quis habet plures iudices de iure cõmuni, electio
eſt actoris. allegat dictam l. cum clericis. C. de agẽtibus in
rebus, l. fi. lib. 10. & ff. de iud. l. a. §. planè. & ff. de eo quod
certo loco. l. 1. ſed quando reus haberet in priuilegium plu
res iudices, vt eſt in ſcholare, vt in auth. habita. C. ne filius
pro patre. tunc electio iudicis eſt rei, & non actoris, ſecun-
dùm Bal. in d. l. cum clericis. & vide ad hoc Petr. de Ancha.
in dicto c. volentes. in verſi. quartò quæro, poſt Ioã. An. &c.
19 † Secundò quæro, an ſi pupillus, vel miſerabilis pſona ve-
lit conuenire pupillum, vel viduam, vel miſerabilem per-
ſonam coram baiulo, vel coram iuſtitiario prouinciæ, vel
in magna curia Vicariæ, vel coram rege, poſſit ipſe conuẽ-
tus dicere, ꝙ ipſe vult eligere vnũ ex his iudicibus, quem
ipſe vult, & ſic an priuilegiatus in eligendo forum poſſit
vti illo priuilegio contra alium æquè priuilegiatum in eli-
gendo forum? And. hic in 1. colum. tangit iſtam quæſtio-
nem, & refert hic duas opi. Prima opi. fuit, ꝙ diſtinguen-
dum eſt inter pupillos & miſerabiles perſonas, vt ſi pupil-
lus conueniat pupillum, ſtetur electioni rei conuenti, quia
reus pupillus habet æquale priuilegiũ ipſe cõuentus, quia
eſt reus, qui habet hoc priuilegium, ꝙ actor ſequitur forũ
rei, vt ſuprà dixi. Hoc expreſsè approbat Lucas de Penna
in l. 2. in fi. C. de ſilentiarijs. li. 12. vbi refert longam diſtin-
ctionem Iac. de Are. in l. fi. ff. ex qui. cau. maio. quam refert
Alber. de Roſ. in d. l. fi. & ibi hoc idem firmat. Si verò mi-
ſerabilis perſona conueniat miſerabilem, tunc conſidera-
tur, quis eſt magis miſerabilis. ar. in l. ſi quis ad declinan-
dam. §. pe. C. de epiſc. & cler. Sed iſtud vltimum non tene-
tur, quia tex. iſte, & d. l. vnica, non diſtinguunt inter magis
miſerabilem, & minus miſerabilẽ, ideo generaliter debent
intelligi, vt in l. 2. ff. de aleato. cum concor. † Secunda opi-
20 nio fuit; quòd ſi pupillus, vel miſerabilis ſit actor, & eligit
iudicem ordinarium conuenti, pupilli, vel miſerabilis per-
ſonæ, & conuentus eligit magnam curiam Vicariæ, ſtatur
electioni actoris, & non conuenti, quia ſi conuentus non
uellet ſtare iuri coram ſuo iudice ordinario, uidetur eſſe
in malitia, cum in ſua ciuitate, uel prouincia commodius
poteſt habere teſtes, & alia neceſſaria ad litẽ, ut dicitur in
d. l. unica. & facit l. ſi quia ex ſignatoribus. ff. quemadmo-
dum teſtamenta aperiantur. & malitiis hominum non eſt
indulgendum. ff. de rei uendicatio. l. in fundo. cui adde, ꝙ
Bald. in d. auth. habita. in §. uerum. in 2. col. aliter dicit, ui-
delicet, ꝙ quando ſunt plures priuilegiati priuilegio fori,
ſiquidem omnes ſunt priuilegiati ſub eadem cõſideratio-
ne, tunc ſi conſideratur maior ratio priuilegiati, & tunc il-
lud priuilegium, in quo eſt maior ratio, attenditur, per l. ſi
apud. ff. de mi. tene ergo iſtam concluſionem, ꝙ priuilegia-
tus à iure communi non utitur priuilegio ſuo contra aliũ
æquè priuilegiatum de iure communi, & ſic iſta priuilegia
confunduntur, & obſeruatur illud, quod generaliter ſta-
tuit ius commune, quod uult, quòd actor ſequatur forum
rei.

rei.& pro hoc bene facit tex.in l.ſed & milites. §. coæqua-
litas.de excuſ.tuto.bene facit tex.iuncta glo.in c. ad autes.
de præſcr.& tex.in Auth.de ſanct.epiſ.§. ſed & hoc præſen
ti.& idem concludunt Cyn.Bal.& Alb.de Roſa.& alij ſcri
bentes in auth.quas actiones.C.de ſacroſanct.eccl.faciunt
ad hoc multa ſimilia,quæ allegat Fely.in c.in præſentia.in
13.col.in glo.fi.de proba.prædictis adde quandam apoſtil
lam domini Bat.de Capua,quam habeo infrà in conſt.ob-
21 ſcoritatem. † vbi quærit, ſi vidua facit conuenire pupillũ
vel econtra, an liberè poſſit eum trahere, vel ipſa trahi in
quo foro vult,per priuilegium d.l. 1. C. quando Impera-
tor.& dicit,ꝙ prima facie vr̃, ꝙ ſic, per dictam legem pri-
mam,& l.fi.ff.ex quib.cauſ.maior.item quia priuilegiatus
vtitur priuilegio contra alium priuilegiatum in prin.litis,
vbi magis fauetur actori quàm reo,ut in l. ſi quis intentio
ne ambigua.ff.de iud. & l. ſolemus. item actor habet duo
priuilegia, & reus vnum: videlicet, priuilegium dictę le-
gis primæ.& quia in prin.fauendum eſt actori,& duo vin
cunt vnum. item pro hoc facit,quia ex perſona actoris fo-
rũ metimur.ff.ſi pars hær.pet.l.1. & inſpicimus quid peti-
tur,non quid debeatur.ff.de iuriſ.om.iu.in l.quędã.§.quo-
ties.In contrarium dicit,ꝙ non poſſit trahi,quia conuenta
pars habet duo priuilegia.videlicet,quia eſt rea,& quia cõ
currit cum priuilegiato,& pro hoc l.fauorabiliores. ff. de
reg.iur.& ff.de mino.l.verum.§.fi.& ſic confunditur priui
legium actoris cum priuilegio conuenti, & ideo actor de-
bet ſequi forum rei,vt in l.2.ff.de iuriſdi.om. iudicum. &
l.hæres abſens.ff.de iudicijs.& l.2.C.vbi in rẽ actio. & iſtã
partem refert,ꝙ tenuerũt plures Doctores magnæ autho-
ritatis. Tertiò quæro, an vidua diues habeat hoc priuile-
gium,& quid de vidua inhoneſta? Vide hic per And.& ea
22 quæ dixi,ſupra in conſti.præſenti l.tit. 34. † Quartò quæ-
ro, vtrum clerici pro ſuis contractibus,& non eccleſiæ ha-
beant hoc priuilegium,ſicut habent pro eccleſia, vt ſuprà
dictũ eſt? Reſpondit hic And. ꝙ non,quia tale priuilegiũ
conceſſum eſt eccleſijs,ideo non tranſgreditur in perſonã
clericorum.ar.l.1.ff.de conſt.prin. bene facit c.priuilegiũ.
de re.iur.lib.6.& ibi ſunt concor. in glo. & tene hoc men-
ti,ꝙ clerici non habent priuilegium d.l.vnicæ.C. quando
imperator.quando agunt, vel conueniuntur: ſecus,quãdo
eccleſia datur priuilegium reſpectu rerum, ſicut eſt, ꝙ ec-
cleſia ſit immunis à collectis, tale priuilegium trãſit in cle
ricos,per l.2.C.de epiſ.& cleri.ſm And.hic, quẽ tene men
ti,quia non ſolet allegari ad hoc, ſcilicet ꝙ clerici pro bo-
nis patrimonialibus ſunt immunes à collectis. & hoc vo-
luit Rex Carolus Secundus in c.quod inci.Itẽ ſtatuimus.
char.21.& vide ad hoc Io.de Imo.in c.ex literis.de vita &
hone. cleric. & tractatũ Ioan. Bertachini de gabellis.in 7.
parte principa. & Alex.de Imo.in l.incola.ff. ad municipa
les.vbi dat bonas quotas.ego dixi in c.1. de cleric. qui in-
ueſt.fecit.& Ange.in conſi.24.& Abb.in 2. vol.conſ.13.&
an ſi clerici emant bona,pro illis bonis emptis debeant eſ-
ſe immunes à collectis, ſicut ſunt immunes pro bonis pa-
trimonialibus?Luc.de Penna ſentit,ꝙ non in l.2.in verbo,
actores.C.de prædijs,& omnibus rebus naucula. lib. 11.
& eſt quædã declaratoria Regis Roberti,quæ incipit, pri-
uilegia quaſi priuatæ leges.char. 35. quæ dicit, ꝙ ſi aliqui
ſe,& ſua offerũt eccleſijs, reſeruato ſibi vſufructu,vita ſua
durante,ꝙ iſte talis debet ſoluere collectas, ſicut ſoluebat
23 prius. † Quintò quæro,vtrum ſi pupillus, vidua, vel miſe-
rabiles perſonæ delinquant,habeant in delictis hæc prædi
cta priuilegia? Reſpondent hic Andr. dicens, ꝙ prima fa-
cie vr̃ dicendum,ꝙ in delictis nõ habent dicta priuilegia,
per tex.in l.auxiliũ.ff.de minor. ibi dum dicit tex. & cum
neque in delictis,neque calumniatoribus prætorẽ ſuccur-
rere,certi iuris eſt. Item lege cauetur,ꝙ vbi quis habet pri
uilegium declinandi forum,ſi criminaliter delinquat,po-
teſt conueniri coram iudice loci, in quo commiſit crimi-
naliter;& non auditur in exceptione declinatoria fori.tex.
eſt in l.1.C.vbi ſena. vel clariſſimi.quia reatus omnem ho
norem excludit,vt ibi,& in concordan.in gl.ibi allegatis,

Sed in contrarium eſt veritas,ſm And.hic,ſcilicet, ꝙ etiã
in delictis,& ſic in cauſis criminalibus, habent priuilegia
d.l. vnicæ. C. quando Imperator. quia lex illa non diſtin-
guit inter cauſas ciuiles & criminales, ſed generaliter lo-
quitur,ideo generaliter intelligi debet,ar.l.de pretio.ff. de
publiciana.pro iſta deciſione facit lex,in ſacris,la tertia.C.
de prox.ſac.ſcrin.lib.2.vbi militantes in ſacris ſcrinijs, &
eorum familia,non poſſunt criminaliter conueniri,niſi co
ram magiſtro officiorum, & ſic in criminalibus habet lo-
cum exceptio declinatoria fori.pro hoc allego Bal. in l.pe.
vlt.colu. C.de pact.vbi dicit, ꝙ excep. declinatorię fori in
cauſa criminali poteſt renunciari, quia in ea non conſiſtit
naturalis defenſio,ſicut eſt in probationibus faciendis,qui
bus reus in criminalibus non poteſt renunciare, vt not. in
l.pactum inter hæredem.ff.de pac.ſm Bald. in l.iubemus.
C.de iudicijs.& not.Alex.in apoſtillis in l.cuſtodias. ff. de
publ.iud.ergo ſi poteſt renunciari,præſupponit, ꝙ in cau-
ſa criminali habet locum exceptio declinatoria fori. † Et
24 aduerte,quia vidi dubitari, an minor, & vidua, quæ ſunt
priuilegiatæ perſonæ in declinando forum, ſi non oppo-
ſuiſſent ante litem cõteſtatam dictam exceptionẽ declina
toriam,poſſint opponere poſt litem conteſtatam exceptio
nem declinatoriam omiſſam, ſaltẽ per viam reſtitutionis
in integr.Nam Bal.& Alex.in l.de die.§.ſi ſeruus.ff.qui ſa-
tiſda.cogan. & ibi Pau.de Caſt. ibi dicunt, ꝙ mulier, mi-
nor,& ruſticus poterunt opponere exceptionem dilatoriã
poſt litem conteſtatam omiſſam opponere ante litem cõ-
teſtatam per ignorantiam iuris: ergo idem vr̃ in exceptio-
ne declinatoria,quæ per errorẽ fuit omiſſa opponi, & hoc
firmat Alex.in l.ſi per errorem. & in l. ſi conuenerit. ff. de
iuriſ.omn.iud.& in l.ita demum.C.de procur. & iſtud nõ
eſt priuilegium miſerabilium perſonarum, quia regulari-
ter,ſi per errorem non fuit forum declinatum,poteſt ſem-
per declinari,& geſta non valent:ſecus in exceptione dila-
toria omiſſa opponi ante litem conteſtatam per errorem,
quæ non poteſt poſtea aliquo modo opponi,per glo.no.in
l.qui procuratorem.in verbo,omiſerit.ff.de procur. niſi in
minore,& muliere, & ruſtico, vt ſupra dixi. Quid autẽ in
alijs miſerabilibus perſonis, an quod dictum eſt ſupra ꝓ-
ximè in minore,& vidua, idem ſit in eis? Non reperio ſpe
cificè tactum,& puto,ꝙ ſic, ſi allegetur,ꝙ omiſit oppone-
re declinatoriam fori per errorem,& conſtet de errore, qa
(vt dixi) non eſt hoc priuilegium miſerabiliũ perſonarũ,
ſed hoc eſt omnibus permiſſum,quia vbi eſt error, non ca
25 dit conſenſus,vt in d.l.ſi per errorem.† Sextò quæro,quid
ſi iſtæ miſerabiles perſonæ agant iure ceſſo, an habeãt pri
uilegium d.l.1.C.quando Imperator, & priuilegiũ huius
conſtitutionis? And.hic in 2.col.refert duas opinio.Prima
opin.eſt,ꝙ quidam diſtinguebant,aut miſerabilis perſona
agit iure ceſſo ex cauſa lucratiua,ut ſi donator cedit miſe-
rabili perſonæ ex cauſa donationis iura,quæ debet habere
ab alio,& tunc non retinet priuilegium d.l.1.& huius cõ-
ſtitutionis. Aut miſerabilis perſona agit iure ceſſo ex cau-
ſa neceſſaria,ut quia miſerabilis perſona, quæ agit iure ceſ
ſo habebat debitorem ſuum,& ille debitor ceſſit iura ſua,
quæ habebat contra ſuum debitorem illi perſonę miſera-
bili creditori ſuo pro liberando ſe à debito,& tunc retinet
priuilegium d.l.1.& huius conſtitutionis.& pro hoc bene
facit l.qui ſtipendia,cum materia ſua.C. de procur. & pro
iſta opinione bene facit ritus magnæ curiæ Vicariæ, qui
hodie eſt in viridi obſeruantia,ſub rub.de iure ceſſo. in ri-
tibus ordinatis per Reginã Ioannã Secundã. Et ſcias,ꝙ eſt
alius ritus in dicta curia contentus in dictis ritibus reginę
26 Ioannæ Secundæ, † ꝙ ſi pupillus,vel pupilla citatur in ma
gna curia Vicariæ ex contractu paterno,non pōt declinare
forum virtute d.l.vnicę.C.quando Imperator. & huius cõ
ſtitutionis. Item olim erat quidam ritus antiquus in ma-
gna curia,qui hodie nõ ſeruatur ex cõſtitutione dictæ Re-
ginæ Ioannæ,qui ritus volebat,ꝙ pupillus, uel uidua cita-
tus in magna curia Vicariæ, ſi vult declinare forũ magnæ
curiæ Vicariæ,dẽt perſonaliter comparere, & nõ ꝑ procu-
ratorem,

ratorem, hodie ſofficit, ꝙ ꝓcurator legitimus alleget de-
clinatoriam fori ex priuilegio d.l. vnicæ, & huius cõſtit. Se
cunda opi. eſt, ꝙ miſerabilis perſona agens iure ceſſo, etiã
ex cauſa lucratiua; babet priuilegium d. l. vnicæ. & huius
conſt. dummodo ceſſio ex cauſa lucratiua fiat verè, & ſine
fraude, & hoc propter generalitatẽ d.l. vnicæ. & hoiut cõ-
ſtit. quæ non diſtingunt, an agant iure ceſſo, vel iure pro-
prio, & ideo generaliter dẽt intelligi, & iſta eſt vltima opi.
recitata per Andr. & nihil aliud dicit, & ſic vr̃ reſidere in
iſta ſecunda opinione tãquam vltima, per id, qđ dicit Bal.
in l. 1. in fi. ff. de conſti. principũ. Sed ego dubito, an tenue-
rit iſtã vltimam opinionem, quia ipſe bene ſciebat ritũ an
tiquum ante Reginam Ioannam Secundam, volentem, ꝙ
nullus admittatur ad agendum iure ceſſo ex cauſa lucrati-
ua. Nec ob. ꝙ vltima opinio cenſetur approbata, quia ad
hoc reſpondebat Iaſ. in l. ſi idem eum eod. §. 1. ff. de iuriſdi
ctione omnium iudicum. vbi dicit, ꝙ vltima opinio cen-
ſeatur approbata. Fallit, qñ vltima opinio diceret, alij di-
cunt: tunc non vr̃ illa approbata, & ſic loquitur And. hic,
dum dicit, alij indiſtinctè dicunt. Sed iſtam fallẽtiam do.
Iaſ. non puto veram, quia Innocentius ſæpe refert opinio-
nes aliorum, & in vltimo dicit, alij dicũt, & nõ dicit plus.
& tamen illa opinio cenſetur approbata, vt dicit Ioã. And.
in Nouella, in c. 1. de pœnis, in 6 & in c. 1. de ſenten. excõ-
municatio. in 6. vt refert Alex. in 1. vol. conſi. 100. incipiẽ.
ſuper primo caſu, in 5. col. & propterea teneo firmiſſimè
27 ſecundam opi. recitatam per And. † ꝙ ſi miſerabilis perſo
na agit iure ceſſo, & ex cauſa lucratiua bona fide, & ſine
fraude facta, habet priuilegium eligendi forum, ſm iſtam
conſti. & hoc per totũ tit. C. de hære. vel actio. vend. ſecus,
ſi conſtaret de ſimulatione, puta, quia facta eſſet ceſſio mi-
ſerabili perſonæ de magna quantitate, vel re pro pauca pe
cunia, ut ff. de tranſactio. l. cum hi. §. modus. & habetur in
l. per diuerſas. C. mandati. Vel ſi eſſet facta ceſſio ſine titu.
vel ſine cauſa, vt in d. l. qui ſtipendia. & l. nuda. ff. de acqui.
rerum domin. & ff. de donat. l. nudo. vel aliter conſtare poſ
ſet, ꝙ talis ceſſio ſit facta in fraudem. Nec ob. dictus ritus,
ꝙ non admittitur ad agendum iure ceſſo ex cauſa lucrati-
ua, quia non intelligitur de perſonis miſerabilibus volen-
tibus agere iure ceſſo ex cauſa lucratiua verè, & ſine frau-
de. vr̃ enim donatio facta miſerabili perſonæ bona fide, &
ſine fraude, & dolo ob piam cauſam, & ideo habet priuile
gium eligendi forum, & ſic agendi iure ceſſo ex cauſa do-
28 nationis, † nam pia cauſa in contractibus habet multa pri
uilegia, de quibus per Ludouicum in authen. ſimiliter. C.
ad l. Falcidiam. in 2. char. & ſequentibus. & licet iſtud pri-
uilegium non ſit ibi poſitum: poteris ibi addere. Septimò
quæro; quid ſi miſerabilis perſona: puta cæcus, vel muti-
latus ex ſui culpa propter delictũ ſit factus cæcus, vel mu-
tilatus, an habeat priuilegium d. l. vnicæ. & huius conſtitu
tionis? Concludit hic And. & bene, ꝙ non, quia delictum
non debet præſtare ſibi immunitatẽ, d. l. 1. C. vbi ſena. uel
clariſſimi. & in l. ſi ab hoſtibus. ff. ſoluto matr. & ff. de in-
ter. & rel. l. relegatorum. §. fi. itẽ quia tex. in d. l. vnica. C. qñ
Imperator. dicit, fortunæ iniuria miſerabilis, ergo ſecus ſi
per delictum. Mutilatus enim per delictũ nequit exercere
malũ, quod exercuit, dicit tex. 23. q. 3. c. ſi quis fortitudinẽ.
& vide ad hoc elegantem tex. ead. q. 4. c. eſt iniuſta miſeri-
cordia. ſecus ſi à natiuitate ſit cæcus: nam cæcitas morbus
eſt. l. 1. §. ſed ſciendũ. ff. de ædili. edic. vel ſi pp morbũ fuit
mutilatus ſine ſui culpa, tunc gaudet priuilegio d. l. vnicæ,
& huius conſtitutionis. mutilatum intelligo illum, qui ca-
ret membro, vt dicit Hoſt. in ſumma, de corpore vitiatis. §.
29 ſecundo. † Octauò quæro, an mulier virgo habeat priuile-
gium d. l. vnicæ. C. qñ Imperator, & huius conſtitu. And.
hic in 2. col. ſentit, ꝙ ſic, nihil tamen allegat. Et pro hoc fa-
cit, quia ſi vidua habet hoc priuilegium, ergo multò for-
tius & virgo, quæ habet aureolam, quã non habet vidua,
ſm Abb. ibi, licet vidua ſeruans caſtitatem non eſt procul
à virginitate, vt in §. optimum. in Auth. de nõ eligen. ſecun
dò nubẽt. ſm Bal. in c. cauſam, de proba. & no. ꝙ iſtud pri-
uilegium virginitatis non ponunt ſcribentes in d. c. cauſã.
vbi ponunt priuilegia virginitatis, & tene menti iſtam de-
ciſionem And. quia non reperio tactam ab alio Doctore
in d. l. vni. neq; in c. ſignificãtibus, de offi. deleg. nec in alio
loco. Nonò quæro, an ſi vidua, vel virgo ſit deſponſata, &
non traducta ad domum mariti, gaudeat priuilegio d. l. u-
nicæ, & huius conſtitutionis? Dicit hic An. in 2. col. diſtin-
guendo, ꝙ aut cum iſta ſponſa non traducta fuit cõtractũ
matrimonium per verba de futuro, aut per uerba de præ-
ſenti, & tunc iudicatur, vt de uirgine, vel vt de uidua, ſi eſt
30 vidua, ar. l. ea quæ. ff. ad municip. † cui adde, ꝙ ſponſa non
dicitur vxor, ſicut ſponſus non dr̃ maritus, ut dicit tex in
l. 1. §. & eſt q. ff. pro dote quia ſponſalia dicũtur à ſpondeo
ſpondes, ut in l. 1. & 2. de ſponſal. & ſic ſpõſalia eſt præam-
bulum ad matrimonium, & non eſt matrimonium. 30. q.
5. c. noſtrates. ſm Abb. Sic. in rubr. extrà de ſponſal. & ſub-
dit, ꝙ ubi agitur de fauore, appellatione maritatarũ uenit
ſponſa, ut in l. non ſine. C. de bonis quę liberis. & ibi p Cy.
ſecus ubi agitur de odio, ut ibi per eum, cui adde eundem
Abb. in c. 3. loco. de præſump. & vide ad hoc Bar. in l. cum
pater. ff. ad legem Pompeiam de parricidijs. ſicut in ſimili
dicimus, ꝙ ſcholaris licentiatus non eſt Doctor, ut dicit
Bal. in l. athletæ. ff. de excuſat. tutorum. cum cõcordan. al-
31 legatis per Fel. in proœm. decretalium, in 8. col. † Secundò
uerò caſu quando cum ſponſa contractum fuit matrimo-
nium per uerba de præſenti, licet nõ ſit traducta in domũ
uiri, & non ſit matrimonium carnali copula conſumatũ,
& tunc iſta dicitur vera uxor, & ſic non gaudet priuilegio
huius conſtitutionis, & d. l. unicæ. & hoc probat And. per
duas rationes. Prima, quia uidemus, ꝙ ſponſus per uerba
de præſenti, non conſumato matrimonio, poteſt accuſare
de adulterio adulterantem ſponſam de præſenti tm̃, ut in
l. fi. C. de adulter. Secũda ratio, quia ſicut donatio inter ui-
rum & uxo. eſt prohibita, ita etiam eſt prohibita, & nõ ua-
let, ſi ſponſus poſt matrimonium contractũ per uerba de
præſenti, & non conſumatum per carnis copulam, dona-
ret ſponſæ p uerba de præſenti, allegat hic And. ff. de don.
inter uir. & uxor. l. 3. §. 1. in glo. & l. penul. eod. tit. & glo. in
d. l. ea quæ ff. ad municipa. cui adde Bald. idem firmantem
in l. cum te ſponſæ. C. de donatio. ante nup. quia matrimo-
nium contractum per uerba de præſenti, licèt non conſu-
matum, eſt perfectum matrimonium, ut dicit Bart. in l. cũ
fuerit. ff. de condi. & demon. & eſt tex. 27. q. 2. cap. ſufficit.
& patet in c. fi. de ſponſa duorũ, & in c. unico, de uoto. lib.
6. Et ideo uerum fuit matrimonium inter beatam Virgi-
nem & ſanctum Ioſeph uirginem, licèt ambo fuerint uir-
32 gines, ut dicitur, & colligitur latè in d. c. ſufficit. cũ ſeq. † Et
hoc facit pro deciſione illius dubiæ quæſtionis, ſi dicat ſta
tutum, quòd uxore decedente ſine filijs maritus lucretur
dimidiam partem dotis, demum inter uirum & uxo. con-
tractum fuit matrimonium per uerba de præſenti, & ante-
quam fuiſſet uxor traducta in domum uiri, & antequã cõ
ſumatũ eſſet carnali copula, moritur iſta uxor, an iſte ſpon
ſus per uerba de præſenti lucretur dimidiam partem do-
tis, per ſupradicta? Videtur ꝙ ſic, & idem uidetur ſentire
Bal. in l. Deo nobis. C. de epiſco. & cler. & in l. ſancimus. C.
de nup. dicens, quòd traductio uxoris non eſt de ſubſtantia
matrimonij, ut in d. l. cum te ſponſæ. & Pau. de Caſt. in l.
de diuiſione. ff. ſol. mat. Sed contrarium per multas ratio-
nes tenuit in iſta quæſtione Saly. in d. l. cum te ſponſæ, &
quia iſta quæſtio non eſt hic congruè examinanda, remit-
to me ad Bar. in l. nihil. ff. rer. amot. & ad Abb. Sicu. in cap.
ex publico. de conuerſio. coniugato. & ad eundem in c. 3.
loco. de prob. & ad conſilium primum Abb. in 1. uolu. &
in 2. uolum. conſi. 79. & ad Pau. de Caſt. & Alexan. & ad
Iaſ. in l. ſi donaturus. in fi. ff. de cõdi. ob cauſam. & ad Bal.
& Ang. in l. ſoler. ff. de his, qui notant. infam. & in allegata
l. non ſine. & an data à ſponſo ſponſæ poſt contractum ma
trimonium per uerba de præſenti, quando uxor eſt in do-
mo patris, uel fratris, uel patrui, ſolu. matr. ſint mariti, uel
eius hæredum, uel uxoris, uel eius hęredis, uide in deciſio-
nibus

33 nibus meis,dec.trecēteſima decimaquinta.† Decimò que-
ritur: quid ſi pupillus vel vidua,vel miſerabilis perſona a-
gant,vel conueniantur de feudis: an habeant priuilegium
declinandi forum,ſicut quando agunt, vel conueniuntur
de rebus allodialibus,ideſt,rebus burgenſaticis? Reſpon-
det hic Andre. quòd ex quo per conſtitutionem iſtam, &
infrà in conſtitu. magnæ curię noſtræ.& in conſtitutio.iu-
ſtitiarij nomen.in fine, prouiſum eſt,quòd de feudis qua
ternatis cognoſcat magna curia Vicariæ, nō poſſet eligere
pupillus vel vidua alium iudicem, qui non poſſit cogno-
ſcere de feudis quaternatis: ſicut non poſſet eligere baiu-
los,quando agerent vel conuenirentur criminaliter: quia
baiuli non habēt iuriſdictionem cauſarum criminalium:
debet ergo eligere iudicem illum, qui aliàs de cauſa illa
poſſit cognoſcere: et ſi iuſtitiarius regionis de illa cauſa nō
poteſt cognoſcere,non poteſt eum eligere in iudicem vi-
gore d.l.vnicæ. C. quando Imperator.ſic And. hic intelli-
git dictam legem,& iſtam conſtitutionem.idem ſi miſera
bilis perſona velit conuenire clericum in magna curia Vi
cariæ, vel alium, qui eſt de foro iudicis eccleſiaſtici: tale
priuilegium eligendi forum ceſſit,& habet locum regula
illa, quòd actor ſequitur forum rei,& ita fuit deciſum in Cō-
ſilio,& de hoc dixi ſuprà eodē no.in prima quæſtione,cir-
34 ca finem.† Vndecimò quæritur,pone, quòd pupillus, vel
vidua exiſtens Capuæ conueniatur coram rege exiſtente
tunc Capuæ,vel coram magna curia Vicariæ exiſtente tūc
Capuæ,an poſſit declinare forum regis,vel magnæ curiæ,
& eligere forum capitanei ciuitatis Capuæ, vel curiē baiu
lorum Capuæ, qui aliàs poſſent de illa cauſa cognoſcere?
Andreas hic diſputat pro & contra, & finaliter concludit,
quòd poteſt miſerabilis perſona declinare forū regis, vel
magnæ curiæ Vicariæ exiſtentis in domicilio ipſius,& eli
gere forum inferioris iudicis a rege vel à magna curia, ſi-
cut eſt capitanei,vel baiulorum, nec ſilet iuriſdictio infe-
riorum propter pręſentiam ſuperioris, ut in Autbētico,de
defenſor.ciuit. §.non ualentibus. & C.de donatio.l.in hac.
& in l.nihil erit. C.de pala.ſacra.largitio.li.duodecimo.li-
cet per conſtitutionem,honorem,quando magna curia eſt
in aliqua ciuitate,uel terra regni,iuſtitiarij iuriſdictio de-
bet ſilere durante præſentia magnæ curiæ in illo loco. &
hoc concordat cum diſpoſitione iuris canonici,de quo in
capitulo,nolentes.& ibi glo.de offic. lega. & in cap.ſtudui
ſti.in gl.eodem tit.& per Archidia.in ca.vnico.de maio.&
obedien.lib.6.Alberic de Roſa.in d.l.in hac.vbi refert ſup
hoc diſtin.Iacobi de Bel.vide Bar.in l.fina. ff.de offic. pro-
conſul.& legati.ſed dicta conſtitutio, honorem, non tra-
hitur ad officiales minores,ſicut eſt capitaneus, & baiuli,
quorum iuriſdictio non ſilet per præſentiē magnæ curiæ
in illo loco. & hoc vidimus, quòd ſeruetur Neapoli,
vbi eſt tribunal magnæ curiæ Vicariæ,& eſt forum baiulo
rum,& illi baiuli in ciuilibus miniſtrant iuſtitiam præſen
te magiſtro iuſtitiario,ſed habet locū inter eos præuentio,
vt qui primò editur,& citat, ille erit iudex, ut in l.ſi quis
poſtea.ff.de iudic.ſecundùm Andr.hic,& patet in clemen
ti.2.vt lite pendente.& de materia præuentionis,vide Fel.
in ca.qualiter & quando.de iudi. in c.propoſuiſti. de foro
com.& ſic idem dicendū eſt,quando magiſter iuſtitiarius
eſt in alia terra regni,vt non propterea ſileat iuriſdictio ba
iulorum illius terræ,licet ſileat iuriſdictio iuſtitiarij, pro-
pter pręſentiam magiſtri,per dictā conſtitutionē,honorē.
35 † & ideo miſerabilis perſonæ poteſt declinare forum re-
gis,vel magiſtri iuſtitiarij, & litigare coram baiulis; qui
poſſunt de cauſa cognoſcere, quia illud, quod dicitur, quòd
Imperator,vel Rex eſt iudex pupillorū,& viduarū,& mi-
ſerabilium perſonarū,intelligitur,ſi dictę perſonę hoc ve-
lint,ſcilicet,ſi volunt agere contra alium coram rege, illæ
perſonæ non poſſunt declinare forum regis, & ſi ipſæ mi-
ſerabiles perſonæ conueniuntur coram rege,ſi uolunt, &
contentantur,quòd coram rege fiat iudicium, quòd tunc rex
eſt iudex eorum.ſed ſi non contentantur, & eligunt baiu-
lum,rex vel magna curia Vicariæ eis inuitis,non eſt iudex
eorum,ſecundum Odofred.in d.l.vnica.C.quando Impe-
rator.& eum ſequitur hic And. Duodecimò quæro, quid
ſi pupillus agat contra miſerabilem perſonam, an proce-
dāt ea quæ dixi ſuprà in ſecunda quæſtione? Dic quod nō,
ſed præfertur priuilegium cauſæ naturalis, ideſt, ætatis
priuilegio cauſæ accidentalis, ideſt miſerabilitatis perſo-
næ.ita inquit notanter Bal.in l.qui habet.ff.de tutelis. ubi
dicit, quod iſta deciſio procedit in re indiuiſibili, & non
diuiſibili,ut ibi per eum.& ſic patet,quòd pupillus, & ui-
dua poſſunt eligere iuſtitiarium prouinciæ, ut firmat An-
dre.infrà in conſtitutione,iuſtitiarij nomen, & normam.
36 †Decimotertiò & vltimo quæro,vidua egit, vel accuſauit
coram capitaneo terræ ſuæ quendā,& proceſſit ad nonnul
los actus,demum videns,quòd ſecretè capitaneus fauet parti
accuſatæ,& dicta vidua vadit ad magnā curiā, & ibi vult
proſequi cauſam,quia dicit,quòd poteſt etiē variare,quæ
ritur an poſſit? Dic quòd ſic,quia vbi electio datur à iure,
licita eſt uariatio,vt in lege,cum qui certarum §.primo.ff.
de uerborū obligationib. Octauò nota ex textu ibi,præſti
to ſacramento. quòd quando pupillus,vidua uel miſerabi
lis perſona vult agere,vel conuenitur coram principe, vel
in tribunali magnæ curiæ Vicarię,& aduerſarius in prima
inſtantia non poterat ibi conueniri,niſi ex priuilegio con-
ceſſo dictis perſonis miſerabilibus,debet iurare,ſe perhor
reſcere potentiam aduerſarij in loco,ubi debebat conueni
ri ipſe aduerſarius,& hoc eſt de neceſſitate faciendum,per
iſtam conſtitutionem.nam in lege unica.C.quando Impe
rator,nihil dicitur de iſto iuramento,ſed dicitur maximè
ſi potentiam aduerſarij perhorreſcit,& ſic infertur, quod
in iſto regno pupillis,& uiduis,& miſerabilibus perſonis
tunc competit priuilegium eligendi forum regis uel ma-
gnæ curiæ Vicariæ,ſi iurant ſe perhorreſcere potētiam ad
uerſarij in foro aduerſarij,quod tene mēti,quia vidi mul-
tos aduocatos in regno non aduertere ad hoc, & tamē gl.
37 7.hic idē firmat.† Secundò infertur,quòd ad probandum, quòd
iſtæ perſonæ priuilegiatæ perhorreſcunt potentiam aduer
ſarij in loco iudicij eorum aduerſariorum,ſufficit iuramē
tum pupilli maioris infantiæ,vel eius legitimi tutoris,vel
actoris legitimè conſtituti,quia iſte tex.non dicit, proprio
iuramento.tunc poteſt hoc iuramentum præſtare per aliū,
vt in cle.1.cum ſimi.de iur.ſecus quando dixiſſet proprio
iuramēto,vt dicunt ſcribentes in c.ſtatutum.in.§.cum ve-
rò.& ibi Dominic.poſt Archi.& Io.And.de reſcri.lib.6.&
in c.vt circa.§.niſi.de elect.lib.6. Sed iuxta hoc quæro, an
ſi pupillus, vidua,vel miſerabilis perſona iuret ſe perhor-
reſcere potentiam aduerſarij ad effectum,prout dicitur in
iſta conſtitutione,vtrum ſi aduerſarius alleget,quòd vult pro
bare cōtrarium, magna curia debeat ſibi dare terminum
ad illud probandum? Dicit Io. An.in d. c. ſtatutum. §. cum
verò.quod debet dare terminum ad probādum contra iu-
ramentum: tamen ſi magna curia Vicariæ denegaret dare
terminum prædictum,ſicut in curia Romana, nō daretur
iudex,ſi appellaretur à dicto grauamine ſecūdùm Io.An.
in d.§.cum verò,ita ego dicerem,quòd ſacrum Conſiliū non
debet committere cauſam grauaminis.idem firmat Dom.
de ſencto Gemi.in d.§.cum verò.Secundò quæro, quid ſi
actor priuilegiatus priuilegijs d.l.unicæ.C. quando Impe
rator.& huius conſtitu.dicat,quòd vult iurare, quòd per-
horreſcit potentiam aduerſarij,& ante iuram.prædictum
datum à iudice altera pars dicit, quòd vult probare con-
trarium,quis debet præferri? Iſtud dubium tāgit Domini
cus in d.§.cum verò.& videtur ſentire,dum dicit,qui me-
lius probat,obtinebit,per c.ſuper hoc,de renun. quòd iſto
caſu non ſufficiat probatio per iuramentum, ſi aduerſa-
38 rius probat legitimè contrarium.† Tertiò quæro, an ante
quam pupillus,vidua &c. iuret ſe perhorreſcere potentiā
aduerſarij; valeant acta facta per magnam curiam Vicarię
contra illum, qui poterat declinare forum magnæ curiæ?
Dico quod ſic.nec obſtant ea,quę dicunt Archid.Io. An.&
Dominicus in d.§.cum verò.volentes, quod iudex delega
tus extra locum domicilij conuenti non poteſt citare,ante
quam

quam ſit iuratum per impetrãtem, quòd perhorreſcit potentiam aduerſarij, & ſi citat, non valet citatio: quia illud procedit in iudice delegato: ſecus ſi in magna curia Vicariæ, quæ eſt iudex ordinarius. & diſpoſitio dicti §. cum verò, non habet locum, niſi in iudice delegato à Papa. Nonò no. ex tex. ibi, conſultationes inferiorum. quòd de neceſſitate officij iudices magnæ curiæ vnà cum Locumtenente magiſtri iuſtitiarij habent reſpõdere conſultationibus officialium inferiorum ad iuſtitiam miniſtrandam conſultãtium magnam curiam Vicarię gratis ſine ſalario, ex quo habet ſalarium à rege ad hoc faciendum per iſtam conſtitu. & ſi conſultatio eſt cum allegationibus partium hinc inde: magna curia debet reſpondere in illam partẽ, quæ ſibi videbitur verior de iure, non ſimpliciter, ſicut eſt abuſus: ſed cum reſponſionibus ad motiua in contrarium allegata, prout ſic facit iuriſconſultus in l. Lucinius Ruf-

39 finus. ff. quibus ad liberta. proclama. non licet. † Ego enim pro beneficio reipublicę regni ſemper deſideraui, vt fieret conſtitutio regia, ꝙ iudices cauſarum votent & opinentur cum rationibus, & allegationibus veris, & ſine põpa, & eorum vota prius ſcribantur per deputandum cum ſignis, vel ſubſcriptionibus eorum, vt probatur. ff. de origi. iur. l. 2. §. poſt hunc. in fine. & ſic videtur: ſi iudices iuſtè iudicant, & votantes malè, per ignorantiam, vel ex cauſa pręter iura, prout ego aliquos vidi votantes ad placitum; ipſos repellere ab officio iudicandi, quia integritas præſidentium, ſalus eſt ſubiectorum. 61. diſtinctione. capitulo, miramur. Romani enim in ianua conſilij tenebãt deſcriptos iſtos verſus, videlicet.

O conſultores, rectos aſſumite mores:
Publica priuatis ſemper præponite gratis,
Ne damnet veſtras animas diuina poteſtas.

Patet ergo ex præmiſſis, ꝙ magna curia inuita tenetur in ſcriptis reſpondere conſultationibus aliorum officialium inferiorum regis. & pro hoc facit. l. 2. C. de proximis ſacr. ſcri. li. 12. & ibi gl. & ibi Lucas de Penna tangit, vtrum ſine ſalario teneatur Doctor cõſulere officiali in cauſa fiſcali, de qua ibi per eum. Sed iuxta hoc quęro, partes dederũt allegationes hincinde officiali regis alicuius loci in regno, vna partium petit, ꝙ conſultet magnam curiam Vicarię, altera pars contradicit, iudex dicit, ꝙ ſine conſultatione magnæ curię vult procedere ad expeditionem cauſę, illa pars ab hoc appellat ad magnam curiã, vtrum magna curia poſ-

40 ſit inhibere? † Audacter dixi, ꝙ non; quia officialis non tenetur inuitus conſultare, quia de iure præſumitur, ꝙ officialis ſciat lites dirimere, vt in Authent. de iudicibus, circa prin. nec iſta conſtitutio imponit officialibus inferioribus neceſſitatem conſultandi magnam curiã, ſed eſt in eorum arbitrio, vt in Auth. iuſiurandum quod pręſtatur ab his. §. 1. & in Authenti. de defenſor. ciuitat. §. iuſiurandum. & ita firmant Doctores, vt dixit Albericus de Roſate in lege, humanum. C. de legibus. & Angel. in conſilio centeſimo trigeſimoſexto, in quarta columna, & in conſilio centeſimo octogeſimooctauo, in tertia colum. incipiente, ſed nunc videndum reſtat. Secondò quæro, iudex inferior conſultauit magnam curiam cum allegationibus partium, & ab ea habuit reſponſum ſimpliciter ſine rationibus, & ſine reſponſionibus ad obiecta, in contrarium iudex inferior dubitat pronunciare ſecundùm illam reſponſionem magnæ curiæ Vicariæ, quia videtur ſibi, ꝙ illa reſponſio non ſit iuridica, an iudex ipſe inferior tenetur pronunciare ſecundùm illam reſponſionem magnæ curiæ Vicariæ? Idem Albericus vbi ſuprà dicit, quod communis opinio eſt, quòd non tenetur ſequi illud conſilium, ſi iniuſtum ei videtur, ſecundùm Bal. in l. 1. verſi. nunquid autem. C. de iuriſdictione omnium iudicum. Bene facit ad hoc, quod dicit Bar. in l. præſes. ff. de re iudicata. & voluit Bal. in capitulo, cum in veteri, de electione. & Ang. in d. conſi. 136. in 4. colum. incip. in quæſtio. vertente. & Barto. in conſilio 24. incipiente, viſis ac diligenter, in 2. columna. Sed illud conſilium magnæ curiæ, quod ſibi videtur iniuſtum, ſi ſequatur ipſe officialis, credo quòd ſit excuſatus, vt concludit Alberi. in eodẽ loco. Idẽ videt tenere Alex. in 1. vol. conſil. 65 & colum. 2. in 2. volu. conſil. 41. tamen illa ſentẽtia lata ſecũdũ illud conſiliũ, oſtẽſo de errore cõſilij, ſẽper poterit retractari, vt dicit Ant. de Bu. in c. propoſuiſti. de prob.

41 & cõſuluit Fran. de Are. in conſilio. 91. † Tertio quæro, iudex habuit conſiliũ clauſum, & ſigillatũ pro ferẽda diffinitiua ſententia, quomodo debet ſententiare? Pone, iudex aperit cõſiliũ, & illud legit, & poſtea dicit, pronuncio vt in conſilio continetur, & non dicit plus, vtrum valeat ſententia, ſi illud cõſiliũ nõ dicit, cõdemno, vel abſoluo, ſed dicit, ꝙ ſibi videtur, ꝙ talis veniat abſoluendus, vel condemnandus? Dicit Bar. in l. 1. C. ſi aduerſus libert. ꝙ ſententia nõ valet: q2 cõſilium dicit cõdemnãdum, vel abſoluendum, ergo iudex ſequẽdo formã conſilij, refert ſe ad futurum, & de præſenti non abſoluit, nec condemnat, contra l. ait prætor. ff. de re indica. & idẽ firmat Io. An. in add. Spec. in tit. de execut. ſenté. §. viſo. verſ. pono. Sed Pet. de Bellaperti. Cy. & Bal. in d. l. 1. C. ſi aduerſus liberta. tenẽt cõtrariũ. ſ. ꝙ talis ſentẽtia valeat. & idẽ firmat Abb. in c. cum venerabilis. in penul. col. de exce. & iſtã partẽ firmat Pau. de Ca. in d. l. 1. dicẽs, ꝙ ſic tenet Ioã. Faſioli de Piſis, & ſic etiã conſuluit Bar. vt res potius valeat quã pereat. hãc opinionem tenet etiã Io. de Imo. in l. 1. §. ſi quis ita. ff. de ver. obl. & in c. ſuper eo. de offic. dele. ſe remittit ad ſcripta per eũ in d. §. ſi quis ita. & in c. ſi pro debilitate. de offi. dele. idẽ tenet Ang. in l. 1. ff. de re iud. in fi. Et hanc opinionẽ, licet in caſu diuerſo, videtur tenere Fede. de Senis in cõſi. 204. incipiẽte, vicarius domini epiſc. & idẽ tenet Albe. de Roſ. in d. l. humanũ. in fi. C. de legi. & Ale. in d. l. 1. §. ſi quis ita. dicit, ꝙ iſta eſt cõmunis opi. & iſtã op. cõtra Bar. & Bal. vidi fuiſſe

42 in ſacro conſi. approbatam. † Quartò quæro, quid ſi iudex pronunciauit ſecũdùm conſiliũ mittendũ per Doctorẽ electũ de voluntate partiũ vel ſecundũ conſiliũ magnæ curię qđ adhuc nõ venit, nec lectũ ſit, an valeat talis ſententia? Bal. dicit ꝙ nõ valet, vt in l. 1. C. de ſent. ex breu. recitan. & idẽ dixit Io. And. in add. Spe. in tit. de ſenten. prolatione. §. qualiter. & Ang. & Imo. in l. ſi cõuenerit. ff. de re iudi. & in d. §. ſi quis ita. Fallit, niſi iudex haberet de neceſſitate pronunciare intra certum tẽpus, tunc poteſt intra illud tẽpus pronũciare, ꝙ fert ſentẽtiam ſecũdum cõſilium ferẽdum, qđ nondum venit, quia fertur ſententia ſub cõditione intrinſeca, & neceſſaria, ſecundùm Bal. in l. iudex. C. de ſent. & interlocut. omn. iudic. & hoc firmat Ale. in 2. vol. conſ. 184. incipiente, viſo tit. quæſtionis. vlti. colu. Decimò no. ex tex. ibi, in alijs autem. ꝙ in primis cauſis magna curia Vicariæ non cognoſcit inter priuatas perſonas de cauſis ciuilibus, quæ ſpectant ad baiulos, vel de cauſis criminalibus, quæ ſpectant ad iuſtitiarios prouinciæ, niſi in duobus caſibus. Primò, quando pupillus & vidua vult litigare in primis cauſis in magna curia Vicariæ, per iſtam conſtitutionem. Secundò, quando magna curia Vicariæ eſt præſens in aliqua ciuitate, vel terra regni: tunc poteſt reddere ius inter priuatas perſonas, tam in primis cauſis ciuilibus quàm criminalibus, quo caſu ceſſat diſpoſitio huius verſiculi, in alijs, ſecundum Andr. hic in 3. colum. non tamen per hoc prohibentur baiuli in ciuilibus cauſis reddere ius ſi magna curia nõ præuenit, vt dixi ſuprà in octauo no. in vndecima quæſtio. Sed bene durante pręſentia magnæ curiæ Vicariæ in aliqua terra regni, quæ eſt de iuriſdictione iuſtitiarij, iuſtitiarij iuriſdictio dormit, per conſtitutionẽ,

43 honorem † Sed iuxta hoc quærit hic And. an, quando magna curia non eſt præſens in aliqua terra, poſſit prorogari iuriſdictio magnæ curiæ per partes in ipſis primis cauſis ciuilibus, vel criminalibus, quæ pertinebant ad baiulos ſiue iuſtitiarium prouinciæ? Et arguit ad partes, & concludit, quòd tacitè & expreſsè poſſunt partes prorogare iuriſdictionem magnæ curiæ in cauſis, de quibus nõ poteſt cognoſcere, per dictum verſiculum, in alijs, qui licet prohibeat cognitionem magnæ curiæ in primis cauſis ciuilibus quæ ſpectant ad baiulos, tamen non prohibet prorogatio-

nem

nem iuriſdictionis ipſius magnę Curię,& hoc per tex.in l. 1.C.de iuriſd.omn. iudi.& alias rationes, vt hic per eum. Cui adde pro iſta deciſione,tex.in l.1.ff.de iudicijs.omnis enim iuriſdictio ordinaria eſt regulariter prorogabilis, vt in dictis iuribus,& in c.ſignificaſti. de foro compet. & voluit gl.in c.P.& G.de officio delegati, etiam de perſona ad perſonam, ſecus in iuriſdictione delegata, ut in d.c.P.G. & ibi vide gloſſam magiſtrã finalem quæ ponit multas quæſtiones in materia prorogationis.& ibi vide ſcribentes,maximè Andream Barbatiam.vbi multa ſcripſit de iſta materia.& Bartol.in l.ſi conuenerit.ff.de iuriſdictione omnium iudicum & Cy. poſuit decem quæſtiones de materia prorogationis,in l.ſi qui ex conſenſu.C.de epiſcop.audi. & ibi Bald.& Innocen. ponit aliquas quæſtiones in capit.de cauſis.de officio delegati. & quoniam iſta materia non conuenit hic,ideo non proſequar,& eam omitto, nec impedit dictam prorogationem,ſi fuit in errore,quia ignorauit iſtam
44 conſtitutionem,† quia iſte error, ſiue ignorantia conſtitutionis non eſt conſiderabilis, per l.conſtitutiones. C.de iuris & facti ignorantia.etiam in extero,qui debet conſulere peritiores aduocatos,ſecundum Andream hic.cui adde ad hoc eundem Andream in tit.quæ ſint regalia.in princip.in 4 colum.& ea quæ dixi ſupra in conſtitutione, homines. poſt Andream ibi,in primo notabili. quæ dixi in dicto capitulo primo,in principio.quæ ſint regalia. Vndecimò no. ex tex.ibi, hoc addito. quòd in crimine læſæ maieſtatis iudex inferior,vt eſt iuſtitiarius prouinciæ, reſpectu magiſtri iuſtitiarij,habet iuriſdictionem cumulatiuè cum magiſtro iuſtitiario, per iſtum textum. & infra, in conſtitutione, iuſtitiarij nomen, & normam. & ſic habet locum inter eos præuentio in iſto caſu.regulariter enim quando inferior iudex habet iuriſdictionem, quam habet ſuperior in loco, ille inferior dicitur habere iuriſdictionem cumulatiuè cum ſuperiore, intantum quòd habet locum inter eos præuentio. hoc voluit Bart.in l.ſtudentibus. C.de officio præfecti vrb.& quia ad iſtam regulam multa adducit, & poſtea eam limitat per octo limitationes, Felinus in capitulo, paſtoralis. de officio ordi. ideo me remitto hic ad ſcripta per eum,quia iſta conſtitutio habet dotem ſibi ſufficientem. Duodecimò no.ex tex.ibi,aduenientibus,quid ſeruare debet magna Curia Vicariæ,quando petitur ab ea, quòd fiant literę officiali inferiori,pro eo quòd expoſitum fuit magnæ Curiæ per querelantem, quòd tardauit iuſtitiam, vel ipſam denegauit, quæ duo iudicantur a pari, vt hic, nam ſeruabit ordinem hic deſcriptum, prout declaraui in princ. huius conſt. ſed quia talis ordo diu eſt, quòd non fuit ſeruatus à iudicibus dictæ magnæ Curię,ideo vlterius me non extendo, tamen ſeruari debet, quia non reperitur
45 dictus ordo per reges correctus.† Decimotertiò no.ex tex. ibi,is autem. quòd officialis durante officio nõ remouetur ab officio propter querelas porrectas principi de ipſo officiali, vel magnæ Curiæ Vicariæ,quòd tardauit,vel denegauit iuſtitiam,ſed expectatur tempus,quo exierit ab officio, & tunc faciet,prout hic dicitur, & ſupra declaraui in prin. huius conſti. Sed quæro pro intelligentia,quando dicatur quòd officialis tardauit iuſtitiam? Dic,quòd in iſto regno tunc dicitur officialis inferior magnæ Curiæ tardaſſe iuſtitiam quando vel magna Curia reſcripſit ad inſtãtiam querelantis illi officiali,quòd intra duos menſes faciat iuſtitiam, & iſte iudex abſque iuſto impedimento non fecit iuſtitiã intra duos menſes, quando liquet ſibi de cauſa, quia ſi non liquet de cauſa,non dicitur negligens, ut ſentit Bald.in l.ſi de meis. §. ex compromiſſo. ff.de arbitris. dicitur enim liquere de cauſa, poſtquam fuit facta concluſio, vt no.gloſ. communiter approbata in cap.ſignificauerunt.in verbo,liquere. de teſti. licet interdum ante concluſionẽ dicatur de cauſa liquere,quando conſtat per confeſsionẽ, cõtra quam nihil opponitur, vt hoc diffusè proſequitur Fel.ſuper d.gl, in verbo,liquere, vt hic dicitur, iuncto tex.infra in conſtit, iuſtitiarij nomen & normam. §. defectus verò. & tunc magna curia ob negligentiam illius iudicis,elapſo tempo-
46 re duorum menſium,aduocabit ad ſe cauſam.† Sed pone, quòd ceſſent dictæ literæ, an alio modo poſſit conſtare de negligentia iudicis? Dicit Bal.in c.1.ſi de inueſti. inter du. & vaſ.lis oriatur.quòd dicitur iudex negligens, ſi ter ex interuallo fuit interpellatus, quòd iuſtitiam faciat, allegat nouellã Io.And.in c.1.de ſupplen.neg.præla.& in ca.1. in 4.col. de milite vaſ.qui contu.eſt.dicit,quòd per tertiam requiſitionem conuincitur duritia & pertinacia prælati, & poteſt recurri ad ſuperiorem,allegat Io.And.in loco præallegato,non tamen cadit appellatio a negligentia iudicis, ſecundum Bal. in d.c.1.ſi de inueſt.inter dom.& vaſ.lis oriatur.& idem dicit Abb.in c.ex parte.lo ſecondo,de appell.allegat Io.And. in c.dilecto.eo.tit.adde Bal.in l.2.C.de ſenten.& inter.om. iud.& in l.fi.§.1.C.de tempo.appellat.& ſic videtur, quòd per vnam interpellationem non conſtituitur iudex in negligẽtia,quia vltra, quòd pars petat a iudice, quòd procedat ad determinandum,requiritur,quòd poſtea iterum compareat, & proteſtetur, vt videtur ſentire Bartol. in l.damnum. §. Sabin, in fi. ff.de damno infec. requiritur ergo petitio partis facta coram iudice,& proteſtatio, vt arguatur iudicis negli-
47 gentia: † nunquam enim dicitur iudex negligens,quando pars non petit,vt dicit glo.in l.cum ſeruum. C.de ſeruis fugit.& no.in l.argẽtarij.§.cum autem.ff.de eden. ſecundùm Bald.in capitulo 1.§.iudices.in 3.columna,verſicu.quæro, vtrum iudex.de pace iura.fir.& Bart.in l.4.§.hoc autem.ff. de damno infe.item adde,ne contra eum proteſtetur, quia dicit Bald.in capitulo,ex ratione.de appellat.quòd quando occurrit impedimentum ex facto iudicis,requiritur proteſtatio, vt in authent. item ſi appellatione. C.de tempor.appel. debet ergo inſtare, ſi non ſufficit ſemel petere, ſecundùm Bald. ibi, ſicut debet inſtare pro apoſtolis habendis, vt in l.fi.in verbo,ſumma ope.C.eo.tit.& voluit Bartol. in l.1.§.dies.quando appellandum ſit,& no. in l.de pupillo.§. ſiquis ipſi prætori.ff.de operis noui nuntiat. & ibi per Ludou.& Alex.poſt Bar.& Bal.in l. properandum.§.ſinautem vtroque. C.de iudicijs, & firmat Paris noſter de Puteo in ſuo tractatu de ſyndicatu, in verbo, negligentia. & Iaſon multum copioſè in dicto §.ſinautem vtroque.Item dicitur iudex eſſe in negligentia, quando non procedit in cauſa,ſecundùm quòd procedere debet,vt in l. ſed & ſi per prætorem. §.ait prætor. ff. ex quibus cauſis maio. vnde ſi iudex debet in cauſa ferre interlocutoriam, & inſtatur, quòd interloquatur,& ipſe differt,vel tacet,non ſolum dicitur negligẽs in iuſtitia exhibenda, ſed etiam dicitur iuſtitiam denegare ſecundùm Bal.in d.c.1.in 1.col.de milite vaſal. qui contu-
48 max eſt.vbi dicit,referẽdo And. † quòd repreſaliæ poſſunt concedi non ſolùm propter iuſtitiam expreſsè denegatam, ſed etiam propter moram non exhibitæ iuſtitiæ, de qua mora debet legitimè conſtare,ſecundùm eum ibi.fallit,niſi ex contumacia denegaſſet audientiam ad tempus,quod facere potuit,vt in d.l.ſed & ſi per prætorem. §. ait prætor. & no.in c.tuæ.vt lite non conteſt.& no.Bal.& Ale.in l.1.§. fi.ff.ſi quis ius dicen.non obtemp.item dicitur iudex negligens,quando tranſiuit tantum tempus poſt partis inſtantiã tertiò factam,intra quod potuiſſet iuſtitiam expedire in illo actu quod petitur,arg.eorum, quæ notat Bart. in l.1.C. de his quibus vt indignis.& firmat Ang.l.2.ff.de furtis. Decimoquartò nota ex tex. ibi, ab adminiſtratione remotus quòd ſi iudex in capite habens merum & miſtum imperium delinquat in officio circa exhibitionem iuſtitiæ,pendente adminiſtratione officij non remouetur propterea ab officio, concordant text. in l. pars literarum.ff.de iudicijs, & in l.nec magiſtratus. ff.de iniurijs, & tenet Bartol.
49 in l.1.in fi.ff.ad legem Iuliam repetund. † fallit in officiali perpetuò, qui poteſt conueniri durante officio, ſecundùm Bartolum in l.de pupillo. §. ſi quis ipſi prætori.in ſecunda colum.verſicu.ſecundò quæro. allegat.l.primam.ff. de offic.procurat.Cæſar.Secundò fallit, niſi actio eſſet tempore peritura,vt in l.ſenatus.ff.de officio præſid.ſecundùm Cyn.in l.ſi præſes.C.de epiſco.audien.& glo.in d.l.nec magiſtratus. Tertiò fallit, ſi conueniretur pro furto facto per

eum in officio, vel pro barataria, vel quia fuit corruptus pe
cunia pro facienda iniuſtitia, vt in Authen. vt iudices ſine
quoquo ſuffrag. §. ſi quis, & in l. iubemus. C. ad legem Iuliá
repetund. & voluit Bar. in l. ſi quis furtè. §. ſi quos. ff. de pœ-
nis, & voluit gl. in d. l. nec magiſtratus. & in l. iudices. C. de
agric. & cenſi. lib. 1 1. Aut pro notoria violentia illata ſub-
dito, vt in d. l. iubemus. Quartò fallit, niſi princeps iuſſerit,
quòd durante officio procedatur in delicto commiſſo per
officialem, ſecundùm Bald. in l. obſeruare. §. proficiſci. ff. de
officio proconſulis, & lega. in fi. vbi dicit, quòd rex poteſt
ſuos officiales ſyndicari facere, quandocunque ſibi placue
rit, & ſic duráte officio, allegat tex. in d. Authen. vt iudices
50 ſine quoquo ſuffrag. §. ſi quis. † Quintò fallit, quia durante
officio, poſſunt conueniri dicti officiales a perſonis non
ſubditis ratione officij, vt in lege, principalib. ff. ſi certum
petatur, & hoc dicit Azo in ſumma. C. vt omnes iudic. tam
ciuiles quàm militares poſt adminiſtrationem depoſiti, gl.
in d. l. ſi præſes. & Spec. in tit. de ſupplica. §. ſequitur. Sextò
fallit, quando pro delicto imponitur pœna priuationis of-
ficij, tunc durante officio poteſt de crimine cognoſci. & ſic
patet, quòd pendente cauſa, non remouetur ab officio. ita
Bald. in capit. 1. in verbo, credentia. in penult. char. de pace
Conſtantiæ. allegat dictam. l. iubemus. An autem, ubi offi-
ciales durante officio, poteſt accuſari, debeat remoueri ab
officio? Non eſt articulus hic tangendus, ſed pro nunc re-
mitto me ad Paridem de Puteo in tractatu de ſyndicatu.
in verbo, accuſatus. Decimoquintò nu. ex tex. ibi, per ſe, nó
per procuratores. caſum, vbi iudex, cui fuit ſcriptum per
magnam curiam vicariæ, ꝙ talis fecit querelam contra eũ
de iuſtitia retardata, debet finito officio perſonaliter com-
parere, & non per procuratorem ad oſtendẽdum, quòd in-
iuſtè fuit contra eum querelatum, quaſi cauſa iſta ſit crimi
nalis, in qua non poteſt interuenire procurator, vt in l. pe-
nult. §. ad crimen. ff. de publi. iudic. & habetur in l. ſeruum
quoque. §. publicè. ff. de procur. Fallit in aliquibus caſibus,
vt per Ang. in d. §. ad crimen. & in lege, reos. C. de accuſ. &
not. per glo. & Doctor. in c. veniens. de accuſat. Decimoſex-
tò no. ex tex. ibi, pœnam legitimam. quòd per conſt. regni
nihil innouatum eſt pœnæ, quæ imponitur à iure iudici ꝓ
51 negligentia. † Sed quæro pro declaratione, quæ pœna im-
ponitur iudici negligenti iuſtitiam facere? Glo. in lege, ex
maleficijs. §. ſi iudex. ff. de actio. & obligat. dicit, quòd pœ-
na eſt arbitraria, quantum maiori iudici æquum videtur,
vt no. Inſtitu. de oblig. quæ ex quaſi malefic. in princip. ſed
ſi bene aduertatur, illa gl. non loquitur in pœna iudicis ne-
gligentis. & ideo dic, quòd de iure communi pœna iudicis
negligentis eſt, quòd debet remoueri ab officio, vt eſt text.
in lege, ſi quos iudices. C. de officio præfec. prætorio orien
tis. ad idem in lege, quicunque. C. de diuer. offic. libro 12.
vbi dicit Lucas de Penna, quòd hoc verum, ſi negligentia
eſt magna, ſecus ſi parua. idem expreſſè dicit Abbas Sicu-
lus in cap. ea quæ. in verſiculo, nota in verbo, ſi verò. de ſta-
tu monachorum. per illum textum, qui dicit, nimis negli-
gens. & vide ad hoc multa per Lucam de Penna in lege 2.
in 3. colum. in verbo, negligentiam. C. de naufragijs. Sed
aduerte, quòd de iſta pęna priuationis officij non loquitur
iſta conſtitutio, quæ imponit officiali pœnam legitimam
pro negligentia finito officio, ideo debet intelligi de alia
pœna legitima quæ eſt, quòd ſi fuit negligens in cauſa cri-
minali, punitur vt conſcius criminis, vt lege, non ſolum, &
52 ibi Bal. C. de commer. & mercator. † ſed ſi eſt negligens in
cauſis ciuilibus tenetur parti ad intereſſe, vt in l. 1. C. quo-
modo & quando iudex. & in lege 4. §. eum. ff. de damno in
fecto. item poterit puniri arbitrariè, vt tenet glo. in lege, ar-
gentarius. in verbo, de iudice. ff. de edendo. cum concordã-
tijs multis allegatis per Alexand. in dicto §. in eum. item li-
cet ſit finitum officium, poterit declarari, vt vlterius nõ ſit
ei concedendum officium, ſecundùm Angelum in lege, ſi
vacantia. in ſecunda charta, circa finem. C. de bonis vacan.
libro 10. item poterit puniri de malè geſtis poſt remotio-
nem officij, vt in lege, magiſtratus. ff. de adminiſtratio. rerũ
ad ciuita. pertinent. & firmat Abbas Siculus in dicto capit.
ea quæ. Decimoſeptimò nota ex tex. ibi, periurij pœnam,
quòd ille, qui iurauit in magna curia Vicariæ, quod officia
lis non fecit ſibi iuſtitiam, vel illam tardauit, & propterea
fuerunt ſibi datæ literæ magnæ Curiæ Vicarię directæ offi
ciali ſub forma vt ſupra dixi in expoſitione huius conſtitu
tionis, ſi in contradictorio iudicio in magna curia Vicariæ
cum dicto officiali nihil apparet de iuſtitia denegata, vel
tardata ex eodem proceſſu, punitur pœna periurij per iſtá
53 conſtitutionem. † Ritus antiquus eſt in magna curia Vica-
riæ, ꝙ via extraordinaria non ſit condemnatio ad pœnam
manus propter periurium, iuxta conſtitu. eos, qui ſcienter,
& in conſtitut. cum iuſta prouidentia. ſed tantum via ordi-
naria agitur contra periurum, ſed in quadam apoſtilla im-
preſſa in ritibus dictæ curiæ ordinatis per reginam Ioan-
nam ſecundam dicitur, ꝙ fuit tempore regis Ladiſlai per
magnam curiam Vicariæ, ꝙ ex proceſſu extraordinario no
tarius quidam condemnatus fuit ex periurio, quia iurauit
in inſtrumento præſentato contra eum, iuxta formam ri-
tus, ad condemnationem manus, licet illa ſententia nó fue
rit executa. ego vidi tempore meo, ꝙ non ſit condemna-
tio ad pœnam periurij contra illum, qui periurauit, quan-
do contra eum proceditur iuxta formam ritus, ſed cóſue-
tum eſt, ꝙ puniatur pecuniariter, licet fortè de iure aliud
eſſet per iſtam conſtit. quæ non ſolet allegari ad hoc. Deci-
mooctauò nota ex tex. ibi, ſanè ſi poſtquam &c. formá ſcri
bendi per iudices inferiores magnæ Curiæ Vicariæ, quan-
do dubitant, an cognitio illius cauſæ pertineat ad eos, &
tunc debet expectare literas reſponſiuas magnæ Curiæ, &
hic eſt vnus de caſibus, in quibus licet iudici conſultare ſu
periorem, & omnes alij caſus ponuntur infra in conſtitu-
tio. hac lege. Sed quæro, an ſi ſit lis conteſtata in dicta
cauſa, & poſtea reſcribatur magnæ Curiæ, vt reſpondeat,
an dicta cauſa pertineat ad iudicem inferiorem propter ali
quod dubium, quod emergit, & magna Curia Vica. tardat
ad reſpondendum, & poſtea ſcribit cauſam ſpectare ad iu-
dicem inferiorem, an interim currat tempus inſtantiæ, ex
quo tex. iſte dicit, quòd iudex inferior debet expectare re-
ſponſionem magnæ Curiæ? Videtur, quòd currat inſtãtia,
ſed pars læſa ex hoc reſtituitur in integ. quia ſtetit per ma-
gnam curiam, vt in l. ſed ſi per prætorem. §. ait prætor. ff. ex
quib. cau. maio. Et vt appareat, ꝙ ſtetit per magnam Cu-
riam, debet apparere de inſtantia partis in ſollicitando ma
gnam Curiam pro ipſis reſponſalibus literis habẽdis, vt ff.
de cond. & demonſtr. lege, quibus diebus. in princip. ſecun
dum Bal. notanter in l. properandum. §. ſin autem vtraque,
C. de iudic. & ibi Alexander & Iaſon, vbi multa inducit ad
hoc probandum, vt videre poteris, & in fine firmat, quod
ſolus defectus proteſtationis non debet tollere ius parti,
dummodo conſtet, quòd per iudicem ſtetit, & non per par
tem, vt ibi per eum, & vide quæ dicam infra in conſtitut.
54 hac lege, ſecundo no. † Vltimò no. ex tex. ibi, ſed certũ &c.
quòd iudices inferiores, quando mittunt conſultationem
in ſcriptis magnæ Curiæ Vicariæ, non debent illam tranſ-
mittere per partes, ſed per certum nuncium, qui habeat ex-
pectare reſpõſionem magnæ Curiæ, ſubaudi, & ipſam por-
tare iudici conſulranti, & ſic patet, ꝙ quis non poteſt eſſe
nuncius in re propria, ſed de iure communi eſt contrariũ,
vt notant Bart. & ſcribentes in l. iuſtè poſſidet. ff. de acquir.
poſſeſſio. & Bald. in l. ſi vt proponis. C. quomodo & quan-
do iudex. & pro hoc videtur tex. in l. eum qui. §. epiſtolam.
ff. de furt. & firmat Philippus in c. cum parati. ver. 6. quæri-
tur. de appellationibus. Interdum .n. magiſter iuſtit. mittit
ſecretario, ſeu graphario ſupplicationem clauſam, & ſigil-
latam per ſupplicantem, vt infra in conſtit. præcipimus. In
glo. 1. hic gl. aſſignat differentiam inter magnam Curiam
Vicar. domini magiſtri iuſti. & curiam iuſtitiariorũ prouin
ciæ regni, ſicut eſt differentia inter rempublicam Romano
rum, quæ dicitur magna, & rempublicam aliarum ciuita-
tum, licèt omnes à rege conſtituantur, ſic etiam iudices ma
gnæ Curiæ rex creat, & non ſunt aſſeſſores, ſed iudices una
cum

55 cum magiſtro iuſtitia. vt hic.† In glo. 2. Quęrit glo. vnde di
citur curia? Et bene dicit, ꝙ dicitur à cura, nam Romulus
populum Roma. diuiſit in 30. partes, & præfecit cuſtodes
in quolibet parte, & ipſas partes corias appellauit, vt in l. 2.
in princ. ff. de orig. iur. & curia dicitur habitatio domini, in
qua reponũtur omnes eius introitus, & iſta hodie dicitur
curia domini, quia ibi de mulis agitur cura, ſicut caſtrum
nouum in ciuitate Neapolis, in quo eſt habitatio regia, &
ibi imponuntur introitus regni. illa dicitur Curia regis, ut
dicit Iac. de Aluarotis, in §. fi. quibus modis feu. amit. & in
c. s. de capita. qui curiam vendi. & Lucas de Penna in l. 2.
C. de decurio. li. 10. dicit, quòd curia dicitur palatium pu-
blicum, vt C. de ope. pub. l. 3. & l. quicunque. & C. de offic.
rectoris prouin. l. fi. & Bal. in l. penul. C. de cōdi. inſer. in 2.
col. dicit, quòd curia eſt caſtrum, vel locus iuxta caſtrum, q
ab ipſo caſtro defenditur, in quo habitantes defendunt ip-
ſum caſtrum, & ſic curia non ſolum dicitur regis, ſed om-
nium habentium iuriſdictionem aliquã in qua miniſtrãt
iuſtitiam, vel vbi habetur aliqua curia. & propterea baiuli
dicuntur habere curiã. & pro hoc. C. de apparitoribus. l. ſi
quãdo. li. 10. & extra de appell. c. Romana. li. 6. bene faciũt
ad hoc, quæ ſcribit de curia Lucas de Pẽna in l. decurio. in
verbo, curiã. C. de decurion. dicit tamẽ Oldr. in cõſil 211.
56 quod incipit ad propoſitũ.† quòd curia eſt unũ corpus re-
præſentatum ex multorum maiorum aggregatione colle-
ctum. ff. de fideiuſ. l. mortuo. ibi, ſicut municipiũ, & curia.
cũ ſimilibus ibi allegatis. Item dicitur etiam curia notarij,
quia ibi habetur cura de cõtractibus. Item dicitur & curia
meretricum locus vbi venerem exercent. vnde verſus.

Curia ius ſeruat, meretrix eſt curia dicta.

Item curia ſumitur pro ſocietate, ut in dic. l. prima. ff. de
origi. iur. item ſumitur pro officio decurionatus. C. de
numerarijs. l. exceptiones. lib. duodecimo. item curialiter
accipitur honeſtè, ut in Authenti. de referendarijs, in prin-
cip. & Authent. vt ab illuſtribus, & qui ſuper eos. §. ſanci-
mus. In gloſ. tertia. Quærit hic gloſ. unde habuit ini-
tium, quòd in magna Curia Vicariæ debeant eſſe quatuor
iudices, vltra locumtenẽtem magiſtri iuſti. Reſpondet gl.
quòd habuit ortum ex §. quia vero competens. in Authen.
de iudicibus. collat. 6. vbi iudices maiores habebant ſecũ
quatuor iudices experimento cauſarum exercitatos, & le-
gum ſcientia laudatos, & iuſtitiæ obſeruatores, vt fuit illo
tẽpore Plato, Patritius, Victor, Phocas, & Marcellus: ita il-
li, qui ſunt in gubernatione regiminis, debent pro tempo-
re eligere tales iudices, quia ut dicit ibi gl. qui bene eligit,
laudandus eſt, & qui malè, vituperandus eſt, vt in concor.
57 ibi allegatis.† ſint igitur cauti habentes eligere iudices ma
gnæ Curiæ, vt illos eligant experimento cauſarum exerci-
tatos, & legum ſcientia laudatos, & iuſtitiæ obſeruatores,
quia qui per gratiam cõfert honores, Chriſtum ſpernit. 8.
quæſtio. 1. qui vos. & 1. q. 1. cap. poeri. & ideo querulan-
ter Luc. de Pen. in l. 1. circa. fi. C. de diuer. offic. lib. 12. di-
cit, hodie non morum honeſtas, ſed verborũ venuſtas at-
tenditur, non ſcientiæ vſus, ſed ſtultitiæ riſus, non puritas
manuum, ſed quantitas munerum cõfouetur, & nõ virtu-
tes, ſed veſtes ad inſignes honores, & vtilitatis officia pro-
mouentur. In gl. 3. no. iſtam gl. ad hoc, ꝙ ſi iuſtitiarius põt
cognoſcere per uiam accuſationis de crimine læſę maieſt.
magiſter iuſtitiarius, vel magna Curia Vica. non poteſt ad
ſe dictam cauſam adoocare. In eadẽ ibi, & niſi. no. ꝙ licèt
reſpectu alicuius priuilegij quis ſit remittendus ad ſuum
iudicem pro crimine, hoc fallit, niſi crimẽ ſit commiſſum
in magna Curia Vic. vel preſẽte magiſtro iuſti. tũc non ſit
remiſſio, per iſtam gl. alleg. conſt. quam non inueni, niſi ꝙ
credo, quòd ſit conſtitutio, honorem. & de remiſſionibus
iſtis, vide per Cy. in authen. qua in prouincia C. vbi de cri.
agi oportet. & per Lucam de Penna in d. l. 1. in 1. col. C. de
diuer. offic. in gloſ. 5. quæ eſt magna, format hic gloſ. quæ
58 ſtionem quotidianam:† An magna Curia Vic. ſit iudex cõ
petens in cauſa rei particularis feudi? Non dico quotę feo-
di quaternati, ſed rei particularis feudi quaternati? Hæc
gl. arguit ad partes, & poſt relatas duas opinio. finaliter cõ-
cludit, quòd ſic. Sed pro deciſione huiuſmodi concluſionis
allego id, quod dicit gl. infra in conſt. conſuetudinẽ hacte-
nus in iudicijs. in 3. li. quòd feudum eſt ſimile homini mu
to, & ſurdo, meritò iſte homo mutus & ſurdus, ſ. feudum,
vtitur miniſterio hominis loquẽtis, apud quẽ eſt poſſeſſio
feudi, vt loco, & vice ſui tanquam pica & organum petat,
& gerat eius vicem. ſed ego habeo Bar. ĩ l. ſi mater. §. ſi quis
inter. ff. de exceptio. rei iudi. ꝙ quando ad poſitionem par
tis ſequitur totum, vt homo, tunc diſpoſitum de toto, cẽſe
tur diſpoſitum de parte. ergo, ſi magna curia cognoſcit de
toto feudo quaternato, vel de eius quota, ſequitur, ꝙ põt
etiam cognoſcere de eius parte. Nam & totũ non eſt aliud
à ſuis partibus, vt dicit Archidiacon. in cap. ꝙ à partibus. in
fi. 75. diſtinctio. Item, vbi eſt eadem ratio in parte, quæ in
toto, illud ius, quod eſt in toto, eſt in parte, tex. in l. fin.
C. de apo. publi. li. 10. ſed ita eſt, ꝙ magna Curia cognoſcit
59 de toto feu. quaternato, ergo de eius parte.† hinc dicitur,
ꝙ qui agnouit partẽ hereditatis, totam videtur agnouiſſe,
vt dicit Bart. in l. ſi cui res. de legat. 2. facit l. & ſi non. ff. ſi
quis omiſ. cauſa teſtamen. & quod ſcribit Ludo. Roman.
in conſil. 222. facit l. ſi quis cum totum. ff. de exceptio. rei
iud. patet ergo, quod de re particulari feudi quaternati nõ
cognoſcit iuſtitiarius prouinciæ, ſed magna Curia Vicar.
quia ſicut quælibet portio fundi appellatur ager, ita quæli
bet pars feudi quaternati appellatur feudum quaternatũ.
l. locus. & l. fundus. ff. de verborum ſignif. Nec obſt. quòd
aliud eſt totum, & aliud pars, ut in iuribus hic in glo. alle-
gatis, quia totum & pars diuerſimodè ſumuntur, ſecundũ
ſubiectam materiam, vt patet ex ſcriptis per Bart. in d. §. ſi
quis inter. in feudis enim quaternatis ad poſitionẽ partis
ſequitur totum, quia eſt ſimilis homini, vt ſupra dictũ eſt.
In gl. quæ dicantur miſerabiles perſonæ, vide quæ dixi ſu-
pra in 7. no. In glo. 8. dic, ut dixi ſupra in 8. no. quinq; aliæ
gloſellæ ſunt expoſitiuæ, ideo nihil dico ſuper eis.

ANNOTATIONES.

a Adde deciſ. eiuſdem Matt. nu. 257. & deciſ. Ant. Cap. 160. Batius.
b An autem.] Adde Afflict. in deciſ. 257.

De impetrandis literis à curia magiſtri iuſtitiarij. Rub. XXXVIII.

DICTVM eſt ſupra in conſtitutio. præce
denti de iuriſdictione & poteſtate ma-
gnæ curię Vica. & quomodo habet re-
ſcribere iudicibus inferioribus quando
ſit querela contra eos, quod tardauerũt
uel denegauerunt iuſtitiam, erat uiden-
dum, quis ordo eſſet ſeruandus, quando magna curia ha-
bet reſcribere. Et utrum duo iudices regis debeant proceſ-
ſus inquiſitionum factos per eos referre magnæ Curiæ Vi
cariæ, & quid ſuper eis agendum ſit, & quid habeant face
re illi duo iudices, & auditores regis, qñ receperunt denũ
ciationes pro rege, uel contra curiam regiam, nõ expreſſo
nomine denunciatoris, & quis recipit petitiones, & ſuppli
cationes de iuſtitia, & de gratia, quę offerũtur regi, de qui-
bus non erat dictum, ideo ſtatim ſequitur hæc rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Curia magna ſigillum ſpeciale cum armis regis debet habere.*
2 *Literæ vel prouiſiones de magna curia exeuntes, de conſilio om*
nium iudicum debent ſigillari.
3 *Iudicum apud regem exiſtentium quale ſit officium.*
4 *Proceſſus inquiſitionis quid olim continebant.*
5 *Iudex reorum ſubterfugia repellere debet.*
Exceptiones friuolæ ſunt per iudicem repellendæ.
6 *Iudex poteſt exceptionem repellere, quam opponens non eſt pa*
ratus probare.

LIXARAS. Diuido iſtam conſtitut. in
tres partes. In prima parte ponit ordinē,
quem debet ſeruare magna Curia Vica.
quando dirigit literas ſuper tardata, vel
denegata iuſtitia inferioribus officialib.
vel ſcribit literas citatorias ſuper proceſ
ſibus, qui conficiuntur in magna Cu-
ria, vel quando ſcribit inferioribus officialibus ſuper in-
quiſitionibus faciendis, & poſtea tranſmittendis ad ma-
gnam Curiam, vel quando ſcribit literas a communi iuſti
tia inter partes. & dicit, quod dictæ literę debēt fieri de cō
ſilio omnium iudicum, & ideo tacitè debent per eos ſub-
ſcribi, & poſtea debent ſigillari ſigillo regio, quod mandat
fieri, & illud ſigillū debet remanere apud iudices magnæ
Curiæ Vica. & iſta eſt prima pars, quæ durat vſque ibi, ſpe
cialiter autem. Hic eſt ſecunda pars, in qua ſtatuit, ꝙ in cu-
ria regis ſunt duo iudices, qui ſecum habeant vnum nota-
rium, quibus imperator dedit mādatum, vt inquiſitiones
factas, & ad regiam curiam trāſmiſſas per officiales regni
diligenter videant, & quod probatum eſt diſcutiant, & de
mum relationem faciant magiſtro iuſti. & iudicibus ma-
gnæ curiæ, & ſi non ſint talia, propter quæ veniat regia ma
ieſtas conſulenda, data copia parti vt ſe defendat ſine ſub-
terfugijs, dicta magna curia cū ſumma celeritate decidat.
& iſta eſt ſecunda pars, quæ durat vſque ibi, denunciatio-
nes autem. Hic eſt tertia pars, in qua deciditur quoddā du-
bium tangens dictos duos iudices regios, videlicet, quid ſi
dicti duo iudices regij acceperunt denunciationes pro re-
ge, vel contra curiam regis, non expreſſo nomine denūcia-
toris, quid faciendum? Et dicit hic primò ſtatuendo, ꝙ nul
latenus vlterius recipiantur denunciationes, non expreſſo
nomine denunciatoris, ſed illæ, quæ ſunt receptæ in præ-
teritum ſine nomine denunciatoris, decidantur per dictos
duos iudices ſecundùm formam conſtitutio. inferius poſi-
tæ, ſubaudi, quæ incipit, ut hi qui, & iſta tertia pars durat
1 vſque in finem. † No. primò ex tex. ibi, ſpeciali ſigillo no-
ſtro. ꝙ magna Curia Vicariæ debet habere ſpeciale ſigillū
cum armis regis, & cum illo ſigillo debent ſigillari quæcū
que literæ, quæ exeūt à magna Curia Vicariæ, & no. quia
dicit ſigillo, & non ſigillis. eſt. n. hodie abuſus, ꝙ magna cu
ria habeat duo ſigilla, videlicet, ſigillum pro citationibus,
& ſigillum pro decretis, & executionibus actorum, & ſen-
a tentiarum, & iſtud ſigillum inducit publicam fidem, vt in
iuribus allegatis per Alex. in l. quæ dotis. circa finem. ff. ſo-
lu. matr. Secundò no. ex tex. ibi, apud iudices. ꝙ dictum ſi
gillum magnæ Curiæ Vic. debet reſidere apud iudices ma
gnæ Curiæ, hodie vero abuſus eſt, quia reges conceſſerunt
ſigillum prædictum priuatæ perſonæ, cum facultate exigē
di certam pecuniæ quantitatem pro qualib et ſigillatione,
& potuerunt reges iſta facere, quia in re ſua quilibet eſt
moderator & arbiter, ut l. in re mandata. C. manda. cum
ſi. item quia ſigillum poteſt alteri committi, ſecundùm In
nocen. in c. 2. de fide inſtru. & Bald. in l. 2. C. de re. ali. non
2 alienand. † Tertiò no. ex tex. ibi, de conſilio omnium iudi-
cum, ꝙ literæ & prouiſiones, quæ exeunt de magna Curia
Vica. non aliter debēt ſigillari, niſi de conſilio omnium iu
dicum, ſubaudi præſentium in magna Curia, & ſic vt con-
ſtet, ꝙ de conſilio omnium iudicum proceſſerunt dictæ li-
teræ, vel prouiſiones debent eſſe ſubſcriptæ eorum mani-
bus, uel aliter apparere, ꝙ de conſilio omnium iudicum
emanauerunt, & ideo mos antiquus in magna Curia eſt, ꝙ
in notis cauſarum quilibet iudex votum ſuum manu pro-
pria ſubſcribat, citationes autem & mandata, conſuetum
eſt, ꝙ expediantur cum approbatione vnius iudicis, qui nō
ſe ſubſcribit, ſed ponit ſigillum anuli ſui, quem habet in-
digito, & nihil ei ſoluitur pro tali ſigillo, ſed melius eſſet,
ꝙ ſe ſubſcriberet, vt videtur ſentire Bar. in rub. ff. veteris, in
2. col. licet Bal. in addi. Specu. in tit. de citatione. ver. lite-
ræ, dicat, ꝙ in citationibus ſufficit ſigillum iudicis. Quar-
tò no. ex tex. ibi, ſpecialiter aūt duobus iudicibus. ꝙ apud
regem debent eſſe duo iudices, quibus dēt conſtitui vnus
3 notarius, qui ſcribat ea, quæ incumbūt coram eis. † Et pro
declaratione quæro, quid habent facere iſti duo iudices in
curia regia? Reſpōdeo, ꝙ eorum officium eſt recipere pro-
ceſſus inquiſitionum, qui olim per officiales regios confi-
ciebantur, & tranſmittebantur regiæ Curiæ, & ſi erat con
ſultanda regia maieſtas, ipſi eam cōſulebant: & ſi nō erat
cōſultāda, auditis quorum intereſt, cum votis iudicū ma-
gnæ curiæ Vica. dicto proceſſus inquiſitionis expediebant
per iuſtitiam, vt hic di. item officium eorū erat recipere ac
cuſationes, ſiue denunciationes, quæ concernebāt honorę,
vel vtilitatē regis. Itē accuſationes, ſiue denūciationes con
tra curiales regis, quas debēt recipere, expreſſo nomine ac-
cuſatoris, vel denuntiatoris, cum idem ſit denūciare & ac-
cuſare, ſm And. hic, allegat l. accuſare. §. nūciationes. ff. ad
Turp. & c. 2. de iu. cal. & nō aliter, prout erat abuſus, ut hic
in fi. & in l. libellorum. ff. de accu. vbi nomē accuſatoris de
bet exprimi in accuſatione. Niſi in duob. caſibus, vt in con
ſti. hi qui. vt dicit hic gl. & mandatur in illis procedi, ſicut
proceditur in proceſſibus inquiſitionū, prout dicitur infra
in conſt. hi qui per inquiſitiones. Itē nō recipiebant petitio
nes ſiue ſupplicationes, quæ dabātur regi, ſed petitiones tā
de iuſtitia quā de gratia, quæ dabantur regi, recipiebantur
per magiſtrū iuſti. vt patet in cōſt. ſeq. quæ incipit, præcipi
mus. hodie per abſum, non ſunt iſti duo iudices ad recipiē
dū denunciationes contra curiales. O quantū fuiſſent ho-
die neceſſarij iſti duo iudices, qui habuiſſent ſupradicta a-
gere, maximè quia curiales in multis excedunt, de quibus
4 per Paridem de Puteo in prin. ſui ſyndicatus. † Secūdò q̃-
ro, quid cōtinebant iſti proceſſus inquiſitionū? Reſpon. in-
terdū continebāt, ꝙ talis erat mortuus ſine hærede, & ꝙ re
liquerat bona ſtabilia, ſeu immobilia & mobilia, & illa p
confines & declarationes optimas ſcribebantur, & ſi appa
rebat cōtradictor, dabatur eis copia inquiſitionis, & facul-
tas defenſionis ſine ſubterfugijs, vt hic, & in l. fi. C. de bon.
vacan. li. 10. interdū cōtinebāt proceſſus generalis inquiſi-
tionis, ut in d. cōſt. hi qui. Interdū inquiſitiones in crimini
bus publicis, in quib. licet inquiri ex officio cōtra ſpeciales
perſonas, ſed pro criminib. priuatis nō licet inquiri, ut ple
nè de his omnib. per Lucā de Penna in d. l. fi. Quintò no. ex
tex. ibi, data copia parti, no. ꝙ de proceſſib. generaliū inqui
ſitionū nō dēt procedi contra partē notatā aliquo crimine
ex proceſſu inquiſitionis pdictę, ſed debet ei dari copia, &
facultas defenſionis, per iſtū tex. Interdū denegatur copia
in aliquib. caſib. vt dicit hic gl. & in d. conſt. hi qui. & ibi di
cetur. & dixi ſupra in conſt. ſi dāna clandeſtina. in 9. not. in
5 s. q. † Sextò no. ex tex. ibi, non ſubterfugij. ꝙ iudex debet
repellere ſubterfugia reorū, quorū vſus eſt ſubterfugere,
vt no. in c. cauſam. de do. & contum. quæ alleg. l. properan-
dum. C. de iud. hoc verum, qn̄ ſunt exceptiones malitioſæ
& falſę: ſed ſi ſunt verę, & legitimę, debet illas audire, vt di
cit glo. in cap. cupientes. in uerbo, malignantium ſubterfu
gijs. de electio. lib. 6. Bart. in l. ſi ſeruus. C. de his qui ad ec
cle. confug. & in l. vbi pactum. C. de tranſ. Innocen. in cap.
ſuper his. de accuſatio. Friuolas exceptiones debet repelle
re, vt dicit Card. Floren. in clemen. ſæpe. in 9. op. de verbo-
rum ſignificatio. Et exceptiones non releuantes, ut dicit
Bald. in l. non ſeruum. C. de ſer. fug. Et exceptiones non ve-
riſimiles, vt dicit Ant. de Butr. in c. ſuper hoc. in 2. not. de
renunciat. Et exceptiones poſt terminum oppoſitas ſecun
dùm Bal. in l. properandum. in princip. in antepen. colum.
C. de iudicijs. Item exceptiones iuri contrarias, ſecundùm
Bal. in l. edita. pen. col. C. de eden. quæ dicuntur friuolæ,
ſecundùm Bald. in l. fin. 5. colum. in decimo no. C. de edi-
cto diui Adriani. Et excep. calumnioſas, ſecundùm Inn. in
c. poſt electionē. de conceſ. præben. & Bal. in l. perēptorias.
7. col. C. ſententiam reſcin. non poſſe. ſi ſibi videbitur, ut di
6 cit Philippus in c. ex parte. lo 2. in 5. not. de appella. Item
ſi opponens exceptionem non offerat illam velle probare,
poteſt iudex eam reijcere, ſecundùm Bal. in l. 2. de reſtit. in
integrum. & ideo dicebat Bal. in addi. Specu. in tit. de ex-
ceptionibus. ver. exceptiones. quòd iudex ualidas except. o
nes

nes debet admittere,& inualidas repellere,allegat l. 1. §. Labeo.ff.de flu. Septimò no. ex tex. ibi, & iudices.no.hãc præeminentiam iudicum magnæ Curiæ Vicar.ꝙ iudices regij debent referre eorum cauſas,de quibus hic, iudicibus magnæ Curiæ Vica. & cum eorum votis cauſas determinare, & hoc erat, quia illi iudices habebant eſſe eminentioris ſcientiæ,& virtute prędıti,ex quo rex multum de eis confidebat,& ſic vř,ꝙ iudices magnæ curiæ,poſtquam dicti iudices regij debent eis cauſas referre,ꝙ ipſi ſunt ei ſuperiores,ideo dicit Spe.in tit.de relationibus, ꝙ referre eſt propriè deferre,& ſic fit ſuperiori,vt ibi latius per eum. Octauò no.ex tex.ibi,pro nobis,& contra curiam noſtrã,ꝙ magna Curia Vicar. licet poſſit cognoſcere de crimine læſæ maieſtatis,tñ de hoc crimine poſſunt cognoſcere duo iudices curiæ regis. Item iſti duo iudices regij recipiunt denunciationes, & accuſationes contra curiales regis, & omnes qui dicuntur de curia regis, & de iſtis non faciunt relationes iudicibus magnæ curiæ,vt hic,ſed ipſi expediunt (prout ius vult:)& ideo ſi fieret eis denunciatio, ꝙ iudices magnæ curiæ delictum aliquod cõmiſerunt,ipſi cognoſcunt, & determinant.Et per hoc patet,ꝙ ipſi ſunt eis ſuperiores, quia qui te iudicat,ille ſuperior eſt,vt no.in clem.ſi. §.1.de pœn.In gl.1.dic vt dixi ſuprà in 5.no.In gl.2.dic vt dixi ſuprà in 4.no.In gl.fi. forma procedendi cõtra notatos inquiſitione generali,ponitur in d.conſt.hi, qui. & ibi dicetur.

ANNOTATIO.

a Fidem.] Nota,quòd ſigillum magnæ curiæ eſt authẽticum, quia inducit publicam fidem, vt hic. ſimiliter authenticum dicitur ſigillum epiſcopi,& ei creditur,quando dıu contrarium non oſtenditur,vt in cap.poſt ceſſionem.extra de probatio. Item ſigillum capituli,vt in c.in nomine patris.in fine 73.diſt.Item ſigillum alicuius principis ſecularis, cui creditur de conſuetudine, vt in cap. cum dilectus. de fide inſtrumentorum.extra,de materia ſigilli vide tex.iuncta glo.& ibi Doctor.in cap.2.extra de fide inſtrumentorum, & quid ſit ſigillum publicum, & quid priuatum, & quam probationem inducat,vide late per Iaſ.in repet.l.admonendi.colum.24.de iureiuran. Batius.

SVMMARIVM.

1 *Notarij regij dicuntur ſecretarij.*
2 *Reges mutantur quandoque propter eorum negligentiam.*
Statuta humana ſecundum temporum varietatem, & hominũ qualitatem,variari poſſunt.
3 *Res perire non dicitur, quæ in aliquo mutatur.*

PRæcipimvs. Hic præcipitur, ut oẽs ſupplicationes, quæ offeruntur regi tã ab hominibus imperij, quàm ab hominibus regni, ſiue ſint de iuſtitia, ſiue contineant gratiã, debeant venire in manus magiſtri iuſtitiarij, qui in ſero eiuſdem diei,vel die ſequenti, ſm aliam literam, cum conſilio vnius ex iudicibus deputatis in curia regis,illas petitiones, quæ concernunt ſuum officium decretabit cum ſigillo imperij,& cameræ expediet:illæ vero petitiones,quæ ſunt expediendæ ſub forma cancellariæ regiæ, uel ꝙ regia maieſtas eſt conſulenda,idem iuſtitiarius ſub ſuo ſigillo remittat per nuncium proprium, vel unum ex ſupplicantibus ad
1 libellenſem regium, ideſt,ad notariũ regium, † qui hodie dicitur ſecretarius regis, qui debet eſſet notarius. & ideo dicitur libellenſis. hoc dicit iſta conſt. Quam non uidi ſeruari tpe meo per reges,ex quo ſupplicationes,quæ offeruntur regi,recipit protonotarius,uel eius locumtenens factus de uoluntate regis,& nõ aliter, ut dicit Lucas de Penna in l.1.C.de magiſtris ſcriniorum,lib.12.Quãdo rex tenet publicam audientiam,& ille,quæ ſunt legendæ,prout ipſe ſtatuit,diſpenſat notarijs deputatis in ſacro conſilio,& illi legunt coram rege dictas ſupplicationes,& poſtea idem protonotarius, uel eius locumtenens iterum exponit ſubſtantiam ſupplicationis lectę regi,& rex dicit ipſi protonotario ſuum intentum, & protonotarius, uel eius locumtenẽs dicit decretum regis,& notarius,qui eam legit, ſcribit dictã decretationem,& apponit tempus, & eius manum, & illa decretatio facit fidem. Sed unde proceſſit tam grandis mutatio? Ego nõ poſſum aliud inueſtigare,niſi quod hæc mutatio proceſſit,aut per beneuolentiam regis Caroli. I. erga protonotarium,aut beneficiorum magnitudine ab eo recepta,aut propter magnitudinem uirtutis,ſicut fuit in domino Bar.de Capua,qui fuit protonotarius regni,& uir mirabilis in uirtutibus,ſecundùm Lucam de Pẽna,in l quoties. C.de uend.re.fiſca.cum priua.commu. lib.10. aut propter
2 magiſtri iuſti.negligentiam. † nam & reges etiam mutantur propter eorum negligentiam, ut legitur in ca.aliuſ.15. q.6.ſæpe enim creantur magiſtri iuſtitiarij propter affinitatem,ut patet in capitulis regni,& non propter zelum iuſtitiæ principaliter,quod eſſe non debet:ſunt enim iſtæ iuriſdictiones mutabiles ad uoluntatem regis, quia rex ſuo officiali poteſt amouere officium ad libitum. l. iudicium ſoluitur.ff.de iudic.And.infra in conſt. ea quæ, & per conſequens faceret hodie iniuriam protonotario, ſi ſibi tolleret officium recipiendi ſupplicationes, & illud concederet magiſtro iuſtitiario, ſicut fuerat tempore Imperatoris Federici,quia à primordio tituli de facili poſterior formatetur euentus,ut in l.1.C de imponen.lucra. deſcriptio.quia non debet reprehenſibile reputari, ſi ſecũdùm uarietatem temporum, & hominum qualitates ſtatuta uarientur humana,ut dicit tex.in c.non debet.de conſang.& affinit.Nã ipſe dominus, ſicut ſacra ſcriptura indicat, frequenter ſuã mutauit ſententiam,ut dicit tex.in cap.unuſquiſque. in fi. 22.quæſt.4.facit tex.de pœnitent.di ſt.1.cap.ſi agimus.nec dicitur fallax,ſi ad rei ueritatem reuertitur. 32.quæſt.1.c. apud,nec propterea dicetur extinctum officium protonotarij,licet hodie mutaretur,quòd ſupplicationes omnes uenirent in manus magiſtri iuſtitiarij, & non in manus protonotarij, quia inanis remaneret dictum officium, & pro hoc bene facit tex.in l.repeti. §.rei, & l.fundi uſumfructũ,
3 & l.quid tamen.ff.quibus mod.uſuſfr.amit.†ubi non dicitur res perire,licet in aliquo mutetur.hic non ſunt gloſſæ, nec Andreas aliquid ſcribit.

Vt poſt concluſionem intra decem dies. Rubrica XXXIX.

DIctvm fuit ſupra de his, quæ pertinent ad officium magnæ Curiæ Vicar. uerum quia ad eius officium etiam pertinet,ut cito cauſæ concluſæ expediantur per diffinitiuam ſententiam,& non ſolum hoc incumbit ei, ſed etiam omnibus alijs officialibus, ideo ponit hic terminum, intra quem cauſæ concluſæ debeant per iudices determinari, & demum proſequitur quaſdam præeminentias magnæ Curiæ Vicar.Sequitur nigrum.

SVMMARIVM.

1 *Rex,ſeu princeps in duobus caſibus eſt conſultandus.*
2 *Factum intra decennium celeriter dicitur factum.*
3 *Termino per iudicem præfixo elapſo, an audiatur pars.*
4 *Acta litis ordinatoria pereunt inſtantia perempta.*
5 *Sententia poſt annum lata in cauſa feudali, an ſit ipſo iure nulla.*
6 *Concludere in cauſa, & renũtiare omni probationi,paria ſunt.*
Inſtantia non currit,ſi cauſa principi referenda ſit.
7 *Conſilium regis non habet liberum arbitrium,ſicut ipſe rex.*
8 *Inſtantiam in executiuis dari poſſe,qualiter intelligatur.*
9 *Iudicium executiuum habet ſuam inſtantiam, licet ſummarium ſit.*
10 *Exceptio ad impediendam executionem non admittitur à ſententia ex partium conuentione lata.*
11 *Rex in aliquibus caſibus conſuli dẽt ante ſententia prolationem.*

12 *Cauſæ magnæ inter fiſcum,& priuatum ad principem referri debent.*
13 *Iudex per inquiſitionem procedens intra decem dies pronuncia re debet.*
14 *Iudex intra decem dies procedere debet,ſi pars appellata,& ci tata contumax fuerit.*
15 *Concluſio in cauſa inquiſitionis eſt neceſſaria.*

HAc lege.Diuido iſtam conſtitu. in duas
partes principales. In prima ſtatuit, ꝙ
omnes iudices poſt cõcluſionem in cau-
ſa intra decem dies debeant pronuncia
re, niſi cauſa de ſui natura requirat con-
ſultationem principis, quæ facienda eſt
per magiſtrum iuſti.vel per vnum ex iudicibus magnę Cu
riæ Vicariæ, & ipſi habent exquirere reſponſum regis. Ca-
ſus autẽ in quibus rex eſt conſultandus,ponuntur hic duo.
1 † Primus,quando agitur de re,quæ tenetur à principe. Se-
cundus,quando euenit caſus nouus, & ſic dubius.& idẽ di
cendum eſt, ſi iudices inferiores conſultauerunt iudices ſu
periores,vt pendente conſultatione non currant illi decem
dies.Et hæc eſt prima pars,quæ durat vſq; ibi , idem in in-
quiſitionibus.Hic eſt ſecunda pars,in qua deciduntur duo
dubia. Primum,quid in cauſis inquiſitionum, & quid in
cauſis appellationum,quando incipiunt currere illi decem
dies ad pronunciandum.Et reſpondet litera,quòd in cauſis
inquiſitionum incipiunt poſt reſpõſiones factas per inqui-
ſitos:in cauſis verò appellationum incipiunt a die ſactæ cõ
cluſionis,ſicut in prima inſtantia, quando partes ſunt præ-
ſentes,ſi pars appellata eſt abſens,ſubaudi, quia fuit citata,
& contumax reputata,tunc illi decem dies incipiunt a die
præſentati, & recepti proceſſus per iudicem appellationis,
2 & durat vſque in finem.† No. 1.ex tex.ibi,intra decenniũ,
quòd id quod fit intra dec.dies,dicatur celeriter fieri,ideo
celeriter dicitur cauſa expediri, quãdo expeditur intra de-
cem dies a die concluſionis.Alibi celeriter intelligitur, iu-
dicis arbitrio,vt in l.1.ff.de iure delib.no.gl.2.in c.non eſt.
de regularibus. Sed ego quæro, vtrum ſententia lata poſt
decem dies a die concluſionis in cauſa dicatur nulla, cũ ſit
lata poſt præfixum tempus per iſtam conſtitutionem? Vi-
detur prima facie, quòd non valeat, quia permiſſum vno
tempore videtur poſtea prohibitum.l.j.§.ſi mulier.ff.de li-
beris agnoſc.l.ſtatuliberum.§.Stichum.ff.de leg.2.in auth.
hodie.C.de temp.appel.cum multis ſimilibus. In contra-
rium facit,quia multa prohibentur fieri, quæ tamen facta
tenent. l.5. §.biduum. ff.quando appel. & in l.certi condi-
ctio.§.quoniam igitur.ff.ſi certum petat.Item l.1.C.vt oẽs
cauſæ tam ciuil.quàm crimi.in certo termino terminẽtur,
expreſſè dicit,ꝙ valet ſententia lata poſt terminum a iudi-
ce ſtatutum ad pronunciandum. Solutio, ſecundum Cyn.
& Rainerium de Forliuio, & Bar.& Bal.& Pau.de Caſt.&
Alex.in l.properandum.§.j.C.de iud.& And.Bar.in cap.de
3 cauſis.de offi.dele. † Quandoque ſtatuitur a iure terminus
parti,& tunc pars non auditur poſt terminum.l.perempto
rias.C.ſententiam reſcind.non poſſe,c.paſtoralis.de excep.
Quandoque lex ſtatuit tempus iudici, vt eſt in iſta conſtit.
& tunc ſi iſta conſt.ſtatuiſſet iſtud tempus iudici, & inſtan
tiæ,tunc non valeret ſententia lata poſt iſtud tempus, quia
finita eſt iuriſdictio,niſi fuerit prorogata, vt in d.c.de cau-
ſis.& in l.2.§.ſi iudex.ff.de iud.& in l.ſi vt proponis.C.quo
modo & quando iudex.& hic nõ eſt caſus noſter, quia iſta
conſt.non imponit iſtud tempus inſtantiæ,ſed iudici.Quã
doque lex ſtatuit tempus iudici tantum,ſicut eſt in iſta cõ
ſtit.& tunc valet ſententia lata poſt iſtud tempus,vt in l.1.
C.vt omnes cauſæ tam ciuiles &c. Quandoque lex ſtatuit
tempus inſtantiæ, & tunc non valet ſentẽtia lata poſt illud
4 tempus, vt in l.properandum. † quia perempta inſtantia
pereunt acta ordinatoria litis,vt in l.2.ff.iudica.ſolui,& in
d.l.properandum.§.ſiquidem.no.Doct.in l.is apud quem.
C.de eden.& Felin.in c.cauſam.el primo,de teſtib.Alex.in
2.vol.conſi.58.Nec tale tempus poteſt in iſto caſu per par-
tes prorogari, ſecundum omnes in d.l.properandum. Et
vide ad hoc dominum Paridem de Puteo de Neapoli, qui
fuit optimus iuriſta,& fuit magiſter Regis Ferdinandi, qñ
erat dux Calabriæ, in tractatu de ſyndicatu.in verbo,inſtã
tia.& ibi ſuper hoc allegat alias quotas.Et aduerte,quia iſti
decem dies,qui dantur iudici ad pronunciandum poſt cõ-
cluſum in cauſa erat,quia cauſa ciuilis in regno, quò ad iu
ſtitiarios, debebat videri intra ſpatium trium menſium,ut
patet infra in conſtit.quæ incipit,cauſas alias ordinario iu-
dicio &c. & cauſæ ciuiles coram baiulis debent videri in-
tra duos menſes,niſi natura cauſæ aliud ſuadeat, vt in con
ſtit.omnes baiuli locorum. Et eſt ſciendum, quòd regina
Ioanna ſecũda in ordinationibus rituum magnę Curiæ Vi
ca.ſtatuit, quòd inter Neapolitanos a die litis conteſtatæ,
per tres menſes,inter exteros per vnam dietã, per quatuor
menſes,& inter exteros per duas dietas, interdum per ſex
menſes, & inter exteros vltra duas dietas per octo menſes
cauſæ ipſæ terminentur, & prorogatio per partes poſſit fie
ri vſque ad ſex menſes, vel ſecundum locorum diſtantiã,
5 quando teſtes eſſent extra regnum. † Sed in cauſa feudali
inſtantia per dictam legem reginæ Ioannæ ſecundæ durat
ſolum per annum.An autem ſententia lata in cauſa feuda-
li poſt annum ſit ipſo iure nulla? Hoc non dicit dictum ca
pitulum reginæ Ioannæ ſecundæ,ſed videtur,ꝙ ſic,quia di
ctus annus eſt loco inſtantiæ triennalis, & ſubrogatum ſa-
pit naturam eius,in cuius locum ſubrogatur,ſed lata ſentẽ
tia finita inſtantia eſt nulla, vt in d.l.properandum, & pro
hoc alleg.Alex.3.vol.conſil.42. & in 4.vol.conſil.24.in fi.
ſententia enim lata perempta inſtantia eſt nulla, vt in mul-
tis allegationib.allegatis per Alex in 2.vol.conſi.136.& ſe
quen.in princ.& in 3.vol.conſi.81.in contrarium facit l.fi.
C.vt omnes cauſæ tam ciuiles quàm milit. vbi dicunt Do-
ctor.per illam legem ꝙ ſi ſtatutum dicat, ꝙ cã debeat ter-
minari intra certum tempus, nihilominus poſt illud tẽpus
poterit terminari, quando tempus inſtantiæ eſt abbreuia-
tum, & hoc vltimum approbo, quia illud c.non annullat
ſententiam latam poſt annum, nec ille annus eſt ſubroga-
tus loco inſtãtiæ triennalis,quia in hoc non dr. Item vbi in
ſtatuto abbreuiante tempus trium annorum non eſt poſi-
tum verbum omnino, vel non vltra,valeat ſnĩa lata poſt tẽ
pus ſtatuti,ſi eſt iuſta cauſa,vt dicit Albe. de Roſate in d.l.
fin.& hanc opinio.videtur ſentire Alexander in d.l.prope-
randum.in princ.in 3.colum.nihilominus cogita, quia di-
ctum cap.dicit, ꝙ inſtantia in cauſa feudali durat per an-
num,ergo ſententia lata ſine inſtantia cauſæ eſt nulla, vt ſu
pra dictum eſt.poſtea reperi Mar.de Fano in d.l.fi.dicentẽ,
ꝙ valet ſententia lata intra triennium, licet ſit lata poſt in-
ſtantiam ſtatutam, quia ſtatutum abbreuiabat inſtantiam
iuris communis,ſecus quando ſentẽtia eſſet lata perempta
6 inſtantia triennali.† Secundò no.ex tex.ibi, poſtquã renun
ciatum eſt. ꝙ paria ſunt renunciare generaliter omni pro-
bationi, & concludere in cauſa, ſecundum Goffred. prout
declarat Abb.Sicul.in cap.paſtoralis.in 1.col.de cauſa poſ.
& propriet.de quo per Alber.de Roſa. in l.iubemus.C.de
iudicijs.Tertiò nota ex tex. ibi,neceſſariò conſulẽda. quòd
ſi detur dilatio a ſuperiore ad pronunciandum in cauſa iu
dici,& ei videtur,ꝙ cauſa ſit referenda principi,& intra tẽ
pus iſtam tam.facit relationem, quod donec princeps non
reſponderit conſultationi factæ, non currit illud tempus.
tex.eſt hic expreſſus.Facit,quod no.Ange.in lege vnica.C.
de relatio.& in l.ex illa.C.de appellatiu.& ad hoc accedat
id,quod dicit notanter Luc.de Pen.in l.2.C.de naufr.libro
11.Quod vbi cauſa eſt principi referenda, non currit in-
ſtantia,& iſtud dictum nullus Doctor dicit in dicta l.pro-
perandum.Similiter per inhibitionem ſuperioris ſuſpendi
tur inſtantia per legem,intra vtile.ff.de mino. Item nõ cur
rit inſtantia,vbi denegatur audientia, vt conſuluit Franciſ.
de Aretio in conſilio 100.allegat Bald. in l. quoties. C. de
preci.imperato.offer.in l.fi.C.de accuſ.& in l.2.§.in omni-
bus.ff.de iudicijs.Item vbicunque non poteſt imputari de-
fectus partibus litigantibus, nec iudici, interim non cur-
rit

rit inſtantia,ſecundùm Bal.in 4.vol.cóſi. 117.licet loquatur de Rege Franciæ, ideo corã alijs regibus currit inſtantia,vt tenet glo.in Auth.de appe.in verbo,ſi quãdo,& alia glo.in Auth.vt ſponſa.largi.in verbo,præiudicium.Sed in contrarium facit,quia rex habet liberum arbitriũ , & qui habet liberum arbitrium,non ligatur lege inſtantiæ,ſecúdùm Bar.in l.ſi in lege.in prin.ff.locati.& firmat Alexã. in 2.vol.conſil.l.incipiente, vilis actis cauſæ. Dicebat dominus Io.Anto.Carapha,maximus Doctor,nobilis Neapoli-
7 tanus & ſocer meus,† q in conſilio regio eſt dare inſtantiam,quia conſilium non habet liberum arbitrium , ſicut habet rex,ſed coram rege non eſt dare inſtantiã , quia habet liberum arbitrium,nec etiã in cauſis fiſcalibus , vt dicit tex.in d.l.properandum. in principio.nec etiam in cauſis eccleſiaſticis,vt in d.c.penul. de iudicijs. Item ſi cauſa eſt cõcluſa intra tempus inſtantiæ, & inſtatum per partẽ , vt pronunciaretur , & proteſtatum q non ſtat per eum , põt ferri ſententia poſt tres annos,ſecundùm nouellã pragmaticam Regis Ferdinan.primi. Facit glo. fi.in l.quemadmodum.ff.de iudi.facit,quod no.Bal.in l.ſi cũ ipſe.ff.de excuſa.tutor.& Iaſon in d.l.properandum. §. ſinautem vterq;.
a An autem quando proceditur via^a exequutiua , puta virtute obligationis factæ apud acta iudicij, & pars opponit aliquas legitimas exceptiones,ſit dare inſtantiã? Vide plenè per Alex.& Iaſ.in d.l.properandum. in prin. & per dominum Georgium in repe.c.le.ſæpe. §. quæ oĩa. de verbo. ſign.Et communis concluſio eſt,q in exequutiuis ſit dare inſtantiam,& incipit inſtantia à tempore contradictionis partis citatæ,& niſi intra terminũ finiatur,oportet de nouo petere,hoc firmant Cy.Saly. Pau. de Caſt. & Albe. de Roſa.Alex.Iaſ.& præceptor meus dominus Anto.de Alexandro ſummi ingenij in d.l.properandũ in prin.& Bald. in l.1.C.de iur.calum.& Pau.de Caſt.in l.2.§.1.eod.tit. & Ludo.Rom.in cõſi.174.incip.ſpectabilis domine. & Alexan.in 2.vol.conſi.50.in 3.col. & in deciſionibus meis,de-
8 ciſ. 346.† Sed iſta communis concluſio limitatur tribus modis. Et primò,vt dicta regula procedat,quando peteretur executio ſententiæ actione in factum,tunc eſt dare inſtantiam.l.itẽ veniunt.§.idem rectè. ff. de peti.hære. ſecus quando peteretur executio ſententiæ officio iudicis, quia officium iudicis eſt perpetuũ,vt dicit glo.in l.ſicut. C. de præſcri.30.vel 40.anno.tunc non vr,quòd ſit dare inſtantiam, ſm Bal.in l.ſi cauſam.C. de exequ.rei iudi. & idem Bal.in l.tale pactum.§.qui procurauit.ff.de pactis.& Lud. Ro.in rub.de arbi.in 15.col.& Pet.de Anch. vt refert dominus Anto.de Pratu in l.ab executore.col.8. de appe.do. Anto. de Canario in tractatu de exequutione inſtrumen. q.33.Sed iſtam limitationem non affirmo,quia contrariũ tenent Cy.Bar.Bal.& alij,in d.l.properandum.in prin.vbi volunt,q in cauſa, in qua lis non cõteſtatur, inſtantia currit ab ea die , qua partes incœperunt tractare de cauſa , & ſic tenent,q in cauſis,in quibus lis non conteſtatur,currat iſtantia. Idem firmat Abb.Sicu.in d.c.penul.in fi.de iudicijs,& Georgius prædictus in d.§.quæ omnia. Secundò limitatur,quando in exequutiuis proceditur ſummariè, & ſine figura iudicij, taliter quòd in eo non eſt pronunciandum, tunc non eſt dare inſtantiam,ita loquitur Bar.in l.litibus.C.de agrico.& cenſit. quem ſequitur ibi Io.de Platea,& hoc vr firmare Bar.Socinus in conſi.incipiente , capiendo primum. Sed reperio,quòd contrariũ tenuit Pau. de Caſt.in conſil.289.incip. viſo puncto. circa finem. ubi
9 dicit,† q licet iudicium exequutiuum ſit ſummarium,& in eo non conteſtetur lis,nihilominus iudicium eſt,& habet ſuam inſtantiam,ſicut iudicium ordinariũ,ut no. Bal. in l.1.poſt principium.C.de iur.calum. ſed ſi bene conſiderentur verba Pau. non dicit,quãdo in exequutiuis nihil eſt pronunciandum, ideo vr vera iſta ſecunda limitatio. Tertiò limitatur,niſi tractetur de cauſa, in qua nec expreſſè,nec tacitè lis conteſtatur , tunc in illa non currit inſtantia,ſecus in cauſa,in qua lis conteſtatur tacitè, licèt nõ expreſſè,nam tunc currit inſtantia ab eo die, quo partes cœperunt tractare de cauſa. Iſta ſunt verba ſingularis Doctoris domini Mariani Socini in ſuo perfecto tractatu de inſtantia.ver.11.fallit.& ſubdit in 8.art. q tunc dicitur incipere inſtantia,ſcilicet a prima comparitione, & illa habet uim litis conteſtationis,vt in l.fi.& auth.niſi breuiores. C. de ſent.ex breui.recita.& in l.1.& auth.offeratur. C. de litis conteſt. & ab illo actu incipit inſtantia , ſecundùm eũ , & ſic vult iſte magnus Doctor, quòd quando in exequutiuis nec tacitè,nec expreſsè lis conteſtatur, non datur inſtãtia. Sed ego quæro,vltra eũ,quãdo hoc eſt , quòd in exe-
10 quutiuis , nec expreſsè nec tacitè lis conteſtatur. † Ego dico,quòd eſt , quando ſequitur obligatio penes acta , quæ eſt ſententia lata a iudice ex cõuentione partiũ. ꝓbat tex. in c.1.de mu.peti.& in c.querelã.in verbo, terminatis. de ſimo.& in c.cauſam quæ.in verbo,decidat,ſecundũ And. Barb.in c.ſi qñ.de offi.deleg.in cuius exequutionẽ ,nec tacitè,nec expreſsè lis cõteſtatur,quia nulla exceptio admittitur ad impediendũ eius exequutionẽ,ſm Bal.in d.l.properandum.§.ſinautẽ reus.ver.6.no.C.de iud. nec p oppoſitionem exceptionum peremptoriarum inducitur litis cõteſtatio,ut eſt tex.expreſſus in c.2.de litis cõteſta.li.6. quẽ ad hoc alle.Bal.in l.1.ver.& quæro.C.de litis conteſta. & idem dixit in l.rem non nouam.C.de iud.alle. Inno. in c. prout.de dolo & contu.& Bal.in addi. Spe.in titu.de litis conteſt. ver.p exceptionem.licet idem Bal.in c.j.de cõtro. inter dominum & epm, dicat, quòd exceptio perẽptoria oppoſita intra 20.dies non inducit litis conteſtationẽ, ſed poſt lic.ſi ergo fuiſſet oppoſita exceptio ſolutionis, uel pacti de non petendo,uel alia exceptio peremptoria,& fuiſſet datus terminus ad probãdum,tunc quia iſte terminus eſt primus actus, qui ſequitur poſt litis conteſtationẽ , ut dicit Abb.in d.c.penul.de iudicijs.& glo.in c.1. in verbo, abſentia,de electione.lib.6.& Alex.in l.nulla. C. de ꝓcura.tunc eſſet dare inſtantiam in iſto caſu. Teneo ergo pro conſtanti,quòd per exceptionis obiectum cõtra obligationem liquidam penes acta , donec non eſt datus terminus
11 ad probandum , non eſt dare inſtantiã . † Quartò nota ex tex.ibi,his,quæ curia tenet.duos caſus,in quib.iudex ſemper dẽt conſultare regem,antequam proferat ſniam diffinitiuam.Primus eſt,quando agitur de re,quæ tenetur à rege in capite immediate,vt hic,& hoc eſt ẽt de iure communi,ut in l.bene à Zenone.C.de quadriẽ.pſcr. ſm And. hic.fallit in magiſtro iuſti.qui cognoſcit de feudis quaternatis,quæ tenentur à rege,ut ſupra in conſti.ſtatuimus. & in conſti.ſequenti. Secundus caſus eſt,quando emergit caſus nouus,qui non reperitur expreſsè deciſus,vt hic,& infrà in conſti.ut vniuerſis.& voluit Spec.in tit.de relationibus §.de quibus faciẽda ſit.per iura ibi per eum alle.& vide optimum tex.in l.vnica.C.de relationibus.& ibi plenè per Azonem,& in l.quæ ex relationibus.C.de legi.& in c. intimaſti.de appel. Tertius caſus eſt,quando index dubitat,vtrum in aliquo caſu ipſe habeat iuriſdictionem,ut ſupra in conſti. ſtatuimus. in fi.& no. glo.in verbo, conſultat.in d.l.unica.de relationibus.Quartus caſus eſt, quãdo probationes ambarum partium ſunt æquales , ut habetur in l.diuus.ff.de off.præſi.Quintus caſus,quãdo natura rei, de qua agitur,hoc exigit, puta,quia agitur de maioribus
12 rebus principi reſeruatis,ut infra in cõſti.cauſas.†ubi cauſæ magnæ inter fiſcum & priuatum debent referri principi.Idem de alijs cauſis principi reſeruatis,ut in cap.vt debitus.de appe. & in c.maiores.de baptiſmo. Sextus caſus, quando cauſa fuit delegata,ut cognoſcat & referat,uel remittat ad Principẽ,vt dicit Io.de Imo.& Phil.in d. c. intimaſti. Septimus caſus eſt,ubicunq; verè iudex dubitat, ſiue interloquendo, ſiue diffiniendo,aliàs ſi uellet conſultare,ut euitet onus iudicãdi,punitur pœna 30.librarum auri,& efficitur infamis,ut in d.l.q ex relationibus. C.de legi.bene ad hoc facit id,qđ dicit Bal.in c.bonæ. el 1.de poſtu.pla.q oĩs iudex,q ponit alicui neceſſitatẽ adeũdi principẽ ſuper eo , quod ipſe inferior facere poteſt, & dẽt, eſt puniendus.alle.tex.in Auth.de quæſtore §. ſuper hoc vlti-

mum Phili. in d. c. intimaſti. non dicit, ſed omnino eum vide, quia multa tangit de materia relationum principi, & idem facit ibi Præpoſitus ſancti Ambroſij. Octauus caſus eſt infrà in conſti. hi qui. rubr. 50. & 2. no. Nonus caſus eſt, quando quis vult agere contra aliquem, qui poſſedit ante guerram inter Regẽ Alfonſum, & Regem Renatũ, & habuit cõfirmationem à Rege Alfonſo, non põt agere, niſi prius rex fuerit cõſultatus, vt in c. Regis Alfonſi primi, quod incipit intelleximus nopertime, ſub data ſecundi Augu. 6. indi. 1444. Decimus caſus eſt per nouellam pragmaticam catholici Regis, qui mandat, quod conſulatur ſua maieſtas, quando quis vult agere contra illum, qui habuit cauſam à rege Alfonſo Secundo, vel Ferdinãdo Rege Secũdo, vel Federico rege, ſecundum formam per eum datam in dicta pragmatica, ſub data 18. Februarij. 1505. Vndecimus caſus eſt iuſta in conſti. capuaneorũ. prout ibi dicam

13 in 10. parte. † Quintò no. ex tex. ibi, poſt reſponſiones factas &c. quod vbi iudex proceſſit per inquiſitionẽ iuxta conſtit. hi qui, debet pronunciare in ipſa cauſa inquiſitionis intra 10. dies numerando à die, quo notarius reſponſionẽ in iudicio fecerit. Intellige hoc eſſe verũ, quando poſt reſponſionem nullas fecit legitimas defenſiones, aliàs ſi petijt terminum ad ſe defendẽdum, iudex debet dare terminum ad ſe defendendum, vt not. in cap. qualiter & quando. in §. debet igitur. de accuſa. & tunc quando incipiant iſti decem dies ad pronunciandũ, non dicit iſta conſt. Ego dico, quod tunc requiritur concluſio in cauſa, vt dicit Ang. in repe. l. ſi vacantia. dum tractat materiam inquiſitionis, in §. arti. quæ ſunt neceſſaria in cauſa inquiſitionis. & ibi dicit, quod requiritur concluſio. Idem tenet Io. de Anania in c. qualiter & quãdo. §. fi. de accuſat. & firmat hic glo. 1. licèt ſoleat dici, quod in cauſa criminali non concluditur, ſecundum Bal. in l. 1. in 4. q. C. de condi. inde. & Ang. de malefi. in verbo, qui iudex dictum proceſſum publicauit, & ideo iſto caſu debet pronunciare iudex infra 10. dies à die concluſionis

14 in cauſa. † Sextò no. ex tex. ibi, in appellationibus poſt earum receptiones, quod ſi pars appellata citata fuit contumax, & in contumaciam præſentatus fuit proceſſus, iudex parte inſtante, ſine aliquo alio ordine iudiciario ſeruato, dẽt procedere ad determinationem intra 10. dies à die ſupradictæ receptionis proceſſus, nec dicitur propterea ſententia nulla, ex quo nõ fuit ſeruatus ordo iudicij, per iſtũ tex. quem tene mẽti, quia faciet tibi honorem, & hoc operatur contumacia partis, ſicut dicimus, quod contumacia partis operatur, vt non poſſit opponere exceptionem litis pendentis, ſecundùm Barto. in le. vbi cœptum. ff. de iudi. & Alexan. in 3. vol. conſi. 23. item propter contumaciam non poteſt opponere exceptionem declinatoriam loci, ſecundum Ange. in l. eum qui. ff. de priui. credi. Conſulo tamen, quod pars appellans accuſet contumaciam, & quod appareat ex actis, quod fuit perſonaliter citatus de mandato iudicis, vt dicit glo. communiter approbata in l. penul. C. ad trebel. & no. Bar. in l. ſtipulatio. in fi. principij. ff. de ope. no. nun. & Bal. in cap. 1. de milite vaſ. qui contumax eſt. col. 1. allegat Inno. & Io. And. in capitu. ad petitionem. de accuſa. Et volo docere te vnam iuſtam cautelam, quando es citatus, compareas ſemper in prima contumacia, & accuſes cõtumaciã eius, qui te citare fecit, & facias hoc ſcribere ſi comparet poſtmodum actor, & accuſat contumaciam rei, non poteſt dici contumax, vt dixit Iaſ. in l. prætor ait. §. ſi aliquando. ff. de ope. no. nun. ſi verò in cauſa appellationis partes ſunt præſentes coram iudice appellationis, tunc ſeruantur termini, qui debent ſeruari in prima inſtantia, & maximè requiritur concluſio ſicut in prima inſtantia, per iſtũ tex.

15 † In glo. 1. tenet glo. quòd poſt concluſionem in cauſa inquiſitionis, & appellationis intra decem dies eſt pronunciandum, & ſic in cauſis inquiſitionis requiritur concluſio, vt dixi ſuprà in 5. not. In glo. 2. quærit glo. an iuſtitiarius poſſit cognoſcere de his, quæ fiſcus tenet, & poſſidet, remittit ſe, ſed corruptè, debet dicere. dic vt in conſti. præſides prouinciarum.

ANNOTATIO.

a Vis.] An in iudicio executiuo requiratur libellus, litis conteſtatio, & alius ordo iudiciarius, vide late per Iaſ. in l. intra dies. ff. de re iudic. Bauus.

SVMMARIVM.

1 *Obſeruare multis capitur modis.*
2 *Curia magna Vicariæ quas habeat præeminentias.*
3 *Magiſter iuſtitiarius ex re nomen cenſetur habere.*
4 *Cauſa feudorum quaternatorum coram quo terminetur.*
Curia magna dicitur iudex competens, ſi de comitatu, Baronia vel ſimilibus agatur.
5 *Appellationes quæ ad curiam magnam deuoluantur.*
6 *Appellationes, quæ ad camerarium, & quæ ad iuſtitiarium deuolui debeant.*
Supplicatio quando propriè locum habeat.
7 *Appellatio a ſententijs iudicum per regem delegatorum ad curiam magnam deuoluitur.*

MAGNÆ Curiæ noſtræ. Hæc conſtitutio duo principaliter facit. primò dicit, quòd magiſter iuſtitiarius, ſicut habet nomen magiſterij iuſtitiæ, ita effectualiter debet miniſtrare iuſtitiam, taliter vt ſit ſpeculum & norma omnibus iudicibus inferioribus, qui debent aſpicere ad normam ma-
1 gnæ Curiæ Vica. & eam obſeruare, † & tene menti iſtud
a vocabulum obſeruare, [a] quia importat morem gerere, vt in lege, obſeruãdum. ff. de offi. præſi. vel curare, vt in lege, obſeruare. C. de decurio. lib. 10. vbi dicit Lucas de Penna, quòd obſeruare, exponitur pro adimplere, & de ſui natura non importat neceſſitatem, ſed quandam decentiam, vt in l. 1. §. obſeruandum. C. de cõſulibus, bene facit ad hoc, quod dicit Abb. Sicu. in capitu. cum cauſam. de elec. per illum tex. not. contra fundantes ſe ſuper aliqua obſeruatione. Non enim debet ſimpliciter attendi id, quod factũ fuit in præterito, ſed potius id, quod de iure fieri dẽt, quia non omnis cõſuetudo tollit ius &c. interdum obſeruare, exponitur, id eſt, obedire, vt in l. ſi quãdo. C. de teſti. & voluit glo. in Auth. vt nullus, neque miles, neq; fœderatus. §. cum igitur. in verbo, obſeruare. vide ad hoc Laurẽtium
b Vallam. Secundò dicit, quod [b] magna Curia Vica. habet tres
2 præeminentias. † Et prima, quod intantum cognitiones cauſarum de Comitatibus, de Baronijs, de ciuitatibus, de caſtris, & magis feudis quaternatis ſunt annexæ iudicio magnæ Curiæ Vica. quod nullus officialis in regno poteſt de dictis cauſis cognoſcere abſque ſpeciali delegatione regiæ maieſtatis. Secunda præeminentia eſt ibi, curialium, quod ſola magna Curia Vica. cognoſcit de cauſis tã ciui. quàm crimi. tam illorum curialium, qui non poſſunt recedere à curia regis ſine ſpeciali mandato regis, vel iudicum ordinariorum regis, quàm illorum curialium, qui præſtant ſeruitia regi, vel officialibus regis, qui ſeruiunt regi, ſiue agant, ſiue conueniantur. Tertia præeminentia eſt, quod de omnibus appellationibus, & ſupplicationibus, quæ interponuntur à ſententijs inferiorum iudicum, vel à ſententijs delegatorum à regia maieſtate, etiam quod ipſę ſupplicationes, vel appellationes contineant, quod ſupplicatũ, vel appellatum ad regiam maieſtatem, cognoſcit magna Curia Vica. quandoquidem in curia regis magna curia commoratur, id eſt, ſit præſens, vbi eſt rex, ſed ſi non eſt præſens, vbi eſt rex, non cognoſcit de ſupplicationibus, & appellationibus interpoſitis ad regem à ſententijs inferiorum iudicum, vel delegatorum regiæ maie. ſed ſolùm de appellationibus ordinariorum, & delegatorum à rege, interpoſitis ad curiam regis. ſ. magnę curiæ Vica. quæ dicitur Curia regis, vt dicitur ſupra conſt. ſtatuimus. prout ibi expoſuimus. hẽt ẽt magna Curia quartam pręeminẽtiam, vt patebit infrà
3 in conſt. ſequẽti, quę incipit, honorem debitũ. † No. primò ex tex. ibi, magiſterij nomine, quòd magiſter iuſtitiarius ex re nomẽ habet: & ex nomine officij ſignificatur ipſius natura.

natura. Ab antiquis enim conſtitutum eſt, vt ex nomine ſi
gnificetur res ipſa, vt in Auth. de defen. ciui. in prin. concor
dat. ff. de offic. præſ. vrb. l. 1. C. de epi. & cle. decernimus. &
no. ſuprà in conſti. incõſutilem. in gl. 1. & ibi dixi, in 5. no.
quibus adde tex. infra, in conſt. iuſtitiarij nomẽ & normã.
& id quod dicit Bal. in c. itẽ cũ quis. de teſt. ſp. vbi dicit, ꝙ
ex prouominibus poſſeſſiuis præſumitur proprietas: & ſic
ex nominatione habemus dominiũ rei denominatę pręſũ
ptiuè eſſe penes eũ, cuius res aſſumit nomen, ut iſte fundus
denominatur Matthęi de Afflicto, præſumitur ꝙ ſit eius,
quia nomina rebus imponuntur, vt reddatur res certa. l. 5.
C. vt nemo priuatus, & in l. 1. C. ut nemini liceat ſine iudi
cis auct. & l. nominationum. C. de decurio. lib. 10. iõ dice-
bat And. in c. 1. in prin. epi. vel Abbatem, ꝙ denominatio,
& tit. idẽ ſunt. Inde dicimus, ꝙ actus denominatus ab agẽ-
te conſtituit actũ agentis eſſe quando ab initio: ſecus ſi ex
poſt facto. l. ꝓ ſi neque. §. fi. ff. de peri. & commo. rei vendi.
4 † Secundò no. ex text. ibi, abſque delegatione. quòd quan-
quam ſola magna Curia Vica. cognoſcat de cauſa Comita
tus, Baroniæ, & caſtrorum, & ſeudorum quaternatorum,
vnà cum iudicio parium, vt in conſt. vt vniuerſis &c. tamẽ
ſi rex committat cauſam Comitatus, vel feudi quaternati
alteri, ille iudex delegatus eſt competẽs, & ab eius ſnĩa ap
pellatur ad magnã Curiã Vica. vt hic in fi. ſuprà in conſt.
ſtatuimus. & hoc ultimum intellige, prout ibi dixi. Tertiò
no. ex tex. ibi, quę in quaternionibus, quòd magna curia in
re ordinario eſt iudex competẽs, vbi agitur quæſtio de Co
mitatu, vel Baronia, vel aliquo caſtro, vel alio feudo quater
nato. Quæ ſunt iſta feuda quaternata? Dicit hic And. ꝙ nõ
erant iſta quaternia tempore ſuo, & remittit ſe ad dicta ꝑ
eũ in c. 1. de contro. feud. apud pares termi. & ibi diximus.
& dixi ſuprà in cõſt. ſtatuimus. in quarto nota. Quartò no.
ex tex. ibi, curialium. quòd magna Curia cognoſcit de cau
ſis curialium, tam ciui. quàm crimi. ſiue agant, ſiue conue
niantur, & idem de ſeruientibus officialium curiæ regis,
qui ſunt ad ſeruitia regis. de hoc vide, quæ dixi ſuprà in cõ
ſtit. ſtatuimus. & ſic patet, quòd hoc priuilegiũ nõ trãſit ad
c ſeruitores officialiũ regis: [c] niſi illi ſeruitores aſſiſtant ſerui
tijs regijs, per iſtum tex. nam poteſt eſſe, quòd officiales re
gis, & curiales habeãt ſeruitores, & tamẽ illi ſeruitores nõ
aſſiſtunt ſeruitijs regijs, & tene menti iſtum caſum, quòd
licet familia gaudeat regulariter priuilegio dñi, vt not. in
l. 1. & 2. & ibi Bal. C. de epiſ. & cle. tamẽ familia officialis,
quæ nõ aſſiſtit ſeruitijs regis, nõ gaudet hoc priuilegio cõ
5 ceſſo regio officiali, vt hic. † Quintò no. ex tex. ibi, appel-
lationes, quòd a ſententijs iuſtitiariorum regni, & ſecreta-
riorum. & capitaneorum, ut ſunt capitanei Capuæ, Gaye-
tę, Aquilæ, &c. qui ſunt iudices ordinarij, qui creantur à re
ge, appellatur ad magnam Curiam Vicar. & ipſa eſt iudex
competens in dictis cauſis appellationum, concordat text.
ſupra in conſtitu. ſtatuimus. ibi, de appellationibus ordina
riorum noſtrorum. Quid autem de ſententijs baiulorum,
an appelletur ad magnam curiam? Videtur quòd non, ſed
debet appellari ad ſecretos, ne fiat appellatio per ſaltum. l.
imperatores. ff. de appellatio. & pro hoc videtur conſti. in
frà, quæ incipit, officiorum periculoſa confuſio. ibi, appel-
lationes etiam. ſed in contrarium facit, quia etiam à ſentẽ
tijs iudicum, baiulorũ, & eorum, qui ſunt iudices ordina-
rij, vt infrà in conſti. cum noua, poteſt appellari ad magnã
curiam, per iſtam conſtitu. & dictam conſt. ſtatuimus. & in
dicta cõſt. cum noua. Solutio. iam ſuper hoc prouiſum eſt
per conſt. capitaneorum, in ver. appellationes. vbi à ſenten
tijs inferiorum iudicum appellatur ad iuſtitiarios, vt in di
cta conſtitutio. cum noua. & à iuſtitiarijs ad magiſtrum iu
ſtitiarium. & à magiſtro. iuſtitiario ad audiẽtiam regis. Pa
tet ergo, quòd à ſentẽtijs baiulorum, ſi appelletur ad ſecre
tos, ipſi cognoſcũt: ſi appelletur ad iuſtitiarios, ipſi cogno
ſcunt: ſi ad magnam curiam, ipſa cognoſcit. Sed in contra
rium facit, infrà conſti. iuſtitiarij per prouincias. in fi. vbi
dicitur, quòd à ſententijs baiulorum in cauſis ciuilibus nõ
6 appellatur ad iuſtitiarium. † ſed reſpondetur, quòd in ter-
ris demanij à ſententijs baiulorum appellatur ad camera-
rium, ſeu ſecretum, & à ſecreto ad iuſtitiariũ. ita loquitur
dicta conſt. iuſtitiarij per prouincias. Sed in terris Baronũ
à ſententijs baiulorum appellatur ad iuſtitiarium, vt in di
cta conſt. cum noua, ſm And. in dicta conſt. iuſtitiarij per
prouincias. Hodie vero Barones, qui ſunt iuſtitiarij in ter-
ris eorum ex priuilegijs cognoſcunt de appellationibus à
ſententijs baiulorum in terris eorum, & ipſi eos delinquẽ
tes puniunt, vt in cap. regis Roberti, ad quietem publicam
char. 33. Neap. vero ſeruatur, quòd à ſententijs baiulorum
appellatur ad magiſtros rationales regni Siciliæ & ab illis
ad regiam cameram ſummariæ. Sextò no. ex tex. ibi, ſup-
plicationes. quòd quando appellatur à ſententijs inferiorũ
iudicum ad magnam Curiam Vicariæ, impropriè dicũtur
illæ appellationes ſupplicationes, quia ſupplicatio propriè
eſt, quando ſupplicatur à ſententia regis, vel præfecti pręto
rio, vt in l. 1. C. de ſentẽ. præfec. præto. & in auth. quæ ſup-
plicatio. C. de preci. imper. offe. & in Spe. de ſupplicatione.
§. 1. eſſet abſurdum, ſi vellemus intelligere iſtud verbũ ſup
plicationis, ꝓpriè. ideſt, quòd magna curia Vicarię cogno-
ſcit de cauſis ſupplicationum à ſententia regis, quia ipſe
idem, qui protulit ſententiam, habet cognoſcere de cauſa
ſupplicationis, & non alius, vt in d. l. 1. & tamẽ à ſententia
magnę Curię Vicariæ appellatur ad iudices appellationis.
7 † Septimò & vltimò no. ex tex. ibi, de legatorum à nobis.
quòd à iudicibus delegatis per regem, & ab eorum ſenten
tijs: tam interlocutorijs in caſibus, in quibus licet appel-
lare ab interlocutorijs, quàm à diffinitiuis, appellatur ad
magnam Curiã Vicarię, vt hic, & in dicta conſt. ſtatuimus.
In glo. prima dic, vt dixi in princi. huius conſt. In glo. ſecũ
da dic, vt dixi in primo nota. In glo. tertia, quæ eſt vltima,
inquantum glo. allegat leg. primam. C. de curialibus vrbis
Romæ. lib. 11. ſentit, quòd ſi curiales, qui non poſſunt re-
cedere à curia regis ſine ſpeciali mandato, ſiue agant, ſiue
conueniantur, non poſſint conueniri niſi coram magiſtro
iuſtitiario, ut hic, quòd hoc ſit priuilegium curialium, quia
& de iure cõmuni curiales ſunt priuilegiati, ut nõ poſſint
conueniri, niſi coram magiſtro decurionum, ut in dicta l.
prima, hoc facit contra quoſdam, qui ſtudent declinare fo
rum magnæ curiæ Vicarię, cui datur in priuilegium, ut nõ
alibi niſi ibidem conueniatur, & hoc eſt, quia in magna cu
ria pręſidebant iudices zelantes iuſtitiam, & præditi ſcien
tia, moribus & uacui cupiditatibus, & uitijs. de alijs priui
legijs decurionum, uide Io. de Platea in rub. C. de decuri.
lib. 10. & in l. omnes iudices. eo. titu.

ANNOTATIONES.

a Obſeruare.] Adde, quod aliquando, obſeruare, accipitur pro iudi
cio ſiſtere. gl. in Auth. de exhib. reis. §. 1. in verbo, obſeruare. & in
§. ſi verò etiam quidam inuent. in uerbo obſeruabunt. aliquando
etiam obſeruare accipitur pro reſarcire. in Auth. vt nul. fab. ora.
do. §. illud. in gl. in verbo, & ipſe.
b Secundò dicit quòd.] Vltra caſus adductos hic per Affl. adde ꝙ
magna curia habet pręrogatiuam, quòd ex proceſſu informatiuo
poteſt inferre torturã, vt eſt cõſt. reg. incip. ſi cum ſceleratis. 272.
in ordine quę alijs iudicibus inferioribus non eſt cõceſſa, domi.
Thom. Gramma. cõſ. 64. num. 45. & ideo dicit Par. in tract. ſyndi.
in verbo tortura §. ſed an ſi quis dixerit. colum. fi. ꝙ iudices infe
riores debent abſtinere hac pręeminentia, aliás tenentur in ſyndi
catu. bene verũ eſt, ꝙ dicta magna curia non põt vti tali pręemi
nentia, niſi contra inſignes latrones, diſrobatores ſtratarum, incẽ
diarios, violẽtos raptores, & cõmittẽtes grauia crimina, ita dicit
Afflic fuiſſe cõcluſũ in 5. rob. coos. vna cũ iudicibus magnę cur.
in deciſ. 391. & in conſt. ſuper inciſionibus. col. 7. 8. & domi. Tho.
Gramma. cõſ. in cauſa honorabiliũ, & ideo nõ poteſt dicta pręe-
minentia cõtra homines bonæ famę de aliquo delicto nõ noto-
rio inquiſitos, vt dicit Afflic. in d. deciſ. 391. & ꝓ cõſil. durã & durã.
in fi. nec contra Neap. qui habent ex priuilegio, vt nõ poſſint tor
queri niſi datis defenſionibus, ut patet in c. Et alia quæ requirũt
ad hoc, ut magna curia vti poſſit dicta pręeminẽtia, uide do. Th.
Grãma. in d. cõſ. 64. itẽ habet prærogatiuã ſup præſentationibus
inſtrumentorum itẽ ſuper recognitione ſcripturę ꝓprię manus
in dando terminum ad probãdum, alias abſoluendũ, cãque reco
gnoſci faciendo. item ſuper homicidijs, vel damnis clãdeſtinis. itẽ
ſup guerra mota. itẽ ſuper delictis officialiũ. iſtos enumerat Cap.
in c. feud. clauſ. §. cognitione et cauſa &c. quę ex ꝓrogatiua, &c.

item

irē ſunt alij caſus, q ponuntur per conſt ſtatuimos. & ibi p And.
c Regis] Not. Afflic. quod ſeruitores regis nō gaudēt priuilegio, de quo in hac conſt. niſi illi ſeruitores adſiſtant ſeruitijs regijs, p tex. noſtrum ibi, adſiſtant. & infert ad declarationē, l. 1. & 2. C. de epiſ. & cler. adde, q licet familiares Cardinaliū antiquitus habuerint priuilegiū à ſummis Pontificibus, quòd poſſint abſentes à præbēda eius fructus accipere, tamen non poterunt tales fructus recipere, quando nō adſiſtunt ſeruitio Cardinaliū, licet habuerint meliꝰ literas familiaritatis. ita dicit Abb. in c. cū dilectos. in fi. de cle. nō reſid. & ex hoc colligitur bona declaratio ad conſt. intētionis, quâ cautum eſt, arma portari ab aliquo non poſſe niſi à curialibus dñi Regis, qui in curia cōmorantur, qui faciunt portare arma alijs ꝓhibita portari, nam illa cōſt. non hēt locum in his, qui literas familiaritatis impetrauerūt à domino Rege, & morātur in curia regis, ſed alibi, quia nō obſtātibus dictis literis arma prohibita portare non poterant, quia eſt neceſſaria illa adſiſtētia in ſeruitijs Regis, ita eleganter dicit Afſl. in d. conſt intentionis. col. 6. nu. 34. 35. & milites militiā nō exercētes, ſed vacātes otio, & ſtantes ſuper bāchis, ex quo militię nō adſiſtunt, non gaudēt priuilegio militari, Bal. in l. 1. col. 2. ver. quęro virū lex iſta C de iur. & facti igno. Sal. in l. non prohibētur. C. qui accuſ. nō poſſ. & mercatores deſcripti in matricula alicuius artis non gaudēt priuilegio illi arti cōceſſo, niſi eam exerceant, & illi adſiſtāt. Bar. in l. qui ſub prætextu C. de ſacroſan. eccl. in l. ſemper. §. 6. 2. no. ff. de iure immunit. & plura ad ꝓpoſitum cōgeſſit Fely. in proœmio decret. in verbo, Greg. epiſ. col. 18. per totum, & maxime in fi. & facit tex in d. l ſemper. § negotiatores. ibi, quandiu in eo actu ſunt. & habentes à ſummo Pōtif. literas capellanię non gaudent priuilegijs cōceſſis capellanis Papę, niſi offic. exerceant. de hoc eſt extrauag Inn. quinti, de qua facit mentionē Anc. conſi. 228. refert & ſequit Fel. in rub. de magiſtr. col 2. in fi. ver. venio ad terti ū. & ibi ponit bona ad intentionem noſtrā, de quo tamē, an requiratur adſiſtētia, ſeu exercitium plura bona ponit Fel. ad quē ſemper recurre, in c. clerici. col. 2. & 2. de iudi. qui arguit pro & contra. & an in caſibus ſuprà narratis ſufficeret, ſiquis adeſſet per ſubſtitutū? Vide tex. in l. fi. ff. de excuſ. tuto. qui ſentit, quòd nō ibi, per ſeipſum. & de Doct. bonā deciſ. ponit ibi Bal. per illū tex. Fel. in c. fi. col. 2. in prin. ver. vltra ipſos. de offi. deleg & bonas notas ponit Fel. in c. 1. col. 2. in fi. de ſutri. ver. vtrum doctor. & Roma. in ſing. 64. inci. an exercens artē p ſubſtitutum. & ibi bona apoſtilla, in quibus locis videtur concludi, quod limita tamen, non habere locum in terminis conſt. hoſtici excep. nolentes, exiſtentes in bello in ſeruitio Regio non poſſe cōueniri per 15. dies, antequam iter incipiāt, & alios quindecim, dum ſunt reuerſi. Nam priuilegiū illius conſt. procedit nō ſolùm in illo, qui ſeruit per ſeipſum, ſed ēt in illo, qui ſtat in ciuitate, & ſeruit p ſubſtitutum. ita firmat And. de Iſer. in d. conſt. quē ſequūtur Mod. quos ibi refert Afflict. col. 3. verb. ſexto quæro. & reſpondet ad tex. in l. fi. ff. de excuſa. tuto. quòd ibi non ſumus in caſu fauorabili, ut eſt exercit. ſed hęc reſponſio redditur dubitabilis, q2 exercitiū pupillorū reſpicit alimēta, quę ſūt valde fauorabilia. iō ſequendo And. & Afflic. ubi ſupra, ad tex. in l. fi. reſponde, ut bene per Dec. in l. ſcrinarios. in fi. nu. 17. C. de teſta. milit.

SVMMARIVM.

1 *Magiſtratu maiore adueniente ceſſat minor.*
2 *Iuriſdictio minor ſilet ob præſentiam iudicis maioris vniuerſalem iuriſdictionem habentis.*
Sacerdos in præſentia epiſcopi benedicere non debet.
3 *Iuriſdictio epiſcopi non ceſſat in præſentia legati.*
4 *Lumen maius naturaliter occupat minus.*
5 *Præſcriptio qualiter dormire dicatur pupillari ætate durante.*
6 *Cauſa maior minorem ad ſe trahit.*

HONOREM. Supra in conſt. præcedenti dictum fuit de tribus præeminētijs magnæ Curię Vica. hic additur quarta
1 præeminētia, videlicet: †quòd ſi magna Curia Vicar. reperitur in aliqua ciuitate regni, quouſque magna Curia Vic. ibi reſideat: iuſtitiarius regionis, qui illic inuentus fuerit, ſilet, & dormit, quia luminare maius occupat luminare minus. h. d. Et pōdera iſtum tex. quia dicit, q per præſentiā magnæ Curiæ ſilet officiū iuſtitiarij illius prouinciæ, vbi tūc temporis reſidet magiſter iuſtitiarius, cum iudicibus magnæ Curiæ in illo loco, & ſic nō in tota prouincia ſilet officiū iuſtitiarij, ſed in illo loco tantùm, vbi eſt magna curia. Itē non ſilet iuriſdictio baiulorum illo loco, vt in conſtitutio. iuſtitiarij de cætero, Item non ſilet iuriſdictio iuſtitiarij, ſi ſolùm magiſter iuſtitiarius ſine iudicibus ſuperuenerit in illo loco, vel iudices magnæ curiæ ſine magiſtro iuſtitiario, uel eius locumtenente. Item ex hoc ſequitur unum, quòd principibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, & Baronibus regni uideretur ſatis moleſtum, & tamē eſt uerum, quòd ex quo dicti domini habent iuriſdictionem, merum & miſtum imperium in terris eorum, & etiam primas cauſas, & aliqui ſecundas, & ſic uidentur eſſe iuſtitiarij in terris eorum, quòd ſi magiſter iuſtitiarius unà cum iudicibus magnæ curiæ uadit in terras Baronum, poteſt ibidem exercere iuriſdictionem ciuilem & criminalem, & interim ſilet iuriſdictio dictorum dominorum, & per hoc non fit p̄iudicium eorum priuilegijs, in quibus non eſt derogatum huic præeminētiæ magnæ curiæ, niſi in eorum priuilegijs expreſsè fuiſſet derogatum præeminentijs magnæ Curiæ Vica. prout ego uidi derogatum in priuilegijs principis Sa-
2 lerni, & iſtud eſt menti tenendum. † No. primò ex tex. q minor iuriſdictio ſilet, uel dormit propter præſentiam maioris iudicis habentis iuriſdictionem vniuerſalem. pro hoc facit lex fin. ff. de offic. procon. vbi procon. ingrediens portam Romæ deponit Imperium. ad idem in c. uolentes. de offi. legati. ubi propter præſentiam legati de latere ſilet executio minoris officij, ſcilicet legati miſſi, & eo recedente illam aſſumit, ut dicit ibi gloſ. item ſacerdos in præſentia epiſcopi non debet benedicere, niſi ipſe cōcordat, ut in c. denique. 21. diſtinct. Item patriarcha in præſentia Papæ non debet portare ante ſe crucem. c. antiqua. de priuileg. ſed oppono, & imo uidetur, quòd per præſentiam maioris iudicis non ſilet iuriſdictio minoris, ut eſt tex. in Authen. de defenſo. ciui. §. nulla. bonus eſt tex. in l. in hac. & ibi gl. & Bald. & Alber. de Ro. C. de dona. quam allegat hic gloſ. facit capit. ut apoſtolicæ. de priuil. lib. 6. ubi abbates qui poſſunt uti mitra ex priuilegio, uel conſuetudine, certè poterunt ea uti in præſentia epiſcopi, ſed non pompoſa. Solutio. dicit, quòd regula eſt, quòd non ſilet officium iudicis inferioris per præſentiam maioris iudicis, ut in dictis iuribus, & alijs allegatis per Bartolum in l. quarta. §. ſi tam ui-
3 cinum. ff. de damno infecto. †Et ideo propter præſentiam legati de latere non ceſſat iuriſdictio epiſcopi, ſecundùm Doctor. in dicto capitulo, uolentes. per tex. in l. cunctos, C. de metatis, libro duodecimo, & glo. in l. nihil. C. de pala. ſac. largi. eodem libro, & l. iubemus. C. de proxi. ſa. ſcrinio. eodem lib. niſi quoad inſignia, ut in dicto capitulo, antiqua. bene ad hanc regulam facit capit. peruenit, undecima quæſtione prima, & uigeſimaſeptima diſtinctione, capitulo, denique. quia aliàs confunderetur eccleſiaſticus ordo, ut dicit Archid. decimanona quæſtione prima, capitulo, de perſona. Et quia non debet unus officialis impedire ſe de officio alterius, quantumcunque minoris, ut in d. l. nihil. & in lege conſulta diualia. C. de teſtamen. Fallit, quādo magiſter iuſtitiarius cum iudicibus eſt in aliquo loco prouinciæ iuſtitiarij, ut hic. Secundò fallit, niſi eſſet præſens ille, qui conceſſit iuriſdictionem inferiori, tunc ſilet eius iuriſdictio, ut in capitulo, antiqua. & in d. l. fin. Tertiò fallit, niſi aliud in iure reperiatur expreſſum, ſecundùm dominum Abb. in dicto capitulo, uolentes. & ad ſaturitatem uide de iſta materia dominum Andr. Barba. Siculum ibi.
4 †Secundò no. ex tex. ibi, minori lumine. quòd maius lumen naturaliter occupat minus. ſed quidam gentilis interrogauit quēdam doctorem, quare ſole exiſtente in funere Chriſtiani portant cereos ardentes? Et ille doctor tacuit. tu dic, quòd cerei incenſi in funere ſignificant tria, uidelicet, lichnus ſignificat animam, cera corpus, lumen diuinitatē, & ideo propter iſtas ſignificationes portantur cerei in funere, quia diuinitas Chriſti, & ſic lumen Chriſti occupat ſolē, quia maior eſt ſole, ut colligitur ex rationibus Gulielmi Durantis in rationali diuinorum, ſub rubr. de benedictione. Iuxta hoc quæro, quid ſi magiſter iuſtitiarius concedit iuſtitiario, ut ſuum exequatur officium, eo pręſente in eadem ciuitate, an poſſit? Dic quòd non, ut no. in ſim. in Spec. in tit. de legato. §. ſupereſt. uerſ. quid ſi iſte. item

quia

quia inferior non poteſt derogare legi ſuperioris, virtute
5 huius conſtit. † In gloſ. 2. dicit gloſ. quòd interdum ſicut
dormit iuriſdictio iuſtitiarij propter aduentum magiſtri
iuſtitiarii cum iudicibus, ſic & durante pupillari ætate,
dormit præſcriptio, alleg. l. ſicut. C. de præſcrip. 30. vel 40.
annorum, & glo. ponit alios caſus, in quibus dormit præ-
ſcriptio. Item dormit tempore hoſtilitatis, ſiue guerræ, vt
dicit tex. in capit. ex tranſmiſſa, de præſcrip. & dicunt ibi
Inno. & Doct. quòd idem eſt in hoſtilitate inter Deum &
hominem, ſcilicet quando eſt peſtis generalis in loco. vide
ad hoc Bar. in lege, naturaliter. ff. de viuca. Alios caſus, in
quibus dormit præſcrip. vide per Abb. in d. capit. ex tranſ-
miſſa, & per gloſ. in cap. cum non liceat. eodem tit. An au-
tem dormiat præſcrip. ſtante ignorantia eius, contra quem
allegatur præſcrip. Vide Ang. in d. l. ſicut. in fi. & Doctor.
ſcribentes in l. cum filius. §. in hac. ff. de verb. obl. & Abba.
Sicu. & Felynum copioſiſſimè in cap. vigilãti, de præſcr. &
Alexan. de Imo. in 2. volum. conſi. 39. & in meis deciſioni-
bus, deci. 37. & deci. 329. In gloſ. 2. dic, vt dixi in 1. no. &
6 idem tangit gloſ. 3. † In gloſ. 4. no. ex tex. quòd maior cau-
ſa trahit ad ſe minorem, allegat. C. de ord. iu. l. quoniam,
& l. 1. C. de accuſat. hoc non percipitur ex iſta conſtitutio-
ne, ſed bene in legibus allegatis per eam. ſed in regno iſta
præiudicialia ſunt ſublata, vt dicit idem gloſſator, infrà in
conſtitu. ſi ciuiliter agens. vbi dicit, quòd per dictam con-
ſtitu. derogatum eſt dictis legibus. In glo. fin. aduerte, quia
glo. allegat nouas conſtitutiones loquentes de officio ma-
giſtri iuſtitiarii, & vbi ſunt iſtæ nouæ conſtitutiones Impe-
ratoris Federici? Dic, quòd eſt conſtitutio, quæ incipit ſu-
prà, ſtatuimus, & cõſtitutio, magiſter iuſtitiarius, & conſt.
capitaneorum, quæ non habentur communiter, nec in li-
bris impreſſis, nec in multis conſtitutionibus non impreſ-
ſis, ſed bene Andr. de Iſer. habebat ipſam, quia ipſam legit,
quam non gloſſat iſta gloſſa. & ipſam conſtitutio. ego ha-
beo in libro meo.

Vt magiſter iuſtitiarius poſsit euadere oppreſsiones officialium, & reuocare. Rub. X L.

DICTVM fuit ſuprà de multis, quæ cõ-
cernunt officium magiſtri iuſtitiarii, &
iudicũ magnę curię: verùm quia ſunt
multa alia, quæ ſpectant ad iuriſdictio-
nem magnæ Curię, de quibus non erat
dictum, ideo continuando ea, quæ ſpe-
ctant ad magnam Curiam Vic. ponitur
hic hæc Rubrica, per quam deciditur, quis eſt iudex com-
petens in cauſa inter fiſcum & priuatum, & an ſit fiſcus
priuilegiatus circa inſtrumenta cõtinentia confeſſionem,
vbi non probatur vera numeratio. Sequitur nigrum.

S V M M A R I V M.

1 *Magiſter iuſtitiarius de iniurijs & concuſſionibus in regno fa-*
ctis per officiales regni cognoſcere poteſt.
2 *Iniuria dicitur omne id, quod non iure fit.*
Opprimere quid ſit, & quid concutere.
3 *Pœna concuſsionis, eſt pœna quadrupli.*
Iudex, qui doloſè malè iudicauit, omnium bonorum publicatio-
ne punitur.
4 *Rege mandante aliquem deſtituendum ſua poſſeſsione, an poſ-*
ſit magna curia, rege inconſulto, mandare reſtitutionem
fiendam.
Princeps non præſumitur velle vti plenitudine poteſtatis; niſi
hoc expreſſerit.
5 *Princeps ex certa ſcientia poteſt omnia.*
Rex iuſtitiam non faciens, non eſt rex dicendus.
6 *Carceratus de facto, de facto liberari poteſt, nemine citato.*

MAGISTER iuſtitiarius. Hic additur
quinta præeminentia magiſtri iuſtitia-
rii, videlicet, quia cognoſcit de iniuriis,
oppreſſionibus, & concuſſionibus factis
per inferiores officiales, & iudices du-
rante eorum officio. Deinde, & ſecun-
dò ſubditur, quòd ſi per officiales cu-
riæ regis factum ſit ſpolium, iuris ordine non ſeruato,
ad vtilitatem regiæ curiæ, Magiſter iuſtitiarius cogno-
ſcit de hoc ſpolio, etiam ſine ſpeciali mandato regis, &
facit poſſeſſionem reſtitui ſpoliato, & facit à regia curia
emendare damna. Tertiò & vltimò ſubditur, quòd idem
magiſter iuſtitiarius carceratos per iuſtitiarios prouinciæ
abſque ordinatione, vel mandato regio poteſt, ſi ſibi vi-
detur, etiam abſque ſpeciali conſultatione regiæ maieſta-
tis, liberare. & idem poteſt facere, ſi per alios officiales ca-
ptura liberi hominis facta fuerit iuſtè, ſed poſtea iniuſtè
ſit detentus, vel iniuſtè fuit captus & detentus, dummo-
do captura, & detentio non ſit facta de mãdato regio, ſi. d.
1 † No. primò ex tex. ibi, inferiorum omnium iudicum, [a]
a quòd magiſter iuſtitiarius, ſubaudi, unà cum iudicibus ma-
gnæ curiæ poteſt cognoſcere de iniuriis, & oppreſſioni-
bus, & concuſſionibus factis hominibus in regno per offi-
ciales regis, ſiue ſint iuſtitiarii, ſiue capitanei, ſiue baiuli,
ſiue tales inferiores Iudices ſint in officio, ſiue fuerunt in
officio, & tunc non ſunt & hoc propter generalitatem li-
teræ huius conſt. Et ideo uidetur mihi, quòd fruſtrà And.
hic diſputat, utrum intelligatur hæc conſtitutio de offi-
cialibus inferioribus præſentibus, uel etiam de præteritis,
cum debeat intelligi & de præſentibus & præteritis, &
pro hoc bene facit tex. in l. 1. C. ut omnes tam ciui. quàm
crimi. & l. 1. C. ad l. Iuliam repe. & l. 1. C. ubi de rat. agi
oportet, & l. fin. C. ubi decuri. uel coarta. Et iura, quæ alle-
gantur per Andr. hic in arg. in contrarium ſunt ſpecialia,
& loquuntur in caſu ſuo, & non in iſto. Sed aduerte, quia
hæc præeminentia hodie eſt correcta per capitulum regis
Caroli ſecundi, quod incipit, Nicolao de Tamuilla. char.
32. vbi dicitur, quòd magna Curia, officio durante officia-
lium habentium merum imperium, nullo modo proce-
dat contra eos pro delictis factis per eos contra ſubiectos,
& miror, quòd And. hic non facit mentionem de hoc c. be-
ne dicit, ꝙ cùm fuiſſet de facto, utrum hæc conſtitutio ex-
tendatur ad iudices præteritos, depoſito officio, iudicatum
fuit tanquam uerius, ꝙ habet locum in iudice poſt depoſi-
tum officium. Et ſic non habentes merum imperium poſ-
ſunt conueniri durante officio. Sed an pro omni iniuria,
etiam uerbali dicta per officialem, durante officio, poſſit
procedi contra dictum officialem per ipſam magnam Cu-
riam ad inſtantiam querelantis? Tex. iſte generaliter dicit
2 iniurias. † & ſic intelligitur de omni eo, quod non iure fit,
ut in l. 1. in princ. ff. de iniuriis. & hoc eſt ex præeminentia
magnę Curię Vic. & contra l. pars literarum. ff. de iudiciis,
ſed hæc præeminentia fallit in caſu 6. partis in conſt. quæ
incipit, ſtatuimus. ubi durante officio, non conuenitur pro
iniuria facta, quia tardauit, uel denegauit iuſtitiam, & ibi
uide, quæ ibi ſcripſi. Secundò quæro, quid ſit opprimere,
& quid concutere? Dicit, ꝙ opprimere, eſt quicquid fit in
pauperem contra iuſtitiam, & ueritatem, ut 11. q. 3. c. pau-
per, & generaliter capitur pro omni grauamine iniuſtè il-
latu, ut in Auth. ut iudices ſine quoquo ſuffra. §. e diuerſo,
uerſic. non ſi minus, & C. de prędiis curia. l. 1. lib. 10. & re-
ſpicit grauamen in perſonam, ut C. de priua. car. inhiben-
dis. l. 1. ſecundùm Arch. 23. q. 5. de Liguribus. & 90. diſt.
oblationes. Concutere autem eſt, aliquid petere ultra debi-
tum ratione alicuius officii, & pecuniam minis, uel per
uim extorquere, ut dicit glo. fin. in c. paratus. 23. q. 1. & pro
hoc tex. in l. 1. ff. de concuſſionibus, & no. Bar. in l. Iulia. §.
ea lege. ff. ad l. Iuliam de vi pub. & Bar. in l. 2. de naui. lib.
11. &

11.& tex.& gl. in l. ſi quis concuſſerit, & in l.inbemus.C.
ad leg.Iuliam de vi.& in lege,illicitas.§.ne tenues.ff.de oſ-
3 fi.præ.† Quæ autem ſit pœna concuſſionis? Dic,ꝙ eſt pœ-
na quadrupli,vt in l.3.C.de aſſeſſoribus,no.glo.23.q.1.c.
militare.concordat conſt.ibi,quæ incipit, eos tantùm offi-
ciales.vbi officiales, qui per iniuriam aliquid abſtulerit fi-
delibus regis, condemnantur ad reſtitutionem eius, quod
accepit,& in quadruplum: ſi verò aliter iniurijs propulſa-
uerit,punitur publicatione tertiæ partis omnium bonorũ,
& cum infamia repellitur ab officio, & efficitur in futurũ
inhabilis ad officia, & vide infrà,in conſt.quæ incipit, cor-
ruptelæ. Et ſi doloſè malè iudicauit punitur publicatione
omnium bonorum ſuorum cum infamia, vt in conſt.ſi iu
dex, & in ſequenti conſt. & ſi per pecuniam condemnauit
criminis reum ad mortem,punitur pęna capitis. Secundò
no.ex tex.ibi,deſtitutiones, ꝙ ſi procurator fiſci, vel alius
pro regia curia deſtituit, uel ſpoliauit aliquem ſua poſſeſ-
ſione de facto, nullo iuris ordine ſeruato, ꝙ ſpoliatus po-
teſt habere recurſum ad magnam curiam vicariæ, & con-
ſtito ſibi de poſſeſſione,& ſpolio,ſine ſpeciali mandato re-
gis poteſt ſententiare poſſeſſionem eſſe reſtituendam ipſi
deſtituto, & faciat ipſam exequi vnà cum emendatione
damni,quia hoc etiam eſt de iure communi,vt in cap. gra
uis.de reſt.ſpo. & ſic patet, ꝙ magna curia vica.eſt iudex
competens,vbi agitur cauſa ſpolij inter fiſcũ conuentum,
4 & priuatum agentem,per iſtum tex.& firmat hic gl.† Sed
iuxta hoc quæritur in gloſ.1. quid ſi rex præcepiſſet,ut ali
quis deſtituatur ſua poſſeſſione rei ſtabilis,nulla data ei de
fenſione,& ſecutum eſt ſpolium mandato regis, vtrũ ma-
gna curia inconſulto rege mandabit,ꝙ deſtituto fiat reſti-
tutio?Gl.videtur tenere,ꝙ non, quia præſumitur pro man-
dato regis,quia rex non poteſt delinquere, nec dolus præ-
ſumitur in rege, vt in legibus hic in glo. alleg. & vide ad
hoc Fel.in c.quę in eccleſiarum,de conſt.Et pro hoc facit,
quia non præſumitur, ꝙ princeps vtatur plenitudine pote
ſtatis,niſi id exprimat,ſecundùm Inn.in c.innotuit.ante fi.
de elect.& Bal.in l.ſi teſtamentum.C. de teſta. & in proœ.
vſuum feudorum,in 1 a.col.& Ang.in l.bene à Zenone.C.
de quadri.præſcr.& Bal.in l.2.C.de com.rerum alie.Abb.
in c.ad hoc.de reſcr.probat tex.in c.propoſuit.de conce.p̄-
ben.Item ſubditi ſemper debẽt æſtimare, ꝙ id,quod facit
princeps,ſit iuſtum,ſecundùm Bald.in l.j.per illum tex.ff.
de off.præfec. præto.& vbi de eius intentione apparet, illa
eſt ſequenda, ſecũdùm Arch.25.q.j. quia ſeueris,vt refert
5 Bal.in prælu.feud.† Et ſubdit, ꝙ princeps ex certa ſcientia
omnia pōt,nec poteſt in dubiũ reuocari,ſecundùm Bar. in
l.conficiuntur.ff.de iu.cod. & Alex. in 2.volu.conſil. 515.
& pro hoc bene facit id, quod dicit Cy. in l.meminerint.
C.vnde vi.ꝙ illa lex non habet locum,ſi ſpolium factũ eſt
ex ordinatione principis,& idem dixit Bal.in 3. vol.conſi.
295.prædicta ſunt vera,quando conſtaret, ꝙ ex iuſta cau-
ſa hoc feciſſet princeps vel eſſet dubium,an iuſtè,uel iniu-
ſtè illud mandaſſet, quia tunc pręſumitur pro ipſo princi-
pe,vt in l.j. C.de ſen. pręfec.pręto. ſed vbi certum eſſet, ꝙ
iniuſtum fuit dictum pręceptum, ꝙ in caſu certo ceſſant
coniecturę,& pręſumptiones,vt in l.fi.in prin.ff.quod me.
cau. & per conſequens tale præceptum non poteſt dici de
iure pręceptum,quia rex poſitus eſt ad iuſtitiam faciendã,
& ſi illam non facit, non eſt rex, ſecundùm And.hic, & in
c.j.§.fi.de cap.qui cur.vend.& ſuprà in conſt.nō ſine,& ibi
dixi in 1.no. Et tunc iniuſtitia principis vacillare facit cor-
da vaſallorum,vt dixit idem And.in c.j §.fi. de prohi. feu.
alie. per Lotharium. & ſucceſſor de facili reuocabit factũ
prędeceſſoris iniuſtè factum,ſi ipſe,qui iniuſtè fecit,non re
uocat,ut no.in c.ex literis,de reſt.in integ.& c.ſententiam.
35.q.9.& no. Bal.in c.j.qui ſucce.teneantur. Nam rex,qui
facit iniuſtum,quia contrariatur charitati, peccat mortali-
ter,ſecundùm Tho.2.2.q.69. art.4. Et ideo debet ſemper
pœnitere,qñ facit iniuſtum. Tertiò & vltimo no.ex tex.ibi
captiuos, ꝙ de carceratis de ordinatione regia magnę cu-
rię uicarię non debet per iuſtitiarios, vel capitaneos,ſed ſi
ſibi videbitur ex cauſa iuſta ſine conſultatione, pōt proui-
dere ꝙ liberentur. Et quæ poteſt eſſe iuſta cauſa liberatio-
nis? Dic, ſi de facto fuit carceratus, ꝙ tunc de facto poteſt
ipſum liberare,per id quod dixit Bal.in l. ſi pacto quo pœ
6 nam.C.de pactis,† ꝙ carceratus de facto,poteſt de facto li
berari,nemine citato.facit ad hoc bonus tex.in l. fin.§.nul-
lo.ff.de liberis exhibendis. Item poteſt eſſe cauſa iuſta li-
berandi ſi illum capi fecit extra territorium, vbi nullam
habebat iuriſdictionem, quia non fuit legitimè captus, vt
in l. fi.ff.de iuriſd.om.iud.cum concor.ſuis, & vide ad hoc
Paridem noſtrum in tractatu,de ſyndicatu,in verbo,captu
ra. Item ſi ad inſtantiam creditoris fuit captus, & poſtea
de debito non appareat, debet relaxari.l.j.§. hæc verba.ff.
ne uis fiat ei.idem ſi aliter appareat,ꝙ iniuſtè fuit carcera-
tus,vel fuit iuſtè carceratus, ſed debet liberari fideiuſſori-
bus datis prout dicitur infrà in conſt. humanitatem.In gl.
vnica,dic vt ſuprà dixi in ſecundo notab.

ANNOTATIO.

a Iudicum.] Vide ritum magnæ curiæ.Item curia ipſa conceſſit de exceſſibus officialium, ſi delinquant in officijs ea exercendo & non aliter, & capit.regni quod incipit, de ſtatu noſtrorum fidelium,& tex.in l.pars literarum.ff. de iudicijs, Parid.de Puteo in tractatu ſyndicatus, in uerbo, delinquens in officio.& in verbo, durante officio,& in verbo,officialis durante. Batius.

SVMMARIVM.

1 *Iudex competens quis ſit inter fiſcum & priuatum.*
2 *Fiſcus proprios habet iudices.*
3 *Cauſa de re modica quæ dicatur.*
Cauſa ſuper mero poſſeſſorio ſemper dicitur modica.
4 *Magiſter cameræ de magna cauſa volens contra fiſcum agere, debet regem conſulere.*
5 *Confeſſio mariti in inſtrumento non probat dotem contra fiſcum.*
6 *Exceptio non numeratæ pecuniæ quanto duret tempore.*
7 *Exceptio non numeratæ dotis & quando & quandiu opponi poſſit.*
8 *Iura noua per antiqua interpretationem recipiunt.*
9 *Fiſcus, vel alius volens contra inſtrumentum confeſſionatum probare pecuniam non fuiſſe numeratam, audiri debet.*
10 *Litera cambij,an & quando executionem paratam habeant.*
11 *Numerationis verus actus quando per confeſſionem probetur.*
12 *Veritas in facto, & non in ficto conſiſtit.*
Inſtrumentum inualidum non eſt inſtrumentum.
13 *Statutum excludens exceptiones, non cenſetur legitimas excludere.*
Exceptio non numeratæ pecuniæ locum habet contra inſtrumentum confeſſionatum.
14 *Exceptio non numeratæ pecuniæ non poteſt opponi contra inſtrumentum factum apud acta.*
15 *Cognitio ſummaria non eſt veritatis derogatoria.*

CAVSA à per. Diuiditur in duas partes.
In prima ordinantur hic magiſtri came-
1 rarij, in regno & imperio † capitanei ter-
rarum ſunt iudices competentes inter fi-
ſcum & priuatum ſuper debitis & rebus
mobilibus, & de modicis rebus ſtabili-
bus ſicut de vna domo, vel vinea. ſi autem ſit q. inter fi-
ſcum & priuatum de magnis bonis ſtabilibus burgenſati-
cis, tunc non poteſt determinari per magiſtros cameræ
deputatos, ſed de cauſa ipſa conſultanda eſt, quam citius
poterit regia maieſtas, & durat vſque ibi, hoc ſpeciali-
ter. Hic eſt ſecunda pars, in qua determinatur vna quæ-
ſtio, quid ſi fiſcus ſuccedit in bonis alicuius ſui fidelis, &
veniunt creditores illius,cui fiſcus ſuccedit cum inſtrumẽ
tis,in quibus dictus defunctus, quando erat viuus confeſ-
ſus

ſus fuit, ſe debitorem illius creditoris in certa ſumma pe-
cuniarum, verum illud inſtrumentum confeſſatum præiu
dicet fiſco, ita φ teneatur illud debitum ſoluere creditori,
vel de neceſſitate creditor habet probare veram numera-
tionem? & per iſtam conſtitu. determinatur, φ niſi probe-
tur de vera numeratione per teſtes, illa confeſſio debito-
ris non præiudicat fiſco, & durat vſque in fi. quod intelli-
ge, vt infra dicam. Et breuiter hoc dicit. Iuriſdictio magi-
ſtri camerarij in regno inter fiſcum & priuatum eſt limi-
tata reſpectu bonorum, & fiſco non nocent inſtrumenta
confeſſionata, ſubaudi in tempore opponendi exceptioně
2 non nume. pecu. vt infra dicam. † N. pri mò ex tex. ibi, p
magiſtros camerarios, φ fiſcus habet proprios iudices vi-
delicet magiſtrum camerarium, ſub quo debet conueni-
ri: exceptis magnis rebus, in quibus ſine ſpeciali conſulta
tione regis, & eius licentia procedi non poteſt, vt hic, & la
tius hoc ſtatutum eſt infra in conſti. incipiěte, quæſtiones
inter fiſcum. & ibi dicit, φ ſi eſt quæſtio inter fiſcū & pri-
uatū de feudis, & de bonis feudalibus, non cognoſcit ma-
giſter camerarius ſine ſpeciali conſultatione, & licentia re
giæ maieſtatis. ſunt. n. illæ cauſæ arduæ. priuilegia fiſci po
ſuit Fely. in c. qm̄. §. is autem. de offi. deleg. in 3. col. hodie
regia camera ſummariæ ſuccedit in locum magiſtri came
rarij. Secundò no. ex tex. ibi, debitis, & rebus mobilibus,
quòd tex per iſtam conſtitutionem, & præallegatam con-
ſtitu. quæſtiones, permittit ſuis fidelibus, φ ſine obſtaculo
poſsint coram magiſtro cameræ conuenire fiſcum actio-
ne perſonali, vel reali pro debitis vniuerſalibus mobilib.
& magnis, vel modicis, ſtabilibus, ſiue immobilibus, &
ſine regia conſultatione. Et dicti iudices debent cauſas ip-
3 ſas per iuſtitiam determinare. † Tertiò no. ex tex. ibi, idem
a de modicis, φ cauſa de vna domo,[a] vel vna vinea, quæ nō
eſt magni pretij, dicitur cauſa de modica re. tex. eſt hic,
quem neſcio alibi, & ſcias, φ Alber. de Roſ. in l. in bonæfi-
dei, in vlt. col. C. de rebus credi. dicit, quòd ſi eſſet quæſtio
inter duos reges de ducentis florenis, cauſa dicitur modi-
ca, & parua: ſecus ſi eſſet inter duos ciues, quia tunc dice-
retur magna, & ideo dicebat Bar. in l. admonendi. in a 1.
col. ff. de iureiuran. quòd arbitrio iudicis, ſecundùm qua-
litatem perſonarum dicetur cauſa magna, vel modica. fa-
cit ad hoc. cap. & ſi quęſtiones. de ſimo. & gl. in l. illicitas,
ff. de offi. præſi. & glo. in l. ſed ſi ſuſceperit. de iudicijs. glo.
in c. fi. de re iud. lib. 6. de hoc tamen me remitto ad copio-
sè ſcripta per Iaſo. in repe. d. l. admonendi. col. 98. & ſeq.
& dicit Bar. ibi vnum dictum, quod ſemper ego allegaui
pro vero, & nihil fuit in contrarium allegatum, quòd cau
ſa ſuper mero poſſeſſorio dicitur cauſa modica, & nō ma-
gna, per l. 1. C. ſi de momen. poſ. fuerit appel. & l. momen-
taneæ. C. qui legi. perſonam, & allegat etiam nouellā Ioā.
And. in c. ex inſinuatione. de procura. quibus adde glo. in
Authen. de man. principum. §. ſi tibi quoque. in verbo, bre
uiores. quæ dicit, quòd verius eſt, quòd cauſa centum du-
catorum dr̄ modica. & vide glo. in c. de appellationibus.
de app. ubi dicit, quòd illa dr̄ minima cauſa, quæ ad ſum-
ptus iudiciales non ſufficit, pro qua facit l. mediterraneæ.
4 C. de anno. & trib. lib. 10. † Quartò no. ex tex. ibi, conſciē
tiam noſtram. caſum, in quo de neceſsitate magiſter came
ræ ubi aliquis vult agere contra fiſcū de magna cauſa con
cernente bona ſtabilia burgenſatica, vel feudalia, vt in cō-
ſti. quæſtiones. ſtatim cùm primum poteſt, debet conſulta
re regem, & interim donec rex non reſponderit, non pōt
ad vlteriora procedere, per l. 1. C. de relationibus. & dictū
fuit ſupra in conſt. quæ incipit, hac lege. in 4. no. Et ſic in-
fertur, quòd non poteſt quis de magna re agere contra fi-
ſcum, niſi prius impetrauerit à rege iuſsionem, quòd poſ-
ſit agere. hic eſt tex. in l. bene à Zenone. ibi, vt ex noſtra
iuſsione cauſa moueatur, & iſtū tex. ad hoc allegat And.
in c. 1. in princ. de le. Corradi. fallit in caſu capituli regni,
quod incipit, ex præſumptuosè. Quintò no. ex tex. ibi, non
tm̄ per inſtrumenta confeſsionum, quòd ſi uolumus in-
telligere tex. prout iacet, & eſt ſimilis tex. in allegata con-
ſtitutione. quæſtiones. eſſet dare hic unum priuilegium fi-
ſci, ſ. quòd inſtrumenta debiti, quæ continent ſolam con-
feſsioně, non numerationem, niſi verè per teſtes probetur
de numeratione pecuniæ, tale inſtrumentum confeſsio-
nis non nocet fiſco, & pro hoc vr̄ tex. ad literam, ſi ſimpli-
citer legatur, prout iacet, in le. ſi quis poſthac. C. de bo-
5 nis proſcriptorum. vbi dicitur † quod confeſsio mariti in
inſtrumento contra fiſcum non probat dotem, ſed nume-
ratio facit eſſe dotem, & iſte vr̄ intellectus gl. hic. Idem te
net Odoſ. in d. l. ſi quis poſt hac. & Tancre. in ſua margari
ta, quæſt. 13. in tit. de quæſtionibus circa ſententiam. char.
25. vbi dicit iſta verba formalia. in executione delicti cō-
tra maritū debent ſeruari dotes mulieri. l. ſi quis poſt hac.
Tamen attendas, quòd non ſufficit ſola dotis cautio in ca
ſu executionis criminum, ſed oportet cōſtare, quòd vxor
realiter dotem tradidit, ut in d. l. ſi quis poſt hac. quia non
cautio, ſed numeratio facit dotě, ut in l. 1. C. de dote cau-
ta. & in Auth. de æqua. do. §. illud quoque. hanc opin. fir-
mat ēt glo. in l. aſsiduis. C. qui potio. in pign. habe. & idē
tenuit conſulendo Ludo. Roma. in conſil. 455. incipiente
conſultatio præſens. in fi. Intellige prædicta eſſe vera, quā
do ſumus intra tempora opponendi exceptionem non nu
meratæ pecuniæ, quæ tēpora diuerſimodè ſunt à iure ſta-
tuta. nam hodie in cōtractu mutui, in quo quis in ſcriptis
confitetur ſe mutuum habuiſſe, tempus opponendi exce-
ptionem non numeratæ pecuniæ eſt annorum duorū à tē
pore, quo confitetur ſe mutuum habuiſſe, tūc debitor op-
ponens dictam exceptionem intra dictum tempus nihil
habet probare, ſed creditor habet probare numerationě,
& ſi non probat numerationem, confeſsio illa debitoris,
ſtante dicta exceptione oppoſita intra bienium, nihil ope-
ratur. tex. eſt Inſti. de literarum obliga. §. 1. & in l. in cōtra-
6 ctibus. C. de non nume. pecu. † Itē in alijs contractibus,
de quibus apparet ſcriptura mutui, tempus opponēdi ex-
ceptionem non numeratæ pecuniæ, ut onus probandi nu-
merationem transferatur creditori, eſt 30. dierum, vt d. l.
in contractibus. §. ſuper cæteris. præterquam in contractu
emptionis & uenditionis, in quo non poteſt opponi exce
ptio pretij non ſoluti, ut in l. generaliter. C. de non nume-
rata pecunia, niſi uellet in ſe aſſumere onus probandi, ſe-
cundùm Bal. in l. peremptorias. C. ſen. reſcin non poſ. cū
concord. ſuis. Item præterquam in contractu tranſactio-
nis, ut in l. ſi tranſactionis. C. de non nume. pecu. Itē in ſcri
ptura contiuente, quòd maritus confeſſus eſt dotě recepiſ
ſe, ſi quidě p̄ceſſerunt capitula matrimonialia, p̄miſsionis
dotis, & poſtea maritus confitetur illam dotem promiſ-
ſam recepiſſe, tunc non pōt vllo tpe opponi exceptio non
numeratæ dotis. & hoc per tex. in d. l. in contractibus. §. il-
lis ſecuritatibus. & idem firmant Cy. ibi, & Fely. in cap. ſi
cautio. vlt. char. verſi. fallit quintò. de fide inſtru. Si verò
non pręceſſerunt capitula matrimonij, & maritus confeſ-
7 ſus eſt dotem recepiſſe, & tūc diſtinguitur. † Aut poſt con
feſsionem dotis matrimonium nō durauit ultra bienniū,
& debet opponi exceptio non numeratæ dotis poſt mor-
tem mariti intra annum à die mortis mariti, ut dicit tex.
in l. fi. & in auth. quod locum. C. de dote cau. non nume.
Si verò matrimonium à tempore factæ confeſsionis dura
uit vltra duos annus debet opponi exceptio non numera-
tæ dotis intra tres menſes à die ſoluti matrimonij. Si verò
matrimonium à die confeſsionis prædictæ durauit ultra
decem annos, ceſſat exceptio nō numeratæ dotis, ut in di-
cta authen. quod locum. tunc fiſcus intra ipſa tempora p̄-
dicta poterit opponere contra inſtrumentum confeſsiona
tum, quòd ſi non probetur per teſtes de numeratione, tale
inſtrumentum non nocet fiſco, & iſta conſtitutio, nec con
ſtitut. quæſtiones. nec l. ſi quis poſt hac, corrigit ius cōmu-
ne, qd̄ vult, quòd poſt dicta tempora nō poſsit opponi ex
ceptio non numeratæ pecuniæ, ut in d. l. in contractibus.
cū ſim. quia oīa intelliguntur remanere, quæ ſpecialiter
non ſunt correcta. dixit gl. no. q̄ allegat multa iura in au-
then. neq; virum ex dote. in fi. in verbo, enim. Alex. in l. fi.
in fi.

In fi ff.quod quiſque iur. & in §.tribus, quibus modis na-
8 tura.effi.ſui. † Item quia & iura noua recipiunt interpre-
tationem per iura antiqua,ut no.in l. ſciêdum.ff. qui ſatiſ.
cogan.& ibi per Alex.in 2.col.& no.in Auth. offeratur.C.
de litis côteſt.hoc expreſsè firmat hic And. & latius in vſi-
bus feudorum.in tit.de ſtatutis côtra liber. eccle.editis io
§.diffidamus. Idem voluit Cy. in l.aſſeueratio. C. de non
nume.pecu.& Saly.in d.l.ſi quis poſt hac. & Odoſre. in l.
ſi ex cautione.C.de non nume.pecu.Bar.& Ang.in d.l.aſ-
ſiduis.& Bal.in l.2.penult.col.ff.de iureiu.Ang. in conſilio
106.Iaſ.in l.qui pecuniam.ff.ſi certum peta. Docto. mod.
communiter in l.1.ff.ſol.matr.& Bal.nouellus in tractatu
dotium.in 10.parte.& Alex.in 2.vol.conſi.25.in 2.col. &
dicit hic And.quòd qui aliter diceret, eſſet imperitus, dû
dicit,quòd imperiti imperitè loquuntur. Nec eſt verum ,
quòd d.l.ſi quis poſt hac. inducat priuilegium fiſco, quia
d.l.non dicit, quòd ſit priuilegium fiſci , imò fiſcus vtitur
iure cômuni,niſi vbi eſt priuilegiatus , vt in l.fiſcus, ff. de
iure fiſci,cum ſimi. Et propterea dicebat And.in d.§.diffi-
damus.quòd illi,qui dicunt, quòd d.l.ſi quis poſt hac.po-
9 nit priuilegium fiſci,allegant refugium miſerorum.† Ad-
uerte tamen,quòd ſi fiſcus,vel alius qui prætenderet inte-
reſſe contra inſtrumentum confeſſionatum, poſt lapſa tê-
pora vellet in ſe aſſumere onus probandi, quòd illa pecu-
nia confeſſionata non fuit numerata,nec habita, & indu-
cere teſtes,vel ſcripturam legitimam , certè debet audiri.
hoc expreſsè voluit Sal.in allegata.l.aſſeueratio. in l. ſi in-
tra. in fi. C.de non nume.pecu. & in l.ſi ex cautione. in 3.
char.ver.quæro ſecundò. circa fin.eod.tit.& iſta fuit origi
nalis concluſio gl.inſtit.de literarum oblig.§.1. in verbo,
ſcriptura.& glo.in d.l.contractus.in prin.& Bal. in l.ſi nô
ſinguli.C.ſi certum pet.& in l.pecunia.C.de ſolutio. & in
l.fi.C.de iur.& facti igno.Cy.& Odoffr.& Bal.in d.l. ſi ex
cautione,hoc idem voluit Dyn.in c.locupletari.de re. iur.
lib.6.idem firmât Io.And.poſt Hoſt.in c. fi. de ſolu. & Io.
de Imo.ibi,licèt aliud voluerit Io.Fa.Inſti. de literarum o-
blig.cuius argumentis reſpondet Ioan.And. in nouella,in
10 d.c.fi.idem firmat Felyn.in d.c.ſi cautio. † Et ideo pridie
b dicebam,quòd ſtante ſtatuto,quòd literę cambij[b] habeât
executionem paratam,quòd ſi contra literas câbij, in qui-
bus ſubſcribens ipſas literas confitetur, ſe tantundem ha-
buiſſe à banco mutuo,quòd lapſo biênio poterit ipſe ſub-
ſcribens probare , quòd illa confeſſio fuit ſpe futuræ nu-
merationis,& probabit hoc, ſi adminiſtratores banchi cô
feſſi fuerunt poſt illam literam , q confitens non habuit
illam pecuniam. & ad hoc allegabam in terminis vnû cô-
ſilium Bal.in 1.vol.53.& ex hoc inferebam ad illud,quòd
dicta lex, ſi ex cautione habet locum etiam in literis cam
bij,in quibus confitetur ſe habuiſſe à banco mutuò pecu-
niam certam,vt ſi opponatur intra biennium,quòd pecu-
nia confeſſata non fuit numerata, illa litera câbij non ha-
bet executionem paratam,quia litera cambij tunc vigore
dicti ſtatuti non haberet executionem paratam,ſi opponi
tur exceptio non numeratæ pecuniæ intra biennium. pro
hoc allegabam Bal.in l.ſi ita ſtipulatus.§.Chryſogonus.ff.
11 de verbo.oblig.† vbi dicit,quòd per confeſſionem proba
tur verus actus numerationis, ſi numeratio non negetur:
ſi autem reus negat , per confeſſionem nô probatur verus
actus numerationis. Bene facit ad hoc id, quod dixit Bal.
in c.1.in prin. de his, qui feud. dare poſſunt, quòd verba
ſtatuti intelliguntur inſpecta naturali ſignificatione,nulla
adhibita interpretatione.& idem dicit in c. canonum ſta-
tuta.8.col.de conſtitutionibus. Et dicebat Barto. in l.ſi is
qui pro empto.ver.3.princi.circa fi.ff.de vſucap.quòd ſta-
tutum debet intelligi,ſecundùm veritatem,& non ſecun-
dùm ea,quæ ſunt vera ſecundùm fictionem. Et ideo ſtatu
tum ſuper executione literarum cambij intelligitur,quâ-
do non negatur numeratio,uel negetur, & apparet nume
ratio,& ſic apparet de veritate,quia ciuilis actus,ideſt,cô-
feſſio mutui,qui eſt actus ciuilis, non poteſt abſorbere na
turalem veritatem,ideſt,quando intra tempora allegatur
exceptio non numeratæ pecuniæ, & non probatur veritas
numerationis per creditorem,ſm Bal.in l.in reb.C.de iu.
12 dotium. † quia veritas conſiſtit in facto & non in ficto, ſe
cûdùm Bal.in proœmio decretalium,in 4. col. Et pro hoc
facit bene id,quod dicit Bart.in l. 1. §.& paru.ff. quod vi
aut clam,ſi ſtatutum excludit omnem exceptionem con-
tra inſtrumentum , non excludit exceptionem qualitatis
deficientis in inſtrumento,per cuius defectû illud inſtru-
mentum non eſt inſtrumentum,quia inſtrumentum inua
lidum non eſt inſtrumentum.l.4. §. condemnatum. ff.de
re iudica.ſecundùm Bar.in l.diuus Traianus.ff.de teſtam.
mil.cum concor.allegatis per Alex.in 2.vol.conſi.3. in 2.
col.Ita in propoſito,ſi negetur, pecuniam eſſe ſolutam in-
tra biennium,ruit illa confeſſio,niſi probetur ex aduerſo
numeratio. Accedant ad hoc ſimilia,quæ allegat Abb. Si-
cu.in 1.vol.conſi.44.incipiente,in præſenti quæſtione.Itê
ſtante dicta exceptione , non poteſt dici illa litera cambij
liquida,ut colligitur ex dictis Bal.in l.ſi cauſam.C. de exe
13 cutione rei iudic.† Itê quia ſtatutû excludês exceptiones ,
non intelligitur excludere exceptiones legitimas, ſm Bar
tu.in d.§.& parui.& no.Doct.in c. ex parte.lo 2.de off. de-
leg.Item bene facit id,quod dicit Bal. in l. qui pecuniam.
ſi cer.pet.q iſta exceptio non numeratæ pecuniæ habet lo
cum etiam contra inſtrumentum confeſſionatum, qđ ha-
bet executionem paratam,& idem firmant Cy.& Bald.in
l.in contractibus.in prin.C.de non nume. pecu. idem Sal.
ibi,& Bal.in addi.Spe.in tit.de appe.ver. an contra præce-
ptum.& Iaſ.in l.qui pecuniam. Aliud eſſet dicendum, qñ
verba ſtatuti dicerent, q contra literas cambij non poſſit
opponi exceptio non numeratæ pecuniæ,tunc per ſtatutû
poteſt tolli dicta exceptio in foro ciuili, vt firmat Bald.in
d.l.ſi ex cautione.in vli.col.& idem Bal.in tractatu, de cô
ſti.circa fi.& idem firmat Io.Bap.de S.Seuerino in ſua re-
peti.impreſſa.l.omnes populi.in 3.q.principali,col.47.de
iuſti.& iure.Et dico nunc vnum dictum multùm notabi-
le,q licet exceptio non numeratæ pecuniæ poſſit opponi
contra ſcripturam confeſſionatam mutui, ſiue ſit ſcriptu-
ra priuata,& recognita,ſiue publica,vt in d.l. ſi ex cautio-
14 ne.& in l.in contractibus.eo.tit.† tamen ſi mutuum côfeſ-
ſionatum eſt factum apud acta Curiæ,tunc quia illa obli-
gatio apud acta habetur, ac ſi côfeſſio mutui recepti eſſet
facta in iudicio,& habetur ac ſi eſſet ſententia iudicis la-
ta ex conuentione partium,ut plenè hoc firmat And. Bar-
ba.in c.ſi quando.de offi.deleg.per iura quæ ipſe allegat,
tunc non poteſt opponi exceptio non numeratæ pecunię,
iſtud eſt dictum notabile Bal.in d.l.in contractibus. in fi.
prin.C.de non nu.pec.& de iſto dicto nullam fecit mêtio
nem Fely.in d.c.ſi cautio.& vſ tex.& glo.& ibi Saly. in l.
1.C.de confeſſis,in 1.& 3.opp.licet Iaſ.aliqualiter impu-
gnet iſtud dictum,tamen eius motiua non procedunt,quâ-
do in iudicio contentioſo facta eſt confeſſio , ut ipſemet
dicit,& confeſſio apud acta dr facta in iudicio contentio-
ſo per dicta per And.Barb.in d.c.ſi quando. Sed mihi vr,
quòd ſit facta confeſſio in iudicio per modum volunta-
rię iuriſdictionis,& ideo habet locû exceptio non nu. pe-
cu.per id,quod dicit Cy. in d.l.in contractibus,ver.4.quę
ro,& per hoc bene facit id,quod dixit Bald.in addit. Spe-
15 cu. in titu. de appellat. §.an & contra præceptum. † quia
cognitio ſummaria non derogat veritati. Item quia in
iudicio nunquam fuit hoc diſcuſſum, vt ibi latius per
eum.

ANNOTATIONES.

a Domo.] Quæ autê dicatur cauſa magna,& quæ parua, vide Bart. in l.admonêdi.14 col.ff.de iureiu.& an hoc relinquatur arbitrio iudicis? Vide per Iaſ late in d.l.admonendi.col.92.in fi adde tex. cum gl.in verbo.modica in l.ſed & ſi ſuſceperit § 1. & ibi Bar & Ang.ff.de iud.& gl.in l.illicitas.§.ne tenues.in verbo,lumine, de off.præſi. Albe.de Roſa.in l.in bonæfidei.C de iureiu.& Bar.in d. l.ſed & ſi ſuſceperit,uide Hoſt.in c.ſi.de crimine falſi,Card.in cle. non poteſt.in 6.q de procuratoribus. Ant.de But.in c.ſi pro debi litate.in 2.col.de officio delegati. Batius.

b Cambij.] An exceptio non numeratæ pecuniæ habeat locum in literis cambij confeſſionatis? Vide hic per auctorem, & côtra quã ſcripturam habeat locum exceptio non numeratæ pecuniæ, uide gloſ. in verbo probare. in l. ſi ex cautione. C. de non numera. pecu. & an poſſit renunciari exceptioni non numeratæ pecuniæ, uide Ang. Aret. Inſtitu. de literarum obliga. Alex. conſi. 179. uol. 2. & plene per Angel. Are. Inſti. de exceptionibus. §. 3. nu. 36. & 37. vbi firmat, quòd non tenet renunciatio etiam cum iuramento.

De officio capitaneorum, & magiſtri iuſtitiarij. Rub. XLI.

NEc hæc rubr. neque conſtitutio ſeqoẽs, quę incipit, capitaneorum. communiter habetur, nec in conſtitutionibus impreſſis, nec in multis alijs conſtitutionibus antiquis, prout ego vidi, & Martinus de Caramanico gloſſator ipſam non habebat in libro ſuo, quia nihil ſuper ea ſcribit. bene tamen Andreas de Iſer. hic dicit, ꝙ ipſe habet in libro ſuo iſtam conſtitutionem, & in libro meo etiam illam habeo. Ideo prius continuo hanc rub. ad proximam, quia ſupra facta eſt mentio de iuriſdictione magnæ curiæ vicariæ, ideo proſequitur non ſolùm in quibus conſiſtat iuriſdictio magnæ curiæ vicariæ, ſed etiam in quibus conſiſtat iuriſdictio regiorum capitaneorum in ciuitatibus, in quibus non eſt iuſtitiarius, ſicut eſt capitaneus Gayetæ, capitaneus Aquilæ, & de ſimilibus, & poſtea ſubdit pœnas contra iudices, qui paſſi ſunt ſe corrumpi, & contra corrumpentes eos.

SVMMARIVM.

1 *Magiſter iuſtitiarius in regno Apuliæ, ſeu Neapolitano vnus eſt.*
2 *Appellationes à ſententijs iudicum inferiorum deuoluuntur ad magiſtrum iuſtitiarium.*
3 *Magiſter iuſtitiarius querelas ſubditorum contra iuſtitiarios prouinciæ recipit.*
4 *Magiſter iuſtitiarius ſcribere debet regi qualiter ſe gerant alij officiales regij.*
5 *Magiſter iuſtitiarius qualiter puniat litigantem, qui corrumpit iudicem.*
6 *Magiſter iuſtitiarius & cæteri iudices magnæ curiæ, ſi neceſſe ſit, debent regnum viſitare.*
7 *Curiæ ſolemnes aliquando celebrandæ qualiter fuerint ordinatæ.*
8 *Curiæ ſolemnes quo tempore olim celebrabantur in regnis Siciliæ & Apuliæ.*
9 *Prælati in curia ſolemni denuntiari debent, ſi qui ſint in ſuis prouincijs ſuſpecti de hæreſi.*
10 *Curia magna quando de delictis per vniuerſitates, Comites, vel Barones commiſſis cognoſcere poſſit.*
Qualitate iuriſdictionem fundante, debet ſummariè de illa conſtare.
11 *Curia magna exiſtens in aliquo regni loco, ibi iuriſdictionem habet tam in criminalibus, quàm ciuilibus.*
12 *Remiſſio ante condemnationem in criminalibus fieri debet ad locum delicti.*
13 *Iudex remittens reum ad petitionem iudicis loci delicti, non poteſt amplius cognoſcere, an deliquerit.*
Remiſſio rei ad locum delicti cuius expenſis debeat fieri.
14 *Grauati per ſententias inferiorum iudicum ad magnam curiã appellare debent.*
15 *Appellationes à ſententijs ferendis per officiales Comitum & Baronum, an deuoluantur ad magnam curiam vicariæ.*
16 *Iudex extra territorium ſuum citare poteſt.*
17 *Litigantes non debent cogi exire patriam ſuam.*
18 *Rex exiſtens extra regnum non debet citare ſubditos ſuos, vt ad eum vadant extra regnum.*
19 *Magiſter iuſtitiarius in prouincijs iuſtitiariorum iuriſdictionem ſuam exercens, formam ſibi datam ſeruare debet.*
20 *Magiſter iuſtitiarius an poſſit officialem delinquentem capere abſque verbali citatione.*
21 *Officiales de ſpeciali principis conſcientia conſtituti non poſſunt per iuſtitiarium ob fraudem, vel negligentiam amoueri.*
22 *Conſcientia lex intellectus noſtri dicitur.*
Clauſula, ex certa ſcientia, in principe quid & circa quæ operetur.
23 *Magiſter iuſtitiarius mentiri non præſumitur, & ob id literis eius creditur.*
24 *Officiales boni & iuſti debent præmijs decorari.*
Officialis neminem contra iuſtitiam grauare debet.
25 *Iudicium humanum quatuor peruertitur modis.*
26 *Papa rationibus nolens uti, poteſt armis reprimi.*
27 *Canes dicuntur animalia officialibus dari prohibita.*
28 *Accipere à nemine inhumanum eſt, & paſſim accipere viliſſimum.*
29 *Iudices à muneribus abſtinere debent, acceptis tantùm eſculentis & poculentis.*
Officiales ſalariati eſculenta, & poculenta recipere poſſunt.
30 *Eſculenta & poculenta in quibus conſiſtant.*
Gallina vna munus exiguum dicitur.
31 *Promittere quando idem ſit, quod dare.*
32 *Iudex quando licitè poſſit aliquid à partibus recipere.*
33 *Pecunia non eſt accipienda pro eo, quod gratis fieri debet.*
Delegatus à Papa nil accipit præter eſculenta, & poculenta.

CAPITANEVM. Tota iſta conſtitutio longa diuiditur in decem partes. nã in iſtis partibus ponuntur decem, quæ pertinent ad officium regiorum capitaneorum, & magiſtrorum iuſtitiariorũ.
1 † & non intelligas, quòd in regno ſint plures magiſtri iuſtitiarij, ſed vnus eſt in iſto regno, & alius in regno Siciliæ vltra Farum. Et primò ſpectat ad officium prædictorum circuire prouincias eis decretas. Secundò ſpectat ad eorum officium in diebus & temporibus ſolennibus facere curias, in quibus congregentur deputati in locis deputatis, vt quæ ibi agenda ſunt expediãt, & de his loquitur conſtit. regni, quæ incipit, & ſi generalis cura nos aduocet. quæ non eſt in conſtitutionibus impreſſis, neque in multis conſtitutionibus, ſed ego habeo in libro meo, & ipſam regiſtrabo, inf. in 2. no. Tertiò ſpectat ad eorum officium cognoſcere de magnis maleficijs, magna maleficia appellat, ſi maleficia publicè ſunt commiſſa per vniuerſitatẽ, vel per Comites, vel Barones. Quartò ſpectat ad officium magiſtri iuſtitiarij, ſi contingat maleficia committi in locis, in quibus reperitur præſens magiſter iuſtitiarius, vel parum ante eius aduentum, cognoſcere, & ſi iuſtitiarij prouinciarum ſunt præſentes in loco vbi eſt magiſter iuſtitiarius, iubeat eis, ꝙ de illis cognoſcant & determinent, ſin autem ſunt abſentes, ſeruet magiſter iuſtitiarius hanc formam, vt ſi expectatio iuſtitiarij abſentis faciat præiudicium alicui ex partibus, ipſe audiat, & diffiniat, quia ordo iuſtitiæ hoc poſtulat, ut prius iuſtitia miniſtretur per iuſtitiarios prouinciæ, & deinde per magiſtros
2 iuſtitiarios, & deinde per regiam curiam. † Quintò ſpectat ad officium magiſtri iuſtitiarij cognoſcere de appellationibus à ſententijs inferiorum iudicum, & à ſententijs magnæ curiæ vicariæ appellatur ad regiam curiam. Super hac præeminentiã cadunt duo dubia: primum, an magiſter iuſtitiarius recipiet appellationes, quæ interponuntur ad regem per homines de imperio extra regnum? Et dicitur ꝙ ſic. Secundum dubium, ſi rex ſit abſens à regno, & contingat appellari à ſententia magiſtri iuſtitiarij ad regem, an appellanti liceat trahere appellatum extra regnum ad præſentiam regis? Et dicitur hic, ꝙ non, niſi appellatio fuerit

tit interpoſita ſuper crimine læſæ maieſtatis, vel ſuper cri-
mine, in quo venit imponenda pœna mortis naturalis, aut
amiſſionis alicuius membri, aut exilij, aut publicationis
3 omnium bonorum, vel maioris partis. † Sextò ſpectat ad
officiũ magiſtri iuſtitiarij recipere querelas ſubditorũ con
tra iuſtitiarios prouinciæ, necnon contra ſecretos cameræ.
Item contra regios caſtellanos. Item contra procuratores
regis in bonis demanij. Item contra alios officiales, & ip-
ſas querelas audire, & ex officio ſuo ipſorũ exceſſus, & ne-
gligentias punire, & eorum defectum ſupplere, prout ſu-
prà proximè dictum fuit in 4. competẽti magiſtro iuſtitia-
rio. Septimò competit magiſtro iuſtitiario cognoſcere de
fraudibus, & negligentijs manifeſtis commiſſis per caſtel-
lanos regios, vel procuratores regis bonorum demanialiũ,
& animalium regis, vel per cuſtodes defenſarum regis, &
ipſos in fraude, vel negligentia manifeſta repertos capiat
perſonaliter, & conſulat regem, excepto, ſi caſtellanus de
conſcientia regis ſit cõſtitutus, tunc in dictis caſibus non
amoueat eum, ſed ſi ex alia iuſta cauſa ei videbitur eũ re-
uocare, & ipſum reuocauit, & ſubſtitutum impoſuit, cau-
ſas reuocationis, & ſubſtitutum quẽ impoſuit, & eius no-
men ſeriatim regi ſignificet, & expectet reſponſionẽ regis.
4 † Octauò incũbit officio magiſtri iuſtitiarij frequentius p
ſuas literas ſcribere regi, qua induſtria, qua ſolicitudine &
diligentia regis caſtellani ſe gerant in cuſtodia caſtrorum,
& in conſeruandis bonis de regio demanio vt inde reã ini
quos pœnis affligat, & bonos, & iuſtos imperialibus præ-
mijs decoret. Nonò ad officiũ eorum ſpectat, vt ſi aliquẽ
ex iudicibus, vel officialibus regijs inuenerit feciſſe contra
iuſtitiã per gratiã, aut odiũ manifeſtũ, aut p pecuniam, ſeu
iniectas, ſeu per canes, aut accipitres, aut aliquid, ꝙ priuet
eũ officio cum infamia, & mulctetur cõfiſcatione bono-
rum oĩum, permittit tñ hic Imperator officialibus, ꝙ poſ-
ſint recipere eſculentum, & poculẽtum, quod ad plus duo
bus diebus ſufficiat, dummodo tantùm ſemel in anno, nõ
tamen à litigantibus de ſua iuriſdictione, & ſi officialis ali
quid receperit a non litigante, qui ſit de ſua iuriſdictione,
illud quod accepit, faciat reſtituere, & condẽnet ad pœnã
quadrupli regio fiſco applicandam, & hæc prohibitio ven
5 dicat ſibi locum etiã in magiſtris iuſtitia. & capita. † Deci-
mò ad officium magiſtri iuſtitiarij ſpectat punire litiga-
tem, qui dando, vel promittendo corrumpit iudicem, vt ſi
bonam cauſam habeat, illam debeat amittere, & vt ſubtra
hatur materia delinquendi, prouiſum eſt, ꝙ ſi inuenerit ali
quem corrupiſſe iudicem in dando, vel promittendo, con-
ſultet regem ſpecificè de nomine corrumpẽtis officialem,
datione, vel promiſſione, & quantitate & modo, & de no-
mine officialis. Et ſic per iſtam conſtitutio. habetis duos ca
ſus, in quibus eſt rex conſultandus, vnus ſup. in 8. ver. alius
in decimo proximo verſi. item vbi aliquid pendet à mẽre
principis, ipſe eſt conſultandus, ſecundùm Bald. in l. ſi mili
taris. C. ſi à non competen. iudice. hæc conſtitutio propter
ſui longitudinem non poteſt breuiter ſummari, niſi ꝙ hic
enumerantur decem, quæ ſpectant ad officium magiſtri iu
ſtitiarij & capitaneorum regiorum, vt ſup. dictum eſt. h. d.
6 † No. primò ex tex. ibi, circuire. quòd ad officium magiſtri
iuſtitiarij, & iudicum magnæ curiæ ſpectat circuire per re
gnum, & non continuè ſtare in ciuitate Neapo. regulariter
autem ſine cauſa non licet iudici circuire prouinciam, di-
cit tex. in Auth. vt nulli iudicum. in princ. verſi. nulli non
liceat &c. Secundò no. ex tex. ibi, ſolennes curias, quòd in
regno ordinatum erat, quòd bis in anno certis temporib.
& in certis locis debeant fieri ſolemnes curiæ, in quibus
debebant intereſſe certi. & ibi proponebantur querimonię
& dicit hic Andr. ꝙ ſi ſeruaretur, bonum eſſet pro ſubdi-
tis & regnanti. Et miror, quare tam bonus ordo non ſerua
tur, ſed taceo, quare non fuit continuatus talis ordo, quia
dicit Bal. in c. bonæ memoriæ. lo ſecondo, de poſtula. præla
to. ꝙ magis prodeſt tacendo, quàm ſecundùm conſcientiã
reſpondendo. imò vt non appareret hæc conſtitutio vtilis,
vt ſup. non fuit impreſſa, ſed in conſtitutionibus antiquis

7 ſic reperitur ſcripta. † Imperator Federicus. Etſi generalis
cura nos aduocet circa multorum regimina populorũ, qui
Romani ſceptra imperij, aliorumque regnorum, diſpẽſan
te domino, moderamen, ad diſpenſationem tñ tranquilli
ſtatus hæreditarij regni noſtri Siciliæ, culmen noſtrum p̃-
cipua ſolicitudo conuertit, vt qui præſentes vbiq; locorũ
eſſe non poſſumus, noſtrorũ prouiſuri quieto ſtatui ſubie-
ctorum, conuocatis fidelibus noſtris Siciliæ, in ſolẽni col-
loquio apud Lẽtinum neceſſariò vidimus ſtatuẽdum, de
corrigendis, & compeſcendis exceſſibus, ſi qui per officia-
les noſtros, vel ob eorum fauorem, abſentiæ noſtræ occa-
ſione attentata, quodammodo licitè ac liberè committan-
tur, ut per hoc aſpera cõuertantur in plana, & populis, qui
diuerſis motibus hactenus vagabantur, amodo circa deuo
tionis ac debitæ fidei conſtantiam recto tramite dirigan-
tur. Ideoq; ſolemnes curias indiximus p ſingulas prouin-
cias regni noſtri decætero annuatim, prout in ſequenti di-
ſtincte, & peractè legerit, celebrãdas, bis in anno debet cu-
ria congregari per diuerſas partes regni, videlicet in Sici-
lia apud Placiam, in Calabria terra Giordanis & vallis Cra
this, apud Conſentiã, in Apulia Capitanata Baſilicata apud
Grauinam, in principatu terræ laboris & comitatu Moliſij
vſq; ad Soram apud Salernum, in iuſtitiatu Aprutij apud
8 Sulmonam. † Tempus autem, quando curiæ ſunt celebrã-
dæ eſt in Calendis Maij & in Calend. Nouembris. De qua
libet magna ciuitate debent eſſe in eiſdem pro parte uni-
uerſitatis quatuor uiri de melioribus terræ, bonæ fidei, &
bonæ opinionis, & qui non ſint de parte. De aliis verò non
magnis & caſtellis debent duo etiam in hac curia intereſ-
ſe prælati, niſi certã excuſationem habeant, ꝙ intereſſe nõ
poſſunt, & hanc excuſationem mittent per honorabiles p-
ſonas, & de maioribus, & melioribus eccleſiarum ſuarũ,
qui intererunt loco ſui. Comites etiam & Barones locorũ
debẽt huic curiæ intereſſe, & durabit curia per duos dies,
vel ſi non poterunt intra dies ipſos expediri negotia, pro-
rogabitur vſq; ad 15. in hac curia liberum erit cuilibet, tã
clerico, quàm laico proponere grauamina, quæ ſuſtinue-
runt tam à iuſtitiario prouinciæ, quàm ab omnibus aliis
officialibus: liberum etiam erit cuique conqueri de dam-
nis, & iniuriis, & quocunque alio exceſſu in perſona, & bo
nis ſuis commiſſis. In hac curia erit nuncius ſpecialiter de
latere noſtro tranſmiſſus, cum iuſtitiario locorum, iſte nũ-
cius ſcribat omnes clamores propoſitos contra magiſtros
iuſtitiarios, ſecretos magiſtros cameræ, & cæteros officia-
les, ſuper quibus, aſſumptis ſibi duob. prælatis, ſi ibi ſunt,
vel loco eorum duobus uiris ſecularibus, quos ad hoc vi-
derit magis idoneos, inquiſitionem faciet diligẽter, & mit
tet eam ad curiam noſtram tam ſuo quàm prædictorum
quatuor ſigillis ſigillatam, & noſtræ præſentabitur maie-
ſtati. Clamores autem factos contra alios officiales deci-
9 dat iuſtitiarius. † Prælati verò vel viri eccleſiaſtici, qui loco
prælatorum interuenerint, denunciabũt in hac curia, ſi qui
ſunt in eorum prouinciis pactareni, vel aliqui hęretica pra
uitate ſuſpecti, vt eos debita ſeueritas vel puniat, vel caſti-
get. præſenti igitur noſtræ conſtitutionis edicto vniuerſis
tam officialibus, quàm cæteris de regno noſtro damus fir
miter in mandatis, ſub obtentu gratiæ noſtræ, firmiter ſin-
gulis iniungentes, quatenus magiſtri iuſtitiarii, magiſtri
cameræ baiuli, & alii officiales noſtri, prælati, Comites, &
Barones, ciues, & aliorum locorum habitantes, quibuſli-
bet in prouincia ſua tempore, & loco præfixo iuxta tenorẽ
ſcripturæ conſtitutionis noſtræ conueniant, in præſentia le
gati noſtri, qui ſpecialiter ex noſtro tranſmiſſus latere, lo-
co & uice noſtri in eadem curia reſidebit, ſuper uniuerſis
& ſingulis, quæ conſtitutio noſtra continet proceſſurus, ut
nec in officialibus negligentia, nec in aliquibus poſſit ino-
bedientia reprehendi, maximè cum in ſingulis huiuſmodi
10 animaduerſione puniri debitè ſancimus. † Tertiò nota ex
textu ibi, publicè perpetratis, quòd tunc magna curia vi-
cariæ habet iuriſdictionem ſuper maleficiis perpetratis
per vniuerſitates, vel Comites, vel Barones, quando il-
la male-

la malefica ſunt publicè per eos perpetrata, & ſic patet, ꝙ
iſta qualitas publicè concedit ei iuriſdictionẽ. Ideo de iſta
qualitate debet prius conſtare ſummariè, quia Bar. in l. præ
ſcriptione. C. ſi contra ius vel vtilitatem publicam, tenuit
quòd ubi aliqua qualitas fundat iuriſdictionem, debet præ
cedere ſummaria cognitio ſuper illa qualitate. & idem te
net Inno. in c. ſuper literis. de reſcript. & in c. Romana. §. cõ
trahentes. de foro competen. & ibi Ioan And. Alij tenent,
quòd ſufficit, ſi de illa qualitate fiat mentio in libello, &
demum probetur in proceſſu, ſecundùm Bal. in l. ex quacũ
que. ff. ſi quis in ius vocatus non ierit. per l. cum quædam
puella. §. fin. ff. de iuriſdict. omn. iud. & l. ordinata. circa
prin. ff. de lib. cau. de iſto articulo remitto me ad meas de-
ciſiones, deciſ. 197. Fallit in maleficijs clandeſtinis, vt ſu-
pra in conſtit. ſi damna clandeſtina. vbi proceditur contra
vniuerſitatem pro maleficio clandeſtino. Quartò nota ibi
11 præſentibus ipſis, quod quando † magna curia eſt præſens
in aliqua terra, vel loco regni, habet plenam iuriſdictionẽ
in criminalibus & in ciuilibus, ſiue delicta ſint commiſſa
poſt eius aduẽtũ, ſiue parum ante. ergo delictis commiſſis
longè ante eius aduentum in præteritum ſe non intromit
tit. Sed contra, ut patet ſupra in conſtit. honorem. & in cõ-
ſtit. ſtatuimus. Dic, quòd iſtud verbum, parum ante, nõ de
cidit, quòd ſi longè ante aduentum magnæ curiæ ſint com
miſſa delicta, & non punita, quod poſſit cognoſcere, & pu
nire magna curia, ex quo iam deciſum eſt generaliter, ꝙ
ſilet in omnibus iuriſdictio iuſtitiarij propter aduentum
magnæ curiæ, ut in dicta conſtitu. honorem. ſed iſtud ver
bum, parum ante, intellige maximè parum ante, quia non
valet argumentum à contrario ſenſu, quando contrarium
reperitur deciſum, vt dicit glo. in cap. ſignificaſti. de foro
competen. ibi, dum dicit, non habet locum argumentum
à contrario ſenſu, cum alia iura contradicunt. 3. quæſt. 6.
cap. pulſatis. & not. in l. ſecunda. C. de condit. inſer. & in
cap. 1. de ætate & qualita. libro ſexto. in glo. & in clement.
prima, in verbo, obſeruant. de ſentent. excommun. Iuxta
hoc quærit hic Andr. pone, quòd magna curia Vicariæ re
ſidet Neapoli, & quidam de ciuitate Capuæ committit
maleficium Neapoli, & aufugit & vadit Capuam: & fit ac
cuſatio illius delicti i magna curia Vicariæ, an Capitaneus
Capuæ teneatur illum remittere ad magnam curiam Vi-
cariæ ad literas magnæ curiæ, quod capiat & remittat, ſe-
cundùm Cal. in l. ſecunda. ſecunda colum. verſic. ſed nun-
12 quid. C. de ſeruis fugit. Hæc quæſtio † non habet dubium,
quia in criminalibus ſemper debet fieri remiſſio ad locum
delicti, quia delinquens ibi non reperitur, vt in §. ſi verò.
& §. neceſſitatem. in Authen. vt nulli iudicum, & not. in au
thent. qua in prouincia. C. vbi de crimi. agi oportet. vbi di-
cit Bald. vtrum ſicut in delictis fit remiſſio ad locum deli-
cti, ita fiat remiſſio in cõtractibus, remittit ſe ad Cyn. ibi.
& vide de hoc Bald. in l. omnes. C. de epiſcop. & cleric. &
per Canon. in cap. Romana. §. contrahentes. de foro com-
peten. libro ſexto. & aliquid hic per And. & per Doctor.
in l. hæres abſens. ff. de iudicijs. & per Bartol. in l. prima.
ff. de eo quod certo loco. & in Specul. in titu. de primo, &
ſecundo decre. §. nunc uideamus. & per Bartol. in l. præ-
ſcriptione. C. ſi contra ius, vel utilitatem publicam. & per
Innocent. in cap. 2. de dilationibus. & per Bal. in l. conſen
taneum. C. quomodo & quando iudex. Et ſcias, quòd iſta
remiſſio debet fieri, antequam ille fuiſſet condemnatus
per Capitaneum Capuæ. ſed ſi eſſet facta per eum condem
natio, non haberet locum remiſſio, ſecundum Bald. in l.
executorem. C. de executio. rei iudic. 7. colum. verſ. quæro
de tali quæſtione. per glo. in d. l. relegatorum. §. interdice-
re. ff. de inter. & releg. quod tene menti. Item ſcias, quòd
13 iudex, qui † remiſit delinquentem ad requiſitionem iudi-
cis loci, ubi eſt commiſſum delictum, non poteſt amplius
cognoſcere, an deliquerit, ut dicit Oldr. in conſil. 89. inci-
pien. Epiſcopus innocat. allegat l. ſi cui. §. fin. ff. de accuſa.
& 5. quæſt. 5. in ſumma. caſus autem, in quibus non fit re-
miſſio in criminalibus, vide per Oldr. in conſil. 124. quod
incipit, quòd remiſſio &c. Sed quæro vltra Andream, cu-
ius expẽſis Capitaneus Capuæ capiet, & remittet ipſum de
linquentem ad magnam curiam? Bal. tangit hoc dubium
in c. 1. §. ſi iudex. de pace tenenda dicens, quòd ſi ad inſtã-
tiam accuſatoris petitur dicta remiſſio, tunc eius expenſis
fit remiſſio, allegat l. cum ſæpe. C. de erogat. milit. anno. Si
autem magna curia petat ex offic. tunc debet fieri remiſſio
expenſis publicis magnæ curiæ, ad quam fit remiſſio, al-
legat. l. mulier in opus. ff. de captiu. Et tene menti iſtum
tex. in quãtum dicit, parum ante, ꝙ illud dicitur eſſe factũ
tempore officialis, quod eſt factum parũ ante ingreſſum
officij. de hoc tamen me remitto ad ſcripta per Docto. &
Alex. in l. diuortio. in princ. ff. ſolu. matrimon. Quintò no.
14 ex tex. ibi, volumus interponi. ꝙ † de neceſſitate illi, qui ſen
tiunt ſe grauatos à ſententijs inferiorum iudicum, videli-
cet, iuſtitiariorum & regiorum Capitaneorum, & volunt
appellare, debent appellare ad magnam curiam Vicariæ,
& non ad Regem: nam ad Regem appellatur à ſententijs
magnæ curiæ Vicariæ. Et ſic patet, ꝙ gradatim hodie in re
gno eſt appellandum: & in hoc concordat etiam ius com-
mune, ut in l. Imperatores. ff. de appellat. & dixit Bart. in l.
1. §. ſi quis in appellatione. verſi. quæro, quid ſi fuit appella
tum. eod. tit. de iure verò canonico poteſt appellari ad Pa-
pam, omiſſis medijs, ut in cap. duobus. de app. Sed quæro
ecce ꝙ debet appellari ad magnam curiam Vicariæ, non
fuit ad eam appellatum, ſed ad Regem, vtrũ deueniat cau-
ſa appellationis ad magnam curiam? Reſpondet hic And.
ꝙ ſic, ut patet infra in conſtitut. cum noua. & ſupra in con
ſtit. ſtatuimus. circa princ. & probat iſte tex. ibi, dum dicit,
appellationes à ſententijs iuſtitiarij, ſeu quorumlibet inſe
riorum iudicum ad noſtram audientiam interiectis, ma-
giſtri iuſtitiarij ſuſcipiant: & prout viderint de iu. decidãt.
15 Item quæro, an † à ſentẽtijs ferendis per officiales Comitũ,
& Baronum debeat appellari ad magnam curiã Vicariæ?
And. hic, ſe remittit infra ad conſtitut. quæ incipit, offic.
ſed ibi tantum dicitur, ꝙ à ſentẽtijs baiulorum appellatur
ad magiſtros camerarios. Aduerte ꝙ tunc temporis Baro-
nes non habebant niſi iuriſdictionem ciuilem, & ſic erant
baiuli in terris eorum. Hodie communiter habent merum
& miſtum imperium ex priuilegio à Rege, et ideo ſunt of
ficiales Regis in terris eorum, propterea à ſententijs eorũ
officialium appellatur ad magnam curiã Vicariæ, quia ſũt
inferiores officiales. Sextò no. ex tex. ibi, extra regnum, ꝙ
quando Rex ducit moram extra regnum, & a ſententijs
magnæ curiæ appellatur ad Regem, non licet appellanti
trahere partem appellatam coram Rege exiſtente extra re
gnum, etiam ſi terra illa, quæ eſt extra regnum, ſit de iuriſ-
dictione Regis, niſi in duobus caſibus hic expreſſis, ut di-
xi ſupra in quinto verſicu. incipiente, quintò ſpectat &c.
Ciuitas Neapol. impetrauit priuilegium à Rege ut de ſen
tentijs, quæ proferuntur in ciuitate Neapo. à iudicibus
non poſſit de eis cognoſci, ſi ſunt iuſtæ, vel iniuſtæ, niſi in
ciuitate Neapol. quæro, ceſſante dicto priuilegio, an Rex
exiſtens extra regnum in alijs ſuis regnis poſſit ad inſtan-
tiam partis committere cauſam alicui eius conſiliario exi-
ſtenti extra regnum, & ille poſſit citare partem in regno
exiſtentem, & cognoſcere, & determinare extra regnum:
& debeat talis ſententia mandari executioni in regno, quã
do pars citata fuit contumax, & non conſentit iudici? O-
mitto illam quæſtionem, quam examinat Ioann. Andr. in
c. Romana. §. contrahentes. de foro compet. quæ eſt, utrum
16 iudex † poſſit citare extra territorium ſuum. ubi concludit
poſt argumenta pro & contra, quod poteſt, ſecundum Bar
tol. in l. omnes. C. de epiſcop. & cler. qui dicit hoc uerum,
quando territoria ſunt ſub uno domino, ſecus quando do
mini ſunt ſeparati, tunc ſine eius licentia non poteſt, per
not. in clemen. paſtoralis. de re iudic. quia iſta non faciunt
ad iſtam quæſtionem, ideo iſtam quæſtionem habeo pro
dubia, quia iſta cõſtitutio permittit in duob. caſibus, ꝙ de
cauſa cognoſcatur inter ſubditos extra regnũ, vbi reſidet
Imperator. ergo Rex poteſt facere, ꝙ in aliquo caſu ipſe

exiſtens extra regnū cognoſcat de cauſa regni inter regni-
a colas. Secūdò,[a] quia ſicut præſes prouinciæ, qui habet plu
res ciuitates in qualibet poteſt ius dicere, vt in l. ſi vt pro-
ponis. C. quomodo & quando iudex & ſicut epiſcopus po
teſt eligere locum, vbi reddat ius in ſua prouincia, ut in c.
cum epiſcopus. de offic. ord. lib. 6. ita Rex, qui habet plura
regna, poteſt ſibi locum eligere, ut in regnis ſuis ius dicat,
idem in inquiſitore hæreticæ prauitatis, ut in c. officium.
de hæret. lib. 6. Idem in legato de latere plurium prouin-
ciarum, ut in c. nouit. de offic. leg. Sicut dicitur vna eſt uia,
licet extendatur per plura prædia. l. vna eſt via. ff. de ſeru.
ruſt. præd. & dicit Innocen. & poſt eum Ioan. Andr. & Bal.
in d. c. nouit. quòd legatus in pluribus prouincijs poteſt ne
gocia unius prouinciæ in alia expedire. Sed videtur con-
17 trarium dicendum, quia † ſatis iniquum eſt, quòd litigan
tes cogantur exire patriam ſuam, ut in Authen. vt litigan-
tes &c. collat. 9. & in Authen. de quæſtoribus. §. ſuper hoc.
& de decur. l. venales. lib. 10. ſecundùm Bal. in l. imperia-
lem. §. præte. ea inter duos, in 3. colum. verſi. quæro utrum
pares. de feu. alien. per Feder. & ad hoc accedat id, quod di
cit Abb. Sicul. in d. c. nouit. uerſicu. ſed dubito. quòd lega-
tus in pluribus prouincijs non poſſet citare voū de prouin
cia, ꝙ compareat coram eo in alia prouincia, quia quis nō
debet trahi extra ſuam prouinciam. 3. quæſt. 6. cap. nemi-
nem. & idē dixit in c. nonnulli. de reſcrip. quia iura uolūt,
quòd extra territorium regni non eſt apud Regem iuriſ-
dictio contentioſa eorum, quæ ſunt regni, ſed uolūtariam
iuriſdictionem exercere poteſt, ut no. in d. c. nouit. & habe
tur in l. fi. ff. de iuriſdict. omn. iudic. & in c. fin. in fi. de con
ſtitu. lib. 6. bene tamen fateor, quòd ſi Rex exiſtens extra
regnum aliquid mandat, vel præcipit fieri in regno, quòd
ei parendum eſt, & non habet locum d. l. fin. ff. de iuriſdic.
18 omn. iud. ſecundùm Alber. de Roſa. ibi. Item † dominus
Rex exiſtens extra regnum iſtud non citabit ſuos ſubdi-
tos, vt extra regnum uadant ad eum. pro hoc gl. in uerbo,
in Hibernia. in cap. cum olim. de dolo & contumacia. ad
hoc accedat, quod dicit Iacob. Butr. & Alber. in l. fin. ff. de
offic. præfec. vrbis. vbi dicit, quòd ſi iudex volt iudicare de
his, quæ ſunt in territorio, exiſtens extra territorium non
poteſt. Quare concludo, quòd ea quæ requirunt cauſæ co-
gnitionem, ſine uoluntate ambarum partium non poteſt
cognoſcere Rex exiſtens extra regnum, puta, de cauſa in-
ter duos regnicolas, & de rebus exiſtentibus in regno: & ſi
cognoſceret una parte reluctante, haberet locum diſpoſi-
tio. d. l. fin. ff. de iuriſdict. omn. iud. Nec obſtant in contra-
rium allegata, quia illa loquuntur in caſu, ubi non requi-
ritur cauſæ cognitio. Nec obſtat iſta cōſtitutio in illis duo
bus caſibus, quia illi ſunt caſus ſpeciales, quia tractatur de
vita appellantis ad Regem. Septimò no. ex tex. ibi, iuxta ſu
19 prædictam formam. quòd data † eſt forma magiſtro iuſti
tiario, qualiter ſuam iuriſdictionē habeat exercere in pro
uincijs iuſtitiariorum, quando circuit prouincias regni,
quæ forma in hac conſtitutione poſita eſt, & dictum fuit
de ea ſupra in quarto verſic. Et ſi magiſter iuſtitiarius for-
mam ſupradictam non ſeruauerit, quicquid contra formā
prædictam egerit, eſt nullum, ut dixit Abb. Sicul. in c. cum
dilecta. in 1. colum. de reſcrip. & dicit Bal. in l. ſi creditor.
C. de fideiuſſo. quòd vbi aliquid ponitur pro forma, non
eſt aliter faciendum. Nec ab eo, quod datum eſt pro for-
ma à ſtatuto debet recedi, ſecundùm Bal. in l. omnes popu
li. in penult. colum. ff. de iuſtitia & iure. Et dicit Angel. in
l. ius publicum. ff. de pact. quòd illud quod ſtatutū eſt pro
forma, dicitur introductum ob publicam vtilitatem, & ei
renunciari non poteſt, ut dicit Bal. in cap. Meſſana. de elec.
quòd ſi partes peruertunt formam antiquitus cōſtitutam,
videtur nolle contrahere. Octauò no. ex tex. ibi, capiat de
perſonis. quòd quando conſtat, ꝙ officialis Regis, qui ha
bet curam de bonis Regis, ſiue vt procurator, ſiue aliter ſit
ſibi commiſſa cura bonorum Regis, commiſerit fraudem,
aut manifeſtam negligentiam, magiſter iuſtitiarius debet
eum capere in perſona, & cuſtodire eum, & cōſultare Re-
gem: & pendente conſultatione non procedat vlterius,
ſed expectet beneplacitum Regis. & ſic patet, quòd hic nō
eſt caſus, ꝙ ſi obtulit fideiuſſores de ſe repræſentando, ꝙ
debeat liberari: quod eſt pro limitatione, infra in conſt. hu
20 manitatem. Sed hic quæro, vtrum † antequam magiſter
iuſtitiarius procedat ad capturam perſonę propter dictam
fraudem, uel manifeſtam negligentiam in bonis Regis, ci-
tabit ipſum uerbaliter, uel incipiet à captura, uel debet ip
ſum citare ſe defenſurum ſuper dicta fraude, uel manife-
ſta fraude? Reſpondeo, ꝙ ſi magiſter iuſtitiarius nō cogno
uit aliter de fraude, uel manifeſta ipſius negligentia, eo vo
cato, neceſſe eſt, ꝙ incipiat à citatione, ut Inſtit. de pœna te
merè litigan. §. fin. aliàs poſſet appellare ad Regem, ſecun-
21 dùm Bal. in l. ab executione. 2. col. C. quorum appel. & no.
in l. 1. C. de iuris & facti ignor. & in cap. ex ratione. de ap-
pel. vocatur enim captura executio indirecta, & ideo requi
ritur citatio partis, ſm Bal. in l. ſi filiusfamilias. in fi. ff. ſol.
matrimo. Et propterea dicebat Bartol. in l. is qui reipubli-
cæ. ff. ex quib. cau. maior. quòd executio nō habet certam
formam: & ſi aliquid factum eſt de executione, puta, ca-
pta eſt perſona, dicitur executio, ſed non pfecta, quia poſt-
quam eſt captus, auditur in ſuis oppoſitionibus, ut dicit
Paul. de Caſt. in l. penult. ff. de ferijs. & non dicitur aliquid
perfectum, cum aliquid reſtat ad agēdum. l. fin. in fi. C. ad
Syllan. & prædicta uera, niſi citatio uerbalis cauſaret fugā
ipſius citati, ſecundùm Bal. in l. conſentaneum. C. quomo-
do & quando iudex. in 3. colum. Nonò no. ex tex. ibi, ſine
cauſa. ꝙ illi officiales, qui ſunt conſtituti de ſpeciali con-
ſcientia principis, quę cōſcientia dicitur apparere, ſi in con
ceſſione officij in ſcriptis facta, iuxta l. j. C. de mand. princ.
ſit dictum, ꝙ ex certa ſciētia Rex eum cōſtituit officialem
in bonis demanij, uel eius caſtellanum, non poteſt eū amo
uere iuſtitiarius ex fraude, vel manifeſta negligētia, ſed ex
alia iuſta cauſa ſic, per iſtam conſt. & tunc conſultabit Re-
gem, ut hic dicitur. Vides ergo hic quantum operatur con
ſcientia principis in conſtitutione officialis. Sed oppono,
caſtellaniæ caſtellorum de demanio non conceduntur ni-
ſi per Regem, ergo notorium eſt, ꝙ caſtellaniæ non conce
duntur niſi per Regem: ſed ego habeo, ꝙ tantū operantur
notoria principis certa ſcientia, quantum operatur expreſ-
ſio certę ſcientię, ut eſt tex. in c. pen. de confir. utili uel in-
uti. quem tex. ad hoc allegat Franc. de Aret. in 5. conſil. in-
cip. Reuerendiſſime pater. in 2. quæſt. ergo nunquam iuſti
tiarius poterit amouere eos ex fraude, uel manifeſta negli
gentia, niſi alia iuſta cauſa. Solutio. aliud eſt conſcientia
principis in officijs concedendis per eum, aliud certa ſcien
tia eius. nam conſcientia Regis in officiali cōſiſtit in hoc,
quia princeps quando eum eligit, ſcit eum bonum per ſe,
quia conſcientia eſt teſtis ſuiipſius, ut no. in c. ſtatutum. §.
aſſeſſorem. de reſcrip. lib. 6. & Bald. in conſi. ſciſmatis. 7. co
lum. poſito in rubri. C. ſi quis aliquem teſta. prohibuerit.
& Bald. in l. fin. §. 1. vlt. colum. C. commun. de lega dicit re-
ferendo beatum Ioannem Chryſoſtomum, quòd conſciē-
22 tia † eſt lex intellectus noſtri. & idem Bal. in cap. ne inni-
taris. de conſtitu. dicit, quòd conſcientia eſt quædam con-
ſonantia, ſeu armonia cum ueritate, ut ibi latius per eum.
Et qualiter probetur conſcientia, uide Bal. c. dudum. el pri
mo. de elect. Et an quis ſit interrogandus in iudicio con-
tentioſo, quid ſentit ſecundùm ſuam conſcientiam. Bald.
dicit, quòd non, in cap. dudum. el ſecondo. de elect. Cer-
ta ſcientia eſt, quando nouit eum præter ſe, ut dicit Alber.
de Roſa, in dictionario ſuo. in verbo, conſcientia. Et ideo
bene dicebat Bald. in l. fin. 2. colum. C. ſenten. reſcin. non
poſſe. quod clauſula, ex certa ſcientia, in principe non
operatur niſi circa ea, quæ conſiſtunt in iure: ſecus in his,
quæ conſiſtunt in facto. Et ſic tene menti, quòd ille ſolus
deſtruit, qui conſtruxit, ſecundùm Andr. hic in fi. per l. 3.
C. ſi aduerſ. rem iudica. & ff. de minor. l. prætor. & l. mi-
nor. Decimò nota ex textu ibi, frequentius. quòd magi-
ſter iuſtitiarius frequenter debet per ſuas literas certiora-
re Regem, qualiter ſe habeant caſtellani in gubernatio-
ne, &

ne,& manu tētorum caſtrorum,& bonorum demanialiū,
videlicet,qua induſtria,qua diligētia,& qua ſolicitudine.
Et capitur iſta dictio frequentius,hic pro ſæpius,& multo-
ties,ſicut capitur in proœm.Decret.in §.ſanè.& in c.quoniā
frequenter.ut lite non conteſtata,& not. Archid. in c. fre-
quens.de reſtitu.ſpol.li.6.& Alber.de Roſa.in l.prima. C.
quæ ſit longa conſuet. & in l.3.C.de epiſco.audien. & ibi
Doct.in l.de quibus.ff.de legib.& videtur tex.in l.an in to
23 tum.C.de ædi.priuatis. Et iſtis †literis magiſtri iuſtitiarij,
qui non eſt ſolitus mentiri,danda eſt fides, quia magiſter
iuſtitiarius præſumitur fide dignus,ex quo in magno offi-
cio præpoſitus eſt per Regem:& ſic per eum eius perſona
eſt approbata,argum.l.primæ.C.de ſent.præſec. præto. &
ideo ei credendum eſt,ut in Auth.vt omnes obed.iud.pro
uinciæ.§.ſi fuerint.facit gl.in l.Titio fundus. ff. de condic.
& demonſtr.& facit l.Theopompus.ff.de dote prælegata.
bene facit tex.in ca.in noſtra.de procurat. verſi. quia tamē
epiſc.&c.bene facit tex. & quod ibi voluit Angel. in l. ſi à
bonæfidei. ff.de rei vendica.ubi non imputatur,ſi credidit
viro integrę opin.& tex.in cap 2.verſi.ſuper eo. de operis
noui nunciatione.& gl.in cap.expedit.12.quæſt.1.bene fa
teor,quòd ſi magiſter iuſtitiarius malè ſcripſit Regi de of-
ficiali,& ipſe officialis comparet coram Rege,& dicat, quod
fuit malè informatus,& vult oſtendere, quòd ipſe bene ſe
geſſit, debet audiri: & illis literis magiſtri iuſtitiarij cir-
ca ea,quæ requirunt cauſæ cognitionem, non debet ſtari,
ſecundùm Gulielmum de Cuneo,& Bartol. in lege,ſi qua
per calum.circa fin. C.de epiſcop.& cleric.quem refert A-
lexand.in ſecundo volum.conſil.205.incipiente,viſo the-
mate ſupraſcripto. in prima columna. idem in effectu fir-
mat Lucas de Penna in l.prima,In fi.primæ colum. verſic.
vltimo no.C.de curioſis.libro duodecimo. ſubdens,quòd
ſi poſtea reperitur,quòd ille,qui dixit, dictum officialem
non ſcripſiſſe veritatem Regi,fuit in mendacio: quòd ex
hoc mendacio debet puniri arbitrariè,ut ibi per eum: Itē
illud,quod dicitur,quòd creditur viro diſcreto, intelligi-
tur ſi iudex vult credere ei,ſed ſi non vult credere, non te-
netur.ita dicit Bald.in cap.cum contingat. de reſcript. per
legem ſecundam, ff.quod ſal.tuto.aucto. Vndecimò nota
24 ex textu ibi,bonos,& iuſtos.quòd Rex† bonis & iuſtis of-
ficialibus non ſolùm debet tradere ſalarium,ſed debet eos
præmijs decorare. facit l. ut virtutum præmia. C. de ſta-
tuis,& imagin. & concord. in glo. ad idem in clemen.cu-
pientes.de pœnis.& in cap.eccleſiaſticos.12.quæſtione ſe-
cunda.& in l.in nomine Domini.C.de offi.præſe. Affricæ.
Duodecimò nota ex tex.ibi,per gratiam,aut odium.quòd
officiales Regis contra iuſtitiam non debent aliquem gra
uare,ut alteri faciat rem gratam,uel propter odium,quod
habet in eum,vel ſuos,quem grauare intendit: & ſi aliter
facit punitur pœna publicationis bonorum omnium ſuo-
rum,priuatur officio,& incurrit infamiam,ut hic.concor-
dat text. multùm ad propoſitum in capit. cum æterni tri-
bunal.de ſentent.& re iudica.libro ſexto. Accedat ad hoc
illud, quod dicit Gregorius undecima quæſtione tertia.
25 Quatuor† modis humanum iudicium peruertitur. timo-
re,dum metu poteſtatis alicuius veritatem loqui pertime
ſcimus. Cupiditate,dum præmio alicuius animum corrū
pimus. Odio, dum contra quemlibet aduerſarium moli-
mur. Amore,dum amico,vel propinquo cōtendimus præ
ſtare auxilium. Quam uero graue ſit vel odio, uel amici-
tia, uel metu, vel munere, uel quolibet modo iudicium
peruertere: Auguſtinus teſtatur &c.debent etiam cauere,
ut refert Ioann.Andr.in nouella,in dicto capit. cum æter-
ni.an ignorantia,& negligentia. & idem dicit glo.in dicto
cap.quatuor.ſuper hoc verò caderent omnia illa, quæ ſcri
bunt Docto.in dicto cap. cum æterni. ideo dicite, ut ibi.
Decimotertiò no.ex textu ibi, ſeu pecuniam. quòd peſſi-
mum uitium,quod poteſt habere iudex eſt ſi per pecuniā
peruertit iudicium rationis:tunc enim non ſolum non po
teſt dici iudex,immo nec homo, cum à ratione diſcedit,
ut dicit Ioann. Chryſoſtomus, ut refert Lucas de Penna
in l.iudex.C. de dignita. lib. 12. & ideo dicebat Bal.in 1.
vol.conſi. 408. quòd viuere ſub ratione hominis eſt, ut in
Auth.de monachis,in prin. & homo eſt magis intellectus
26 quàm ſenſualitas. immo ſi Papa† non vult uti rationibus,
& tractetur de periculo mundi,compeſcetur armis,ſecun-
dùm Bal.in c.olim ex literis. de reſcr. & ibi dicit allegādo
Vgon.63.diſt.in ſynodo. quòd Cardinales deponūt Papā
auctoritate Dei, licet nō ſint maiores Papa, ſecundū eum.
Item licet Cardinales reſidentes æquiparentur ſtellis cœ-
li: tamen non mouentur niſi nutu Papæ, ſed legati Cardi
nales æquiparantur planetis, qui mouentur nutu Dei, ſe-
cundū Bal.in c.bonæ memoriæ.de poſtu.prę l.in primo. Et
iudex, qui per pecuniam profert ſententiam contra iuris
prohibitionē, grauiter punitur ſub prædictis pœnis, quia
non dicitur habere Deum præ oculis, ex quo animus de-
ditus pecuniæ non poteſt Deum contemplari. dixit Bal.in
rubr.extra de ſumma Trinit.in 5.col.verùm debet proba-
ri per legitimas probationes,quòd paſſus eſt ſe corrumpi,
& ſi non poteſt conſtare, debet iudex purgare ſe per iura-
mentum, & ſi noluerit iurare, dabitur iuramentum par-
ti,à qua dicitur accepiſſe,& condemnabitur ad dictas pœ-
nas,vt ſtatutum eſt per capitulum Regis Caroli Primi, quod
incipit, Item quod in omni caſu,ad chartam 17.& in hoc
concordat aliud capitulum Regis Roberti, quod incipit,
27 vulgaris famæ.char.42. † Decimoquartò no.ex textu ibi,
canes. quòd ſi prohibentur dari officiali canes, qui ſunt a-
nimalia immunda, de quibus non poterat Deo offerri, ſed
vendebantur, & pretium poterat offerri,ut patet Leuiti.c.
vltimo.& Deuteron.cap.33. multò fortius non poſſunt iu
dices accipere boues, vitulos, hircos, de quibus poterant
Deo in veteri teſtamento fieri ſacrificia & oblationes, ut
per beatum Thomam,ſecunda ſecundæ,quæſtione 86.ar-
ticu. 30.Decimoquintò nota ex textu ibi, præter eſculen-
b tum & poculentum. [b]quòd non licet officialibus vel iu-
dicibus aliquid recipere à litigantibus, ſed ab alijs non li-
tigantibus licet recipere eſculentum & poculentum dura-
turum tantùm infra duos dies, ſemel tantùm in anno, ut
hic concordat tex.expreſſus infra in Conſtitutione, apud
iuſtitiarios, quæ ſit pœna condigna inferenda iudici reci-
pienti à litigante eſculentum & poculentū cōtra formam
huius conſtitutionis,& dictæ conſtitutio. apud iuſtitiariū,
Dic,vt hic,& ibi textus,& dixi ſupra in 9.verſi.Quid de iu
re communi,an liceat iudici à litigantibus recipere eſcu-
lentum & poculentū? Textus in l.plebiſcito.ff.de offi.præ-
ſid. videtur dicere generaliter,quod licet iudici recipere eſcu-
lentum & poculentum, quod infra dies proximos conſu-
mitur, & iſtud non dicitur donum,ſed xenium,& ideo di
cit textus in l.ſolent.§.fin.ff.de offi.proconſul.& leg. quòd
28 † valde inhumanum eſt à nemine accipere, & viliſſimum
eſt paſſim accipere. Aduerte,quia glo.in d.l. plebiſcito. &
Inſtitu.de publi. iudic.§. fi.in verbo, lex Iulia repetund. di-
cit,quòd de iure Authenticorum hoc eſt correctum: quòd
non licet iudici recipere eſculentum & poculentum, per
tex. in Authen. ſcriptum exemplar. quæ eſt in 2. col. poſt
titu. ut iudi. ſine quoquo ſuffragio, quæ conſtitutio vult,
quòd nihil iudices debent recipere, & ibi dicit glo. quòd
illa lex,ſolent.§.fi.& d.l.plebiſcito.ſunt correctæ per iſtam
Authen.ita quòd iudex habens ſalarium nō poteſt recipe-
re eſculentum & poculentum. Et pro hoc facit illud Iſaię,
cap.85. Beatus qui excutit manus ſuas ab omni munere.
& iſtam gl.ſequitur Odoffred. in l. plebiſcito. Idem tenet
Iacob.Butr.ibi,& Alexan. de Imo. in ſecundo volumine,
conſilio 205. incipiente, viſo themate. in quarta colum-
na dicit, quòd verior eſt opin.glo. & dicit, quòd eam te-
nent etiam Rayn.& Iacob. de Beluiſ. in dicta Authen.Pe-
trus de Ancha.in cap. ſtatutum § inſuper. de reſcript. lib.
6.idem tenet in iudice ordinario ſalariato. & dicit quòd
tex.ille loquitur ſolùm in iudice delegato.Gul.de Cu.in d.l.
plebiſcito. reprobat iſtas duas glo. quia dicta Authen.de-
bet intelligi, ſecundùm diſtinctionem dictarum legum
veterum, vt nihil liceat recipere, niſi eſculentum & po-

culẽtum, prout etiam Arch. & Io. And. in c. ſtatutum. §. inſuper. de reſcr. lib. 6. & Albe. de Roſ. in d. §. fi. refert Gulielm. & cum eo videtur tranſire idem Bal. ibi, & Bar. in d. l. plebiſcito. Io. de Imo. in c. cum ab omni. de vita & honeſt. cle. dicit, ꝙ in iſto dubio tutius eſt non recedere à gl. & videtur magis honeſtum, ſed de facto multoties ſeruatur opinio Gul. & Bar. in l. lex Iulia. ff. ad leg. Iul. repetun. tenet opinionem Gul. & idem tenet Sal. in l. iubemus. C. ad leg. Iul. repetun. & Are. in d. §. fi. Inſtit. de publ. iudi. & Specu. in tit. de ſalario. §. 1. Quid dicendum in iſtis eſculentis, & poculentis de iure capitulorum regni? Dico, ꝙ ſuper hoc ſũt diuerſa capitula. nam Rex Carolus Primus in c. quod incipit, hac lege edictali. char. 2. in 3. colum. dicit, ꝙ iudices ca

29 ueant † à muneribus, ſiue xenijs, ſiue donis, exceptis eſculentis & poculentis, ſicut eſt eis à iure permiſſum. & ſic iſtud capitulum firmat opinionem ſupradicti Gul. de Cuneo, & ſequacium. Sed idem Rex Carolus Primus in alio cap. regni, quod incipit, item ꝙ in omnibus. char. 5. ſtatuit, ꝙ nihil iudices recipiant, niſi eſculentum & poculẽtum, ſm ſacri regni conſtitutiones, quæ permittunt limitare, vt ſupra dictũ eſt, & in alio cap. eiuſdem Regis, quod incipit, item ꝙ iuſtitiarij. char. 17. ſtatuit, ꝙ iudices non poſſint capere ab vniuerſitatibus eſculentum. Idem ſtatuit Regina Ioanna Prima in cap. item ꝙ prædicti officiales. char. 58. Sed aduerte, ꝙ Rex Carolus II. filius Regis Caroli Primi ſtatuit in cap. quod incipit, ꝙ nullus iuſtitiarius. char. 24. quòd officiales ſalariati poſſint capere eſculenta & poculẽta, prout à iure permiſſũ eſt, & ſic approbatur opinio Gul. dummodo in toto anno non excedant centum aureos, & ita dicit gl. in c. non licet. 11. q. fi. & probatur in l. eadem. §. fin. ff. ad leg. Iul. repetun. idem dicitur in d. c. Reginę Ioannæ Primæ, quod incipit, itẽ ꝙ prædicti officiales. char. 58. pro iſta opin. Gul. facit, quia iudex pro iſtis eſculẽtis, & poculentis ſponte datis à litigantibus non præſumitur, ꝙ velit ius partis lædere, argu. cap. & ſi quæſtiones. de ſimonia. Et in quibus conſiſtant iſta eſculenta, & poculenta? Dicit

30 Dominicus in d. §. inſuper. † ꝙ conſiſtunt in omni eo, quod eſt comeſtibile, & potabile, quod conſumi poteſt paucis diebus, glo. ibi dicit in duobus diebus poteſt conſumi, idẽ dicit tex. in conſtit. apud iuſtitiarios, vt ſi mitterentur perdices, aut ordeum, vel fœnum pro equo: non autem poteſt recipere ſeruitium, ſm glo. ibi, & Dominicum, aut aliquã rem minimam etiam valoris vnius denarij. Item vna gallina dicitur exiguum munus, vt dicit tex. ibi, aut exiguum munus dicimus domeſticæ gallinę, in Auth. vt omnes obediant iud. proui. §. hoc conſiderantes. tamen etiam minimum non debet violari, vt in l. pen. C. de aduo. diuer. iud. & in l. ſi quis in graui. §. ſi quis tabulas. ff. ad Sylla. & ſecundùm gl. ibi. & ſic patet, ꝙ non poteſt recipere valorem eſculenti, & poculenti, vt dicit hic And. in §. litigator. poſt argu. pro & contra. & vide Bald. in d. l. ſolet. §. 1. vbi dicit, ꝙ vnum par caponum, vel faſianorum, vel duas phialas de maluaſia poteſt iudex recipere. Decimoſextò no. ex tex. ibi, litigator, quòd aliqui libri habent iſtam conſtitutionẽ, infra in ti. ſecundi libri. And. hic legit eam, & eam declaraui ſupra in 10. ver. Et pondera tex. ibi, dum dicit, promittẽ

31 do. quòd paria † ſunt corrumpere iudicem, dando ſibi pecuniam, vel aliquam rem, vel promittẽdo ſibi pecuniam, vel aliam rem. & ſic quantum ad iſtum effectũ paria ſunt promittere, & dare, ſm And. hic, & in dicta conſti. apud iuſtitiarios. An autem in alia materia dotali ſint paria dare, vel promittere dotem, remitto me ad Andr. & ad ea, quæ ibi ſcripſi, ſ. in c. 1. de natu. ſucceſ. feu. & ad ea, quæ dicam infra in conſtit. in aliquibus. Item aliud eſt vendere, aliud promittere vendere, de quo per Alex. in l. iuriſgentium. in princ. in 4. colum. de pactis. & per Iaſ. in l. in bonæfidei. ff. de eo, quod cer. loco. & Alexan. in 2. volu. conſi. 57. 2. col. & in coſil. 93. 2. colu. & in 3. volum. conſilio 72. Quid in promiſſione de me obligando, an ſit ibidem ſicut obligatio? Io. And. in addi. Spec. in tit. de obligat. & ſol. in 1. col. dicit, quòd ſic. idem Alexand. in l. cum fundus. §. ſeruum tuum. in 2. colum. ff. ſi cert. pet. ſed vt hæc materia liqueat, ſcilicet, an & quando liceat iudici aliquid accipere, facio

32 iſtam diſtinctionem, quòd † aut volo dare iudici pecuniam ob iuris mei retentionem, ſiue redemptionem, ſeu cauſæ expeditionem: & non licet etiam de iure communi, vt in l. vt puta. §. fin. ff. de condictio. ob turp. cauſam. & in l. quæ explicandi. C. de accuſ. per Angel. & no. in cap. cum ęterni. de re iudic. lib. 6. & etiam non licet per conſtitut. iſtam, & conſtit. corruptelæ, quæ eſt in fine ſecundi libri. Aut volo dare iudici pecuniam pro corruptela: & tunc non ſolùm non licet, ſed incido in maiorem pœnam, ut hic in 9. verſ. & in dicta conſtit. corruptelæ. & in l. 1. C. de pęna iudicis, qui malè iud. & in iurib. proximè allegatis. Aut uolo dare iudici pro amicitia, & tunc ſolùm poſſum dare, & ille recipere eſculentum & poculentum tantùm, ut ſupra in præcedẽti no. dixi. Aut volo dare iudici pro eo, quia eſt meus conſanguineus, & poſſum ei dare quantum volo, ut in l. 1. in fi. ff. ad leg. Iul. repetund. aut volo dare iudici ob ſui laboris remunerationem, quia multùm ſtuduit, & laborauit: & tunc, aut ille iudex eſt ordinarius, & habet ſalariũ pro iudicando à Rege, vel à publico, & nihil poteſt recipere, vt dicit tex. in auth. ſcriptum exemplar. circa medium. & habetur in c. 1. ne prælati vices ſuas, niſi eſculentum & poculentum, ſecundùm ꝙ ſupra dictum eſt in præcedenti nota. & eſt ratio, ne alienum iurgium putet ſuam eſſe prędam, vt C. ad legem Iul. repetundarum. l. omnes. & voluit Specul. in titu. de ſalario. §. 1. ver. ſi verò eſt ordinarius. ot habetur in d. c. cum ab omni. de vita & honeſtate clerico-

33 rum. Et ideo id, quod † debet fieri gratis, non debet fieri accepta pecunia, ut no. in d. l. vt puta. §. fin. Aut eſt ſolùm iudex delegatus, tunc habebit ſportulas ſecundùm conſuetudinem loci, ut in Authẽ. de iudicibus. §. ne autem labor. facit l. qui ordinaria. C. de officio rectu. prouin. & Auth. de mand. princ. §. aliud. & no. in auth. offeratur. C. de litis conteſtat. & Alexand. in l. 2. ff. ſi quis in ius uoc. non ierit. delegatus autem à Papa nihil recipit niſi eſculenta, & poculenta, ut in d. c. ſtatutum. §. inſuper. de reſcrip. lib. 6. Gloſſæ hic non ſunt. Sequitur rubrica.

ANNOTATIONES.

a Secundò.] Vide Iaſon. in l. extra territorium. in 1. lect. nu. 19. & 2. lect. nu. 5. ff. de iuriſd. om. iud. & in l. vbi ceptum. nu. 2. ff. de iud. Barb. in c. potuit. nu. 6 & 8. de offi. deleg.

b Poculentum.] An ſit licitum iudicibus aliquid accipere à litigantib. & an poſſint accipere eſculentum, & poculentum? Vide cõſt. apud iuſtitiarios, & tex in auth. ſcriptum exemplar. & in l. plebiſcito. ff. de offi. præſidis, in l. ſolent § fin. ff. de offi. procõſ. & legati. & l. lege. ff. ad legem Iuliam repetũdarum. & hoc in ordinario, & in delegato eſt tex. in c. ſtatutum. §. inſuper. de reſcript. li. 6. hodie uiget regia nouella pragm. Caroli Quinti Imperatoris, quæ incipit, quis neſcit munera, quæ penitus prohibet aliquid recipere ſiue magni, ſiue parui valoris, quam vide. Batius.

De officio iuſtitiarij prouinciæ. Rub. XLII.

DICTVM eſt ſupra proximè de officio magiſtri iuſtitiarij. Erat videndum, quæ ſunt illa, quę ſpectant ad officium iuſtitiarij, de quibus non erat dictum: ideo ſtatim ſequitur hæc rubrica, de officio iuſtitiariorum prouinciarum regni, quæ ſunt iſtæ, videlicet, prouincia terræ laboris, comitatus Moliſij, Apuliæ, ſub qua eſt Capitinata, & Baſilicata, vt ſupra dicitur in conſtitutione, quam regiſtraui ſupra in conſtitutione præcedenti, in 2. notab. prouincia Aprutij, citra & ultra terram Bari, & terram Idrunti, Calabria, citra & ultra, & in iſtis prouincijs conſiſtit iſtud regnum.

SVMMARIVM.

1 *Furtum magnum quod dicatur.*
2 *Argumentum à nomine eſt licitum in iure.*
Iuſtitiarij norma iuſtitiæ alijs debent eſſe.
3 *Iudex ſuo ſalario contentus eſſe debet.*
4 *Conſuetudo eſt nulla, quòd iudex aliquid accipiat pro ſententia.*
Iudex eccleſiaſticus nihil pro conſultore debet recipere.
5 *Iudex, qui iudicia vænalia exponit, Deum & legem offendit.*
Aßiſia multis capitur modis.
6 *Latrones ſunt, qui cum violentia furantur, contra quos debent procedere iuſtitiarij prouinciæ.*
Latrunculator dicitur iudex cauſarum criminalium.
7 *Furtum magnum pluribus furtis paruis eſt æquiparandum.*
8 *Frangere domos alienas, quibus liceat caſibus.*
9 *Domus deſtrui ad faciendam nouam viam publicam quibus poßit caſibus.*
Inſultus quando ſit punibilis, & quando non.
10 *Animus cum ſuis actibus per intrinſeca probatur.*
11 *Inſultum ex cogitatu, & de induſtria factum, quis probare debet.*
Bona fides in præſcriptione præſumpta allegari debet.
12 *Allegatio bonæ fidei quo tempore debeat fieri.*
13 *Incendiorum cauſæ criminales cenſentur eſſe.*
14 *Pœna corporalis quando pro lata culpa imponi poßit.*
15 *Glandis appellatione venit omnis fructus.*
16 *Mulieribus vim inferre grauius eſt delictum, quàm ſi viro inferatur.*
17 *Iuſtitiarius prouinciæ prouidere debet, ne arma molita portentur.*
18 *Furtum magnum dicitur, ſi viginti auguſtales excedat.*
Furtum eſt crimen priuatum & non publicum.
19 *Statutum dictans, quemlibet de furto poſſe accuſare, qualiter intelligi debeat.*
20 *Iudex negligens in reddenda iuſtitia, iuriſdictio ad ſuperiorem iudicem deuoluitur.*
Iuſtitiarius nulli poteſt cauſam ciuilem committere antequam baiuli negligentes inueniantur.
21 *Iuſtitiarius prouinciæ de partium voluntate, an poßit de cauſa ciuili cognoſcere, nulla baiuli negligentia præcedente.*
Prorogatio qualibet prorogabile actu, vel habitu ſubſiſtere requirit.
22 *Iuriſdictio iudicis quando ipſo inuito prorogari poßit, & quando non.*
Baiuli an in ciuilibus iuriſdictionem habeant priuatiuè, vel cumulatiuè ad iuſtitiarij iuriſdictionem.
23 *Iuriſdictio ſpecialis ad vniuerſalem ordinariam venit cumulatiuè.*
24 *Diffinitio à lege datur à qua & cognitio.*
25 *Baiuli & alij inferiores iudices quando ſint cenſendi negligentes.*
26 *Culpa carere iudicatur, quod eſt neceßitate illatum.*
27 *Ordinatio magnæ Curiæ non habet vim interpellationis.*
28 *Barones merum & miſtum imperium non habentes, non poſſunt bannum imponere vltra pœnam vnius auguſtalis.*
29 *Iuſtitiarij prouinciæ ſunt iudices competentes in feudis non quaternatis.*
30 *Iuſtitiarius prouinciæ an ſit iudex in cauſa rei particularis feudi quaternati.*
31 *Feudum allodiale ſanctum ſanctorum dicitur quandoque.*
32 *Clerici pro quibus bonis poßint ad iudicia ſecularia trahi.*

IVSTITIARIIS nomen & normam. Quinque principaliter facit iſta cõſtitutio. In prima parte exorditur nomen iuſtitiarij, vt ſicut potiuntur hoc nomine, debent eius effectu potiri, ideſt debent eſſe ſoliciti, vt ſint iuſtitiæ cultores, & in primis iuſtitia per eos non ſit vænalis, ſed gratuita. In ſecunda parte ibi, quia igitur. tractatur diffuſius, & apertius, quæ ſunt illa, quæ ſpectant ad officium iuſtitiarij prouinciæ. & dicitur, quòd pertinent ad eius officium infraſcripta, videlicet, cognoſcere, & punire latrocinia. i. magna furta. Item de fractura domorum. Item de inſultib. excogitatis. Item de incẽdijs. Item de inciſionibus arborum fructiferarum & vitium. Item de violentia mulierib. illata. Item de duellis & crimine læſæ maieſtatis. Item de portatione armorum. Item de ſpreta defenſa, & de omni delicto, vbi venit imponenda pœna mortis, vel mutilationis alicuius mẽbri, & de omnib. alijs criminalibus, prout dicit glo. hic. In tertia parte ibi, magnum. deciduntur duo dubia ſuper eo, quod dictum eſt, quòd iuſtitiarius cognoſcit de magnis furtis.
1 † Et primum eſt, quod dicatur magnum furtum? Et dicitur in litera, quòd eſt illud, quod excedit ſummam viginti auguſtalium. Secũdum dubium eſt, vtrum iuſtitiarius de furtis infra viginti auguſtales poßit cognoſcere, & punire? Et deciditur quòd ſic, & etiam poteſt in ipſis ciuiliter procedere. In quarta parte ibi, cognitionẽ. declaratur, vtrum iuſtitiarius prouinciæ poßit cognoſcere de cauſis ciuilibus, quæ ſpectãt ad baiulos, & camerarios, & ſic, quòd baiuli, & camerarij in cauſis ciuilibus habeant iuriſdictionem priuatiuè ad ipſos iuſtitiarios. Et dicitur hic, quòd iuſtitiarij non cognoſcunt de cauſis ciuilibus, quæ ſpectant ad baiulos & camerarios, niſi quando baiuli & camerarij denegant iuſtitiam, vel negligunt iuſtitiam miniſtrare. Et tunc dicuntur denegare, vel negligere, quando fuerit facta querela de eis ſuperiori, & iuſtitiarius eis reſcripſerit, quòd intra duos menſes iuſtitiam faciant, niſi naturæ cauſæ expoſcant maiorem dilationem. Et idem dicitur de Baronibus, qui habent iuriſdictionem in vaſallis, vt ipſi habeãt eam priuatiuè in primis cauſis ciuilibus, vt eſt in iuſtitiarijs, niſi Barones ſint negligentes, vel denegauerint iuſtitiam, & fuerit eis reſcriptum per iuſtitiarium. quòd intra duos menſes faciant iuſtitiam niſi cauſa requirat maiorem dilationem. In quinta parte, & vltima ibi, de feudis. dicitur, quòd ad officium iuſtitiarij prouinciæ pertinet cognoſcere ſolùm de feudis planis, & de tabula, non autem de feudis quaternatis, quorum cognitio ſpectat ad regiam Curiam, & ad magiſtrum iuſtitiarium, & breuiter hoc intendit. Ad officium iuſtitiarij prouinciæ pertinet cognoſcere, & punire omnia delicta, vbi venit imponenda pœna mortis, vel mutilationis membri, & etiam de ſpreta defenſa, & de portatione armorum, & de cauſis ciuilibus in defectu baiulorum, & camerariorũ, & Baronum habentium ciuilem iuriſdictionem, & etiam cognoſcere ſolùm de feudis planis, de tabula, non quaternatis.
2 Nota primò ex textu ibi, nomen, quòd licitum † eſt arguere à nomine, concordat ſupra conſtitutio. magnæ Curiæ noſtræ, in principio, & ibi dixi in primo notab. quibus adde textum in cap. orationum. 41. diſtinct. in tantum, quòd ſi iuſtitiarius facit id, quod eſt contrarium eius nomini, non debet gaudere nomine, & ſic debet priuari officiõ, argum. notatorum. 37. diſtinct. c. multis. vnde verſus.

Si re priueris, nec nomen habere mereris.

ſecundùm Spec. in ti. de iudice deleg. §. fin. ver. item quod in eo, in quo non eſt iuſtitia, vnde nec iudex vocari meretur. c. forus. §. in omni. de verb. ſign. Secundò no. ex tex. ibi, normam, quòd iuſtitiarij debent eſſe norma & regula iuſtitiæ, ſicut Imperator appellat normam conſtitutionis. Inſtitut. de Attiliano tutore. § pe. & alibi tex. appellat normã regulæ. in fi. 53. diſt. accedant ad hoc illi verſus, quos retuli ſupra in conſtit. ſtatuimus. in nono notab. videlicet, ò conſultores &c.
3 Tertiò no. tex. ibi, † gratuitum, quòd iuſtitiarius prouinciæ nihil debet accipere pro ſententijs interlocutorijs, vel diffinitiuis: ſed gratis, & ſine ſpe alicuius lucri debet omnibus miniſtrare iuſtitiam. ſit ergo contentus ſuo ſalario. Accedant ad hoc not. in cap. ſtatutum. §. inſuper. de reſcript. lib. 6. ſicut etiam dicit tex. in c. cum ab omni. ibi, gratis ſtudeatis litigantibus impartiri &c. cum ſententiæ non debeant eſſe vænales, vt in l. vænales. C. quando prouoc. non eſt neceſſe. bene tamen ſine fraude, non paſſim, quia iuſtitiarius habet aſſeſſorem, & poteſt à partibus pete-

ræ,vt præſtent mercedem pro ſalario conſultationis,vt di-
citur in gl.d.c.cum ab omni.& in d.c.ſtatutum.§.aſſeſſoré.
Iuxta hoc ſubijcio quæſtionem,vtrum iudex ordinarius li
cité poteſt exigere à partibus ſalarium pro conſultore? In
iudice ſeculari nō habet dubium, per tex.in Auth. de iud.
§. ne autem. Sed in iudice ordinario eccleſiaſtico dubito,
& ideo pono in terminis quęſtionem. Archiepiſcopus Nea
pol.qui habet redditus ſuæ eccleſiæ,habet conſuetudinem
recipiendi ducatos duos pro ſententia diffinitiua, & tare-
nos duos cum dimidio pro interlocutorijs,vtrum hæc con
ſuetudo excuſet eum à peccato? Et maximè,quia illa pecu
nia non tota datur aſſeſſori, ſed diuiditur cum vicario &
magiſtro actorum.Io.de Im.in d.c.cum ab omni. in 4.col.
tangit hoc dubium, & refert opinionem pro & contra.tan
4 dem ipſe concludit, q † talis conſuetudo non valet, quia
tex.in d.c.cum ab omni.videtur reprobare dictam conſue
tudinem,quę intelligitur tam de pręterita quàm de futura,
ſecundùm eum ibi,allegat Cyn. in l.2. C. quæ ſit lon.con-
ſuet.& dixi ſupra in proœ.iſtarum conſtit.in §.fin. & tantò
magis dicit ipſe,ſi pecuniam ipſam recipit pro aſſeſſore,&
in effectu recipit ad ſui commodum ſub nomine aſſeſſo-
ris.licet poſtea ſubdat,q ordinarius in cauſa matrimonia-
li nō poteſt recipere ſalarium etiam pro aſſeſſore ſine frau-
de,quia ipſe debet eſſe peritus.& ſi vult conſultare, ipſe de
bet ſoluere de ſuo,& ita ego dixi quondam domino Alex.
Carafhæ Archiepiſcopo Neapolit. q nullo modo vicarius
debet habere partem de illa pecunia,quæ datur pro cōſul-
tore.quia prælatus debet gratis iudicare.1 4.q.5. c.non ſa-
nè,& mundas ſeruare manos, nullumq; contingere lucrū,
5 & ſi † iudicia vænalia exponit,Deum & legem offendit, vt
in Auth.de man.prin.§.oportet. 1 1 . q. 3. c.qui rectè, ſecun-
dum Hoſt.in ſum.ne præla.vices ſuas.§.1. Quartò nota, ex
tex.ibi,aſſiſijs, q officium iuſtitiariorum non fuit inuentū
tempore Imperatoris Federici , ſed eſt officium antiquum
in regno ante eius imperium,& quia tunc temporis multa
vſurpauerant concernentia iuriſdictiones,ideo in iſta con-
ſtitutione imponitur aſſiſia circa ea , quæ concernunt eius
iuriſdictionem,ſicut imponitur aſſiſia in annonis, in c.1.§.
poſt natale,per And.de pace tenen.& ſic iſtud vocabulum,
aſſiſijs,hic poſitum ſtat ſimilitudinaliter,alibi capitur aſſi-
ſia pro certis clericis,qui continuè debent ſeruire eccleſiæ,
& canonicis,& dicuntur clerici aſſiſij,quaſi aſſidui in ſerui
tijs eccleſiæ,vt no.in c.cum ad hoc.de clericis non reſiden
6 tib.in eccleſia. Quintò no.ex tex.ibi,latrocinia, q † iuſtitia
rij prouinciæ debent contra latrones procedere, & dicun-
tur latrones illi,qui cum violentia furantur,vt dicit Bar.in
auth. ſed nouo iure.C.de ſeru.fug.& multò fortius contra
publicos & famoſos latrones, qui furantur de continuo in
ſtratis publicis,de quib. loquitur tex.in l.capitalium. §. fa-
moſos.ff.de pę.& Ab.Sic.in c.inter alia.in 1.col.de immu.
eccl.nec credas,q iuſtitiarius,qui cognoſcit de latronibus,
dicatur latrunculator,ideſt, iudex latrunculatorum, vt di-
cit tex.in l.ſolemus.§. latrunculator. ff.de iudicijs,quia iu-
ſtitiarius non tantum de latronib.& cauſis criminalib. co-
gnoſcit,ſed & de ciuilibus,vt patet ex iſta conſtitutione, &
ſupra eam declaraui , ideo non poteſt dici latrunculator.
Sextò no.ex tex.ibi,magna furta. quòd ideo iſta cōſtitutio
conſiderat magna furta, quia per iſtas conſtitutiones furta
infra xx.auguſtales non puniebantur pœna mortis,ſed fur-
ta magna poſſunt puniri de iure communi pœna mortis,
7 quia furtum magnum † æquiparatur pluribus furtis par-
uis commiſſis,vt dicit Bald. in d.auth.ſed nouo iure. C.de
furt.bene tamen per cap.1.§.ſi quis quinque ſolidos. de pa
ce tenenda.in viii. feudo.punitur pœna mortis, ſi quis fue
rit furatus rem valētem quinque ſolidos , & de hoc c.facit
mentionem Io.And.in d.c.inter alia.de immun.eccl.& ali-
qui reſtringunt illum.§.ſi quis quinque ſolidos.quando ex
illo furto frāgitur pax.hodie verò in regno per c.Regis Ca
roli Primi prouiſum eſt, q ſi quis furetur rem valētem ſex
ducatos , debet condemnari ad furcarum ſuſpendium ita,
q in illis moriatur,vt in c.quod incipit,char.3.Et non ſolū

cognoſcit iuſtitiarius de magnis furtis , ſed etiam de par-
uis,vt dicitur in iſta conſtit.in 3.parte.Item poterit cogno-
ſcere etiam de furtis rei ſacræ, per titu. ff.ad legem Iuliam
pecu.item de furto plagij,quod committitur, quando fu-
ratur & contractatur liber homo, vt ff. & C.ad legem Fa-
uiam de plagiar.item de furto abigei, vt ff.de abigeis. l.1.
§.1.cum duabus ſequentib.Septimò no.ex tex.ibi,fracturę
domorum,q effractores domorum alterius,ſiue de nocte,
ſiue de die dicuntur delinquere,& eorum cognitio ſpectat
ad iuſtitiarium prouinciæ , & intellige ſiue fractura ſit fa-
cta in domo propria,ſiue conducta, vt in l. lex Cornelia.§.
domum.ff.de iniurijs.ſiue ſit in ciuitate, ſiue in villa, vt in
d.§.domum,& de iſtis effractoribus loquitur text.in l.1.&
8 2.ff.de effractoribus,& expilatoribus.An † autem aliquo
caſu liceat frangere domos alienas? Dic q ſic.Et primò p
crimine læſæ maieſtatis,vt in ca.fœlicis.de pœnis. lib.6.&
ibi vide quæſtionem per Io.And.& Petr.de Anch.Quòd ſi
a vna domus ª eſt duorū,& pars inferior debet deſtrui,quo-
modo conſulatur domino habenti partem ſuperiorem, de
qua etiam per Bar.in l.hactenus.§.de eo. ff.de aqua plu.ar-
cen.Item ſi domus ſtaret prope murum ciuitatis , quia ex
ea poſſet dari aditus inimicis tempore guerræ,vt in l.ædifi
cia.ff.de operis public. An autem pro inobedientia & con-
tumacia poſſit domus dirui? Vide Dinum & Baldum in
l.cætera.§.ſed ſi quis.ff.de legat.1.Et an pro pignore præto
rio poſſint capi tegulæ domus,quæ ſint in tecto? Vide Bar
tolum in l.nulli.§.fi.ff.de legat.3.Bartol. & Doctores in d.
l.cætera.§.hoc ſenatus.& in §.ſed ſi ea.per Ioannem de Im.
9 Et an † poſsit deſtrui domus,vt fiat noua via publica? Dic
quòd ſic,per l.ædificia. ff. de ædific.priua.Sed an debeatur
ei æſtimatio? Dixi ſupra in præludijs, in quarta quæſtio.
Item demolitur domus,ſi fuit ædificata, præſtita cautione
de demoliēdo,ſi de iure debet demoliri , vt in l.ſtipulatio.
§.1.de oper. no. nuncia. Octauò nota ex texto ibi,inſultus
excogitati.quòd ad hoc, vt inſultus ſit punibilis, oportet.
quòd ſic excogitatus, & appenſatus . vnde non ſufficit di-
cere in libello,quòd talis fuit inſultatus, ſed debet dicere,
quòd fecit inſultum ex cogitato , & tunc eſt punibilis : &
hoc tenet glo. hic ſuper hoc verbo. & etiam Andreas hic .
& quòd hoc ſit verum,dicam infra, quia ſi fiat inſultus ca- 11
ſualiter,non eſt punibilis , per l.1. §.1. ff. ad legem Corne-
liam de ſicarijs , & in l. reſpiciendum. §. delinquunt. ff.de
pœn. & notat.in cap.1 . de homicid. libro 6. & hoc firmat
Andreas hic. ſed ſi culpa pręceſſit caſum , punietur ſolùm
de culpa,ſecundùm Angel.in l.1. ff.de legibus . & uide bo-
nam gloſſam in l.1.C.ad legem Corneliam de ſic.Et quid
ſit inſultus , uide Aretinum in tractatu de maleſic. in ver-
bo,fecit inſultum,& ibi quando dicatur factus inſultus in
domo. Sed quęrit hic dicta gloſſa, quomodo poterit pro-
10 bari iſte † cogitatus , & animus ad inſultum,cum ea, quę
ſunt in animo non poſſunt probari? Dicit glo. quòd per
extrinſeca cognoſcuntur intrinſeca , ut in legibus in ea al-
legatis.facit cap.1.§.uoluerit.de capita. qui cu.rend.unde
ſolùm propoſitum delinquendi non ſufficit ad punien-
dum eum , niſi perueniſſet ad aliquem actum , per quem
appareat de eius animo , ſecundùm Andream ibi , ea qua-
litate factorum probatur animus . Dicebat Bal. in conſil.
ſciſmatis , poſito in rubr. C. ſi quis aliquem teſtari prohi-
buerit.colum.16.alleg. l.quod ait.§.illud.ff.de diuor.Item
probatur animus per verba.Bald.in rubr. C.de fide inſtru.
78.quęſtio. Item per indicia , & coniecturis, vt no.glo. in
d.l.1.C.ad leg.Cornel.de ſicar. & Bald. in l.moueor. C.de
ſeru. export. Item per id,quod conuenit naturę rei . Item
per id,quod bonę fidei congruit , ſecundùm Bald. in l.fœ-
liciſſimam. C.de his qui à non domino. Item ex euentu,
vt dicit Barto.in l.concubinam. §.ſi res. per illum tex.ff.re
rum amota.& vide ad hoc Paulum in conſ.17. in 11.col.
item ab effectu,ſecundùm Bal.in proœ.ffeudorum. in fi.itē ex
pręparatorijs.Bald.in c.1. 2.col. hic finitur lex Corra.item
probatur animus ex iuramēto pręcedēti, per tex. in l.poſt-
liminium.§.captiuus. ff. de capti.& poſtli.reuer.itē ex his
quæ

quæ incontinenti ſequuta ſunt. l. ſi ventri. ff. de priuil. cred.
c. officij. de elect. Item declaratur animus per actus inuali-
dos. l. legatum. §. pater ortos. ff. de adi. le. l. planè. in princ. ff.
de leg. 1. firmat Alex. in 3. vol. conſi. 21. circa fi. Item ex ex-
trinſecis iudicatur, an contraxit liberè vel violēter, vt egre
giè conſuluit Alex. in 4. vol. cōſi. 47. in 3. col. & illud eſt du
11 plicatum in 3. vol. conſi. 100. Item † quærit glo. prædicta,
quis habet probare, ꝙ inſultus allegatus fuit ex cogitatu,
& appenſatè. dicit gl. ꝙ reus debet probare, ꝙ non ex cogi-
tatu fuit inſultus, quia in dubio præſumitur, ꝙ appenſatè.
Et ideo debet allegari, quia præſumptio debet allegari. ſi
enim allegatur, præſumitur. ſigna ergo iſtam gl. ad hoc, ꝙ
præſumptio iuris debet allegari, cui adde Bald. in c. ſi quis
per triginta. in 2. col. ſi de feu. fuer. contro. inter domin. &
agna. vbi dicit, ꝙ in præſcriptione bona fides quando præ
ſumitur, debet allegari, aliàs nunquam præſumetur, q̄m fa
cti eſt, & animi, ideo non pręſumitur, niſi allegetur. hoc be
ne firmat Alex. in 2. vol. conſi. 76. in 2. col. & in conſil. 136.
in 6. col. & in 3. vol. conſi. 69. in 3. col. Fel. multa ad hoc al-
leg. in c. cum ordinem. de reſcrip. & Alex. in l. a diuo Pio. §.
ſi ſuper reb. ff. de re iud. Et an ſufficiat allegare iſtam præ-
ſumptionem bonæ fidei tpe diſputationis? Reperio Io. de
Imo. poſt Ant. de But. in c. peruenit. de emp. & vend. ꝙ iſta
12 † allegatio bonæ fidei pōt fieri tpe diſputationis, & firmat
Alex. de Imo. in l. vnica. 2. col. C. vt quæ deſunt. vbi alleg.
Ant. de But. in d. c. peruenit. & ideo ſi in libello dr̄, ꝙ talis
fecit inſultum, & non ſit dictum, ꝙ ex cogitatu illum fe-
cit, poteſt hoc allegare tempore diſputationis, ſicut poteſt
allegari præſumptio bonæ fidei, quæ ſimiliter procedit ex
animo, niſi allegaretur hæc differentia, videlicet, ꝙ pręſum
ptio bonæ fidei allegatur per eum, pro quo facit præſum-
ptio: ſed inſultus ex cogitatu allegatur cōtra eum, qui vel-
let dicere, ꝙ inſultus non eſſet ex cogitatu. & ideo iſta non
videntur ſimilia, & dicit Spec. in ti. de diſpu. & alleg. §. poſt
hoc. poſt prin. ꝙ nunquam obſtat arg. à ſimili, data aliqua
diſſimilitudine: & ideo tenet gl. & And. hic, ꝙ iſta allega-
tio, ꝙ ex cogitatu, vel appenſate inſultauit, debet fieri in li-
bello accuſatorio, ſecundùm gl. & And. hic. Quid autem ſi
diſputando, & allegando allego aliquid ſimile, & altera
pars negat illud eſſe ſimile, cui incumbat onus probandi ſi
mile? Vide Spe. in d. §. poſt hoc. Lud. in l. prætor ait. §. eum
qui. ff. de dam. infec. Luc. de Pen. in l. quod in libellum. C.
de fide inſtrum. lib. 10. & Iaſ. in l. creditori. ff. de oper. no.
nunciat. Item quærit hic And. quæ pęna imponitur pro in-
ſultu, & remittit ſe ad gl. in conſt. ſi quis in poſterum, & ibi
13 dixi in 14 not. ideo hic non repeto. † Nonò no. ex tex. ibi,
b incendia, ꝙ cauſæ incendiorum [b] dicuntur cauſæ crimina
les, vbi doloſè dicitur incendium fuiſſe perpetratum, quia
inter cauſas crimin. ponitur hic cauſa incendij, & bene,
quia de iure communi doloſi incendiarij domorum pu-
niuntur pœna mortis. l. capitalium. §. incendiarij. ff. de pœ-
nis. cum concord. allegatis per Hoſt. in ſumma de incendia
rijs. §. fi. Præſumitur ſemper incendium doloſum, ſi præceſ
ſerunt inimicitiæ, ſecundùm Bald. in l. data opera. in 1. col.
C. qui accuſa. non poſſunt, per tex. in d. l. capitalium. §. qui
ob inimicitias. ſi autem cum culpa leuiſſima dicatur eſſe
factum, non poteſt dici propriè cauſa criminalis, ſed ciui-
lis, licet poſſit dici criminalis reſpectu pœnæ pecuniariæ,
quæ imponitur pro arbitrio iudicis, vt dicit Bald. in l. quæ
fortuitis. pen. col. de pign. actio. reſpectu culpæ leuiſſimæ,
nam pro leuiſſima culpa non oritur pro aliquo delicto mū
di actio criminalis, ſecundùm Bal. in c. 1. §. iniuria. in 2. col.
de pace iur. fir. allegat Cy. in l. ſi quis non dicam. C. de epiſ.
& cler. & ibi per eum in pe. col. & Bal. in l. 1. ff. de legibus.
& in l. fin. C. finium regun. de clandeſtinis incendijs vide
14 quæ ſcripſi ſupra in conſt. ſuper inciſionibus. An † autem
pro lata culpa imponi poſſit pœna corporalis? Gl. in l. lege
Cornelia. ff. ad legem Corn. de ſic. videtur tenere, ꝙ non,
ſed de hoc, an vbi punitur dolus, puniatur delinquens ex
lata culpa, remitto me ad ſcripta per Alex. in l. 2. ff. quod
quiſque iuris. & per Bald. in d. l. data opera. in 2. col. bene

hoc ſolum dico pro nunc, ꝙ nunquam pro aliquo delicto
cōmiſſo ex lata culpa quis debet mori, vt no. in l. in actio-
nibus. ff. de in litem iuran. ſecundùm Bald. in l. data ope-
ra. in princ. 3. col. & ſubdit ibi in 4. col. ꝙ in delictis, vbi nō
eſt dolus, ſemper iudex debet temperare ſententiam, vt in
l. 1. §. pœna grauior, & l. qui ædes. ff. de incen. rui. nauf. An
autem in foro conſcientiæ damnum datum per me aliter
ex leui, vel leuiſſima culpa, debeam reſarcire? Abb. Sic. in
c. 1. 2. col. dicit, ꝙ non, ſed ſatis eſt, ꝙ agam pœnitentiam, al
leg. hoc dicere Inn. in c. ſicut dignum. de homic. ſed in fo-
ro contentioſo teneret emendare damnum, per l. in lege. ff.
ad l. Aquil. Decimò no. ex tex. ibi, inciſiones arborum fru-
ctiferarum, & vitium. ꝙ ad hoc, vt delictum arborum inci
ſarum ſit iudiciū criminale, oportet, ꝙ arbores inciſæ ſint
fructiferæ, aliàs ſi non ſint fructiferæ, ſed eſſet fortè ſylua
cædua, non eſſet iudicium criminale. ſed ſi eſſent occultè
arbores fructiferę inciſę, & non poſſit probari, tunc vniuer
ſitas teneretur ad emendationem damni, per text. ſupra in
dicta conſt. ſuper inciſionibus. dicuntur enim arbores fru-
15 ctiferę etiam quercus, quę producunt glandes, & † appella
tione glandis, venit omnis fructus, vt in l. vnica. in fi. ff. de
glande legen. & in l. venenum. §. glandis. ff. de verb. ſign. &
voluit Bar. in l. qui ſeruandarum. §. ſi glans. ff. de pręter. ver.
& ſcias, ꝙ arbores fructiferas, eſt vocabulum magis gene-
rale, quàm dicere arbores pomiferas, de quibus loquitur
tex. in l. fraudem. §. conductor. ff. de iure fiſci. has quidem
arbores fructiferas etiam ille, qui habet vſumfructum, nō
poteſt incidere, quia ex hoc faceret fundum deteriorem, vt
dicunt Doctores, maximè Alexand. in l. diuortio. §. ſi fun-
dum. ff. ſol. matr. bene facit lex, qui fundus. C. de pign. act.
& l. ęquiſſimum. §. 1. ff. de vſufr. Bal. in authen. qui rem. 2.
col. C. de ſacroſan. eccl. & no. Azo in ſumma. C. de vſufru.
Sed quęro, quare hic Imperator dixit, & vitium, cum appel
latione arborum fructiferarum veniat etiam vitis, vt in l. 3.
§. arbores. ff. de arbo. cęden. Reſpondeo, propter digniſſi-
mum liquorem, quem producit vitis, videlicet vinum, de
quo ſacerdos conficit ſanguinem Ieſu Chriſti in miſſa, fa-
cta eſt ſpecialis mentio de uite, ſicut fecit iuriſconſultus in
l. 2. ibi, qui arbores, maximè qui vites. ff. arbo. fur. cęſar. ſi-
cut etiam in euangelio Marci vlt. cap. dicitur: dicite diſci-
pulis, & Petro. tamen Petrus erat de diſcipulis, & hoc di
xit propter ſpecialem dilectionem, vt dicit glo. in rubrica.
C. de ſeruitu. & aqua. & vide ad hoc multas concordan-
tias, quas poſuit Lucas de Penna in l. tractatorię. C. de tra-
ctatorijs & ſtat. lib. 12. vbi dicit tex. animalia, atq; equos,
vide Alber. de Roſa. in rubr. ff. de vi & vi arma. Vndecimò
16 no. ex tex. ibi, vis mulieribus illata. quòd † grauius eſt de-
lictum committere vim mulieri, quàm viro: & dicitur iu
dicium criminale, quia venit imponenda grauis pœna, ut
ſupra in conſtit. ſi quis rapere. cum duabus ſequentibus, &
appellatione mulieris cōtinetur in iſta materia, largo ſum-
pto vocabulo, etiam virgo: & pro hoc. ff. de legat. 3. l. ſer-
uis legatis. §. mulieribus. & ff. de auro & argento legato. l.
argento. §. muliebri. & declarat Bartol. in d. l. ſeruis legatis.
Duodecimò no. ex textu ibi, duella, quòd ad iuſtitiarium
prouinciæ ſpectat cognoſcere, & punire duella, vt hic. &
de materia duelli vide, quæ dixi in capit. 1. §. ſi quis homi-
nem. de pace tenen. & dicetur infra in conſt. monomachiā.
Decimotertiò no. ex tex. ibi, crimen læſæ maieſtatis. quòd
iuſtitiarius prouinciæ cognoſcit de crimine læſæ maieſta-
tis, vt hic, & ſupra in conſtit. ſtatuimus. in verbo, hoc addi-
17 to. & ibi dixi in 11. no. Decimoquartò † no. ex tex. ibi, ar-
ma molita. quòd ad iuſtitiarium prouinciæ ſpectat proui-
dere, ne arma molita portentur, & portantes punire pœna
contenta ſupra in conſtitut. intentionis noſtræ. cum tribus
ſequentibus. & ibi vide quæ dixi de iſtis armis molitis. De-
cimoquintò no. ex tex. ibi, ſpretæ defenſæ & contemptæ.
quòd de iſtis cauſis cognoſcit non ſolùm magiſter iuſtitia
rius, ſed etiam iuſtitiarius prouinciæ, vt ſupra in conſtit. iu
riſgentium. uer. & ſi de his. & ibi dixi in 9. not. Decimoſex
tò no. ex tex. ibi, & generaliter, quòd iuſtitiarius prouinciæ

habet cognoſcere generaliter de omnibus criminibus, in
quibus de iure communi, vel de iure cõſtitutionum & ca-
pitulorum regni venit imponenda pœna mortis naturalis,
vel ciuilis, aut mutilationis alicuius membri. cõcordat tex.
infra in conſtitutio. iuſtitiarij non per Calendas. & de clau
ſula generali ſubſequenti poſita poſt ſpecies præcedentes,
an reſtringatur ſecundùm ſpecies præcedentes, vide copio-
sè per Felynum in c. ſedes. in 3. colum. verſic. clauſula gene
ralis. de reſcrip. per 9. col. & etiam per Ludo. Rom. in l. ſed
& ſi quis. §. quæſitum. ff. ſi quis cautio. & etiam p Io. Mon.
& Ioan. Andr. in nouella, in c. in generab. de reg. iur. lib. 6.
& per Franc. de Aret. in l. ſi quando. ff. de legat. 1. & per ſcri
bentes in l. ſi de certa. C. de tranſactio. & in l. doli clauſula.
18 ff. de verb. oblig. † Decimoſeptimò no. ex tex. ibi, magnum
autem furtum. quòd furtum magnum eſt quando id, quod
furatur, valet vltra xx. auguſtales, & ſiue furtum ſit magnũ,
ſiue paruum, eius cognitio & punitio pertinet ad iuſtitia-
rium prouinciæ, vt hic. adde hic quæ dixi ſupra de eo. in 6.
not. Decimooctauò no. ibi, poſſit accuſatio intentari. quòd
tam de iure iſtarum conſtitut. quàm de iure communi, cri
men furti eſt crimen priuatum & non publicum, etiam φ
in eo veniat imponenda pœna capitalis, ut dicit glo. in ver-
bo, ſupplicio. in l. cum ſeruus. ff. de cond. ob cauſ. quam gl.
allegat Bal. in c. j §. iniuria. in verbo, furtum. de pace iur. fir.
Quid autem de iure capitulorum regni, an ſit crimen pu-
blicum, ita quòd poſſit procedi ex officio? Luc. de Pen. ſu-
per c. regni, quod incipit, cura nobis. char. 31. tenet, φ etiam
ſecundùm capitula regni eſt crimen priuatum, licet ſit pœ-
na mortis, per c. Regis Caroli Primi, quod incipit, ad hæc.
char. 3. quia propter augmentum pœnæ non ſit de priuato
publicum, quia hoc non dicitur in d. c. ideo ſtat ſecundùm
naturam primi, per l. præcipimus. C. de appell. cum concor.
ſuis. & ſic patet, φ iuſtitiarius per iſtum tex. non poteſt pro
cedere ex officio pro furto, etiam φ veniat imponenda pœ
na mortis. hoc voluit expreſsè gl. prædicta in d. verbo, ſup-
plicio. & iſtam gl. dicit eſſe veram in iure Bal. in c. at ſi cleri
ci. in 6. col. de iud. & vide ad hoc Bal. in l. ſi eum. §. qui iniu
riarum. ff. ſi quis cau. & Bal. & Alex. in d. l. pe. ff. de cond. ob
cauſ. & dicit Bal. in c. ex parte Adæ. de teſtib. φ ſi ſtatutum
19 diceret, φ de furto quilibet † poſſit accuſare, intelligitur
quilibet de populo ſtatuentium, non de extraneo: & ibi
etiam alleg. dictam gl. Malè ergo faciunt illi iudices, qui
procedunt per inquiſitionem ſuper furto, ex quo conſtitu-
tio iſta ſtatuit, φ requiratur libellus accuſatorius. Fallit cõ-
tra graſſatores & latrones, quos debet ex officio inquirere,
vt dicit tex. in Auth. de collatoribus. §. iubemus autem om
nes. ibi, per ſe requirere &c. Decimonouò no. ex tex. ibi, co-
gnitionem ciuilium. φ iuſtitiarius prouinciæ habet iuriſdi
ctionem ciuilem implicitam, quia iuriſdictio ciuilis ſpe-
ctat ad baiulos, & ſi baiuli ſunt negligentes in iuſtitia mi-
niſtranda in cauſa ciuili, tunc ipſam iuriſdictionem in ciui
li reaſſumit iuſtitiarius. dicitur .n. baiulus habere iuriſdi-
ctionem ſpecialem in ciuilibus cauſis tantùm: & ideo da-
ta eius negligentia, illa ſpecialis iuriſdictio reuertitur ad or
dinariam, ſecundùm Ab. in verbo, quandiu. in c. cæterùm.
de iudicijs. & in c. licet ex ſuſcepto. in 4. col. & ſeq. de foro
cõp. & Card. in clem. 1. in 1. not. de celeb. miſ. & dicit And.
in l. imperialem. §. præterea inter duos. de prohib. feu. alie.
20 per Fed. φ ſi iudex eſt negligens in † iuſtitia reddenda, per-
dit iuriſdictionem, & deuoluitur ad proximum ſuperiorẽ.
facit c. paſtoralis. de offic. ord. vide Iac. But. in auth. ſtatui-
mus. C. de epiſ. & cler. & Luc. de Penna in l. in ſacris. C. de
proximis ſac. ſcrin. li. 12. & Iac. de Bel. in c. 1. ſi inter dom.
& vaſal. oriatur lis de inueſtitura. qui allegat tex. in §. ſi nõ
forſan. in Auth. de quæſtore. & in Auth. vt differentes iud.
§. ſi cum contigit. And. hic dicit, φ iuſtitiarius non haber
in ciuilibus exercitium iuriſdictionis, ſed iuriſdictionem,
quod eſt dicere, φ habet iuriſdictionem in ciuilibus habi-
tu, & non in actu: de iure verò ciuili hoc non eſt, quia præ-
ſes prouinciæ, qui habet iuriſdictionem in ciuili, haber in
exercitio, vt in l. 3. §. fi. ff. de offi. proconſulis. & in Auth. de
collat. §. ad hoc prohibemus. hic cadunt quinque quæſtio-
nes. Prima quæſtio, vtrum iuſtitiarius prouinciæ poſſit cõ-
mittere alicui cauſam ciuilem, antequam baiuli ſint negli-
gentes? Dic quòd non eſt enim abſurdum alij demandare
iuriſdictionem, antequam ipſe eam nanciſcatur, vt dicit
glo. ſing. in c. paſtoralis. de reſcrip. & de hoc eſt tex. expreſ-
ſus in l. 3. in fi. ff. de offic. proconſulis. Secundò quæro, an
21 † de voluntate partium iuſtitiarius prouinciæ poſſit cogno
ſcere de cauſa ciuili, non data negligentia baiuli, ſiue volũ-
tas partium ſit expreſſa, ſiue tacita? Andreas hic tangit hoc
dubium, & dicit, φ poteſt per partes tacitè, & expreſsè fieri
prorogatio iuriſdictionis ciuilis in iuſtitiarium prouinciæ,
quia iuſtitiarius, vt ſupra dictum eſt, habet iuriſdictionem
in ciuilibus, licet non exercitium. Item quia partes poſſunt
prorogare in ciuilibus iuriſdictionem magiſtri iuſtitiarij,
vt ſupra in conſtit. ſtatuimus, dictum eſt, ergo idem dicen-
dum eſt in iuſtitiario prouinciæ, cui adde Baldum in c. cũ
veniſſent. de teſtibus. vbi dicit, φ omnis prorogatio requirit
prorogabile ſubſiſtere actu, vel habitu, allegat Bart. in l. dies.
in princ. ff. de dam. inſec. & C. locati. l. ſi cum Hermes. ſed
idem Bal. in c. P. & G. de offic. deleg. vlt. col. dicit, φ iuriſdi
ctio ordinaria propter ſui vniuerſitatem eſt omniũ capax,
& in potentia ad omnia particularia, & poſtea contingen-
ter deducitur in actum. & propter quidditatem naturæ fit
vnum & idem, ſicut ſi paruum flumen intraret in magnũ
flumen. Sed ego dubito, vtrum ſi compareret baiulus, & di-
ceret, φ ipſe habet intereſſe ex dicta prorogatione, ideo pe
tit, φ cauſa remittatur ad eum, vtrum ſit facienda remiſſio?
Videtur φ ſic. primò per id, quod dicit Bald. in d. c. P. & G.
vbi vult in 3. col. φ ſi certi iudices ſunt deputati ad cogno-
ſcendum cauſas viduarum, alij non poſſunt prorogare iu-
riſdictionem, ne confundantur iuriſdictiones. Alleg. Cynũ
& Iacobum de Arena in l. 1. C. de iuriſd. omn. iud. & vt ta-
xatio iudicis aliquid operetur. l. conſulta diualia. C. de te-
ſtamen. Sed hoc non facit, quia illi iudices deputati in cau
ſis viduarum nõ habent vniuerſalem iuriſdictionem, ſicut
habet iuſtitiarius. Aduerte ad iſtum paſſettum, & ad Barto
lum l. 1. §. & poſt operis. ff. de oper. no. nuncia. vbi dicit, φ
22 † quando homines, qui prorogant iuriſdictiones iudicis,
qui eſt dominus eorum, quia ipſi ſunt eius vaſalli, tunc do
mino inuito non poteſt fieri prorogatio, per tex. in l. impe-
rialem. §. præterea inter duos. de prohib. feu. alien. per Fe-
dericum. ſed ſi illi, qui prorogant, non ſunt vaſalli iudicis
in cauſis eorum, ſed tantùm iudex, tunc poteſt fieri pro-
rogatio ſine ipſius conſenſu. & idem voluit Bald. in l. 1.
§. in initio. ff. de offic. præfec. vrb. nihil ergo dicunt dicti
Doctores, an iudex ordinarius, & ſic baiuli poſſint contra-
dicere, & prohibere. Bene uerum eſt, φ Bald. in l. ſi qui ex
conſenſu. in 5. col. C. de epiſ. aud. tangit hoc, & dicit, quòd
ordinariæ iuriſdictionis prorogatio de re ad rem non po-
teſt prohiberi per ordinarium cauſæ: & dicit, φ iſta eſt ve-
ritas. argumen. ff. de oper. liber. l. medicus. Fallit in clericis,
per c. ſignificaſti. de foro competen. & fallit in vaſallis, vt
ſupra dixi. & in hac concluſione reſidet Iaſ. in d. §. & poſt
operis. & ibi ipſe allegat alias quotas. Tertiò quæro, vtrum
iſti baiuli in cauſis ciuilibus, non data negligentia, habeãt
iuriſdictionem priuatiuè, vel cumulatiuè ad iuriſdictio-
nem iuſtitiarij? Tex. iſte expreſsè dicit, quòd iuriſdictio
baiulorum eſt priuatiuè ad iuriſdictionem iuſtitiarij, niſi
23 detur negligentia baiulorum. Et † ideo ſolemus dicere,
quòd regulariter iuriſdictio ſpecialis venit accumulatiuè
ad iuriſdictionem ordinariam vniuerſalem, vt in capit.
per hoc. de hæret. libro ſexto. & ibi Petrus de Ancharano,
& in l. ſtudentibus. C. de offic. præfec. vrb. & voluit Ioan.
Andr. in addit. Specula. in titu. de officio ord. in addit. quæ
incipit, prætermiſi. tamen fallit, niſi ex verbis conſtitutio-
nis aliud appareat, prout apparet in iſta conſtitutione, &
hoc tenuit Ludou. Roma. in conſil. 383. incipien. præſens
conſultatio. & de iſta materia uide Abbatem Sicul. in di-
cto cap. cæterùm. de iudicijs. & Andr. Barbat. in c. 1. de of-
fic. leg. & Felynum in cap. paſtoralis. de officio ord. Quartò
quæro,

quæro,dicit tex.ꝙ in negligentiam baiulorum iuſtitiarius
prouinciæ habet cognitionem ciuiliũ,vtrum ſub hoc ver-
bo , ꝙ babet cognitionem, uideatur ſibi conceſſa poteſtas
pronuntiandi diffinitiuè, vel pronuotiationem diffinitiuè
24 debeat remittere ad baiulum ? † Reſpondetur,ꝙ vbi ſit in
l.mentio de cognitione , venit etiam diffinitio, vt in l.3.§.
cognoſcit.ff. de officio præfec. vigi. & in l.j.C.ſi cõtra ius.
& in l.fi.io verbo , ſacro cognitori.C.vbi ſena.vel clari. &
ad hoc Alex. alleg. multas concordan.in l.t. in colum.21.
de officio eius cui mandata eſt iuriſdictio.Quintò quæro,
vtrum iuſtitiarius prouinciæ cognoſcat de cauſis viduarũ,
pupillorum,eccleſiarum,& miſerabilium perſonarũ?Dicit
hic Andr. ꝙ non dicitur in iſta conſtitutione hoc, ſicut dr
in conſtitutione ſuprà,ſtatuimus.de magiſtro iuſtitiario,ꝙ
cognoſcit de cauſis pupillorum, viduarum,& miſerabiliũ
perſonarum:ſed dicit ipſe,ꝙ iuſtitiarij prouinciæ hoc etiã
vtuntur, ideſt, ꝙ cognoſcunt de cauſis pupillorum &c.per
l.j. C. quando Imperator . nam curia iuſtitiarij prouinciæ
dicitur curia principis: quia omnia noſtra facimus,quibus
noſtra impartitur authoritas.C.de vete.iure enuclea.l.j. §.
cumque.laudo,& approbo hanc concluſionem,quia ita vi
di obſeruatum. & ad hoc vide quæ ſcripſi ſuprà, in d.con-
25 ſti.ſtatuimus.in 7.notabili.† Vigeſimò no.ex tex.ibi,duos
menſes.ꝙ in iſto regno tunc baiuli,& alij officiales inferio
res dicuntur fuiſſe negligentes in iuſtitia ad effectum ad-
uocandi cauſas ciuiles ab eis, quando iuſtitiarius prouin-
ciæ ſuas literas ſcripſit baiulis, vel aliis inferioribus officia
libus , ꝙ intra duos menſes faciant iuſtitiam.tunc ſine iu-
ſta excuſatione: puta,quia natura cauſæ requirebat longio
rem dilationem , iuſtitiam nõ fecerit,poteſt iuſtitiarius de
dicta cauſa ciuili cognoſcere iure deuoluto:ſic etiam magi
ſter iuſtitiarius quando ſcribit iuſtitiarijs , vel Baronibus
habentibus iuriſdictionem , ꝙ infrà duos menſes faciant
iuſtitiam: facta concluſione in cauſa, iure deuoluto,magna
curia aduocat ad ſe cauſam,non obſtante priuilegio de pri
mis cauſis : quia tunc videtur tardata iuſtitia , vt ſuprà, in
conſtitutione,ſtatuimus.cum ſequentibus. & infrà in con-
ſtitutione hac l. & uide ad hoc Paridem de Puteo in ſuo
tractatu de ſyndicatu:verbo negligentia. & de iſto iure de
uoluto ob tardatam iuſtitiam ſuperiori , facit mentionem
tex.in Authen. de defenſo.ciui.§.ſi verò.de iure verò cõi,à
tarditate iudicis non pronunciantis an poſſit appellari , ſi
non fuit tertiò monitus , vel interpellatus, remitto me ad
Philippum in ca.ex parte. lo ſecondo 2.colum. & ſequẽti.
& in c.ex ratione.20.col.de appel.& ad Innocentium in c.
ex conqueſtione. de reſt. ſpol.& vide Bal.in l.mancipia.C.
26 de ſeruis fug.& Paridẽ vbi ſuprà.† Vigeſimoprimò no.ex
tex. ibi,niſi neceſſitatis.ꝙ inculpabile iudicãdum eſt,quod
neceſſitas intulit.nam excuſatur iudex inferior, ſi non pro-
fert ſententiam diffinitiuam intra duos menſes ſtatutos a
ſuperiori ad diffiniendum, ſi proceſſus non poteſt iudice
expediri ut hic.& pro hoc bene facit tex.30. q.t.ca. ad li-
mina.cum concor.ſuis.bene facit id,quod dicit Abb.Sicu.
in c.venerabilis.in 4.col.verſi.ſed ego dubito . ubi dicit, ꝙ
terminus debet recipere interpretationem a iure , ideſt ſi
cauſa illa intra illum terminum expediri poteſt . pro hoc
eſt bonus textus in l.1.& in l.vt gradatim.ff. de mune. &
honor.& in l.a.C.de noxa. & in l.fi.in fi.C.ad legem Iuliã
de adulte.& ibi alleg.alias concor.Hic ſubijcio quæſtionẽ
quam vidi de facto.per magnam Curiam Vica.fuit reſcri-
ptum cuidam Baroni,ꝙ in quadam cauſa criminali,in qua
procedebatur per accuſationem, in qua non poterat proce
di ex officio , deberet facere iuſtitiam intra duos menſes :
aliàs cauſa auocabitur,& præſentatis iſtis literis Baroni,nõ
fuit per partem aliter ſolicitatus:elapſis illis duobus menſi
bus,magna Curia Vica.vult cãm ad ſe aduocare:pro parte
Baronis fuit allegatum,ꝙ cauſa non fuit ſolicitata poſt prę
ſentationem literarum . magna curia dicebat, ꝙ illa litera
27 habet vim interpellationis. † Fuit concluſum,ꝙ illa ordi-
natio magnæ curiæ nõ habet vim interpellationis,& ideo
debebat interpellari ille Baro.& pro hoc fuit allegatus An
to.de But.in c.venerabilis.de iudic.vbi dicit,ꝙ ſi iudex in-
tra certum tempus habet diffinire cauſam, & nõ fuit inter
pellatus a parte,vt intra illud tempus expediret, non inci-
dit in pœnam,hoc idem uoluit ibi Abb.Sicu.in 7. colum.
verſi.& no.vnum pulchrum dictum.per l.4.§.hoc aũt iudi
cium.ff.de dam.infecto.& cauſa fuit remiſſa ad Baronẽ.&
iſtud dictum exclamat And. Barb. in conſ.5t.pen.col.Vi-
geſimoſecundò no. ex tex.ibi, obſeruando in dominis , ꝙ
iſte tex.probat,ꝙ Comes, vel Baro,etiam ꝙ nõ habeat me
rum & miſtum imperium a rege,habet iuriſdictionem in
vaſallos ſuos, ſ.in cauſis ciuilibus non tangentibus feuda .
Item ſi agatur actione perſonali,vt infrà, in conſti.dilatio-
nes in iudicijs.ibi,ut tamen in cauſis , quæ coram baiulis ,
uel locorum dominis aguntur.ad idem infra in cõſtit.pro
bationum defectu, ſicut baiuli.ſed ſi inter duos vaſallos eſ
ſet quæſtio de feudo , non dominus feudi , ſed iuſtitiarius
cognoſceret,ſecundùm And. hic,& dicetur infrà in ſequẽ.
28 notabi. † Et eſt ſciendum,ꝙ Barones,qui non habent me-
rum & miſtum imperium, non poſſunt imponere bannũ,
niſi ad pęnam vnius auguſtalis, vt in c.regis Caroli Primi.
quod incipit,item ad inquiſitionem,char.20.Nec poſſunt
aliquem ſuum uaſallũ capere , & carcerare in perſona, uel
illos ſubijcere quæſtionibus, & tormentis ſub pœna priua
ti carceris,ut in c.eiuſdem regis,quod incipit,terreni.char.
t 9. quia nõ habent merum & miſtum imperium,ut infrà
in conſtitu. ea quæ . & iſta ſunt de mero imperio,ut dicit
Spec.in tit.de iuriſ.om.iu. An autem Comites,& Barones,
& eius officiales poſſint habere triceſimam & ſportulas, tã
git And.& ibi dicetur, infra in conſtit.cum circa . Et an ab
officiali Baronis poſſit appellari ad Baronem , uel debeat
appellari ad iuſtitiarium prouinciæ?Vide per gl & And.in
fra in conſtit. officiorum periculoſa. Et ſcias,ꝙ ſemper ad
magnam Curiam Vica. poteſt appellari omiſſo medio, ut
29 dicit glo.fi.infra,in conſti.cum noua.† Vigeſimotertiò no.
ex tex.ibi,de feudis.ꝙ iuſtitiarij prouinciæ ſunt iudices cõ
petentes,ubi agitur quæſtio de feudis non quaternatis , ut
ſunt feuda plana,& de tabula,& ruſtica,& quę ſunt ad col
lationem Baronis,ut ſunt atreneſię,& feuda ſolita concedi
per eos, ut ſi de eis ſit quæſtio inter duos uaſallos,uel inter
dominum & uaſallum,cognoſcit iuſtitiarius prouinciæ,&
non dominus feudi,ut hic,& infra in conſti. præſides pro-
uinciarum. Et ſic corrigitur in hoc l. imperialem.§.præte-
rea inter duos.& c.cæterum. de iudicijs. & de foro cõpetẽ
ti.c. uerum. ubi dicit, ꝙ ſi eſt quæſtio inter duos uaſallos,
dominus feudi cognoſcit, hic dr contrarium, ꝙ cognoſcit
iuſtitiarius prouinciæ , & ſi feudum eſt quaternatum, uel
eſt q̃ſtio de quota feudi quaternati, cognoſcit rex, uel ma-
gna Curia Vicariæ,ut hic,& s̃.in cõſti.ſtatuimus.& firmat
hic gl.ult.Et omne caſtrum in regno eſt feudum quaterna
tum,ſecundùm gl.penul.hic,& idem And.hic,& in c.t.de
contro.feu.apud pares termi.non tamen omnia caſtra,quę
poſſident eccleſiæ , præſumuntur feuda, ſecundùm Andr.
30 hic,ſed de hoc ſtatim infra dicam. † An autem iuſtitiarius
prouinciæ erit iudex competens in cauſa rei particularis
feudi quaternati , uel erit iudex competens magna Curia
Vica.ſicut eſt , quãdo agitur de toto feudo quaternato,uel
eius quota, ut dicitur in conſt.ſtatuimus,& ſupra in conſt.
magnæ noſtrę curiæ.Et hic And.de Barulo,qui fuit aduo-
catus fiſci tempore Imperatoris Federici , diſputauit hoc
dubium,& dixit concludendo,ꝙ ſpectat cognitio ad iuſti
tiarium prouinciæ & eius diſputationem regiſtrabo infra
in conſti.præſides prouinciarum.Tangit hic And.illam tri
tam quæſtionem tactam per Innocentium in c. uerum. de
foro competen. utrum ſi eccleſia habeat caſtrũ in regno ,
dicatur illud habere in feudum a rege?Diſtinguitur,aut ec
cleſia oſtẽdit priuilegium regis,ꝙ habuit illud caſtrũ a re-
ge nõ in feudum, ſed liberè,& tunc ſumus in caſu claro,ꝙ
in poſſe eccleſiæ nõ eſt feudum, & ſimiliter ſi apparet pri-
uilegium,qd habet in feudum a rege,& erit feudum,ſicut
alia feuda, & ſi habet priuilegium , & non dr,ꝙ habeat in
feudum,neq; in allodium, ſecundùm Innocentium in d.c.
uerùm.

31 verùm .de foro competenti. † ſi verò non apparet de priuilegio, an habuit vt liberum, vel vt in feudum: & tunc recurrendum eſt, quomodo fuit poſſeſſum in præteritum, an vt liberum nihil ſoluendo regiæ curiæ, & tunc erit ſanctum ſanctorum, & erit vt res allodialis: niſi regia curia probaret contrarium, ſecus ſi in præteritum præſtiti in ſignum ſubiectionis aliquid regiæ curiæ, præſumetur eſſe feudũ, ſecundùm Andr. hic, qui quærit, an ſi conſtitutio regni diceret, quòd omnia caſtra ſint feuda, & eccleſia haberet caſtrum: vtrum illud diceretur eſſe feudum? Et dicit, quòd non intelligeretur de caſtris eccleſiæ, quæ erant ipſius eccleſiæ ante ipſam conſtitutionem, quia dominus temporalis non poteſt imponere legem in rebus eccleſię, vt no. in c. eccleſia ſanctæ Mariæ. de conſtitutionibus. & in c. dudũ. de rebus eccleſ. non alienandis. lib. 6. Bene tamen dico, ꝙ poſſet fieri conſtitutio, ꝙ ſi in futurum caſtra & feuda peruenient in eccleſiam, ꝙ ſint cum eorum natura, & ſic erũt feuda in eccleſiam, & tunc clerici, & perſonæ eccleſiaſticæ poſſunt conueniri pro feudis non quaternatis coram iuſtitiario prouinciæ, vel pro feudis quaternatis coram magiſtro iuſtitiario, quia de iure communi poſſunt conueniri coram iudice laico, a quo habẽt feudum, vt in d. c. verùm. de foro compe. & in d. c. cæterùm. & habetur hoc expreſsè in inueſtitura, quæ fit per ſedem Apoſtolicam regi huius regni, & ſtatutum per regem Carolum ſecundum in planitie ſancti Martini, quod incipit, item ſtatuimus, ꝙ clerici.
32 char. a 1. vbi dr, † quòd clerici ad iudicia ſecularia non trahantur, niſi pro bonis feudalibus ſecundùm conuentionẽ habitam inter patrem ſuum, & ſanctam Romanam Eccleſiam, de qua facit etiam mentionem And. in conſti. ſequenti. & ſimile capitulum eſt in capitulis Papæ Honorij, ſub data. 15. Calen. Octobris. 14. Indi. 1285. anno 1. In glo. 1. hæc glo. declarat tex. prout dixi ſupra in diuiſione huius conſti. In glo. 2. de ea, prout dixi ſupra in 5. no. in verbo latrocinia. In glo. 3. dic, vt dixi ſupra in 8. no. in verbo, inſultus. quinque gloſſellæ ſequentes ſunt expoſitiuæ. In glo. 9. in verbo, in defectu. de materia huius glo. dic, vt dixi ſupra in 19. no. In gl. 10. & 11. in verbo, & baiulorum, quærit gl. vtrum iuſtitiarius prouinciæ immediatè cognoſcat de cauſis ciuilibus, data negligentia baiulorum, vel debeat remittere cauſam ciuilem ob negligentiam baiuli ad camerarium, & quando camerarius eſt negligens tunc cognoſcit iuſtitiarius, & dic, vt in ea. nam hodie in regno vt plurimũ receſſerunt ab aula officia iſtorum camerariorum, bene tamen in prouincia Apuliæ eſt officium magiſtri Portulani, qui in defectum baiulorum cognoſcit de cauſis ciuilibus, & a baiulis ad eum appellatur. In gl. 12. in verbo, commiſ. fuerunt. dic, vt dixi ſupra in 19. no. in 1. q. & ſigna iſtam glo. quia facit differentiam inter committere cauſam, & remittere cauſam, vt hic per eum. In glo. 13 in verbo, defendis. de materia huius glo. cum tribus ſequentibus dic, ut dixi ſupra in vlti. nota b. In hac conſtitutio. non ſcribam vlterius.

ANNOTATIONES.

a Qoid ſi una domus.] De hac materia loquitur Affli. in conſti. citationis literæ. in 3. no. & Fel. in c. quæ in eccleſiarum. colu. 12. in prin. & Cap. in deciſ. 130. nu. 72. & 73. cum alijs additis ad eundẽ Afflic. in proœ. conſti. in princ. nu. 42. ibi, nu autem index inferior.

b Incendiorum.] Si incendium eſt commiſſum in domo conducta, & propterea eſt combuſta, utrum inquilinus teneatur ad emendam domus. Late uide per Matth. in deciſ. 57 Baiina.

c Secondò quæro.] Ad materiam prorogationis iuriſdictionis vide Doctores in lege, ſi conuenerit. ff. de iuriſdictione omn. iud. Felin. in capitulo. 1. 4. columna. de iudi. & in 5. colum. & uide Guid. Papę in deciſione Delphina. in quæſtione 77. Pet. de Raven. in compen. in cano. in titulo de offic. delega. folio 215. Ia. in repetitio. leg. de quibus, numero 40. ff. de legi. Iaſon in lege 1. §. & poſt opera. de no. ope. nuntia. & Ia. in lege, extra territorium. prima lecta. numero 9. ff de iuriſdict. omn. iudi. & Bertran. conſilio 305. volum. 1. ibi, an uaſallus poſſit prorogare ſine licentia domini, & uide Pariſium in capitulo, cum olim. num. 7. de præſcript. & Barba. in capit. ſignificaſti, de foro compet.

Vbi clericus in maleficijs debeat conueniri. Rub. XLIII.

Dictvm eſt ſupra proximè de iuriſdictione iuſtitiariorum prouinciç: verùm quia poterat dubitari, ſi perſonæ eccleſiaſticæ committant aliqua ex delictis narratis in præcedenti conſtitut. an ſint puniendi per iuſtitiarios præfatos, vel per iudices eccleſiaſticos, & de hoc non erat dictum, ideo ſequitur hæc rubr. ubi clericus in maleficijs debet conueniri.

SVMMARIVM.

1 *Clericus delinquens per ſuum epiſcopum puniri debet.*
Priuilegium perditur propter delictum.
2 *Clerici a legibus temporalibus ſunt exempti.*
3 *Clericus beneficiatus, an propter crimen poſſit beneficio priuari.*
4 *Clericus pro nullo crimine deponi poteſt, niſi in iure expreſſo.*
Seditioſi ſunt læſæ maieſtatis rei.
5 *Clericus pro proditione ab officio deponi poteſt.*
6 *Clericus committens crimen læſæ maieſtatis in perſonam regis degradari debet.*
7 *Clericus degradari non poteſt, niſi duobus concurrentibus.*
Clericus maledicens Principi, debet arbitrariè puniri.
8 *Pœna qualibet corporalis eſt maior pœna priuationis beneficij.*
9 *Foreſactum dicitur, quaſi extra limites recti factum.*
Iudex ſecularis eſt competens contra clericum in cauſis criminalibus.

De parsonis. Duo facit hæc conſtitu. Primò ponit regulam. Secundò ponit fallentiam. Hoc dicit.
1 a † Si clericus [a] commiſerit delictum aliquod, debet iudicari & condemnari per ſuum epiſcopum, & non per iudicem ſecularem, excepto, ſi commiſerit crimen proditionis contra regem, vel aliud magnum crimen, tunc iudicetur per iudices ſeculares ipſius regis. Et pro iſta exceptione facit. l. nullus. C. ad leg. Iuliam maieſt. vbi in hoc crimine non datur alicui aliquod priuilegium declinandi forum, ſed omnibus eſt æqua conditio, nam propter delictum quis perdit ſuum priuilegium. l. 1. C. vbi ſenato. vel cla. Sed pro iſta regula ſunt multa iura, in quibus nec pro cauſa ciuili, nec pro criminali clericus poteſt iudicari a iudice laico, ut in c. ſi diligenti. de foro compe. & ibi ſunt concordantiæ, & in c. at ſi clerici. de iudicijs. & pro hoc c. denique. 96. diſtin. vbi clericus diffinitionibus Principum & laicorum non debet ſupponi, & pro hoc faciũt omnia illa iura, quæ allegat Hoſtien. in ſum. de iudicijs. §. quæ ſunt neceſſaria. vbi laicus in eccleſiaſticis non poteſt habere iuriſdictionem, etiã de cõſenſu epiſcopi, vt in cap. decernimus. & c. quanto. de iudicijs. concordat tex. in l. omnes. §. in hac. C. de epiſco. & cle. & in Auth. vt clerici apud proprios epiſcopos conueniantur. & in authen. ſtatuimus. & in auth. clericus. C. de epiſ. & cleri. & concordat ca. regni, item ſtatuimus. char. 21. &
2 vide in Specul. de compe. iudi. adi §. 1. † quia clerici ſunt exempti a legibus temporalibus. c. eccleſia. de conſtitu. ſecundùm Bal. in c. clericus. de pace tenen. Sed quæro, an iſta conſtit. Imperatoris Federi. potuit excipere ab iſta regula hunc caſum, videlicet, ꝙ clericus pro crimine læſæ maieſt. ſit ſub iuriſdictione iudicis laici? Videtur ꝙ ſic, quia tex. in d. auth. clericus. permittit, ꝙ clericus in cauſa criminali iudicetur a iudice laico; non tamen punitur, niſi prius degradetur a ſuo epiſcopo. Item tex. in l. addictos. C. de epiſco. & cler. dicit, ꝙ clericus pro grauibus criminibus, quoad proſcriptionem bonorum, iudicatur a iudice laico. In contrarium

trarium eſt veritas: quia Imperator nullam iuriſdictionem habet in perſonis eccleſiaſticis: & ideo non poteſt cōdidiſſe legem, ꝙ clerici committentes crimen læſæ maieſt. ſint ſub iuriſdictione ſui iudicis laici. ita concludit Bald. in c. ſi clericus. de pace te. quia ſcriptum eſt in diuina ſcriptura: nolite tangere chriſtos meos, id eſt, clericos, vt no. in Auth. de non alien. in prin. & hoc expreſsè firmat hic And. & alleg. conſtitutionem Fede. quæ incipit, ſtatuimus, quæ eſt poſita. C. de epiſ. & cler. licèt illa non loquatur, quando clericus commiſit crimen læſæ maie. tamen conuentum eſt inter regem, & Romanam eccle. in inueſtitura, ꝙ rex nullam in aliquo caſu habeat iuriſdictionem in clericis, niſi ratione feudi, vt ſupra dixi in conſt. præcedenti, in fi. vlt. not. & firmat Abb. Sic. in c. cum non ab homine. in princ. de iudi-
3 cijs. † Sed quæro de vna q. quotidiana: ecce clericus beneficiatus commiſit crimen rebellionis contra regē, vtrum ſuus epiſ. ex hoc crimine poſſit de iure eum priuare ſuis beneficijs? Videtur ꝙ non: quia clericus non eſt ſubditus regi, ſed ſuo prælato, vel Papæ, vt in d. c. ſi diligenti. & qui nō eſt ſubditus, non committit crimen læſæ maieſt. ut in cle. paſtoralis. de re iudi. ergo non poteſt pro dicto crimine priuari ſuis beneficijs. Præterea poſitu, ſine præiudicio veritatis, ꝙ clericus committens crimen læſæ maieſtatis efficiatur infamis, per l. quiſquis. C. ad l. Iul. maie. & in c. fœlicis. de pœnis. lib. 6. & 7. q. 1. c. infames. vbi dicit tex. qui contra innocentes promptum animum ad iracundiam prouocāt, infames ſunt, tamen non reperitur iure cautum, ꝙ infamis non poſſit retinere beneficium eccleſiaſtic. vel ꝙ debeat illud propterea amittere per ſententiam, ut dicit Abb. Sicu. in c. querelam. de iureiu. ita in ſimili dicit gl. in c. fi. de iure patronat. & Io. de Anan. in c. 1. de maledicis. Præterea dicit
4 Dominicus de ſancto Gemi. in c. 5. 35. diſt. † ꝙ regulariter pro nullo crimine poteſt clericus deponi, niſi in iure id exprimatur, ſed pro crimine rebellionis in laicum dominum commiſſo per clericum non reperitur, ꝙ poſſit deponi, ergo &c. In contrarium tamen facit tex. in 1. lib. Regum. c. 2. vbi dicitur, ſi peccauerit vir in virum, placari poteſt ei dominus: ſi autem in dominum peccauerit, quis orabit pro eo? Quaſi dicat nullus, eſt enim magna culpa eſſe contra regem, quem defendit ſancta mater eccl. nā & ſeditioſi ſunt deijciendi ab ordinibus. 11. q. 1. c. conſpirationum. & not. Hoſtien. de teſti. cogen. c. fi. & tamen ſeditioſi committunt crimen læſæ maie. vt in c. 1. & 2. C. de ſeditioſis. ſecundùm Io. And. in c. 2. de immu. eccl. li. 6. in nouella. & pro magna culpa clericus poteſt beneficijs priuari. 16. q. 7. c. inuentū. in gl. & iſtum tex. alle. glo. Io. Andr. in c. 1. de capel. monac. lib. 6. & Abb. in c. at ſi clerici. 12. col. de iudicijs. & voluit Inn. in c. ex tuarum. de purga. cano. & tamen ſeditio eſt grauiſſimum crimen, vt dicit gl. in verbo, conſpirationem. in
5 c. exhibita. de iudicijs. † Præterea clericus prò proditione poteſt deponi ab officio. 46. diſt. c. clericus. & ibi glo. dicit, quot modis committitur proditio, ſed latius per Lucam de Pen. in l. fi. C. de delato. lib. 10. & in l. 5. C. de peti. bonorum ſubla. eod. lib. ergo poterit clericus pro crimine læſæ maie. in regem commiſſo per epiſcopum ſuum priuari beneficijs, quia & pro graui culpa, quæ uenit in notitiam populi, clericus poteſt priuari beneficijs, ſm Io. And. in nouella, in d. c. 5. de capel. mona. lib. 6. Pro delicto ergo publico, & ſcandaloſo poteſt epiſcopus deponere clericum; 30. q. 1. c. non debet. Item non poteſt negari, quin delictum læſæ maie. non ſit enorme, & pro enormibus delictis poteſt imponi pœna depoſitionis, ut in cap. tuæ. de pœnis. ſecundùm Abb. Sic. in d. c. at ſi clerici. in 13. col. Vel negari non poteſt, quia ſit in arbitrio iudicis declarare, quod ſit delictū graue, ut dicit Abb. in d. c. tuæ. & uidetur gl. in c. cum illorum.
6 in uerbo, mēbri. de ſent. excom. Solutio. † ego non reperio expreſsè determinatum, ꝙ ſi clericus cōmittat crimen læſæ maie. contra Imperatorem, uel Regem, ꝙ ſit dignus pœna priuationis, niſi quando hoc delictum tangeret perſonam regis, tunc illud diceretur grauiſſimum crimen, & ſi laicus commiſiſſet, puniretur pœna mortis, tunc ſi illud commiſiſſet clericus, poſſet deponi, imò degradari, ſm Inn. in ca. qualiter & quando. de accuſa. tamen Abb. Sicu. in d. c. at ſi clerici. per c. cum non ab homine. de iudicijs. dicit, ꝙ illud c. cum nō ab homine. vbi de iure ciuili pro homicidio imponitur pœna mortis, ſi homicidium committitur per clericum, erit pœna depoſitionis, non degradationis, niſi tranſeat in aliam ſpeciem criminis grauiorem, puta in parricidium, vel aſſaſſinamentum, vel homicidium ſacerdotis cū proditione, cum ſpoliatione bonorum, in iſtis grauiſſimis delictis non vendicat ſibi locum d. c. cum non ab hoīe. ita dicit ſe diſputaſſe ſub Petro de Anch. & idem firmat Pet. de Anch. in regula, ea quæ. col. 65. verſi. 19. quæro, & in diſputatione ſua, laicus quidam propter homicidium, conſi. 16. & Abb. Sicu. in c. 1. de his qui fili. occ. & Io. de Ana. in c. 1. de hom. Abb. Sic. in d. c. tuæ. de pœnis. Sed Are. hoc nō tenet in d. c. cum nō ab homine. ꝙ ſufficiat enormitas cri-
7 minis, quia tex. in d. c. cum non ab homine, † vt poſſit fieri degradatio, requirit duo, videlicet, ꝙ ſit incorrigibilis, & eccleſia non habeat, quid aliud facere poſſit vt ibi per eū. Sed in iſta quæſtione, quam hic tango, vtrum poſſit clericus priuari beneficijs, non dico degradari, ob crimen læſæ maieſtatis in perſonam regis, clarum eſt, ꝙ omnes tenent, ꝙ ſi laicus committeret, deberet mori, ſi clericus committit, poteſt deponi, & priuari beneficijs: ſed ſi crimen læſæ maieſtatis commiſſum per clericum non reſpicit perſonā regis, ſed aliter eſt commiſſum, prout enumeraui in c. 1. in verbo, bona committentium crimen læſæ maieſtatis. quæ ſint regalia. dico, ꝙ clericus, ſi videbitur epiſco. ſuo, poterit ipſum priuare beneficijs, quia pœna eſt arbitraria, quia nō reperitur a iure in clerico committente crimen rebellionis contra dominum temporalē certa pœna ſtatuta, vnde clericus maledicens Principi arbitrariè punietur, ſm Abb. Sic. & Ioan. de Ana. in c. 1. de maledicis. & Hoſti. in ſum. eod. tit. §. qualiter. & ſanta poſſet eſſe ex circunſtantijs iniuria illata per clericum Principi, quòd poſſet epiſcopus eum beneficijs priuare, quia glo. Inſtitu. de iniurijs. §. in ſumma. dicit, quòd poſſit punire, vbi pœna eſt arbitraria, vſq; ad mor-
8 tem. † ſed pœna corporalis etiam non ad mortem eſt maior, quàm pœna priuationis beneficij, ut dicit Bart. in l. j. in fi. & in l. in ſeruorum. §. j. ff. de pœnis. & ſic arbitrariè poterit ipſum priuare beneficijs pro offenſa facta in Principē. Et de veritate illius glo. 1. §. in ſumma. vide Alex. in 1. vol. conſi. 111. incip. ponderatis verbis. in 3. col. & ſeq. quē ad hoc allegauit Iaſ. in l. qui iuriſdictioni. ff. de iuriſ. om. iudi. tamen indiſtinctè non eſt uera illa glo. quando inferior iudex p arbitrium vellet imponere pœnam mortis, ut dicit ibi Aret. & Doct. in c. ſuper his. de accu. & Barto. in l. ſi qua pœna. ff. de verbo. ſigni. Concludo ergo, ꝙ ex circunſtātijs concurrentibus in rebellione clerici contra regem epiſcopus poterit arbitrari, & ſententiando declarare ipſum clericum delinquentem taliter eſſe priuandum ſuis beneficijs eccleſiaſticis, dum tamen ſeruatis ſeruandis, & ordine iuris ſeruato procedatur ad dictam ſententiam, iuxta no. in cap. in cauſis. de re iu. Et an poſſit epiſcopus in hoc ex officio procedere, uel requiratur inſtantia procuratoris fiſcalis, remitto me de hoc ad doctrinam Bar. in l. 4. §. hoc autē iudicium. net. ut igitur iſta materia liqueat. ff. de dam. inf. No. tamē tex. ibi, forefacto. quòd iſta verba intelliguntur, ſi commiſit clericus delictum, per quod veniat pecuniariter puniendus, ut probatur in c. presbyteri. de pœn. & no. Arch. 54. q. 6. c. ſi res. in prin. & glo. in c. ad audientiam. de
9 præſcri. † nam forefactum denotat delictum, ut in cap. ex parte. In ſecondo, de priuilegiis. In glo. 1. dic ut dixi poſt ſummarium in glo. 2. & 3. notat glo. ex tex. quòd in omnibus caſibus iudex ſecularis eſt iudex competens contra clericum in cauſa criminali, videlicet de proditione, & crimine læſæ maieſtatis, & de magno crimine, uidelicet, hæreſis. hodie nec de primo, nec de ſecūdo cognoſcit iudex laicus, nec de tertio, ut dictum fuit ſupra in conſt. inconſutilem. ibi, uiris eccleſiaſticis, & relatis examinari iubemus. & miror, quòd glo. non fecit de hoc mentionem.

ANNO.

ANNOTATIO.

a Clericus.] Adde, quòd ſi clericus commiſeris aſſaſſinium poteſt per iudicem laicum eo non degradato legali pœna puniri, uide Pano in ca. at ſi clerici. de iudicijs. 13. colum. Thom. Gram. voto 11. colum. 2 in fine. Batius.

De præſtatione iuramenti à magiſtro iuſtitiario, & iuſtitiarijs. Rubr. XLIIII.

DICTVM fuit in conſti. præcedentibus, quæ ſunt, quæ pertinent ad officium magiſtri iuſti. & quæ pertinent ad officium iuſtitiarij prouinciæ: verùm quia dicti officiales habent de neceſſitate quædam iurare vigore præſentis conſtit. regni; & baiuli habent iurare, q purè, & ſine fraude, non amore, nó odio, non prece, nec timore omnibus iuſtitiam miniſtrabunt, vt in conſti. regni, poſtitatem. & ibi etiam ponitur forma iuramenti camerariorum: & uide infrà, in conſti. baiuli locorum. & quædam alia vigore capitulorum regni, de quibus non erat dictum: ideo ſequitur hæc rub. de iure capitulorum regni: videlicet, per capitulum regis Caroli Primi, quod incipit, item recipiant iuramétum. char. 16. prouiſum eſt, q officiales regis iurent, q nó dederunt aliquid, uel promiſerunt pro habendo officio: & niſi iurauerit modo prædicto, non poſſint officium exercere, & teneantur, ac ſi officium vſurpaſſent, & debet tale iuramentum per officialem deputádum recipi in præſentia decem teſtium, & ſcribantur nomina ipſorum teſtium: & qualiter adminiſtratio officij recipitur præſtito iuramento, vt in Auth. ut iudicet ſine quoquo ſuffragio. §. neceſſitatem. bene facit ad hoc tex. in l. rem non nouam. C. de iudi. & no. Luc. de Pen. in l. unicuique. C. de proxi. ſac. ſcri. lib. 12. & vide Paridem de Puteo in ſuo tracta. de ſyndicatu, in verbo, iuramentum, & per capitula reginæ Ioannæ primæ prouiſum eſt, in ca. quod incipit, item q omnes officiales. char. 59. q officiales iurent etiam quaſcunque conſtitutiones, & capitula regni. & in c. præcedenti, quod inci. q decætero ordinentur. char. 58. ſtatuit, q non ordinentur iudices, & aſſeſſores, qui non ſtuduerint conſtitutionibus regni, & capitulis: & ſuper hoc debet præcedere examinatio protonotarij, uel eius Locumtenentis.

SVMMARIVM.

1 *Legiſlator vult lites celeriter expediri.*
2 *Iudex Deum, & iuſtitiam ſemper ante oculos habere debet.*
3 *Iudex fraudem feciſſe dicitur, qui non fecit, quod facere debuit.*
4 *Iudex pro maleficio inueniendo aliquas poteſt facere experientias.*
Iudices in criminalibus aſtutia quadam uti poſſunt.
5 *Mendacium illicitum eſt, etiam ſi pro alterius vita ſaluanda dicatur.*
6 *Maleficia omnibus licitis modis inquiri debent.*

INTER cætera. Magiſter iuſtitiarius, uel iuſtitiarius prouinciæ inter alia, quę iurare debet, cum ſuſcipit adminiſtrationem officij: hoc ſpecialiter iurare debet, q Deum & iuſtitiam habebit præ oculis, & omnibus conquerentibus iuſtitiá miniſtrabit ſine fraude, & quá ci-
1 tius poterit litigantes expedire curabit. hoc dicit. † No. 1.
ex tex. ibi, q legiſlator deſiderat, q lites celeriter expediantur vt hic, & in l. litib. C. de agri. & cenſi. & in l. properandum. in prin. C. de iudi. & ſic patet, q acceleratio in iuſtitia exhibenda eſt laudabilis, & in multis celeritas eſt laudanda, & in multis vituperanda, vt patet per Io. And. in gl. in c. fi. in verbo, celeritate. de ele. lib. 6. tene ergo medium inter tarditatem & celeritatem, vt cógruo loco, & tempore fiat, ar. l. ſi ſolutturus. ff. de ſolutio. ideo dicimus, medium tenuere beati. dicit gl. in Auth. de conſulibus. §. alij autem. in verbo, eſt autem. & ff. de offic. proconſul. l. ſolent. §. fi. & de medio tenendo, vide gl. ſupra conſt. circa violentiarum. & dicit
2 ai in c. 1. de milite vaſ. qui contumax eſt. † Secundò no. q
iudex ante oculos debet habere ſemper Deum, & iuſtitiá, imò debet etiam habere ante oculos æquitatem, vt dicit tex. in l. q ſi Ephesi. in fi. ff. de eo quod certo loco. & in l. placuit. C. de iudi. Tertiò no. ex tex. ibi, ſine fraude, q iudex in iuſtitia exhibenda non debet adhibere fraudem aliquam in cauſis ciuilibus. Quod eſt contra iudices magnæ curiæ; qui in cauſa ciuili oſtendunt parti chartam plicatam, vbi continebatur diſſolutio obligationis, & oſtendunt ſubſcriptionem nominis proprij & appellatiui, & interrogant eú, ſi erat illa ſubſcriptio propriæ manus, & ipſe dixit, q ſic ſibi videtur, & poſtea fuit allegata falſitas illius ſcripturę, declarando, & non perimendo illam confeſſionem, iuxta tex. in c. cum dilecti. de accuſ. nam non debuerunt adhibere dictam fraudem in plicando chartam, vt nó videret quid ibi continetur, quia fraus præſumitur in eo qui fecit per obreptionem, ſecundùm Bal. in l. nullus. C. de ſum. Trin. verſ. 2.
3 oppono. † Item dicuntur dicti iudices fraudem feciſſe, qui
non fecerunt, quod facere debuerunt. ff. quæ in fraud. cred. l. in fraudem facere. cum ſeq. Item fecerunt dicti iudices contra doctrinam apoſtolicam ad Coloſſenſes. 2. c. tranſlatiuè. 7. q. 1. c. ſuggeſtú. ibi, non ſit qui vos decipiat aut ſeducat in ſubtilitate ſermonis. Item fecerunt contra illud Pſal. c. detrahentem proximo ſuo occultè hunc perſequebatur. tranſlatiuè. 33. q. 4. c. nimiú. & c. qui peccat. nec vlli faciendum iniuſtè pro alterius bono, vt in c. 1. & 2. q. 2. & ſic fecerunt contra eorum iuramentum. Item quod factú eſt fraudulenter, videtur factum per vim & metum, vt dicit Arch. in c. quamuis. de maio. & obed. lib. 6. & ideo non debet valere. bene tamen in criminali poteſt aliquid fingere, vt videat quem actum faciat pars, vt c. afferte. de præſum. & no.
4 Bal. in l. verbum. C. ex quibus cauſis infa. irrog. † vbi dicit,
q iudex facere poteſt quaſdam experientias pro inuentione maleficij, quia non decipit qui ius publicum ſequitur. ff. de reg. iur. nemo capitur. & ita aſtutia dicitur ſapientia, vt dicit gl. in l. quæ ſuum. ff. de cond. & demon. facit illud, quod dicitur in lib. prouerbiorum. 1. c. ibi, vt detur paruulis aſtutia. Nam iudices in criminalibus poſſunt vti aſtutia, vt reperiantur maleſactores, vt dicitur. 23. q. 3. cap. vtilem. vbi ponitur, quomodo Chriſtus & Dauid vſi ſunt ſimulatione. nam & dolus contra hoſtem bonus eſt. 23. q. 2. c. dominus. 44. diſt. c. in mandatis. & ff. de cap. & poſtli. reuer. l. nihil intereſt. & vide ad hoc ſanctum Tho. de Aquino, ſecunda ſecundæ, q. 55. & de iſta aſtutia militari, quæ dicitur ſtratagema, vide per Valerium Maximum li. 7. c. 4. milites Hiſpani ſciunt multú bene inuenire ſtratagemata noua, vt videmus noſtris temporibus. an vti aſtutia ſit peccatum; vide ad hoc ſanctum Thomá de Aquino. 2. 2. q. 55. & hoc verum, dummodo abſit mendacium, quia dicitur in lib. ſapientiæ. 1. c. os, quod mentitur, occidit animam. & in pſalmo dicitur. perdes omnes, qui loquuntur mendacium.
5 Etiam † ſi pro alterius vita ſaluanda, non eſt dicendum
a mendacium [a] vt dicit Pet. de Palude in 3. ſent. diſtinct. 38.
& Aſtenſis in ſumma. 1. lib. titu. 36. in vlti. q. nec iudex inquiſito de maleficio debet dicere mendacium, vt propter mendacium exquirat ab eo confeſſionem delicti, ſed fingere aliqua ſine mendacio, vt eum inducat ad confitendum, bene poteſt, vt conuitare eum, & poſt cœnam venire ad colloquia blanda, qui tunc non utitur mendacijs: ſicut faciebat quidam regens magnam curiam Vicariæ. Nam vbi nó poterat habere confeſſionem inquiſiti per torturam adhibitam, eum conuiuabat, & ille credebat, q volebat proptere eum liberare, & blande habebat ex confeſſione ſua noua
6 ua indicia, † & ſic inueniebat maleficia, quæ ob publicam

vtilitatem

vtilitatem omnibus licitis modis debent inueniri. l. 3. ff. de offic. præſidis. & promittebat liberationem, & in corde ſuo intelligebat, ſi placebat regi, uel ſi de iure hoc poterat facere, & ſic non erat io mẽdacio quò ad Deum, & ipſe dicebat, & allegabat exemplum de ſancto Franciſ. &c. & pro
b eo facit tex. in Authen. de man. princip. §. coges. [b]

ANNOTATIONES.

a Mendacium.] An liceat propter mendaciũ reſilire à cõtractu, vide tex. in ne cta gl. in l. cũ plures. § mandaui. in verbo reſtituas. ff. loca. & Iaſ. in l. ſi pecuniam col. 6 ff. de condictione cauſa data. Baius.
b Coges.] Tu tamẽ bone iudex, ne tali promiſſione facta, & cõfeſſione ſequuta confitentẽ condemnes: quia ex tali confeſſione nõ poteſt confitens damnari, ſecundũm Io. de Imo. qui notabiliter conſuluit, conſ. 109. incipien. viſa inquiſitio. quem ſequitur Hipp. de Marſi. vbi de concor. & fundamentis, ſingulari. 77. incip. in confeſſum. & per me poſt do. Phil. in regula, ea eſt natura. de reg. iur. ff.

De ſeruando indemnitatem Comitibus, Baronibus & militibus. Rub. XLV.

ALIQUI libri habent ſic rubricam, à quibus Comites, & Barones iudicẽtur. & iſta eſt uerior rub. & continuatur ſic iſta rub. quia de iure cõmuni pares erãt iudices competentes, quando erat quæſtio de feud. vt in c. 1. de conten. inter dominum & vaſ. & in c. 1. de cõtro. feu. apud pares termi. cum concoe. & ſopra dictum eſt in conſti. ſtatuimus. & in conſtit. iuſtitiarij nomen, & normam. ꝙ magna curia Vicariæ cognoſcit de magnis feud. quaternatis, & nihil fuerat dictum, an cum conſenſu partium debeant iudicare in cauſis tangentibus Comites, & Barones, & milites militariter viuentes poſt iuramentum præſtandum per magiſtrũ iuſt. & iuſtitiarios, ſequitur hæc rub. quòd dicti iuſti. debẽt cum iudicio parium iudicare. & hæc conſtitut. eſt confirmata per regem Carolum Secundum in capitu. edito in planicie ſancti Mart. quod incip. itẽ ſtatuimus, quòd Comites, & Barones. & illud c. eſt magis amplum quàm iſta conſti. ut infra dicetur.

SVMMARIVM.

1 *Honor debitus Baronibus, Comitibus, & viris militaribus, in quibus conſiſtat.*
2 *Comites, Barones & alij feuda in capite tenentes, qualiter determinare debeant quæſtionem feudalem. & nu. 3.*
4 *Appellatio à ſententijs Comitum, Baronum vel habentium feuda in capite, ad quem deuoluatur, & an determinetur in ſecunda inſtantia, ſicut in prima.*
5 *Sententiæ præterita lata ante conſtitutionem ſunt valida, licet in eis non ſit ſeruata forma conſtitutionis.*
6 *Nobilibus perſonis debetur præſtatio honoris.*
Honor qualiter definiatur.
7 *Iudices per principem electi, quare ſint ordinandi.*
Fortes viri non ſunt, qui propter honorem fortia faciunt.
8 *Militares viri, quos iudices habeant competentes.*
Res ipſa perſonæ ſequitur conditionem, & non econtrario.
9 *Comites, Barones & feuda in capite à rege tenentes iudicantur per pares.*
Iudices magnæ curiæ abſque paribus interloqui poſſunt in cauſis feudatarij, feudum à rege habentis in capite.
10 *Comes vel Baro accuſatus de crimine per pares iudicabitur, ſi probet ſe militari modo viuere.*
Inquiſitio contra Baronem, vel Comitem, per quos fieri poſſit.
11 *Inquiſitio permittitur accuſationis deficientis loco.*
Solemnitas eadem in inquiſitione ex officio quæ in accuſatione requiritur.
12 *Lex pœnalis rationem habens expreſſam, ad alium caſum eandem habentem rationem extenditur.*
13 *Comes, Baro, vel miles militariter viuens per pares iudicantur, ſi ciuiliter conueniantur.*
Iudicium parium an requiratur Comite, vel Barone alium accuſante, vel conueniente.
14 *Sententia in cauſa Comitis, vel Baronis abſque iudicio parium lata, an ſit ipſo iure nulla.*
15 *Notorium & ſi ab onere probandi releuet, non tamen ab onere proponendi.*
16 *Sententia lata in magna curia in cauſa feudali Comitis, vel Baronis abſque parium iudicio, an ſit nulla ipſo iure.*
17 *Iudices, qui in cauſa Comitis, uel Baronis ſine parium iudicio pronuntiauerunt, an iterum cum eorum voto pronunciare poſſint.*
Iudicis officium finitum eſt ſententia prolata.
18 *Comite, vel Barone contra regem culpam committente, an requiratur iudicium parium per partes eligendorum.*
19 *Pares curiæ quo caſu cognoſcant inter dominum & vaſallum*
Tacitum & expreſſum à pari procedunt.
20 *Expreſſum quando operetur idem, quod tacitum.*
21 *Clerici priuilegio fori illis conceſſa renunciare non poſſunt.*
Hæres cogitur defuncti factum habere ratum.
22 *Comites & Barones contra debitum agentes, an gaudeant ſuo priuilegio.*
Vir non dicitur, qui ea, quæ viri ſunt, non operatur.
23 *Comite, vel Barone accuſato, vel conueniente, quis debeat pares eligere.*
24 *Pares curiæ de cauſa feudali cognoſcunt, ſiue dominus agat, ſiue conueniatur.*
25 *Feudatarij Comitum & Baronum non dicuntur pares nobiliũ.*
26 *Sententiæ interlocutoriæ cum iudicio parium ſunt ferendæ in cauſis Comitum, vel Baronum.*
27 *Sententiæ abſque iudicio virorum peritorum & proborum ferri non debent.*
28 *Iudex ſi ex iuris forma conſilium alicuius in ſententia ferenda requirere teneatur, an teneat ſententia abſque illo cõſilio lata.*
29 *Conſilium ſapientum in multis operatur multum.*
30 *Conſilium ſapientis omiſſum ex ſtatuti diſpoſitione requiſitum ſententiam reddit nullam.*
31 *Iudices magnæ curiæ, virtute commiſſionis ſibi à paribus factę, cognoſcunt de quæſtione inter Barones.*
32 *Iudices proceſſum ſeriatim enuntiare debent paribus, qui in eo ordinando non interfuerunt.*
33 *Iudices ignorare non debent ſtatuta, & conſuetudines, ſeu conſtitutiones.*
Sententia contra conſuetudinem notoriam lata eſt ipſo iure nulla.
34 *Princeps ſemper eſt conſultandus, quando ex eius reſcripto dubium oritur.*
Appellatio à ſententia parium deuoluitur ad magnam curiam.
35 *Cauſa appellationis Baronem tangens, vel Comitem, Comiti vel Baroni per regiam curiam habet committi.*
Delegatus Papæ debet eſſe conſtitutus in aliqua dignitate, vel canonicus cathedralis eccleſiæ.
36 *Acta coram iudice non habente iuriſdictionem, non conualidantur eidem ipſa ſuperueniente.*
37 *Commiſſio facta alicui tanquam Comiti, qui non eſt Comes, conualidatur ſuperueniente eidem comitatu.*
38 *Iudex ad quem, neceſſariò pronuntiare habet, malè iudicatum & bene appellatum, aut econtrario.*
Iudices in cauſa appellationis quando appellationem deſertam eſſe poſſint iudicare.
39 *Pares curiæ tam interloquendo, quàm definiendo iudicare poſſunt.*
40 *Fatalia cauſæ appellationis an currant interim, ſi prima ſententia coram iudice nulla dicatur.*
41 *Sententia, ſeu iudicium in cauſa Comitis, vel Baronis, an valeat non præcedente iuramento.*
42 *Actus non vitiatur modo non ſeruato factus, ſi lex ſimpliciter aliquid fieri mandet.*

43 Conſi-

43 *Coaſtitutio noua reſpicit negotia futura, & non præterita iam deciſa.*
44 *Iuriſdictio iudicis ordinarij in procedẽdo ſi per principis reſcriptum alteretur ipſe efficitur delegatus in procedendo, & ordinarius in ſententiando.*
Priuilegia nobilitatis duo ſunt.
45 *Sententia cum ſapientum conſilio eſt ferenda.*
46 *Iudex quando conſilium petere poſſit ab aduocatis litis.*
Iuriſperiti in republica admodum ſunt neceſſarij.
47 *Conſilium quid verè & propriè dicatur.*
Princeps in conſiliarijs habendis parcus eſſe non debet.
48 *Conſiliarius principis debet eſſe vir timens Deum, & veritatis amator.*
49 *Conſiliarius regis ſapiens eſſe debet, grauis, prudens & fidelis.*
50 *Conſiliarius regis non debet ob aliquod delictum eſſe infamis.*
51 *Conſiliarius regis debet eſſe iuriſperitus, & non ignarus.*
Literarum ignari ſunt tanquam infantes reputandi.
52 *Conſiliarius regius debet eſſe iuſtus, non lucri cupidus, non ebrioſus, aut luxurioſus.*
53 *Conſiliarius veritatem in ore debet habere, & mendacium fugere.*
54 *Iuuenes, & ſenes in ſe quoſdam habent mores laudabiles & quoſdam vituperabiles.*
55 *Conſiliarius regius debet eſſe valde ſecretus.*
Conſiliarius regis ſolers, & non negligens eſſe debet.
56 *Conſiliarius regius non debet eſſe extraneus.*
Conſiliarius regius non iracundus, aut ſubitaneus eſſe debet.
57 *Conſiliarius non infamis eſſe debet, aut de crimine condemnatus, nec turpitudine aliqua notatus.*
58 *Conſiliarius aſſumendus iurare debet ſe fideliter conſulturum, & ea quæ in conſilio fiunt celaturum.*
Clerici domino laico iurare non tenentur.
Rex conſiliarios eligere præſumitur, prout facere debet.
59 *Conſiliarij regij qualiter in conſilio ſe habere debeant.*
Iudices in litibus arduis non ſint veloces.
60 *Conſiliarij regij an debeant audire aduocatorum diſputationes.*
61 *Conſiliarij regij in conſilio non ridere, ſed honeſtatem & maturitatem debent ſeruare.*
62 *Conſiliarij regij nullius rei prætextu iudicium peruertere debent.*
63 *Conſiliariorum vno loquente, cæteri debent tacere.*
64 *Conſiliarij & iudices patientia præditi eſſe debent.*
Reuocare quod dictum eſt, ſapientiſſimum eſt.
65 *Conſilium quando ſit congregandum.*
66 *Princeps conſultandus eſt in dubio, quod per legem ſcriptam decidi non poteſt.*
Iudex quilibet ſecundùm leges iudicare debet.

VT VNIVERSIS. Hæc conſtit. diuiditur in ſex partes. In 1. dicit, ꝙ intendit conſeruare, & reſeruare vniuerſis nobilibus ſui regni, hoc eſt Comitibus, Baronibus, & militibus integrè in iudicijs debitum honorem, vſque ibi, videlicet. Hic eſt 2. pars, in qua declarat, in quibus conſiſtit iſte debitus honor, qui debetur in iudicijs ipſis Comitib. Ba-
1 ronibus, & militaribus viris. † & dicit, ꝙ conſiſtit in hoc, ꝙ ſi prædicti nobiles criminaliter ſunt accuſati, vel ciuiliter cõuenti coram magiſtro iuſt. vel iuſtitiario prouinciæ, non poſſint iudicari, niſi per Comites, & Barones: & eos, qui in capite à rege tenent feuda quaternata: tam in ſententijs interlocutorijs, quàm in diffinitiuis, cum proborũ virorum & aliorum nobiliũ, id eſt Doctorum peritiſſimorum iudicio: ſubaudi ſecundùm puram conſcientiam, ſecundùm ſacras regni Conſti. & illis ceſſantibus ſecundùm approbatas conſuetudines: & illis non exiſtentibus, ſecundùm ius commune: & ſi dubium emerſerit, conſulant regem, & expectent eius reſponſum: & hoc probatur propter illud verbum poſitum in tex. ibi, vt ſicut ante. Interdũ autem dicti Comites, & Barones, & feuda in ca. tenentes à rege nolunt ipſi iudicare, ſed dicti Comites, & Barones, & feuda in capite à rege tenentes committunt iuſtitiarijs, & iudicibus, ꝙ de eorum commiſſione iudicent, tã in interlocutorijs, quàm in diffinitiuis ſententijs, & ſic dicti iudices pronunciant, & ita vt plurimùm vidi fuiſſe obſeruatum in magna curia Vica. & iſta ſecunda pars durat vſque
2 ibi, & quamquam omnes aliquando. † Hic eſt 3. pars, in qua quæritur: quid ſi iſti Comites, vel Barones, & alij habentes feuda in capite à rege non interuenerunt in examinatione totius negotij, & eſt de neceſſitate interloquẽdũ, vel pronunciandum diffinitiuè, quid agendum. & reſpondet hæc litera, ꝙ dicti iuſtitiarij, & iudices ordinarij debẽt adhibere dictos Comites, uel Barones, vel tenentes feuda in capite à rege: & eis poſt iuramẽtum datum per dictos iudices, vt infra dicetur in 5. parte, ſeriatim facere relationẽ ipſius negotij, & audita dicta relatione, dicti Comites, vel Barones, uel feuda in capite à rege tenentes, ſecundùm Deum, & iuſtitiam, procurabũt determinare illã cauſam, ſecundùm ſacras regni Cõſtitutiones, ſi faciẽt ad cauſam, & ſi non, ſecundùm approbatas cõſuetudines: & ipſis deficiẽtibus, ſecundũ ius commune, ſi cauſa eſt dubia, ꝙ per dicta iura non poteſt determinari, cõſultent regem, & expectent reſponſum eius, & durat vſque ibi, à quotũ ſenten-
3 tijs. † Hic eſt quarta pars: in qua quæritur ſecundò, quid ſi à ſententijs iſtorum Comitum, uel Baronum, uel habentium feuda in capite à rege, vel à iudicibus ordinarijs proferentibus ſentẽtiam de commiſſione dictorum Comitũ, & Baronum &c. appelletur ad iudices ordinarios cauſarũ appellationum uel ad regem, & ſi rex delegauerit cauſam appellationis alicui Comiti, vel Baroni, vtrũ dicti iudices tã in interlocutorijs quàm in ſententijs diffinitiuis etiam proferãt interlocutoriam, & diffinitiuam ſententiam, etiã cum iudicio aliorum Comitum, & Baronum, & feuda tenentium, confirmando, vel infirmando priorem ſententiã. Et determinatur hic in tex. ꝙ ſic, prout in prima inſtantia factum fuit, fiet in ſecunda inſtantia, & durat vſque ibi, & vt omnis omnino. Hic eſt quinta pars, in qua ſtatuitur, ſi ſit dubietas, ꝙ dicti Comites, & Barones, & feuda tenẽtes in capite aſſumpti, vt eorum iudicium proferat, antequam proferat eorum iudicium debet per iudices ordinarios dari eis iuramentum, ꝙ dabunt eorum iudicium ſecundùm puram eorum conſcientiam, depoſito omni fauore & gratia, & iuxta ſacras regni Cõſtitutiones, quibus deficientib. ſecundùm approbatas conſuetudines, & ipſis deficientib. ſecundùm ius cõe, quod non ſit contrariũ iſtis Conſt. quibus deficientib. ſecundùm cũſi. domini regis, & durat vſq;
4 ibi, ſentẽtijs tamen. † Hic eſt 6. & vlt. pars, in qua ſtatuitur, ꝙ ſi in ſententijs præteritis litis ante iſtã conſt. contra Comites, vel Barones, vel milites non ſit ſeruata hęc forma ſupra dicta, nihilominus valent d. ſententiæ; ergo ſecus, ſi ferantur ſententię in futurum non ſeruata dicta forma contra dictos Comites, & Barones, uel milites: ſententiæ erũt
5 nullæ. † & durat vſque in finem. Breuiter hoc intendit. Iudices ordinarij tam in prima inſtantia, quàm in ſecunda, etiam ſi ſint delegati à rege, non aliter iudicare poſſunt in cauſis criminalibus, & ciuilibus, in quib. Comites, & Barones; & viri militares ſunt accuſati, vel cõuenti; niſi cum iudicio pariũ, vel Comitis, vel Baronis, uel habentis feudum in capite à rege, vel de eorum commiſſione iudicetur, & datur eis iuramẽtum, vt dent eorum iudicium ſm Deum, & puram conſcientiam, primò ſecundùm iſtas Cõſt. ſecundò ſecundùm conſuetudinem approbatam, tertiò ſecundum ius Roma. & ſi eſt dubia cauſa, ſecundùm iudicium regis. & omiſſio formæ futuras ſententias reddit ipſo iure nullas, præteritas autem remanere in ſuo robore validas.
6 † Primò no. ex tex. ibi, nobilibus honor debitus. ꝙ nobilibus perſonis præſtatio honoris eſt ex debito, ut hic, ad idẽ C. de offi. diuer. iud. l. 2. & C. de offi. recto. prouin. l. potioris. ideo enim nobilibus præſtatur honor, quia præſumitur, ꝙ ſint viri virtuoſi, quia procedunt ex parẽtib. uirtuoſis, & honor eſt meritũ uirtutis, vt dicit Philoſophus in 8.

Ethico-

Ethicorum,& dicit Bal.in c.licet.de probatio.ꝙ pro hono
re, qui debetur pro præmio virtutis, non eſt dare aliquod
poſſeſſorium. Virtus ergo eſt cauſa honoris, & virtus non
eſt ſine labore, ideo dicit tex.in c.miramur.in fi.61.diſt.ſi
enim ad honores mundi ſine ſubtractione temporis, ſine
merito laboris,indignum eſt peruaniri, & notari ambitus
ſolent,quos probitatis documentum non iuuant,quàm di
ligens, & quàm prudens habenda eſt diſpenſatio diuino-
rum munerum & cæleſtium dignitatum. & dicit Luc. de
Pen.in l.fi.C.de diſcuſſ.lib. 10. referendo Valerium lib.2.
c.5.ꝙ honor eſt vberrimum virtutis alimentū.& dicit Bal.
in l.ſi qua.C.de 2.nup.ꝙ nulla ſine honeſtate nobilitas, &
princeps honorem præſtat viris virtuoſis, quantò magis
eius ſubditi tenentur honorare,quos princeps honorat,pp
7 eorū merita, ut C.de dome. & protectoribus.lib.12.† &
hac ratione attenta,iudices electi à Principe ſunt honorā-
di,quia videntur electi ob meritum virtutis, quia illi ſunt
eligendi,quos morum honeſtas commeodat,vt in l.magi-
ſtros.C.de profeſſo.& medi.lib.11.& l.vnica.C.de profeſ
ſo.qui in vrbe Conſtan.lib.11.& quos princeps approba-
uit, non debēt de eis aliquod malum ſubditi attingere, vt
ſupra in conſtitu.diſputare de regis iudicio, & cum pridie
de præſenti menſe Iunij,14.indict.1515.in cap.S.Seueri-
ni congratulatus fuiſſem cum viro virtuoſo domino Mar
cello Cancella de Caieta,vtriuſque iuris Doctore, quia à
tenera ætate fuit meus cordialiſſimus amicus, de eo vide-
licet,ꝙ nuper catholica regia maieſtas elegit in ſuum pa-
tricium,& auditorem cum ſtipendio cōdecenti,vt habeat
iuxta eius latus eſſe, dixit mihi in effectu illud, ꝙ ſcripſit
B.Thom.de Aquino in ſecunda ſecundæ. q. 131. ꝙ hoc
non proceſſit à ſe ipſo, ſed à Deo,ut non ſibi, ſed alij pro-
deſſet.& licet iſte ſit magnus honor ipſum vocatum eſſe à
tanto regē,vt lateribus eius aſſiſtat pro conſilio,hoc nō eſt
præmium virtutis,ſed ex parte aliorū,qui nō habent aliud
maius quam virtuoſo retribuere pro pręmio honorē, qui
hoc ipſo magnitudinem habet, ꝙ perhibet teſtimoniū vir
tuti,& ſic honor non eſt ſufficiens præmiū virtutis, ſed fu-
tura beatitudo, & ideo concluditur,ſm beatum Tho. vbi
ſuprà, quòd illi qui propter honorem mundanum bona
faciunt,& mala vitant,non ſunt virtuoſi,vt dicit Philoſo-
phus 4.Ethic.vbi dicit,ꝙ non ſunt verè fortes,qui propter
8 honorem fortia faciunt.† Secundò no.ex tex.ibi,militari-
bus.quòd iſte tex.habet duplicem intellectum, vnum ſe-
cundùm And.hic,ꝙ viri militares tam in cauſa ciuili, quā
in crimi.iudicantur per pares,ſicut Comites, & Barones,
dummodo viuant militariter,cum equis & armis, & tale
priuilegium tranſit in eius filium.oportet ergo militē pro
bare in proceſſu,ꝙ viuit militariter,& ſi non probat, non
iudicatur per iſtos pares,ſecundùm quòd dicit iſta conſti.
ſecundùm And.hic,& dicit in prin.huius conſti.quòd etiā
ſi ſit quæſtio contra militem de re burgenſatica, quòd ha-
bet locum iſta conſtitu. quia res ſequitur cōditionem per-
ſonæ,& non econtra,per l.2.in fi.C.de impo. lucra. deſcr.
lib.10.propter dignitatem hominū.l. iuſtiſſimè. ff. de ędi.
edic. Secundus intellectus eſt gloſſatoris hic, qui dicit, ꝙ
iſte tex.dicit ꝙ Comitibus,Baronibus,ac militaribus viris
eorum iudicia ſibiipſi reſeruamus,& dixit viris, & non iu
ribus ſuis,ſ.non de alijs bonis non feudalibus, ſed quādo
eſt quæſtio de iure rei feudalis, tunc demū habet iſtos pa-
res in iudices, ſed ſi eſſet quæſtio de rebus allodialibus ci-
uiliter,ceſſant pares, quia coram iudicibus ordinarijs di-
ctæ cauſæ agitari debent. nā milites viuentes iure militari
ſi conueniantur, debent conueniri coram proprio iudice,
vt C.de iuriſ.om.iud.l.magiſteriæ.& ff.de cuſt.reo.l.mili-
tib. & dicit glo.ꝙ iſta litera,videlicet,militaribus viris,eſt
communis,quam ſeruamus,quaſi dicat, quòd tunc habet
locum iſta conſti.quando eſt quæſtio cōtra Comitem, vel
Baronem,& militari iure,ideſt, de feudo,vel rebus feuda-
libus, & non quando de alia re non feudali conuenietur,
ſed hodie per c. Regis Caroli Secundi editum in planicie
S.Martini,quod incipit,itē ſtatuimus, quòd Comites &c.

9 char.22.expreſſè ſtatuitur, † quod Comites,& Barones &
tenentes feuda in capite à rege,ſiue agant,ſiue conuenian-
tur actione reali,vel perſonali,ciuiliter vel criminaliter, p
pares abſolui,vel condemnari debent, & ſic nihil dicitur
ibi de militibus,ſed tm̄ de Comitibus,& Baronibus,& ha
bentibus feuda in capite à rege, non tamen per hoc corri-
git iſtam conſtitutionem,quæ loquitur etiam de militib.
ſecundùm An. hic, & ſic iſtud c.Regis Caroli Secūdi am-
pliat iſtam cōſti.quantū ad actiones reales, & perſonales,
ſiue agant,ſiue cōueniantur,ſiue accuſent, ſiue accuſentur
criminaliter,ſiue agatur de feudis,ſiue de bonis burgenſa-
ticis. Itē ampliat quoad habentes feuda in capite à rege,
vt iudicentur etiam per compares,ſicut Comites,& Baro-
nes,& milites,& hoc verum intelligo quoad habentes feu
da in capite quoad diffinitiuas ſentētias, ſed an quoad in-
terlocutorias debeat interuenire iudicium parium,ſicut in
cauſis Comitum,& Baronum per iſtam conſti.tex. in d.c.
Regis Caroli dicit,abſolui,aut condemnari, quod intelli-
gitur diffinitiuè.& ſic vr ꝙ iudices magnæ curię ſine pari-
bus poſſunt interloqui in cauſis feudatarij habētis feudū
in capite à rege,ſiue ſit ciuilis,ſiue cri. quid de militibus li
tigantibus in magna curia Vic. Ego vidi ſeruari lecturam
glo.& qn̄ milites litigant in magna curia ciuiliter,vel cri.
nō de feudis,non uidi,ꝙ pares iudicent,ſicut qn̄ litigatur
de feudis,uel bonis feudalibus. fortè hoc fuit, quia nō ꝓ-
batur in proceſſu,ꝙ uiuebāt more militari,ꝙ probari dēr,
ut latè hic per An. tn̄ intellectus An. eſt ſatis cōſonās huic
literæ,quæ dicit(prout cōiter in pluribus cōſti. inuenitur)
videlicet, Comitibus& Baronibus, & cæteris militaribus
10 viris eorum iudicia ſibi inuicem reſeruamus.†Tertiò not.
ex tex.ibi,criminaliter accuſari.ꝙ ſi Comes, uel Baro, vel
miles ꝓbans ſe militari modo viuere accuſetur de aliquo
crimine,pro quo uenit publicatio omnium bonorum, ſi-
cut eſt pro crimine læſæ maie.ſiue de aliquo alio crimine,
etiam ꝙ non veniat puniendus,niſi pœna corporali, & nō
bonorum ſuorum, quòd non pōt condemnari niſi iudicio
pariū,& hoc quò ad Comites, & Barones eſt in viridi ob-
ſeruantia.Quis autem dr Baro,dicetur infrà in conſti.ſi ali
quis Baro.& ibi per And. Sed iuxta hoc quæro, quid ſi nō
vr accuſatus,ſed eſſet denunciatus, an idem ſit? Dic quòd
ſic,ſm Alber.de Roſ.in l.ea quidem. C.de accuſ. & l. pro-
perandum.§. ſinautem alterutra. C.de iudicijs.in verſi.ſed
pone,quòd iudex inquiſiuit.Item quæro, quid ſi Comes,
uel Baro,aut miles uiuens militari more non eſt accuſatus
criminaliter,ſed regia curia inquirit contra eum de crimi
ne publico,pro quo poteſt de iure fieri inquiſitio, an dēat
iudicari per pares,tam in ſententijs diffinitiuis, quàm in
ſententijs interlocutorijs,ſicut quando contra eum proce
ditur per accuſationem? And,hic diſputat iſtam q.per plu
ra argumenta pro,& contra,finaliter concludit,quòd licèt
tex.iſte ſolum dicat,qn̄ proceditur contra eos per uiam ac
cuſationis,tn̄ idem dicendum eſt, qn̄ contra eos procedi-
tur ex officio per uiam inquiſitionis, quia officiū iudicis
ſuccedit loco accuſationis, per l.congruit. ff. de offi, præſi.
11 & per alias rationes,ut eū uidere poteris. †Cui addo,quòd
hanc concluſionem ego confirmo,quia inquiſitio loco de-
ficientis accuſationis permittitur. ff.de mune. & hono.l.re
ſcripto.§.ſi quis accuſatorem non habens. & ſubrogatum
ſapit naturam eius,in cuius locum ſubrogatur. l. ſi eum.§.
qui iniuriarum. ff.ſi quis cautio.inquiſitio enim loco accu
ſationis ſuccedit. Bar.in l.ſi cui.§.iiſdem. ff.de accuſ. Inno.
in c.cum dilectus.de elec.quæ iura ad hoc allegat Alex. in
2.uol.conſi.11.incipit,circa primum dubium.in 3. col.Itē
illud tempus,quod à lege ſtatuitur ad accuſandum de fal
ſo, uendicat ſibi locum etiam in inquiſitione facienda ex
officio iudicis,ut firmat Sal.in l.querela.5.col.C.ad l.Cor
nel.de falſis.& in l.adulter.C.de adulter.ubi tempus præfi
xum accuſationi, intelligitur etiā pręfixū inquiſitioni, ſic
in propoſito, iudicium parium permiſſum,qn̄ proceditur
per accuſationem,intelligitur permiſſum, quando proce-
ditur per inquiſitionem. ad idem Salic. in l. ea quidem
in

in 11. col. de accuſa. Item pro hac concluſione allegat Iac.
But. Inſt. de actio. circa principium. vbi dicit, ꝙ eadẽ ſolen-
nitas requiritur in inquiſitione ex officio, quæ requiritur
in accuſatione, præterquam in ſolẽnitate inſcriptionis ad
pœnã talionis, quia illa ceſſat ibi, & eum refert, & ſequitur
Bar. in l. 2. §. ſi publico, de adulter. in 4. col. ſubdens, ꝙ cum
inquiſitio ſuccedat loco accuſationis, & iudex vicem accu-
ſatoris ſuſtinet: meritò erit eiuſdem naturæ, cuius eſt accu
ſatio, l. 3. §. hæc actio. ff. ſi quis teſta. lib. eſſe iuſſus fuerit. Idẽ
dixit Alex. in 1. vol. conſi. 64. inci. breuiter omiſſis. Idem di
12 cit Alex. in l. cum mulier. in 1. col. ff. ſol. mat. † ꝙ lex etiam
pœnalis habens rõnem expreſſam extenditur ad alium ca
ſum eandem rõnem habentem, per tex. l. cum mulier. ſed
eadem ratio eſt, qñ proceditur contra Comitẽ, vel Baronẽ
per viam inquiſitionis, ſicut quando per uiã accuſationis,
ergo &c. Sed in contrarium facit, ꝙ diuerſa eſt inquiſitio
ab accuſatione, & qđ nõ poteſt fieri per accuſationem, po-
teſt fieri per inquiſitionem ex officio, ut gl. in l. filius. §. ve-
terani. ff. de procu. per quam glo. dicit ibi Ange. referendo
ibidem Iac. But. quòd ſi ſtatuto caueatur, ꝙ in cauſa cri-
minali nulla excep. declinatoria admittatur, niſi principa-
lis compareat, & illam opponat, & inde procedit per in-
quiſitionem de crimine, de quo non poteſt inquiri ob ali-
quam cauſam: certè procur. inquiſiti poteſt comparere, &
implorare officium iudicis, vt de dicto crimine non inqui
rat, cum de iure non poſſit, vt latius per Albe. de Roſa. in
d. §. veterani. Sed non ob. quia aliud eſt, quando ſtatutum
permittit accuſationem, tũc videtur permittere etiam in-
quiſitionem cum qualitatibus, prout requirebatur in ac-
cuſatione: aliud, quando ſtatutum prohibet accuſationẽ,
tunc non eſt prohibita inquiſitio propter publicam vtilita
tem, ideo non obſtat. Secundò fallit in cauſa hæreſis, vbi
ſtatutum faciens mentionem de accuſatore, non habet lo-
cum in cauſa inquiſitionis, nec econtra, ut no. in c. in fidei.
13 de hære. lib. 6. † Quartò no. ex tex. ibi, vel etiam conuenti
ciuiliter, quòd tunc demum Comes, Baro, vel miles mili-
tariter viuens debet iudicari per pares, quando eſt conuen
tus ciuiliter, ſubaudi actione perſonali, vel reali, per dictũ
c. editum per Regem Carolum ſecundum in planicie, San
cti Mart. idem ſi eſſet conuentus interdicto recuperandæ
poſſeſſionis rei feudalis, vel non feudalis, ſecundùm opin.
An. hic, & de hoc dixi in l. Imperialẽ. §. pen. de prohi. feu.
alie. per Fed. Sed iuxta hoc quæro de decem. quæſt. Et pri
mò, quid ſi Comes, vel Baro &c. non accuſatur, nec conue
nitur, ſed ipſe agit, vel accuſat aliũ, vtrum requiratur iudi-
cium parium? Glo. hic in verbo, conuenti. tenet, ꝙ nõ. Iſta
glo. non eſt vera hodie in regno, p d. c. Regis Caroli II. in
planicie S. Mart. editum, vbi expreſsè dr̃, ꝙ ſiue conuenian
tur, ſiue conueniant alios, habebit locum iudicium pariũ,
Item quæro, quid ſi Comes, vel Baro, uel miles cõuentus,
vel accuſatus in magna curia Vicariæ fuit abſolutus ſine
iudicio parium, an talis ſententia valeat, ex quo d. c. Regis
Caroli expreſsè dicit, ꝙ ſiue cõdemnetur, ſiue abſoluatur,
requiritur ſententia parium, & ita ſeruat magna curia: li-
cet gl. fi. hic aliud ſenſerit, tñ dicit, ꝙ magna curia Vicariæ
ſeruat, quòd tam in condemnando, quàm in abſoluẽdo iu
14 dicat cum conſilio parium. † Secundò quæro, in magna cu
ria Vicariæ litigat Comes, vel Baro, vel miles, & non fuit
articulatum, nec probatum, quòd ille Comes habebat co-
mitatum, nec quòd ille Baro habebat baroniam, vel quòd
miles viuit more militari, & fertur ſententia ſine iudicio
parium, & tñ notorium eſt facti permanẽtis, quòd ille Co
mes hẽt comitatum, uel ille Baro habet baroniam, vel ille
miles more militari, an illa ſnĩa ſit ipſo iure nulla? Dicit
hic And. quòd ſi fuit allegatum, ꝙ habebat baroniã, licet
non ſit probatum, tñ notoriũ eſt, ſubaudi, facti permanen-
tis, ꝙ habet baroniã, uel miles uiuit iure militari, ualet ſen
tentia, ar. l. 1. C. qui & aduerſus quos. & ibi eſt glo. no. ꝙ iu
dex habet rõnem de allegatione facti, ſi illud eſt notoriũ:
puta, quia erat decurio, vnde in notorijs iudex ſupplet in
probationibus partis. Idem dicit Abb. Sicu. in c. dudũ. de
elec. & Inn. in c. tua. de coha. cle. & mulie. iunctis no. in c.
cum in iure. de offi. deleg. & c. cum ex officij. de præſcr. ad
quod l. furioſus. ff. de iudicijs, ſm dominos de Rota in an-
15 tiquis. in tit. de ſi. inſtr. in ſi. char. 44. ex quibus patet, † ꝙ
notorium licet releuet ab onere probandi, non tamen re-
leuat ab onere proponendi. glo. eſt in cle. appellanti. in ver-
bo, iudicis. de appe. & ſic vĩ tenere hic And. quòd ſi allega
tum eſt, ꝙ habet baroniam, & non eſt probatum, tamẽ no
torium eſt, quòd habet baroniam, ſi feratur ſententia ſine
iudicio parium, iſto caſu ſententia eſt nulla, ac ſi probatũ
eſſet, quòd Baro habet baroniam, quia lata cõtra formam
huius conſtitu. & ſic non valet ſecundùm And. hic, dum
dicit, quòd ſententia lata contra formã iſtius conſti. nõ ua
lebit, ſed de hoc infrà. Sed in contrarium facit, ſcilicet ꝙ
talis ſententia ualet, quia dicit Bal. in l. 1. 3. col. C. ne filius
pro patre, quòd ualet ſententia contra notorium. alleg. ff.
de ritu nup. l. palam, in uerbo, abſoluta. quod not. de adul.
l. is cuius. §. 1. Sed tu tene quòd plus operatur notorietas fa
cti, quàm notorietas iuris, vel ſaltem æquiparantur, ut in
cap. neſtra. & c. fi. de coha. cle. & mulie. & ubi iniuſtitia eſt
notoria, inducit nullitatem, ut firmat Abb. Sicu. in c. inter
cæteras. de iudi. Fallit hæc concl. ſi notorium allegatum
per alteram partem negetur eſſe notorium, tunc debet cõ-
ſtare iudici de illo notorio, ut firmat Franc. de Aret. in ſuo
16 eleganti conſi. incip. ſicut dixit Io. in Apocalypſi. † Tertiò
quæro, ecce magna curia Vica. in cauſa Baronis, vel Comi
tis, ubi agebatur de feudo ſecundùm opi. glo. pronuncia-
uit ſine iudicio parium, an ſit uerũ, quòd ſit ipſo iure nul-
la? Supra dixi referendo And. quòd talis ſententia eſt nul-
la, & pro hac opinio. facit, quia ſententia lata cõtra formã
ſtatuti, uel legis, non debet exequi tanquam nulla, ut dicit
Io. And. in addi. Spec. in tit. de execu. ſent. §. poſtremò. in
additione quæ incipit, contrarium. & voluit Bal. in l. qui ſe
dicit. ff. de iudicijs. & Pau. de Caſt. in l. 4. §. condemnatum.
ff. de re iu. & Bar. in l. 1. §. & parui. ff. quod ui, aut clam. An-
ge. in conſi. 178. Bar. in l. 1. §. ſi plures. 7. col. ff. de exercito.
& pro hoc facit illud, quod dicit Bal. in l. ex illo. de appell.
ubi dicit, quòd ſententia eſt nulla, non expectato conſilio,
& idem dicunt Bal. & Philippus in c. intimaſti. de appell.
ſed Bal. in l. 1. C. de relatio. tenet, quòd ſententia lata nõ ex
pectato conſilio, quod de neceſſitate debet interuenire,
non eſt nulla, ſed eſt opus appellatione. Idem tenet Ange.
in l. iubemus. C. de appel. & Pau. de Caſt. in cõſi. 85. & Bal.
in addi. Spe. in tit. de execu. ſen. uer. ſed pone. Ex hoc infer
tur unum, ſi uerum eſt, quòd ex quo iſta conſtitutio nõ an
nullat ſententiam latam ſine iudicio parium, quia non di-
cit, quòd ſit nulla, ideo debet appellari, ſed de hoc dic, ꝑ
ut infra dicam, in 7. no. & forma ſententiandi eſt in magna
curia Vica. ſic nos regens, & iudices adhibitos uoto pa-
17 rium. † Et ex hoc deciditur quarta quæſtio, vtrum iudices,
qui in cauſa Comitis, uel Baronis non pronunciauerũt cũ
uoto parium, ſi poſſunt iterum pronunciare cum uoto pa-
rium? Profectò, ſi illa ſententia eſſet nulla, poſſent dicti iu
dices ordinarij pronunciare iterum, per l. ſi ut ꝓponis. C.
quomodo & quando iudex, & in l. 1. & l. præſes. C. de ſen.
& inter. om. iud. no. Anto. de But. in c. in literis, de offi. de-
leg. ſed ſi non eſt nulla, non poſſunt iterum pronunciare,
quia ſemel pronunciando, fuit finitum eorum officiũ, &
maximè ſi fuit appellatum, per quã appellationem deuo-
luta eſt cauſa ad ſuperiorẽ, ſm Bar. in d. l. ſi ut proponis. &
Inno. in c. cum cõtingat. de offi. deleg. & in c. dilectis filijs.
de appella. Quintò quæro, utrum Rex in cauſa Comitis,
uel Baronis debeat iudicare cum conſilio parium, ſecun-
dùm quòd dicit iſta conſtitutio? Ego dicerẽ, quòd ſic, per
id quod dicit Albe. de Roſa. in l. princeps. ff. de leg. ubi di-
cit, quòd rex tenetur ſeruare legem, quã ipſe fecit in regno
ſuo, Idem dicit And. in conſt. regni, fratribus. & in ca. 1. §.
donare. qualiter olim feudum ali. poterat. & infrà in con-
ſti. quàm plurimum. & in ca. 1. §. fi. de pace iur. fir. & ſupra
in conſtu. pacis cultum. bene ad hoc facit illud, quod dicit
Bal. in c. cũ cẽs 5. col. de conſti. ubi Rex non poteſt unum
ſtatuere

ſtatuere pro ſubditis,& aliud pro ſe.ad hoc faciunt omnes
illę authoritates, quas allegat Archiepiſcop.Floren. in 4.
parte ſuæ ſummæ,tit.15.c.14. & ego vidi ſententias latas
ſub nomine regis Ferdinandi primi contra tenentes feuda
in capite à regę cum voto parium in cauſa criminis læſæ
maieſtatis.Et miror vehementer,cur hodie iſti qui regunt
iuſtitiam pro parte catholicæ maieſtatis,nõ obſeruant ſer-
re ſententias in cauſis feudorum quaternatorum cum iu-
18 dicio parium.† Sexto quæro, ecce tota iſta conſtitutio lo-
qoitur,quando Comes,Baro,vel miles cõuenitur ſuper iu
ribus militaribus,ſic ſup feudis ab alio regio vaſal. vel ali-
quo homine priuato.quid ſi rex,vel eius fiſcus velit cõue-
nire Comitem,vel Baronem pro eo, quia commiſit culpã
cõtra regẽ, & ideo vult eũ priuare feudis, utrũ requiratur
in hoc caſu iudicium parium eligendorũ per partes? And.
de Iſer.tangit iſtam quæſt.in ca.1.de controuer. feu. apud
pares termi.& dicit,quòd propter illa verba, quæ ſunt in-
frà in conſtitut.ſi vaſallus à domino ſuo, videlicet, poteſt
dño per exguardiã diſſaiſire, ideſt quòd poterit dñs corã
paribus eligẽdis petere ꝙ priuetur vaſallus feudis propter
culpã commiſſã per eum,& dicit,quod iſto caſu illi pares
ſunt iudices ordinarij,& tunc iuſtitiarij in iſto caſu ſunt e-
xecutores parium prædictorũ,& idẽ dicit in dicta conſtit.
ſi vaſallus.ego credo,quòd ſit differentia inter pares, qui
adhibentur quando eſt quæſtio inter Baronẽ & alium pri
uatum corã magiſtro iuſtitiario, vel iuſtitiario de feudo,
vel in actione perſonali,vel reali,& tunc pares adhibẽtur,
vt voiẽt vna cum iudicibus ordinarijs,ut ſuprà dixi. & iõ
dicit gl.hic,ꝙ pares cognoſcunt,& iuſtitiarius iudicat, &
pares,qui adhibentur,quando eſt lis inter Regem & Baro
nem,quia rex dicit,Baronem commiſiſſe culpam,per quã
amiſit feudum,ut tunc iſti pares ſint iudices ordinarij, &
iuſtitiarij ſunt executores,ut dicit And.in dicta conſtit. ſi
vaſallus.& in d.c.1.de coutro.feu.apud pares termi.& pręę
dicta procedunt, quando inter dominum & feudatarium
ſuum eſt quęſtio de feudis:ſed ſi eſt quęſtio de allodio,tũc
non requiruntur pares,quia hoc non dicit conſtitutio præ
dicta,ſi vaſal.nec iſta conſtitutio, nec capitulum prædictũ
regis Caroli,ſed erit iudex ordinarius,ut in l.imperialem.
§.præterea inter duos.& in c.1.§. ſi de allodio. de extraor.
capitulis. vel magiſter iuſtitiarius,ut ſuprà in conſti.magi-
ſter iuſtitiarius. vel iudex deputatus inter fiſcũ & priuatũ
ut in l.2.C.vbi cauſæ fiſca.& ideo bene dicebat Andre. in
19 d.c.1.de contro.feud.apud pares termi.† quòd in vno tan-
tùm caſu eliguntur pares,quando eſt quæſtio inter domi-
num & vaſallum, de culpa, quam dicit dominus com-
miſiſſe uaſallum, & debet ex hoc priuari feu. & ſic nõ ha
bent locum pares,quando de alia re eſt quæſtio inter do-
minum & vaſallum.Septimò quæro,utrum Comes,Baro,
vel miles viuẽs more militari accuſatus,uel cõuentus poſ-
ſit renuntiare huic conſtitutioni,ut non iudicetur per com
pares? Reſpondetur, quòd ſi interuentu iſtorum parium
ſit ſolemnitas inducta per iſtam conſtitut.non poſſent par
tes renuntiare,per l.nemo poteſt.ff.de lega.1.ſed certè iſte
interuentus parium non eſt ſolemnitas iuris, ſed priuile-
gium nobilium,ideo non procedit hoc argumentum.Sed
alio argumento uidetur dicendum,quod nõ poſſit renun-
tiari huic conſtitut.quia licet ſuprà diximus, quòd ſi non
probetur in proceſſu,quòd eſt Baro habens baroniam,vel
quòd non eſt probatum, quòd uiuit more militari, ualet
ſententia ſine paribus.ergo ſi tacitè poſſunt omitti compa
res, idem & expreſſè, nã tacitum & expreſſum à pari pro-
cedunt.l.cum quid.ff.ſi certum peta.cum ſimil. quod ue-
rum eſt ſecundum Io.de Imo.in l.ait prætor.§. ſi iudex. ff.
de re iudic. ubi ſtante ualiditate actus quæritur de mente
parium,ſecus quãdo agitur ad finem inualidandi actum,
10 tunc non eſt uerum,† quòd tacitum & expreſſum idẽ ope
rentur.hoc idem refert,& ſequitur Alex.in 3.uolum.cõſu.
59.incipien.attentis uerbis teſtamenti. ſed ſi hic ageretur
ad finem inualidandi ſententiam ex defectu parium, non
idem operari debet tacita omiſſio parium, ſicut expreſſa.
Item ſi iſta expreſſa renunciatio huic conſti.eſſet facta, vi-
detur potius quędam deceptio,quàm pactio,quia videtur
conceſſum iſtud priuilegium nobilitati in genere,ideo nõ
debet valere,ſecundùm Bar.in l.de his.ff.de tranſac.quare
dicendum eſt ſecundùm And.ꝙ quando non fuit oppoſi-
tum,ꝙ adhibeant pares ante litem conteſtatam,ſemper vſ
que ad ſententiam poteſt peti,ꝙ adhibeantur pares,& etiã
lata ſnĩa ſine paribus poteſt appellari & peti, ut ſecunda
ſententia feratur cum paribus,& ſi cum paribus confirme
tur prima ſententia lata ſine paribus,non propterea prima
ſententia poteſt dici nulla,ſi in prima inſtantia non fuerũt
probata requiſita. vnde ex ſuperuenienti cõfirmatione cũ
paribus non infirmatur, qđ rectè proceſſit, vt in l.2.ff.de
itin. actuque priuato. ſed quando eſt renuntiatum expreſ-
sè,ꝙ procedatur ad ſententiã ſine paribus, valet renuntia-
tio,quia quilibet poteſt renuntiare ſuo priuilegio.l.ſi quis
in conſcribendo.C.de pact.c.ad apoſtolicam.de regula.cũ
ſi.allegatis in gl.in c.ſi diligenti.Fallit in decẽ caſib.notaria
21 p Fel.ibi. † nec iſtud priuilegium Comitum, & Baronum
eſt ſicut priuilegium fori,quod cõceditur clericis,cui non
poſſunt volentes renunciare,vt in d.c.ſi diligẽti.quia illud
priuilegium non tm̃ reſpicit perſonam clerici renuntiãtis,
ſed totã eccleſiam,cui non põt ipſe clericus renuntiare,vt
ibi dicitur. Sed priuilegium cõceſſum iſtis nobilib.ꝙ non
iudicẽtur,niſi habito iudicio parium,nõ reſpicit niſi ſuum
præiudicium,ideo poteſt ei renuntiari. Sed an omnes Ba-
rones regni poſſent renuntiare fauori huius cõſtitutionis,
vt iſti iuſtitiarij in cauſis eorum iudicent ſine paribus? Di-
cit And.ꝙ ſic,in eorum præiudicium, ſed iſta talis renun-
tiatio non præiudicaret alijs ſucceſſoribus,ſecundùm An-
dreã hic, ſubaudi, qñ non eſſent hæredes renuntiantium,
quia quilibet videtur renuntiaſſe pro ſe & hęredib. vt l.ſi
pactum.ff.de prob.& hæres cogitur habere ratum factum
defuncti. l.ex qua perſona.ff.de reg.iur. l.cum à matre. C.
de rei vend.l.Lucius.ff.ſolu.matr.l.cum vir.ff.de vſucapio.
cum multis ſi.ſed vbi non probaretur, ꝙ fuiſſent ſucceſſo-
res hæredes renuntiantium, talis renuntiatio non præiudi
caret ſucceſſoribus. vnde dicit Seneca,ꝙ ideo erramus,qa
de parte vitę omnes deliberamus,de tota nemo deliberat,
22 vt refert Bald. in l.cum hi. in princip.ff.de tranſac.† Octa-
uò quæro,vtrum Comites, & Barones inhoneſtè, & cõtra
debitum honoris eorum agẽtes gaudeant in cauſis eorum
beneficio huius conſtitutionis? Lucas de Penna in l.penul.
C. de decurio. lib.12. tangit hoc dubium, & tenet argu-
men. huius legis, quòd non gaudent beneficio huius con-
ſtitutionis. & idem dixit in l.prima.C.de veteranis, li.12.
dicens, quòd honor non eſt ſeruandus ei, qui ſe deduxit
in feudum, allegat ff.de ritu nupt.l.ſenatoris. nec permit-
tendum eſt, nocentes aliquibus priuilegijs uti, vt in Au-
then. de mand.princip.§.quòd ſi delinquentes. Nec dici-
tur vir, qui non facit ea,quæ viri ſunt,ut in Auth.de trien.
& ſemiſ. §.prohibemus. reatus enim omnem dignitatem
excludit,ut in l.1.& ibi concordan.C.vbi ſenator. vel cla-
riſſimi.& priuilegium ex culpa commiſſa perditum,ſi de-
inde ad bonos mores reuertitur, non recuperatur, ſecun-
dùm Innocen.in d.capit.ſecundo,de operis noui nun.ſecũ
23 dùm Lucam in dicta l.prima.† Nonò quæro in caſu huius
conſtitutionis,quando accuſatur, vel conuenitur Comes,
vel Baro, quis eliget iſtos compares, an magna Curia Vi-
cariæ,uel iuſtitiarius, uel habeat eligere ipſe Baro accuſa-
tus,vel conuentus? Iſta conſtitutio nihil de hoc dicit, ſed
Andr.in d.c.1.de controuer.feud.apud pares termi. in ma-
teria conſt. ut uniuerſis. dicit, ꝙ ſi fiſcus, & Baro eligunt,
obſeruantia eſt in magna Curia Vicariæ,ꝙ ipſa Curia eli-
git feudatarios habentes feuda in capite à regia curia, quã
do non ſunt Comites illi, qui accuſantur, uel conueniun-
tur, vt dent ſuum uotum prima relatione eis facta per iu-
dices, prout dicit iſta conſtitutio, & interdum illi uolunt
audire relationem, ſed remittunt ſe uotis iudicum. Deci-
mò & ultimò quæro, pone,ꝙ Comes,Baro, uel miles ſup-
plicat regi tenenti caſtrum,ꝙ uelit cõmittere alicui Deum

timenti,ꝙ ſibi faciat iuſtitiam ſuper dicto caſtro,& rex cō
mittit cauſam,quia non aliter agere poſſet contra fiſcum,
vt dicit tex.in l.bene à Zenone.C.de quadri. præſcri. vtrū
poſſit iſte agens petere,ꝙ adhibeatur iudicium parium?In
iſto caſu hæc conſtitutio hoc non dicit, nec dicta conſtitu
tio,ſi vaſallus.uidetur prima facie,ꝙ ille iudex,cui rex cō-
miſit cauſam , ꝙ iuſtitiā faciat, adhibebit iudiciū parium
per leg. imperialem. §. præterea inter duos . qui tex. pro-
24 bat,† ꝙ ſiue dominus agat,ſiue cōueniatur à uaſallo,pares
cognoſcunt.& dicit ibi Bal.ꝙ hoc eſt uerum,niſi per cōtra
riam conſuetudinem ſit derogatum,vel detractū.ſed huic
legi uidetur in regno eſſe detractū,quia conſtitutio regni,
ſtatuimus.& conſti.iuſtitiarij nomen.in ſi. vult , ꝙ quæſt.
de feu.quaternatis cognoſcat magna curia,& de non qua-
ternatis cognoſcit iuſtitiarius prouinciæ . & tunc demum
adhibentur pares,quando accuſantur,vel conueniuntur vt
hic,& qn̄ per exguardiam priuantur,vt in cōſti.ſi uaſallus.
ideo concludo, ꝙ ſine iudicio parium in hoc caſu pronun
tiabit delegatus regis ſm̄ iuſtitiam,vel magnam curiam,ſi
rex cōmiſit magnæ curiæ,niſi expreſsè in delegatione fuiſ
ſet dictum,ꝙ procedat cum iudicio pariū ad ſententiā diſ
finitiuā:ſufficit enim Comiti,uel Baroni,ꝙ rex permiſit,ꝙ
poſſit agere contra fiſcū corā tali iudice, cū potuerit dene-
gare audiētiam,ꝑ d.l.bene à Zenone.ideo ſufficit,ſi in pau
cis conſulatur.l.tutori.C.de neg.geſt.nec c.regni,itē ſtatui
mus,in planicie S.Mart.præallegatū ſuprà,loquitur in hoc
caſu,& ita ego audiui à Doctoribus antiquis fuiſſe obſer-
25 uatum.†Quintò no.ex textu ibi,no.qui à Comitibus alijs,
quod feudatarij Comitū & Baronū nō poſſunt dici pares
nobiliū,quia ꝑ infeudationē eorū nō contrahitur nobili-
tas,ſicut cōtrahitur nobilitas per infeudationē factā ꝑ re-
gē de caſtro aliquo,ut dicit And.in c.1.circa fi. quis dicat
dux Comes,uel Marchio.& in c.1.§.fi.de cap. q curiā uēd.
paruipēduntur ergo iudicia feudatariorum, Comitum &
Baronum,quantumcunque eſſent viri prudentes.fallit,ni-
ſi haberent etiam feuda quaternata à rege,tunc licèt habe-
rent à Comite,vel Barone,tamē attēditur id , quod maius
eſt,& non quod eſt minus , quia vbi in una re concurrunt
duæ qualitates,maior & minor,maior abſorbet minorem
l.quæ religioſis.ff.de rei uendica.cum cōcordan. allegatis
per Alexand.in 1.uolum. conſilio 82. incip. in cauſa uer-
tente. in fi. Item ubi duo concurrunt, quorum unum pro
deſt,& aliud nocet,attenditur id,quod prodeſt.l.ſi vir vxo
ri.ff.pro donat.l.non intelligitur.§.ſi quis palam. ff. de iu-
re fiſci.& uide ad hoc Alex.in 3.vol.conſi. 101 in 1.& ulti
ma colum.in ſeparabilibus miſta iudicantur,ut de ſimpli
cibus,ut in §.ſi uerò permixtæ. in Auth. de non eligen. ſe-
cundò nuben.& firmat Alexand.in l.ſecunda,ff. de verbo-
26 rum obligatio.†Sextò no.ex tex.ibi,interlocutorias, ꝙ qn̄
accuſantur, uel conueniuntur Comites, vel Barones , etiā
ſententiæ interlocutoriæ ſunt ferendæ cum iudicio pariū,
& ſi non fuiſſet poſitum hic hoc uerbū , & interlocutorias
appellatione ſententię in dubio intelligitur de diffinitiua,
vt dicit gloſſa in l.1.§.biduum.in verbo ſententiæ.ff. quan
do appellādū ſit,cū concordant.allegatis per Alex. in rub.
ff.de re iud.Et non intelligitur iſte tex.de omni verbo iudi
cis faciente ad cauſam, vt dicit glo. in l.cum clericis C.de
epiſ.& cler.& gl.1.Inſtitut.de iu.nat.§.ſed qđ. ſed de inter
locutoria,quæ poteſt facere præiudicium principali nego-
tio,ut dicit iſte tex.Et ſi petatur,ꝙ reuocetur interlocuto-
ria data cum iudicio parium,in reuocatione etiam requiri
tur iudicium parium, quia & in cauſa appellationis requi
ritur iudicium parium,vt dicit iſta conſtitutio.ergo idem
dicendum eſt,ſi petatur à iudice reuocatio interlocutoriæ
ex cauſa,ut in l.quod iuſſit. ff.de re iud.caſus autem,in qui
bus iudex non poſſit reuocare ſuam interlocutoriā , uide
27 per Fely.in cap.cum ceſſante. de appellatio †Septimò no.
ex tex.ibi,cū proborum virorum iudicio,quòd pares , qui
habent iudicare in cauſis Comitum,& Baronum , debent
cum iudicio aliorum proborum virorum nobilium ſentē
tias proferre,facit bonus tex.in l.ſi auia.ver.ſi cum peritio
ribus tractatum habuiſſes,facilè cognouiſſes. C.de ingen.
& manumiſ.Et pōdera illud verbum, proborum,quia im
portat hominis bonitatem intrinſecam,vt dicit Alber. de
Roſate in l.lecta.in verbo,probat.ff.ſi certum petat . vnde
non tantùm homines ſcientificos, ſed etiam bonos . nam
probitas non eſt aliud,niſi bonitas.Et non credas,quòd te
neatur eligere viros ſanctos,ſed modeſtos,& bene morige
ratos quantùm ad temporalia,vt ſentit Archidiaco.in cap.
grandi. in princ.de ſupplen.neglig. prælat. lib. 6. Et quod
ſint in eo duo ſales,ſcilicet conſcientiæ,& ſcientiæ,ut dicit
Bal.in l hac lege.C.de ſent.ex breu.recitan.Et pondera,qđ
iſta conſtitutio loquitur in plurali,& ſic à pluribus probis
viris,& non ab vno.Idē Bal.in l.iuris.in 2.q.C. qui admit.
& Bart.in l.bonorum.ff.de bonorū ꝓpoſſeſſ.Sed iuxta præ-
dicta quæro,an ſi pares pronuntiauerint ſine conſilio iſto-
rum proborum virorum,eorum ſententia ſit ipſo iure nul
la,ſuprà in 4.not.in 3.q.tetigi. An ſententia magnæ curiæ
ſine iudicio pariū ſit ipſo iure nulla, & concluſi,ꝙ nō, ſed
remiſi me ad hic dicēda.Quibus adde id, qđ dicit Hoſtiē.
28 in cap.cum olim.de arbitris, vbi dicit , † quòd ſi iudex ex
forma iuris habet in ſententiando requirere conſilium al
terius, trangreſſio illius conſilij non inducit actus nulli-
tatem,niſi ius procedat vlterius retractādo actum,ſicut fa
cit in capitu.quia propter.& in cap.ne pro defectu.de ele-
ctio.quia mitius agitur cum lege, quàm cum miniſtro le-
gis,l.Celſus.ff.de arbi.Barto.in l.1.§.ſi plures.ff. de exerci-
toria,dicit,quòd quando conſilium eſt habendum à parti
cipibus officij,tunc non poteſt tranſgredi illud conſilium:
ſecus quando conſiliarius non eſt particeps officij,tunc iu
dex non tenetur iudicare ſecūdùm illud conſilium. Idem
voluit Bald.& Saly.in l.ſtatutis.C.de ſenten.ex breuic.re-
citan.& Alexand.in quarto volumine, conſilio vigeſimo-
quarto, incipiente , inſpecto proceſſu. in prima columna.
Sed aduerte,quia Abb.Sicu.in d.cap. cum olim. reprobat
hoc dictum,per not.in cap. nouit. de his quæ fiunt à præ-
lat.vbi ſi epiſcopus non requirit conſilium canonicorum ,
non ualet,quod agitur,quia fecit cōtra iuris diſpoſitionē .
Item ſi actus factus contra hominis diſpoſitionem non va
let ,vt in d.c.cum olim.idem dicendum eſt,ſi fiat contra di
ſpoſitionem legis,cum quoad actus nullitatem,paria ſunt
facere contra hominis diſpoſitionem,vel cōtra legis diſpo
ſitionem, ſecundū Inn.in c.fi.de accuſ.Itē adde Bar.in d.l.
1.§.ſi plures. in ver.4.quæro.ff.de exercitoria,vbi dicit, ꝙ
ſi ſtatutum dicat,ꝙ iudex ferat ſn̄iam cum conſilio ſapien
tis, & iudex tulit ſn̄iam ſine illo cōſilio,ꝙ ſn̄ia illa erit nul
la,quia à quo remouetur forma,remouetur effectus,ſecū-
29 dùm Bal.in Auth.ſed & ſi quis.C.de ſec.nup.†Itē quia iſta
non eſt leuis ſolennitas,quia conſiliū ſapientum poteſt tra
here iudicem in contrariā ſn̄iam,vt in l.itē ſi vnus.§. prin-
cipaliter.cum l.ſeq. ff.de arbitris. Idem dicit in breuibus
verbis Bar.in l.impuberib.in prin.ff.de ſuſpe.tut. & iſtud
dictū Bar.ſequutus fuit Abb.Sic.i c.ſi ꝑ debilitate. de off.
deleg.dicēs,ꝙ ex quo iudex recipit iuriſdictionē ex ſtatu-
to,non debet tenere ſn̄ia,ſi nō ſeruat formā ſibi impoſitā
à ſtatuto,& dicit,ꝙ hoc eſt notandum ad multa. Et idē ibi
firmat Io.de Imo.Et iō dicebat Bal.in rub.C. de exercito.
in 4.col.ꝙ vbi à lege mādatur aliquid fieri cū conſilio ali-
cuius,non valet,ſi fiat ſine conſilio.& ad eū ſe remittit Io.
de Firmo in tractatu de epiſcopo.char.17.ver.45. quæro.
Item adde Alex.in 4.vol.conſ.39.incipien.viſo titulo quæ
30 ſtionis.vlt.col.vbi tenet, † ꝙ vbi conſilium ſapientis requi
ritur ex diſpoſitione ſtatutaria, eius omiſſio reddit ſenten
tiā nullam,per iura ibi per eum allegata.& in 5.vol. cōſil.
195.in vlt.col.Et idem firmat idem Alex.in l.1.ff.de libe.
& poſth.& allegat Bal.idem tenentem in l.ſi quis mihi bo
na.§.ſi toram.& ibi glo.ff.de acqui.hæred.& Bal.l. in l. 1.
C.ne liceat tertiò prouocare.& in lege vniuerſa.C.de pre-
cib.impera.offer.& Bar.in l.ſi quis ita.§.ea lege.ff.de verb.
obligat.Et ibi expreſsè firmat,quòd etiam ſi iſta cōſtitutio
non annullat expreſsè ſententiam latam ſine conſilio pa-
rium,quòd talis ſententia ſit ipſo iure nulla,per text. in l.

non

nõ intelligitur.§.diuus,& in verbo, teſtituuntur.ff.de iure
fiſci. vbi tex. requirit, ꝙ in cauſa fiſcali adſit aduocatus fi-
ſci.& gl.ſubdit,ſententiam eſſe nullam, niſi aduocatus af-
fuerit:& tñ lex illa non annullat ſententiam. ſed lex,vela-
mento.C.de poſtu.annullat.nec obſtat d l.ſtatutis.quia ibi
Imperator cauſa maioris declarationis vlterius proceſſit,
ſm Alex.in d.l.t.& hoc dicebat Bal.in d.l.1.C.ne lice.ter-
tiò prouo.dicit etiam Roffre:ꝙ ſi ſtatutum requirit conſi-
lium ſapientis,tacitè vr̃ ſtatutum, ꝙ conſilio prætermiſſo,
ſententia diffinitiua ſit ipſo iure nulla. Nec obſt. quod in
contrarium dicebat Bar.in l.1.C.de relationibus, quia ibi
ſtatutum dicebat, ꝙ ſi iudex debet committere alteri cau-
ſam cum conſilio ſapientis parte petente, ſi iudex cõmiſit
cauſam,deinde pronuntiat ante habitum conſilium valet
31 ſententia,ſed poteſt appella. † Octauò no.ex tex.ibi,inter-
dum etiam.ꝙ ex iſto tex.ſumpta fuit illa antiqua practica
magnæ curiæ Vicariæ, ꝙ quãdo inter Barones eſt quæſtio
de feudo quaternato,adhibentur Barones, & ipſi commit
tunt eorum votum iudicibus magnæ curiæ,& ipſi iudices
pronuntiant de commiſſione dictorum parium,per iſtum
tex. & debet talis commiſſio conſtare in actis, per ea quæ
habentur per Inn.& alios in c.quoniam contra. de proba.
& in l.acta.de re iud. & tunc iudices pronuntiando ex cõ-
miſſione parium habent plenam poteſtatem pronuntian-
di,& ſententiandi tam interloquendo,quàm diffiniendo,
per ea quæ habentur in l.t.§.1.ff.de officio præfecti vrbis.
tamen ſi non reperitur ſcripta talis commiſſio in actis,po-
terit probari per teſtes, quia non eſt commiſſio principis;
vt dicit Bal.in l.t. C.de manda.princ. Sed inquantum ipſi
iudices eligunt Barones,malè faciunt, quia debẽt ipſos pa
res eligere litigantes,vt ſupra dixi. & credo, ꝙ ſi allegare-
tur,ꝙ electio parium eſſet facta à iudicibus, & non à pari-
bus,& ferretur ſententia cum paribus non electis per par-
tes,ꝙ talis ſententia eſſet nulla,quia iſta cõſtitutio licèt nõ
dicat,ꝙ electio parium fiat per compares,tamen intelligia
tur ſecundùm ius commune feudorum, quod uult, ut pa-
res eligantur per legitimos, vt dicit Andr.in c.1.de contro
32 uerſia feudi apud pares terminanda.† Nonò no.ex tex.ibi,
ſeriatim enuntiet. ꝙ quando compares non interfuerunt
in proceſſu ordinato,& poſtea adhibentur à partibus,iudi
ces debent eis renunciare ſeriatim totũ proceſſum,& pro-
bationes hincinde factas.Item in ſimili dicit tex.in c.ſi.§.t.
ibi,totum proceſſum,ſuper quo deliberandum eſt, ſerioſè
manifeſtari &c.de hæret.lib.6.ſeries enim eſt tenor totius
ſcripturæ,vt patet in c.1.de libel.oblat.& in c.ſeries.de te-
ſtib.ſic ſeries proceſſus dicitur totus proceſſus. & põdera;
quia dicit enuntiare,& non dicit referre, quia enũtiare eſt
æquali,vel inferiori.referre ſuperiori,vt in Authen.de refe
rendarijs.& in cap.ex literis.de reſtit.in integ. verba enim
enuntiatiua non diſponunt.de quo per Bartol.in l. ex hac
ſcriptura.ff.de don.cùm ſi.Decimò no.ex tex.ibi,ſecũdùm
ſacras conſtitutiones &c. quòd tam magiſter iuſtitiarius,
& iudices magnæ curiæ Vicariæ, quàm omnes alij iuſti-
tiarij regni, & omnes, qui habent iudicare in regno, qui
immediatè,uel mediatè recipiũt iuriſdictionem à rege,te-
nentur ſecundùm Deum & iuſtitiam iudicare. Primò ſecũ
33 dùm ius iſtarum ſacrarum Conſtitutionum,† & ſic patet,
quòd iudices non debent ignorare iſtas ſacras regni conſti
tutiones,& vbi deficit conſtitutio regni, debẽt iudicare ſe
cundùm approbatas conſuetudines, & deficiẽtibus dictis
conſtitutionibus & conſuetudinibus prædictis, ſecundùm
ius commune Roma.non contrarium iſtis conſtitutionib.
vt expreſsè iubet iſta conſtitut. concordat tex.infra in con
ſtitut.puritatem.Et ibi dicitur,an iudices debeant prius iu
dicare ſecundùm ius Longobardum in iſto regno,uel ſecũ
dùm ius Romanorum contrarium iuri Lõgobardo. Et an
ſententia lata contra conſuetudinem notoriam ſit ipſo iu-
re nulla,ſicut quando eſt lata contra ius Bald.dicit, ꝙ ſic,
ſi eſt notoria populo,& in iudicio.in l.ſi cum ſententia. C.
quando prouocare non eſt neceſſe.ſi cauſa non poterit de-
terminari,neque per iſtas ſacras conſtitutiones,neque per
ſacras regni cõſtitutiones, neque per conſuetudinem, uel
ſit dubia de iure communi, tunc iudices debent cõſultare
regem per iſtam conſtitutionem.concordãt ad hoc ea,quę
dixi ſupra in conſtitut.præſenti l.in fi.& vide ſuprà in con
ſtitut.hac l.ſub rubr.39. vbi poſui 4. no. caſus, in quibus
34 princeps eſt conſultandus.† Quibus adde, ꝙ ſemper quan
do dubium reſultat ex reſcripto principis,ipſe princeps eſt
conſultandus.c.cum veniſſent.de iudic. c.cũ contingat. de
reſcrip.c.licet.de præbendis.Bal.in c.1.apud quẽ,uel quos
controuerſia, & in l.hi q ad ciuilia. de appellationibus: &
Spec.in tit.de reſ.præſenta.§.fi.verſi.itẽ ꝙ eſt, ibi, aliquod
verbum ambiguum.Et dico vobis vnum pulchrum dictũ,
ꝙ poſt relationem factam ſuperiori de cauſa inſtructa,ni-
hil poteſt produci, ꝙ ſit in facto, ut probat tex.in c.dudũ.
lo primo,de electio.ibi,iam dicta erant. & hoc firmat ibi
Cardinalis Florenti.in 2.colum.in verſic. ſed deciſionem.
Et ſubdit per hoc,quòd coram conſultore nihil poteſt al-
legari,& probari in facto,niſi de iure, cum aſſumptus eſt
ut conſultor,allegat legem,cum à nobis.C.de dilatio. Vn-
decimò no.ex tex.ibi,appellationis iudex, quòd a ſenten-
tia parium, vel à ſententia iuſtitiarij cum uoto parium
lata appellatur ad magnam curiam Vicariæ,& ſi lata eſt ꝑ
magnam curiam Vicariæ cum iudicio parium, appellatur
ad regiam curiam, & ſic à ſententia lata ſm conſilium ſa-
pientis electi per utramque partẽ põt appellari, vt firmat
Bal.in l.ex illo.C.de appellation. & Bar.ff.eodem tit. l.1.§.
35 quæſitum. & l. ex conſenſu. † Item patet ex iſto tex. ꝙ re-
gia curia debet committere ipſam cauſam appellationis
cuidam Comiti, uel Baroni,ſi cauſa tangit Comitem, uel
Baronem criminaliter,vel ciuiliter de feudo. Et ſic nõ dẽt
eſſe iudex delegatus in cauſa tangẽte Comitẽ, vel Baronẽ
ſimplex Doctor,niſi ſit Comes,vel Baro, vbi agitur de feu
do quaternato,vel eius quota,uel cauſa ſit criminis. Et ſic
patet,ꝙ tã in cauſa appellationis in prima inſtantia, quàm
in inſtantia cauſæ dẽt interuenire iudicium parium, ꝑ iſtã
conſtitutio. Item qđ delegatus regis debet eſſe de paribus
in cauſa appellationis,ſicut de iure canonico delegatus Pa
pæ debet eſſe in aliqua dignitate eccleſiaſt. vel canonicus
eccleſiæ cathedralis,ut in cap.ſtatutum.de reſcript.lib.ſex-
to.in principio.Et ſic patet, quòd reſcriptum delegatorũ
cauſæ feudalis tangentis Baronem dicitur eſſe ſubrepti-
tium.ſi non fuit commiſſa Comiti,uel Baroni,ſed tantum
alicui regio conſiliario Doctori, qui non ſit, nec Comes,
nec Baro,quia iſte tex.expreſsè requirit, quod dicta cauſa
committatur perſonę habenti comitatum, vel baroniam.
fallit niſi rex ex certa ſciẽtia diceret,quòd committeret cau-
ſam tali Doctori,tunc uidetur diſpenſare contra iſtam cõ-
ſtitutionem,ut dicit Baldus in lege, eos, in princi.C.de ap
pellationibus.Quid ſi tempore,in quo fit delegatio regio
conſiliario non erat nec Comes,nec Baro,& lite pendente
poſtea iſte delegatus à rege factus eſt Comes,vel Baro, an
ualeat reſcriptum? Specu. in titulo de reſcript. præſentat,
§.quinto, verſic.ſed quid econuerſo. tangit in ſimili iſtam
quæſtionem.Cui addo id,quod dicunt Cynus & Baldus,
36 in l.prima.C.vbi de crim.agi oportet. † quòd quando iu-
dex non habet iuriſdictionem à principio, ſi poſtmodum
ei ſuperueniat ex uoluntate partium, non conualidatur
iudicium in præteritum,faciunt multa, quæ allegantur ꝑ
Bar.& Alex.in l.quod ait.§.qđ ait.ff.de adulte.& Alber. in
l.qui crimine.in 3.col.& ſeq.C.de accuſat. ſuper illo Bru-
cardo,An,& quando initium,uel finis inſpiciatur,& qñ fi
nis,& non principium,& pro hoc facit c.ſi ei cui.de præb.
lib. 6. vbi ſi tempore dati reſcripti certa ætas requiritur à
principio,licèt poſtea ſuperuenit, non ualidatur actus. l.ſi
filius.ff de teſt.ff.de excu.tut.l.excuſantur.& l.1.§.ſi filius.
ff.de leg.3. quæ iura allegat Petr. de Anch. in c ſi eo tẽpo
re.de reſcr.li.6.& de intellectu dicti c.ſi ei cui.de præb. li.
6. qui vr̃ contrar. uide Card.in clem.ſi.de reſcr.in ver.ter-
tiò oppono.Et de iſta materia, an attendatur principium,
vel finis,uide iura pro & cõtra,quę allegat glo.in c.dudũ.
de elect.& ibi per Car.Flor.& Cy. in l. ſi filius. la 2. C. ad

Macedo.& in regula,in obſcuris.de reg.iur.lib.6.& de cẽ-
ſi.c.3.in gl.a.Et quid in reſcriptis,plenè per Card.Florent.
in c.dilectus.lo 2.de præbendis.Alex.in 2. volu. conſi. 24.
37 in 8.& 9.col.† De æquitate dicerem,quòd per ſuperueniẽ
tiam acquiſitionis comitatus,vel baroniæ conualidatur cõ
miſſio,ac ſi à principio tempore delegationis habuiſſet ba
roniam,& ſic ualet proceſſus,pro hoc allego Pau.de Caſt.
in l.cętera.in prin.ff.de leg.1.vbi per l.3.§.quando autem.
ff.de iure fiſci,dicit,quòd ſi ſtatutum dicat,quòd non ua-
let legatum factum forenſi,& contigit, ꝙ legatarius tem-
pore teſtamenti erat forenſis,poſtea effectus eſt ciuis, cer-
tè capiet,quia regula Catoniana non habet locũ in prohi-
bitionibus nouarum legum.Sed iſta conſtitutio noua vult
cauſas feudales Baronum ſolum eſſe delegãdas per regem
Baronibus,& ſic non alijs,ergo illa regula Catoniana,quæ
vult,quòd inſpecto initio,ideſt,nullo ex ſuperuenienti ca-
ſu non confirmatur,& non procedit in prohibitione facta
à lege noua.Et firmat hoc Alex.in 4.volum.conſi.29.inci-
piente,uiſo themate.Et pro hoc facit, quia talis iudex non
eſt ipſe ordinator , ſed ordinatus. ſicut dicimus ſi impedi-
mentum eſt in perſona legatarij,tunc reconualeſcit,ſi ante
mortem teſtatoris eſſet impedimentum,ut in l.interuenit.
de leg.pręſtan qa ipſe non eſt ordinator,ſed ordinatus,ver
ba ſunt Bal.in l.ſeruus.C.de legat.ſic in iſto delegato, ipſe
non eſt ordinator,ſed ordinatus à rege,ideo reconualeſcit
iuriſdictio,ſuperueniente comitatu ei,vel baronia. Et pro
hoc facit id quod dicit Bal.in l. præcipimus. circa finẽ.C.
de appellatio.quòd ratione dignitatis aduenientis mutatur
effectus.& non inſpicitur initium,& dicit,quòd eſt hoc in
argumentum,quòd ſufficit,quòd delegatus Papæ ſit in di
gnitate tempore ſententiæ,licèt ſubdat , quòd hoc non eſt
38 verum,quia ab initio non tenet reſcriptum.† Duodecimò
no. ex tex.ibi, confirmando,vel infirmando . quòd iudex
cauſæ appellationis pronunciare habet,aut bene iudicatũ,
& male appellatum,aut malè iudicatum, & bene appella-
tũ.Idem firmat gl.& Bald.in l.eos.C.de appella.& ſic non
debet dicere,abſoluo, uel condemno, niſi quãdo ex nouis
probationibus factis in cauſa appellationis habet etiam ab
ſoluere,uel condemnare,ſecundum Bal.ibi.Nam iudex ap
pellationis,ſi uidet reum in minus condemnatum , debet
ſupplere,ut dicit Bal.in l. fin.C.quando prouo. non eſt ne-
ceſſe.Et pro hoc c.Raynutius.& c.Raynaldus.de teſta.ubi
poteſt addere,uel corrigere reformando, & condemnare ,
ſm Bar.in l.cum apud.in princ.ff.iudica.ſolui.per illũ tex.
no.ad hoc ſm eum ibi.& uide ad hoc Abbatem Sicu.in c.
cum cauſam.4.col.de re iudica.Sed quæro,vtrum iſti iudi
ces in cauſa appellationis poſſint iudicare appellationem
deſertam?Videtur ꝙ non,quia iſta conſtitutio nõ h.d. ſed
tantum,ꝙ poſſunt confirmare,vel infirmare , ſed pronun-
tiare appellationẽ deſertam,non eſt confirmare ſententiã
ſed pronunciare,ꝙ appellationi eſſet renuntiatum, ſecun-
dùm Bal. in auth.itẽ ſi appellatione.de tẽpo.appellatio. In
contrarium tamen eſt ueritas,ꝙ poteſt talis iudex appella-
tionis pronuntiare appellationem eſſe deſertam,quia talis
pronuntiatio non eſt ſententia diffinitiua, ſed interlocuto
ria,quia lata eſt ſup proceſſu,& nõ ſuper debito principali
ſm Bal.in d.l.eos.in 2.col.dum allegat no.in cle.fin. de ap
39 pellation.& tamẽ iſta conſtitutio † dicit,ꝙ partes iudicare
poſſunt tam interloquendo quàm diffiniendo , ꝙ intel-
ligitur tam in prima inſtãtia,quàm in cauſa appellationis.
intellige tamen in illis caſibus, in quibus ab interlocuto-
ria de iure ciuili poſſit appellari,de quibus per glo.& Bar.
in l.2.ff.de appellat.recipi.& Bald.in l.2. C. de epiſco. au-
dien. Item ſcias,quòd iudex , qui pronuntiat appellatio-
nem deſertam,non poteſt dicere , & primam ſententiam
confirmamus,ut dicit egregiè Bal.in l.penult.in fi.C.quo-
rum appellationes . Et ideo ſi actor laudatus ſe obligauit
emptori pendente appellatione de ſoluendo id, quod con
tinetur in ſententia, ſi confirmabitur per iudicem ad quẽ,
quòd ſi iudex ad quem,pronuntiauit appellationem deſer
tam, non poteſt uirtute dictæ obligationis condemnare ip

ſum actorem,quia ſententia ſuper deſertione non eſt ſen-
tentia confirmatoria diffinitiua,ſed interlocutoria, quæ ſu
pradicta tene mẽti,quia vidi unum iudicem magnæ curię
40 ſuper hoc grauiter errasse. † An ſi dicatur prima ſententia
nulla coram iudice cauſæ appellationis , interim currant
fatalia cauſa appellationis?Dic,quòd non,ſecundum Bald.
in l.qui teſtamento.ff.de excuſatio.tuto.uide Bal. in l. tale
pactum.§.qui prouocauit. ff.de pactis. & Bart. & alios in
l.ſi expreſſim.ff.de appellatio.Et ſcias,quòd ille,qui dicit
ſententiam iniuſtam,videtur generaliter agere , etiam de
nullitate,ſecundum Bald.in l.ſcire oportet.§. nec de his. ff.
de excuſat.tuto.Tertiodecimò no. ex tex. ibi , ſacramenta
præſtare,quod pares quando eliguntur in cauſis Comitũ
uel Baronum de feudis,vel in cauſa criminali,debent iura
re ſe dare iudicium eorum ſecundum Deum,& iuſtitiam,
& puram eorum conſcientiam,obſeruãdo in eorum iudi
cio ſacras conſtitutiones,quæ faciunt ad cauſam, & ſi non
faciunt ad cauſam,iudicare ſecundùm approbatas conſue
tudines,& ſi non ſunt conſuetudines,ſecundùm iura com
munia,ꝙ ſi habent dubium,conſultare regem.de iuramẽ-
to uero aliorum officialium,dic ut infra in conſtitu. puri-
41 tatem.& ibi dicetur.† Sed iuxta hoc quærit hic And.quid
ſi iſti pares ante eorum iudicium datum non præſtarent
dictum iuramẽtũ, an propterea ſententia lata ipſo iure ſit
nulla?Si iſtud iuramentum eſſet de forma ſubſtãtiali iudi-
cij,redderet eius omiſſio nullam ipſam ſententiã,arg. l.cũ
hi.§.prætor. ff.de tranſactio. l.non dubium. C.de legib.cũ
multis ſimilibus.ſi verò non eſt de forma,ſine dubio,ſi ap-
paret, ꝙ ſententia fuit bene lata,ex hac leui ſolennitate o-
miſſa non redderetur ſententia nulla , quia leuis eſſet hæc
ſolennitas iuramenti , quia vir bonus etiam ſine iuramẽto
debet bene agere:ſi verò malè iudicauit,hæc leuis omiſſio
iuramenti non nocet,arg.l.1.§.fi.ff.de ventre inſpicien.cui
adde, ꝙ iſtud iuramentum præſtandum per iſtos pares nõ
eſt de forma,ſed vt ceſſet omnis dubietas,ideo requiritur,
vt dicit expreſsè iſta cõſtitutio ibi, vt omnis omnino poſſit
abeſſe dubietas , & vbi lex ponit verba cauſa tollendi du-
bium, illa verba non inducunt formã, quia ſolũ ad dubiũ
ſunt poſita,& ſic vbi clarè conſtat,ꝙ ad dubiũ tollẽdũ ſunt
poſita,non eſt aliud inueſtigandum, arg. l.ille aut ille.§.cũ
in verbis.ff.de leg.3.Præterea iſti pares habent iuriſdictio-
nẽ ex conſtitutione iſta,licet poſtquã dedit eis iuriſdictio-
nem,ſtatuit,vt ceſſet dubietas,ꝙ iurent, ſi iuramentũ præ-
dictum omittitur,nihilominus valet ſententia, per glo.in
cle. 1.in uerbo, inhibentes. ibi, puto ꝙ cum de iurepatro-
42 natus. † Item pro hoc facit illa diſpoſitio,quę uult, ꝙ quã
do lex ſimpliciter mandat aliquid fieri, tunc actus valet,li
cet modus ille non ſit ſeruatus,ut dicunt Bal.& Sal.in l.ſta
tutis.C.de ſent.ex breui.recit. de veritate huius dicti, vide
quæ ſupra dixi in 7.notab.Itẽ iſtud iuramentum eſt prępa
ratorium iudicij iſtorum parium. Et ea,quæ ſunt præpara
torij iudicij,non ſunt de forma. Et ideo quicquid omitti-
tur circa præparatoria, non vitiat ſententiam, vt dicit Bal.
in auth. generaliter.in 5.q.C.de epiſc.& cleri.& firmat ẽt
Inn.in c.cum dilecta.in fi.de reſcrip. vbi dicit, ꝙ hoc verũ
eſt in iudicibus ordinarijs.fallit in iudice delegato,qui de
bet ſeruare ordinem ſibi datum, & ſi non ſeruat, actus nõ
valet.tene menti hoc dictum ad limitationem huius dicti
Andr.hic,ꝙ ſi ipſe Comes eſſet iudex delegatus,& nõ præ
ſtitiſſet hoc iuramẽtũ, ſententia lata per eum non valeret .
Item tene menti hoc dictum And.declaratum vt ſupra, ꝙ
verba poſita in l.ad declarationem non inducunt traditio
43 nem formæ . † Quartodecimò & ultimò nota ex tex. ibi ,
ſententias tamen quæ ante tempora. quòd noua conſtitu-
tio reſpicit negotia futura , & non pręterita deciſa. tex.
eſt hic expreſſus,cõcordat tex.in 5.fi.de conſtitutio. Quid
ſi negotium pręteritum non eſſet deciſum per ſententiam ,
ſed eſſet confectus proceſſus,& eſſet concluſus,& non ſen
tentiatus, utrum lex noua trahatur ad dictum negotium
concluſum, remitto me ad Fely.in d.cap.fin. verſi.2.limi.
in ſecunda charta. An & quando ſtatutum, & lex noua
incipiat

incipiat ligare,& an trahatur ad prçterita,vel ſolùm ad fu
tura? Vide per Bart. in l.omnes populi.in ſ.principali mē-
bro.ff.de iuſt.& iure.& Cy.in l.leges.C.de legibus.& Iac.
de Belu.in Authen. vt cum de appellati.cognoſci. in prin-
cipio.& repetitionem impreſſam Ioan.Baptiſtæ Seuerina-
tis in d.l.omnes populi.in colum.8u.cum ſequētibus. Iſta
conſtitutio eſt bene gluſſata, vt dicit hic Andr. & bene.
In gl.t.hæc gloſ.ponit ſummarium huius conſtitutio.dic,
vt dixi ſupra in principio, quādo eam diuiſi, & nota eam,
quia dicit,ꝙ alius cognoſcit, & alius iudicat.nam cogno-
ſcunt pares,& magna curia Vicariæ iudicat,ſecundùm cō-
ſilium patium.ſic etiam dicitur in l.ʒ. verſic.adeo autem.
ff.vbi ſenatores,vel clariſſimi.& hoc eſt propter priuilegiū
ipſorum ſenatorum, quorum cauſas audit delegatus à re-
ge.ſed rex ipſe determinat. quibus addo no. dictum Iaco.
de Butr.in l.qui procuratorem dat.in prin.ff.de procur.&
44 ibi Bald.qui dicunt, † quòd ſi per reſcriptum principis al-
teratur iuriſdictio iudicis ordinarij in procedendo, quòd
iſte iudex erit ſolummodò delegatus in procedendo,& in
ſentētiando erit iudex ordinarius, quia commiſſio ſolùm
diſcrepat à iure communi in procedendo, & non ſenten-
tiando,quia limitata cauſa limitatum producit effectum.
& idem tenet Bal.in addi.Specu. in tit.de lega. vlt.colum.
quicquid dixerit Paulus de Caſtro in lege,ſi prætor.de iu-
riſdictione omnium iudicum. & hoc firmauit Iaſ.in l.ius
autem ciuile.ff.de iuſt.& iu. In gloſ.2. hæc gl.colligit duo
priuilegia nobilitatis. primum eſt in iſta conſtitutione.ſe-
cundum eſt infra in conſtitutio.proſequentes. de alijs au-
tem priuilegijs nobilitatis, vide per Lucam de Penna in l.
mulieres.C.de dignitatibus,lib.12.vbi ponit in penult.co
lum.36.priuilegia,quæ habent nobiles de iure communi,
vbi etiam anteponit nouem ſpecies nobilitatis, vt ibi per
eum. In gloſ.3.& quarta,no.iſtas glo. quia limitant & re-
ſtringunt iſtam conſtitutionem,ut non habeat locum, niſi
in militibus,& Baronibus,ſubaudi & Comitibus viuenti-
bus nobiliter cum equis, & armis & alijs inſignibus con-
uenientibus Baronibus ſecundum conſuetudinem Baro-
nū,per multa bona iura,quæ allegat hæc gloſ.& ideo non
ſufficit allegare, niſi probetur, quod allegatur, vt in l.ma-
gis puto.ſ.illud.& ibi Bald.ff.de rebus eorum.Et iſtas glo.
allegaui ſemel contra vnum Baronem pauperem,qui non
viuebat,vt Baro,ſed vt pauper homo,qui nō habebat, niſi
partem vnius caſtri quaternati,de quo non percipiebat an
nuatim centum ducatos, & erat accuſatus criminaliter de
crimine capitali,quòd non oportet,quod interueniant pa-
res, quia non uiuit more Baronum cum equis & armis. &
iſtas gl.ſequuti fuerunt iudices magnæ curię. In gl.quinta
de materia huius glo. dic ut dictum fuit ſuprà in ſecundo
45 not.In glo.ſexta, dic,vt dixi ſupra in quarto no.†In glo.7.
in verbo,cum proborum virorum,no.glo.& tex.quòd ſen
tentia ferenda eſt cum conſilio ſapientium,& poſſunt offi
ciu iudicis compelli ad conſilium dandum, vt in iuribus
in ea allegatis. & vide quæ dixi ſupra in 7.notab. quibus
adde,quòd talis compulſio non aliter fieri debet, niſi me-
diante mercede, quia nemo cogitur ſuis ſtipendiis milita-
re,ut no.in cap.cum ex officii de præſcriptio.cum ſimilib.
allegatis per Specul.in tit.de ſalario.ſ.1.& pro hoc l.1.C.
de aſſeſſoribus. vbi aſſeſſores ſpe præmiorum ſunt prono-
candi.& hoc firmat Specu.in ti.de aſſeſſore. ſ.ſalarium au
tem.& habetur in cap.ſtatutum ſ.aſſeſſore.de reſcrip.li.6.
& voluit Bal.in l.2.verſi.ſed nunquid iudex. C.de ſent. ex
breui.reci.Bar.in l.in ſacris.C.de proxi.ſacr.ſcrin. li.12.&
in l.ſi poſtulauerit.in fi.prin.ff.de adul.Abb.in c cum in ve
teri.ver.ſed quæro,cuius expenſis.de electione. Et iſti, qui
tenentur reddere conſilium, debent prius interrogare, &
ſingulariter perquirere,in quo ſtatu negotium ſe habet,vt
dicit Bal.in l.miles.ff.de milit.teſtamento. Et debent inci-
pere ab eo,ex cuius deciſione poteſt inferri ad deciſionem
aliorum dubiorum, ſicut facit Papa in c paſtoralis. ſ.quo-
niam.de reſcriptis,& ita dicit ibi Abb.Sicu. Et ſi iſte peti-
tus, à quo conſilium poſtulatur, eſt perplexus propter du-
bietatem, debet officialis ſcribere principi per iſtam con-
ſtitutionem,& ſi princeps dubitat,dabit iuſtā cauſam diſ-
ferendi. nam ſcribit Archie.Floren.in ſuo hiſtoriali,in ter
tia parte.char.91.ꝙ Papa Clemens, qui fecit clem. & fuit
maximus iuriſta,dum eſſet perplexus,quæſiuit conſilium
à Pratenſi Cardinale ſecretè ſagaciſſimo.cui reſpondit, da
iuſtam cauſam differendi.Deinde hæc glo.tangit quęſtio-
nem, An iudex poſſit capere cōſilium ab aduocatis, & dic
ut in ea. Cui adde id,quod dixit Bar.i l.proximè. ff.de his
quæ in teſtam.delentur,alleg.hic in glo.vbi dicit,quòd il-
46 lud,quod dicitur,†quòd iudex non debet habere conſiliū
cum aduocatis litis,intelligitur ad finem,vt eis credat,ſed
collationem bene poteſt habere cum eis,non vt eis creda-
tur,niſi quatenus iudici videbitur, quia multum utile eſt,
ꝙ lites ſine ſuſpicione procedant,ſecundùm Bal.in l.eſt re
ceptum.ff.de iuriſdict.omnium iudicum.Nam aduocatus
partis eſt ſuſpectus,vt ff.de arbitris.l.non diſtinguemus.ſ.
quidam.idē firmat Bal.in l.placet.in prin.C.de ſacroſanct.
eccleſiis.& in l.ſolent.ſ.legatos.ff.de offi.proconſu. & leg.
Et quia iſta glo.dicit,quòd ſententia ferenda eſt cum con-
ſilio,ideo dico,quòd iuriſperiti ſunt multum neceſſarii in
republica. Nam propter ipſos,qui ſunt iuxta latus princi-
pis,vt in lege,iuriſperitos.ff.de excuſ.tut. dicitur princeps
habere iura in ſcrinio ſui pectoris, ut in l.omnium. C. de
teſtamentis. cum regulariter rarò princeps reperitur iuri-
ſta,ſecundùm Andr.in prælu.feu.in 2.charta. in 1.colum.
Et propterea debent ſecum habere conſiliarios optimos,
ut patet in lib.Heſter,cap.1. quia dicit Ariſto.4.Ethicorū,
conſilium eſt penes principem, ideſt conſiliarii, qui ſede-
bunt & deliberabūt rationabiliter cum principe, qui ſunt
pars corporis principis,ut in l.quiſquis.in princ. C.ad legē
Iuliam maieſt.& tunc reguntur principes ſapientie,vt dici
tur in Prouerb.c.13.& in cap.2.in eodem libro dicitur, cō
ſilium cuſtodit te, & prudentia ſeruabit te,& qui ſine con
ſilio eſt,peribit,vt dicitur in libro Machabeorum cap.5.&
patet 2.Paralipom.10. c.ceciderunt ſacerdotes, quia ſine
conſilio exierunt in prælium. & multa de cōſilio regis ha-
bendo ſcribit Andr. in c.1.ſ.his conſequenter. hic finitur
lex Federici,& incipiunt conſtit.regni.Hinc ſumpta occa-
ſione quæro primò. Quid ſit conſilium. Quales debent eſ-
ſe regii conſiliarii. Qualiter ſe habere debeant in conſilio
a regū conſiliarii. [a] Quartò,quando ſit conſilium faciendū,
47 †Ad primum quæſitum,quid ſit conſilium.Reſpondetur,
conſilium non ſolùm eſt deliberatio ſuiipſis, ſed etiam cū
aliis,inueſtigando,inquirendo,& poſtea eligendo,quia cō
ſilium importat collationem plurium,quaſi conſidium,
quia plures conſiderant,& ſimul ſedent ad ſimul conferē-
dum,& examinandum negotium,quod imminet,ut patet
in Iſaia cap.16.ibi,in conſilium coge conſilium.17. diſtin
ctio. capit. multis, ut probat beatus Thomas in prima ſe-
cundæ,quæſt.13.& Archiepiſc.Floren. in prima parte ſuæ
ſummæ,tit. quarto, cap.13.& vide 15.diſt.capitu.1. nam
quod plurimorum authoritate fit, maiori authoritate ro-
boratur,ſecundùm Bald.in l.humanum. C.de legib. Nam
tempore Imperatorum orientalium erant 33. conſiliarii,
vt patet in l.3.C.de ſilentiariis,lib.12.Ita in effectu conclu
dit And. in d.ſ.his conſequenter. nec debent reges facere
parſimoniam in habendis conſiliariis,quia ubi multa con
ſilia,ibi ſalus, vt no.in cap.conſtitutis.de elect. Prouerb.c.
24.quia quod à pluribus quæritur, faciliter inuenitur.10.
diſt.ſ.de quibus.c.prudentiam.de offic.delega. per Abba-
tem Sicu.ner.no.tertiò. Ad ſecundam quæſtionem,quales
debent eſſe regij conſiliarij. Reſpondetur, quòd requirun
48 tur 17.requiſita.†Primò requiritur, quòd conſiliarius re-
gius ſit homo timens Deum, & amans ueritatem,ut patet
Exod.c.18.prouide ex omni plebe uiros potentes, & timē
tes Deum,in quibus ſit ueritas, & qui oderunt auaritiam.
Et ſic talis debet eſſe cōſiliarius,qui ſit memor ſalutis æter
næ.1.quæſt.7.ſancimus. de conſecra. diſt. 4. ſanctum eſt.
quia in conſilijs,primò Chriſti conſilium quęrendum eſt.
quis enim conſiliarius prudentior eſt Chriſto? quaſi dicat

 nullus,

nullus. ipſe enim eſt, qui in abſcondito conſiliatur, ut di-
citur in Eccl. c. 39. Quomodo enim Chriſtus erit eis con-
ſiliarius, ſi eius mandata non cuſtodiunt? ut in c. iudices. &
in c. in grauibus. & c. qui ſine. 3. q. 7. Inde dicit Aug. in li. de
opere monachorum. citius exauditur una oratio obedientis
Deo, quàm decem milia contemptoris. ſemper enim quan
du regius conſiliarius intrat conſilium, debet rogare Deū
ex toto corde, quod Deus infundat ſibi iuſtum conſilium, quia
Deus prope eſt inuocantibus eum, vt dicitur in Pſal. Exal-
tabo te 144. & in prima Iacobi. ſiquis indiget ſapientia, po
ſtulet à Deo &c. & iſta debet rex inquirere primò, quando
49 vult ſibi eligere conſiliarium. † Secundò requiritur, quod cōſi-
liarius regis ſit vir ſapiens, grauis moribus, & expertus. 1.
q. j. c. eſtote. & patet Thobiæ 4. cōſilium ſemper à ſapiente
perquire. 83. diſt. c. porrò. facit illud Iob. 35. c. quis eſt hic
inuoluens ſententias ſuas ſermonibus imperitis? Hinc dici
tur in Prou. fauus mellis, uerba compoſita. Et dicitur in li.
Iob 34. ca. viri intelligentes loquātur mihi. & in Prou. 10.
ca. in labijs ſapientis inuenitur ſapientia. & in Eccl. bonor
& gloria in lingua ſenſati. Tertiò requiritur, quòd cōſilia-
rius regius ſit prudens, & fidelis. c. ea quæ. §. illorum. de ſta
tu monach. imò fidelis, & poſteà prudens, ut dicit Bernar-
dus in li. quarto de conſolatione. prudentia quidem ſine fi
de aſtutia eſt. unde Ariſtoteles ad Ale. dixit, nunquam ſpe-
res in homine, qui non credit legem tuam. Et dicebat Ber
nardus ad archiepiſcopū Senen. Abſque prudētia & bene
uolentia non eſſe perfecta conſilia. Inde dicitur, prudens
placebit magnatis, & os prudentis quæritur in eccleſia, ut
50 dicitur in Eccleſia. cap. 21. † Quarto requiritur, quod in præ-
teritum taliter bene vixerit, quod non ſit infamatus de aliquo
uitio, quod inducat peccatum mortale. ſed quod taliter vixit,
quòd ſit bonum exemplar alijs, quia dicit Ambroſius in
lib. 2. de officijs. aduertendum eſt, quòd in exequendis cō
ſilijs plurimum adiūgat vitæ probitas, virtutum prærroga
tiua, beneuolētiæ uſus, facilitatis gratia. quis enim in cęno
fontem requirat? quis turbata aqua potum petat? & poſtea
ſubdit, talis itaque debet eſſe, qui conſilium alteri dat, ut
ſeipſum formam alijs prębeat, ad exemplum bonorum o-
perum, in doctrina, in integritate, in grauitate, vt ſit eius
ſermo ſalubris, atque irreprehenſiblis, conſilium utile, ui-
ta honeſta, ſententia decora, quęque nihil nebuloſum ha-
beat, nihil fallax, nihil ſimulatum, quod vitam eius, ac mo
res refellat, nihil improbum, aut maleuolum, quod conſu
lentes auertat. ideo dixit Ariſtoteles ad Alexādrum. qui ſi
bipſi cauſa perditionis eſt, leuius alijs cauſam perditionis
51 impedit. † Quinto requiritur, quod regius conſiliarius ad iu-
ſtitiam faciendam ſit peritus in legibus, & non ignarus, vt
probatur Eſdrę c. 1. & Paralip. c. 37. ignorās enim qualem
vocem dabit in ore ſuo? dicit tex. 43. diſt. c. ſit rector. igno
rātia enim eſt mater omnium errorum. 38. diſt. c. 1. debet
ergo regius conſiliarius habere ſcientiam legum. 8. q. 1. c. ſi
ergo, in fine. præſumitur enim ignarus legum negare ea,
quæ pro ueritate ſtatuta ſunt. & ideo inconuincibilis eſt.
in Auth. de tabellio. §. nos autem. Et dicit tex. quòd patiens
literarum defectus, ęquiparatur cæco. in c. poſt translatio-
nem. §. item ſi quis. de renun. & dicit tex. in c. nihil. de ele-
ctione. ſcientia inſufficiens, uitæ inhoneſtas, & ætas illegiti
ma ęquipollent. Et ignari literarum vocantur infantes, ut
in c. vlt. de tempo. ord. lib. 6. Et econtra viri ſublimes, & vi
ri literati æquiparantur, dicit tex. in cap. de multa. in fi. de
52 præbend. † Sextò requiritur, quòd regius cōſiliarius ſit vir
iuſtus, vt teſtatur Gregorius in 9. moraliū. vbi dicit, quòd
qui iniquus eſt, ſibi conſulit ſicut & alijs. Bene facit ad hoc
id, quod ſcribit Apoſtolus ad Titum 1. c. attribuendo ea,
quæ requiruntur in Epiſcopo regio cōſiliario, & inter alia
dicit, quòd oportet epiſcopum eſſe iuſtum. Inde dicitur in
Prouerbijs. verba impiorum inſidiantur ſanguini: os iu-
ſtorum liberabit eos. Septimò requiritur, quòd cōſiliarius
non ſit cupidus bonorum temporalium, ſed ſit contentus
gagijs ſibi à rege ſtatutis. Et ſi tranſgreditur, repellatur, ut
in Authen. de mandatis principum. §. præcipuè. Cupiditas
enim eſt radix omnium malorum, ut in Auth. ut iudices
ſine quoquo ſuffrag. ver. eſt hoc. vnde mēs alligata cupidi-
tati, cito à iuſto, & vero deuiat. 8. q. 2. c. dilectiſſimi. vnde
Didimus ad Alex. omnia poſſidemus, quæcunque non cu
pimus. Octauò requiritur, quod regius cōſiliarius nō ſit ebrio
ſus, nec luxurioſus, ut dicit Ambro. in lib. 2. de officijs. ſed
ſit caſtus, & continens, & ſobrius. 35. diſtin. c. uinolentum.
nam luxuria obcæcat conſcientiam, & ſepelit rationem.
35. q. 2. c. ſanè. Et ideo dixit Ariſto. ad Alexandrū, nec tui ſta-
53 tus nuncium tuum qui diligat vinum, & ſe inebriet. † No-
nò requiritur, quòd ſit uir, in ore cuius non ſit mendaciū,
ſed ſemper ſit veritas in ore eius, ut dicitur 22. q. 2. cap. bo
næ. Et ideo dicitur, quod conſilium non debet eſſe deuium, nō
curuum. 11. q. 3. c. non licet. nec debet eſſe adulter, neque
palpo. 93. diſt. c. ſi inimicus. nec hypocrita. 12. q. 1. c. nolo.
totus enim cecidit, qui ſimulator eſt. eadem q. & cauſa, c.
certè. conſiliarius enim adulator, non conſiliarius, ſed ho-
ſtis nominandus eſt, dicit Greg. in regiſtro, li. 3. c. 82. & di-
cit Io. And. in c. quanto. de iureiu. quòd tales conſiliarij nō
dicuntur conſiliarij, ſed deceptores regis. & dicuntur eſca
proditionis. 46. diſt. c. clericus. plus enim nocet lingua adu
latoris, quàm manus interfectoris, dicit Auguſt. ſuper Pſal
mo 49. ideo dicitur in Pſalmo 33. prohibe linguam tuam
à malo, & labia tua ne loquantur dolum. Decimò requiri-
tur, quòd conſiliarius regius ſit ætate prouectus. ſcriptum
eſt enim in antiquis ſapientia eſt, & in multo tēpore pru-
dentia, Iob 12. c. & alibi. homo infirmus & exigui tempo-
ris eſt minor ad intellectum iudicij & legum. facit ad hoc
l. 1. C. de conſulibus. li. 12. vbi pro ſenectute præſumitur,
& ſcriptura apprubat cōſilium ſenum, ut in 2. lib. Paralip.
c. 10. & alibi. corona dignitatis ſenectus, quę in vijs iuſtitię
inuenitur. Prouerbiorum c. 16. in fi. Et licet dicat Philo. 2.
Rhetoricorum, vt refert Luc. de Pen. in d. l. 1. C. de conſu-
54 libus. lib. 12. & habetur per Arch. 86. diſt. c. tanta. † quod tam
iuuenes, quàm ſenes in ſe habent quoſdam mores laudabi
les, & quoſdam uituperabiles. Nam iuuenes habēt mores
laudabiles, quia ut plurimùm ſunt liberales, animoſi, &
bonæ ſpei, magnanimi, non maligni, de facili iraſcitatiui,
verecundi, erubeſcitiui. Item habent mores vituperabiles,
quia ſunt paſſionū inſequutiui, de facili vertibiles, nimis
creduli, contumelioſi, mendaces. Et omnia quodammodo
pertinaciter cēſentes, omnia malè faciunt, modum in ſuis
actibus non habentes. ſic etiam ſenes habent mores vitu-
perabiles. Nam ſunt nimis increduli, ualdè ſuſpicioſi, timi
di, & puſillanimes, illiberales, difficiles, aut malæ ſpei, non
uerecundi, & inerubeſcitiui, non ſunt amatiui, nec ad ami-
citiam apti, ſed potius ſęueri. Etenim rarò gaudent delecta
tione, ut dicitur in 8. lib. Ethic. habent etiam ſenes mores
laudabiles. nam habent concupiſcentias remiſſas, ſunt mi
ſeratiui, ſunt dubij, non pertinaciter aſſertiui, nihil malè a-
gentes, ut proſequitur Egidius de regi. princ. in 4. parte. au
gentur ſapientia, & dant matura conſilia, ſecundùm Arch.
in d. c. tanta. Tamen data paritate inter iuuenem & ſenem,
præferri debet iudicium ſenum. L. diſt. cap. domino ſancto.
iubet. n. in ſenibus eſſe morum maturitas. de renun. c. niſi.
§. alia uerò. Et dicit Hier. in epiſtola ad Nepotianum, quòd
ex tempore, & ueteri ſtudio acquiritur ſapientia, & inde
dulciſſimos fructus metitur. Inde dicit tex. in l. ſemper. ff.
de iure immunita. quòd ſemper in ciuitate ſenectus eſt ue-
neranda. Et in ſacra ſcriptura, ſenes dicuntur ſapientes. 84.
diſt. capit. porrò. & no. glo. 20. diſtinctio. de quibus etiam
dicit Bal. quòd magna eſt authoritas antiquitatis, in lege,
55 exemplo. C. de probatio. † Vndecimò requiritur, quòd
conſiliarij ſint viri ſecreti, ideſt quòd ea, quæ audiunt in
conſilio, alijs non pandant, ut dicit Valerius de Inſtitut.
antiquis. libro ſecundo. & firmat Andr. in cap. 1. quibus
modis feud. amitta. rubrica ſecunda. probatur ſexta quęſt.
1. cap. ex merito. debet eſſe etiam ſecretus, ut ea quæ non
ſunt loquenda, taceat. 93. diſt. cap. ſit rector. in principio.
& in Eccleſiaſti. 20. dicitur. qui tacet ſapiens eſt, & odibi-
lis eſt, qui procax eſt ad loquendum. & in capit. 28. di-
citur,

citur. verbis tuis facito ſtateram, & frenos ori tuo rectos. Et
attendas, ne labaris in lingua, & cadas in conſpectu inimi
corum inſidiantium tibi. Duodecimò cõſiliarius regis de-
bet eſſe vir ſolers, & non negligens, quia negligẽtia eſt ma
ximum vitium in iudice, vt ſupra dictum eſt in conſtitu. ſi
quis in poſterum. & in conſt. officiales qui. Inde dicitur in
Prouerbijs. ſicut acetum dentibus, & fumus oculis, ſic pi-
ger domino ſuo. Nullus enim debet ſe negligẽti commit-
tere, aliàs dicitur in culpa. Inſt. quib. mod. toll. oblig. §. pen.
& conſiliario negligenti licitè denegantur gagia, ſecúdùm
Ang. in l. ſi vacantia. in uerbo, præſes. C. de bonis vac. li. 10.
56 †Tertiodecimò requiritur, ꝙ conſiliarius regis non ſit ex-
traneus, quia dicitur in Eccleſiaſt. 8. c. cum extraneis ne cõ
ſilium habeas. & in Eccl. c. 37. à zelantibus te, abſconde cõ
ſilium tuum. & patet in c. quiſquis. C. de decur. li. 10. & in
Eccl. c. 8. ad fi. dicitur, coram extraneo non eſt conſilium fa
ciendum: neſcitur enim quid pariet. bene facit l. a. in fi. ff.
de off. prçto. ubi excluduntur ab officio conſiliariorũ illi,
qui de prouincijs in vrbem veniunt, fortè ob aliã cauſam,
& patet Geneſis c. 19. ibi, ingreſſus es vt aduena, nunquid
vt iudices? nemo enim debet ab extraneo iudicari. c. pere-
grina. 3. q. 6. Quartodecimò requiritur, ꝙ conſiliarius non
ſit iracundus, & ſubitaneus. Nam duo præcipua ſunt con-
traria conſilijs, feſtinatio, & ira, ut dicit Seneca in prouer-
bijs. & ubi furor, ibi intellectus abeſt, ut no. in l. 1. C. vnde
vi. ſecundùm Bal. in c. clerici. de vita & hone. clericorum.
Inde dicimus, ꝙ nec eſt cõſtans animi, qui ad impetum ſe
mouet, ut dicit Bal. in c. 1. in 5. colum. de iud. alle. l. 2. C. de
ſenten. ex breui. recitan. velox conſilium ſequitur pœniten
tia, ſm Philoſophum, ut refert Abb. Sic. in c. ad apoſtolicã.
de regularibus. hinc dicimus, ꝙ iudex non debet nimis ꝓ-
rumpere, & ſuam ſententiã præcipitare, ut 6. q. 1. quanìò.
& 2. q. 1. c. Deus. 11. q. 3. c. ſummopetè. imò debet diu deli-
berare, quia tempore indigemus, ut aliquid maturius aga-
57 mos. l. diſt. c. ponderet. †Quintodecimò requiritur, ꝙ con-
ſiliarius non ſit infamis, nec condemnatus de aliquo cri-
mine publico, nec aliqua turpitudine notatus, per ea quę
notantur in l. 2. ff. de offic. aſſeſ. & in l. neque. C. de digni.
lib. 12. Sextodecimò requiritur, ꝙ ſi ipſe fuit aduocatus,
& ſit aſſumptus poſtea in conſiliariũ regis, ꝙ deponat om
nem aduocationem præteritam & futuram, quia nõ licet
ſibi aduocare, per l. fi. C. de aſſeſſ. facit in ratione ſui l. ſi qs
procurator. C. de decur. lib. 10. vbi nõ licet ei pro alio pro-
curare. Et ꝙ non liceat pro alio aduocare, patet etiam in l.
1. & 2. C. ne liceat potentio. & in l. unica. C. de his qui po-
ten. nomine. Item quia propter publicas occupationes non
debet intendere negotijs priuatorum, vt dixit gl. in Auth.
58 de appellationibus. §. ad hoc. in verbo, occupatam. † Deci-
moſeptimò & vltimò requiritur, ꝙ regij conſiliarij iurẽt,
antequã aſſumantur, fideliter conſulere. l. 1. C. de ſilentiar.
li. 12. Et tenere ſecretè, quę fiunt in cõſilio, & iurãt illa ſex,
de quibus in c. 1. de noua forma fidelitatis. & no. in c. fi. de
procurat. & iurant ea, quæ debent iurare iuſtitiarij & alij
regij officiales, ut dixi ſupra in 13. not. & dicetur infra in
conſtitutione, puritatem. Non tamen credo, ꝙ ſi clericus,
vel epiſcopus ſit aſſumptus in cõſilio regis, qui de iure po-
teſt eſſe cõſiliarius regis, ut dicit Bal. in authen. habita. C.
ne filius pro patre. in prima colum. & in c. peſſimam. 23.
quæſt. fin. & no. in cap. ea literis. de exceſſib. prælato. & in
cap. in archiepiſcopatu. de rapto. & Doct. in cap. ſecundo,
de iudicijs. & Doct. in c. clerici. ne clerici uel mona. quòd
debeat iurare, ut ſupra, quia clerici non iurant domino lai
co, vt habetur in cap. primo, qualiter vaſallus iurare debet
fidelita. An autem debeant regij conſiliarij, ſicut alij offi-
ciales ſatiſdare? Dic quòd non, quia animi uirtus habetur
pro ſatiſdatione, ut dicit Bal. in c. decernimus de iud. alle-
gat gl. ſingularem in l. 1. §. is aũt. ff. de ripa mu. Et quia præ
ſumitur, ꝙ rex, qui facit electionem conſiliariorum, ꝙ fa-
ciat, prout debet, ideò non aliter examinantur, ſed in ciui-
tate Romana, quãdo aſſumitur quis auditor ſacri palatij,
examinatur, ut dicit Bal. in c. ſcriptũ. de electione. ſed hoc
eſt de conſuetudine. Et ex his breuiter eſt expedita ſecun-
59 da quæſt. †Ad tertiam quæſtionem, uidelicet qualiter de-
beant ſe habere regij conſiliarij in conſilio. Reſpondetur,
ꝙ cum cõſiliarij audiuerunt relationem cauſę, & eius exa-
minationem, atque diſcuſſionem, debet dicere vnuſquiſq;
motiuum ſuæ conſcientiæ, & in fide ſecundùm Deum &
purã conſcientiã, & ita præſumendum eſt, quòd loquãtur,
quia graues perſonæ nõ præſumuntur loqui, niſi quod cre
dunt, ut dicit Bald. in l. teſtium. 9. col. C. de teſtibus. Et oẽs
in unum ſe debent concordare, quia nõ agunt conſilium,
qui non conſentiunt in vnum, vt 15. diſt. c. canones. in fi. fa
cit. ff. quod vi aut clam. l. ſemper. §. ſi in ſepulchro. Et dicit
Bald. in c. inter dilectos. de fide inſtrum. quòd diuerſorum
non eſt idem conſilium, allegat. ff. ad Treb. l. quia poterat.
& l. item ſi unus. ff. de arbitris. Et in iſta concordi delibe-
ratione non ſint ueloces in arduis litibus, quia ſæpe ſequi-
tur pœnitentia, ut dicit Gregorius in regiſtro, lib. 2. cap. 6.
& dicebat Bal. in c. 1. de arbitris, in fi. quòd ex nimia cele
ritate præſumitur aliquid præordinatum, & colluſum, ut
in Authen. de reſt. & ea quæ parit. §. fi. Et ſcias, quòd res ar-
dua non debet agi ſine conſilio procerum. C. de leg. li. 10.
l. ſi quod extraordinariũ. ſecundùm Bal. in authen. & om-
nino. in 3. col. C. ne uxor pro marito. Ioan. And. in c. ad apo
ſtolicæ. de re iud. li. 6. Bal. in l. vnica. C. de diuer. reſcriptis.
An autẽ eis liceat ultra ſemel audire aduocatos in cauſa?
Refero id, quod dicit Spec. in tit. de requiſitione conſilij.
60 §. 1. ver. †Item no. quòd nec præmiſſi conſiliarij audient di
diſputationes aduocatorum, ſicut in Lõbardia & Tuſcia
uidimus obſeruari, & hoc propter lucrũ aduocatorum, &
propter imperitos iudices, ex quo tales ſunt, utilis eſt con-
ſuetudo, ut dicit ibi Io. And. vt freni temperies apponatur
iudicibus ſæuire uolentibus, vt in l. ſi quis in ea, C. de cuſt.
reorum. Sed cum aduocati ſunt ad exonerationem impe-
ritorum iudicum, eſſe inolitum æſtimamus. Et his mos cõ
ratione careat, extirpandus eſt, vt 68. diſt. c. cor epiſcopi. Et
hunc morem Papa Clemens Quartus, lumen iuris, ſæpe
reprobauit. vitium enim magnũ eſt reipublicæ, ſi iudices
non ex ſe, quid agendum ſit, ſciant, ſcilicet lites decidere,
ſed aliunde iudicare. Nec. n. decet honeſtatem, ut ab alijs
quęratur, quę ipſos in iudicando eloqui decet, ut in Auth.
de iudicibus prope principium. verſi. illi autem. 1. q. 7. con
uenientibus. magna quidem uerecundia eſt apud graues
uiros, ſi dicatur, ꝙ regius conſiliarius iugiter dicat, poſt-
quam ſemel audiuit aduocatos, ueniat aduocatus, videat
ergo regius conſiliarius de continuo acta, & proceſſum, &
utatur diligentia requiſita, & ſic non indigebit præſentia
aduocati, quia ipſe, qui habet dicta requiſita, plus ſcit, &
videt, quàm aduocatus iuuenis, quia ſenes aduocati non
ſic de facili mouentur, ſicut iuuenes. Item ſolet interdum
agitari cauſa potentis domini in conſilio, qui ob fauorem
petit illicita, hic non eſt ſapiens, ſecundum Bal. in l. non id-
circo. C. de reſcind. vend. Et tunc regius conſiliarius nõ te-
netur ire ad conſilium, quia ille, qui tenetur ire ad ſyno-
dum, ſi uidet, quòd ibi ſit tractandum aliquid contra ius,
non tenetur ire, per tex. in c. ꝙ ſuper. de maiori. & obedien.
& ibi Bal. An aũt ſi conſiliarius tacet, qñ alij cõſiliarij deli
berant, videatur ex hoc cõcurrere cũ alijs? Remitto me ad
61 ſcripta p Doc. in l. quæ dotis. ff. ſolu. matr. †Itẽ cõſiliarij re
gij in cõſilio debent ſeruare honeſtatẽ, & maturitatẽ, & nõ
debent ridere, & ſi cõtrariũ faciunt, poſſunt expelli. 5. q. 4.
licèt. nec debent dicere uerba otioſa, ut dicit Gregorius in
regiſtro, lib. 1. c. 1. Item ſtudeant conſiliarij dare uotum ſe
cundum leges, & iuſtè iudicare, ut dicit glo. hic 12. in uer-
bo, ſanctiones. per tex. in Auth. ut in medio litis. in fi. & in
Authen. de iudicibus §. fi. Item caueant, ne contra conſciẽ-
tiam loquantur, quia triſte eſt, quod fit cum anguſtia ani-
mi, ut dicit Ariſto. ut refert Bal. in l. neque ab initio. C. de
nup. quia omne, quod non eſt ex conſcientia, eſt peccatum
ut no. in c. finali, de præſcrip. vnde agens contra conſcien-
tiam ædificat ad gehennam. de ſenten. excomm. cap. inqui
ſitio. de reſt. ſpolia. cap. literas. 1. q. 1. ſi quis. Lucas in l. 2.

C.de tabula.lib.10.bene tamen conſcientia legis vincit cõ
ſcientiam hominis,ſecũdùm Bal.in c.clerici.de vita & ho-
ne.cle. & ideo debet conſiliarius firmare pedem ſuper cõ-
ſcientia ſana,& non ſuper abuſiua,ſecundùm Bal.ibi.& di
cit Bal.in rubr.extrà,de iudicijs. in 6. col. quòd iudex per
conſcientiam non debet à legum tramite deuiare,quia cõ
ſcientia eſt ſingulorum,& non facit ius, ſed lex eſt vniuer
ſorum,& commune præceptum.l.lex eſt.ff. de legibus. &
dicit Bal.in 9.colum.in c.1.vt lite non conte. ꝙ conſciẽtia
eſt factum , & non ius.allegat not.in l. à bonæ fidei. ff. de
62 acq.rerum domi.†Item caueant,ne prætextu amicitię,aut
dominationis,aut inimicitię,aut familiaritatis,amoris aut
timoris,aut odij,aut auaritiæ peruertãt humanum ſenſũ,
vt in 3.q.5.c.accuſatores.11.quæſt.3. quatuor. accedãt ad
hoc c.cùm æterni tribunal.de re iud.lib.6.& id quod dicit
Saluſtius.Omnes,qui de rebus dubijs conſultant, odio, a-
micitia,ira vacuos eſſe decet.Et Ioan.And.in d.c.cùm æter
ni.duo alia addit,quæ ſunt præcauenda: videlicet,ignoran
tia,& negligentia.de tempo.ordinando.c. vel non eſt com
pos.& in c.1.de homici.lib.6.Caueant ẽt conſiliarij, cum
conſilia ſecretò celebrantur,& exquiruntur,ne is,qui exin
de in cauſa tangitur, ſit præſens,etiam ꝙ ſit curialis, & eũ
diſcedere faciant.ita ſtatuit beatus Gregorius in regiſtro,
lib.6.c.145.Et hoc ſtatutum eſt expreſsè per regem Caro-
63 lum II.in c.quod incipit,voluntas libera.char. 46.† Item
quando vnus ex conſiliaris loquitur,alij conſiliarij debẽt
tacere,vt patet in lib.Iob.c.29.ibi,intenti tacebant ad con
ſilium meũ,&in Eccl.c.9.ibi,& cum taciturnitate intenta.
& Iſaias c.32.ibi,verba ſapientum,ſeu iuſtitiæ,aut conſilij,
potiſſimè iuriſperitorum in ſilentio ſunt audienda. Item
conſiliarij habeant eorum conſiderationem, dum agũtur
cauſæ tangentes reſcripta potius ad mentem,quàm ad ver
ba,vt not.in c.paratus.23.q.1.Item ſint intenti conſiliarij,
vt veritas nõ opprimatur ſubtilitatibus aduocatorũ, quia
prouiſio legis ſemper videtur ſe fundare ſuper veritate,ſe
cundùm Bal.in l.prima.in prin.ff.de dolo.Inde dicit Pau-
lus ad Timo.2.c.cum moderantia corripe eos, qui verita-
tem abſorbent.ſecundùm Bal.in l.in rebus.3.col.C.de iu-
re dot.Ideo ad veritatẽ inueſtigandam debet iudex proce-
dere oĩbus modis,qbus põt, vt in Auth.de tabelli. in prin.
& l.2.C.de edendo.ſ'm And.in proœ.Conſti.in 7.col. not.
Inno.in c.quod ad cõſultationẽ.de re iudica.Nec declina-
bit conſiliarius à veritate propter alios ſocios conſiliarios
votantes,& opinantes cõtra veritatẽ, quod Deus auertat,
vt patet Exodi c.23.& ibi dicit Nico.de Lira: ſ'ctm̃ eſt præ
honorare veritatem,vt dicitur. 1.Ethi. accedat ad hoc Eſ-
dræ c.3.& 4.vbi veritas eſt fortior viro,& muliere,& rege.
64 †Sint etiam præditi virtute patientiæ,vt in d.c.paratus,&
ibi etiam dicitur,ꝙ potius conſulant vtilitati,quàm volon
tati.Itẽ in dubijs humanior & tutior via eligatur, vt in c.
iuuenis.de ſponſa.& 14.diſt.c.vlti.& no. in c. quid culpa-
tur.24.q.1.Item caueant,ne veniant contra id,quod dilu-
cidè aſſeruerunt,ut dicit Bal.in c.per tuas.de probationib.
non tamen increpandus eſt conſiliarius de inconſtantia,ſi
ante cõſumationem actus conſilium reuocat,& in melius
reformat,ſed potius eſt de ſapientia commẽdandus,vt no.
In c.cum ceſſante. de appellatio. nam magna ſapientia eſt
reuocare,quod malè loquutus fuit.22.q.4.c.magnæ. & c.
qualiter.de accuſa.& no.Dy.in c.mutari.de reg.iur.lib. 6.
Nam ſapientia eſt mutare conſilium,vt in Auth.de nup.§.
s.in gl.in verbo,erubeſcimus.12.q.1.c.certè.& ibi gl.Ca-
ueant regij conſiliarij,ne faciant id,per qđ apud bonos vi-
ros blaſphementur,vt dicit Bal.in c.innotuit. in 5. col. de
elect.Item mãdata regis diligenter obſeruent.7.q.1.deni-
que.l.ſi homo.27.q.1. niſi eis mãdatum videatur iniuſtũ
eſſe,tunc debent reſcribere cũ rationibus , & expectare ſe
cundam iuſſionem,per text.in l.omnes.in verbo,reſiſtant,
C.de decur.lib.10.habetur in c.ſi quando.de reſcrip.& in
c.paſtoralis.§.quia verò.de officio deleg.Quis ex conſilia-
rijs debet eſſe primus ad votandum,& opinandũ,& quid
faciendũ,quando vota conſiliorum ſunt diſcordantia? Re
mitto me ad ea,quæ dixi in deciſione prima,in libro mea
65 rum deciſionum nouiter impreſſa.†Ad quartam , & vlti-
mam quæſtionem reſpondetur, ꝙ conſilium eſt congregã
dum toties,quoties expedit,ſed regulariter debet congre-
gari potius de mane quàm de ſero,quia dicebat Socrates,
oriente ſole conſilium,occidente conuiuiũ cogitetur.quia
de mane per ſeptem horas homo eſt melioris intellectus,
quàm in alia parte diei,no.in gl.in l.2.§.1.ff. de verbo. ſig.
Et dicebat Bal.in rub.C.de ope.liber. quòd de mane dici-
tur melior pars diei,& homo eſt clarioris intellectus. l.2.
ff.de annuis lega.Et ideo conſuluit Eccleſia , quòd ieiuno
ſtomacho fiat deliberatio,quia tunc melius vigent ſenſus.
15.quæſt.1.cap.ſanè.no.in cap.1.de teſtibus.22. quæſt. 5.
c.honeſtum. Et ideo conſilium non debet fieri poſt co-
meſtionem,ſed facta digeſtione de ſero non vitupero con
ſilium,quia dicitur ieiunos,vt dicit gl.in c.ſacramenta.de
conſec.diſt.1.& laudo,quod in loco,vbi agitur conſilium,
ſit odor,quia dicit Philoſophus,quòd odoratu reficitur a-
nima, in ſecretis ſecretorum , vt refert Bald. in cap. cum
cauſam , de teſtibus. hęc quæ ſcripſi ſuper iſta gloſ. ſunt
menti tenenda,quia ſic ſemper principibus à ſuis conſilia
rijs,qui habent aures principis,hæc ſunt dicenda. In glo.
8.in verbo,de commiſſione ſpeciali. hæc glo. inquantum
dicit,ꝙ pares cognoſcũt,& iudices magnæ curiæ iudicãt,
cõcordat cum gl.1.ſuper eo regulariter ille qui cognoſcit
iudicat,vt in l.2.C.de ſenten. ex breui. recitandis.ſed nũc
econtra, quia pares poſſunt iudicare,ſi volũt,vt dicitur in
principio huius cõſt.ibi, diffinitiuas per eoſdem Comites
& Barones,tamen ſi volunt,poſſunt ſpecialiter committe
re iudicibus ordinatis,vt dicit iſte tex.ibi,interdum.Dein
de quærit glo.quomodo pronunciabunt,quando ſunt plu
res iudices,& remittit ſe ad ſummam Azo.ſuper C. titu.
de arbi.§.item ſit compromiſſum,vt arbiter pronuntiet.&
de materia huius.§.vide Bar.& Alex.in l.ſi quis arbitratu.
ff.de verbo.oblig.Et melius per Abb.Sicu. in c.prudentiã.
in princ.in 2.col.de offic.deleg.& vide in l. duo ex tribus.
ff.de re iudi.Card.in clem.1.de appella.& in l.ſi in tres.ff.
de arbi.In glo.9.in verbo,aut in defectum ipſarum.de ma
teria huius glo.dic,vt dixi ſuprà in 13.no.In glo. decima,
in verbo,ſi cauſæ dubietas. hic glo colligit duo notabilia
66 ex hac litera.† primum,quòd vbi dubietas erit , quæ non
poteſt per legem ſcriptũ decidi,cõſultandus eſt princeps ,
de quo per Azo. in ſumma de legibus.§.item ſi quis inter
pretetur. de hoc dic,vt dictum fuit ſuprà in 2.notabi. Se-
cundum notabile eſt,ꝙ nobilis debet per nobilem iudica
ri,ideſt,nobilis,& miles ſubaudi, cũ agitur de feudo qua-
ternato,uel criminaliter , vt ſuprà dixi in 2. & 4. nota. In
gl.vndecima.in uerbo,vel delegatos,dic,ꝙ vltima expoſi-
tio gl.eſt vera.In gl.duodecima,in verbo, ſanctiones.nota,
ꝙ omnia iudex debet iudicare ſecundũ leges,ut dixi ſupra
in 7.glo.in 3.quęſt.de materia huius glo.dic ut dixi ſuprà
in decimo nota.In glo.fina.quæſt.formata per iſtam gl.de
ciditur per allegatum cap.regis Caroli , in planicie ſancti
Martini,contra ſententiam huius glo.Nec eſt mirandum;
quia iſtud capitulũ ſuperuenit poſt glo. ideo dic ut ſuprà
dixi in 2.& 4.nota. Et ex his expedita eſt iſta conſtitutio.

ANNOTATIO

a Quis conſiliariorum debet incipere ad votandũ in S. R. C.& vtrũ præſidẽs S. R. C. poſſit ferre ſentẽtiã ſub nomine regiæ maieſtatis cũ uno aut duobus votis Doctorũ de conſilio, vbi maior pars dominorũ eiuſdẽ ſunt in voto cõtrario, vel de neceſſitate habeat votare cũ votis maioris partis, & quid fuit obſeruatũ tẽporibus prȩteritis? Vide Matt.in deciſ.prima.& an is, q eſt maioris auctoritatis & dignior,debet habere primã vocẽ in cõſilio? Vide gl. in c.placuit.16.diſtinctione,& Bal.in c.1.in ver prius.de controuerſia feudi apud pares &c.Bal.in c.cũ olim.in prin.de conſuetudine. vbi firmat,ꝙ antiquiores clerici & doctores debẽt habere primũ locũ.Ad idem uide Bar.in l.1.ff. de obſequijs,& in l.ſi.C.de tyro. li.12.& Iaſ.in l.cũ quid,in ſecũda lectura.col.pen.ff.ſi certũ peta. & qd de pluribus doctoribus,vel pluribus canonicis; an q prius dignitatẽ acquiſiuit,debeat prȩferri? Vide tex.& ibi Bar.in l.1.C. de cõſuli.li.12. late p Marantã in procm. ſuę practicę iudiciariæ, & qd ſi a delegato à principe eſt lata ſentẽtia ſub nomine regio, an ab

an ab ea poſſit appellari, vel hab:bit executionem paratam? Vide Ca. deci. 3. & tex. in l. eos etiam. C. de appel. Io. Anto. Batius.

De prohibita officilium noſtrorum occaſione. Rub. XLVI.

ISTA Rubrica, iudicio meo, potuiſſet breuius, & clarius ſic formari, de pœna eius, qui gerit officium iuſtitiatij ſine licentia Regis. Et ſic poteſt continuari. Dictum eſt ſupra proximè, qualiter debeat procedere magna curiæ, & iuſtitiarij in cauſis Comitum, & Baronum: verùm quia interdum iuſtitiatij ſine licentia Regis ordinabantur, & prouiſum erat de grauiſſima pœna, tam contra ordinantes, quàm cõtra ordinatos, hic Imperatur mitigat dictam pœnam, ideo ſequitur hæc rubrica, de prohibita officialium noſtrorum occaſione, ideſt, quòd tollitur occaſio, ut officiales non ordinẽtur, niſi de licentia Regis ſub pœna publicationis omnium bonorum. Sequitur nigrum.

SVMMARIVM.

1 *Pœna crudelis, aſpera, & quaſi infernalis per dictionem, dira, importatur.*
2 *Nutus & licentia principis requiruntur in mandato meri, & miſti Imperij.*
Nutus quid propriè dicatur.
3 *Iuriſdictionem, merum, aut miſtum Imperium nullus exercere debet abſque Principis licentia.*
4 *Literas commiſſionis ſui officij faciens, & cum illis iuriſdictionem exercens, qualiter puniatur.*
Sigillum Regis falſificare grauius delictum eſt, quàm monetam falſam fabricare.
5 *Literas falſas Regis fabricans, ſed eis non vtens, an ſit puniendus.*
6 *Iuriſdictionem vſurpans abſque Principis licentia incidit in crimen læſæ maieſtatis.*
Vſurpare, eſt in malum deducere vſum.
7 *Capientes, arreſtantes, ſeu detinentes homines auctoritate propria, qua plectuntur pœna.*
8 *Exercens officium continens iuriſdictionem ſine Regis licentia, ipſo iure officio priuatur, & per eum geſta annullantur.*
9 *Conſuetudo non exiſtens in Principis poteſtate fortior eſt ipſius gratia.*
Pœna corporalis maior eſt omnium bonorum publicatione.
10 *Iuſtitiarius ſine nutu, & licentia Regis ordinatur, non tamen exercens iuriſdictionem, an ſit puniendus.*
11 *Voluntas non punitur in perpetrando maleficio.*
12 *Acceptatio officij non fit, niſi vt effectum ſortiatur.*

DVRAM & diram. Subſtitutus in officio iuſtitiarius ſine licentia Regis punitur pœna priuationis omnium bonorum, & remouetur ab officio. hoc dicit, vel ſic. Ille, qui habet iuriſdictioné à Rege, ſi alium loco ſui ſubſtituit ſine licentia Regis, priuat officio, bonis ſuis omnibus publica
1 tis. † No. primò ex tex. ibi, duram, & diram. quòd aſpera, ſiue crudelis, & magna pœna, quaſi infernalis hic importatur per illud duram & diram. ad idem infrà, in conſtitutione, duram & diram. ti. 51. olim enim imponebatur tempore Regis Gulielmi eis, qui ſine licentia Regis concedebãt, & miniſtrabant officia Vicariatus, & iuſtitiariatus, de qua infrà, in cõſtitutione quæ incipit, officia, quæ perſonis, quæ pœna hic mitigatur, quia ſolùm patiuntur publicationem bonorum omnium, & priuationem officij vſurpati. An autem ſi cum licentia Regis ſunt cõſtituti, ſed non eſt ſeruata conſuetudo antiqua, an conſtitutio ſit nulla. Ecce regẽs, quando creatur à Rege, debet in die ſui ingreſſus de conſuetudine vetuſtiſſima accedere ad eccleſiã ſancti Laurentij de Neapoli, & ibi prius inuitat nobiles Neapolitanos, ut eum aſſocient in tribunali magnæ curiæ & dicti nobiles ipſum aſſociant in tribunali magnæ curię, ornatum prout decentius ornari poteſt, & reperto ibi regẽte ueteri pro tribunali ſedente aſſignat baculum nouo regenti. Et Viceprotonotarius ibi exiſtens dat iuramentum nouo regenti, prout dicitur in conſtitutione, puritatem. & ibi dicetur. & ambo faciunt ſermoné. pro deciſione huius dubij vide tex. & ibi Io. de Platea in l. actuarios. C. de numera. & actuarijs, li. 12. & in l. nullum. de cohortali. & in
2 l. 2. de diuer. offi. lib. 12. † Secundò no. ex tex. ibi, ſine nutu, & licentia regiæ maieſtatis. ꝙ nutus & licentia principis requiruntur in mãdato meri & miſti imperij, unde ſolus nutus non ſufficit, nec ſola licentia principis ſine nutu. Nutus enim eſt ipſum ſignum capitis, per quod declaratur uoluntas, ſecundùm Bart. in l. nutu. de leg. 3. Bald. in l. & in epiſtola. C. de fideicommiſ. Et ex hoc infertur, ꝙ nutus & licẽtia principis poteſt probari per teſtes. & pro hoc facit, quia mandatum continens iuſtitiam poteſt probari per teſtes, ut dicit Guliel. de Cu. in l. nec quicquam. §. ubi decretum. ff. de officio proconſul. & leg. probat tex. & ibi glo. in Authentico, ut in medio litis non fiant ſacræ iuſſiones. voluit And. in c. 1. de prohi. feu. alie. per Federicum. ſecus in iuſſione de gratia, ut in l. 1. C. de mandatis princip. facere iuſtitiarium in prouincia eſt iuſtitiæ, ſed reſpectu perſonę, cui conceditur, poteſt dici gratia: ſed quando conceſſio officij vicariatus, uel iuſtitiariatus eſſet de gratia, dico, ꝙ illud uerbum, nutu & licentia, confunduntur cum licentia, quæ apparet in ſcriptis, per quam probatur etiam de nutu, quia tũc in licentia ineſt nutus, & illa copulatiua, &, inter nutum & licentiam facit, ut illud verbum nutus, neceſſariò ſit in licentia, & ſic abijcitur de medio, ſicut dicitur in l. 1. §. penul. ff. de pactis. de placito & conſenſu. nam placitus ineſt in conſenſu, vt dicit Albericus de Roſa. ibi.
3 † Tertiò no. ex eodem tex. ꝙ nullus debet exercere iuriſdictionem, nec merum, uel miſtum imperium ſine licentia regis, alter dicitur vſurpaſſe iuriſdictionem, uel merum, & miſtum imperium. Et ex hoc infertur, quòd regens magnam curiam non poteſt facere ſubſtitutum regẽtem ſine licentia regis, & ſi facit, ipſe & ſubſtitutus incidunt in pœnam huius conſtitutionis. & pro hoc bene facit tex. in l. probatorias. C. de diuer. offic. com concordan. quæ ibi allegantur. Et de iure communi qui uſurpat iuriſdictionem, occidit hominem, ſicut iudex ſuſpendendo, fingens ſe habere merum & miſtũ imperiũ, quod non habet, incidit in crimen læſæ maieſtatis, per l. 3. in fi. ff. ad legem Iuliam maieſta. ſecundùm And. ſupra, in conſtitu. terminum uitæ. facit lex, nec magiſtratus. in fi. ff. de iniurijs. & C. de diuer. offic. l. fi. C. de execu. & exacto. l. quicunque. lib. 12. ſed ſi non occidiſſet hominem, licèt alia leuiora exercuiſſet, ſicut iudex, dicit ibi And. ꝙ puniretur extraordinariè. alleg. l. probatorias. C. de diuer. offic. li. 12. & l. fi. §. vlt. Et aliquãdo punitur pœna trium librarum auri, ut in l. fi. in fi. C. de offic. quæſto. & reſpondit hic And. quòd ubi non eſt ſtatuta certa pœna in delicto, tũc punitur extraordinariè per l. in his. C. de diuer. offic. & C. de numerarijs. l. actua. vide quæ dicam infra eo. in gl. 1. † Sed iuxta hoc quæro, quidam fecit
4 literas commiſſionis ſui officij concernentis iuriſdictioné, merum, & miſtum imperium falſas, & cum iſtis literis falſis exercuit iuriſdictionem, utrum puniatur tantùm pœna huius conſtitutionis, uel etiam puniatur pœna mortis naturalis? per l. maiorem. C. de falſis. & per conſtitutionem infrà, qui literas. & per cap. regis Caroli primi, quod incipit, conſtitutionem Federici quondam Imperatoris: char. 15. vbi dicitur, ꝙ punitur pęna mortis, & publicationis bonorum, & ꝙ maius delictum eſt falſificare ſigillum regis, quàm cudere falſam monetã. Dicit hic And. ꝙ hoc eſt capitale crimen, quia non ſolùm in hoc caſu vſurpatur iuriſdictio, ſed et commiſit falſum, faciendo, & fabricãdo falſas literas regis.
5 † Quid autem ſi litera illa, quã dicebat falſò eſſe

ſò eſſe

ſò eſſe regis,non fuit perfecta,quia non fuit ſigillata,an pu
nietur pœna conſti.prædictæ,qui literas? Vide in deciſio-
nibus meis,deciſi.2 1.Quid autem ſi fabricauit falſas lite-
ras regis,ſed illis non ſint vſus,an puniatur? Sal.in l. ſi fal-
ſos.C.de falſis.tenet,quòd punitur lege Cornelia de falſis,
quia delictum eſt cōſummatū, & nō hēt locū pœnitentia,
allegat.ff.de furt.l.qui ea mente.Fallit,niſi illa litera regis
falſa nemini noceret, vel nocere poſſet in futurū, quia tūc
non eſt punibilis talis falſitas pœna l.Corne.de falſis, ſed
punietur arbitrariè,ut dicit Sal.in l.damus. C. de falſis. &
Bar.in l.ſi quis legatum.ff. de fal. Et vide pro hoc unū bo-
num conſilium impreſſum domini Bar.Soc.1 04.incipiēs,
poſt redditum à me.Quid ſi aliquis dicat ſe eſſe commiſ-
ſarium regis ad exigēdum pecuniam fiſcalem, cū non ſit,
& exigit pecuniam fiſcalem,an puniatur pœna publicatio
nis bonorum? Dicit hic And.quòd non,ſed punitur pœna
quadrupli,per l.1.C. de ſtatu. & imagi. hoc verū puto,q̄a
iſta conſtitutio punit vſurpantes officium concernens iu-
riſdictionem. Sed exigere pecuniam fiſcalem ſine manda
to,non eſt uſurpare iuriſdictionem,ideo ceſſat eius pœna:
ſed ſi feciſſet falſum mandatū regis , tunc eſſet pœna capi-
6 talis,ut ſupra dictum eſt. † Quartò no.ex tex.ibi,ordinato
res , & ordinati. quòd ad hoc , ut habeat locū pœna huius
conſti.oportet,quòd iſte officialis ſine nutu,& licentia re-
gis ſit ordinatus,aliàs ſi ſine ordinatione uſurpaſſet aucto
ritate propria iſtā iuriſdictionem,tunc cōmitteret crimen
læſæ maieſtatis,per d.l.3.in fi.ff.ad l. Iul. maie. cū concor.
ſupra allegatis. & ſic conſtitutio iſta non loquitur de iſta
uſurpatione iuriſdictionis,ſed quando fuit ordinatus ſine
nutu,& licentia regis,& uſus fuit iuriſdictione,ſaltem per
duas uices,quia uſurpare eſt in malū uſum deducere,ut in
l.2.in prin.ff.de adminiſtratione rerum ad ciuitatem perti
nen.& uſus dr̄ ad minus per duas uices , ut C. de epiſcop.
audien.l.8.nec dicentur plura delicta,ſed unū,ſcilicet uſur
patio iuriſdictionis,ſicut plures anni una præſcriptio, &
plures tabulæ una nauis , vnde per unum actum ſimplicis
iuriſdictionis non puto, quòd habeat locum pœna huius
conſtitu.quæ dicit, quòd illicitè uſurpauerant , nam uſur-
pare eſt quaſi uſu priuato rem ad ſe trahere, ut dicit Lucas
de Penna in l.1.in prin.C.de ſtudi.lib.urb.Rom.libro 11.
7 † Quid autem de illis,qui auctoritate propria ſine aucto-
ritate regia capiunt,uel arreſtant, uel detinēt homines, an
habeat locum iſta conſtitutio? Dic,quòd non; ſed hēt locū
diſpoſitio cap.Regis Caroli primi,quod incipit, contra ef
frænatos.char.8.tex.uerò in Authentico,ut nulli iudicum.
§.quia uerò.dicit, ſi quis perſonā liberam pro debito præ-
ſumpſerit retinere,aut locare,aut pignorare,perdit debitū
& pœnis corporalibus ſubdi debet. Sed quid, ſi tm̄ unum
hominem ceperit,uel arreſtauerit,uel detinuerit,an ſit pœ
na corporalis? Dicit Neapodanus ſuper d. c.contra effræna
tos,quòd non,ſed tenetur pœna leg.Iul.de ui pub.ſi cū ar-
mis,uel ſi ſine armis, de ui priuata,ut in l.5.in prin.ff.ad l.
Iul.de ui publ.& poterit ēt puniri de priuato carcere,ut C.
de priua.carc.& pro hoc eſt tex.in c. Regis Caroli primi ,
quod incipit,tercerij. char.19. prohibet ēt iſtam hominū
capturam Rex Carolus ſecundus in c.quod incipit, quòd
nulli,char.24.& in alio c.eiuſdem regis,quod incipit, am
plius.char.55.expreſsè dicitur,quòd ſi priuatus hominem
ceperit auctoritate propria , ubi non eſt magiſtratus,& te-
8 nuerit p duos dies,incidit in pœnā priuati carceris.† Quin
tò not.ex tex.ibi, ab officio remoueri, quòd ille, qui exer-
cuit officium continens iuriſdictionem ſine licētia regis ,
non ſolùm oia geſta ſunt ipſo iure nulla,ut in d.l.in bis.de
diuer.offi.& in l.nullum.C.de cohortalibus.& in l. actua-
rios.de numerarijs, ſed etiam ipſo iure ipſe eſt priuatus of
ficio.Et ille,qui officio priuatur ex defectu poteſtatis , an-
nullantur eius acta ipſo iure.non obſtat.l.Barbarius. ff. de
officio præto.quia multa ibi concurrerūt,ut ibi per Doct.
& uide ad hoc Inno.in c.cū dilecti.de electio. Sextò no.ex
tex.ibi,uſurpauerant, q̨ nemo debet uſurpare id, quod ad
regem ſpectat,ut eſt tex.in c.q̄ ad perpetuā.25.quæſt.1. Et

iuriſdictio dicitur vſurpari vt hic,& in ca.conqueſtus . de
foro competenti.Fallit,niſi ſit iuriſdictio vſurpata ex con-
ſuetudine præſcripta,vt ſentit Barto.in l.viros.C.de diuer.
a offic.quia conſuetudo dat ordinariam iuriſdictionem,[a] vt
dicit gl.in c.conqueſtus. 9.q.3.& c.dilecti.de arbi.vt habe-
tur in l.1.C.de eman.libe. cum ſimi. allegatis per Ales. in
2.volum.conſilio 68.Et pro hoc bene facit tex.in c.1.in fi.
de aliena.feudi.vbi vſurpatum approbatur ex conſuetudi
ne.voluit Bal.in c.1.2.colum.de his qui feudum dare poſ
ſunt.ſed quando non eſt præſcripta,dicitur conſuetudo v-
9 ſurpatio,ſecundùm eum. †& ſic patet, quòd conſuetudi-
nes non poſunt in poteſtate principis,ſecundùm Bal.in d.
c.ſi.in 3.colum.Et fortior eſt cōſuetudo quàm gratia prin-
cipis,ſecundùm Bal.in ca.1.de na.feud.in princ. alleg. In-
no.in c.ad apoſtolicam,de ſimo.In gl.1. hæc glo. ſummat
conſtitutionem.dicit hic Andr. quòd vbicunque de iu.cō
muni pro uſurpata iuriſdictione eſſet pœna capitalis , per
hanc conſtitutionem pœna erit publicatio bonorum . &
ſubdit,quòd multo magis ſi de iure communi pro vſurpa
ta iuriſdictione eſſet pœna extraordinaria,& ſic arbitraria
propter quod arbitrium poſſit etiam iudex punire in cor-
pus,per gl.in.§.in ſumma.inſtitu. de iniurijs. iſta pœna in
corpus,eſt maior,quàm pœna publicationis omnium bo-
norum,per l.in ſeruorum.in fi.ff.de pœnis, tunc ceſſaret i-
ſta pœna extraordinarie,& eſſet pœna publicationis bono
rum.ſed hoc intellige,quando vſurpatio iuriſdictionis eſ-
ſet,quia aliquis ordinauit eum officialem ſine licentia re-
gis,& ipſe ordinatus exercuit iuriſdictionem , tunc ordi-
nans & ordinatus punientur publicatione omnium bono
rum,ſecus quando auctoritate propria vſurpaſſet, capien-
do homines,& carcerando,tunc eſſet pœna mortis, & pu-
blicationis bonorū, ut in c.cōtra effrænatos,vel ſuſpēdēdo
10 homines,vt ſuprà dixi.† In gl.2.Quæro iuxta iſtā gl. quid
ſi fuit ordinatum ſine nutu & licentia regis,q̨ talis iuſtitia
rius, & ipſe hoc acceptauit , ſed non exercuit aliquam iu-
riſdictionem,vtrum puniatur pœna huius conſtitutionis.
Reſpondetur,prima facie uidetur dicēdum, q̨ ex quo iſta
conſtitutio generaliter loquitur,q̨ ordinans, & ordinatus
puniuntur hac pœna,non diſtinguēdo, an ſolùm accepta-
uit,vel acceptauit & exercuit,q̨ generaliter ſit intelligēda.
l.de pretio. ff.de pub.l.ij §.generaliter.ff.de lega.præſtan.ff.
vi bonorū rapt.l.2.§.homines.& ff.de iniurijs.l.item apud
Labeonem.§.generaliter.cum ſi.& vbi ſcriptura non exci-
pit,nec nos excipere debemus, ſecundum Bal. in c.ſolitæ.
de maior.& obed.Sed in contrarium eſt veritas, quia ver-
ba lēgis ampliātur,& reſtringūtur ad limites rationis, etiā
q̨ nō ſit expreſſa in l. ſed colligitur ex naturali ratione, vt
optime concludit Abbas Sicu.in c. fi.de reſcript.& ideo di
cebat Iacob. Butri, quod generalis ſermo omnia compre-
hēdit,niſi ſit iuſta ratio excipiendi. in l. 1. ff. de ſenato. &
p hoc.l.qui animo.ff.de acqui.poſſeſ. & l.1 §. in flumine.
ff.de flumi.& dicebat Bal.in l.qui crimen.8.colum.C. qui
accuſa.non poſſunt, quòd verba generalia intelligūtur ad
id,quod eſt iuſtum,& non ad id,quod eſt iniuſtum . Sed
iniquum eſt & contra naturalem rationem, q̨ ex ſolo ver
bo acceptationis ſine exercitio iuriſdictionis puniatur pœ
na publicationis omnium bonorū,argu.c.1. §. ſi voluerit.
11 de cap.qui curiā vendi.ubi dicit And.† quòd in maleficio
perpetrando non punitur voluntas , ſed in delicto perpe-
trando attenditur voluntas.& ideo dicitur , voluntas , &
propoſitū diſtinguunt maleficia.ff.de iniur. l.qui iniuria-
rum.Et ideo dicebat Bald. in proœ.ffforum , quòd animus
præſumitur ab effectu,& ſolus animus non facit quem eſ
ſe fugitiuum.Bart.in l.1.ff.de iti.actuque priua. Andr. ſu-
prà,in conſti.intentionis.vnde non ſufficit , q̨ ſit accepta-
tum officium datum ab eo,qui dare non poteſt ſine licen-
tia regis,vt incidat in pœnam,niſi exercuerit actus iuriſdi
ctionis,ſaltem binos,ut ſuprà dixi in 3.no. quia effectū.&
non modum conſideramus,ut in l.3.& ibi Bal.in prin. C.
de inſtit.& ſubſti.& in l.quoties.§.ſi quis nomen ff.de hæ-
red.inſti.& ibi Ioan.de Imo. & verba intelligūtur cū effe-
ctu.l.

ctu.l.4.§.condemnatum.ff. de re iudic.l.5.§. hæc verba. ff. q quiſque iur.propter prohibitionem exercitij iuriſdictionis eſt impoſita iſta pœna,& non pro dicta, acceptatione
11 ſiue exercitio. †qui facit actum acceptationis vł facere eã mẽte,ut ſortiatur effectum ſm Bal.in l.pro hærede.§.Papinianus.ff.de acq.hære.Sed effectus non eſt ſequutus,igitur ceſſat pœna.facit in ratione ſui cap. 1. qd iuris,ſi poſt alie. ſeu.id recuperat,maximè hæc deciſio procedit, ſi ordinatus in officialem credidit, quòd ordinator poterat facere eum officialem, & ſic acceptauit non animo vſurpãdi, & ideo q malo animo non fit,non ſequuto effectu , nõ meretur pœnã,ſm Bal.in l.ſupernacuã.ff. de his quæ pœnæ nomine.In gl.3.quæ eſt fi.hæc gl. opponit de cõſtitutione ſupra, officiales, q̃ eſt ſub rub.trigeſimaquinta,vbi imponit pęna capitalis officiali vſurpanti pecuniã fiſci.Solutio.Ille eſt diuerſus caſus ab iſta cõſtitutione,ideo dic,ut ibi dixi.

ANNOTATIO.

a Iuriſdictionem.] An conſuetudo habeat vim decreti?Vide glo.in Aut.de uſuris nauticis §.fin.collat.9. & an conſuetudo tenaciter obſeruata habeat vim iuſtitiæ?Vide Bal.in c.1.2.colum. de his q feudum dare poſſunt.& an conſuetudo det mandatum?Vide Ange.in l.cum pretor.ff.de iudicijs, & Inno.in c.edocere.de reſcriptis.& de uiribus conſuetudinis,vide Bal. in rub. de dilationibus. extra,ubi pulchrè loquitur. Batius.

Quòd nullus prælatus, Comes, vel Baro officium iuſtitiarij gerat. Rub. XLVII.

DICTVM eſt ſuprà proximè, qua pœna puniantur illi, qui ſine nutu & licentia regis ordinãt officium iuſtitiariatus,vel vicariatus. verum quia interdum prælati eccleſiarum habentes terras cum vaſallis, & iuriſdictionẽ , vel Comites, & Barones credunt , quòd ſub conceſſione eis facta de terris cum uaſallis , & iuriſdictione , quòd eis ſit licitum exercere in terris eorum etiam merum imperium : quia Doct. iuris ciuilis tenent , q per cõceſſionẽ iuriſdictionis, ſic in genere venit ẽt cõceſſio meri, & miſti imperij ,ut per Bal.& ibi dixi in ca.1.de capita.qui curiã uendidit. & Ioã. And.in additio.Speculatoris,in titulo de iuriſdictione omnium iudicum , in additio.quæ incipit,uide iſtas duas opiniones, & Bald.in l.1.§.initio.ff.de offic.præfec.vrb.& per Hoſtienſem in ſumma de poteſtate iudicis deleg.§.qui de legari.circa fi.& per Bar.in cõſ.139.incipiente,primo quæritur.& Alb.de Roſ.in l.imperium.ff.de iuriſdictione omnium iudicum. Bal.in l.fi.ff. de conſtitutionibus principũ. & in l.pen.C.de bonis quæ libe.& Ale.in 4.vol. conſi. 25. Quæ quidem credulitas in hoc regno eſt falſa, per iſtam cõſtitutionẽ,quæ ẽt imponit eis pęnam,ſi ſub generalibus verbis conceſſionis exercent merum imperium . Ideo ſequitur hæc rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Iura regalia ſunt ad decus,ſeu honorem regię celſitudinis.*
2 *Rex an poſſit de iure reuocare priuilegia conceſſionis meri imperij conceſſa Comitibus & Baronibus regni.*
3 *Iuriſdictio ordinaria alicui à principe conceſſa,per eundẽ reuocari poteſt.*
Epiſcopus vicariũ ſuũ reuocare poteſt ad ſuum beneplacitum.
4 *Rex Comiti,vel Baroni per cõtractũ cõcedẽs merũ, & miſtum imperium ob grata ſeruitia , non poterit illud reuocare .*
Priuilegium principis in vim contractus tranſiens,an poſſit reuocari .
5 *Rex obligatur ad obſeruationem ſui contractus .*
Donatio remuneratoria contractus dicitur , inſinuatione non indigent .
6 *Princeps contractum ſecum celebratum abſque cauſa legitima reuocare non poteſt .*
7 *Rex contrahens,concedendo merum & miſtum Imperium ob grata ſeruitia , vigore contractus , obligatur ad eius obſeruationem .*
8 *Iuriſdictiones , ſeu officia iudicaturæ vendi non poſſunt .*
9 *Rex ſupprimere poteſt inferiorum iuriſdictiones .*
10 *Infanti non poteſt concedi adminiſtratio alicuius officij .*
11 *Conceſſio facta ſub nomine dignitatis, quando tranſeat in tempus ſucceſſoris .*
12 *Rex quando reuocare poſſit merum Imperium Baronibus ſuis conceſſum .*
13 *Rex cauſa publicæ vtilitatis reuocans contractus conceſſionum meri Imperij pretio mediante,non tenetur pretium reſtituere.*
14 *Imperium merum, ſeu miſtum Baronibus conceſſum reuocari poteſt, ſi vergat in maximam regis læſionem.*
Contractus ſemper initus præſumitur cum clauſula , rebus ſic ſe habentibus .
15 *Imperium merum dicitur iuriſdictio ſuprema , reſidens in perſona principis .*
16 *Superiore incipiente cognoſcere de cauſa per inferiorem cępta, ſi inferior vltra procedat , nullum eſt , quod facit .*
17 *Comites, & Barones merum Imperiũ , nec per ſe,nec per ſuos officiales exercere debent .*
18 *Rex præcipere poteſt prælatis , ne vtantur mero Imperio ſub pœna priuationis terræ ſuæ .*
19 *Imperium merum in regno abſque regis permiſſu nullus exercere poteſt .*
20 *Vniuerſitates non veniunt prælatorum , Comitum , aut Baronum appellatione .*
21 *Imperium merum ſic oſſibus inhæret principis , vt illud à ſe abdicare non poſſit.*
22 *Baro priuilegiatus à rege , vt in terris ſuis plenam, & omnem iuriſdictionem exercere poſſit , an per hoc cenſeatur merum habere Imperium .*
Imperium merum nunquam venit in feudi conceſſione,niſi ſpecialiter ſit expreſſum.
23 *Imperium merum à iuriſdictione ſimplici eſt ſeparatum.*
Rex in caſtro ius duplex habere dicitur.
24 *Imperium merum, an comprehendatur per clauſulam , omnimodam iuriſdictionem .*
25 *Imperiũ merũ in conceſſionib.non venit ſub verbis generalibus.*
26 *Solita, ſeu conſueta in conceſſione per Principem facta venire cenſentur .*
Rex vendens terram , an cenſeatur vendere iura regalia , quæ habet in ea .
27 *Rex concedens merum Imperium, non ob id cenſetur appellationes transferre .*
28 *Papa mandans prouideri alicui de beneficio, in aliqua eccleſia , non intelligitur in eccleſia cathedrali .*
29 *Iuſtitiarij regni merum imperium habent ſoli .*
30 *Officialis ſine licentia principis inſtitutus ad exercendum merum imperium punitur, ſicut & is qui eum inſtituit .*
31 *Mandatarius non habens in quo puniatur iuxta conſtitutionẽ, an poſſit in alio puniri .*
Multa quid ſit, & quid pœna .
32 *Iudex lege clementior eſſe non debet .*
33 *Priuilegio ſpeciali per legem generalem non derogatur , niſi de ipſo fieret mentio .*
34 *Priuilegium ſpeciale,quod alicui conceditur , per legem, vel diſpoſitionem generalem in contrarium non tollitur .*
35 *Prouiſio ſpecialis non tollitur per generalem nullam de ea mentionem facientem ,*

EA quæ ad decus. Cauſæ criminales quarum cognitio ſpectat ad magiſtros iuſtitiarios in regnis vtriuſque Siciliæ, & ad iuſtitiarios prouinciarum, qui ordinantur per regem denegantur prælatis, Comitibus, & Baronibus, ſubaudi, niſi per regem ſpecialiter eis dicta cognitio permiſſa ſit,ut probat tex.in Cõſtitu.præce.h.d.Vel ſic, & breuius. per verba generalia

neralia in conceſſione terrarum non veniunt iura regalia,
ſicut eſt merum Imperium. vel ſic, ex quo merum impe
rium eſt de iuribus regalibus, nullus prælatus, Comes, vel
Baro poteſt in terris ſuis illud exercere. Et ſi contrafecerit,
illa terra, ubi exercuit merum imperium, publicatur regię
1 Curiæ. † No. primò ex tex. ibi, ea quæ ad decus, ꝙ iura re
galia ſunt ad decus, id eſt, ad honorem regiæ celſitudinis,
a & merum imperium eſt de iuribus regalibus, [a] vt hic, &
in cap. 1. quæ ſint regalia. 12. quæſtio. 2. cap. cum deuotiſ-
ſimá. Bene tamen Rex poteſt delegare cauſas meri impe-
rij, ut in l. 1. C. de preci. impera. offe. & in l. fin. C. vbi ſena.
vel clariſſimi. Item iſtud merum imperium communica-
uit magiſtris iuſtitiarijs, & iuſtitiarijs, ut patet ſuprà, in cō
ſtitu. ſtatuimus. & iuſtitiarij nomen, & normam. & hic, ſi-
cut etiam Imperator, cui ſoli competit merum imperium
vt in l. digna vox. C. de leg. & d. c. 1. quæ ſint rega. commu
nicauit illud alijs magiſtratibus, ut ff. de offi. proconſul. &
leg. l. ſi aliquam. §. cum pleniſſimam. & ff. de offic. præſid. l.
illicitas. §. quæ vniuerſitas. & l. omnia. & Rex Alphonſus
primus de Aragonia communicauit Comitibus & Baro-
nibus regni per ſpecialia priuilegia, & ſic alij reges confir-
2 mauerunt. † Sed ſtat dubium, vtrum rex nunc de iure po-
tuiſſet reuocare dicta priuilegia conceſſionis meri impe-
rij conceſſa Comitibus, & Baronibus regni confirmata, ex
quo ſunt conſtituti a principe iudices ordinarij ad uniuer
ſitates cauſarum meri, & miſti imperij? Andr. hic ſub hac
diſtinctione ſoluit hanc quæſtionem, videlicet, ꝙ aut Rex
ſimpliciter conceſſit dictis perſonis merum imperium, &
tunc ſine dubio poteſt reuocare, quando ſibi placet, ꝑ tex.
in l. iudicium ſoluitur. ff. de iudicijs. vbi dicitur, quòd man
datum factum a ſuperiore concernens conceſſionem iuriſ
dictionis finitur poſt prohibitionem factam per ipſum ſu
periorem. Cui adde, ꝙ iſtam allegat Archid. 11. q. 1. ca. de
perſona. Item adde id, quod dicit Bar. in l. non ambigitur.
ff. de legi. ubi refert Guliel. de Cun. tenentem, ꝙ populus
Romanus, qui conceſsit iuriſdictioem Imperatori, poſſet
illam reuocare, & dicit Bar. in l. fi. C. de legi. quòd poſtquā
populus Romanus tranſtulit poteſtatem in principē, ad-
huc apud eos remanſit poteſtas eligendi & priuandi. l. 2. §.
exactis. ff. de origi. iur. licet hodie aliter ſeruetur. & patet
in glo. in verbo, illi. in cap. ad apoſtolicæ. de re iudic. lib. 6.
3 † Ad idem, ꝙ iuriſdictio ordinaria poſsit reuocari ꝑ prin-
cipem, qui eandem conceſsit ad libitum, probatur in l. me
miniſſe. ff. de offi. proconſul. & lega. & ideo Imperator Fe-
dericus reuocauit priuilegia cōceſſa quibuſdam ciuitati-
bus regni, & ut homines eorum nō poſſint citari per iuſti-
tiarios, & citati non teneantur comparere, ut patet infrà,
in cōſti. priuilegia, ſub rub. 100. Sic etiam epiſcopus reuo-
cat, quando ſibi placet, eius Vicarium, ut not. in clem. 2. de
reſcript. & Dominicus in cap. 1. de offi. vica. lib. 6. quā cō-
ceſsit, ut dicit Bal. in l. ſolet. §. ſicut. de offi. proconſu. & cau
ſam inferioris ad ſe aduocat. c. vt noſtrum, de appel. & iſte
eſt vnus de modis, per quē iuriſdictio finitur, vt dicit Hoſ.
in ſumma. de offi. or. ver. & qualiter finiatur. Et iſta iuriſdi
ctio meri & miſti imperij conceſſa in officium per regem
Comitibus & Baronibus in terris eorum, dicitur concer-
nere ius publicum, per l. 1. §. ius publicum, ff. de iuſti. & iu
re. & ſic erunt officiales regis in eorum terris, & ego vidi
aliqua priuilegia Reginæ Ioannæ ſecundæ conceſſa aliqui
bus Comitibus, & Baronibus, per quæ apparebat, ꝙ Regi-
na faciebat eos regios Capitaneos ad vitam cum mero, &
miſto imperio in terris eorum, & hoc voluit Bal. in l. Bar-
barius. in col. 17. ff. de offi. præto. & ſi ſic concederetur, nō
valeret conceſsio, ſm Inno. in c. ſciſcitatus. de reſcr. & per
conſequens indubitanter poterit ad ſui libitum reuocare,
4 per d. l. iudicium ſoluitur. † Si autem rex per contractum
conceſsit merum & miſtum imperium Comiti, vel Baro-
ni in terris ob grata, & accepta ſeruitia præſtita per Comi-
tem, vel Baronem regi, & hoc conſtaret, maximè per priui
legium, cui ſtandum eſt, ut in c. porro. de priuilegijs. not.
in clem. 1. de probatio. Lucas de Penna. C. de ma. & colo.

patri. l. 2. lib. 11. in hoc caſu dicit hic And. ꝙ non poteſt re
uocari per regem, quia ſicut datum per regem non poteſt
reuocari ſine cauſa, vt l. 1. C. ne fiſcus rem quam vendi. e-
uincat. lib. 10. ita non poteſt merū imperium, quod conceſ
ſit, ut ſupra reuocare, quia iura incorporalia quaſi tradun-
tur, vt ff. de acqui. rerum domi. l. ſeruitus. §. incorporales.
nam quo ad effectum idem eſt poſsidere, quod quaſi poſ-
ſidere, ut latè per Albe. de Roſa. in d. §. incorporales. Abb.
Sicu. in c. conqueſtus. 2. col. ibi, quærit glo. de foro compe.
cui addo, qđ verum eſt, ꝙ quando priuilegium tranſit in
vim contractus, non poteſt per principem reuocari ſine
cauſa. hoc probat tex. in l. fundi. C. de fund. patri. & tex. in
c. 1. de feudo ſine culpa non amit. & de hoc plenè per Fel.
in c. fi. penul. char. & ſeq. de reſcr. vbi dicit, ꝙ vbi requiri-
tur cauſa in priuatione, requiritur ſententia. Itē adde Bal.
in l. 1. ff. de conſtitu. prin. & Bar. in l. omnes populi. ad fi. ff.
de iuſtitia & iure. vbi conceſſa per principem iure contra-
ctus non poſſunt reuocari etiam per ſucceſſorem, vt l. di-
gna vox, ſm Petr. de Ancha. in cap. quoniam. de conceſsio.
5 præben. lib. 6. Alex. in 2. volu. conſi. 192. in 4 colū. † Item,
quia rex obligatur ex contractu ad eius obſeruantiam, ut
in c. 1. de probatio. cum multis allegationibus, quas addu-
cit ibi Fely. Item non omitto id, quod dicit Bal. in l. qui ſe
patris. in 9. col. C. vnde libe. vbi dicit, ꝙ ſi concedens præ-
textu conceſsionis aliquid ſit lucratus a ſuſcipiente, quòd
habeat perpetuam commenſurationem cum re conceſſa,
nam tunc non poteſt reuocare, quia committeret dolum.
l. ſi cum mihi ff. de dolo. ſed aduerte, quia Bal. non loqui-
tur in iuriſdictionalibus, ſed bene facit id, quod dicit Bar.
in l. ſi pater. §. 1. ff. de dolo, ꝙ donatio remuneratoria eſt cō
tractus non indigens inſinuatione. Et dicit Oldra. in conſi.
94. in fi. ꝙ princeps donando vr contrahere, & ſi cōtrahit
tenetur ad eius obſeruantiam niſi ex iuſta cauſa. vide Ale-
xan. in 2. vol. conſi. 1. in 6. col. Et Bald. in c. 1. de natura feu.
dicit, ꝙ Deus non ſubiecit contractus ſub poteſtate princi
pis, ex quibus ipſe obligatur, & ſic princeps ligatur. l. con-
tractus, ſm Cyn. in d. l. digna vox. C. de legi. & Bal. in d. l.
ſi cum mihi. ff. de dolo. & dicit Bald. in l. 1. ff. de pact. refe-
rendo Magiſtrum ſententiarum, quòd dominus obligatur
ex promiſſione. Idem dicit Anto. de But. in c. 1. de conſtit.
6 † Et ſic princeps non poteſt reuocare contractū ſecum ce-
lebratum, niſi ex cauſa, puta, quia ſibi non adimpletur, qđ
impleri debet ſecundùm Bal. in l. pen. C. de dona. inter vir.
& vxo. hoc etiam firmat Bal. in addi. Spec. in tit. de ſenten.
col. 33. ver. ſententia quoque. Pet. de Anch. in repe. c. cano
num ſtatuta. in quæſtio. 14. 2. col. de conſti. Ful. in conſilio
143. & vide ad hoc multa, quæ allegat Alexan. in 2. vol. cō
ſi. 215. incip. nec arguendi ſumus. Et idem in 1. vol. conſi-
lio 101. in 2. & in 4. vol. conſi. 54. in 5. col. & in eodem vo
lu. conſi. 135. in 6. col. & Ludo. Roma. in l. ſi verò. §. de vi-
ro. 25. fallen. ff. ſolu. matrim. & in conſilijs ſuis, conſil. 67.
& conſi. 255. & conſi. 350. Nec diſtinguit hic Andr. an cō-
ceſſio dicti meri imperij in terris Baronis ſic facta nō ſub-
dito, vel ſubdito. Et bene facit, quia ſemper conceſſio me-
ri imperij facta per regem in terris exiſtentibus in regno,
etiā extero, videtur facta ſubdito propter iuramentum li-
gij, ad quod ipſe eſt obligatus, & quia efficitur ſubditus.
Et ſic non cadit hic illa diſtinctio, an fiat ſubdito, vel non
7 ſubdito. † Nam ſemper qñ Rex contrahit, concedēdo me
rum & miſtum imperium, propter grata, & accepta ſerui-
tia, ſemper eſt obligatus vigore cōtractus ad eius obſeruā-
tiam, per ea quæ ſupra dicta ſunt. licèt Franciſcus de Are.
in d. c. nouit. de iudi. non audeat firmare, ꝙ priuilegiū con
ceſſum propter grata, & accepta ſeruitia, vel ob ſeruitia re
cipienda, ſit contractus, quia videtur recipiens habere cau-
ſam lucratiuam, ex quo priuilegium ſponte conceditur, &
relinquit cogitandum. tamen non eſt recedendum à com
muni concluſione ſuprà dicta, volo bene quòd videas Lu-
cam de Penna in l. contra publicam. in 4. col. C. de re mi-
li. lib. 12. dum tangit, ſi rex conceſſit comitatum, & rega-
lia, vtrum valeat cōceſſio regalium, ubi multa allegat. Sed
iuxta

iuxta hoc quæro, quid ſi Rex conceſſit merum & miſtum
Imperium Baroni, non propter ſeruitia recepta, ſed pretio
mediante, & ſic contraxit emptionem, & venditionem, an
valeat iſte contractus, taliter, q Rex non poſſit reuocare?
Reſpondet glo. in cap. 1. ne prælati vices ſuas, quòd talis vẽ-
ditio non valet. Adde Bald. in c. 1. §. ex eadem lege, de lege
8 Corradi. † vbi dicit, quòd de iure communi iſtæ iuriſdi-
ctiones non poſſunt vendi, quia publici iuris ſunt, & non
recipiunt æſtimationem, & maximè merum imperium
quod exercetur in perſonis, quarum nulla æſtimatio. l. li-
ber homo. ff. ad legem Aquiliã. ſed de conſuetudine aliud
ſeruatur ſ'm eũ ibi, & propterea lege cauetur, quòd iuriſdi-
ctiones non poſſunt vendi, vt in §. cogitatio. in Auth. vt iu-
dices ſine quoquo ſuffra. & infrà in conſtitu. magiſter ca-
merarij. Sed in multis locis ſeruatur contrarium, ſecundũ
Bal. in c. 1. de feu. marchiæ. iuriſdictio enim non poteſt vẽ-
di, ex quo eſt publici iuris, & non eſt in patrimonio, nec in
re priuati eſſe poteſt. verba ſunt Bald. in cap. 1. §. ad hæc. 1.
colu. de pace iur. firman. & idem Bal. in c. 1. in fine, infra, q̃
ſint regalia. ideo dicebat Alex. in l. ſi is qui. §. iura prædio-
rum. ff. de pigno. quòd iura, quæ conſiſtunt in hominibus,
vt iuriſdictio, quã habet dominus in vaſallum, & ius, qđ
habet patronus in libertum & ſimilia, iſta non poſſunt vẽ-
di, niſi ex cauſa maximę neceſſitatis, ut in l. 1. C. de ope. li-
ber. cum ſim. ibi allegatis per eum. & ideo dicebat Bald. in
9 d. l. qui ſe patris. in 9. col. C. vnde libe. † quòd rex põt ſup-
primere iuriſdictiones inferiorum, quia ſuprema poteſtas
inſeparabilis eſt ab eo. bene facit ad hoc c. dudum, de præ-
ben. lib. 6. Et pro hoc c. veniens. de iureiu. ſed de conſuetu-
dine inueterata rex alienat per contractum merum & mi-
ſtum imperium, ſed de iure non ualet alienatio, ideo poſ-
ſumus dicere, lege cauetur, conſuetudine non habetur, &
ſic rex poteſt contrahendo alienare merum & miſtum im-
perium alicui in terris ſuis exiſtentibus in regno. ſed ſi ve-
rum dicere volumus, multum ſtringunt conſcientiam ſcri-
pta per Lucam de Penna in l. quicunque. in verbo, dome-
ſtici. C. de omni agro deſerto. lib. 11. & in l. omnes. C. de
fundis patrimo. eo. lib. Quibus addo id, quod dicit Baldus
in d. l. qui ſe patris. in eodem loco, in fi. ibi dum dicit, non
quò ad directum dominium, uel utile, tunc non habet lo-
cum pœnitentia, quia de iure gentium tenetur ex ſuo con-
tractu, per nota. per Cynũ in d. l. digna uox. C. de legibus.
Et idem Bal. Alb. & Pau. de Caſt. dum loquũtur de iuriſdi-
ctione conceſſa per pacem Cõſtantiæ multis terris Italiæ,
quæ eſt irreuocabilis. Vnde cũ merum & miſtũ imperiũ
conceditur per regẽ Baroni, pretio mediante, in terris ſuis
vt conceſſa in dominium, ut ſentit egregiè Bal. in allegata
l. Barbarius. in 17. col. ver. & ſparſi per oppoſitiones riuuli
10 in vnum &c. † dum dicit, quòd quãdo promouetur infans
ad adminiſtrationẽ alicuius officij ab eo, qui poteſt illud
conferre, ipſo iure non ualet collatio, ſ'm Inno. in c. ſciſcita-
tus. de reſcrip. Nec obſtat, quòd quando infantes ſunt do-
mini, quia illud eſt verum de dominio naturali, & ſic hẽt
iuriſdictionem in dominium, & non in officium. allegat
27. quæſtio. 1. c. ſi. Præterea valet argumentũ de dominio
rerum corporalium ad dominium rerum incorporalium,
ſecundùm Andream hic, & ſupra retuli, & pro hoc vltra
Andr. hic facit. l. qui furere. ff. de ſtatu homi. & ibi Albe. de
Roſa. qui ęquiparat dominium rei corporalis, & dominiũ
iuriſdictionis, ſed dominium ſine cauſa non reuocatur, ut
in d. cap. 1. de probatio. & in c. eccleſia. de conſtitu. & dixi
in d. c. 1. de natura feu. & eſt tex. in l. ſi hypothecas. C. de re-
miſſio. pigno. & ibi Bal. & in l. quicunque. C. de fide inſtr.
& iure haſtæ fiſca. lib. 10. & Bal. in proœm. decretalium,
ergo nec dominium dictæ iuriſdictionis conceſſæ. Bene fa-
cit id, quod dicit Bal. in 1. vol. conſi. 358. vbi dicit, quòd li-
cèt officium perſonale de per ſe, tamen ſi conceditur cum
vtilitate pro ſe, & hæredibus, appellatur contractus, ſicut
militia, & hoc quando contraxit nomine regio, tunc uide-
tur cõtrahere nomine dignitatis, quæ nunquam moritur,
vt in cap. ſi gratioſè, de reſcriptis lib. 6. & habetur in cap.
gratia.

quoniam Abbas. de officio delega. Sed aduerte, quia dicit
11 Cardinal. in dicto c. quoniam Abbas. † quòd ad cogno-
ſcendum, vtrum cõceſsio facta ſub nomine dignitatis tran-
ſeat in tempus ſucceſſoris, attenditur natura diſpoſitionis,
& id quod in diſpoſitione continetur, ut ſi id, quod conce-
ditur, eſt officium, quod nõ ſolet dari, niſi ad uitam, & rex
concedat etiam ad hæredes, interpretandũ eſt, quòd ſi nõ
dixit, quando conceſſit pro ſe, & hæredibus, & ſucceſſori-
bus, quòd reſpectu concedentis tantùm ſit facta cõceſsio,
allegat glo. fi. in cap. aduerſus, in fi. de immu. eccle. & dicit
Bal. in d. conſi. quòd officium regulariter nõ tranſit ad hæ-
redem. facit, quod dicit Bal. in c. pen. de offic. deleg. quòd
quando aliquid eſt multum ſingulare, & contra commu-
nia ſtatuta conceſſum, non tranſit in ſucceſſorem in digni-
tate, & ſi conceſsit pro hæredibus conceſſionarij, ſucceſſor
poteſt reuocare, ſecundum Bal. in c. 1. in verbo, amplius, de
pace Conſtantiæ, quem allegat Fely. in d. c. 1. de probation.
verſi. 4. maximè, quia quoad hæredes, in tempus ſucceſſio-
nis, non eſt conſumatus contractus, ideo antequam veniat
ad hæredes, poteſt ſucceſſor rex, quia nõ eſt hæres eius, qui
conceſſit reuocare, per c. 1. qui ſucceſſo. tenean. & in c. mo-
ribus. ſi de feu. fuerit controuer. inter dominũ & agnat.
12 † Hoc quod prædictum eſt, quòd rex contractum transla-
tionis meri Imperij fecerit cum Baronibus in terris ſuis,
non in officium, ſed in dominium, debet obſeruare, puto
non habere locum, ſi rex eſſet bene informatus, quòd Ba-
rones in terris eorum arbitrio, & non ſecundùm ſacras re-
gni Cõſtitutiones, & capitula, in cauſis meri imperij pro-
cedunt, & uerteretur publica vtilitas, quòd fieret reuoca-
tio generalis alienationis meri, & miſti Imperij, tunc con-
dendo legem dictæ reuocationis, poſſet fieri dicta reuoca-
tio. & pro hoc optimè facit tex. in l. quod ſemel. ff. de de-
cre. ab ordi. facien. vbi decuriones, & ſic inferior, non poſ-
ſunt ſuum decretum, quod tranſiuit in vim contractus, re-
uocare, & tñ ex cauſa publicæ vtilitatis põt reuocare, ſ'm
Dynum & Barto. ibi, & Alex. in 2. vol. conſi. 189. in princ.
& in d. conſi. 215. in 2. vol. 5. col. & in 3. vol. conſi. 109. in-
cipiente, viſis his quæ in themate. in 4. col. & in 4. volum.
conſi. 124. 2. col. Et pro hoc facit. l. item ſi uerberatum. §. 1.
ff. de rei uendic. & l. Lucius. ff. de euict. not. Inno. & alij in
cap. in noſtra. de iniurijs & dam. dato. Accedant ad hoc
alia iura, quæ allegat Alexand. in 3. volum. conſil. 109. in
13 1. & 3. col. quod incipit, viſis his, quæ in themate. † Et tunc
quando facit legem reuocatoriam generalem conceſſio-
num meri, & miſti Imperij per contractus factos pretio
mediante ex cauſa publicæ vtilitatis, non tenetur reſtitue-
re pretium receptum, ſecundùm Bartolum in l. toties.
ff. de pollicita. & in l. Antiochenſium. ff. de priuileg. cre-
di. & in l. fina. in princip. ff. de appella. recip. ſecundùm Ale-
xand. in dicto conſi. 109. in 4. colum. & in 2. volum. conſi.
189. in princip. licet Iaſon in l. Barbarius, in 5. char. ff. de
offi. prætoris. de hoc dicto dubitet, quia dictæ auctoritates
potius ſonant, quòd poteſt reuocare ex cauſa publicæ vtili-
tatis, ſed tenetur reſtituere pretium, ſi tamen poſt reuoca-
tionem generalem non ſoluatur pretium habitũ, non pro-
pterea reſcinditur reuocatio, ut in l. 1. C. quibus ex cau. ſer-
ui pro præmio li. acceperunt. vide quæ dixi in pręludijs in
5. & 12. quæſt. Et dicit Alexan. in dicto conſilio 215. in ſe-
cundo volumine. in 5. colum. quòd creditur regi dicenti
ſe reuocare ex cauſa publicæ vtilitatis ex certa ſcientia,
14 † Secundò puto non habere locum, quando contractus cõ-
ceſſionis meri & miſti imperij celebrati inter regem & Ba-
rones tenderent in maximã læſionem regis. puta, quia tur-
baretur ex hoc tranquillitas regni. argumen. c. ſubiectum.
de decimis. & ſic ex cauſa nouiter emergẽti poteſt fieri di-
cta reuocatio, ut dicit Bald. in l. fina. de ſenato. Et ſcriben-
tes Moderni in dicto c. nouit. de iudicijs. & pro hoc allego
textum in l. ex facto. ibi, etenim iniquum incipit fieri be-
neficium principis. ff. de vulga. & pupill. & voluit gloſ. in
c. decet. de reg. iur. in 6. & pro hoc facit, quia ſemper con-
tractus intelligitur celebratus cum hac clauſula, rebus ſic
ſe haben-

ſe habentibus, prout erant tẽpore contractus, vt dicit Ale-
xan. in 3. vol. conſi. 109. in 4. colu. Cætera vide per Felynũ
in d. c. nouit. & Card. Floren. in c. perpendimus. de ſenten-
tia excommu. Tertiò puto non habere locum, ſi Barones
malè vterentur mero Imperio, affligendo vaſallos vt dicit
hic And. in c. Apoſtolicæ. de re iudi. lib. 6. & dicetur infrà,
15 in conſti. iuſtitiarij nõ per calendas. † Secundò no. ex tex-
tu ibi, & merum Imperium celſitudinis noſtræ, ꝙ merum
Imperium eſt iuriſdictio ſuprema, quæ ſolũ competit im-
periali maieſtati, & regibus, qui habent in regnis ſuis Im-
perij iura, & iſta dicitur iuriſdictio reſidens in propria pſo
na regis, ſecundùm Bal. in l. more. ff. de iuriſdictione om-
nium iudicum. & vide ad hoc verba eundem effectũ im-
portantia in c. Regis Roberti, quod incipit, ad regale faſti
gium. in principio. & infrà, in cõſtitutione ſequẽti. Et apud
eum eſt omnis iuriſdictio tanquam apud fontem, à quo
fluunt, & refluunt cætera flumina. Ita quòd ab eo per con-
ceſſiones, & commiſſiones, & confirmationes fluunt, ſed
ad eum refluunt per appellationes, nullitates, & quere-
las, de quibus cum princeps incipit cognoſcere, omnibus
alijs impoſitum eſt ſilentium, vt no. Inn. in cap. cum M.
Ferrarienſis. de conſtitutio. verba ſunt Baldi in c. 1. §. inju-
ria. in principio. & 4. col. de pace iura. firmã. & Fel. in cap.
16 vt noſtrum, de appellationibus. dicit, † ꝙ ſi ſuperior incipit
cognoſcere de cauſa incœpta corã inferiore, ſi inferior po-
ſtea procedit, nulliter procedit. eſt enim rex maior quali-
bet poteſtate ut dicit Bal. in c. 1. 5. col. hic finitur lex Cor-
radi. Et niſi ab eo habeatur merum imperiũ, dicitur vſur-
pari, ut infrà, in cõſti. ſeq. & in d. c. regni, ad regale faſtigiũ.
b Sed an iſtud merum imperium [b] poſſit præſcribi in prin-
cipio & in fi. iſte tex. contra regem videtur prohibere præ-
ſcriptionem meri Imperij, quia probibet eius vſurpatio-
nẽ. ibi dum dicit, volumus à nemine vſurpari, & pro hoc
faciunt, quæ no. Fely. poſt But. & Abb. Sicu. in c. cum uo-
bis. de præſcript. vbi ea, quæ ſunt plenitudinis poteſtatis in
principe, non poſſunt præſcribi. Hanc quæſtionẽ pro, & cõ
tra per multa argumenta examinat Bald. poſt Cyn. in l. 1.
C. de man. libe. & Albe. de Roſa. in l. Imperiũ. ff. de iuriſd.
om. iud. & in l. fi. C. eo. tit. & vide Io. And. in nouella, & ibi
per Abb. Sicu. in c. cum contingat. de foro compe. & p Iac.
de Bel. in Authen. de defenſo. ciuita. §. iudicare. & per An-
ge. in l. hæc autem. vlt. col. ff. de ſeruitu. vrba. prædi. Bal. in
authen. quas actiones. in 7. col. ver. 2. quæritur de iuriſdi-
ctione. C. de ſacroſan. eccle. Bar. in l. more. dicit, ꝙ iſta eſt
profunda quæſtio, & tunc non potuit cogitare, & per Lu-
cam de Penna in l. viros. C. de diuer. offic. lib. 12. & per Io.
17 And. in addi. Spec. in tit. de præſcr. in 2. col. † Tertiò no. ex
tex. ibi, hoc edicto inhibemus, ꝙ per iſtam cõſtitutionem
inhibetur per regem omnibus prælatis, Comitibus, & Ba-
ronibus, ut non exerceant, nec exerceri faciant per ſe, uel
ſuos homines, & officiales ea, quæ cõceruunt merũ Impe-
rium. concordat c. Regis Caroli primi, quod incipit, quia
de Vicarijs. Et iſta inhibitio operatur, ut qcquid inde fiat
poſt iſtam cõſtitutionẽ vltra pœnam, quã incurrunt, eſt ip
ſo iure nullum, per c. Romana. §. ſi verò. de appel. lib. 6. vbi
poſt inhibitionẽ factam per iudicem ad quẽ iudici à quo,
quicqnid faceret iudex à quo, eſt ipſo iure nullum, ad idẽ
in c. fi. de excep. lib. 6. habetur in c. non ſolùm. de appel. eo.
lib. An autem iudex eccleſiaſticus poſſit inhibere iudici ſe
culari, ut nõ procedat in cauſa, quæ vertitur corã eo? Vide
de hoc An. de But. in 6. col. & Abb. Sicu. in c. tuam. de ord.
cogni. in vlti. no. in 4. col. vbi refert duo conſilia Federici
adinuicem contraria ſuper hoc. & Abb. in 6. col. in c. 1. de
iureiuran. & Alex. in l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudi. &
in 3. vol. conſi. 63. & Lupum allega. 61. vide quæ ſuper hoc
dixi poſt Bal. in l. præcipit. in verbo, inhibendi. C. de can.
largitio. li. 10. Et durat perpetuò hæc inhibitio imperialis
& regia, niſi appareat de priuilegio regis in contrariũ, put
hodie habent Comites, & Barones regni, ut patet in conſt.
18 præcedenti. ibi, & licentia regiæ poteſtatis. † Quartò no.
ex tex. ibi, prælatis eccleſiarum, ꝙ iſte tex. probat, ꝙ rex hu
ius regni ratione terræ, uel caſtri, quam habet prælatus in
regno, poteſt ei præcipere ſub pœna priuationis illius ter-
ræ, quòd non vtatur mero Imperio, nec per ſe, nec p ſuos
officiales. & eſt ratio, quia ratione terræ nec caſtri dicitur
eſſe de iuriſdictione regis, vt in c. verum. de foro compe.
cum concor. ſuis, & hoc expreſsè cauetur in inueſtitura re
gni, vbi ratione feudi, quod poſſidetur per prælatum eccle
ſiæ, rex eſt iudex competens. & idem habetur in cap. Papę
Honorij. Quid autem ſi prælatus eccleſiæ teneat terram
nomine eccleſiæ, non in feudum, ſed ut allodium, an rex
poſſit prohibere eum, ut non exerceat merum Imperium?
19 Indubitatum eſt hoc, quia poteſt per iſtam conſtitutionẽ,
† ex quo in regno nullus poteſt habere merum imperium
ſine permiſſu regis, quia eſt ius regale, vt in c. 1. quæ ſint
regalia. Sed quomodo eccleſia poteſt habere terram, uel
caſtrum in regno, ut allodium, ex quo in regno omne ca-
ſtrum eſt feudum quaternatum, ut dicit And. in c. 1. de cõ
tro. feu. apud pares terminan. Reſpondetur ex auctoritate
Innocen. in d. cap. verum. ubi dicit, quòd baronia poteſt
per regem concedi eccleſiæ, & ſi ſimpliciter concedatur,
tunc in nullo tenetur eccleſia, niſi in expreſſis, ſed tempo-
re Regis Roberti, ſi ſimpliciter concedebatur caſtrum, ta-
citè intelligebatur eſſe reſeruatum merum imperiũ, & alia
quæ cenſentur reſeruata, ẽt ſi non dicebatur in priuilegio
conceſſionis, quia ſic erat conſuetus dictus rex facere con-
ceſſiones, & in conceſſione ueniunt conſueta tacitẽ, de quo
per Abb. in c. cum M. de conſtit. cum multis ſi. quæ allegat
ibi Moder. & inf. dicam in 6. no. hodie non fiunt cõceſſio-
nes feudorum cum reſeruationibus antiquis, vt patet in re
20 giſtro regis Roberti, anno 1341. † Quintò no. ex tex. ibi,
& locorum uniuerſitatibus. ꝙ ideo hæc verba ſunt poſi-
ta, quia appellatione prælatorum, Comitum, & Baronum
non veniebant uniuerſitates, quæ habent iuriſdictionem,
vel quę habent caſtra & terras in eorum vtile dominium,
vt eſt videre exemplũ in ciuitate Capuæ, quæ eſt utilis do-
mino terræ caſtri maris de Vulturno, nã non poteſt ibi fa-
cere iuſtitiarium, ut cognoſcat de cauſis criminalib. & ſi fa
ceret iuſtitiarium in criminalibus, priuaretur ipſa terra, vt
dicit iſta conſtitutio, niſi habeat ex priuilegio regis, quia
c vniuerſitas [c] eſt nomen iuris, & non eſt pſona Comitis, vel
Baronis, ut declarat Bar. in l. aut facta. §. nonnunquam. in
1. col. ff. de pœnis. & Inn. in c. grauẽ. in prin. de ſen. excom.
& Lud. conſi. 400. incip. quęritur. & ideo fuit neceſſarium
hic exprimere, & locorũ vniuerſitatibus. Sed bene appella
tione hominis cõprehenditur ẽt vniuerſitas, ut dicit Bart.
in c. 1. de no. for. fidel. idem ſi fuiſſet dictum, quoſcunque,
cõprehenderetur & vniuerſitas, vt dicit Alex. in l. metum.
§. animaduertendum. ff. quod metus cauſa. ſed ſi faceret
officialem, ut cognoſcat de cauſis ciuilibus & criminalib.
tunc eſt grauior pœna, ut in conſtitutio. ſequen. cum ſatis.
21 † Sextò no. ex tex. ibi, nec iuſtitiarij officium. verbum ple-
num, & prægnãs, quod importat, ꝙ nullus Comes, uel Ba-
ro &c. in hoc regno habeat merũ imperium, quia ex quo
Iuſtitiarij habent merum imperiũ mãdato regis, ſequitur,
ꝙ nullus poteſt eum conſtituere, niſi rex, quod adeo inhæ
ret oſſibus regis, ꝙ non poteſt à ſe abdicare, niſi commit-
tendo magiſtris iuſtitiarijs, & iuſtitierijs, & capitaneis, ut
dicit Spec. in tit. de iuriſdictione omnium iudicum. verſi.
quæ autem ſunt meri imperij. & Alb. in l. fi. C. eod. titu. &
per conſequens non poteſt facere Comes, vel Baro &c. offi
lem, ut habeat cognoſcere de cauſis criminalibus, quia ne
mo dat id, quod non habet, ut in l. legatum. C. de legatis.
Et ſic in iſta conſtitutio. deficiunt verba, ſed ſenſus & ſen-
tentia abundat, vt dicit Specu. in titu. de interroga. quæ
fiunt ante litem conteſtatam. §. ſecundo. verſicu. & no.
& ideo dico, quòd ſi nobilis exercet per ſe, uel per alium
officium iuriſdictionis, uel miſti imperij, & non iuriſ-
dictionem meri imperij, non incidit in pœnam huius con
ſtitutio. quia non dicitur gerere officium iuſtitiarij, prout
22 dicit iſta conſtitutio. † Quid autem ſi Baro habeat priuile-
gium à rege, ut in terris ſuis poſſit exercere plenam, &
omnem

omnem iuriſdictionem, an tunc per iſta verba, plenam &
omnem, veniat in conceſſione merum imperium? Albe.
de Roſa. in l. fi. C. de iuriſdi. omni. iudi. in finalibus uerbis
ſuis dicit, quòd ſi rex dedit alicui caſtrum cum omni iu-
re, quod ibi habet, non videtur rex concedere ius regium,
quia per generalia verba non veniunt iſta iura maiora af-
fixa oſſibus regis, & ſic per generalia verba non venit feu-
dum, ut in c. in generali. ſi de feudo fuerit controuerſia, &
ibi uide quæ ſcripſi. nam merum imperium nunquam ue
nit in conceſſione feudi, niſi ſpecialiter exprimatur. ad
hoc facit, quia rex huius regni in inueſtitura iurat non
alienare ea, quæ ſunt de iuribus regalibus, & de demanio
ſuæ coronæ. & no. in c. dilecto. de iureiur. ſi poſtea conce-
dit terram cum omni iuriſdictione, non intelligitur me-
rum imperium. Quia per generalia verba non venit id,
per quod concedens incideret in pœnam periurij, ut no.
Bar. in l. ſi procurator. ff. de cond. indeb. cum ſim. allegatis
per Alex. in 1. vol. conſi. 34. incip. viſo themate. a. col. ergo
requiritur ſpecialis mentio de mero imperio, & ſic non
venit per generalia verba, merum quidem imperium ſpe
ctat ad regem, & non ad Comitem, vel Baronem, ſecun-
dùm And. in c. 1. §. ſi quis alium. de pace tenen. & eſt ſpe-
ciale decus regis, vt dicit conſti. iſta, & c. 1. quæ ſint rega-
lia. Item, quia ademptum videtur, quod ſpecialiter conceſ
ſum non fuit. l. filius. ff. de dona. ff. de peculio. l. eios qui. ſe-
cundùm Pileum in q. quæ incipit, quæritur vtrum. & vi-
de eum in q. 16. Et idem Spe. in tit. de iuriſ. om. iudi. verſi.
23 veruntamen. † item quia ſeparatum eſt merum impe-
rium à iuriſdictione ſimplici: & illa verba, cum omni iu-
riſdictione, vel plena, intelliguntur de omni concernente
iuriſdictionem ciuilem, iuxta. l. pupillus. §. territorium. ff.
de verb. ſign. quia hæ dictiones, plena, & omni, intelligun
tur de ſimilibus, & non de maiori, vt videtur glo. in l. 3. C.
de ſer. fug. & dicam infra in conſti. ſeq. & ibi Bald. & in l.
conuenticolam. C. de epiſ. & cler. & voluit Alex. in 4. vol.
conſi. 76. & conſi. 77. in 4. col. bene faciunt no. in c. fi. de
offi. vic. li. 6. hanc conclusionem expreſsè firmauit Albe. in
l. 3. in fi. principij. ff. de offi. eius cui man. eſt iuriſd. dicens,
quòd rex duplex ius habet in caſtro. vnum tanquam do-
minus ſpecialis ipſius caſtri, aliud tanquam rex. & tali ge-
nerali conceſſione non videtur ius regium tranſtuliſſe, ni-
ſi ſpecialiter concedat. ſed ſub generali conceſſione non
vr̃ cõceſſiſſe, qui non ſpecialiter eſſet conceſſurus, vt ff. de
pignor. l. obligatione. facit ad hoc. 23. q. 5. c. regum. quod
allegat ad hoc idem Albe. in l. imperium. in 10. col. ff. de
iuriſ. omn. iudi. & idem firmat Bal. in c. 4. pen. col. de iudi.
fallit, niſi fiat eccleſiæ, ſecundùm Io. And. in addi. Spe. in
tit. de iuriſ. om. iudi. & Alb. in d. l. fi. C. eo. tit. Sed aduerte,
quia contrarium videtur voluiſſe gl. in cle. 1. in verbo, om
24 nimoda. de ſo. compe. † quæ vult, quòd quando additur
hoc verbum, omnimodam iuriſdictionem, tunc venit e-
tiam merum imperium. Idem firmat Ant. de But. in c. ſu-
per quæſtionum. in princ. in 3. col. de offi. delega. tene pri-
mam partem. Nec obſtant in contrarium allegata, quia
aliud eſt dicere plenam, & omnem, & aliud dicere, omni-
modam, ſecundùm Iaſ. in d. l. imperium. in 6. col. Cui ad-
de, ꝙ illam gl. in verbo, omnimodam, ſequutus fuit Abb.
Sicu. in c. ſedes. de offi. ordi. & dicit Lud. quòd illud ver-
bum, omnimodam, æquipollet verbo, pleniſſimam. in l.
qui bona. §. qui damni. ff. de dam. infec. & in l. ſi duo. ff. de
acq. poſſe. faciunt ad hoc allegata per Fely. in c. auditis. io
pr. in 4. col. ibi, adde etiam glo. in cle. 1. de præſcrip. Et ad
hoc bene facit id, quod dicit Lud. Rom. in conſi. 260. in-
cip. vis tota præſentis dubitationis. ubi etiam dicit, quòd
ſi rex conceſſit terram cum angarijs, & perangarijs, &
cum iure exituræ, paſſagijs, aquarum diſcurſum, & ban-
cum iuſtitiæ, quòd per expreſſionem dictorum iurium re
galium veniunt etiam alia iura regalia per tres rationes,
25 vt ibi per eum. † Sed vidi, quòd regij conſiliarij, quando
fuit allegatum dictum conſilium Lud. dixerunt, quòd il-
lud conſilium non vendicat ſibi locum in mero imperio,

quod non venit per dicta verba generalia, quia in conceſ-
ſionibus ſolitum eſt ſemper reſeruari regi merum impe-
rium, quando expreſsè non conceditur. Quia id, quod eſt
notatu dignum, & elegans præ cæteris non venit per ver-
ba generalia, ſed oportet, quòd ſpecificè de eo fiat mẽtio,
per tex. in l. item apud Labeonem. §. hoc edictum. ibi, ea
enim, quæ notabiliter fiunt, niſi ſpecialiter notentur, vi-
dentur quaſi neglecta. Illud enim dicitur ſpecialiter di-
ctum, quod à generalitate verborum eſt abſtractum. l. vxo
rem. §. feliciſſimo. & l. ſeruus vrbanus. §. fi. ff. de leg. 3. Item
quia ſpecialis prouiſio huius conſtitutionis, & ꝙ ſpeciali-
ter merum imperium à rege concedi poſſit Baronibus, fa-
cit ceſſare prouiſionem iuriſdictionis generaliter conceſ-
ſæ, arg. l. alimenta. §. baſilicæ. ff. de alim. leg. vt non intelli-
gatur de conceſſione meri imperij, per gl. in cle. 1. de iud.
in verbo, ſpecialiter. quę dicit, ꝙ quando aliquid debet fie
ri verbis ſpecialibus, non ſufficit, ꝙ fiat verbis generalib.
Idem dicit Io. And. in c. 1. de reſcrip. li. 6. facit l. ſi quando.
§. generaliter. C. de inoffi. teſta. Faciunt multa, quæ ad hoc
allegat And. Barb. in conſi. poſito inter conſilia Alex. in 4.
vol. conſi. 123. inci. ſcripſit eccleſiaſticus &c. in 1. col. non
tamen vidi hoc dubium deciſum. Sed ego hodie ſtante
hoc, ꝙ quaſi omnes Barones à rege habent merum & mi-
ſtum imperium ex conceſſione regia, ſi aliquis Baro habe
ret priuilegium de iuriſdictione omnimoda, vel bancum
iuſtitiæ cum expreſſione aliquorum iurium regalium, di-
cerem, ꝙ venirent etiam alia regalia, prout cõſuluit Lud.
26 quia ſolitum eſt hodie iſta concedi. † Et ſolita, & conſue-
ta, interpretandum eſt, ꝙ ueniant in conceſſione, ſecus ſi
non eſſent ſolita, per l. quod ſi nolit. §. quia aſſidua. ff. de
ædil. edi. & uoluit Abb. Sic. in c. cum M. de conſti. & mul-
tas fallentias adducit ad hoc And. Barb. in repe. c. ꝙ tranſ-
lationem. de offi. leg. & Alex. in 3. uol. conſi. 89. & Bar. Ve-
ronen. in d. §. quia aſſidua. Et ſic nõ conſuetum iſtud ius re
gale concedi, non veniret, ſm Bal. in l. fideicommiſſa. §. ſi
ſeruo. ff. de lega. 3. Quid autem ſi rex in una terra non ha-
d bet niſi iura regalia,[d] forte quia terra illa erat eccleſia, &
vendidit illam terram, vtrum videatur vendidiſſe etiam
merum imperium & iura regalia, quæ ibi habebat? Vide-
tur ꝙ non, quia uenditio eſt incerta, quia non fuit expreſ-
ſum merum imperium quod non venit niſi ſpecialiter ſit
dictum, vt ſup. dixi. Fallit, niſi aliud conſtaret de mente ex
veriſimilibus coniecturis, vt quia venditum fuit caſtrum,
& ueriſimiliter nõ fuiſſet datum illud pretium quod fuit
datum, niſi fuiſſent illæ res incloſæ, arg. l. cum in fundo. §.
vxorem. ff. de iure do. & l. ſemper. ff. de reg. iu. ſm Albe. in
d. l. fi. C. de iuriſ. om. iud. & Mod. Peruſi. in l. poſſideri. 16.
col. ff. de acq. poſſ. & Io. And. in addi. Spe. in tit. de iur. om.
iud. in addi. quæ incipit, uidiſti duas opiniones ibi, quinta
27 opinio. † Et ſi expreſsè conceſſiſſet merum imperium, non
propterea tranſtulit appellationes, ſm Io. And. in d. addi.
de iuriſ. om. iud. quæ inci. vidiſti. ibi, ſed ſi talis. Item cum
rex non haberet niſi iura regalia in illa terra, vendita illa
terra iura regalia cenſentur vendita, quia nõ habebat alia
iura, ſecus ſi aliud ibi haberet correſpondẽs pretio. Et pro
hoc allego illud, quod dixit Alex. in 1. vol. conſi. 48. col. 3.
ꝙ quãdo nulla ratio poteſt aſsignari, niſi una, illa habetur
pro expreſſa, per gl. & Bal. in l. quamuis. C. de fideicom. Et
dum de hac quæſtione haberem verbum cum magnifico,
literatiſsimo, & peritiſsimo compatre D. Io. Loyſio Actal
do, regio conſiliario, dixit mihi, ꝙ quidam Doctor Gallus
in c. 1. de his qui feu. dare poſſ. tangit iſtum paſſum. & al-
leg. Raph. Cum. in conſ. 172. inci. viſa copia priuilegiorũ.
ubi alleg. no. l. fundus qui locatus. ff. de fun. inſtru. cum ſi.
vbi dicit, ꝙ ſi princeps in terra non hẽt niſi regalia, & con
cedit terram, regalia videtur conceſsiſſe, ex quo de alijs in
telligi non poteſt. faciunt ad hoc multa ſimilia, quæ alle.
Fely. in c. 1. in 5. col. de reſcri. & ibi alle. d. l. fundus qui lo
28 catus. † Sed vltra eos allego id, quod dicitur, ſi papa man-
dat prouideri in aliqua eccleſia alicui de beneficio, non in
telligitur in eccleſia cathedrali, vt in c. quamuis. el s. de
præb.

præben.lib.ſexto.hoc fallit,ſi ibi non eſſet alia eccleſia,ni-
ſi cathedralis,tunc ne gratia ſit inanis,intelligitur de illa,
ſecundùm Ioan. de imo.in capit.cum olim.de præben. &
cap.abbate.de verb.ſignifica.ibi,vt res,de qua agitur, vale
re poſſit, potiuſquam pereat. Item mãdatum de ſoluendo
refert ſe ad debitũ,quod poteſt exigi. vnde ſi teſtator mã-
dat ſatisfieri cuicunque debitori,non poteſt creditor audi
ri,ſi debitor tãtum naturaliter eſt obligatus. fallit,niſi de-
bitũ non poſſit verificari,niſi in naturali debito, per l.die-
bus.§.dominis. ff.de cond. & demon. vt dicit Alex.in l.is
cui.§.Flauius. ff.de ſolut. & hæc ſunt memoriæ commen-
danda.Non omitto id,quod dicit And.Barba.in c.quoniã
Abb.in 4.colum.de offi.deleg.vbi dixit,ꝙ quando indefi-
nita non poteſt referri niſi ad vnum,tunc habetur pro ſpe
29 cifica.allegat l.2.ff.de lib. & poſthu. † Septimò no.ex tex.
ibi,intẽdunt.quòd prælati, Comites,& Barones,& locorũ
vniuerſitates debent diligenter & ſolicitè animaduertere,
ꝙ noſtri iuſtitiarij,& iuſtitiarij prouinciæ ſunt illi,qui ſo-
lum habent merum imperium, & ſic non alij, quia quod
aliquibus permittitur, reliquis cenſetur eſſe prohibitum.
l.maritus.C.de procur.ff.de iud.l.cum pater.2.q.1.c.vnus
ex vobis.cum ſi. Sic in ſimili dicimus,ꝙ epiſcopi debẽt vi
gilanter & diligẽter intẽdere circa correctionẽ ſui gregis,
vt in c.quia præſulatus.1.q.4. bene ad hoc facit c.ſi pecca-
uerit.2.q.1. & no.in c.nouit.de iud.aliter enim corrigit p̃-
latus, & aliter ſocius, vt dicit gloſ.23.q.4. cap.1. Octauò
no.ex tex.ibi,ſatagentes.quòd illi,qui ſatagunt, ideſt,ſatis
agunt,vt exerceatur merum imperium abſque mandato,
vel licentia regis,incidũt in pœnam priuationis terræ ſuæ,
ſubaudi per ſentẽtiam,vt habetur in c.1.& ibi dixi,de feu.
ſine cul.non amit. Et pondera iſtud verbum,ſatagentes,ſi-
mile verbum eſt in c.1.in fi.vt eccle.benefi.& in c.ad deco
rem.de inſt. & in clem.ne Romani.de ele.vnde ſi non fuit
anxius in vſurpatione huius meri imperij, ſed a caſu, uel
incogitatè aliquis habens terram fecit aliquem actum cõ-
cernẽtẽ merum imperium,de quibus actibus habetur per
Doct.in l.imperium.ff.de iuriſd.om.iud.non puto,ꝙ inci-
dat in pœnam huius conſti. quia tunc nõ dicitur ſatagere,
ſed ſi merum,& miſtum imperium exercuiſſet ſine licẽtia
regis,tunc eſſet pœna mortis, vt dicitur in conſti. ſequen.
30 cum ſatis. † Nonò no.ex tex.ibi,tam ſtatuentes,quàm ſta-
tutos.ꝙ non ſolum illi,qui conſtituunt officialem ad exer
cendum merum imperium ſine ſpeciali licentia regis inci
dunt in pœnam huius conſt.ſed etiam ille officialis,qui eſt
conſtitutus ab eo, qui non habet in veritate poteſtatem à
rege. Sed quæro, quid ſi iſte officialis, qui eſt conſtitutus
ad merũ imperium exercẽdum ſine licentia regis nullam
habet terram ſuam,in qua exercuit merum imperium,ſed
exercuit in terra illius, qui conſtituit eum officialem ad
merum imperium,in quo punietur iſte officialis ſic conſti
tutus? Dicit ꝙ iſto caſu ceſſat pœna huius conſtitutionis.
Et eſt dare caſum,in quo mandans punitur pœna huius cõ
ſtitutionis,& non mandatarius,quia hæc pœna ſcripta eſt
in rem,& non in perſonam, dico ſi mandatarius nõ habet
rẽ,qua poſſit puniri,ceſſat in eo pœna,ut ſentit etiam Bar.
in l.ſed ſi unius. §.ſeruus meus.ff.de iniurijs. & ad hoc vi-
de Aret.in ſuo tract.de maleficijs, in verbo, Sempronium
mandatorem.in 12.q.Et eſt ratio,quia plus peccat mãdãs,
q̃ ille,qui ex ſeipſo facit delictũ, ut dicit tex.& ibi Ang.in
31 Auth.vt iudices ſine quoquo ſuffr.§.eos aũt. †Sed quæro,
an iſte mandatarius,qui nõ põt puniri in priuatione caſtri,
vel terræ,quia non habet eam, an poſſit puniri alia pœna,
ſi exercuit merũ imperiũ ſine licentia regis? And.de Iſer.
ſuper conſtitut. præcedenti dicit,ꝙ in delictis, vbi non eſt
certa pœna ſtatuta, debet extraordinariè puniri, & ibi di-
xi in 2.no.& in gl. 1.quibus adde,ꝙ pro hoc vr̃ tex.in l.1.
§.expilatores.de effracto.& in l.1.& 2.§. & vt generaliter.
ff.de cri.ſtellio. & in c.de cauſis.de offi.dele. & no.gl.in l.
quid ergo.§.pœna grauior.ff. de his q̃ no.infamia. Decimò
& vlt.no.ex tex.ibi,mulctamus.ꝙ licet regulariter mulcta
dicatur pœna, quæ arbitriè imponitur per iudicẽ,ut in l.1.
C.de modo mulcta. & pœna dr̃ illa, quæ imponitur p̃ ius
cõmune,vel per ius municipale,ſecundùm Bart.in l.ſi qua
pœna.ff.de verb.ſig.& ponit Bal.in l.certa.C.quando pro-
uo.nõ eſt neceſ.tñ hic ponitur pœna publicationis terræ,&
tex.appellat mulctã. Et ſic interdũ mulcta ſumitur pro pœ
na,ut hic.& tñ iſta mulcta dicitur impropriè,ut no.in l. 3.
C.de epi.audien.& in l.fi.ne lice.poten. & no.Azo in ſum
ma.C.de modo mulcta.Et hanc pœnam iudex debet impo
32 nere,nec debet vltra augere,nec diminuere. †quia iudex nõ
debet eſſe clementior lege, vt in Auth. de iudicib.§.opor-
tet.niſi ex cauſa ante ſententiã, ut in d.l.quid ergo.§.pœna
grauior.ff.de his q̃ not.infa. & in l.& ſi ſeuerior.C.ex qui.
cau.infa.irrog.In gl.1.hæc glo.ponit ſummariũ in hac con
ſti.dic vt dixi in prin.huius conſt.In gl.2.hæc gl.diſputat
illam quæſtionẽ: An lex noua ſuperueniens tollat priuile-
gia præcedentia, quæ ſunt contra ipſam legẽ nouam gene
raliter loquentẽ?Et vide motiua glo.hic pro & contra, cui
adde,ꝙ eandem quæſtionem examinat hic And.cõcludẽs,
ꝙ per verba generalia legis nouiter editæ nõ tolluntur ſpe
cialia priuilegia contra dictã legem nouam editam,per in
ra vulgaria,vt enim videre poteris. bene tamẽ allegat,ꝙ il-
le habet priuilegium conceſſionis meri imperij, ante iſtã
conſt. ꝙ per iſtam non eſt reuocatum, quia habet illud ex
prouiſione principis,& hæc conſtitutio non dicit, ꝙ merũ
imperium non poſſit per regem nobilibus concedi,imò in
omni diſpoſitione intelligitur excepta perſona ſuperioris,
vt no.in c.veniens. de iureiu.cum ſi.& ideo concludit con
tra iſtam glo.ꝙ non eſt de hoc caſu cõſultandus princeps,
quia non eſt dubium iuris,ſed ſi eſſet dubiũ iuris,tũc eſſet
cõſultandus princeps, vt dicit Fel.in c.paſtoralis. in verbo,
conſultat. de fi.inſtr. Cui addo id, quod dicit Bal.in l.non
33 plures.C.de ſacroſ.eccl.in fi.†ꝙ per legẽ generalẽ nunquã
derogatur priuilegio ſpeciali,niſi fiat de ipſo mentio, vt in
l.3.C.de ſilentiarijs.li.12.ſic ẽt reſcriptum non valet,ſi eſt
contra aliquod priuilegiũ,ſi de eo non facit mentionẽ.pro
hoc bene facit tex.cum materia ſua,in c.1.de reſcr.hoc ex-
preſſè dixit Bal.in l.fi.in fi.C.de preci.imper.offer. allegat
d.l.3.& C.de fundis.& ſalt.rei dominicæ.l.ſi qua loca.lib.
12.bene facit id quod dicit Bal.in l.cum clericis.in fi.C.de
epi.& cle.ꝙ cõſuetudo trahitur ad priuilegium, non autẽ
priuilegium ſpeciale trahitur ad cõſuetudinẽ generalem:
& allegat d.l.3.C.de ſilentiarijs.Hinc dicebat idem Bal.in
l.1.ff.de cõſti.princ.ꝙ princeps per generalia verba non vi
detur tollere ſpecialia iura, allegat d.l.3. C.de ſilentiarijs.
idẽ dicit in c.1.in fi. quo tempore miles. & Alb. de Ro.in
1.cõſt.C.§.ſi quæ verò.& Io.And.in c.alma mater. §.fin.de
ſent.excom.in 6.& miror ꝙ Bal.non allegauit tex.expreſ-
ſum in 1.conſt.C.in §.ſi quæ verò pragmaticæ. quem tex.
ad hoc alle.Bar.in extrauag.ad reprimen. in verbo,non ob
ſtantibus. Et iterum miror,cur Bar.non allegauit d.l.3.C.
de ſilentia. li.12. quam ſemper ad hoc allegauit Bald. vbi
ſup.per quem tex.dicebant gl.Bar.& Nicola. Spinellus de
34 Neapo. †quòd ſpeciale priuilegium alicui conceſſum non
tollitur per generalem legem, uel diſpoſitionem in cõtra-
rium.& d.l.3.ſimiliter ad hoc allegauit Pau.de Ca.in cõſi.
133.incipiente, notandum eſt,quòd iſta imperialis conceſ
ſio &c. & And.Barba. in ſuo conſilio poſito inter conſilia
Alexand.in 4.volum.conſil.vlt. vbi allegat multas quotas
ad hoc, ſed non allegauit dictum conſilium Pau.de Caſt.
nec Bal.in d.l.1.ff.de conſtit. princip. nec Bal.in l.non du-
bium.in 8.colum.C.de legi. nec Bal.in d.l.non plures. nec
Bal. in l.1.penul.col.C.de furtis,nec Cy.Bal. & Ang.in l.ſi
filius.ff.de peti.hære.hanc concluſionẽ firmauit Fel.in c.ſe
des.3.col.de reſcriptis. remittens ſe ad dicta per eum in c.
verum.de foro comp. & idem Alex.in 1.vol.conſ.101.in-
cipiente,viſis inſtrumentis,&c.2.col ver. fortificantur præ
dicta. & in 4. volumi. in conſilio 123. in ſexta colum. &
Franc. de Are.in conſil.130. incipiente,breuitas in conſu-
lendo &c.2.colum. verſ.venio nunc ad ſecundũ dubium.
Et vltra eos allego Bal. in l.filium quem habentem. C. fa-
35 mil.erciſ.13.colum.verſi. & opponitur.† vbi dicit,quòd id
quod

quod ante eſt ſpecialiter prouiſum, non tollitur per generalem prouiſionem, niſi de ſpeciali fiat mentio, allegat l. quoties.eod.tit.ff.de vulg.& pup.l.cohæredi.§.qui patrem. ff.de leg.2.l.legatorum §.qui plures.& dicit Andr.ſupra in conſt. ſi damna clandeſtina. ꝙ generalitas non trahitur ad ſpecialiter prouiſa, allegat l.ſanctio.ff.de pœ. Et quid in ſtatutis, vide Bar.in l.in ſacris. C.de prox.ſacr.ſcrin.lib.12. & ibi vide vnam pulchram apoſtillam Alex. quãdo ſunt duo ſtatuta, vnũ generale, aliud ſpeciale, an ſpeciale deroget generali.& ad hoc vide dom.Ioan.Bap. Caccialupum de San cto Seuerino in rep.l.omnes populi.de iuſt.& iu.in col.64. ver.item Bart.in l.in ſacris. An autem nouum priuilegium tollat antiquum, ſi de eo fiat mentio? Vide tex.& Bald.in l. receptitia.C.de cõſt.pec.& Abb.Sic.in c.veniẽs. de præſcr. & Bal.& poſt eum, Iaſ.in l.ſi Rufinus.C.de teſt.milit. Et an per prouiſionem ſpecialem factam per ſuperiorem derogetur generali prouiſioni, ſi nihil dicit de generali prouiſione facta per prius? Vide Bal.in auth.habita.§.veruntamẽ. C.ne filius pro patre.& Dyn.in regula, generi per ſpeciem. lib.6. optimè per Pau.de Caſt. in l.cum prætor.ff.de iudic. & in l.ſi quis cum procurator § fin.ff.de proc. Ludou.in l. hac conſultiſſima.C.qui teſtam.fac.poſſunt. & in l.ſi verò. §.de viro.ff.ſol.matr.& dominum Anto.de Butr.in c.bonæ memoriæ. de confir.vti.vel inut. & Bal.in authen. hoc inter liberos.C.de teſtam.& Archid.in c.ſi clericus. de præb. lib.6 & an,& quando valeat ſententia contra ſtatutum, vel extrauag.vel contra regulas cancellariæ? Vide per Fel.in c. paſtoralis.de fide inſtrum.

ANNOTATIONES.

a Regalibus.] Adde, ꝙ de regalibus etiam ſunt viæ publicæ, flumina nauigabilia, portus, ripatica, vectigalia, monetæ, mulctæ, & pœnæ, bona vacantia, & quæ auferuntur eis qui ſunt indigni, & alia, de quibus per And.de Iſer. quæ ſunt regalia. Batius.

b Imperium.] Adde, ꝙ merum imperium præſcribi poteſt, & ſic cõſuetudine poteſt quæri ſm Ioan.And.c.epiſcopus.de offic.ordin. lib.6.& dominos de Rota deciſ.109.allegant c.auditis. de præſcr. c.cum olim.16.q.3.c.quicunque.de offi.ord.c.dilectus.de exceſſi. prælat. & Lap.de Caſtell.in allegat.91.vbi concludit, ciuitatẽ Tudertinam poſſe præſcribere merum & mixtum imperium, quod habet eccleſia alleg.glo.in l.nec nos.C.de diuerſis offic.lib.12.& in Auth.de defen.ciuit.§.nullæ. in fi.glo.mag. & Bart.in l.hoſtes.ff. de captiuis.& hoc etiam ſequuntur Moderni in c.cum contingat. de foro compet.vide quæ notantur in d.l.nec nos.& glo.in c.dilectus.de appel.& ibi Doct. Anto.Battus.

c Vniuerſitas.] Adde, ꝙ vniuerſitas & reſpublica non ſunt propriæ perſonæ, ſed repræſentatæ, ita Afflic.in conſt.cum partes Apuliæ, nu.13.& ideo ſi iuro fidelitatem contra omnem perſonã de mundo, vel conſtituo procuratorem contra omnem perſonam: tale iuramentũ non includit collegia & vniuerſitates: & procurator taliter conſtitutus contra eadẽ non poterit expediri. ita Bal.in rub. C.ad Treb. & mouetur: quià debet fieri ſtricta interpretatio abſq; fictione iuris, & Bal.ſequitur Rom.in conſi.190. in caſu præmiſſo. & in conſi 400.quæritur, multas quotas alleg.Barbat.in d.rubr.in apoſtil.ad Bald.& dicit Imo.in l.mortuo.in fi.de fideiuſſ.ꝙ vniuerſitas repræſentat veras perſonas viuentes: tamen ipſa eſt perſona repræſentata & ficta, carens anima: vnde excõicari non poteſt. c.Romana ſi vniuerſitatem.de ſent.excom.in 6.& dicit Domin.in c.ſicut vir.1.col 7.q.1.ꝙ actus & paſſiones ſunt ſingulorum: non autem collegij & vniuerſitatis.& dicit Bal.in auth. item quæcunque.C.de epiſc.& cler.ꝙ clauſula, & alias perſonas, appoſita in reſcriptis, non comprehendit vniuerſitatem. & idem dicit in c.1.§. conuenticulas.a nos.de pace iur.firm.& dicit Bald.in l.omnes populi.col.pen.verſic. ſed nunquid ſub illo verbo.ff.de iuſt.& iure. ꝙ vniuerſitas & collegium non ſunt propriæ perſonæ, ſed vice perſonæ, alleg.l.mortuo.de fideiuſ.& limitat non procedere, quando ſtatutum in ſpecie ſe extenderet ad perſonam repræſentatam. & plura bona ponit Fel.in c.cam te.col.12.de reſcrip. in verſic.ſecũda declaratio.& idem Fel.in c.dilectus.col.4. in verſic. item adde. de ſimon.& Deci.in l.ſi familia.nu.10. ff.de iuriſd.om.iud.& vide omnino Dec.in conſi.486.col.1.& Cottã in memorab.ſuis,in verbo, ſtatutum. loquens per dictionem, ſi quis, & amplia ſupradicta procedere etiam quando ſtatutum & diſpoſitio vterentur verbis vniuerſalibus, puta, quæcunque perſonæ: quia tunc etiam non venit communitas & vniuerſitas ita dixit Rom.conſi.436.indultum Petri.& ſequitur Dec.conſi.44.in fi.

d Regalia.] Si Rex in vna terra non habet niſi iura regalia, & vendit illam terrã, licet iura regalia nõ veniãt in vẽditione, niſi expreſſe dicatur: tamen in iſto caſu proculdubio veniunt, quia cũ Rex non habeat aliquid in illa terra vendita niſi iura regalia: illa videntur vendita. ita Afflic.hic, & de hac quæſtione habuit collegium cum recolendæ memoriæ ingenij Ioanne Aloiſio Artalda, quem audio fuiſſe virum rariſſimi ingenij. alle quædam, quæ benè faciunt. ſed adde, ꝙ pro iſta opi.facit: quia conuentio facta inter ciuitatem, & aliquem conductorem alicuius rei dictæ ciuitatis de non ſeruãdo capitula quædam: intelligitur in his, in quibus poteſt ratificari, cũ alia non extent. ita hanc quæſtionem conſulendo arguit Alexan. in conſi.28.viſis & accuratè ponderatis.in princ.lib.1 & ſententia laudi adiudicans poſſeſſionem vni ex litigatorib.in aliquo loco, ſi in illo loco vnica tantum eſt poſſeſſio, de illa intelligitur, & in ea ſententia laudi verificatur, poſtquam in alijs verificari nõ poteſt. ita conſulendo arguit Alex.conſi.46.in prin.t.volum.& licet legatum generale non cõprehendat ea, quæ teſtator habet cauſa mercandi.l generali.§.vxori.de vſufr.leg.fallit, quando illud legatum non poſſet habere effectum: puta, quia non extabant alia bona: quia tunc venient bona, quæ teſtator habebat cauſa mercandi & legatum, ex quo non poteſt ſortiri effectum, in alijs bonis hẽt effectum, in quo poteſt.tex.eſt ſing.in l.pediculis.§.item cùm quæreretur ſecundum verũ gloſſæ intellectum de auro & arg.leg.Rom. ſing.432.in legato generali. & licet regulariter in obligatione nõ veniant venalia: tamen fallit, quando obligans non haberet alia bona: quia tunc de venalibus obligatio intelligetur. ita Moder.Hiſpa.in §.item Seruiana col.8.in princ.nu.11.de actio.vbi facit mentionem de ſing.Rom.432.& refert ꝙ illud ſequitur Iaſ.in l.qui Romæ §.duo fratres.col.25.num.10.de verb.oblig.vbi ponit ſex deciſiones. Idem firmant Laurell.Dec.in d.§ vxori.& Iaſ.in d l.qui Romæ.§.Callimachus.4.col & dicit tex.in d §.item cum quæreretur. l.pediculis.ſing.ꝙ licet periculi appellatione regulariter non contineatur caſus fortuitus.l.opus quod in auerſione.& ibi gl.loc.fallit, quando illud verbum, periculum, non poſſet operari, niſi cõprehenderet caſum fortuitum: quia tunc verbum, periculũ, ex quo non poteſt in aliquo verificari, verificabitur in caſu fortuito.tex.in l.item cum quæritur.§ ſi gemma.ff.loc. per quem ita dicit Roma. ſing.437. in habes caſum. & licet frater renuntians fratri id quod ſibi competere poterat de hæreditate paterna, poſſit non obſtante tali renunciatione petere partem feudorum & bonorũ emphyteuticariorum.Bart.& Doct.in l.item videndum.§.fin.de pet.hær. fallit, quando in hæreditate patris non eſſent alia bona niſi feudalia & emphyteutica: quia tunc eorum partem petere non poterit: quia renunciatio facta de hæreditate, quæ ad talia bona non porrigebatur: locum habet in his bonis, poſtquam in alijs verificari nõ poteſt. Bal.in l.liberti.col.pen.verſic.attende tamen.C.de oper.liber.ſequitur Iaſ.in d.l qui Romæ.nu.105. & Cotta in ſuis memorab.in verbo, emphyteuſis non venit.& licet aliàs feudum non trãſeat ad filios naturales: quia filiorum appellatione non veniũt.c.1.§.naturalis.ſi de feu.fuer.controuerſ.tamen ſi Rex concedit mihi feudum pro me & filijs meis procreatis & procreandis: & ego non habeam niſi filium naturalem, vt ſciebant omnes hi, filius naturalis habebit illud feudũ: quia illud verbum, procreatis, ex quo non poteſt verificari in alijs filiis: quia alios non habebam, verificabitur, in quo poteſt, & ſic in illo naturali. Bal.in l.cũ quam.col. 9.verſi.demum quæro, dominus comes.nu.39. C.de fideicomm.& fretus illo dicto Bal.ita conſuluit Barbat.vt ipſe dicit in l.cum acutiſſimi.col.109.verſi.nunc verò eſt.C.de fideicomm.& in tract.de præſtan.Cardin.in 5.q.primæ partis.col.fin. & ſequitur Catel.Cotta in verbo, ratio dicitur certa.& licet in obligatione non veniunt ea, quæ in ſpecie non fuiſſet veriſimiliter obligaturus.l.obligatione generali.ff.de pignor. tamen ſi obligans haberet tantùm vnam rem, quam in ſpecie non fuiſſet obligaturus: res illa vna veniet in generali obligatione, & obligatio illa generalis, ne reddatur inutilis & fruſtratoria, comprehendit illam: quia cum non poſſet verificari in alijs bonis, quæ obligans non habet, verificabitur in quo poteſt, & ſic in illa re. Girard.de Pet.ſancta ſing.35.dictum eſt vulgariſſimum. & ibi facit mentionem de multis, quæ conferunt ad noſtram materiam. & licet verba generalia non ſufficiant ad remiſſionem iniuriæ, & ſic exhæredationis, verbi gratia, dicit pater, cuilibet filio meo dono decem, vtrum per hoc videatur filio exhæredato offenſionis iniuriam remittere: & ſic exhæredationem: dic ꝙ non, quia verba generalia debent referri ad merentes, non autem ad indignos.l. Lucius Titius Damam. de leg.2. fallit, quando omnes filij offendiſſent: quia tunc illa verba referuntur ad odioſos filios, poſtquam in alijs verificari non poſſunt. Bal.in l.in ipſius.in fi. C.famil.erciſcun.& Bal.ſequitur Girard.ſing 3. quem omnino vide.& facit, quod dicit Imo.in l.tam is §.primo.ff.de donatio.cau. mor. vbi dicit, ꝙ ſi patre præſente filiuſfamilias donat cauſa mortis, & adijciat in donatione, ſi non valet iure teſtamenti, valeat iure codicillorum, vel cuiuſlibet alterius vltimæ voluntatis. hæc verba operabuntur ſpecialem conſenſum patris in donatione cauſa mortis: quia ad alium actum referri non poſſunt. & illud dictum Imolæ ſequitur Corn.in l.ſenium.C.qui teſtamen.facere poſſunt. columna penult.& Felin.in cap.ſedes.colum.1.in fi.verſic.ſeptimò limita.de reſcrip.& ibi benè ad propoſitum. & faciunt multa, quæ Fel.adducit in c.1.col.6.quem alleg hic Affl.num.8.de reſcrip. & facit id, quod dicit Fel.in c.poſtulaſti.col.8.verſi.fallit primò.nu.4. de reſcrip.& fundamentum, quod facit hic Affl.in hac quæſtione de ratione ſtatuti, alleg.Alex.conſi.48. t.vol. vtitur in ſimili quæſtione Catel.Cotta. in memor.in verbo, verbum præſentis temporis. quem omnino vide.& ſic habes bonas deciſ.pro opi.Affl.& per

hanc determinationem Affl. notabilibus his deciſionibus ornatã habes limitationẽ ad id, quod aliàs fuit ſeruatum in Sacro regio Conſil. Neapo. nam deciſum fuit in eo, quod Comes alienans caſtrum cum omni iuriſdictione & pertinentijs, etiam ſi nihil ſibi reſeruauit, non videtur vendere merum imperium. Affl. dec 121. nam deciſio illa limitatur per prædicta non habere locum, quando ille Comes habuiſſet in illo caſtro merum imperium tantùm, quia indubitanter merum veniret, etiam ſi non fuiſſet hoc in tali venditione expreſſum. quòd tene menti; quia noua eſt limitatio ad illam deciſ. non omittẽdo vnum, quod contra iſtam deciſionẽ Affl. & omnia quæ ſupradixi facit, nam ſi ad inſtantiam Petri Papa mandat alieni prælato prouidere eidem Petro in eccleſia ina de dignitate, & ille prælatus, cui Papa hoc mãdauit, habet ad ſui collationem vnã tantum dignitatem: talis gratia facta Petro erit potius fruſtratoria & inutilis, quippe quæ comprehendat illam vnicam dignitatem: & ſic gratia non verificabitur in quo poteſt. ita dixit Io. Monac. in regula, in generali. de reg. iu. in ſexto. & ibi dixit ita ſcripſiſſe Clementem Quartum in facto præpoſituræ ſanctæ Mariæ de Burgis contra impetrantem dignitatem in genere ibi eſſet vnica. & eum refert & ſequitur Io. An. ibi, col. 2. verſi. 42. & in clem. 1. in gl. ſuper verbo, incerta. de præben. & de illa doctrina Io. Mona. in d. c. in generali. facit mentionem Thomas Falloll in dubio Rotæ. 55. primo an gratia hæc deciſio mirabiliter cõtradicit iis, quæ ſuperius dicta ſunt, & doleo, quod tempus breue nõ patitur inueſtigare veritatem, & bonam ſolutionẽ huius difficultatis. ideo pro nunc dicam cum Fel. prædicta omnia, & tex. in l. fundus qui locatus, de fundo inſtru. per quem Affli. hic mouetur limitari in caſu proxime relato. cogitet lector & non perſiſtat cũ eius opin. quæ nõ videtur vera. ita Fel. in c. in noſtra. col. 17. verſic. vigeſimumquartum corolarium. nu. 22. de reſcr. ſolutio vera colligi poteſt ea late deductis per And. Tiraquellum in l. ſi unquam. in verbo, omnia vel partem aliquam. num. 34. C. de re. do.

De officialibus reprobatis. Rub. XLVIII.

DICTVM eſt ſupra proximè, quòd in regno nullus poteſt vti mero imperio, niſi deputati à regia maieſtate, erat vidẽdum, an conſuetudo poſſit dari alicui vniuerſitati, vel populo de regno creandi officialem ad iuſtitiam ciuilem, vel criminalem, de quo non erat dictum: ideo immediatè continuãdo eandem materiam, reprobando dictam cõſuetudinem, & imponendo pœnam: ponit hanc rubricam, de officialibus reprobatis. Vbi autem de iure cõmuni habetur, quòd conſuetudo dat iuriſdictionem, dic, quòd de hoc eſt tex. in l. ſaccularij. §. ſunt quædam, quæ ex more prouinciarum. ff. de extraord. crim. & Bald. in l. 1. C. de emancip. liber. in 7. col. dicit, quòd iuriſdictio dependet à conſuetudine, allegat l. miſſi opinatores. de exacto. tributo. lib. 10. & ff. quẽad. teſt. aper. l. 2. Et ſubdit, quòd cõſuetudo eſt origo omnium iuriſdictionum, allegat l. præcipit. de cano. largi. lib. 10. & C. de pecu. bono. ſubl. l. 1. eod. titu. & l. 2. in princ. ff. de orig. iur. Lucam de Penna in l. viros. de diuerſis offic. lib. 12. allegat. 9. q. 3. c. conqueſtus. de foro compet. c. cum contingat. de offi. ordin. c. duo. de offic. arch. c. vlt. de exceſſ. præl. c. accedentibus. de exceptio. c. 2. in prin. de appel. c. Roma. §. 1. & Arch. in c. 1. de offi. ordin. lib. 6. in verbo, cõſuetudine, & vide gl. in iſta conſtitutione, in verbo, vniuerſitas. & quæ dixi in præludijs, in 6. quæſt.

SVMMARIVM.

1 *Falcem nemini ponere licet in alienam meſſem.*
2 *Conſuetudo non poteſt laicis dare ius ſpirituale ſine epiſcopi auctoritate.*
3 *Imperium merum quanto tempore præſcribi poßit.*
4 *Præſcribi non poſſunt, quæ de demanio Regis ſunt.*
5 *Excellentia nobilitatis quandoque defertur, & in aliquibus non.*
6 *Vſurpans omnem iuriſdictionem grauius punitur eo, qui merũ imperium tantùm vſurpauit.*
7 *Dictio, aut, quò ad ſignificati effectum verificat vtrunque extremum.*
8 *Officium omne iuriſdictionem concernens dependet à regia maieſtate.*
9 *Baiuli & iudices baiulorum à quibus debeant creari.*
10 *Rex an debeat habere teſtimonium prouinciæ in iuſtitiarijs eligendis.*
Vniuerſitas merum & miſtum vſurpans imperium, perpetuæ deſolationis pœna punitur.
11 *Officium meri & miſti imperij exercens ſine licentia principis capite punitur.*
Affectus hodie non punitur effectu non ſequuto.
12 *Vniuerſitas tempore guerræ vel turbationis faciens poteſtatem, conſulem, vel capitaneum ad defendendam terram, an incidat in pœnam.*
13 *Violator vallorum æquè punitur, atque violator murorum.*
14 *Conſtitutiones, ſtatuta, & ordinationes principis dicuntur ius commune in ſuis terris.*

a CVM SATIS.[u] Diuiditur in tres partes. In prima dicitur, quòd ideo Imperator caſſat, & annullat omnem vſurpationem iuriſdictionis abſq; licẽtia Regis, quia ſatis abũdè à Rege prouiſum eſt officialibus, ad quos debet haberi recurſus pro iuſtitia habenda, tam in cauſis ciuilibus, quàm criminalibus, vſque ibi, præcipimus. Hic eſt ſecunda pars, in qua declaratur, quòd licet aliàs de iure communi conſuetudo poſſit dare iuriſdictionem voluntariam, & contentioſam, & etiam ordinariam, per iura ſup. in hac rub. allegata: tamen ſecus eſt in iſtis duob. regnis Siciliæ citra, & vltra, in quibus prætextu conſuetudinis, aut excellentiæ populi nullus poteſt eſſe poteſtas, aut conſul, aut rector alicuius loci, aut aliquod officium pertinens ad collationem Regis, vel officium concernens iuriſdictionem ciuilem vel criminalem vſurpare, ſed magiſtri iuſtitiarij, & iuſtitiarij, camerarij, & baiuli vbiq; per regnum à regia maieſtate conſtituuntur, quia habent miniſtrare iuſtitiam tam regiæ curiæ, quàm eius fidelibus, & ſi non alij officiales prætextu alicuius conſuetudinis ordinati, vel ordinandi viq; ibi, quæcunque. Hic eſt tertia & vltima pars, in qua imponitur pœna vniuerſitati facienti officialem ad iuſtitiam ciuilem, & criminalem prætextu conſuetudinis, vt deſoletur perpetuò & eius homines efficiantur angarij Regis, & ipſi officiales conſtituti capite puniantur. & durat vſque in finem. Et breuiter hoc intendit. Nulla vniuerſitas in hoc regno poteſt facere poteſtatem, conſulem, ſeu rectorem, etiam prætextu conſuetudinis: & ſi contrafecerit, deſolabitur, & ipſius homines erunt angarij Regis: & ſuſcipientes tale officium ab ipſa vniuerſitate, condemnabuntur ad pœnam capitalem.
1 No. primò ex tex. ibi, vſurpationem illicitam. quòd non † licet ponere falcem in meſſem alienam, vt hic, & in cap. venerabilem. de elect. & qui non intrat per oſtium, fur eſt, & latro. de iurepat. c. relatum. de ſimo c. inſinuatum. Bal. in l. fin. ff. de rer. diui. Nam propter iſtud adiunctum, illicitum, datur nobis intelligi, quòd reperitur vſurpatio licita: vſurpatum enim exponitur, id eſt conſuetudine obtentum, vt no. in l. inutiliter actio. §. fin. de iniur. & in l. 2. ff. de vſucapio. ad idem in capit. 1. §. fin. de alienat. feudi. ibi, ſed hodie eſt vſurpatum, id eſt conſuetudine abrogatum. & vide de hoc, quæ ibi dixi. Secundò no. ex tex. ibi, auctoritate conſuetudinis, quòd licet conſuetudo poſſit de iure communi dare ordinariam iuriſdictionem, non ſolùm voluntariam, vt in l. 1. C. de emancip. liber. ſed etiam contentioſam, vt in iuribus allegatis ſupra proximè in rubr. tamen in iſto regno ſecus eſt, quòd non poteſt dare iuriſdictionem ſine licentia regis. Sicut etiam dicimus, quòd con-
2 ſuetudo non † poteſt dare laicis aliquod ius ſpirituale ſine auctoritate epiſcopi, vel Papæ, etiam ſi eſſet conſuetudo mille annorum, vt dicit In. Andr. in c. 2. de præbend. lib. 6. & Abb. Sicul. in cap. Meſſana. de elect. & in cap. cauſam. de præſcriptio. Idem voluit Alexand. in 4. volum. conſi. 74.

incipiente,

incipiente, videtur, quòd tota difficultas &c. in 4. col. Sed
ego limitarem iſtam conſti. vt non procedat, ſi vniuerſitas
à tãoto tempore in cuius contrarium meooria hominis
non extat, fuit conſueta facere officialem ad iuſtitiã, tunc
ipſa cõſuetudo habet vim regalis priuilegij: & ſic videtur
facere de licentia Regis. gl. eſt nota. in c. ſuper quibuſdam.
§. præterea. de verb. ſig. & voluit Arch. in c. generali. de ele.
lib. 6. And. in c. imperialem. §. ducatus. de prohib. ſeu. alie.
per Feder. faciunt ea, quæ dixi in præludijs, in 2. q. per ea,
quæ allegat Alex. in d. conſi. 74. Nam & cõmuniter Doct.
in l. imperium. ff. de iuriſdict. omn. iud. & in d. l. 1. C. de e-
mancip. liber. & in l. fin. de iuriſd. omn. iud. cum concord.
allegatis ſupra 10 præcedenti conſt. tenẽt, ꝙ meruo † impe
rium poteſt præſcribi præſcriptione tanti temporis, in cu-
ius contrarium memoria hominum noo exiſtit. & ſic tex.
iſte dũ dicit, ꝙ conſuetudo non põt dare iuriſdictionẽ ciui
lem & criminalem, intelligitur de cõſuetudine etiam prę-
ſcripta triginta vel quadraginta annorũ, & vltra, licet non
de conſuetudine tanti temporis, in cuius contrarium me-
moria hominum oon exiſtit, in qua non oportet, quòd al-
legetur titulus, vt no. in c. 1. in fi. de præſcrip. li. 6. vt latius
per Alexand. in 1. volum. conſi. 6. incipien. viſo themate &
dubijs. & idem dicit in 2. volu. conſil. 68. in 4. col. & con-
ſil. 192. in 2. col. Sic etiam dicimus, quòd ſtatutum exclu-
dens præſcriptionem, oou intelligitur excludere præſcri-
ptionem centum ann. vt dixi in c. 1. §. pręter ea. ibi, allegata
pręſcriptione obſtãte, de capitulis Corradi. & per Alexan.
in 1. volum. conſi. 60. circa fi. Et pro hoc bene facit infra in
conſtitut. quadragenalem præſcriptionem. quæ vult, quòd
contra fiſcum regium non currit præſcriptio, niſi centum
annorum. & ſic præſcribitur contra fiſcum ſpatio tanti tẽ-
4 poris &c. licet gl. ibi dicat, quòd † ea quæ ſunt de demanio
Regis, nullo modo poſſunt præſcribi, etiã centenaria præ-
ſcriptione, quia centenaria probari non poteſt. & pro hoc
bene facit, infra in conſtit. regni, quæ incipit, cum vniuer-
ſis & ſingulis. verſic. præſcriptione etiam. & ibi gl. dicit, de
manium Regis nullo tempore præſcribi. ſed tene, prout ſu
pra dixi. & in d. c. 1. §. præterea. de cap. Corra. Secundò ego
limito, vt oon habeat locum in conſuetudine iuramento
confirmata, quia iſta conſtitutio, quæ non facit mentionẽ,
quando conſuetudo eſt iuramento confirmata, non debet
extendi ad conſuetudinem iurameoto confirmatam, vt fir-
mat glo. communiter approbata, in c. cum non deceat. de
elec. lib. 6. idem dicit Io. An. in c. 1. de fi. presb. lib. 6. in no-
uella. & hoc firmat Alex. in 1. vol. conſi. 27. vlt. col. & in cõ
ſil. 125. in 9. col. & in 2. vol. conſi. 37. in 7. colum. & in con
ſil. 125. 3. colum. & in 4. volum. conſil. 12. in 2. colum. Ter
tiò limita, niſi iſta iuriſdictio eſſet præſcripta in aliqua ter
ta eccleſiæ, præſcriptione longiſſimi temporis: & ſic ex cõ-
ſuetudine præſcripta habuiſſet eccleſia hanc plenam iuriſ-
dictionem, ſicut eſt videre exemplum in terra Citrarij de
prouincia Calabriæ, quę eſt eccleſia ſancti Benedicti de ab
baria montis Caſini in ſancto Germano, io qua terra dicta
eccleſia habet merum & miſtum imperium ex conſuetu-
dine vetuſtiſſima, dicit hic Andr. ꝙ iſta conſtitutio non
habet locum contra eccleſias, vt latius hic per eum. conſo-
nant ea, quæ dixi ſupra in prima limitatione. Tertiò no. ex
5 tex. ibi, vel excellentiæ populi. quòd † non confidant ciui-
tates magnæ, quas Deus dotauit multitudine populi, in
qua ſunt viri excellentes, in eorum excellentia, vt euitent
pœnam deſolationis, & angariæ, ſi delinquat in vſurpatio-
ne conſtituendi officialem ad iuſtitiam cauſarum ciuiliũ,
& criminalium. hæc verba ideo hic ponuntur, quia regula
riter in pœnis excellentiæ oobilitatis eſt in aliquo deferen
dum, vt in c. fin. de pœnis. 24. quæſt. 1. c. qui contra. & in
hoc delicto vſurpationis totius iuriſdictionis iſte tex. ni-
hil vult, quòd deferatur excellentiæ; ſicut dicit Archi. de
pœn. diſtinct. 1. c. noluiſſent. §. ex his, ſuper glo. de Angelis,
qui ſunt excellentiores hominibus: & tamen propter pec-
catum angelorum, quod fuit in ſpiritu, quia volebant vſur
pare, quod Dei erat, oullam veniam meruerunt habere, ſi-
cut meruit homo, qui peccauit contra Dei præceptum,
non in ſpiritu, ſed in carne: non ergo iudex debet mitigare
pœnam excellenti, quando uſurpat Regis iuriſdictionem
ciuilem, & criminalem, per iſtum textum, exẽplo Dei om-
nipotentis, qui propter contemptum & commiſſum per
Pharaonem cõtra diuinam maieſtatem, & vſurpationem
populi Dei, ſubmerſus fuit in mari rubro, vt habetur Exo.
cap. 14. Et qualiter Deus puniuerit peccata Regum Iuda,
habetur 2. Paralipomenon. cap. fin. Quartò no. ex tex. ibi,
6 officium, aut iuriſdictionem, quòd † magis punitur, qui v-
ſurpat omnem iuriſdictionem, id eſt, merũ & miſtum im-
perium, & iuriſdictionem, quàm qui vſurpat merum im-
perium. Nam qui vſurpat omnem iuriſdictionem, id eſt,
merum, & miſtum imperium & iuriſdictionem, & ſic to-
tam iuriſdictionẽ perdit, & punitur pœna capitali, vt hic:
qui verò ſolùm merum imperium vſurpat, punitur ſolùm
publicatiooe terrę, in qua exercuit merum imperium ſine
licentia Regis, vt in conſt. præceden. ideo no. ſm glo. &
And. hic, qui allegat illud prouerbium, qui totum vult, to-
tum perdit. l. ſancimus. C. de inoffic. teſt. allegata in gl. hic,
& quia qui ſuperfluum amplexatur, parum ſtringit. Cui
adde illud aliud prouerbium, qui nimis emungit, elicit
ſanguinem. cap. niſi cum pridem. §. propter malitiam. in fi.
de renunc. & quandoque parua necant magna, vt dicit Io.
And. in ca. ex multa, ad fin. de uoto. & alibi veh illi, qui ni-
mis de ſe confidit, ſm Hoſt. in ſumma, de his, quæ fiunt à
prælato ſine conſenſu capi. §. in quibus. verſic. ſed quid ſi
fortè. & in Spec. de legat. §. fi. verſi. item quòd nimis. & be-
ne facit tex. in c. reſecandę. 24. quæſtione tertia.

Morbida facta pecus totum corrumpit ouile.

7 Quintò oo. ex eadem litera, quòd † dictio, aut, verificat v-
trunque, quò ad effectũ ſignificati, vt dicit Din. in c. in al-
ternatiuis. de regul. iur. lib. 6. per l. triplici. §. videamus. ff.
de verb. ſign. licet in verbis ſit diſiunctiua, vt in l. hæc uer-
ba, ille aut ille. eodem titu. & ſic importat, quòd quodli-
bet officium, cuius collatio ſpectat ad Regem, oon habet
iuriſdictionem, & ſi habet iuriſdictionem, haberi non po-
teſt niſi à Rege. & ex hoc ſolitus ſum dicere, quòd ille, qui
fuit in poſſeſſione officij, ſiue habeat iuriſdictiooem, ſiue
non habeat: tamen eius collatio ſpectat in Regem. & ceci-
dit à poſſeſſione, & non poterit obtinere in poſſeſſorio iu-
dicio, niſi oſtendat de collatione Regis, vt dixi ſupra io
8 conſtitutione, violentias. Sextò no. ex tex. ibi, vel † de 10 an-
dato noſtro. quòd omne officium in hoc regno concernẽs
iuriſdictionem contentioſam, vel voluntariã, dependet à
regia maieſtate: & ſic nullus poteſt exercere aliquod offi-
cium concernens iuriſdictionem, vel ſit officium ſpectans
ad collationem Regis ſine mandato regio: quia hoc eſt de
regalibus, vt in cap. 1. in verbo, poteſtas creandorum magi
ſtratuum. quæ ſint regalia. & ideo ſolitus ſum dicere per
iſtam conſtitutionem, quòd ſi aliquis Rex exterus, vel ciui
tas faceret conſulem inter ſuos homines habitantes in re-
gno, quòd ſine mandato Regis ille conſul non poteſt exer
cere iuriſdictionem virtute creationis ſuæ factæ a domino
extero, & diceretur tunc, quando cum mandato Regis ex-
ercet iuriſdictionem, inter illos habere iuriſdictionem à
Rege huius regni, & non ab extero, per l. lege obuenire. ff.
de verbor. ſign. ſecundùm glo. hic. & per not. in l. & quia.
ff. de iuriſdictione omnium iudicum. & tunc iſta confir-
matio Regis operatur, quòd alij regij officiales non poſ-
ſunt illum mutare: quia ea, quæ à ſuperiore ſpecialiter
ſunt confirmata, generales commiſſarij mutare non poſ-
ſunt, ſecundùm Bal. in prima conſtit. C. §. quibus. allegat
Bart. in l. ſi hominem. ff. man. & facit regula, qui per alium
facit, per ſeipſum facere uidetur. libro ſexto. & ſi ſecus fa-
ceret, an haberet locum pœna huius conſtitutionis, ex quo
non exercuit merum imperium? Dicerem quòd non pu-
niretur pœna huius conſtit. ſed arbitrariè, vt dixit And. in
conſtitutione, dominia. & ibi dicam. Septimò no. ex tex.
9 ibi, baiulos iudices, ꝙ etiam † baiuli, & iudices baiulorũ de
bẽt creari à regia maieſtate, vel ab illis, quibus regia maie-

V a ſtas

ſtas conceſſit, quòd poſſit creare baiulos, & iudices: quia
omnia noſtra facimus, quibus noſtra impartitur auctori-
tas, vt C. de emendatione Iuſtin. C. §. pen. & fi. Octauò no.
ex tex. ibi, tam iura noſtra. q officialis, qui recipit iuriſdi-
ctionem à Rege, iudicat inter fiſcum, & priuatum, ubi eſt
quæſtio de iure Regis: & ſic non pares curiæ, nec Papa, vel
eius delegatus, & quis eſt iſte officialis, qui habet cogno-
ſcere de iure fiſci inter fiſcum & priuatum? Vide ſupra in
conſti. magiſter iuſtitiarius. poſita ſub rubr. 4. & ibi uide,
quæ ſuper ea ſcripſi. Nonò no. ex tex. ibi, vniuerſitas. quòd
iſta conſtitutio corrigit ius commune, quia volebat, quòd
vniuerſitas poterat dare iuriſdictionem ordinariam, vt pa
tet in tex. in Auth. de defenſo. ciuit. §. interim. & non ha-
benti. & in concordantijs allegatis ſupra in rub. huius con
10 ſtitutionis. Quærit hic glo. an † hodie Rex in eligendis iu-
ſtitiarijs debeat habere teſtimonium prouinciæ? Et allegat
ll. in arg. quòd ſic. hoc eſt potius cõſilij quàm neceſſitatis.
vnde ſcio, quòd aliquæ vniuerſitates habent ex priuilegio
Regis eligendi officialem, & Rex, ſi ſibi videtur, confirma
bit: & dicetur tunc ille habere offic. à Rege, & non ab ipſa
vniuer. & dicit Ang. in Aut. de defenſo. ciuit. §. decreto. De
cimò no. ex tex. ibi, deſolationem perpetuã. q vniuerſitas
propter delictum vſurpationis meri & miſti imperij, poni
tur pœna perpetuę deſolationis, ideſt, quòd locus ipſe de-
bet perpetuò fieri inhabitabilis ab hominib. vt probatur ĩ
c. quia monaſterium. extra de relig. dom. & ſic nõ eſt verũ,
q ſubijciatur aratro, & proijciatur ſal inſatuatum, quia di
uerſa eſt pœna perpetuę deſolationis à pœna arationis, de
qua loquit tex. in l. ſi vſusfructus ciuitati. ff. quib. mod. vſus
fr. amit. & not. And. in c. 1. §. fi. de capita. qui curi. ven. & ho
mines dictæ vniuerſitatis efficiũtur angarij domini Regis
vt hic, ſubaudi, ſi vniuerſitas conuincatur de dicta culpa,
vt no. And. in c. 1. de feudo ſine culpa non amit. cũ cõcord.
ſuis. melius fuiſſet, quòd pœna iſta conuerteretur in pecu-
niariã, ut in l. quinque ciuitates. C. de decurio. lib. 10. quia
licet ciuitas deſoletur hominibus, & homines efficiantur
angarij, ideſt, obligati ad ſeruitia pſonalia ſuis ſumptibus,
vt dicit glo. in c. non minus. de immun. eccl. quam pęnam
Rex potuit imponere, p tex. in c. 1. in verbo, angaria. quæ
ſint rega. erit ĩ arbitrio Regis declarare angarias, quas hẽr
facere, per no. in c. de cauſis. de off. dele. cum concord. ſuis.
tamen iſta nõ eſt vtilitas regiæ curię, ſicut eſſet cõmutatio
dictę pęnę in penam pecuniariam, ſicut dicitur in d. l. quin
que ciuitates. & ſic ego conſulerem Regi, quãdo iſte caſus
contigiſſet, maximè quando ciuitas eſſet populoſa, & com
municato conſilio deliquiſſet, quia vbi delictum cõmitti-
tur per multitudinẽ gentiũ, pęna eſt reſtringenda. 23. q. 4.
nõ poteſt. & c. ipſa pietas. 1. q. 7. c. quoties à populis. vt ple
nè per Lucam de Penna in d. l. quinque. Vndecimò & vlti-
11 mò no. ex tex. ibi, capite puniri. quòd † ſuſcipiens officium
meri & miſti imperij ab eo, qui non poteſt illud conferre,
ſubaudi, & illud exercens, punitur pęna capitali: alias ſi ſu
ſcepit, & non exercuit, nec merum imperium nec iuriſdi-
ctionem, non punietur pœna capitis, quia delictum non
eſt conſũmmat, quia iſta pœna non imponitur ipſo iure,
ſed per ſententiam iuris, quo caſu delictum incœptum, &
non perfectum, ſecundùm Io. And. in c. perpetuæ. de elec.
lib. 6. & idem dicit Bal. in l. data opera. colu. 16. C. qui ac-
cuſ. non poſſ. & Bald. in l. qui autem operas. de infamibus.
& maximè hodie, ſtante conſuetudine generali, per quam
non punitur affectus, niſi ſecuto effectu, vt dicit Spec. in ti
tu. de acc. §. 1. ver. ſed pone. & Bart. in l. ſi fugitiui. de ſeru.
fug. Paul. & Lud. in l. 1. in fi. ff. quod quiſque iuris. & Bart.
in l. ſi is qui cum telo. & ibi Salic. C. de ſicar. & Io. And. in
merc. in reg. in pœnis. de quo vide Fel. in c. 1. de præſump.
& egregium ſuum tractatum, an puniatur affectus, non ſe
cuto effectu. quem poſuit in fi. de appel. & Aret. in verbo,
Sempronium mandatorem, & ego aliqua dixi in c. 1. an il
le, qui interfecit fratrem domini ſui. In glo. 1. de materia
huius gl. dixi ſupra in rub. præſentis conſtit. & ſupra in 8.
no. In gloſ. 2. dic, vt dixi ſupra 8. notabili. In gloſ. 3. dic, vt
dixi ſupra in 4. not. In glo. 4. quæ eſt finalis, quærit hic glo.
12 an pœna huius conſt. habeat locum, ſi † tempore belli, vel
guerræ, & turbationis aliqua uniuerſitas fecit aliquem re-
ctorem, poteſtatem, vel conſulem, ſeu capitaneum ad ho
norem domini rei, & ad defendendum terram tam con-
tra ordinantem, quàm contra ordinatum: & ſic ambo in-
cidant in pœnam huius conſtit. ſicut quando tempore pa-
cis fit creatio officialis ad iuſtitiam cauſarum ciuilium &
criminalium ſine mandato regis? Hæc glo. arguit ad par-
tes, finaliter concludit ex auctoritate domini Caroli de
Tocco gloſſatoris legum Longobardorum, in l. 1. de furtis
& ſeruis fug. qui dixit, quòd qui tempore pacis ponit ſca-
las ad męnia ciuitatis, & intrat per illas ſcalas in ciuitatem
non punitur pœna capitali: & ſic dicit fuiſſe Capuæ iudi-
catum: & ſic limitatur l. fin. ff. de rerum diui. & per iſtud
dictum glo. hic tenet, quòd iſta pœna huius conſtitutionis
ſolùm locum habet, quando tẽpore pacis conſtitutus fuit
officialis ad iuſtitiam per vniuerſitatem, quæ non poterat
hoc facere: ſecus quando tempore guerræ, & in hac opi-
nione videtur inclinare And. hic. Cui adde in ſimili, quod
dicit Bald. in l. pergit audacia. C. de ſepul. viol. quòd ita
13 punitur † violator foſſorum, ſicut violator murorum. fa-
cit d. l. fin. ff. de rer. diuiſ. modò illi, qui foderunt iuxta mu-
ros ad hoc, vt muri caderent, tenentur vt violatores: ſecus
quòd ſi non vt caderent, neque in damnum vniuerſitatis,
uel domini, non tenẽtur. ita in propoſito, ſi tempore guer-
ræ & neceſſitatis fuit prouiſum de dicto officiali, ceſſat pę
na huius conſtitutionis. hoc verum puto, quando tempore
guerræ non potuit haberi recurſus ad Regem pro conſti-
tuendo officialem, arg. eorum quæ dicit Inno. in c. olim. de
reſt. ſpol. ſecundùm Bald. in l. 5. in 55. col. ver. extra quæri-
tur. C. vnde vi. vbi quando nullus eſt iudex, licitum eſt bel
lum pro recuperatione rei ſuæ. & pro hoc facit, quia neceſ
ſitas facit excuſabile, vbi aliàs non eſſet. ff. de manu. teſt. l.
qui potuerit. ff. de offi. conſul. l. 5. & ibi Bal. in 4. colum. de
ferijs. l. 1. §. ſed excipiuntur. ſecundùm Paul. de Caſt. in con
ſil. 25. incipiente, priuſquam iura fierent &c. vnde ſtante
periculo, ſi fieret mora, receditur à iure communi, ut ſatis
hoc bene probat Iaſon in l. de pupillo. §. ſi quis riuos. per
vnam colu. ff. de oper. no. nunc. & propter neceſſitatem &
vtilitatem receditur à iuris diſpoſitione, ut in c. non debet.
de conſang. & affi. & ibi per Præpoſitum ſancti Ambroſij.
& patet in c. 1. de rebus eccl. non alien. lib. 6. dicitur enim
14 id, quod ſtatuitur per conſtit. regni, eſſe ius † commune in
regno. dicit Andr. in cap. in fi. de eo qui ſibi & hæred. ſuis
maſculis & fęminis. Vltimò extra materiã tangit hic And.
utrum valeat pactum factum inter eccleſiam, quæ conce-
dit in emphyteuſim prædium laico, ut ſi quæſtio oriatur
inter eum & eccleſiam ſuper re, vel redditu rei emphyteu
ticæ, non poſſit conueniri laicus coram iudice ſeculari, ſed
tantùm coram iudice eccleſiaſtico? Dic vt hic per eũ, quia
non eſt propriè de materia iſtius conſtitut. ſed ego dubito
de eius deciſione, per l. 3. C. de iure emphyteu. quæ per-
mittit fieri pacta in conceſſione emphyteuſis: & illa etiam
ſeruanda iubet. Item quia partes poſſunt litigare coram
non ſuo iudice ſine licentia ſui iudicis, ut dicit Bart. in l. 1.
§. & poſt operis. ff. de ope. noui nun. habetur per ſcribentes
in l. imperialem. §. præterea inter duos. de prohib. feu.
alien. per Fede. & Bald. in l. 1. §. cum vrbem. ff. de offic. præ-
fec. vrb. niſi quando tractatur de præiudicio ſui iudicis, ut
declarat Pau. de Caſt. in d. §. & poſt operis. & ibi vide ſcri-
bentes pro veritate huius dicti. Andr. hic, & Bal. in l. 1. §. in
initio. de offic. præfec. vrb.

ANNOTATIO.

a Vide c. regni, quod incipit, Item collatores ſyndici. & Par. de Pu
teo in tractatu ſyndicatus. c. pone quòd uniuerſitas. & de congre
gationibus & electionibus officialium abſq; auctoritate ſuperio-
ris. & ad materiam vide Iaſ. in l. omnes populi. ff. de iuſt. & iu. in 9.
& 10. colum. Batius.

De

De iuſtitiarijs, aſſeſſoribus, actorum notarijs, & officio iuſtitiariatus. Rubr. XLIX.

VIAVM fuit ſupra proxime de officialibus reprobatis, & de eorum pœna, hic tractatur de officialibus approbatis, & eorum aſſeſſoribus & familiaribus. Vel ſic. dictum eſt ſupra de officialibus electis ab uniuerſitate, quæ non poterat ordinare officiales: erat videndum, verum reſiſtat aliquid offic. ordinaro per Regem: & de dicto impedimento reſiſtẽte dicto officiali non erat dictum: ideo ſequitur de impedimento, quod obſiſtit ioſtiriario, aſſeſſori, & notario actorum, poſtquã ordinatus eſt in officio: & de quibus cognoſcere poſſit. Sequitur nigrum.

SVMMARIVM.

1 *Iuſtitiarius oriundus eſſe nõ debet de prouincia, in qua officium exercet.*
2 *Iudex vel aſſeſſor quare eſſe non poſſit quis in ſua prouincia.*
3 *Aſſeſſor in prouincia ſua eſſe poteſt, qui de publico ſalarium non habet.*
4 *Natum eſſe in aliqua ciuitate, & ibi maiorem ſuarum fortunarum partem habere, quò ad quid æquiparantur.*
Iuſtitiarius prouinciæ non poteſt ibi matrimonium contrahere, officio durante.
5 *Notarius actorum quare non debeat eſſe de prouincia, in qua exercet officium.*
6 *Iuſtitiarius prouinciæ non debet familiares de illa prouincia recipere.*
7 *Familiares iuſtitiarij, coram quo agere, & conueniri debeant.*
Mora aduerſarij mei non nocet mihi.
8 *Terminus ad probandum datus nõ currit, donec diſcutitur an ſint pertinentes articuli propoſiti.*
9 *Iudex, ſeu iuſtitiarius prouinciæ de iniurijs familiæ ſuæ illatis poſt aſſumptum officium poteſt cognoſcere.*
10 *Iuſtitiarius an poſſit punire iudicem, ſeu aſſeſſorem delinquentem ſibi datum per ſuperiorem.*
11 *Appellationes à ſententijs baiulorum, ſeu camerariorum latis in ciuilibus in terris demanij Regis ad quem deuoluantur.*
12 *Iuſtitiarius prouinciæ nec principaliter, nec incidenter de cauſis ciuilibus poteſt cognoſcere.*
13 *Iuſtitiarius prouinciæ de feudorum non quaternatorum cauſis ciuilibus tantùm cognoſcere poteſt.*

IVSTITIARII per prouincias. An. de Iſer. præter morem ſoum diuidit iſtã conſtitutionem in quatuor partes. & dicit, ꝙ iſta eſt bona conſtitutio, & male ſeruatur. In prima parte dicit, ꝙ iuſtitiarij, & aſſeſſores, & actorum notarij non debent fieri per Regem de illis, qui ſunt oriundi de illa prouincia, nec unde habent incolatum, vel maiorem partem ſortunarum ſuarum, nec poſſunt pro ſe, uel filijs ſuis contrahere parentelas, accipiendo res ſtabiles, ſeu immobiles ibidem exiſtentes in dotem, & durat uſque ibi, & illud. Hic eſt ſecunda pars, in qua dicitur, quòd iuſtitiarij & aſſeſſores familiares de prouincia, in qua ſunt conſtituti officiales non poſſunt aſſumere: & ſi ante officium receptum per prius aſſumpſiſſent, non poſſunt cognoſcere de offenſis ante ſuſceptũ officium illatis dictis familiaribus etiam ſi pendeat lis: ſed ſi officio finito poterũt ſucceſſores in officio procedere, nec etiam dicti familiares, durante officio, poterunt coram eis alios conuenire: nec iſtis caſibus currit eis inſtantia iudicij, uel dicta mora nullum eis habeat facere præiudicium, & durat uſq; ibi, de criminibus. Hic eſt tertia pars, in qua dicitur, ꝙ ſi dictis familiarib. ante officium habitis, qui ſunt de prouincia, uel de alio loco fuerit facta iniuria, uel offenſa durante officio, iuſtitiarius poterit procedere, & iuſtitiam facere, & durat uſq; ibi, de inde generaliter. Hic eſt quarta, & ult. pars, in qua ſtatuitur quòd iuſtitiarius prouinciæ de cauſis ciuilibus, præterquã de feudis non quaternatis, ſeu parte ſeudorum: nec principaliter, nec incidenter poteſt cognoſcere. nec etiam de cauſis appellationum à ſententijs baiuli, & durat uſq; in finẽ. Et breuiter hoc intendit. Opponitur contra iuſtitiarium, aſſeſſorem, & actorum notarium, ꝙ ſobreptitiè ſunt creati officiales, quia nulla fuit facta mentio in eorum literis, ꝙ ſunt oriundi de eadem prouincia, uel ibi contraxit parentelam pro ſe, uel filijs, & recepit bona ſtabilia in dotem. Item opponitur etiam ipſis iuſtitiarijs, ꝙ poſt aſſumptum officium receperunt familiares de eadem prouincia contra iſtam ſacram conſt. hoc dicit uſq; ad uerſiculum, & illud adijcimus. qui breuiter hoc dicit. Iuſtitiarius prouinciæ non cognoſcit actiuè, nec paſſiuè de cauſis ſuæ familiæ exiſtentis de prouincia, ubi gerit officium ante aſſumptum officiom: ſed durante officio uno currit inſtantia, niſi de offenſis & iniurijs eis factis durante officio. hoc dicit uſque ad uerſiculum, deiodc generaliter, qui breuiter hoc dicit. Iuſtitiarius prouinciæ non cogooſcit de cauſis ciuilibus, niſi de feudis non quateroatis, & parte ſeudorum, nec de cauſis appellationum a ſentẽtijs baiulorum, hoc di
5 cit uſq; in finem. No. primò ex tex. ibi, qui † non ſit de prouincijs. ꝙ iuſtitiarius non debet eſſe oriũdus de prouincia in qua regit officium. Et idem de aſſeſſore, & actorum notarijs, ut hic: de iure verò cõi idem eſt ſtatutum, vt nullus poſſit eſſe officialis in terra, vnde ipſe eſt oriundus, vt dicit tex. in l. fi. C. de crimine ſacril. & C. de dioer. offi. l. 3. li. 12. ſed bene viceregens poteſt eſſe de eadem prouincia, vnde oriundus eſt, vt dicunt Gul. de Cun. & Bal. in l. ſi eadem. ff. de offi. aſſeſſ. Itẽ præſides ſolùm oriundi in ciuitate Romana debebant præſides eſſe io vrbe Romæ, ut dicit Azo in ſum. C. de offic. præt. Et olim erant in vrbe Romę. 18. vt in l. 2. §. diuus deinde Auguſtus. ff. de ori. iuris. poſtea fuerant tres ciues Romani, vt in l. fin. C. de offi. præt. Et ſic patet, ꝙ de iure communi poteſtas noo poteſt eſſe in prouincia, in qua eſt oriundus. Nec etiam aſſeſſores poſſunt eſſe in ciuitate vnde ſunt oriundi, niſi per quatuor menſes, vt C. de aſſeſſor. l. in conſiliarijs. Et hoc eſt conſtitutiooe principis; & nõ aliter, vt in l. ſi cui in prouincia ſua. ff. ex quib. cauſis
2 maiores. Et ibi dicit gl. quæ eſt ratio, ꝙ quis nõ poteſt † eſſe aſſeſſor in ſua prouincia, propter ſuſpicionem, ne quid gratioſè ageret. & quia nemo propheta acceptus eſt in patria ſua, ſed in alia. ſicut no. c. 1. de iureiu. ibi, & ſi Chriſtus. & glo. in d. l. ſi cui. Fallit in aſſeſſore procuratoris Cæſaris, q eſt iudex inter fiſcum & priuatum, vt in l. fi. ff. de aſſeſſor. Et fallit, niſi eligatur in aſſeſſorem oriundus de eadẽ prouincia ille, qui eſt vir eminentiſſimæ ſcientię, & bonitatis: tunc propter eminentẽ ſcientiam receditur à regulis iuris, ſm Bal. in l. ſed reprobari. §. amplius. ff. de excuſ. tut. & firmat Ludo. in l. cum quid. ff. ſi cer. pet. & Par. de Put. in ſuo tract. de ſyndicatu. in verbo, aſſeſſor. verſi. quis nõ põt &c.
3 Tertiò fallit, quando non habet ſalarium à † publico, quia tũc poteſt aſſidere in prouincia ſua, vt dicit gl. in l. 3. C. de aſſeſſoribus. & idẽ firmat Paris prædictus in eodem loco. Sed contra iſtum tex. facio vnam oppoſitionem, dicitur hic, quòd notarius actorum non debet eſſe de eadem prouincia, vnde ipſe eſt oriundus, aut habet incolatum, contra de tex. in conſtitutione, magiſtri camerarij. ibi dum dicitur, & notarium vnum actorum ſimiliter fidelẽ, & ſuitum ex his, qui à nobis tabellionatus officium ſuſceperunt. Et ſic ſufficit, quòd notarius ordinatus per Regem, licet ſit oriondus de eadem prouincia. Solutio. Ille textus intelligitur ſecundùm iſtam conſtitutionem, ideſt, quòd notarius non ſit de eadem prouincia: & quòd ſit notarius creatus à Rege. & ſic non notarius apoſtolicus, nec b

imperialis, vel aliter creatus per iſtos Comites palatinos,
vel poteſt dari alia ſolutio, quòd hic loquitur de notarijs
actorum penes iuſtitiarium prouinciç, ibi loquitur de no-
tarijs actorum penes baiulos, qui poſſunt eſſe de eadem ꝓ
uincia, dummodo ſint notarij creati à Rege. Secundò no.
4 ex tex. ibi, nec † maiorem fortunarum.[a] quod æquiparan-
a tur iſta, eſſe natum in aliqua ciuitate, & ibi habere maioré
partem fortunarum ſuarum quò ad adminiſtrationé offi.
habendam in eodem loco. vnde habens maiorem partem
fortunarũ ſuarũ in aliqua ciuitate, non põt ibi eſſe regius
capita. ſicut quãdo eſt ciuis, ꝙ tene mẽte. Tertiò no. ex tex.
ibi, per ſe, aut filios ſuos. ꝙ iuſtitiarius prouinciæ, nec aſſeſ
ſor, nec actorum notarius durante officio poſſunt contra-
here matrimonium pro ſe, vel pro filijs, & præſertim ſi bo
na ſtabilia exiſtentia in prouincia in dotem acceperint. vn
de ſi ſecus fecerint, poterunt puniri tanquã tranſgreſſores
præſentis conſt. pœna arbitraria, vt in l. hodie. ff. de pœnis.
& in l. 1. §. expilatores. ff. de effra. & expilat. ſm Bal. in l. nõ
dubium. 1. col. C. de legib. ſic & de iure communi non eſt
licitum rectori prouinciç, & ſic iuſtitiario, nec aſſeſſorib.
contrahere ſponſalia in prouincia, vbi ſunt officiales, vt eſt
tex. in l. 1. C. ſi rector prou. Item non debent iſti iuſtitiarij
de conſilio ducere ſecũ in offi. vxores: & ſi ducunt, tenẽtur
pro ipſis, vt in l. obſeruare. §. proficiſci. ff. de offi. procon. &
legati. iõ n. dicitur de cõſilio, quia de iure nõ prohibetur,
quia vir & vxor eſt una caro, ut in l. 1. ff. de ritu nup. & sũt
ſocij diuinæ, & humanæ domus. C. de crimi. expi. hæ. l. ad-
uerſus. & uxor eſt pars corporis uiri. 33. q. 2. c. admonere.
nec ꝑ ſuperuenientem dignitaté uiri uxor ſeparãda eſt ab
eo, ut C. de nup. l. ſi libertam. & iõ ſequitur domiciliũ ui-
ri. l. cum quædam puella. ff. de iuriſ. om. iud. & l. pe. §. fi. cũ
l. ſeq. §. idẽ reſcripſerunt. ff. ad municipales. Quartò no. ex
5 tex. ibi, & actorum notarios ꝙ illa † cauſa ſuſpicionis, quæ
b poteſt allegari etiam contra aſſeſſorem, uel conſultorem,[b]
poteſt allegari etiam contra actorum notarium: nam ſicut
repellitur iudex, quia eſt origine de terra partis litigãtis,
ut no. in c. accedens. lo ſecondo. ut lite non conteſt. & in c.
ſtatutum. §. cum uerò. de reſcr. li. 6. & habetur in c. poſtre-
mò. de appell. ita etiam poteſt repelli ex eadem cauſa acto
rum notarius, per iſtam conſtit. Qualiter autem probetur
c ſuſpicio contra magiſtrum actorum?[c] Vide Alex. in 5. uol.
conſi. 104. ubi dicit, ꝙ ſi magiſter actorum allegatur ſuſpe
ctus, ſufficit ad probandum ſuſpicionem, iuramẽtum par
tis, allegat conſilium Per. de Ancha. 251. multas alias cau-
ſas ſuſpicionis cõtra iudicem, uide per Fel. in c. poſtremò,
de appel. & Abb. Sic. in c. cum ſpeciali. eo. tit. & Io. And. in
ca. legitima. eod. tit. lib. 6. Et ideo dico, ꝙ tabellio, qui da-
tur à iudice ad teſtium examinationem, debet dari de par
tium uoluntate ad hoc, ut non detur ſuſpectus alicui par-
tium. gl. eſt, & ibi Ang. in Auth. de trië. & ſemiſ. §. & quod
ſæpe. & idem in conſultore ſecundùm eum ibi. & ſic intel
lige. id, quod dicit Bald. in l. à iudice. C. de iudic. quod iu-
dex poteſt notario cauſæ committere examinationem te-
ſtium, allegat glo. in clem. 1. de offic. deleg. intellige ſi non
allegetur ſuſpectus. Quintò no. ex tex. ibi, poſt aſſumptum
6 officium. ꝙ † officialis, uel iuſtitiarius poſt aſſumptum offi
cium in decreta ſibi prouincia, non poteſt recipere in fa-
miliares homines de illa prouincia: & ſic oportet recipere
alios de alia prouincia, non ſibi ſubdita, & debẽt eſſe bonç
conuerſationis, & famæ, & ꝙ cum fidelitate ſeruiant, ut in
ca. Regis Rober. quod incipit, remedia ſtudioſè perquiri-
mus &c. nec etiam unum famulum de prouincia ſibi ſub-
dita licet ei habere, quia appellatione familiæ etiã de uno
intelligitur, ut in l. 1. §. familiæ autem. ff. de ui & ui ar. quia
prouincialibus iſta familiaritas de eadem prouincia parit
contemptum, ut in l. obſeruandum. ff. de offi. præſid. uide
ad hoc Abb. Sicu. in c. ſi Iudæos. de Iudęis. c. cum ex eo. de
d reliquijs & vener. ſanctorũ. Sextò[d] no. ex tex. ibi, nec ante
magiſtratum ſuſceptum, ꝙ ſi tu antequam fuiſſes aſſum-
ptus in iuſtitiarium alicuius prouinciæ habeas familiares
in tuo ſeruitio, qui erant de prouincia Calabriæ, & poſtea
fuiſti aſſumptus in iuſtitiarium prouinciæ Calabriæ, illos
familiares non teneris expellere à te, immo poteris in pro-
uincia illius vti in tuo ſeruitio, vt hic. An autẽ tu poſtquam
aſſumpſiſti officium illius prouinciæ, poteris cognoſcere
de cauſis pendentib. tangentib. dictos familiares actiuè vel
7 paſſiuè? Dicitur hic ꝙ non. Et an ſi velint † agere, vel accuſa
re dicti familiares de facto, vel delicto ex cauſa de præteri
to coram dicto eorum dño, & officiali, ille officialis poſſit
eſſe iudex? Dicitur hic, ꝙ non, durante eius officio, ſed eo fi
nito coram ſucceſſore, qui non erit eius dominus, integrè
ſunt ſalua iura, & poterit agere. concordat tex. in l. ſenatus.
ff. de offic. præſi. & in l. 2. §. in omnibus. ff. de iudic. Et an in
terim currat inſtantia, ſi fuit cœpta tempore prædeceſſoris?
Et dicitur, ꝙ non currit inſtantia. & no. iſtum tex. ad mate
riam. l. properandum. C. de iudicijs. vbi inſtãtia non poteſt
protogari à partibus; & tñ hic propter familiaritatem, quã
habet familiaris cum iuſtitiario, non currit inſtantia, nec
impedimentum familiaritatis prædictç nocet ei, nec alteri
parti. Et ſic patet, ꝙ dies impedimenti prædicti nõ cõputa
tur in termino inſtãtiæ, facit ad hoc id, ꝙ dicit Bar. in l. qui
bus diebus. in princ. ff. de cond. & demon. Et ex hoc infert,
ꝙ mora aduerſarij mei ſiue iuſta, vel iniuſta non nocet mi
e hi. Vnde, ſi eſt[e] datus terminus ad probandũ: & peto, ꝙ ad
uerſarius deponat vt principalis ſuper poſitionibus meis,
& ille tardat reſpõdere, propter morã illius nõ currit mihi
terminus ad probandum, quia propter moram aduerſarij
impedior examinare, quia ignoro ſi cõfiteatur poſitiones,
ſm Bal. in l. ſi cum ipſe. ff. de excuſ. tut. ſed cautius eſt, ꝙ iu
dex declaret, ut interim non currat terminus, ſm Bald. ibi,
& in l. 1. C. de iur. calum. accedant ad hoc dicta Bal. in l. ſi.
ff. de ferijs. & gl. in clem. ſæpe. in verbo, poſt dationem. de
verb. ſig. & Alex. in 3. vol. conſi. 72. inci. videtur prima con
ſideratione. & in eod. vol. conſi. 42. inci. in cauſa, & lite. in
4. col. Facit ad hoc id, quod dixit Bal. in l. quandiu. in fi. ff.
8 de acq. hær. ꝙ ſi † iudex ſtatuit mihi terminum ad proban
dum, pendente termino ego produxi articulos: pars oppo-
nit, ꝙ videãtur ſi ſint pertinentes, donec diſcutitur, an ſint
pertinentes, non currit terminus datus, per illum tex. & l.
intra utile. ff. de minor. faciunt ad hoc multa, quæ allegat
do. Georgius Aſtenſis in ſua egregia repet. c. ſæpe. de uerb.
ſign. ſuper d. gl. in verbo, poſt donationem. Bene facit vltra
eum id, quod dicit Lud. Rom. in l. 1. de arbitris, auctorita-
te glo. in d. l. ſenatus. ꝙ non currit mihi pręſcriptio aliqua,
ſi iudex propter multitudinem cauſarum non potuit audi
re. quod intellige eſſe verum, ſtante proteſtatione partis, vt
dicitur in nouella pragmatica Regis Ferdinãdi Primi. Se-
9 ptimò no. ex tex. ibi, de criminalibus &c. ꝙ † iudex ſiue iu
ſtitiarius prouinciæ poteſt cognoſcere de iniurijs factis fa
miliæ ſuæ poſt aſſumptum officium, concordat cũ iſta con
ſtitutione tex. in c. Romana. de pœnis, lib. 6. Nec ob. tex. in
l. qui iuriſdictioni præeſt. ff. de iuriſd. om. iu. vbi officialis
non eſt iudex in cauſa propria, nec ſuæ familiæ, & idẽ no.
per Bald. in d. l. ſenatus. ff. de offi. præſi. & Cyn. in l. 1. C. ne
quis in ſua cauſa. & probatur in l. ſi quis fortè. §. 1. ff. de pę
nis. & in Spe. de legato. §. 1. uerſ. ſed nunquid legatus. quia
hoc verum eſt, niſi ex conſuetudine hoc ſibi tribuatur, vt
dicit gl. in d. c. Romana. & Doc. in c. cum contingat. de ſo.
comp. & Alex. in d. l. qui iuriſdictioni. & multò fortius, ſi
ſibi permittitur ex noua lege Imperatoris, qui poteſt dare
iuriſdictionem, ſicut conſuetudo, ut in d. c. cum cõtingat.
10 An autem † iuſtitiarius poſſit punire iudicem, ſiue aſſeſſo-
rem ſibi datum à ſuperiore delinquentem in ſua prouin-
cia? Vide tex. in l. ordinariorum præfectos. C. de offi. pręſe.
Aug. qui expreſsè dicit, ꝙ nec de eorũ delictis cognoſcit,
nec punire, nec amouere poteſt, ſed ſolũ debet referre prin
cipi. & iſtum tex. non allegauit Par. de Put. in ſuo tracta.
de ſyndicatu, in verbo, aſſeſſor. vbi tãgit iſtam quęſtionem
circa finem: ſed bene dictam l. allegauit in uerbo, poteſtas,
ſed de hac quæſtione diſtingue, ut per Bar. in l. ſi quis. ff. de
pęnis. & in l. ſi quis obrepſerit. circa fi. ff. de falſis. & ibi vi-
de apoſtillam Alex. ſed non tangit, quando datus eſt aſſeſ-
ſor ſibi

ſor ſibi à ſuperiore, tunc par in parem non habet imperiũ. l.nam magiſtratus.ff.de arbit.l.præcipimus.§.1.ff.de app.& in iſto caſu habet locũ. l.ordinariorum. Octauò no.ex tex.
11 ibi,deinde generaliter &c.q † à ſententijs latis in cauſis ciuilibus a baiulis, vel camerarijs in terris demanij Regis, non appellatur ad iuſtitiarium prouinciæ,& hoc eſt ius nouum huius conſtitut.tamen de hoc dic,vt in conſtit.officiorum.& in conſtitu.cum noua.ſed de iure cõi eſt contrariũ: nam à ſententijs in cauſis ciuilibus defenſorum ciuitatũ, qui erant loco baiulorum, appellabatur ad præſidem prouinciæ,vt in Authen.de defenſo.ciuita.§.& iudicare.ver.& à defenſoribus. Quid autem in ſententijs latis à baiulis in terris Baronis,an appelletur ad iuſtitiarium prouinciæ? Dixit hic And.q ſic,allegat infra conſtitutionem,officiorum, & conſtitutio. cum noua. Nonò no.ex eodem textu, quòd
12 † iuſtitiarius prouinciæ non cognoſcit de cauſis ciuilibus, nec principaliter,nec incidenter, ſecundùm And.hic, quia eorum cognitio ſpectat ad baiulos,niſi in defectu camerariorum,& baiulorum,vt ſupra in conſtit. iuſtitiarij nomẽ. ibi,cognitione ciuilium. ſed Barthol. de Capua hic in ſua apoſtilla dicit,quòd per conſilium ſapientum fuit determinatum,quòd iuſtitiarius prouinciæ cognoſcit etiam de cauſis ciuilibus, & pro hoc ius cõe ſatisfacit, quia præſes prouinciæ cognoſcit de omnibus cauſis ciuilibus, vt ff.de offi. præſid.l.omnia,& inquantum dictum eſt, nec incidenter, fallit, qñ iuſtitiarius condemnat furem ad pœnam corporalem iuxta capitulum regni,ad hæc,nam poterit eum cõdemnare in conſequentiam,& incidenter ad rei furatæ reſtitutionem,iuxta no.per Bart. in l.interdum.§.qui furem. ff.de furtis. & ibi vide multas concordantias allegatas per Alex.& vide And.ſupra in conſt.ſi quis in poſterum. in 4.
13 col.Decimò & vltimò † no.ex tex.ibi,præterquam de feudis non quaternatis,quòd iuſtitiarius prouinciæ cognoſcit ſolùm de cauſis ciuilibus feudorum non quaternatorũ,ſeu parte ipſorum feudorum non quaternatorum. ad idem ſupra in conſt.iuſtitiarij nomen & normam. & infra in conſtit.præſides prouinciarum,& ibi dicetur,an iuſtitiarius cognoſcat,ſi eſt quæſtio de certa parte feudi quaternati.

ANNOTATIONES.

a Fortunarum.] Adde,quòd quò ad adminiſtrationem officij paria ſunt aliquem eſſe natum in aliqua ciuitate,& ibi habere maiorem partem fortunarum ſuarum,vt infra, & an locus originis poſſit mutari? Vide text.in l.aſſumptio ff.ad municipales & an ſcholaris in loco, ſeu ciuitate vbi ſtudet per decennium intelligatur conſtituiſſe domicilium? Vide tex.in l.2.& ibi Doct. C.de incolis.libro 10 & de materia vide late per Bart. in l.municipem. ff.ad municip. Ioan. Anton Batius.

b Conſultorem.] An ad probandum ſuſpicionem contra aſſeſſorẽ, & conſultorem ſufficiat iuramentum? Vide Alex. in conſi.104.5. volum.& quid de iudice ordinario,an poſſit ſuſpectus allegari,vide tex.in auth.ſi contigerit. C.de iudicijs.vbi epiſcopus eſt ſibi aſſociandus, quod fallit in caſu ſingulari legis primæ. C. ſi quacunque prædi.pote.& quid de iudice delegato.vide tex. iuncta glo.in l.apertiſſimi.C.de iudicijs,& ibi Doctores,& tex.in c.ſuſpicionis. de officio deleg.& in c.cum ſpeciali,de appellat.& in c.requiris.de appellat.lib.6.& quotuplices ſint cauſæ ſuſpicionis,vide Specu.in tit.de poſitionibus.§ 7.verſic.quid ſi ponens, & Phil.Franc.in tit. de appellat.cap.poſtremò, vbi ponit quadraginta cauſas, propter quas poteſt iudex cauſa ſuſpicionis recuſari. & aliquas cauſas ponit Spec.in tit.de iudice delegato.§.ſupereſt videre. & an ſufficiat allegare ſuſpicionem, vel ſit neceſſe exprimere cauſam, & illam probare? Vide text. & glo in d.c.ſuſpicionis, & in l apertiſſimi.& an & quando ſuſpicio poteſt probari iuramento? Vide glo. & Doctor.in d.l.apertiſſimi,vbi Bald.latè hoc examinat, col.ſi.& an arbitrator vel arbiter poſſint allegari ſuſpecti? Vide Lanfranc. de Oria.in repet.cap.quoniam contra, de probat.in verbo,recuſationes. vide ritum magnæ curiæ, qui incipit, Ioanna Secunda. vbi ſufficit ſine ſcriptis cauſam ſuſpicionis allegari corã logotheta, ſeu locumtenente.Car.con.libro meo.Par.de Puteo in verbo, ſuſpicio. fol.105. vide regiam nouellam pragmaticam Caroli Quinti. quæ incip.ſtatuimus etiam,quòd ſi cõtigerit aliquem,vel aliquos ex conſiliarijs &c. quæ mandat cauſas ſuſpicionis & recuſationis in ſcriptis allegari coram omnibus iudicibus illius tribunalis, in quo eũ,qui ſuſpectus allegatur,ipſo iñ excepto,& ſi omnibus iudicibus, vel eorum maiori parti cãæ ſuſpicionis rationabiles viſæ fuerunt,illũ abſtinere iubeant,cęteri vero procedant.Io.Ant.Bat.

c Actorum.] Adde, q licet de iure communi allegare ſuſpectum magiſtrum actorum ſufficiat per iuramentum,per iura hic per auctorem alleg. tamen hoc non procedit in actuarijs & magiſtris actorum ſacri regij conſilij Neapolit. ad inſtantiam quorum fuit interpoſitum decretum per collaterale conſilium, per quod fuit prouiſum,quod allegentes & probentur cauſæ ſuſpicionis contra magiſtrum actorum,quem contigerit ſuſpectum allegari,quod decretum fuit latum die. Ioan. Anton. Batius.

d Scaió.] An autem ſeruiens vnius curiæ poſſit ſeruire in alia terra quiſito Barone.Iaco.Rebuf.in l.1 C.de exècut.& exactio.determinat quod non,niſi requiſitus à Barone, & inſinuata ſibi commiſſione,per tex.in l.cum vnus.§.is qui.ff. de bon.auctor.iudi.poſſid. & in §.iudex.de pace tenenda. & ſi aliter facit, punitur tanquam vſurpans iuriſd.per tex.in l.miſſi.de exact.tribu.quem refert & ſequitur Cigalud.in ſuo tracta.de fact. princip.in ver. feud. §.capitulum iudicum.

e Vnde ſi eſt.] Adde eundem Afflic.infra in conſtitut.lite legitimè. numero 20.

Qualiter iuſtitiarij ſe gerere debeant in prouincia ſibi decreta. Rub. L.

DICTVM eſt in præcedenti titu.de conſtitut.iuſtitiarij, aſſeſſorum, & familiarium, vt non ſint oriundi de prouincia, in qua habent gerere officium,& in quibus habeant ſe intromittere, & in quibus non poſſunt ſe intromittere:& quia minus perfectè de hoc fuit dictum, ideo hic magis latè proſequitur,quæ ſunt illa, quæ pertinent ad officium iuſtitiarij prouinciæ, ideo ſufficiebat præcedens rubrica, quia iſta conſtitutio eſt de materia præcedentis conſtitutionis.

SVMMARIVM.

1 *Iuſtitiario prouinciæ tria ex officio incumbunt præcipuè.*
2 *Iuſtitiarius pro malefactoribus inquirendis & capiendis an poſſit uti fiſci pecunijs.*
Defenſio nemini denegatur,eo quòd ſit de iure naturali.
3 *Conſtitutiones regni ſic debent intelligi, vt defenſio naturalis non denegetur.*
Iuſtitia non eſt in Calendis adminiſtranda.
4 *Iuſtitiarij prouinciæ debent per ſeipſos, & non per ſubſtitutũ curiam regere.*
5 *Iuſtitiarius non poteſt committere ſententias per alios ferendas.*
Iuſtitiarij & officiales, quòad poſſunt, prouincialium diſpendia euitare debent.
6 *Seruitia curiæ in locis vicinis, & non remotis committi debent.*
7 *Delicta notoria celerem debent recipere punitionem.*
Delictum recens plus punitur quàm vetus.
8 *Delicta flagrantia quæ dicantur.*
9 *Ordo iuris non eſt neceſſarius contra confeſſum, quia confeſſio facit crimen eſſe notorium.*
Malefactorem in flagranti crimine fugientem,an poſſit quilibet capere & ad iudicem ducere.
10 *Captus in flagranti crimine,pro quo eſt pœna corporalis imponenda,non eſt relaxandus fideiuſſoribus.*
Proditor Regis à quocunque capi poteſt.
11 *Capto in crimine flagranti non datur terminus ad ſuas defenſiones faciendas.*
12 *Malefactores notorij puniri debent in locis, in quibus delicta commiſerunt.*
13 *Malefactor conſcientiam contra ſe habet veritatis teſtem.*
14 *Homicidia aliquando per ſe, & per alios fiunt quandoque.*
Inquiſitio contra malefactores notorios fit expenſis regiæ curiæ.
15 *Iuſtitiarius prouinciæ non per alium, ſed per ſe de maleficijs debet inquirere.*

16 *Mors naturalis importatur per hac verba, pœna legitimæ ſeueritatis extirpent.*

17 *Teſtator à prouiſione ſpeciali non videtur receſſiſſe per verba generalia.*

IVSTITIARII non per Calendas. Diuido hanc conſtitut. in tres partes. In prima ponit tria, quæ neceſſariò incum-
1 būt officio iuſtitiarij prouinciæ: & † primò de continuo, ſubaudio, præter dies feriatos ad honorem Dei, debet regere curiam, & per ſe, uel per ſuos iudices audire quæſtiones, & vna cum aſſeſſoribus decidant, & non ſemel in principio cuiuslibet menſis tantum regere curiam, prout in præteritum aſſolebant dicti iuſtitiarij. Secundò incumbunt officio iuſtitiarij ciuitates & loca ſuæ iuriſdictionis, cōtinuam examinationem, & inueſtigationem perquirant, quæ ſuo officio incumbunt, ſubaudi, & non ſtare ſemper in vno loco piger, & negligens, & caueat iuſtitiarius, ne citet ad ſuā præſentiam pro iuſtitia ſubditos remotos, ſed ſtudeat ſubditorum diſpendia euitare. Tertiò incumbunt eius officio flagrantia, ideſt notoria maleficia per notorios malefactores non differre, ſed punire pœna legitimæ ſeueritatis, eos extirpando. flagrantia delicta ſunt famoſa latrocinia, cōmiſſa per famoſos latrones, furta commiſſa per fures, qui nulla excuſatione poſſunt furta cælare. Item aggreſſores ſtratarum publicarum, homicidas publicos, & recētes per nemora, vel alibi latitantes ob conſcientiam ſuorum criminum per ſe, & per alios, ſubaudi eorum mandato, ope, vel auxilio commiſſorum, & durat hæc prima pars vſque ibi, expenſa etiam. Hic eſt ſecunda pars, in qua determinantur
2 duo dubia. primum, an † ſi oporteat fieri aliquas expenſas pro inquirendis & capiendis malefactoribus ſupradictis, poſſit iuſtitiarius ſine alio mandato regio de pecunia fiſcali facere dictas expenſas? Et dicitur hic in tex. ꝙ ſic. Secūdum dubium eſt, pone, ꝙ dicti malefactores ſunt capti per inquiſitionem, & non per denunciationem, vtrum iuſtitiarius procedere habeat contra eos cum illis ſolennitatibus, & dilationibus, ſicut proceditur, quando contra malefactores proceditur per viam accuſationis, vel denunciationis? Et dicitur in tex ꝙ non, ſubaudi, ꝙ proceditur ſolum data ſibi defenſione, quæ de iure naturę omitti non poteſt, vt dr̄ in cle. paſt. de iud. & durat iſta ſecunda pars vſque ibi, nec præſumptioni. Hic eſt tertia pars, in qua primò conſtruam tex. ſic, vt habeatur ſenſus perfectus, nec per nos credatur temerariæ præſumptioni officialium id, quod ipſi officiales adiungent debito ſui officij de plenitudine ſuæ fragilitatis. In hac vltima parte dicit Imperator, ꝙ licet ſupra proximè diximus, ꝙ iuſtitiarius debet flagrantes malefactores per inquiſitionem conuictos ſine accuſatione, & ſine denūciatione per legitimā ſeueritatem extirpare, & contra eos procedere, omiſſis dilationibus & ſolennitatibus, quæ interueniunt, quando proceditur per viam accuſationis, vel denunciationis, tamen iſtud volumus ſic intelligi, ꝙ taliter contra eos procedatur, ꝙ non offendatur iuſtitia, quia non eſt credēdum per nos, ꝙ noſtri iuſtitiarij ſint temerarij, pręſumptuoſi, imò laudem parabunt, ſi ipſi iuſtitiarij addant, vel adiungant noſtris conſtitutionibus id, quod ex debito ſui officij incumbit, ſecundùm plenitudinem ſuæ fragilitatis iuſtitiam faciant, & durat vſq; in finem, & breuiter hoc
3 intendit. Conſtitutiones † regni debent ſemper intelligi taliter, vt non denegetur defenſio naturalis. Vel ſic. non dicitur violare regni conſtitutiones, ſi iudex ſupplet id, quod erat de iure prætermiſſum in ipſa conſtitutione. Vel ſic, pręceptum ſuperioris generale intelligitur ſecūdùm iura. No. primò ex tex. ibi, non per Calendas, quòd iuſtitia per officiales miniſtranda eſt omni tempore, & non in calendis, prout ſolebant facere iuſtitiarij per prouincias. And. hic allegat Longobardam de ferijs. l. 2. bene facit tex. in c. non licet. cum ſequentibus. 26. quęſt. 7. vbi non licet iniquas obſeruantias agere Calendarū & otijs vacare. & dicit tex. 35. q. 9. c. graue. fructus diuinus eſt iuſtitiam ſæpius recenſeri. & ideo tex. in Auth. de iudicib. §. audient. ibi, ſic enim velocius lites indicabuntur, & circulis cognitionalibus, ac temporis contritione omnes litigantes liberabuntur, ideo dicitur in Pſal. Beati qui faciunt iuſtitiam omni tempore, præterquam in dieb. feriatis, in quib. horrida vox præconis ſilet, in l. dies feſtos. C. de fer. ſm Abb. Sic. in c. 1. verſic. quartò oppono. extra de feri. Nam illud verbum, omni tempore, intelligitur. ſ. congruo, quia dicitur in Pſal. Cum accepero tēpus, ego iuſtitias iudicabo, & ſic intelligitur illud omni tempore, præterquam dieb. feriatis, in quibus vacādum eſt in diuinis, & non in litigijs, ut dicit ibi Abb. Sic. & in c. conqueſtus. eo. ti. niſi in caſib. deſcriptis ibi per Abb. in uerſi. tertiò quæro, in 5. col. Secūdò no. ex tex. ibi, iudices ſuos,
4 ꝙ iuſtitiarij † prouinciæ debent regere curiam per ſe, & non per ſubſtitutum, ut hic, bene facit infra conſtit. officia, quæ perſonis. ita ꝙ per iudices ſibi deputatos non poſſunt curiam regere, in qua decidant cauſas per interlocutorias, aut diffinitiuas, ſed tantùm ipſi iuſtitiarij poſſunt committere eorum iudicibus audientiam qōnum, ut hic, quod malè ſeruatur. Nam iudices iuſtitiarij per abuſum proferunt ſententias interlocutorias, & diffinitiuas ſub nomine iuſtitiarij, ipſis non exiſtentibus præſentibus in curia. iſta eſt vera falſitas, nec poteſt dici, ꝙ ſit conſuetum ſic fieri, quæ cōſuetudo excuſat à falſitate ſm Bal. in c. 5. de feu. cogn. & notat gl. in c. cum venerabilis. de conſuet. quā ibi notant Ant. de But. & Abb. Sic. qui allegat gl. in c. deniq;. 4. diſt. & Fel. in c. ex tenore. in verbo, cæterum. in fi. de reſcript. quia cū iſtæ conſtitutiones caſſent conſuetudines futuras contra iſtas conſtitutiones, vt in §. fi. ſupra in proœ. & ibi dixi, talis conſuetudo nutriens falſitatem non excuſat eos. Sūt enim iſti iuſtitiariorum conſultores, & aſſeſſores, qui non habēt iuriſdictionem, vt in l. metum. §. ſed licet. ff. quod metus cauſa. & in auth. ad hæc. de iudicijs. & per iſtam conſtitutionem non poſſunt ipſi ſententiare interloquendo, vel dif
5 finiendo. Nec iuſtitiarius † poteſt eis hoc cōmittere, & bene probatur in d. auth. ad hæc, & contrarium facientes, ſententia redditur nulla ex defectu iuriſdictionis, quia iſte tex. dicit, nihil aliud committere poteſt iſtis iudicibus, quàm audientiam quæſtionum. Et ſic non poteſt committi pronunciatio ſententię diffinitiuæ abſente iuſtitiario, quia iſta dictio, nihil aliud, eſt vniuerſalis, negatiua, vt ꝓbat tex. in l. ſi is qui ducenta. §. vtrum. circa fi. ff. de rebus dub. fallit in iudicib. magnæ Curiæ, qui non ſunt aſſeſſores, ſed iudices, & proferunt ſententiam vnà cum locumtenente magiſtri iuſtitiarij, vt patet ſupra in conſtitut. ſtatuimus. in princip. & de conſuetudine proferunt ſententias interlocutorias. Tertiò no. ex tex. ibi, prouincialium diſpendia, ꝙ iuſtitiarij & officiales, quando agunt cauſas inter ſubditos Regis, debent ſtudere, quātominus poſſunt partes damnificare tam in itineribus, quàm in expenſis. Nam vides hic, ꝙ non debent citare prouinciales exiſtentes in loco diſtanti, vt compareant in loco remoto, vbi reperitur iuſtitiarius; ut hic. Ad idem infra in conſti. ſequen. cauſas. & in cap. ſtatutum. in §. inſuper. de reſcript. lib. 6. & in Auth. de inſtru. caut. & fide. §. ut autē. bene facit l. mediterraneæ. C. de anno. & tribu. libro decimo. idem ſtatuit Rex Carolus Secundus in
6 capitulis in planicie ſancti Martini, quòd in † locis uicinis & non remotis committantur ſeruitia Curiæ, & dicit hic And. quòd malè hoc obſeruant iuſtitiarij, maximè quando uolunt compoſitionem facere ab uniuerſitatibus, de inquiſitionibus generalibus, ut infra in conſtit. inquiſitiones. cum ſeq. qui dicam hodie de Baronibus, quid habent ex priuilegio merum & miſtum imperium, & trahunt uaſallos ſuos à remotis partibus uſq; Neapolim? Nam quis dicitur damnum ſentire, non ſolum quando amittit quod ſuum eſt, ut ff. de dam. infec. l. 3. ſed etiam quando commodum, quod qs poteſt habere, amittit, ut ff. ne quid in loco publ. l. 2 §. damnum. ſecundùm Lucam de Penna, in l. fi. in uerbo, diſpendium. C. de bon. uacan. lib. 10. caueant Barones iſta facere, quia dicerentur tunc malè uti iuriſdictione

ſic

ſic affligendo vaſallos, vt dicit And.ſuprà in conſti.ea quę
ad decus. allegat c. ad apoſtolicæ.de re iudi.& ar.l.3.C. lu-
cati.& C.de ſuſcep.& archa.l.ſi aliquis,& C.de digni.iudi
ces.idẽ in effectu dicit Bal. in c.j.§.quicunq;. in verbo pu-
blici latrones , de pace tenen.ſubdens, ꝙ poſt mentionem
poſſint priuari.& vide quæ ibi dixi,vltra hæc quæ hic ſcri-
bo,allegat ibi Bal.in l.imperator.ff.ad Tre.& c.fi. de accuſ.
& firmat hoc Bar. Socinus in cõſi.a 2 2.incip. nõ proſequẽ
do ordinẽ.4.col.verſi.6.iſta concluſio probatur. & ſcias,ꝙ
Baro, qui habet uaſallos cum priuilegio , q. ſui vaſalli ſint
angarii,vel perangarii: intelligitur de angaria & peranga-
ria intra pertinẽtias feudi, & nõ extra diſtrictũ , per l.fi.ff.
de iuriſ. om. iudi. niſi expreſsè princeps ex priuilegio vo-
luiſſet , ꝙ poſſint angariari etiam extra diſtrictum, quod
nõ eſt pſumendũ in dubio , quia tex.iſte iubet,ꝙ vaſalli in
remotis partibus non grauẽtur: quod eſt menti tenẽdum.
7 †Quartò no.ex tex.ibi,flagrantia maleficia. [a] quod delicta
a notoria recentia iuſtitiarius non dẽt in longum trahere ad
debitam punitionem: ideo dicit recentia: quia antiqua , q̃
tranſcendunt decem annos non puniuntur pœna mortis
b naturalis , vt in l. diutino tempore.[b] ff.de pœnis. vbi dicit
glo. ꝙ plus puniẽdus eſt,qui heri fecit homicidium,q̃ qui
ſunt decem anni,quod illud fecit,& iſta lex fecit mihi ho-
norem coram rege Alphonſo ſecundo:qui dixit,quòd illa
lex vr̃ ſibi iniuſta,ꝙ tempus habeat minuere pœnam.Quæ
rit hic And.poſt vnicam gl. quæ dicantur flagrantia male-
ficia?Dicit gl.ꝙ ſunt delicta notoria ſine accuſatore,& de-
nũciatore,vt in l.ea quidem.C.de accuſa. And. hic dicit,ꝙ
captus in flagranti delicto dicitur ille , qui eſt in ipſo actu
deprehenſus,uel deprehenſus antequam ueniat ad locum
prædeſtinatum,uel quia latitabat,& non per magnũ inter
uallum , nullo actu extraneo in medio interueniente fuit
deprehenſus, & allegat bona iura ad pdicta,ut uidere po-
8 teris.† Item dicuntur delicta flagrantia ea,quæ nulla tergi
uerſatione poſſunt cælari,ut dicit iſte tex. formaliter,& dr̃
tunc hoc eſſe quando malefactor eſt conuictus , & confeſ-
ſus , ut dictum fuit ſuprà in conſti. in quæſtionib. & And.
hic,dum ad hoc allegat l.qui ſententiam.C.de pœnis,& de
uerb.ſignifi.c. cum olim.in fi.2.q.1.c. de manifeſta.Quib.
adde id,quod dicit And.infrà in conſti.humanitatẽ,& qđ
dicit Bar.in l.capite quinto.ff.de adult. & Bal.in c.1.§. ſi ga
uerò.de pace iur.fit.& Bar.in l.ſi quis in ſeruitute.ff. de fur-
tis.· dicit Ang.de Aret.in tract.de malefi.in uerbo,etiã per
modum notorii,ubi inter alia dicit, ꝙ ſi delinquens reſpõ-
dendo inquiſitioni confiteatur delictum,& eius notorieta
tem,dicitur crimen notorium . allegat Bart. & Bald.in l. ſi
cui.§.1.de leg.1.& Bart. & Imo.in l. conſtitutiones.in fi.ff.
de appellatio. & ſcias , ꝙ in iſtis delictis flagrantibus, ſiue
notoriis iudex non habet ſeruare ritum,ſeu cõſuetudinẽ ,
ſed ſolùm rectitudinem:quia dicit Bal.in l.1.ult.col. de iu
9 diciis , † ꝙ contra confeſſum non eſt neceſſarius ordo iu-
ris,allegat Inn.in c.per inquiſitionem, de elec.item quia p
confeſſionem eſt factum notorium,& in notorio crimine
non requiritur ordo iuris.c.pe.& fi.de coha. cleri. & mu-
lie.& idem dicit in l.properandum.in fi.principii.C. de iu
diciis.idem Ang.in repe.l. ſi vacantia.uer.uenio ad ſecun-
dum arg.principale.& uerſi.quarta eſt regula. & in l.ictus
fuſtium.ff.de infamibus. & Bal.in l.cum fratrem.C.de his
quibus ut indignis . & Sali.in l. ea quidem.C.de accuſa.in
10.char.C.de bonis uaca.lib.10.& uide 15.regulas in ma-
teria notorii,quas ponit Bald.in l.ea quidem.C. de accuſa
c tionibus.Sed incidenter quæro, [c] an quilibet poteſt capere
malefactorem in flagranti fugiẽtẽ, & ducere ad iudicem?
Dicit hic And.ꝙ illi.ad quos pertinet,poſſunt capere , per
l.raptores.C.de epiſ.& cle.& etiam alii,per l.3.ff.de furtis.
dummodo ducant ad iudicem,ut in l.defenſores,C. de de
fenſo. ciui. aliàs ſi nõ eſt in flagranti, non poterit priuatus
capere ſine cõmiſſione iudicis , p l.fi.C. de exhi.reis.& ibi
glo. tenet, ꝙ ſi eſt in flagranti,põt capi,per l.ait prætor.§.ſi
d debitorem.ff.quæ in frau.credito.imò clericum [d] in flagrã
ti poſſum capere,& ducere ad iudicem:quia crimẽ eſt no-
torium,vt in c.vt famæ,de ſen.excom.& no.in c. cum non
ab homine.de iudi.facit l.quicunque.C. de mathema.ſecũ
dùm And.hic,& Bal.ĩ d.§.ſi quis verò , hoc expreſsè firmat
Bal.in l.ſi qua per calumniã. verſi. ſed quæro,vtrum fami-
10 lia.C.de epiſ.& cler. † Nec tunc eſt fideiuſſoribus relaxan-
dus,ſi pro tali delicto in flagranti commiſſo venit imponẽ
da pœna corporalis , ſecundùm Bal.in l.ſed & ſi is.ff.de in
ius vocan.& voluit Auguſt.in addit.ſuis ſup tractatu Ang.
de Aret.de maleficiis, in verbo, fama publica.col.4 2.alios
caſus.in quibus non recipitur fideiuſſor à capto, vel carce-
rato,vide per And.in conſti.infrà,humanitatem.iterũ quę
rit hic And. an hoĩes priuati,ſi potuerũt capere malefacto-
rem in flagranti,& non ceperunt, ſint in culpa? Dicit ipſe
ꝙ non, per l.culpa, la prima.ff.de reg.iur.& bene facit d.l.
fi.C.de exhi.reis.niſi eſſet proditor regis,tunc tenentur ca-
pere,& ſi non capiunt,vel non clamant,vt capiatur, puniũ
tur grauiſſimè in perſona, & in rebus,vt dicit And.in con-
ſtitu.regni,pœnam eorum. in vlti. colum.item quærit hic
And.qualis proceſſus fiat cõtra captum in flagranti crimi-
ne? Remittit ſe ad ſuam diſtinctionem in dicta conſti.hu-
manitatem.Cui adde id,quod dicit Bal.in l.vt vim.in 1.co
11 lum.ff.de iuſt.& iu. † ꝙ illi, qui eſt deprehenſus in flagrã-
ti crimine, vel in notorio actus inſtantis, non datur termi-
nus ad faciendum ſuas defenſiones,p l.3.§. ad idẽ.ff. de re
mili.qđ intellige ſecundùm And. in d.conſtitu. humanita-
tem,quando captus eſt in flagranti per officiales ad hoc de
putatos, & ex eodẽ proceſſu cõdemnatur ad rei reſtitutio-
nem,vt dicit Bald.in l.ſi quis ad ſe fundum. vlti. colu.ad l.
Iul.de vi.vbi allegat Bart. in l.interdum.§. qui furem.ff.de
furtis.& Inno.in c.cum oporteat. de accuſationibus. & di-
cit Bal.notanter in l.ictus fuſtium.ff.de infamibus, ꝙ ſi fa-
milia Poteſtatis inuenerit aliquem cum armis,& refert Po
teſtati,ex iſta relatione poſita in actis,poteſt eum condem
nare,quia in notorijs non ſeruatur ordo iudiciorũ , & hoc
propter notorietatem criminis,& ſtante notorietate crimi
12 nis in mõ procedendi, iudex põt leges tranſgredi. † Quin-
tò no.ex tex.ibi,in quibus , ꝙ malefactores notorij,vt ſunt
famoſi latrones,ſunt ſuſpẽdendi in locis,in quibus delicta
perpetrata ſunt per eos, & iſtud officiales prouinciales be-
ne obſeruant. bene facit ad hoc tex.in l.1.C.vbi de crimine
agi oportet,& hoc expreſsè voluit Specul.in tit. de compe
ten.iud.aditio.§.1.verſi.6.& ibi allegat multa iura ad hoc.
Sextò.no. ex tex.ibi, famoſos latrones,ꝙ iſti famoſi latro-
nes cum omni diligentia ſunt inquirendi per iuſtitiarios ,
& inuenti ſunt puniendi, prout iura communia uolunt, q̃
etiam imponant eis pœnam mortis naturalis , vt in l.capi-
talium.§.famoſos.ff. de pœnis . Et qui dicantur famoſi la-
trones,ibi per Bar.& Alex.in apoſtillis,qui dat alias remiſ-
ſiones , ideo remitto me ad eum pro nunc, quia iſta mate-
13 ria non eſt de iſta conſtitutione. † Septimò no.ex tex.ibi ,
cõſcientiam criminum. ꝙ ille,qui fecit maleficium,habet
teſtem veritatis contra eum . & iſta dr̃ conſcientia,i. ſciẽtia
cum alio, ideſt cum ueritate, vt dicit Arch.in c.omnes.§.ex
his. 38.q.1.inde dicit tex.11.q.3.cap. in cunctis ad cor pro
prium recurrendum eſt, vt nullius ibi lingua implicet,ubi
conſcientia non accuſat:quem.n.cõſcientia defendit, liber
eſt inter accuſationes,& liber ſine accuſatione eſſe non po-
teſt,ſi ſola,quæ interius addidit,conſcientia accuſet &c. &
infrà eod.ca. cuſtodi. alius teſtis quàm conſcientia tuta nõ
erit inter iuſtum iudicem,& conſcientiam tuam,noli time
re,niſi cauſam tuam. inde dicit Apoſtolus. 2. ad Corinth.
2.c.gloria noſtra hæc eſt,teſtimonium conſcientiæ noſtræ.
& ideo iſti malefactores fugiũt in nemore, ſecundùm iſtũ
tex.quia neſciunt vultu non prodere crimen , ut dicit Hie-
ronymus ad Furiam. ſpeculum mentis eſt facies , ut dicit
Ioan. Andr.in addi.Specu. in tit. de aduocato.§.hic dicen-
dum. in 9. addi. & ibi Specu. dicit,vultus talis erit,qualia
mente gerit. bene facit.l.obſeruandum.in fi.ff.de offi.præ-
14 ſidis . † Octauò no. ex tex. ibi , interdum per ſe,interdum
per alios &c.ꝙ homicidia fiunt etiam per alios,ut quia mã
datum eſt alteri , ꝙ faciat homicidium , de quo plenè per
Sali.

Sali. in l. non ideo minus. C. de accuſ. cum concor. ſuis. vel data eſt pecunia, vt fiat homicidium, tunc tranſit homicidium in aliam ſpeciem delicti, videlicet: quia dicitur aſſaſſinium, de quo plenè in c. 1. de homici. lib. 6. Nonò no. ex tex. ibi, expenſa. quod expenſis regiæ curiæ fit inquiſitio cõtra malefactores notorios, vbi nullus eſt accuſator ſine alio mandato. Et dicebat Bal. in l. 2. C. ex quibus cauſis ſer. pro præmi. liber. accipi. quod expenſis reipublicæ iuſtitiarii debent malefactores, argu. d. l. 2. Bene facit ad hoc id, quod dicit Bald. in c. 1. in princ. hic finitur lex Corradi &c. quod expenſa facta pro capiendo bannito debet fieri ſumptibus fiſci. allegat l. mulier in opus ſalinarum. ff. de captiuis. Et ideo bene dicit hic And. quod vbicunque publica vtilitas eſt in cauſa, fiſcus voluit pecuniam, allegat d. l. 2. & ff. ad Syllan. l. lege. Corne. §. fi. & ff. quemadmodum ſerui. amit. l. ſi locus. §. 1. & ff. de adulte. l. ſi poſtulauerit. §. iuſſit lex. potuiſſet allegare tex. infrà in conſtit. humanitatem ab expenſis ſuis &c.

15 † Decimò no. ex tex. ibi, perquiſitos, quod iuſtitiarius prouinciæ debet per ſe ſolum, & non per alium de maleficijs malefactorum inquirere; quia hæc inquiſitio eſt meri imperij, & non poteſt demandari, ſecundùm Andr. hic per tex. in Auth. de collato. §. iubemus, & infrà proximè in conſtit. inquiſitiones, & ſequenti. Vndecimò, ex tex. ibi, ſi deferentes, vel accuſantes defuerint &c. quod vbi accuſator non eſt, fit inquiſitio de recentibus famoſis latronibus, & aggreſſoribus publicorum itinerum, & publici homici. & pro hoc, conſtitu. proxima, hi qui. & dicit gl. 23. q. 3. c. 1. 10 fi. & iudex ex officio debet punire crimen, licet accuſator nõ poſſit accuſare. Et per iſtam gloſ. dixi iudicibus magnæ curiæ, quod licèt ſit facta pax inter homicidam & fratrem interfecti, ſi ſoror accuſat homicidam, licet nõ poſſit leuare faidam, ideſt, inimicitiam, ſecundùm And. in c. 1. in 1. rub. feudorum, iudex debet procedere ex officio. quamquam Sali. in l. vxor, quam legit cum. l. ſenatus. C. qui accuſa. non poſ. teneat, quod ſi frater maſculus remiſit, & ſoror accuſat proſequẽdo ſui fratris interfecti iniuriam, quod debet audiri, quod

16 eſt menti tenendum. † Duodecimo no. ex tex. pœna legitimæ ſeueritatis extirpent, quod iſta verba important mortem naturalem, & ſic iſti famoſi latrones, & aggreſſores ſtratarum publicarum, & publici homicidæ in regno puniuntur pœna mortis. concordat conſti. ſuprà, terminum vitæ. inquantum loquitur de homicidijs: quia penitus debent extirpari a præſenti mundo per metaphoram, & hoc vocabulo radicitus extirpare, ideſt, euellere. l. & elegãter. §. 1. de dolo. vtitur tex. in c. ex frequentibus. de inſti. & in c. extirpandæ, de præbendis, & in c. ad extirpandas. de filijs presbyterorum. Decimotertiò & vltimò no. id, quod dixi ſuprà in ſummario, & pro dicto ſummario facit id, quod dicit Bal.

17 in l. Titia. §. fi. ff. dele. 2. † quod per generalia verba teſtatoris non eſt veriſimile, teſtatorem a ſpeciali prouiſione receſſiſſe. faciunt ea, quę dixi poſt And. ſuprà in cõſt. ea quæ ad decus. circa finẽ. hinc dicimus, quod mandatum ſuperioris includit, quicquid eſt ad perfectionem ſui, ſecundùm Bald. in l. falſus. 2. col. C. de falſis, & etiam ad conſecutiua, ut dicit Bal. in l. maritus. C. de procu. & uide ad hoc multa, quę allegat Ioan. Monac. & Ioan. And. in regula, in generali. lib. 6.

ANNOTATIONES.

a Flagrantia maleficia.] An repertus in flagranti crimine poſſit ex abrupto ſuſpendi & ultimo ſupplicio dari? Vide And. de Iſe. in cõſtitutione, pęnam eorum. Paridem de Puteo in tractatu ſyndicatus, uerſ. latro cum fama 2. col. & an in notorijs criminibus ſit ſeruandus ordo iudiciarius? Vide Bal. in c. ad noſtram. el. 3. extra de iureiurando. & Abb. in c. ſuper his, extra de pęnis. & an in dicto notorio iudex poſſit mandare pęnam imponi reo, & exequi abſque alia condemnatione? Vide Inn. in c. ex parte. el primo. de verborum ſigni. Abb. in d. c. ad noſtram. extra de iureiurando. Barba. in c. euidentia. in fine, de accuſ. & an contra repertum in flagranti crimine poſſit incipi ab executione. Vide Paulum de Caſtro in l. nullam C. ex quibus cauſis infamia irrogatur, & Roma. in conſil. 304. & in repertus in flagranti crimine & condemnatus poſſit appellare? Vide Bald. in l. 1. C. ne ex delicto defun. uidere per Tho. Gram. in deciſ. 36. Ioan. Anto. Barius.

b L. diuturno tempore.] Vide quæ ponit Afflic. in deciſ. 280. & quæ addita ſunt ad eundem Affli. in conſti. terminum vitæ. nu. 6.

c Quero.] Vide Iacobum Rebuffum in l. 3. C. de cohor. prin. lib. 12. & Bal. in ſua marg. in uerbo captus. nu. 70.

d Clericum.] Adde deciſionem Delphinalem 73.

SVMMARIVM.

1 *Iuſtitiarius prouinciæ criminales cauſas iudicio ordinario audire & decidere debet.*

2 *Cauſæ criminales ſub quo debeant agitari iudice.*

3 *Iudices in criminalibus cauſis ordinem iudiciarium ſeruare debent.*

4 *Ordo iudiciarius multiplex eſt in cauſis criminalibus.*

5 *Iudex delegatus, cui commiſit rex cauſam intra trimeſtre determinandam, an termino finito poſsit eam expedire.*

6 *Iudici non expedienti cauſas intra debitum terminum, ſi vrgente neceſsitate diſtulerit, non imputatur.*

7 *Citatus comparere non tenetur, ſi dilatio adeo ei breuis detur, in qua comparere non poſsit.*

Præceptum impoſsibile non ligat.

8 *Dilatio ad probandum debet dari parti ipſum petenti.*

9 *Iuſtitiarij prouinciæ non debent fatigare laboribus & expenſis ſuos ſubditos.*

Iudex prouinciæ non debet ſubditis oneroſus eſſe.

Iuſtitia nullo modo vendi debet.

10 *Compoſitio per quos fieri debeat.*

Iuſtitiarij & iudices recipientes pecuniam ex quauis cauſa ad curiam regiam ſpectantem, ad põdus generale debẽt recipere.

§ CAVSAS Alias. Licet videatur hæc conſtitutio de per ſe, tamen eſt. §. præcedentis conſtitutionis, vt reperitur in libris antiquis, & diuiditur iſte. § in quinque par-

1 tes. † In prima dicit, quòd iuſtitiarius prouinciæ alias cauſas, ſcilicet criminales, debet ordinario iudicio audire, & examinare, & decidere intra tres menſes, niſi neceſſitas cauſæ requirat longiorem dilationem, puta quia probationes ſunt faciendæ in partibus longinquis, & ideo requiritur terminus longior ad probandum, & durat vſque ibi, ſemper. Hic eſt ſecunda pars, in qua dicitur, quòd quando iudex habet dare iſtam longiorem dilationem ad probandum, debet dare iuramentum eam petenti, quòd non gratia differendi iudicium, ſed ex neceſſitate illam petijt. & durat vſque ibi, nec illud. Hic eſt tertia pars, in qua ſtatuitur, quòd iuſtitiarius pro ſcripturis compoſitionum, quæ fiunt in curia, & promiſſionum & ſententiarum inter partes, ultra debitum non grauet partes. Nec prætextu compoſitionum, vel alia cauſa grauet ſubditos ſumptibus, & expenſis per ipſam prouinciam. & durat vſque ibi, ſed illas. Hic eſt quarta pars, in qua Imperator ordinat, quod iuſtitiarij in compoſitionibus, & promiſſionibus pecuniarum, pro compoſitionibus debeant interuenire vota iudicum, & magiſtri actorũ, & fiat compoſitio pro qualitate negotij, & durat vſq; ibi, prædicti autem. Hic eſt quinta & ultima pars, in qua ſtatuitur, quod iuſtitiarij, iudices, & actorum notarij omnem pecuniam, quæ in eorum manibus perueniat, ſcilicet quæ pertineat fiſco, debeant recipere ad generale pondus, & illam conſeruent, & de receptis gratis ſine ſalario faciãt apodixam finalem, reſtitutis antapochis, & durat vſque in finem, & breuiter hoc dicit. Ordo iuris ſeruandus eſt in cæteris cauſis criminalibus, in ipſis non ſunt concedendæ, niſi neceſſariæ dilationes præuia iuramenti præſtatione. Nec iudicantes permittant partes ſumptibus vltra debitum grauari, & in compoſitionibus faciendis ſeruetur ordo hic de-

2 ſcriptus. † Nota primò ex tex. ibi, cauſas alias. quod ex quo ſuprà proximè dictum eſt, quod iuſtitiarius punit flagrantia maleficia, poterat dubitari, quid de alijs cauſis criminalibus, ideo dicitur hic, quod etiam de alijs cauſis, ſcilicet criminalibus cognoſcit, quia iam fuerat dictum, quod de cauſis ciuilib. non cognoſcit iuſtitiarius prouinciæ, ut ſuprà in conſtitutione, iuſtitiarij per prouincias. in fi. & ſic iſta dictio, alijs,

intel-

intelligitur de ſimilibus, ſcilicet criminalibus, iuxta ea, q̃
notantur in c.ſedes.de reſcriptis. Hinc dicimus, ꝙ quàdo
in oratione numerantur aliquæ ſpecies, & poſtea ſubijci-
tur iſta dictio, & alius, reſtringitur ad ſpecies enumeratas,
vt no.in l.ſi fugitiui.io verbo,alia.C de ſeruis fugitiuis.&
in auth. ex teſtaméto.in verbo,aliorum.C. de collatio. &
probatur in l.fi.§. cui dulcia. de vi.tritico, & oleo legato,
& in clem.non poteſt de procur.& voluit Bal.io l.conuen
ticulam.C. de epiſcopis & clericis.& in d. l. ſi fugitiui. &
And.in c.1.§.nemo retia.de pace tenẽda. & de iſta dictio-
ne,alius, remitto me ad quotas,quas ponit Fely.in d.c.ſe-
3 des.vlt.col.† Secundò no.ex tex.ibi,ordinario iudice.ꝙ iu
dices debent in cauſis criminalibus procedere iuris ordi-
ne ſeruato, vt hic. excipiuntur delicta flagrantia, vt ſupra
in conſti.præcedenti.& ſi iudex omittit iuris ordinem, dr
ius alterius auferre, dixit Bal in c.1.§.iniuria. verſi. & no.
ꝙ cognoſcere.in 6.col.de pace iuramento firmanda. alle-
gat glo.in c.ſtatutum.de hære.lib.6.facit glo. magna in fi.
ſuprà in conſti.circa violtoriatũ.vbi dicit, ꝙ quando iuris
ordine non ſeruato iudex procedit, dr partem ſpoliare iu
re ſuo: ſicut ſi eſſet priuatus,qui ſpoliat partem, iuris or-
dine non ſeruato,vt dicit Bal.in c.1.in 1. col. de mili. vaſ.
qui contumax eſt & vt in iſta materia iudices non errẽt:
reſpiciant ad doctrinã Abb.Sicu.in c.veritatis.in 3.col. de
dolo & contumacia. vbi dicit poſt Hoſt.& Io.And.ꝙ mul
tiplex eſt ordo iudiciarius in cauſis criminalibus. Interdũ
enim proceditur ſuper criminibus occultis ad accuſatio-
nem alterius partis, & tunc procedit iſta cõſtitutio,quòd
debet ſeruari ordo iuris,iuxta glo.in l.prolatam.C.de ſen
tentijs,& de iuramento calumniæ,c.penul. Interdũ enim
proceditur ſuper famoſis delictis, de quibus non cõſtat,
& tunc ordo eſt,ut uocetur inquirẽdus,& ſeruetur, quod
4 dicitur in c.qualiter,lo ſecondo,de accuſationibus.† Intèr
dum proceditur extra ordinem ex mero & puro officio,
vt in notorijs, & in iſtis non ſeruatur ordo iuris,ſed ordo
eſt ordinem non ſeruare,ut in c.ad noſtram. de iureiuran.
& dixi ſupra in conſt.præcedenti. & vide ad hoc multas
quotas,allegat Alexan.in l.2.§.ſi publico.penul.colu.ff.de
adulterijs. Tertiò no.ex tex.ibi,trimeſtris.ꝙ iſtud tempus
trium menſium ad expediendas cauſas criminales ſtatui-
a tur iudici ordinario, & non inſtantiæ cauſæ: a quia verba
huius conſtit.dirigũtur ad iudicem, quo caſu, ſi cauſa cri-
mi.non eſt expedita intra illos tres menſes poterit poſtea
expediri intra duos annos, quia tm̃ durat inſtantia de iu-
re ciuili in cauſa criminali,vt in l.fi.C. vt intra certũ tem-
pus,&c.& in l.properandum.in prin.C.de iudicijs, ſecun
dùm Cy.Iac.But.& Bar.& Bal.& Pao.de Caſt. & Sal. ibi,
& Albe.de Roſ.& Io.And.in addi.Spe.in tit. de iud. dele-
gato.§.reſtat.verſi.quid ſi ſtatuto.& Bal.in d.l. fi. C. vt in-
tra certum tempus.& ita obſeruat magna Curia Vicariæ.
& aſt ritus de hoc,licèt in ritibus magnæ Curiæ ordinatis
per reginam Ioannam ſecundam aliter ſit ordinatũ, in 4.
5 cap. † Quid autem ſi rex committeret iudici delegato, ꝙ
intra trimeſtre tempus expediat dictam cauſam, an pote-
rit poſtea expedire? dr ꝙ non, quia nõ habet iuriſdictionẽ
finito trimeſtri,non tamen inſtantia eſt perempta, ut not.
in c.lator.qui filij ſint legiti.& firmat Pau.de Caſt.io d. l.
properandum.in prin.Et volo,ꝙ hic notes unum paſſetũ,
ꝙ illud tempus trimeſtre non eſt ſtatutũ iudici ordinario
in cauſa criminali, niſi quando proceditur per uiam accu
ſationis,ſed quando proceditur ꝑ viam inquiſitionis nul-
lo exiſtente accuſatore in criminibus,in quibus poteſt ꝓ-
cedi ex officio,neq; conſtitutio regni, neque ius commu-
ne ſtatuit tempus ad eam finiendam,ſicut in cauſis fiſcali
bus non eſt dare inſtantiam,ut dicit tex.in d. l. properan-
dum. in prin.ſm Gul.de Cuneo ibi.ſed Bal.in d.l.fi. C. ut
intra certum tempus,videtur tenere contrarium,quia in-
quiſitio ex officio ſuccedit loco accuſatoris,vt in c. quali-
ter & quando.de accuſ.& in hãc partem inclinat do.Bar.
de Capua,vt refert Bal. in d. l.properandum.in prin. in 2.
col. ꝙ in cauſa inquiſitionis currit inſtantia duorũ anno-
rum à die,qua ſunt data capitula,& reſpondet ad motiua
facta in contrarium per Gul. de Cu.ut ibi per Bal.& eum
ſequitur Alex.de Imo.ibi circa finẽ. An iudicibus per con
ſti.iſtas ſit ſtatutum aliquod tempus ad expediẽdum cau-
ſas ipſas ciuiles, ſicut ſtatutum eſt ad expediendas cauſas
criminales? Dic ꝙ ſic,vt patet infra in conſti. omnes baiu-
li.ſed illud tempus non eſt ſtatutum inſtantiæ, ſed iudici-
bus,ideo habet locum id, quod ſupra proximè dictũ eſt.
6 † Quartò no.ex tex.ibi,neceſſitas.ꝙ licèt ſit præfixum tp̃s
iudici ad expediendum cauſas criminales, ſi tamen neceſ
ſitas ſuperueniat,vt cauſa differatur vltra tempus præfixũ
nihil imputandum eſt iudici,ſi cauſam non expediuit,be
ne facit iudicem aduertere,ꝙ ex quo abbreuiata eſt meta
iudicij criminalis per iſtam conſti. ꝙ breues dẽt dilatio-
nes,non tamen ita breues, ut impoſſibilis reddatur defen
ſio,ſm Bal.in c.fi.in 6.col.de iureiu.allegat Inno.in ca. de
cauſis.in prin.de off.deleg.inde dicit Bal.in l.2.in prin. C.
de tempo.appe.ꝙ vbi inſtantia eſt tam breuis, ibi oportet
ſingula eius membra eſſe breuiora.dilatio enim, quæ po-
ni debet in citatione,debet eſſe talis,vt habeat tempus cõ-
gruum,ſm diſtantiam locorum in acceſſu,& in compari
tione,aliàs redderetur nulla,quia facta intra anguſta tem-
pora,ut dicit Spec.in ti.de citatione.§.1.ver.item quod fa
cta eſt intra nimis anguſta tempora.& eo.tit.§.2.verſi. ſed
nunquid.dicit,quòd iudex conſiderata locorum diſtãtia,
& qualitate perſonarum,viarum, & negotij moderatum
tempus in citatione ponere dẽr, vt probatur in c.quòd ad
conſultationem. de re iudi. & de appella.c.paſtoralis.& c.
cum ſit.& c.oblatæ.& ff.de iudi.l. nonnunquam, & de in
integ.reſti.c.ex literis.& eſt bonus tex. 5.q.3.c.ſi ægrotans,
in fi.vbi dr intra ſpatium duorum, vel trium menſiũ, vel
eo amplius,vt cauſa dictabit. facit etiam bonus tex. in l.ſi
uerò non remunerandi.§. fi.ff.mandati.hoc ẽt voluit Cyn.
in effectu in l.1.C.de dila. & Spec.in tit.de proba.§.1.cir-
ca finem.hinc eſt,quòd dicit Abb. Sicu. in c.cũ dilecti. de
7 dolo & contu.† quòd aut citatio habet terminum ita bre
uem, quòd impoſsibile erat citatum comparere in termi-
no,& talis citatio non arctat citatum comparere poſt ter-
minũ, quia fuit impoſsibilis,& temeraria, arg. l. aut qui
aliter.ff.quod vi,aut clam.ubi dicit Bar. quòd quando ci-
tatio fit tali tempore,quo citatus non põt venire, non va-
let ipſa citatio.facit c.bonæ.lo ſecõdo.de electio.& illud,
quod dr,quòd impoſsibile ꝓceptum non ligat.l. fi. q̃ ſen-
ten.ſine appella.reſcio.& propterea dicebat Bar. in extra-
uaganti,ad reprimendũ.in verbo,per edictũ,quòd tp̃s po-
nendum in citatione debet eſſe congruum, ut poſsit per-
uenire ad notitiã citati,& ut poſsit ad locum citationis cõ
parere,& ſic prius,dicit ipſe,debet examinare,ut poterit,
ubi põt eſſe citandus,peruenire, vt dicit tex.in Authen.de
exhib.reis.§.ſi verò.accedat ad hoc id, quod dicit Oldra.
in conſi.43.incip.quæritur vtrũ.ubi dicit, quòd in citatio
ne conſiderantur duo,ſ.effectus incertus,& ad ipſum per-
ueniendi modus, & effectus incertus ex ſcientia citati, &
facultas defendendi,hoc non vr poſſe omitti, quin inter-
ueniat verè, vel interpretatiuè. ſicut enim iure naturæ ꝑ-
miſſa eſt defenſio cõtra violentiã extraiudicialẽ, ſic aduer
ſus violentiã iudicialẽ. & talis defenſio dẽt cõmenſurari
modo offendendi. ſed quia in iudicialibus citatio eſt pri-
ma offenſio,aduerſus eã non põt fieri defenſio ſine ſcien-
tia.ſi ergo citatio affert impedimentũ citato,non arctat ip
ſum,quia citatio non poteſt parere effectum, ꝑ quem eſt
inducta,ſ.facultatem defenſionis,& ideo pro nõ facta ha-
betur.allegat d.l.aut qui aliter.ff.quod cuiuſq; vniuer. no
mine.l.1.§.& quidem.& C.de cura. furi. l.fi. §. ſinautẽ. &
ideo ſi vitium eſt in citatione, nunquã tenet proceſſus in
contumacia factus,ſm Bal.in auth. ſi omnes.C.ſi vt ſe ab
8 hæred.abſtine. † Quintò no.ex tex. ibi, à petente dilatio-
nem,ꝙ dilatio ad probandum dẽt dari petenti, ut hic, ad
idẽ tex.in l.1.& ibi Bal.C.de dilationibus. bene fateor, ꝙ
productiones,& probationes poſſunt fieri, ẽt non data ad
hoc dilatione,ſm Richar.Malumbræ,Cyn.& Bald. in l.ſi
quando.

quando.C.de dilatio.id em dicunt Bar.Ang.& Bal.& Ale-
xan.de Imo.in l.fi.in fi. ff.de ferijs. & Bal. & Pau. de Caſt.
in l omnia.eod.tit.& Bar.in extrauaganti,ad reprimendá.
in verbo,ſine figura.& in l.in crimine.ff.de adulter.& An
to.de But.in c.licèt cauſam.in ptin.de probatio. Cardina-
lis Floren.& Io.de Imo.in c.prudentiam.§.ſexta. de offic.
deleg Specu.in titu.de dilatio.§.videndum. ver.vltú. Sex-
tò no.ex tex.ibi,ſacramento præſtando,quòd quando pe-
titur terminus ad probandum in cauſa criminali in locis
diſtantibus,iudex debet dare iuramentum ipſi petenti, ꝙ
non petet dictam dilationem animo differendi iudicium,
ſed ex neceſſaria ſua defenſione in cauſa ciuili, quia aliud
eſt iuramentum calumniæ, quod ſemel tantùm in cauſa
præſtatur,vt in auth.hoc ſacramétum. C. de iura. calum.
& aliud eſt iuramentum, quòd non malitioſè petat dila-
tioné,quod poteſt iudex exigere, vbi dubitat de malitia,
vt no.in c.1.de iuramen.calum.lib.6.& firmat Car.in cle.
ſæpe.§.1.in 7.q.de verbo.ſign.ſed qui petit dilationem,&
ea non fuit vſus, punitur pecuniariter, ſm pragmaticam
Regis Ferdinan.primi, quæ incipit,ſi quis petierit dilatio
nem vltramarinam. tamé ſuper petitione dilationis vltra
marinę bene debet iurare,& nominare teſtes,& facere de
poſitum, prout cauetur in primo ritu magnæ Curiæ Vi-
9 cariæ, & hoc eſt hodie in viridi obſeruantia. † Septimò
no.ex tex.ibi,occaſione faciendarum curiæ promiſſionú,
quòd iuſtitiarij prouinciæ non debent fatigare ſubditos
nunc in vna terra,nunc in alia com laboribus, & expenſis
pro facienda compoſitione,ſeu promiſſione,pro pœna cõ
poſitionis, vt hic,& patet ſupra in conſti.præceden.ibi,ꝓ-
uincialium diſpendia,vt mali præſides ſoliti ſunt facere,
dicentes,ꝙ hic labor & ſumptus faciunt prouentum, ali-
qui ẽt officiales retinent in carceribus, quia dicunt, quòd
carcer facit prouentum. iſti officiales ſic faciétes ſunt tráſ
greſſores legum, nam lex uult,quòd officialis nõ debet eſ
ſe onerofus ſubditis,vt in l.obſeruare. ff. de offic. procon.
Octauò no.ex tex.ibi,pro ſententijs ferendis, ꝙ iuſtitiarij
non debent permittere, ꝙ ſubditi grauentur vltra debitú
pro iure ſentétiæ, ita in multis partibus exigitur vltra de-
bitum,& ideo Rex Carolus ſecundus in capitulis factis
in planitio S.Martini,in c.quod incipit,item ſtatuimus, ꝙ
ſiue in magna Curia,ſiue coram iuſtitiarijs,&c.ſtatuit,ꝙ
nihil ſoluatur pro ſcriptura compoſitionis,aut pro ſenten
tijs magiſtris iuſtitiarijs,aut iudicibus, vel actorum magi
ſtris,quia iuſtitia aliquo modo vendi non debet,& hoc re
nouatum eſt in priuilegio conceſſo Neapoli per Reginá
Ioannam ſecundam. vbi dr̃, quòd actorum notarij nihil
10 exigere poſſunt pro ſcripturis ſententiarum. † Nonò no.
ex tex.ibi,iudex & notarius actorum, quòd non ſolus iu-
ſtitiarius põt facere compoſitiones,ſed compoſitiones de-
bent fieri per iuſtitiarium iudicem,& actorum notarium
iuxta qualitatem negotij,& perſonarum,vt hic eſt tex.ex-
preſſus.& de requiſitis,vt compoſitio ſit iuſta,vide id, qđ
ſcribit Lucas de Péna in l.1.C.de deſerto.lib. 12. & Paris
de Puteo in tractatu de ſyndicatu. in verbo, compoſitio.
ſic ẽt ſtatuit Rex Robertus,ꝙ regẽs magnę Curię Vicarię
non poſſit cõponere ſine iudicibus dictæ magnæ Curiæ,
& quòd vltra vnc.20.non poſſit componere, & incipit il-
lud capitulum,nobili viro Emergano de Sambrano Aria
ni Comiti,Regni Siciliæ magnifico iuſtitiario, &c. & di-
cit hic And.quòd iuſtitiarij hoc malè obſeruant, quia vt
plurimùm ipſi componunt,nec vocant iudicem, & nota-
11 rium.† Decimò no.ibi,ad generale pondus, quòd iuſti iu
ſtitiarij,& iudices,& actorum notarij, qñ recipiunt pecu
niam ex quauis cauſa ſpectantem ad regiam Curiam,de-
bẽt recipere ad generale pondus,& ſic nõ inciſam, vel mi
noris ponderis,& pro hoc facit. l.2.C. de põderatoribus,
& auri illatione.lib.10.& l.fi.C.de vete.numi.poteſta.lib.
11. & vide ſuper hoc capitulum Regis Caroli primi, qđ
incipit,item quòd recipiatur quæcunque pecunia ꝑ Cu-
ria. Vndecimò & vltimò no.ex tex.ibi, gratis faciant apo-
cham,quòd malè & peſsimè faciunt commiſſarij,qui reci
piunt pecuniam fiſcalem, & exigunt certá pecuniæ quan-
titatem pro apocha fi.& talis apocha debet fieri per manú
publici notarij,ut hic,& in l.1.C.de apochis publi. li. 16.
ité no.ex eo tex.quòd ex quo dicit, reſtitutis antapochis,
quòd officialis ad recipiendum pecuniá fiſcalé poteſt re-
cipere particularem ſolutionem,quam creditor non com
pellitur recipere, niſi in nouem caſibus notatis per Iaſ. in
l.quidam exiſtimauerunt.ff.ſi cer. peta. dummodo parti-
cularis ſolutio pecuniæ fiſcalis non excedat tres vncias, vt
dicit tex. in l.placuit.C.de collatione fundorum patrimo.
& emphy.lib.11.& quid debeat continere iſta apocha,vi
de quæ ſcripſi in d.l.1.in 4.no.C.de apochis pub. & Lucá
de Pen.in l.2.C.de nauicularijs, lib. 11. In glo.vnica, dic
vt dixi ſupra in 4.not.

ANNOTATIO.

a Cauſæ.] Inſtantia cauſæ criminalis quanto tpe durat,vide tex.in l.fi.C.vt intra certum tempus & ritum magnæ Curiæ, qui incipit, Item ſeruat ipſa Curia.ſub rub.quanto tempore durat inſtãtia.fol 20.in lib meo in ciuili verò vide tex. in l.properãdũ.de iudicijs.C. & quid ſi inſtantia fuerit perempta in cauſa criminali, an poteſt inſufflari ſpiritus vitæ? Vide Cap.deciſ.206.& quod in cauſa ciuili. Vide regiam pragma.quæ incipit,inſtantia cauſæ iudicis. ſub rub.de inſtantia non reſtituenda.& ſi in cauſa ciuili ſemel inſtantia perempta fuit reſoſcitata per inſufflationem ſpiritus vitæ, an ſecundò perempta poſſit adhuc reſuſcitari? Vide Cap.deciſ. 165. Batius.

De inquiſitionibus faciendis. Rubr. LI.

DICTVM fuit ſupra de pertinentibus ad officium iuſtitiarij, verùm quia facere generales inquiſitiones pertinet ad officium eius,de quibus nõ erat dictũ, ideo ſequitur hæc rubr. & de materia iſta generalis inquiſitionis contra homines malæ famæ, & maleſactores, & criminibus notatos, vide in Spe.in tit.de inquiſitionibus, & ibi additioné Io.And.referentis in prima addi. multos Docto. qui plura ſcripſerunt de hac materia,& Hoſt.in ſumma de inquiſitionibus. & Ang.de Peru.in rep.l.ſi vacátia.C. de bonis vacan. ſcribentes in c.qualiter & qñ.lo ſecondo. de accuſa. Bal.& Salycet. in l.ea quidem. C. de accuſationibus.

SVMMARIVM.

1 *Inquiſitiones generales de malefactoribus non poſſunt fieri per ſimplices commiſſarios.*
2 *Præſes prouinciam malis hominibus purgare debet.*
Iuſtitiarii prouinciarum quando generalem inquiſitionem facere poſſint.
3 *Punitio nemini abſque accuſatore infligitur.*
4 *Examinatio teſtium in inquiſitione generali per quos debeat fieri.*
5 *Iudices per ſeipſos inquiſitiones de malefactoribus facere non debent.*
6 *Teſtium extra prouinciam exiſtentium examinatio committi poteſt iudicis officio.*
7 *Delegatus principis non poteſt ſubdelegare receptionem teſtiũ in cauſa criminali.*
8 *Iuſtitiarij intendentes generalem inquiſitionem facere, qualiter debeant procedere.*
9 *Appellari poteſt quandoq; à comminatione.*
10 *Terminus quilibet terminat per ſuas extremitates.*
11 *Comminatio iudicis de non audiendo poſt terminum, ſi cauſa iuſta non comparendi ſubſit, non habet locum.*
Periurus non eſt, qui ob cauſam iuſtam iuramentum deſerit.
12 *Cauſa iuſta quæ ſit, & quæ probabilis.*
13 *Iudex non poteſt ſtatuere dilationem peremptoriam ad producenda inſtrumenta.*

1 INQVISITIONES Generales. Di-
uiditur in duas partes. † In prima ſta-
tuit, ꝙ iuſtitiarius prouinciæ faciat ge-
nerales inquiſitiones de malefactorib.
& hominibus malæ famæ, conuerſatio-
nis, & vitæ: vbi & quando ſibi videbi-
tur expedire per ſe, & ſuos iudices, &
notarios actorum: & non per alios ſimplices cõmiſſarios,
prout hactenus eis per abuſum committebatur. & durat
iſta prima pars vſque ibi, comminabuntur. hic eſt ſecunda
pars, in qua dat modum & ordinẽ, quomodo iuſtitiarius
habet procedere in ipſa generali inquiſitione facienda. &
ordo erit iſte: nam in primis antequã procedat ad ipſam
inquiſitionem, formabit edictum in ſcriptis, ſeu bannum,
in quo narrabit, ꝙ tali die, & in tali terra ipſe iuſtitiarius
veniet perſonaliter cum iudicibus, & actorum notarijs ad
faciendam generalem inquiſitionem contra malefactores
& homines malæ famæ, & vitæ: ideo monet omnes in di-
cta terra præſentes, quatenus quicunque voluerit expone
re querelam aliquam de iniurijs, veniat ad querelandum,
donec iuſtitiarius erit in dicta terra: necnon quilibet, qui
ſciat veritatem de aliquo homine malæ famę, ſeu malæ cõ
uerſationis, & vitæ: vel ſciat aliquem, qui cõmiſit aliquod
crimen, vel maleficium, debeat venire coram iuſtitiario,
& deponere teſtimonium veritatis. & dictum edictũ con-
tinebit iſtam clauſulam, ſeu comminationem: ꝙ ſi quis in
iuriatus non comparuerit in dicto tempore, nullatenus au
dietur, niſi iuſtam & probabilem timoris, vel ignorantiæ
cauſam oſtenderit, propter quam infrà tempus dictæ in-
quiſitionis minimè potuit comparere ad querelandum,
vel deponendum teſtimonium veritatis, tunc ſtante dicta
iuſta probatione, non obſtante dicto temporis lapſu de-
2 bet audiri, & durat uſque in finem. Et hoc intendit. † Ad
officium præſidis pertinet purgare prouinciam malis ho-
minibus: iden iubet, ꝙ fiant generales inquiſitiones, for-
ma hic declarata, vel ſic. ſi monitioni iudicis non paretur,
quis vlterius non audiatur. Vel ſic. bannum ſiue edictum
excuſat iuſtè impeditos. No. ex tex. ibi, vbi, & quando. ꝙ
iuſtitiarij prouinciarum nõ tantùm ſemel in anno poſſunt
facere generalem inquiſitionem de malefactoribus, & ho
minibus malæ conuerſationis, & vitæ, ſed quando ſibi vi-
debitur illam facere, & in illo loco prout videbitur expedi
re, per iſtum tex. qui in hoc corrigitur per capitulum regis
Caroli ſecundi, editum in planitie ſancti Martini, quod in
cipit, generales inquiſitiones. vbi dicitur, ꝙ præſides pro-
uinciarum ſingulis annis ſemel tantùm faciant generales
inquiſitiones, & non cum prętextu generalis inquiſitionis
deſcendant ad ſpecialem inquiſitionem contra ſpecialem
perſonam, niſi in caſibus à iure permiſſis, quia regula eſt,
3 † ꝙ nemo ſine accuſatore debet puniri, ut ff. de mune. & ho
no. l. reſcripti. §. ſi quis. & ibi glo. refert illud diuinum ver-
bum in Euangelio Ioan. 8. cap. ibi, mulier vbi ſunt, qui te
accuſant? Et in actibus Apoſtolorum. c. 25. dicitur. ſi quod
in viro crimen eſt, accuſent eum, cõcordat l. 3. C. qui accuſ.
nõ poſſunt. & ibi Odoſ. ponit certos caſus ſpeciales, in qui-
bus poteſt procedi ſine accuſatore, & Specu. in tit. de in-
quiſitione. §. quando autem. ponit 4. caſus, in quibus iu-
dex poteſt procedere ad inquiſitionem ſine accuſatore. gl.
etiam in c. 1. in verbo, ſine accuſatore. extra ut eccleſiaſtica
beneficia, ponit aliquos caſus, in quibus fallit illa regula ꝙ
ſine accuſatore nemo punitur, & alia glo. eſt in l. 2. §. ſi pu-
blico. ff. de adult. & ibi vide per Bar. qui aliter loquitur in
iſta materia, ponendo quinque regulas in materia, an &
quando poſſit inquiri per iudicem, nullo exiſtente accuſa-
tore. & ibi vide optimas apoſtillas Ale. vbi allegãtur mul
ta de materia inquiſitionis, quam egregiè poſuit Ang. in re
pe. l. ſi vacantia. C. de bonis vacan. lib. 10. & tangit And. in-
frà in conſt. ſequenti. & Bald. in l. ea quidem. in 9. colũ. C.
4 de accuſ. † Secundò no. ex tex. ibi, per ſe ipſos iudices &
notarios ſuos, & non per alios. ꝙ examinatio teſtium, quę
fit in inquiſitione generali contra malefactores, & homi-
nes malæ uitæ in loco debet fieri perſonaliter per iuſtitia-
rium, iudices, & actorum notarium, & non per alios, qui-
bus fortè ipſe iuſtitiarius committeret. & ſi committeret,
nihil ualeret ipſa depoſitio teſtium, quia factum contra le
gem non valet, ut in l. non dubium. C. de legibus. ſecundũ
And. hic. cui adde capitulum regis Caroli primi, quod in-
cipit, item iuſtitiarij inquiſitiones ſuper criminalibus non
committant. concordat aliud capitulum eiuſdem regis, ꝙ
incipit, Item ꝙ prædicti iuſtitiarij occaſione generalium
inquiſitionum, quas per ſe cum iudicibus, & actorum no-
tarijs faciunt ſemel in anno, nihil ab vniuerſitatibus, vel
ſingularibus perſonis pro compoſitione recipiant, & ſub-
ditur. & ſi contra factum fuerit, proceſſus non valeat ipſo
iure, & iuſtitiarius, iudices, & notarij puniãtur arbitrio re
gis. & idem dicebat Dy in l. 2. §. ſi publico. ff. de adult. per 8
tex. in Authen. de collatoribus, colla. 9. in §. iubemus autẽ
5 omnes iudices. † ꝙ iudices debent per ſeipſos facere inqui
ſitiones de malefactorib. committentib. crimen, vbi uenit
imponenda pœna mortis, & non per alios, quibus ipſe cõ-
mittit, cum commiſſio cauſarum criminalium alijs quàm
per iudicem fieri non poſſit, vt in l. 1. §. fi. cum concor. ff. de
offi. eius cui man. eſt iuriſd. Et hoc verum, niſi teſtes exa-
minãdi in cauſa criminali capitali eſſent abſentes extra re-
gnum, & non ſubditi domino regi, tunc poſſit committi
examinatio ipſorum teſtium abſentium ordinarijs locorũ
non ſuſpectis, & in hoc caſu ceſſat diſpoſitio auth. apud
eloquentiſſimũ. C. de fi. inſtr. vbi in cauſa criminali capita-
li nõ committitur audientia teſtium. ad idem in l. 2. C. de
iu. fiſci. lib. 10. per Bal. quia propter neceſſitatem, & nõ ali-
ter, iudex per ſe poteſt illos examinare: neceſſitas .n. facit
probabile ꝙ aliàs nõ eſſet, ſm Bal. in d. auth. apud eloquẽ-
tiſſimum. & pro iſta limitatione facit d. l. 1. §. 1. ff. de offic.
eius. vbi ea quæ ſunt meri imperij committuntur propter
abſentiam. vide ad hoc Alex. ibi, in 24. colũ. & ne delicta
ſe maneant impunita, vt ſubdit Bal. in d. auth. apud. quod
ita obſeruat conſuetudo. & de hoc dixi ſupra in conſt. iu-
ſtitiarios. ſub rub. 36. in vlt. no. & dicit Odo. in d. authen.
6 apud. vt refert ibi Alb. † ꝙ ſi teſtes ſint in alia prouincia, eſt
in iudicis arbitrio, exiſtente iuſta cauſa, cõmittere audien-
tiam teſtium in cauſa criminali, & de hoc vide Gãdinum,
& tunc iudex rogabit alium iudicem, ꝙ uelit examinare
ipſos teſtes, vt dicit Spec. in tit. de teſt. §. qualiter. verſi. ſcri-
bet aũt iudex, & in Spec. de iudice deleg. §. 1. verſi. ſed ſecũ
dùm pręmiſſa, & ille trãſmittet depoſitiones teſtiũ clauſas
& ſigillatas, ut Auth. de teſtib. §. ſed hoc quoniam. Item fal
lit, niſi rex cõmitteret examinationẽ teſtium in cauſa cri-
minali: nã ſicut Papa poteſt committere examinationẽ te-
ſtium in cauſa criminali, vt dicit Spe. in tit. de teſte. §. nunc
tractandũ. circa principium. verſ. Papa tamen. & Alb. in d.
auth. apud. ita & poteſt rex in regno ſuo, quia eſt monar-
ca, vt dicit gl. in ꝑludijs iſtarum Cõſtitutionũ. ſed ille, cui
rex cõmiſit receptionem ipſorum teſtiũ, non poteſt alteri
eius receptionẽ committere, vt dicit Inn. in c. cum Bertol-
dus. de re iud. & Alb. de Roſ. in auth. ſed iudex. C. de epi.
& cle. & Abb. Sic. in d. c. cum Bertoldus. dicit hoc uerum,
quando fuit commiſſa ſcriptura depoſitionis teſtium. alle
gat tex. in c. ſi §. cæterùm, de offi. deleg. Sed ſi ſit commiſſa
receptio teſtium, poteſt alteri committere, alleg. glo. in cle.
vnica. de offi. dele. & idem tenet Ant. de But. in c. cum Ber
toldus. ſed non credo, ꝙ hoc ſit uerum in cauſa capitali, ex
quo videtur electa induſtria perſonæ, per d. §. iubemus. in
Auth. de collatoribus. & Alex. in l. 1. ff. de offi. eius, in ter-
7 tia col. † & licet princeps poſſit cauſam criminalem dele-
gare, ut dixit gl. 3. in d. cle. vnica. tamen eius delegatus nõ
ſubdelegabit receptionem teſtium in cauſa criminali, per
d. auth. apud eloquentiſſimum. An autem delegatus prin
cipis cauſam meri imperij poſſit alteri ſubdelegare? Vide
glo. in l. 1. C. qui pro ſua iuriſ. & Alex. in d. rubr. ff. de offic.
eius, in 5. col. & melius in l. 1. 2. col. & in col. 26. & col. 39.
eo. tit. & ſcias, ꝙ delegatus principis non poteſt explicare,
quæ ſunt prohibita alijs delegatis, niſi ſpecialiter ſit per-
miſſum

miſſum.gl.eſt in l.aditio.in princ. in 1.glo.ff.de re iudi. vt
dicit Alex.in rub.ff.de offi.eius cui man. eſt iuriſ. in 4.col.
Tertiò no.ex tex.ibi,ſimplices. ſubaudi maximè, quia idē
eſt,ſi non ſimplicibus committeretur inquiſitio generalis:
quia etiam doctis & peritis iuſtitiarius nō poteſt committere generales inquiſitiones, ſic interdum ſubauditur dictio maximè,in l.ſi aliquis.ff.de donat.cauſa mortis,& idē
in l.quod ſenatus,& l.non ſolùm.§.Proculus.in verbo,dolenti.ff.de iniurijs.& in l.ſeio.ff.de in integrum reſtitutio,
& in l.3.§.duo.ff.de mune.& hono.& in l.qui rē.C.de euictio.licet poſſit ſtare ſine illa ſubauditione maximè: quia
ſimplices homines exponuntur, ideſt certi homines,ut dicit Abb.Sicu.in c.accepimus.de purg.cano.& ſic hominibus certis non debet fieri cōmiſſio generalis inquiſitionis
8 per inſtitiarios. † Quartò no.ex tex.ibi,comminabunt.formam datam,quomodo iuſtitiarij debent procedere,quando intendunt generalem inquiſitionem facere: nā debent
deſtinare literas apertas uniuerſitati, & locis vbi intendūt
inquirere cum iſta comminatione,prout ſupra dixi in declaratione literæ huius conſtitutionis. & dicit hic And. ꝙ
iſta comminatio,ꝙ ulterius non audiatur, tranſacto tēpore eſt ſatis iuſta: & concordat tex.de iure communi.C.qui
accuſ.non poſſ.l.ſi ea quæ. vbi iudex ſtatuit terminum, ita
ꝙ eo elapſo vlterius non audiatur. ad idem in l.ſi eo tēpore.C.de remiſ.pign.& ff.de optio. leg. l.mancipiorum. &
C.de ingenuis, & manu.l.diffamari.& Lud,Ro. in l.quandiu.in 8.col.ff.de acq.hæ.Ang. de Peruſ.in auth.ſi omnes
C.ſi ut ſe ab hære.abſtin.Alber.de Roſ.in l.ſi quis dicat.ff.
de manu.vbi etiam dicit, ꝙ ſatuus non probans intentionē ſuam ex comminatione,in opus metalli dānatur. quod
nō meminit alibi ſe legiſſe. & vide eum in rub.C.commi.
uel epiſt.& hoc verum,quando ab iſta præfinitione temporis diffinitiua à iudice non fuit appellatum: tunc non audietur poſtea,vt dicit iſta conſtitutio, & pro hoc eſt tex.in
l.Titia.ff.de accuſationibus. & hoc ideo iuſtum eſt, vt ſit
9 litium finis,vt dicit tex.in l.fi.ff.pro ſuo. † & ſic patet,ꝙ à
cōminatione poteſt appellari, vt C.de app.in l.ſi quis prouocatione.& Bal.in rub.C.commi.vel epiſt.idē dicit Bald.
in l.1.C.qui admit.ꝙ lapſus termini excluſionem, & tacitam repudiationem inducit,& ꝙ non fit infra terminum,
poſt terminum fieri non poteſt.& uide ad hoc Bal.in rub.
commi.vel epiſtolas.vbi ponit,quando comminatio iudicis ualet,& quando non. & dicit, ꝙ quando comminatio
fit ad malitiam cōmcendam, vel ad culpam aggrauandi
in citatione,valet: ſecus in alia interlocutoria,niſi reſpiciat
contēptum iudicis,ſm Bal.in l.1.eo.tit. & ſic patet, ꝙ ubi
tempus à iure, uel à ſtatuto, uel à iudice ſtatuitur ad agendum cum comminatione,ꝙ aliàs non audiatur elapſo termino, ſi vult agere,& opponatur,ꝙ non poteſt, quia tempus eſt elapſum, impedit hæc exceptio proceſſum ad vlteriora,ſecundùm Bal.in l.fi.in 13.opp.C.de edicto diui. &
Inn.in c.cum in tua. extra qui matr.accuſ.poſſunt.& Bald.
in auth.ad hæc. penult.colum.de vſuris. Doct.in d.l.diffamari.quibus addo tex.in l.fi.in verbo, ſex menſium. C.de
cenſibus.lib.11.& l.locorum.C.de omni agro deſerto.eo.
lib.& Spec.in tit.de actore. §.1. verſi. Item ꝙ voluit agere
intra tempus;ubi allegat d.l.Titia.& c.frequens.§.ſolet.de
reſt.ſpo.lib.6.& c.cum inhibitio,de cland.deſpon. & vide
hic in glo.1.alias concordantias. & ideo tex. in Authē. de
tempore non ſolu.dotis.in princ. dicit,tempus multa quoque refutat. & poſt terminum quis repellitur, ſecundùm
Bal.in l.fi.C.de teſta.manumiſ.& Bar.in l.ſi ſtatuliberum.
10 §.ſacrum. ff.de lega.2. † Omnis enim terminus terminat
per ſuas extremitates,ſm Bal.in c.1. de contentione inter
dominum & fidelem.& vide ad hoc gl.infrà in 2.li.in conſti.in pecuniarijs. & prædictis adde vnum,quod notabiliter dicit Bal.i rub.C.ꝙ ſi terminus detur à iure,vt in c.pia.
de exce.lib.6. vbi datur terminus octo dierum ad probandū exceptiones excommunicationis,tūc debēt teſtes intra
terminū iurare & deponere: nec ſufficit iurare, ſi non deponāt: ſecus in termino dato à iudice: nā tunc ſufficit ꝙ in
termino iurauerint, nam poſſunt deponere poſt terminū,
vide pro hoc in deciſionib.Rotæ,deciſ.453.inci. extra Rotā &c.& Iac.But.in l.ſi quando.C.de teſtib. & in ſua diſputatione,quam alleg.Bar.in l.damni.§.Sabini.ff.de dam.infec.& multas bonas remiſſiones,quas ponit ibi Ale.& Fel.
in c.licet cauſam.in 13.col.verſi.limita.17. & vltimò &c.
de probat. vbi multa alia allegat, & ideo amplius me non
11 extendo ſuper hoc.†Quintò no.ex tex.ibi,niſi iuſtā. quod
comminatio facta à iudice de non audiēdo partē poſt terminum,non hēt locum,ſi ille,qui non comparuit in termino,allegat iuſtā cauſam,& probabilē, quare in termino nō
comparuit.vltra And.hic allego c.fi.de fo.comp.Sic etiam
ſtatutum non habet locum, quando iuſta cauſa eſt contra
ſtatutum,vt dicit Io.And.in regula,pro poſſeſſore.in mercurialibus,li.6.quem ad hoc alle.Ale.in 2.vol.in cōſi.144.
incip.poſt redditum primum conſilium.Nec eſt periurus,
qui ex iuſta cauſa deſerit iuramētum, vt firmat Alex.in 1.
vol.conſ.124.& ſeq.& in 4.vol.conſi.39.in 3.col.Et quælibet iuſta cauſa excuſat à pœna, vt firmat Alex.in 2.volu.
conſi.119.in 4.col.& in 4.vol.conſi.127.in 3.col. etſi plenè non probetur,vt dicit idem Alex.in eod.4.vol.cōſ.125.
in 3.col. Item iuſta cauſa excuſat à dolo, vt dicit Alex.in
3.vol.cōſi.73.in fi. imò omnis colorata cauſa excuſat à do
12 lo,vt dicit Alex.in 3.vol.conſi.211.in 3.col.† Quæ autem
dicatur iuſta & probabilis cauſa,dicit Inno.in c.bonæ memoriæ.ſuper verbo,veriſimilibus,de appellatio. ꝙ dicitur
iuſta,quæ à iure approbatur.alibi probabilis cauſa dicitur
iuſta,vt dicit Inn.in c.vt debitus.in verbo,probabili.eo.tit.
& habetur in c. ſuper hoc. de renun. in iſta conſtitutione
exprimuntur duæ iuſtæ,& probabiles cauſæ: videlicet, timor,& ignorantia facti. An autem timor excuſet peccatorem à peccato facto propter timorem mortis,vel perditionis maioris patris bonorum? Vide beatum Tho. in ſecunda ſecundæ.q.126.In gl.1.& 2.dic,vt dixi ſupra in quatto
notab.quib. adde,dum gl.alleg.d.l.ſi ea quæ. Vtrum ſicut
a iudex poteſt ſtatuere tempus ex iuſta cauſa actori[a] vt agat
cum comminatione,vt vlterius non audiatur? Quòd intelligitur eſſe verum,quando ius diffamati effectum eſt deterius,quia poſt tempus non habet probationes,ſicut habebat intra tempus ſtatutū à iure,ſecundùm Ang.ibi,& Inn.
ibid.c.cum in tua.qui matr.accu.poſſunt.& iſtud dictū nō
eſt alibi,ſecūdùm Bal.in l.ſi quis inſtituatur. §.j.ff.de hær.
inſt.& hōc ſequuntur Cyn.Bald.Ang.& Sal.in d.l.ſi ea. &
Barr.in l.3.ff.de re iudi. Item ſi iudex ſtatuat terminum ad
excipiendum,ita ꝙ elapſo tempore vlterius non audiatur.
13 †& dicit Ang.ibi, ꝙ idem erit. An autem iudex poſſit ſtatuere peremptoriam dilationem ad producendum inſtrumenta,ita ꝙ finita dilatione non audiatur producendo inſtrumenta? Dicit ibi Ang.ꝙ non,allegat Io.And.in c.cupiētes.§.electores.de ele.lib.6.

ANNOTATIO.

a Actor] Vide tex.in l.diffamari.C.de ingenuis manumiſſis.Matth.
deciſ.268.Io. Ant. Bauus.

SVMMARIVM.

1 *Crimen læſæ maieſtatis ex officio abſque accuſatore inquiri poteſt.*
2 *Iudex contra perſonam ſpecialem inquiſiturus,qualiter ſe habere,& quid attendere debeat.*
3 *Modus procedendi contra crimino ſum,ſeu inculpatum,qualis.*
4 *Rixantes,& arma portantes frequenter,iuxta iudicis arbitriū ad tempus damnantur ad opus publicum.*
5 *Ludum taxillorum frequentantes,quæ ſint pœna feriendi.*
6 *Tabernas frequentantes ad opus publicum ad tempus damnari poſſunt.*
7 *Iudex ad tempus damnare poteſt ad opus publicū eum, de quo neſcitur,unde viuat.*
8 *Iuſtitiarius prouinciæ,quas perſonas & quales mittere poſſit ad triremes.*

Qualita-

Qualitates perſonarum attendi debent in pœnis imponendis.

9 *Damnatus ad opus publicum ad tempus, eo elapſo liberari debet abſque alio mandato.*

10 *Iuſtitiarius prouinciæ poteſt in perpetuum ad triremes, vel opus publicum damnare.*

Liber homo regulariter ad carcerem perpetuum damnari non poteſt.

11 *Carcer de iure canonico eſt datus ad pœnam, de iure ciuili ad cuſtodiam.*

12 *Copia repertorum non datur inquiſito vitæ leuis & malæ conuerſationis.*

13 *Inquiſitio ſpecialis de certo delicto contra certum hominem nullo iure eſt permiſſa.*

Iudex in multis caſibus ex officio & ſine accuſatore contra certam perſonam poteſt procedere.

14 *Confeſſio ſocij contra ſocium aliquam facit præſumptionem.*

15 *Iudices quo caſu neceſſariò relationem regi facere teneantur.*

16 *Circumſtantiæ delicti in inquiſitione ita debent exprimi, ſicut in accuſatione.*

17 *Temporis omiſſio quando inquiſitionem vitiet.*

18 *Nomen delatoris edi debet inquiſito, ſi ad inquiſitionem procedatur ex officio.*

Copia dilationis non editur inquiſito de crimine læſæ maieſtatis.

19 *Nomen delatoris inquiſito non datur, ſi inde aliquod malum oriturum timeatur.*

20 *Iudici incumbit cuncta rimari, tam quando per viam accuſationis, quàm quando per viam inquiſitionis proceditur.*

Deferens aliquem odio ductus, non eſt admittendus.

21 *Iudices non debent damnare pauperes, niſi prius audiuerint eorum veras defenſiones.*

22 *Iudex reum confitentem ſe occidiſſe ad ſui defenſionem, non debet condemnare, niſi prius de defenſione cognouerit.*

23 *Inquiſitio in quibus caſibus ſit iudici permiſſa.*

24 *Officialis omittens aliquid, quod neceſſariò faciendum erat in inquiſitione, punitur, ſicut iudex omittens in inuentario ponere aliquid eorum, quæ ſpectant ad fiſcum.*

HIQVS per inquiſitionem. Tota iſta lõga conſtitutio, quæ loquitur de inquiſitione generali, & ſpeciali, diuiditur in quinque partes. In prima ponitur, quid agendum ſit per iudicem, quando ex depoſitionib. teſtium examinatorum in generali inquiſitione conſtat de hominibus delinquentibus & ponit deciſionem duorum dubiorum. & dicitur, quòd iudex poſtquam examinauit teſtes in generali inquiſitione, & per decem teſtes bonæ opinionis apparet eſſe probatum contra aliquam perſonam de aliquo delicto, pro quo de iuſtitia non eſt inferenda pœna mortis, nec abſciſſionis alicuius membri: puta quia fuit probatum, quòd tales perſonæ ſunt rixatores, & frequentes delatores armorum, contra ſanctas regni conſtitutiones, quæ vetant portare arma, ſub pœna pecuniaria, vel ſunt luſores publici taxillorum, aut tabernarum frequentatores, aut quia ſunt homines, qui ducunt vitam non ex facultatibus eorum, aut non ſunt nec mercatores, nec artifices: contra quos præſumitur, quòd ducant uitam ex furto, & de his fuerint cõuicti, & ſic apparet, quòd debent poſtea vocari ſpecialiter, & dari terminus ad ſe defendendum, & ſic ſi fuerint conuicti, iudex debet ipſos ad publicum opus arbitrio ipſius iuſtitiarij condemnare ad tempus eius arbitrio, quo tempore elapſo, magiſter publici operis tenetur gratis eis licentiam dare ad proprie reuertendi. Iuxta hoc dubitatur de duobus. primò, vtrum generaliter magiſter operis Domini regis quoſcunque condemnatos ad tempus ad opus publicum, & ſibi traditos in ſcriptis cum cauſa, pro qua eſt condemnatus, & traditus ſibi cum expreſſione temporis debeat finito tempore, ſine alio mandato dimittere? Et dicitur quòd ſic. Secundum dubium, quòd ſi iudex attenta qualitate delicti condemnauit delinquentem ad opus publicum in perpetuum, an valeat hæc condemnatio? Et dicitur quòd ſic, quia iuſtitiarius habet arbitrium hoc, quòd poteſt condemnare ad opus publicum in perpetuum. & iſta prima pars durat vſque ibi, cæterum ſi tale. Hic eſt ſecunda pars, in qua ſtatuitur, quòd ſi per inquiſitionem generalem probatum eſt contra aliquem de aliquo crimine, in quo venit imponenda pœna mortis naturalis, aut mutilationis membri, aut pœna perpetui carceris, & non probatum, quòd ſit homo leuis vitæ, & malæ conuerſationis: vel maleficus ex teſtibus prædictis examinatis in generali inquiſitione, poterit contra eum procedi ad citationem, vt veniat ad ſe defendendum ſuper dictis criminibus probatis per dictos teſtes examinatos in generali inquiſitione, & ſi ille comparet, dabitur ſibi copia nominum teſtium vna cum eorum depoſitionibus, & conſequenter terminus ad ſe defendendum: ſi verò contra eundem, contra quem per dictos teſtes probatur, quòd commiſit crimen in quo venit imponenda pœna mortis, vel mutilationis membri, vel perpetui carceris, & ſit probatum ſaltem num. 10. bonæ opinionis non inimicos inculpati, quòd ſit homo leuis vitæ & conuerſationis, aut quòd fuit citatus pro ipſo maleficio, & fuit forbannitus, & ſic in fuga, tunc quando proceditur contra eum, debet ſolum ei dari copia nominum teſtium deponentium contra eum in generali inquiſitione, & non teſtimonium ipſorum, & contra eum proceditur ad condemnationem iuxta qualitatem probati criminis, ſed hoc corrigitur per conſtitutionem ſequentem, quę incipit, item dira & dura. vbi dicitur, quòd etiam quòd ſit probatum crimen per 10. teſtes in generali inquiſitione, debet habere inculpatus copiam reclamandi, & defendendi, & audiri in ſuis defenſionibus. & iſta eſt ſecunda pars, quæ durat uſque ibi, de ſpecialibus autem cauſis. Hic eſt 3. pars. & iſte tex. habet duplicem intellectum. unum ſecundùm gl. alium ſecundum And. hic. primus intellectus eſt ſecundùm glo. hic: ut ſtante accuſatione, ſeu denunciatione facta per aliquem contra alium de maleficio, non procedatur per iudicem ad inquiſitionem contra eum, ergo ubicunque non apparet denunciator, uel accuſator de crimine contra aliquem, poteſt iudex contra eum procedere ex officio ad inquirendum contra eum. ſecundus intellectus eſt And. hic, uidelicet, quòd ſpecialis inquiſitio non poteſt fieri per iudicem in regno contra certam perſonam de delicto ſine denunciatore, uel accuſatore, quia regula eſt, quòd nemo ſine accuſatore debet puniri, niſi in certis caſib. ſpecialibus: & inter caſus ſpeciales duo caſus ſpeciales ſunt

1 hic. † Primò fallit in crimine læſæ maieſtatis, ubi proceditur ex officio ad inquirendum contra ſpecialem perſonam abſque accuſatore. Secundò fallit, quando princeps committit, quòd contra ſpecialem perſonam procedatur ex officio ad inquiſitionem de delictis commiſſis per eũ, & in iſtis duobus caſibus pendet ex arbitrio regis, an debeat ipſi inquiſito dari copia repertorum, & ſic princeps debet ſuper hoc conſultari, & in conſultatione debet fieri mentio de nomine deferentis, & delati: & de fame criminis, & de numero teſtium, & eorum qualitate, & depoſitionibus eorum, & de fama ipſorum teſtium. & hæc eſt tertia pars, quæ durat uſque ibi, in prædictis caſibus. Hic eſt quarta pars, in qua ponitur regula generalis, uidelicet, quòd in omnibus caſibus iudex poteſt procedere ad inquiſitionem contra ſpecialem, ſiue ex diſpoſitione iuris communis, ſiue ex diſpoſitione ſacrarum regni conſtitutionum, exprimendum eſt ipſi inquiſito nomen delatoris, & ſeruandus eſt in procedendo iuris ordo, & ſeruandæ ſunt aliæ ſolemnitates, quæ ſunt tam de iure communi, quàm per regni conſti. quæ requiruntur in delatis & delatoribus præterquàm quando proceditur ſuper crimine læſæ maieſtatis contra perſonam regis, tunc ex rationabili cauſa non debet inquiſito exprimi nomen delatoris. & iſta eſt quar-

2 ta pars, quæ durat uſque ibi, Nihilominus. † Hic eſt quinta & ultima pars, in qua Imperator inſtruit iudices inquirentes contra ſpecialẽ perſonam de delictis, in caſibus à iure permiſſis, ut ſint circunſpecti, & proſpiciãt tam per-

ſonas

ſonas teſtiũ,qui producuntur,& omnes circunſtantias con
ſiderent,ex quo zelo delator venit ad deferendum,& quæ
fuit cauſa,quæ induxit eum ad deferendum. Et generaliter
ex officio ſuo ſuppleat omnia , quæ ſunt ſupplenda , ita ꝙ
ignorantia prædictorum delato nocere nõ poſſit & ſi per
iudicem inquirentem perſpicaciter non fuerit facta inqui
ſitio prædicta,& in ea deficiat aliquid, quod per diligenté
inquiſitionem fuiſſet factũ,inquiſitio ipſa irritetur, & fiat
irrita,& ipſe iudex puniatur de dolo, vel negligentia arbi-
trio regio,& durat vſque in finem. & breuiter hoc intẽdit.
a Ex teſtibus [a] examinatis in generali inquiſitione non pro-
ceditur ad condemnationem contra inculpatos,ſed proce-
ditur ipſis citatis,& data copia repertorum,& defenſionis,
& tunc conuicti puniuntur pœna ſtatuta per regni conſti-
tutiones ceſſantibus teſtibus in generali inquiſitione non
poteſt iudex procedere ex officio ad inquiſitionem contra
certam perſonam de crimine,niſi in caſibus ſpecialibus,&
tunc illa ſolennitas,quę requiritur,quando proceditur per
accuſationem,debet ſeruari,excepto ꝙ in crimine læſę ma
ieſtatis contra perſonam regis non exprimitur nomen de-
latoris.& ſint iudices perſpicaces in dictis inquiſitionibus,
vt nihil omittant dolo, aut negligentia , ſub pœna hic de-
3 ſcripta.† No. 1. ex tex. ibi, conuicti fuerint, ꝙ ſi ex teſtibus
examinatis in inquiſitione generali potuiſſet procedi ad
condemnationem contra ipſos inculpatos:non fuiſſent po
ſita iſta verba, conuicti fuerint , per quæ verba apparet , ꝙ
non poſſunt ipſi inculpati condemnari ex depoſitione ipſo
rum teſtium,niſi primò vocentur, & detur ipſis inculpatis
copia nominum teſtium,& depoſitionum ipſorum , & ſic
dabuntur ſibi capitula,& terminus ad ſe defendendum, &
iudex ipſos teſtes , citato ipſo inculpato ad videndum eius
ipſa examinabit,& ſi ſit conuictus,id eſt ꝙ ſit probatũ con
tra eum, & confiteatur delictum , tunc poterit iudex con-
demnare ad legitimam pœnam, & hoc importat illud ver-
bum,conuicti fuerint. hoc probatur ex his,quæ dicit Bart.
in l. 2. §. ſi publico. ff. de adult. in verſ. tertia regula &c. & vi
de Bar. in l. fi. in fi. ff. de quæſt. quæ dixi ſuprà in conſtit. oẽs
noſtri. ſub rub. 10. in 6. no. & in conſt. ſuper inciſionib. ſub
rub. 26. in 4. no. & in conſt. ſi damna clandeſt. in 9. not. ſub
rub. 25. ideo me remitto ad ibi dicta,ne bis repetam idem
4 & occupem chartas.† Secundò no. ex tex. ibi, rixatores,&
frequentes delatores armorum . ꝙ frequenter rixantes,&
frequenter portantes arma, non puniuntur pœna portatio
nis armorum,de qua ſupra in conſt. intentionis,ſed puniũ-
b tur pœna condemnationis ad opus publicum [b] ad tempus
arbitrio iudicis,quando quidem ſunt conuicti, & probatũ
eſt ad minus per decem teſtes bonæ opinionis,& ſic nõ ſuf
ficeret eorum confeſſio, niſi eſſent depoſitiones decem te-
ſtium bonæ opinionis,per iſtum tex. qui ponit copulam,&
quæ requirit cõcurſum duorum prædictorum, vt in l. 1. C.
de compenſa.& in l. ſi Titius. ff. de fideic. liber. & in dictio
nario Alb. in verbo,& ideo poſſunt condemnari,vt ſint ad
5 tempus in ſeruitio regio ad remum in galeis regijs. † Ter
c tiò no. ex tex. ibi,frequentes luſores [c] publicè taxillorum,ꝙ
frequentantes ludum taxillorum in loco publico ſunt pu-
niendi pęna ad operandum in operibus publicis ad tpˢ po
nendũ arbitrio iudicis,inſerta in iſta conſt. & vltra iſtã pœ
nã efficiuntur infames,vt infra in conſt. mores diſſolutè vi-
uentium,ſecus ſi frequentarent ludum ad ſcachos, vt dicit
gl. in auth. interdicimus. C. de epi. & cle. Et dicit ibi Alb. de
Roſ. ꝙ ſcholaribus ludus ſcachorum eſt peſtilens, quia per-
dunt tpˢ,quo nihil charius,vt in c. in ciuitate. de vſuris. Et
de ludis prohibitis vide. ff. de aleatorib. & in authẽ. alearũ
vſus. ff. de reli Hoſt. in ſumma. de exceſ. præl. vbi inter alia
dicit,quòd luſor agit turpem vitam, qui tranſgreditur illa
tria præcepta iuſtitiæ,honeſtè viuere, alterum non lædere,
ius ſuum vnicuique tribuere,& vide vtilem tractatũ de lu-
do , quem compoſuit noſter dominus Paris de Puteo, qui
in tẽpore ſuo fuit doctiſſimus doctor, & reperitur impreſ-
6 ſus in fi. ſui tractatus de ſyndicatu.† Quartò nota ex textu
ibi,tabernarum frequentatores. quòd illi, qui habent mo-
dum uiuendi in domo propria , & frequenter comedunt
in tabernis,id eſt,in domibus, vbi venditur pania,vinũ,car-
nes,& alia comeſtibilia,vt dicit gloſ. in clem. 1. de vita &
hone. cleric. poſſunt puniri ad opus publicum ad tẽpus ,
vt hic,& etiam ſunt infames,vt in d. conſtitu. mores diſſo-
lutè viuentium. & ſic iſte tex. non loquitur de illis,qui fre-
quenter comedunt,& bibunt in hoſpitijs,& tabernis,dum
ſunt in via,nec de aduenis, quia illud fit per neceſſitatẽ, &
in qualibet diſpoſitione intelligitur exceptus caſus neceſſi
tatis,ut in l. 3. C. de his qui filios diſtraxerunt,& no. Bart. in
l. 3. C. de nauf. & in l. quemadmodum. C. de agri. & cenſi.
li. 11. & Luc. de Pen. in l. curia. la ſeconda. C. de decur. lib.
10. Albe. in l. 1. in fi. ff. de offi. conſu. Quintò no. ex tex. ibi,
aut ꝙ vltra facultatem eorum &c. vitam ducunt. tex. ſcribẽ
7 dus aureis literis per plateas, & vicos ciuitatis,† ꝙ qui non
habet bona ſtabilia ſeu immobilia , de quorum fructibus
poſſit ſe ſuſtentare,nec pecuniam,nec facit aliquam artem
nec mercantiam,vel aliquam negotiationẽ ſubaudi; & eſt
iuuenis fortis,qui non vadit mendicando,& vadit bene ve
ſtitus,& viuit opulenter, debet officialis ipſum ad tempus
damnare,ad opus publicum, quia præſumitur malè de eo,
aut quia eſt prodigus,quia expẽdit ultra ſuam ſubſtãtiã,ut
dicit tex. & ibi Ang. in Auth. ut determinatus ſit numerus
clericorũ. §. eam verò Deo amabiles. Et ideo ſumptus pro
modo facultatum ſunt faciendi,dicit tex. in l. offenſio. cum
ſequenti. ff. ubi pupillus educari debet,vnde uerſus.

Qui plus expendit, quàm ſua poſſeſſio reddit,
Non admiretur,ſi paupertate grauetur.

Aut quia ex furtis occultis ita ſplendidè viuit,per iſtã con-
ſti. quia nõ decet,ꝙ aliunde habet. nã ex circunſtantia facti
oritur ꝑſumptio,ut eſt tex. & ibi gl. i c. nec ex ſolo. 32. q. 5.
8 † Sextò no. ex tex. ibi, iuſtitiarij arbitrio. ꝙ iuſtitiarius pro-
uincię hẽt arbitriũ puniẽdi rixatores , frequẽtes delatores
armorũ,& frequẽtes luſores ad taxillos, & frequentatores
tabernarũ , & homines malæ uitæ in galeis regijs ad tem-
pus, vel in operib. alijs publicis ſine alio regio mãdato:nã
ut eleganter inquit Bal. in c. 1. ex qui. cau. feu. amit. arbitriũ
datur iudicib. quatuor de cauſis, qñq; ad exaggerationem
pœnæ,qñq; ad mitigationẽ pœnæ,quandoq; ꝑꝑ incognitã
hominum uolũtatem , ut cum dubitatur,an dolo,uel caſu
deliquerit,interdum ꝑꝑ nimiam negotiorum uarietatem,
uel ꝑꝑ differentiam circunſtantiarum, vt no. gl. in l. neque
leges. ff. de legi. & uide multa quæ ſcripſi in d. c. 1. ex qui.
cau. feu. amit. in quibus iudex habet arbitriũ. Septimò no.
ex tex. ibi,perſonæ qualitatẽ. ꝙ in pęnis imponendis mul-
tùm iudex debet aduertere ad qualitates perſonarum . &
ad hoc uide , quæ dixi de qualitate perſonarum attenden-
da,in d. c. 1. ex qui. cau. feud. amit. & uide infra in conſtitu.
9 qualitas.† Octauò no. ex tex. ibi, quo tranſacto. ꝙ quando
aliquis eſt poſitus in galeam,uel ad opus publicum ad tem
pus;illo finito capitaneus illius galeæ , uel magiſter operis
debet ſine alio mãdato ipſum liberare gratis ꝑ iſtum tex.
Et debet ſeruari iſte modus. nam iuſtitiarius ſcribet magi-
ſtro operum publicorum,uel capitaneo galeæ,ꝙ talis de ta
li cognomine,& de tali terra fuit cõdemnatus ad opus pu
blicum , uel ad ſeruiendum in galea pro tot menſibus,vel
tot annis pro tali delicto,de quo fuit inculpatus,& condẽ-
natus ad opus publicum pro dicto tempore,ideo cuſtodi-
tum ad uos trãſmittimus liberandũ per vos finito tempo-
re,& fidem nobis faciatis de receptione. Et ipſe capitaneus
galeę,vel magiſter operis per literas ſuas patentes det licẽ-
tiã,quia finitũ eſt tempus,ut probat iſta conſt. ibi,per lite-
ras iuſtitiarij. & ibi,cum literis ſui magiſtri operis,& ibi,li
10 teræ ſuper hoc miſſę . † Nonò no. ex tex. ibi,in perpetuum
quòd iuſtitiarius prouinciæ poteſt hominem ex qualitate
delicti condemnare in perpetuum in galeam, uel ad opus
publicũ per iſtũ tex. qui expreſsè dat hoc arbitriũ iuſtitia-
c rio. regulariter autem liber homo non poteſt damnari ad
perpetuum carcerem, ut in l. incredibile. C. de pœnis. ubi
dicit Bald. quòd ex cauſa poteſt iudex condemnare ad per
petuum carcerem , quia iſta pœna æquiparatur pœnæ tra-

ditionis

ditionis in metallum, ſecundùm Inno. in c. qualiter & quã
do. de accuſat. ſecundùm Bal. in d. l. incredibile. Iſti iudices
eccle. pro criminibus commiſſis per clericos, pro quibus
criminibus de iure ciuili eſt pœna mortis, ponunt clericos
in carceribus dando eis panem & aquã, abbreuiando eius
vitam, vt in c. nouimus. de verb. ſig. & in c. a nobis, de apo-
ſtatis. Et dicit ibi Abb. quòd caueant iudices eccl. ne tantũ
abbreuient vitam eis cum pane mœroris, q incidant in ir-
regularitatem, & vide ad hoc Ioan. de Ana. in c. 1. de collu.
detegen. & in c. qualiter & quando. lo 2. §. ſi. verſi. nunquid
aũt epiſc. de accuſ. Bar. in l. nemo carcerem. C. de exa. tribu.
11 li. 10. † & ſic carcer de iure canonico eſt ad pęnam, vt in c.
quamuis. de pœnis, li. 6. ſecus de iure ciuili, quia eſt ad cu-
ſtodiam. l. aut damna. §. ſolent. ff. de pęnis. Ex quibus patet,
q pœna perpetui carceris de iure iſto conſtitutionis regni
eſt pęna capitalis, vt probat iſta conſt. ibi, aut perpetuo car
ceri mancipari, & tenet Bar. in l. 2. ff. de pub. iudi. An au-
tem valeat legatum factum illi, qui eſt condemnatus ad
perpetuos carceres? Vide Io. de Imo. & Io. de Ana. in c. qua
liter & quando. & in c. ad corrigendos. de accuſa. Decimò
no. ex tex. ibi, inquiſitionis copia ei tribuatur. quòd quan-
do ex proceſſu facto in generali inquiſitione conſtat per
idoneos teſtes, aliquem hominem non eſſe leuis vitæ, nec
malæ conuerſationis de aliquo crimine, pro quo venit im-
ponenda pęna mortis naturalis vel ciuilis, aut abſciſſionis
membri, iſte homo debet citari ad recipiendum capitula,
& debet ſibi dari copia repertorum, id eſt, illorum teſtium
examinatorum in inquiſitione generali, vt hic, & in hoc
concordant iura communia, vt dixi ſup. in conſt. ſi damna
12 clande. † Si autem ille homo ſit leuis vitæ, & malæ conuer
ſationis, tunc non datur ſibi copia repertorum, ſed tantùm
nomina teſtium deponentium in ipſa generali inquiſitio-
ne, dummodo ſint decem teſtes, qui deponant contra eum
de crimine, in quo venit imponenda pœna mortis natura-
lis, vel ciuilis, aut abſciſſionis membri per iſtam conſti. be-
ne facit id, q dicit Fel. in d. c. qualiter & quando. in 3. col.
in ver. in eadem gl. ibi, ad petitionem alicuius &c. & ſic pa
tet, q contra hominem leuis vitæ & malæ conuerſationis
ex proceſſu facto in generali inquiſitione, in quo decem te
ſtes bonæ opinionis, non inimici inculpati, deponunt con-
tra eum de maleficio, niſi aliud in contrarium obſiſtat, po-
teſt fieri condemnatio per iſtam conſt. quam ego intelligo
cum hoc grano ſalis. ſ. q iſti decem teſtes repetantur cita-
to ipſo inculpato ad videndum iuramenta, & datis ſibi ca-
pitulis, & data ſibi copia defenſionis, vt inf. in conſti. item
dura & dira. & ſic debet dari etiam ſibi copia repertorum,
per d. conſti. Item dura. & concordat capitulum regis Ca-
roli II. quod incipit, in generalibus autem inquiſitionib.
Et idem dicit Inn. in c. bonæ. de ele. & Are. in trac. de male
fi. in verbo, fama publica. verſi. item aduertas, q non ſuffi-
cit, q indicia &c. & tex. in c. qualiter & quando. lo 2. verſi.
debet. de accuſa. Et idem expreſſius ſtatuitur in alio c. eiuſ-
dem regis, quod incipit, ſubiungendo quoq; præcipimus,
vt omnis inducta dubietas ſopiatur quando generalis, vel
ſpecialis inquiſito de crimine omnium repertorum copia
tã nominum, q̃ dictorum per quemcũq;, & quoſcũq; pro-
batum fuerit dari notario mandamus. Et dum dictum eſt
de decem teſtibus, dictum c. loquitur de quatuor teſtibus
non reprobatis, ita q minor numerus teſtium non ſufficit,
vt expreſsè dicitur in d. c. regis Caroli II. & ſic per dictum
c. in hoc eſt correcta iſta conſtitutio. & firmat hoc And. dũ
dicit, nunquid ſit hodie receptum. ſ. id quod in iſta conſti.
dicitur propter dictum c. Caroli ſecundi, & dicit, non vi-
detur, q ſit receptum, imò correctum &c. & vide, quæ di-
13 cam infrà in conſti. ſequenti. † Vndecimò no. ex tex. ibi, de
ſpecialibus autem. q ſpecialis inquiſitio contra certum ho
minem de certo delicto non eſt permiſſa, nec de iure com
muni, nec per iſtam conſti. ſecundùm And. hic, & dixi ſu-
prà in conſt præcedenti, quæ incipit, inquiſitiones genera-
les, in primo no. niſi in duobus caſib. per iſtam conſti. Hinc
ſumpta occaſione And. de Iſer. numerat multos caſus, in
quibus iudex ſine accuſatore, vel denunciatore ex officio
contra certam perſonam poteſt procedere per inquiſitio-
nem, & eum punire de delicto. Primus eſt, quando proce-
ditur in crimine læſæ maieſt. vt hic, concordat ad hoc illa
extrauagans Imperatoris Henrici ſeptimi, quæ incipit, ad
reprimendam. quam Bar. commentauit in verbo, inquiſi-
tionem. Secundus eſt, quando rex mandat inquiri contra
ſpecialem hominem de aliquo ſpeciali delicto, vt hic. Ter
tius eſt in criminibus notorijs. alleg. l. 1. C. de cuſto. reo. &
quæ ſint crimina notoria, remitte ad gl. 1. q. 4. c. de manife
ſta. Quartus eſt in manifeſtis & famoſis latronibus, & in
itinerum aggreſſoribus, & in publicis homicidis fugienti-
bus, vel latitantibus, vt ſuprà in conſt. iuſtitiarij non per ca
lendas. Quintus caſus eſt, quia iudex inquirit cõtra ſocios
14 criminis, vt dicit hic And. † quia illa confeſſio ſocij contra
ſocium criminis facit aliquam pręſumptionem, vt no. in l.
fi. C. de accuſ. idem And. in conſti. ſi damna clandeſtina. in
6. col. Quibus adde alios caſus, in quibus proceditur ſine
accuſatore, quos ponit in gl. infrà in 2. li. in conſti. ſummo
periculo. Et vide id quod dicit rex Carolus ſecundus in d.
c. ſubiungendo, vbi ſtatuit, q iudices in hoc regno ſine ac-
cuſatore, vel denunciatore poſſunt procedere ex officio ad
inquirendum contra certam perſonam de delicto, vbi ve-
nit imponenda pęna mortis naturalis, vel ciuilis, aut mem
bri abſciſſionis. & idem dr in quadam litera regis Rober-
ti, quæ incipit, ne tuorum. & ſuperadduntur duo alij caſus
videlicet, vbi iniuria facta eſt perſonæ eccleſiaſticæ. facit. l.
ſi quis in hoc genus. C. de epiſ. & cler. & de hoc eſt aliud c.
regis Caroli ſecundi, quod incipit, Pootio de Montillo mi
liti, in anno 1286. die 3. Iulij. 9. Indi. vel pupillis, aut vi-
duis, de quo per Bal. in auth. ad hęc. C. de vſu. & Bar. in l. 4.
§. hoc autem. de dam. inſe. & Bal. in c. 1. §. iniuria. de pa. iur.
fir. & l. 2. C. ſi manci. ita fuerit alie. ne proſti. Item de hom.
cland. vbi nullus apparet accuſator, de quo ſup. in conſti. ſi
dam. cland. Idem dicitur in alio c. regis Robet. quod inci.
ſi temporum alternata conditio legibus detrahens. ſub an-
no domi. 1329. die 10. Februarij. Ind. regnorum ſuorum,
anno 20. de cęteris caſibus, in quibus poteſt iudex proce-
dere ex officio, ſiue denuntiare, vide remiſſiones, quas de-
di in conſti. præcedenti. in 1. no. Et iſte intellectus ad iſtum
tex. q nemo ſine accuſatore punitur, niſi in caſib. ſpecialib.
ſm And. vr verior, aliàs intellectus gl. deſtrueret d. reg ſu-
per hoc tamen me remitto ad doctrinam Bart. in d. l. 2. §. ſi
15 publico. ff. de adul. † Duodecimò no. ex tex. ibi, ad nos rela
tione, vnum caſum, in quo iudices habent de neceſſitate fa
cere relationem regi, videlicet quando inquiritur de cri-
mine lęſę maie. in perſonam regis petit copiam repertorũ,
vt poſſit ſe defendere, iudex non debet ſibi dare copiam,
ſed debet facere relationem regi, in qua relatione de nomi
ne deferentis, & delati, de qualitate, numero teſtium, eorũ
depoſitionibus, & eorum fama mentio fienda, alios autem
caſus, de quib. rex eſt conſultandus dixi ſuprà in conſt. hac
lege, ſub rub. 39. in 4. no. Tertiodecimò no. ex tex. ibi, ſm
iura cõia, q in omnib. caſib. in quib. poteſt procedi ex offi-
cio per inquiſitionẽ ſine accuſatore, vel denunciatore pro-
cedendum eſt cum illa ſolennitate, quæ requiritur de iure
cõi vel de iure ſacrarum regni Cõſtitutionum, ſicut quan-
do proceditur per viam accuſationis, & omnes ſolennita-
tes, quæ per viam accuſationis ſeruantur, ſunt ſeruandæ,
quando proceditur per viam ſpecialis inquiſitionis, tene
menti iſtũ tex. ad hoc contra iudices ignorantes iſtam con
ſti. qui dicũt contrarium per id, quod dicit gl. Inſt. de pub.
iud. in prin. & Inn. in c. ſi. de pur. can. Sed Abb. Sic. ſic ibi fir
16 mat auctoritate Bar. in d. l. 2. §. ſi publico. ff de adul. † q ſi-
cut in accuſatione debent exprimi omnes circunſtantię cri
minis, quando delictum eſt reiterabile, vt quo anno, quo
menſe, cum qua perſona delictum eſt commiſſum vt in l.
libellorum. ff. de accuſ. ita in inquiſitione debent exprimi
circunſtantiæ delicti. pro hoc gl. in c. tuæ. de procu. & Bar.
in extrauag. ad reprimen. in verbo, per inquiſitionem. quia
inquiſitio ſuccedit loco accuſationis, præterquã in inſcri-

ptione ad pœnam talionis.Itaque ſi omittuntur ſolemnia
tes requiſitæ, uitiatur inquiſitio, & iterum inquirendum
eſt,ut dicit iſta cōſt.in fi.& tex. & ibi Doct.in c. qualiter &
quādo.lo 2.in ver.debet.de accuſa.& Io.de Ana.in c. licet.
el 1. 3.colum. vbi no. ꝙ quando proceditur per inquiſitio-
nem,dicit, quòd in cauſa inquiſitionis ſpecialis fit publica
tio proceſſus quò ad partem, quia iudici ſemper eſt publi-
catus,vt in c.cum clamor.de teſti. Item exceptiones legiti-
mæ per inquiſitum oppoſitæ debent admitti, ſecundum
17 Hoſt.in d.verſi.debet,& ibi Ioan.de Ana.† ſed quando de-
lictum eſt non reiterabile,ut in morte,vel membri muti-
latione,in quibus tempus non eſt de ſubſtantia,ut quando
probatio non redditur dubia,quia nō exprimitur tempus,
tunc temporis omiſſio non vitiat inquiſitionem , vt ſentit
Ioā.de Ana.in d.verſi.debet,uerſi.ulti.circa prædicta, alle.
Bar.in l.is qui reus.in pen.col.ff.de pub.iud.patet ergo , ꝙ
tam in cauſis criminalibus,ſiue procedatur per uiam accu
ſationis,ſiue denūciationis, uel inquiſitionis,debet ſeruari
ordo iuris in procedendo,quam in cauſis dubijs fiſcalibus
ut dicit tex. in l.omnes iudices.C.de delatoribus,li.10. ibi
recto iuris ordine.& bñ facit.l.quoniam.la 1.de appella.&
l.defenſionis facultas. C.de iu.fiſci. Et de materia inquiſi-
tionis uide Ang. in l.ſi uacantia.C. de bonis uacan. ubi po-
nit iſtam materiam ſub iſtis quæſtionibus.Et primò, quid
ſit inquiſitio,& quę ſit eius forma.Secundò,in quibus cau
ſis inquiſitio ſit permiſſa,tam de iure ciuili,quàm canoni-
co.Tertiò,ex quibus cauſis inquiſitio impugnetur.Quartò
qui poſſunt inquirere.Quintò, quæ ſunt de ſubſtantia in-
quiſitionis.Sextò,qd ſit inquiſitionis effectus.Et iſtas quę
ſtiones proſequitur Io.de Ana.in d.c. qualiter & quando.
18 in uerbo, ad corrigendos.in 15.col.& ſequentibus.† Quar
todecimò no.ex tex.ibi,delatoris nomen. ꝙ ēt qñ procedi
tur,inquiſito dēt edi nomen delatoris , uel ipſi inculpato ,
niſi in duobus caſibus,ꝑut dicetur infrà in ſeq.no. ex offi.
per inquiſitionē.Quis dicať delator,& quot modis ſumať
& qui admittantur ad deferendum,& quid ſi non probēt,
an puniātur,& an ſit ſicut accuſator,tangit hic And.& qui
excuſentur,ſi non deferāt,& an debeant conſequi pręmiū,
uide per modū ſummę per Lucā de Penna in rub.C.de de
latoribus,lib.10.poſt gl.ibi. Quintodecimò no. ex tex.ibi,
præterquam in crimine maieſtatis.no. iſtam aliam ſpecia-
litatem in crimine læſæ maieſtatis,quia incolpato, ſeu ac-
cuſato de hoc crimine non editur copia delationis . Idem
in crimine hęreſis,ut in ca.fi.de hęret.lib. 6. ſic etiam non
editur copia repertorum ſine conſultatione regis in crimi
ne læſæ maieſtatis,ut dicit iſta conſtit. & dixi ſupra in 12.
no.& uide 30.alia ſpecialia in hoc crimine , quæ poſui in
c.1.in uerbo bona committentium crimē læſæ maie. quæ
19 ſint regalia.ideo hic non pono . † Sextodecimò no.ex tex.
ibi,cā timoris.ꝙ ubi iudex uidet,ꝙ fieret maxima inſtātia
pro parte inquiſiti , ſibi daretur in notitia nomē delatoris
& probabiliter dubitaret,ꝙ ſi nomen delatoris daretur ei
in notitiam, inde ei eueniret malum,non debet iudex per
mittere,ꝙ daretur inquiſito notitia de delatore,ſed proce
dat in cauſa,nō obſtante,ꝙ denegauit copiam nominis de
ferentis.Et dicit hic An.in fi.ꝙ bene hoc fuit ſtatutum , &
bene prouiſum,ne maleficia remaneant impunita , ut in l.
ita uulneratus,in fi.ff.ad l.Aqui.Iudex enim debet ꝓuide-
re,ut ceſſet timor priuatus in priuatum, ut in l. illicitas. §.
ne potentiores.ff.de offi.præſidis. facit l. fi. in princ. quod
met.cau. & ibi Bar.& non ſolùm conſiderare habet iudex
malum,quod poteſt,uel non poteſt contingere deferenti,
ſed ēt,quod poſſet contingere eius agnatis per agnatos de-
lati in agnatis delatoris,arg.l.iſti quidē. ff. quod me. cau.
& Bal.in l.j.C.da indic.uidui. tollen. Et quomodo proba-
biliter conſtabit, ꝙ ille inquiſitus,uel ſui agnati ſunt potē
tes, & ſoliti vindicare via facti eius inimicos, ut colligitur
ex dictis Bar. in l.de pupillo.§.ſi quis ipſi. de ope.no.nunc.
& in l.1.ff.quod ui aut clam.& Abb.Sic.in c.fin.de appell.
vel ſi ille inquiſitus,vel ſui agnati dixiſſent,quòd ſi ipſi ſci
rent delatorem, malè tractarent eum , vel eius agnatos, vt
dicit,ſi erant ſic conſueti,ut dicit Abb. in d.c.fi. & de hoc
quando quis timet,ne alius eum offendat in perſonis, vel
bonis, poteſt implorare iudicis officiū , ut eum defendat,
vide multas quotas allegatas per Fel.in c.in præſentia.vlt.
20 col.de probat. Decimoſeptimò no.ex tex.ibi,circunſpectè
proſpicere. ꝙ ad iudicem ſpectat cuncta rimari,nō ſolùm
quando proceditur per viam accuſationis,ſed etiam quan
do per viam inquiſitionis , vt hic , concordant omnia illa
iura,quæ allegat Spec.in tit.de offic.om.iudic.§.fin. ver.2.
videndum.concordat tex.30.q.vlt.c.iudicātem.& de fide
inſtrumentorum.c.cum omnes. circa fi. & de offi. delega.
c.ſuper quæſtionum.§.non autem.in fi.cum alijs allegatis
per Spec.in tit.de aduocato.§.nūc de exordijs.vlt.col. uer.
vel ſic in qualibet iudiciorum parte &c.Sed quibus iudex
debet eſſe circunſpectus in cauſa criminali ? Vide Specul.
in tit.de offic.omni.iudic.§.fi.ver. ſed uidendum. Cur ad-
de id quod dicitur in iſta conſt.ꝙ debet eſſe circūſpectus,
vt videat quis ſit zelus delatoris,qui ipſum ad delationem
induxit,nam ſi odio defert, non recipitur, ut dicitur in ca
pitulo regis Caroli primi, quod incipit, nuper apud Tra-
num . vbi iudex iuramentum à deferente debet recipere ,
ꝙ non defert propter odium , ſed quia credit verum eſſe ,
& dicit nomina teſtium.& pro hoc bene facit gl. Nico.de
Lira ſuper actibus Apoſtolorum.4.c.& gl.fi.in c.fi.de offi.
cuſtod.alibi zelus aliter accipitur, ut in cap.non ſolùm, in
princ.de regulari.lib.6. Conſideret etiam perſonas teſtiū,
quia non teſtimonijs,ſed teſtibus credendum eſt,ut in l.3.
21 ff.de teſtibus.† Decimooctauò,& vlt.no.ex tex.ibi, delato
nocere poſſit. tex.contra iudices,qui putant ſe laudem ac-
quirere, cum homines pauperes per ſententiam condēnāt
ad furcarum ſuſpendium, vel ad mutilationem membri ,
nō curantes inquirere eorum veras defenſiones . Nam illi
proceſſus ſunt irritandi , ſi apparebit, quòd eorum defen-
ſiones non inquiſiuerunt , ubi poſtea defenſiones appare-
bunt,& ſunt puniendi de dolo, vel negligentia arbitrio re
gis per iſtum tex. Tenentur enim iudices inquirere, & in-
ueſtigare defenſiones eorū, qui ſe non defendūt, vbi ſunt
ſuſpecti,quòd habent defenſiones. Ideo dicit tex.in l.ſi nō
defendantur.ff.de pęnis.qui cognoſcit, ſcilicet iudex,debe
22 bit de eorum innocentia inquirere.† & ideo peſſimè facit
ille iudex,qui habuit confeſſionem inculpati, ſeu accuſati
de homicidio , ſed ad ſui defenſionem , ſi non inquirit de
ipſa defenſione , quando ille confeſſus propter paupertatē
non facit ſuas defenſiones, de qua quæſtione dixi in c.1.§.
item ſi vaſallus.in 3.no.de controuer.inueſti.vbi And.tan
git,& uide Abb. Sic.in cap.auditis.de præſcrip.Et hoc per
iſtum tex.huius conſtitutionis . Sed de iure communi me
remitto ad ſcripta per Aret.in tractatu maleficiorū,in uer
bo,comparent inquiſiti : & partim negant,& partim con-
fitētur.Et vide,quæ ibi addit Auguſtinus,& Lucas de Pen
na in l.profeſſio. C.de mune.patri.libro decimo, & ad ea,
quæ dixi poſt Andr. ſupra in conſtitutione, terminum ui-
tæ. & Andr.in capit.2. de pace tenenda. In glo. 1.hæc glo.
diſtinguit ſecundùm formam huius conſtitutionis , an &
quando inquiſito ſit danda copia nominum teſtium , &
quando nominum & dictorum , & quando nec teſtium ,
nec dictorum eorum, & quando editur nomen delatoris,
& quando non, de quibus dictum fuit ſupra in notabilib.
In glo.2.dic vt dictum fuit ſupra in no. In glo.3.iſta gl.nō
eſt uera, ſecundùm Andream,& bene,quia eſſet annihila-
ta illa regula, ſine accuſatore nemo punitur , ut dixi ſupra
in 11.no.licet And.de Barulo eam approbauerit, ut patet
ex ſcriptis per And.in conſtitutione,præſenti lege. In gl.6.
in uerbo,facienda.omiſſis duabus glo.præceden. expoſiti-
23 uis . † Quærit hic glo. in quibus caſibus inquiſitio eſt per-
miſſa iudici ? Et dicit unum ſolum caſum,uidelicet in cau
ſa tangente fiſcum,tunc poteſt procedi per inquiſitionem
utraque parte abſente . allegat.ff.de iu.fiſ.l.2.§.diuus. & l.
ſenatus. Alios caſus tetigi ſupra in 11.not. Aduerte , quia
dicit hic And.de Barulo, ꝙ hic ſatis colligitur ꝙ in inqui-
ſitione,quæ fit contra ſpecialem perſonam,vt ſeruetur or-

do

do iuris, qui eſt, ꝙ vtriuſque partis debeatur præſentia, vt
in c. ad petitionem. de accuſ. & no. in d. c. qualiter & quan-
do. §. debet. de accuſ. & iſta conſtit. dicit, quòd in prædictis
delationibus ſeruandus eſt ordo iuris. C. de dila. l. pe. In ea
dem ibi, ergo ſatis colligitur. dic, vt dixi ſupra in 13. nota.
In gl. fi. dum dicit glo. concordat lex, ſi quis intra prouin-
ciam. in fi. C. de bon. proſc. no. ex iſta glo. iuncto tex. huius
24 conſtitutionis, † quòd ſicut punitur iudex, qui fraudulen-
ter omiſit, aliquid ſcribere in inuentario bonorum ſpectā-
tium ad fiſcum, vt in d. l. ſi quis intra. ſic etiam punitur offi
cialis, qui aliquid omiſit neceſſariò inquirendum, vel in ip
ſa inquiſitione, quando in caſu permiſſo facit inquiſitionē
ſpecialem contra delinquentem; ſint ergo circunſpecti iu-
dices, vt dixi ſupra in 17. not. & hæc dicta ſufficiant, quia
non eſt dos vnius legis furanda, & alteri legi tradenda. Se-
quitur conſtitutio, Item dura & dira.

ANNOTATIONES.

a Luſores.] Adde, quòd ludus fortunæ producit multa mala, & per
ditionem proprij patrimonij, & facit homines venire in deſpera-
tionem, & eos prouocat ad blaſphemiam Dei, & ſanctorum, & ad
plura vt dicit tex. in auth. alearum vſus. C. de reli. vide Hoſtien. in
ſumma tituli de exceſſibus prælatorum, & quòd luſor in ludendo
dicatur agere turpem vitam. Hinc eſt, quòd aleatores ſunt exoſi
legibus ſecundùm Alber. in l. 1. ff. de aleato. §. item nota, vide con
ſti. regni, quæ incipit, mores diſſolute. ſub rub. de aleatoribus, vbi
luſores, qui de ludo viuunt, & nullo alio officio vacant, ſunt infa-
mes, ita quòd non poſſunt eſſe teſtes, nec dicere teſtimonium, nec
admitti ad aliquod officium publicum, & quòd luſor præſuma-
tur dilapidare bona ſua, & ſic male vti ſubſtantia ſua, vide Bald. in
auth. locum, circa fi. & an teſtes luſores & blaſphematores admit
tantur in cauſa capitali, vide Alex. in conſil. 152. col. 4. 5. vol. Phil.
Decium conſi. 163. Thom. Gram. deci. 11. Io. Ant. Batius.
b Ad opus publicum.] Adde, quòd damnatio ad remigandum in
regno ſucceſſit in locum antiquæ pœnæ damnationis in opus pu-
blicum, vt per eundem Afflic. in conſt. mores diſſolutè viuentium,
col. 2. nu. 5. & hoc ante Affl. dicit Imo. in l. 2. ff. de pub. iud. & eum
refert & ſequitur Capic. in deciſ. 153. nu. 3. quod tenet meoni pro
practica quotidiana magnæ Curiæ, quæ ita ſeruat.
c Teſtibus.] Adde, ꝙ ſi teſtes examinati ad informationem ſuper ge
nerali inquiſitione ſi non ſunt repetiti, non probant contra inqui
ſitos ſecundum Franciſcum de Aretio in conſi. 155. quem refert,
& ſequitur Gra. deciſ. 11. col. 3. in princ. Batius.

SVMMARIVM.

1 *Inquiſito dari debet copia repertorum in inquiſitione contra eum.*
2 *Defenſio cum ſit de iure naturali non debet alicui denegari.*
Defenſio ita permittitur in iudicio ſicut in prælio.
3 *Papa defenſionem iure naturali introductam tollere non poteſt.*
Princeps in cauſa criminali non poteſt defenſionem tollere alicui.
4 *Princeps nil poteſt in his, quæ diuini iuris ſunt, vel naturalis.*
5 *Papa Dei Vicarius in terris, contra legem Dei & contra Euangelium diſpenſare nequit.*
6 *Conſiliarij regis veritatem ſemper ei dicere debent.*

ITEM dura & dira. Dictum eſt in con-
ſtit. præcedenti in ſecunda parte, quòd
ſi per teſtes decem in inquiſitione gene
rali receptos bonæ opinionis, probatur
contra aliquem hominem malæ vitæ
de crimine, in quo venit imponenda pę
na mortis, vel mutilationis membri, non dabatur ſibi co-
pia defenſionis, quia non publicantur ſibi illi teſtes, qui de
poſuerunt contra eum, ſed tantum nomina patefiebant ei,
hoc in iſta conſtitut. corrigitur expreſsè, & iubet, quod iu-
dices dent dictis inculpatis copiam defenſionis, & ſic co-
piam illorum teſtium, & audiantur in ſuis defenſionibus,
ſubaudi legitimè factis. hoc dicit. No. 1. ex tex. ibi, dura &
dira, ꝙ ſupradicta conſt. ſi qui. in ſecunda parte, in verſic.
porrò. erat dura & dira. iſta verba fuerunt expoſita ſuprà
1 in conſtitut. duram. & diram. ſub rubr. 46. † No. 2. ex tex.
ibi, copiam habeat accuſatus in ſuis defenſionibus. quòd li
cèt iſte text. dicat, quod accuſatus debet habere copiam re-
pertorum, tamen in veritate intelligitur de inquiſito, & il-
lud verbum accuſatus, intelligitur, id eſt, inculpatus. ſic ex-
ponitur in l. viro. ff. ſoluto matrim. ibi, accuſantibus, id eſt,
obijcientibus, vel intelligitur, id eſt, denunciatus, vt in l. ea
quidem. C. de accuſat. ibi, accuſantur, id eſt, denunciantur,
& probatur iſta expoſitio, qua permiſſa eſt inquiſitio ſpe-
cialis de crimine, pro quo venit imponenda pœna mortis,
vel mutilationis membri, vt dictum fuit ſuprà in præcedē
ti conſtitut. vbi dicebatur, quòd ex decem teſtibus exami-
natis in inquiſitione generali poterat procedi ad condem-
nationem non data copia teſtimonij. hoc dictum corrigi-
tur, & ideo iſtud verbum intelligitur, prout ſupra dictum
2 eſt. † Tertiò nota ex eodem tex. quòd defenſio in iudicio
non eſt neganda inculpatis, ſiue per viam accuſationis, vel
denunciationis, vel inquiſitionis, quia hæc iudicialis defen
ſio eſt de iure naturali, vt no. in clement. paſtoralis, de re iu
2 dic. An autem Imperator, [a] vel rex in regno ſuo poſſit tol-
lere in cauſa criminali defenſionem in iudicio inculpato,
tangit hic And. & dicit, quòd non, quia princeps naturalia
tollere non poteſt. Inſtitu. de iur. natur. §. fina. item iſta de-
fenſio eſt de iure diuino, vt patet actuum, c. 25. & ius diui-
num princeps tollere non poteſt. l. fina. C. ſi contra ius vel
vtili. public. & in iudicio ita eſt dare defenſionem, ſicut in
prælio, vt l. aduocati. C. de aduoc. diuerſ. iudic. & idem la-
tius firmat in ca. 1. in verbo, bona committentium crimen
læſæ maieſtatis. in rim, quæ ſint regalia. Et ideo non valuit
præcedens conſtitutio, quæ tollebat copiam defenſionis in
culpato, denegando ſibi copiam repertorum, contra d. cap.
qualiter & quando. § debet, & contra. l. vltimam. C. de bo-
nis vacant. & contra l. defenſionis facultas. de iure fiſci. lib.
10. Cui adde id, quod dicit Dominicus de ſancto Gemi. in
3 c. non ſolum. in principio, de appellatio. lib. 6. † quòd Papa
non poteſt tollere defenſionem introductam de iure natu-
rali, tamen poteſt variare modum defenſionis, vt dicit An-
gel. in l. ſi ſic. ff. de lega. 1 & de intellectu dictæ clement. pa
ſtoralis, quantum ad hoc, vide Abbat. Sicu. & Fely. in capit.
dilecti filij. de except. Bene facit ad hoc id, quod dicit Bal.
in l. 3. §. is pro quo. ff. quod quiſque iuris, ꝙ in cauſa crimi-
nali princeps non poteſt alicui tollere defenſionē, ſecus in
cauſa ciuili, & ſequitur Fel. in d. c. dilecti filij. Cui addo id
quod dicit Petr. de Anchar. in d. clement. paſtoralis. in 24.
no. vbi dicit, ꝙ princeps poteſt tollere defenſionem compe
tentem de iure poſitiuo, ſed non defenſionem competentē
de iure naturali, & idem dicit in c. 1. in fi. 1. col. de reſcript.
Hinc eſt, quod dicit Bartho. de Capua, in 4. char. in allega-
tionibus ſuis, quas fecit pro rege Roberto contra Impera-
torem Henricum, ꝙ eſt communis ſententia Legiſtarum,
4 & Canoniſtarum, † ꝙ in his, quæ ſunt diuini, vel naturalis
iuris, Princeps quantumcunq; præcellens non habet pote-
ſtatem, vt in d. l. fi. C. ſi cōtra ius, & de conſt. c. quæ in eccle
ſiarū, & l. 1. ff. de conſt. prin. nec ēt in his, quæ ſunt iuriſgen
tium, quod naturale dr̄, niſi in ſpecialibus caſib. ff. de euict.
l. Lucius. & l. item ſi verberatum. ff. de rei vendica. & C. pro
quibus cauſis ſer. pro præmi. li. acci. l. fi. Et eſt legalis rō præ
dictorum in iure diuino, præter naturalem rationem, quia
homo, qui eſt inferior, non poteſt tollere legem Dei, qui eſt
ſuperior & rex totius terræ, ſicut ſcribitur in pſalmis, & ex
tra de maiorit. & obed. c. cum inferior. & ff. de minor. l. mi
nor autem magiſtratus. in his, quæ ſunt iuris naturalis, nō
cadit mutatio, vt in d. §. pe. Inſtit. de iu. nat. poteſtas princi-
pis quantumcunque præcellentis, quæ non eſt niſi circa ci
uilia, illa poteſt tollere & mutare ex cauſa, quia nihil tam
naturale eſt quàm vnumquodq; vinculum &c. vt in regu-
la iuris, nihil. & ff. de ſolut. l. pront. & ff. de pactis. l. ab em-
ptione. ciuilis quidem ratio eſt in principis poteſtate, ſed
naturalia iura non poteſt corrumpere. ff. de ca. dimi. l. eas.
5 Inſt. de leg. agna. tute. § vlt. † Nam & Papa, qui eſt vicarius
Dei, in multis non hēt poteſtatem diſpenſandi contra le-
6 gem Dei & Euangelij, vt plenè no. de ſtatu regula. c. ad mo

naſterium. in fi. Et ideo ſemel ego dixi quondam regi Fede
rico me interroganti ſuper tortura, quam cupiebat cuidã
nobili inferre: An ipſe authoritate regia poſſet mãdare ho
minem torqueri, eſto q; non eſſent indicia ſufficientia? Di
xi ſibi; q; non poteſt mandare, q; liber homo torqueatur ſi-
ne legitimis indicijs, nulla data ſibi copia defenſionis, licèt
rex poſſit ex cã modum excedere, quod non poſſet iudex
inferior, vt dicit Andr. ſup. in conſtitutione, inquiſitionib.
in fi. tamen intelligitur non in his quæ ſont de iure diuino,
vel naturali, quia ipſe princeps ligatur iure gentium, vel na
turali, ſecundùm Doct. in c. 1. de probat. Et hoc expreſsè in
ſpecie firmat And. in conſtitut. regni, proſequentes. in fi. in
6 4. lib. & ſic dictam quæſtionem non adhibuit. † Boni conſi
liarij regis ſemper debent dicere regi veritatem, & non qđ
ſibi placitum eſt, moderatè tamen, vt dicit Apoſtolus 2. ad
Timotheum. c. 2. ibi, cum modeſtia corripientem eos, qui
reſiſtunt veritati. Inde dicitur Exodi, ca. 23. non declinabit
iudex à veritate propter coniudices votantes contra verita
tem. Et ibi dicit Nicolaus de Lira: ſanctum eſt præhonora-
re veritatem, vt dicitur. 1. Ethicorum. Et ideo dicebat Bal.
in l. Emilius. in 5. char. ff. de minori. magnus eſt Cæſar, ſed
maior eſt ratio & veritas. Bene facit, quod legitur in 2. lib.
Eſdræ, c. 4. vt ibi potes videre hiſtoriam. Et in pleno conſi-
lio ſolitus ſum dicere, q; non valet iſta aſſerta præeminen-
tia magnæ Curiæ Vicariæ, vt ex teſtibus ad informationẽ
examinatis, non data copia defenſionis, poſſit procedi ad
torturam contra hominem bonæ famæ, vide pro hoc in
deciſionibus meis, deciſio. 391. Hic non ſunt alia, nec eſt
aliqua gloſſa.

ANNOTATIO.

a Imperator.] An princeps poſſit tollere defenſiones, & appellatio
nem. vide And. de Iſer. quæ ſint regalia, in verbo, bona committen
tium. col. vlt. in prin. Batius.

SVMMARIVM.

1 *Pœna talionis hodie ſublata eſt de conſuetudine.*
2 *Filiusfamilias ad denunciandum non admittitur, niſi bona ca-
ſtrenſia, vel quaſi habeat.*
Accuſare volens ad aliquam pœnam ſe inſcribere debet.
3 *Accuſatori obligato de probando, deſiſtere non licet ab ipſa
accuſatione.*
4 *Delatores criminum de probando ſe obligari debent.*
5 *Punitur nemo abſque accuſatione.*
6 *Pœna deſiſtentiæ differt à pœna calumniæ.*

PRÆSENTI lege. Iſta conſtitu. habet
concomitantiam cum iure communi,
vt patet in l. 3. C. qui accuſa. non poſſ. &
4. q. 4. c. 2. §. inſcriptio. concordat etiam
infra in conſtitut. pœnam calumniæ. Et
hoc intendit. nullus officialis in regno
debet aliquem admittere ad accuſandum, vel denuncian-
dum aliquem de aliquo delicto, niſi prius ſe obligauerit
apud acta, ſcilicet de probando crimen obiectum, ſubaudi
1 ad certam pœnam pecuniariam, † quia hodie pœna talio-
nis de conſuetudine eſt ſublata, vt dicit Bar. in l. ſi cui. ff. de
accuſat. & in l. libellorum. eod. tit. Et idem dicit Angel. in
d. l. 3. & Sal. in auth. ſed nouo iure. C. de adult. & Io. Andr.
in addit. Spec. in tit. de accuſa. §. viſo. ad finem. reddit ratio-
nem, quare conſuetudo caſſauit hanc inſcriptionem ad pę-
nam talionis, dicens, quòd propter dictum rigorem de ſe
obligando ad pœnam talionis, multi retrahebant ſe ab ac-
cuſando, & ita crimina remanebant impunita, & hoc ẽt re
fert Fel. in c. ſuper his, in 3. col. de accuſa. & vide Aretinum
in tracta. de malefic. in verbo, necnon ad denunciationem
Titij inſcripti. charta 11. Et ſi poſtea accuſator deſiſtat, ut
quia non probauit, punitur pœna deſiſtentiæ, ideſt, pœna
contenta in obligatione, & ſi calumnioſè ſe geſſit in dicta
accuſatione, punietur ẽt pœna calumniæ. Et iſte eſt hodie
verus ſenſus huius conſt. Et ſic hodie practicatur in magna
Curia Vicariæ. & eſt de hoc ritus, vt non admittatur quis
ad accuſandum, niſi prius ſe obliget ad certam pœnam de
probando, vt patet ex ritu reginæ Ioannæ ſecundæ, incip.
2 Item q; curiæ ipſæ, & quælibet ipſarum &c. † Et qñ filius-
familias vult denunciare, non admittitur niſi fiat fides, q;
habeat bona caſtrenſia, vel quaſi, vel alius pro eo principa-
liter ſe obliget de probando, & vbi non probauerit, vel ſe
concordauerit ſine licentia curiæ, ſoluet pœnam, vt dř in
ritu, qui incipit, Item ſeruat ipſa curia, q; qñ venit aliquis,
qui ſit filiusfamilias &c. Et in alio ritu dř, q; non admitti-
tur quis ad accuſandum, niſi ſuam, vel ſuorum iniuriam
proſequatur, vt in ritu reginæ Ioannæ ſecundæ, qui incipit,
Item nullus laicus admittitur. No. 1. ex tex. q; volens accu-
ſare, debet ſe inſcribere, nôn ad pœnam talionis, ſed ad cer
tam pœnam de probando, & inſiſtendo, vt ſupra dixi, quia
pœna talionis hodie eſt ſublata, vt ſupra dixi. Caſus aũt, in
quibus olim, vbi habebat locum pœna talionis, non debe-
bat ſe inſcribere ad dictam pœnam, vide per ſcribentes in
d. l. 3. C. qui accuſ. non poſſunt. Et inter alios caſus eſt, qñ
quis habet denũciare maleficia ex neceſſitate officij, & de
illis denunciatoribus vide copioſè per Aretinum in tracta.
de maleſ. in verbo necnon ad denunciationem. char. 30. Et
ſcias, q; ſicut vinculum inſcriptionis ad pęnam talionis in-
ducebat neceſſitatem perſeuerationis, vt in l. rura. C. de om
ni agro deſer. lib. 11. & Bal. in l. accuſ. circa fi. C. qui accuſa.
non poſ. ita poſt iſtam obligationem de probando, tñ pôt
emendare vſque ad litis conteſtationem ſm Bal. in d. l. ac-
3 cuſ. in fi. † Secundò no. ex tex. q; non licet accuſatori, poſt-
quam ſe obligauit de probando, & inſiſtendo, deſiſtere ab
ipſa denũciatione, vt hic, facit l. deſtitiſſe. ff. de iud. & in d.
l. 3. C. qui accuſ. non poſſunt. & l. generaliter. C. de epiſc. &
cler. & ff. ad ſenatuſc. Turpil. l. qui deſtitit. & l. ab accuſatio
ne. §. deſtitiſſe, & l. ſenatus. ff. de iure fiſci. fallit in regno per
capitulum regis Caroli Secundi, quod incipit, ad audien-
tiam noſtram quàm plurimum. vbi ſi accuſatio, vel denun
ciatio ſolùm tangat ipſum accuſatorem, vel denunciatorẽ,
ita q; non tangat ipſam curiã, vt quia non agitur de defen-
ſa, vel pœna publicationis bonorum, aut de corporali pęna
imponenda, tunc antequam partes per citationem compa
reant in iudicio, licitum eſt accuſatori, vel denunciatori de
4 ſiſtere ab accuſatione, vel denunciatione. † Tertiò nota ex
tex. criminum delatores, q; etiam criminum delatores de-
bent ſe obligare de probando, ad idem. C. de delatorib. in
rub. lib. 10. & ibi per Lucam de Penna. In glo. 1. dictum eſt
ſupra in principio, de concordantijs iuris cõis cum iſta con
ſtit. In gl. 2. dic, vt dixi ſupra in 3. no. In glo. 3. ibi, & ſic vbi
apparet, iſta gl. non eſt glo. Marini de Caramanico, ſed eſt
gl. And. de Barulo, q fuit magnus vir, & famoſus Doctor,
ſecundùm And. de Iſer. hic, & fuit aduocatus fiſcalis huius
Imperatoris Federi. vult enim iſte Doctor hic, q; in omni-
a bus delictis, [a] vbi non apparet denunciator, vel accuſator,
poteſt iudex procedere ex officio ad inquirendum, etiam
contra ſpecialem perſonam, per iura & rationes, quæ hic
refert An. Et in eadem opi. fuit gl. ſupra in conſti. hi qui. in
verbo, de ſpecialibus autem cauſis. ſed ipſe And. ibi, & hic
5 tenet, q; † nemo ſine accuſatore punitur, niſi in caſibus ſpe
cialibus, & probat bene, vt ibi, & hic per eum, & reſpondet
ad obiecta, quæ poſſunt in contrarium allegari, & tene mẽ
ti illam tertiam regulam, quam ponit Barto. in l. 2. §. ſi pu-
blico. ff. ad l. Iuliam de adulterijs, quòd ſi iudex fecit gene-
ralem inquiſitionem ad purgãdam prouinciam malis ho-
minibus, pôt procedere contra illos, quorum delicta ſunt
probata ad ſpecialem inquiſitionem ex officio ſine accuſa
tore, vel delatore, per iura quæ ipſe ibi allegat, & ibi vide
apoſtillam Alexand. An autem ſuperueniente accuſato-
re debeat ceſſare inquiſitio, vel iudex poſſit etiam inquire-
re adiuuãdo accuſatorem? Vide per Bal. in l. ea quidem. in
6 14. colum. C. de accuſa. † In gl. 4. dic, q; alia eſt pœna deſi-
ſtentiæ,

ſtentiæ, & alia eſt pœna calumniæ, nam pœna deſiſtentiæ eſt. ff. ad Turpill. pœna calumniæ eſt infra conſtit. pœnam calumniæ. & ibi dicetur, qua pœna puniatur ille, qui calumnioſè accuſauit, vel denunciauit aliquem de aliquo delicto.

ANNOTATIO.

a Delictis.] In quibus delictis proceditur ex officio, & in quibus caſibus, vide capit. regni, quod incipit, Robertus, ſub rub de nō procedēdo ex officio, niſi in certis caſibus, iuncto cap. ſeq. & aliud cap. quod incipit, ſpectat ad præſides. & aliud, quod incipit, cura nobis. & aliud, quod incipit, ab illo inchoandi. & aliud, quod incipit, in generalibus autem. Bacius.

Vt iuſtitiarij, & vniuerſi officiales, ſeu ipſorum familia nihil a litigantibus recipiant. Rub. LII.

DICTVM eſt in tit. proximo præcedenti de inquiſitionibus faciendis ex officio iudicis, verùm quia iudices, & officiales debent habere manus mundas, etiam ab eſculentis & poculētis ab illis qui litigant, vt dictum fuit ſupra in conſtitu. capitaneorum. rubri. 41. quia ſcriptum eſt in Prouerbijs, capitu. 17. munera de ſinu impius accepit, vt peruertat ſemitas iudicij. & in 25. cap. munus abſconditum, extinguit iram. & in cap. 22. victoriam & honorem acquirit, qui dat munera, & animam aufert accipientium. ſed ille, qui amat munera, non viuet. ibidem in 15. cap. & Eccleſiaſtes. 5. qui amat diuitias, fructum non accipiet ex eis. & Seneca in prouerbijs dicit, beneficiū accipere, eſt libertatem perdere. & Auguſtinus. 11. quæſt. 3. cap. pauper. dicit, cito violatur auro iuſtitia. & in cap. præcedenti, quod incipit, qui rectè iudicat, dicitur fraudem in Deum perpetrare, qui iuſtitiam, quam gratis impartiri debet, acceptione pecuniæ vendidit, & ſubditur. qui excutit manus ſuas ab omni munere, iſte in eccleſijs habitabit. Inde ait ſanctus propheta Iſaias capit. 33. Beatus qui excutit manus ſuas ab omni munere. & ibi declaratur ſpecies munerum, translatiuè. 1. quæſtio. 1. capit. ſunt nonnulli. bene facit tex. 11. quæſtio. 3. capitu. quatuor modis peruertunt iudicium, & inter illos eſt, dare præmium iudici. & ideo Iſa. 3. capi. dicit, veh qui iuſtificatis impium pro muneribus, & iuſtitiam iuſti aufertis ab eo. & Deuteronomij. 27. capit. maledictus à Deo, qui accipit munera, vt percutiat animam innocentis. & Iſaias 1. capi. omnes diligunt munera. Ideo congruenter ſubnectitur hæc rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Eſculentum & poculentum quid ſit.*
2 *Difficultas obſeruantiæ legis facit, vt ab ea quandoque recedatur.*
Ordinationes regiæ in cancellaria regis ſunt ſeruandæ.
3 *Secretarij regij recipientes aliquid ab impetrantibus literas in regia cancellaria ſunt infames.*
4 *Exercentes iuriſdictionem ſibi à rege conceſſam, nihil à litigantibus recipere poßunt.*
5 *Magiſtratus & officiales an poßint recipere eſculentum & poculentum ab his, qui non litigant.*
6 *Officiales à non litigantibus ſemel licitè recipiunt eſculentum, & poculentum.*
7 *Promißio quo caſu æquiparetur dationi.*
8 *Officialis munera recipiens, in quadruplum eius, quod recepit, punitur.*
9 *Iudex à litigantibus dona recipiens quibus pœnis afficiatur.*

APVD iuſtitiarios. Hæc conſtitutio tria principaliter facit. In prima parte caſſat quendam ordinem aliàs datum per iſtum Imperatorem, vel alium ſuum prædeceſſorem in regia cancellaria, & omnibus iuſtitiarijs, & regijs officialibus, quem ordinem non habemus, ſed erat difficilis obſeruationis. vſque ibi, niſi quò ad hoc. In hac ſecunda parte dicitur, quòd in dictis ordinationibus, inter alia erat ordinatum q. omnes iuſtitiarij & officiales regij, & etiam regiæ cancellariæ nihil penitus, & ſic nec
c eſculentum & poculentum ab impetrantibus, nec à litigantibus, tam ante expeditum negotium, quàm poſt, debeant recipere. vſque ibi, qui ſi contra. hæc tertia pars diuiditur in tres partes. in prima ponit declarationem eius, quod dictum eſt, quòd non licet officialibus regis à litigantibus, vel impetrantibus, nec magnas, nec paruas res, nec promiſſionem, nec eſculentum, nec poculentum accipere, ſed à nō litigantibus licet eis accipere tantum ſemel eſculentum, & poculentum. In ſecunda parte ibi, quòd intra duos dies.
1 †hic declarat, quid dicitur eſculentum & poculentum. & dicit, quòd eſt res comeſtibilis, vel potabilis, quæ intra duos dies proximos conſumi poteſt. In tertia parte dicit, qua pœna puniantur officiales & magiſtratus regis, ſi dilucida probatione probetur, quòd à litigantibus, vel impetrantibus contra prohibitionem huius conſtit. aliquid receperint, nam puniuntur pœna amiſſionis officij, necnon efficiuntur infames. Item puniuntur tanquam fures manifeſti in quadruplum eius, quod receperūt, uel eius quod eis promiſſum fuit, & durat vſque in finem, breuiter hoc intendit. Omnes iudices, & officiales regis debent habere manus mundas, nec eſculentum, & poculentum à litigantibus, vel ſupplicantibus recipere, ſub pœna priuatio-
2 nis officij, infamiæ & pœna furti manifeſti. †No. 1. ex tex. ibi, difficultas. quòd ratione difficultatis obſeruantiæ legis interdum receditur ab ipſa lege, vt hic, licet difficile non ſit impoſſibile, vt dicit gl. in c. cum ſint homines. de decim. & tex. in c. 2. de cogn. ſpiri. lib. 6. & vide in cap. contracto. eod. tit. in antiq. licet interdum difficile pro impoſſibili ſumatur, ut no. glo. in cap. præſentium. de teſtib. cum concor. allegatis in glo. in l. utx certis. ff. de iud. & in l. vſufructuarium venari. ff. de vſufruc. Secundò no. ex tex. ibi, ordo cancellariæ. quòd in cancellaria regis ſeruandæ ſunt regiæ ordinationes, quæ uariantur ex tempore, ſicut in cancellaria domini Papæ. ideo dicebat Petr. de Ancha. in conſil. 298. facto ad inſtantiam quondam reuerendiſſimi domini Rinaldi de Brancatijs Cardinalis ſanctæ Romanæ eccleſiæ, qui conſtruxit hoſpitale ſancti Angeli, in loco ſancti Andreæ ad Nidum: quòd regulæ cancellariæ non poſſunt dici conſtitutiones generales, quia per eas Papa ſibi ipſi in ſuis agendis leges imponit, etiam contradictorias legibus, nec arctauit ſucceſſores, niſi confirmentur. idem
3 dixit in c. 1. de conſtitutio. lib. 6. † Tertiò nota ex tex. ibi, ab impetrantibus. terribilem textum contra iſtos regios ſcriptores de regia cancellaria, qui recipiunt non ſolùm eſculenta, & poculenta, ſed munera in pecunia, & alias res magni valoris ab impetrantibus gratias à rege: nam ſunt infames per iſtum tex. & ideo repelluntur à teſtimonijs, vt per Specu. de teſti. §. primo, verſicu. Item excipitur, quòd eſt infamis. An autem repellatur à teſtamenti factione? Vide Barto. in l. is cui. § primo. ff. de teſtib. & Ioan. Andr. in Mer. in verbo, infamibus. & Bald. in l. prima, tertia colum. C. de ſecund. nupt. & in l. fin. C. ſi à non
a comp. iudi. Quartò no. [a] ex tex. ibi, nec eſculentum, nec poculentum. tex. multùm neceſſariò obſeruandum,
4 quòd nullus, qui habet iuriſdictionem à rege, nec per ſe, nec per eius familiam debet aliquid recipere à litigantibus, etiam res minimas comeſtibiles, quia iſta xenia licet ſint minima, tamen prouocant blanditias, à quibus iudices debent eſſe remoti. facit capit. qui ſyncera. 45. diſt. Ouidius.

Munera (crede mihi) placant homineſque Deoſq́;
Placatur donis Iuppiter ipſe datis.

Et de iſta materia dic, vt latè dixi ſupra in conſti. capitaneo
rum. in decimoquinto no. quod eſt contra quoſdam offi-
ciales, qui recuſant recipere xenia, & eorum uxores, uel fa-
miliares in exitu domus recipiunt ea, nam incidunt in pę-
nam, ſicut ſi ipſi recepiſſent, per iſtum tex. An iſti officiales
ſint etiam excluſi à ſportulis, quæ debentur ex conſuetudi
ne, ut dicit gl. in auth. offeratur. C. de li. cont. & in §. tripli.
Inſt. de act. dic quòd ſic, quia omnis conſuetudo præterita,
& futura caſſatur in proœ. harum conſti. niſi appellatione
ſportularum uelis comprçhendere triceſimam, quę eſt per
5 conſti. conſtitutionum, de uic. iudicib. † Quintò no. ex tex.
ibi, aut a non litigantibus, præter eſculenta &c. quòd ma-
giſtratus, & officiales ab illis, qui non litigant, poſſunt iu-
re licito ſemel tantùm recipere eſculentum, & puculen-
tum, dum in loco permanſerint, & ſic non ſemel in anno,
ſed ſemel donec eſt in illo loco, ita quòd ſi pluries oporte-
ret in illum locum ire, ſemel tantùm poteſt recipere à non
litigantibus eſculentum & poculentum, ut hic, & patet
etiam ſuprà in d. conſti. capitaneorum. Et de iſta materia,
quòd ſufficiat ſemel, uide quæ dixi in c. 1. in pen. char. de
contr. feu. apud pares terminan. & in c. 1. §. ſi quis per 30.
in 3. no. ſi de feu. fue. contr. inter domi. & agn. & Fely. in c.
2. de treu. & pa. & tetigi aliqualiter ſuprà in conſti. defen-
ſas. Rub. 18. in 2. no. Quid de ſtrena, quod eſt donum,
quod datur in prin. Ianuarij? Vide per Alb. de Roſ. in l. lau-
6 dabile. de aduo. diuer. iudi. † Sextò no. ex tex. ibi, quòd in-
tra duos dies. quòd à non litigantibus ſemel officialibus li
citum eſt recipere res comeſtibiles, & potabiles in tanta
quantitate, quòd intra duos dies conſomentur per ſe & fa-
milias ſuas, dum in loco permanſerint, & ſi in pluribus lo-
cis acceſſerit officialis, in omnibus locis poteſt iſta comeſti
bilia accipere à non litigantibus ſemel tantùm, ſed à liti-
gantibus & impetrantibus nihil recipere debent. Septimò
no. ex tex. ibi, ſpoliati honoris. quòd iuris infamiam incur
runt omnes iudices recipientes nedum res parui ualoris,
ſed eſculenta & poculenta à litigantibus, necnon, quia
cum infamia priuari poſſunt officio. An autem ſit poſtea
habilis ad alium officium? Vide infrà in conſti. eos tantùm
officiales. in 3. lib. & in l. 1. C. de poſtulando, per Bal. ſecun-
dùm iſtam conſti. & conſti. capitaneorum. in uerſi. prædi-
7 ctis. † Octauò no. ex tex. ibi, donatione, uel promiſſione.
ſecundùm And. hic, quòd æquiparantur datio & promiſ-
ſio. ſic C. de teſtibus. l. ſi quis teſtibus. in fi. cui adde ea, quæ
allegat Alex. in 1. vol. conſi. 102. in 4. col. & in 2. uol. conſi.
120. 3. colum. ſicut etiam promiſſio & traditio à pari pro-
cedunt. l. fi. C. ad leg. Falc. & l. ſi patronus. ff. de dona. Alex.
in l. cum quid. 4. colum. ff. ſi cer. pet. & in l. ſi filius. in fi. ff. ſi
cer. peta. hoc non procedit nec in donatione, nec in uendi-
tione, quia ſi promitto donare, non eſt donatio, nec pro-
miſſio de uendendo eſt uenditio, nec promiſſio de inueſti-
tura, eſt inueſtitura, ut dicit Bal. in c. ſi facta. ſi de feu. fue.
controuer. hæc dicit Alex. in l. iuriſgen. in prin. ff. de pac. &
Alex. in 2. volu. conſi. 73. 2. colum. & conſi. 93. 2. colum. &
in 3. uolu. conſi. 72. in 3. col. ſic etiam promiſſio dotis non
appellatur contractus dotis. Alex. in 3. uolu. conſi. 36. col.
8 & in 4. uol. conſi. 121. 2. colum. † Nonò no. ex tex. ibi, tan-
quam manifeſti fures. quòd officialis, qui recipit munera,
punitur in quadruplum eius, quod recipit, uel promiſſio-
nem acceptauit. concordat infrà conſti. eos tantùm officia-
les. facit. l. 3. C. de aſſeſſo. ſiue per uim, ſiue ſponte accepit,
& dicitur hic de ſponte. & in d. conſtitu. eos ſi per uim. &
ideo credo, quòd And. hic uitio ſcriptoris ſit incorrectus.
Decimò & ult. no. ex tex. ibi, curiæ noſtræ. quòd pœna qua
drupli, quam ſubit iudex per dona percepta à litigantibus,
applicatur regio fiſco, & non parti, qui dedit dona. regula-
riter de iure communi aliud eſt, ut dixi ſuprà in conſti. uio
lentias. in 2. no. in 3. q. dum allegaui Io. de Imo. in rub. ff.
9 de po. iud. † In glo. unica, quærit hic glo. utrum iudex, qui
recipit dona, uel eſculenta, & poculenta, puniatur alijs
pœnis quàm his tribus hic contentis? Et dicit glo. quòd
ſic. Nam de iure communi punitur exilio, uel extraordi-
nariè. imò pœna deportationis in inſulam, prout iudici
uidebitur, ut in l. lege Iulia §. hodie. ff. ad leg. Iuliam repe-
tundarum. & de iure harum conſtitutionum, ut in conſti.
uolumus, & præſentis legis noſtræ ſancimus, punietur e-
tiam arbitrariè arbitrio regis. & ſic concordat ius commu-
ne cum conſti. regni.

ANNOTATIO.

a Quæro.] Adde, quòd non licet recipere à litigantibus aliquid nec per ſe, nec per eius familiam & etiam res minimas comeſtibiles, vt hic. ad idem vide c. regni, quod incipit, nullus iuſtitiarius. ſub rub. quòd nullus officialis recipiat munera. & aliud cap. regis Caroli, quod incipit, hac edictali l. ſub rubri. vt nullus officialis. vide quæ addidi ſupra in conſtitutione capitaneorum. fol. 11. Batius.

Vt iuſtitiarij habeant certos aduocatos.
1 *Rub. LIII.*

DICTVM eſt ſuprà proximè, quòd iuſtitiarij prouinciarum debent habere manus mundas à donis, & eſculentis, & poculentis à litigantib. uerùm quia aduocati ſunt multum neceſſarij in cauſis, ut infrà in conſti. aduocatorum officium. & non ſunt repellendi, niſi ex cauſa iuſta, ut dicit Azo in ſumma. C. de poſtulando, per iuſtitiarios. ideo ponitur hæc rubri. ut iuſtitiarij habeant aduocatos approbatos, & ſubduntur duæ conſtitutiones. Prima tractat, an habeant iuſtitiarij prouinciæ cognitionem cauſarum feudalium. Secunda dicit, quòd officium baiulorum eſt ſeparatum ab officio iuſtitiarij, quia baiuli non tenentur aſſiſtere iuſtitiario prouinciæ. Et ſcias, quòd tempore iſtarum conſtitutionum erat inopia Doctorum in hoc regno: ideo regia cancellaria examinabat ſcholares, qui dederunt operam ſtudio per quinquennium, & ſi erant ſufficientes, dabat eis literas, ut poſſent aduocare, & qui habebat iſtas literas à regia cancellaria, poterat aduocare in curia iuſtitiarij regionum, ſeruata forma iuramenti, de qua infrà in conſti. aduocatorum, tam in curia noſtra. aliter aduocans puniebatur pœna unius libræ auri, ut ibi dicitur. Et pro hoc bene facit l. nemini. & l. iubemus. C. de aduo. diuer. iudi. & quę dixit Azo in ſumma, eo. titu. hodie autem propter ſtudium generale, quod eſt in ciuitate Neapol. ab antiquiſſimis temporibus, ſed confirmatum per Papam Paulum ſecundum tempore regis Ferdinandi primi, paſſim ſcholares doctorantur in collegio Doctorum in ciuitate iſta nobiliſſima Neapoli, et iam receſſit uſus concedendi per cancellariam literas licentię de aduocando: imò reputarent ſcholares ignominioſum poſtulare illam licentiam. Iſtis enim aduocatis Doctoribus debetur maior honor, quàm illis, qui habuerunt licentiam aduocandi à cancellaria, et iſti Doctores aduocati poſſunt ſedere cum iudicibus, ut in l. fi. C. de aduo. diuer. iud. et in l. fi. C. ubi ſena. uel clariſſimi, ſecundùm Alb. de Roſ. in l. quiſquis. C. de poſtu. tamen ſedent, quando regitur curia pro tribunali in loco inferiori à loco iudicis, et ita obſeruatur.

SVMMARIVM.

1 *Aduocatus aduocationis officium in terra ſua exercere poteſt.*
2 *Aduocatus coram iuſtitiario aduocare non tenetur in magna curia vicariæ in cauſa appellationis.*
3 *Officium aduocationis nullus poteſt ſibi aſſumere propria auctoritate.*

IVSTITIARIOS Regionum. Iuſti
tiarij prouinciarum debent eſſe conten
ti, vt certus oumerus aduocatorum poſ
ſit aduocare in curia ſua: ſed ſi alij aduo
cati receperint officium poſtulandi pu-
blicè in iuriſdictione ſua, illos ēt per-
1 mittant aduocare. h. d. † No. primò ex
tex. in iuriſdictionis auctoritate, ꝙ aduocatus in terra ſua
poteſt exercere officium aduocationis, vt hic, & in l. qoi ne
ceſſario, & ibi Bald. C. de aduo. diuer. iud. & gerentes of-
ficium aduocatioois non poſſunt eſſe collectores collecta-
rum regiarum, vel dominorum, aut vniuerſitatis, vt in l. ne
quis, & ibi Bal. in eo. tit. nec tenentur ire ad cuſtodiam ciui
tatis, vt in l. ſancimus, & ibi Bal. C. eo. tit. Secundò no. quòd
poſtquam iuſtitiarius admiſit certum numerum aduocato
rum in Curia ſua. ſi alij exteri, qui non ſunt de iuriſdictio-
ne ſua, voluerint aduocare in Curia ſua, debet illos repelle
re, ſed tantùm debet admittere illos ad aduocandum, qui
ſunt de iuriſdictione ſua, & ſic patet, ꝙ exteri, qui nō ſunt
de iuriſdictione iuſtitiarij, non admittuntur ad aduocan-
dum in eius Curia, & iſti dicuntur extraoei, vt in l. vnica. §.
2 cæteri. C. de imponen. luc. deſcrip. lib. 10. † Et pro hoc fa-
cit, ꝙ ille, qui fuit aduocatus coram iuſtitiario, non teoetur
aduocare io magna Curia Vicariæ in cauſa appellationis,
vt in l. inuitus. C. de procurator. & voluit Bart. in l. qui pro-
prio. §. idem quæritur. ff. de procurat. Item facit illud, quod
dicit Bar. in l. per hanc. C. de adooc. diuerſ. iudic. ꝙ aduoca-
tus, qui fuit abſens per biennium, perdit priuilegium ſoi
collegij, & ſic ſi reuertitur poſtea, iuſtitiarius non admittit
eum tanquam exterum ad aduocandum in eius Curia per
tantum tempus, qoantum fuit abſens, argu. 3. q. 2. c. 1. & c.
tandio, vt dicit Goffr. in c. venerabili. de offic. delega. vel ad
athitrium iuſtitiarij, vt dicit Arch. in c. quāto. 3. q. 2. alleg.
90. diſt. c. ſi quis monachus, ī fi. & de veritate huius dicti vi
de, quæ dixi in cap. 1. §. ſi quis hominem, in 9. not. de pa. te.
3 † Tertiò no.[a] ex tex. ibi, receperint, quòd nullus poteſt ſibi-
a ipſi aſſumere officium aduocationis niſi publica auctorita
te illud aſſumpſerit, ideo conſtitutio ponit eū pœna vnius
libræ auri, qui propria auctoritate aſſumit ſibi officium ad
uocationis, vt in allegata conſtit. aduocatorum, tam in Cu-
ria noſtra &c. hoc importat iſtod vocabulum, receperint,
ſcilicet, à publica auctoritate, puta à rege, vel à collegio Do
ctorum, oiſi ſit approbatus, & licentiatus, vel doctoratus,
quod eſt contra ſcholares, qoi publica auctoritate exercēt
officium aduocationis, nam faciunt contra regni conſtitu-
tiones, & ideo poſſunt puniri de iute dicta pœna, & in hoc
fiſcales ſont negligentes, & de iſta pœoa facit etiam men-
tionem hic Andr. allegando dictam conſtitutio. aduocato-
rum, &c. hic non ſunt glo.

ANNOTATIO.

a Nota] Adde qood de iure communi quilibet admittitur ad exer
cēdum officium aduocationis & poſtulationis, niſi ſit prohibitus
expreſſe, vt toto tit. ff. de poſtulando. Batius.

SVMMARIVM.

1 *Iuſtitiarius prouinciæ de feudis non quaternatis cognoſcit.*
2 *Præſes prouinciæ quis ſit, & qualem habeat iuriſdictio-
nem.*
*Iuſtitiarij prouinciæ ſunt iudices ordinarij in cauſa de feudo
non quaternato.*
3 *Iudex ordinarius quis ſit in cauſa de re particulari feudi qua-
ternati.*
4 *Connexorum idem eſt iudicium.*
5 *Hæres pro tota hæreditate agere poteſt hæreditatis petitione, &
pro rebus ſingulis rei vendicatione.*
6 *Expreſſi & taciti quando idem ſit iudicium.*
7 *Iuſtitiarius feudi quaternati cognitionem non habet quoad res
ſingulares.*
8 *Legatum de rebus, quas quis habet in ciuitate, comprehendit
etiam ea, quæ habet ciuitati adiacentia.*
9 *Feuda magna ſine conſenſu regis alienari non poſſunt.*
10 *Tabula nauis non eſt pars nauis, nec cæmentum domus eſt pars
eiuſdem.*
11 *Prohibitum in toto collegio non extenditur ad ſingulos in colle-
gio contentos.*
12 *Cognitio ſi in aliquibus magiſtro iuſtitiario committatur, in cæ-
teris prohibita cenſetur.*
13 *Actio aliter intentatur pro tota adminiſtratione, & aliter pro
certo ipſius capitulo.*
14 *Poteſtas prouidendi alicui de beneficio in aliqua eccleſia, non
intelligitur de eccleſia ipſa.*
15 *Iuſtitiarius prouinciæ quo caſu procuratorem conſtituere poſſit
protecturum iura fiſci.*
16 *Delegatus à rege in cauſa feudi quaternati, an poſſit in illa pro-
curatorem fiſcalem conſtituere.*
17 *Procurator & ſyndicus ille dicitur, qui adminiſtrat dominij
mandata.*
18 *Iuſtitiarius an poſſit procuratorem in cauſa fiſcali feudi non
quaternati conſtituere, fiſco contra alium agente.*
19 *Iuſtitiarius an poſſit conſtituere aduocatum fiſci.*
20 *Vſque, hæc dictio, quando excluſiuè, & quando incluſiuè ca-
piatur.*
21 *Iuſtitiarius an poſſit abſoluere fiſcum coram ſe conuentum, ſi
contra eum nihil ſit probatum.*
22 *Abſoluere aliquando poterit, qui condemnare nequiuit.*

PRÆSAS Prouinciæ. Duas partes con
tinet hæc conſtitutio. Io prima ponit
1 regulam, & fallentiam. † Regula eſt,
quòd iuſtitiarius prouinciæ cognoſcit
de feu. noo quaternatis, & rebus non
quaternatis, quas tenet regia curia,
quaodo regia curia conuenitur coram eo. Et iſta eſt regu-
la, ab iſta regula excipitur iſte caſus, ſi rex mandauit ali-
quem de bonis feudalibus deſtitui, & ille deſtitutus velit
agere coram iuſtitiario contra fiſcum, in hoc caſu iuſtitia-
rius nullam habet iuriſdictionem, niſi rex ſpecialiter ſibi
commiſerit hanc cauſam. & durat vſque ibi, inſtituto.
Hic eſt ſecunda pars, in qua ponitur quædam declaratio
ad dictam regulam, vt quando agitur contra fiſcum ſu-
per ipſis bonis feudalibus non quaternatis coram iuſtitia-
rio, iuſtitiarius ipſe debet conſtituere procuratorem fiſca-
lem in illa cauſa, & præſentibus aduocato fiſcali, ac pro-
curatore rerum curiæ, in illa prouincia debet cooficere
proceſſum vſque ad calculum diffinitiuæ ſententiæ exclu-
ſiuè, deinde cauſam illam inſtructam, ideſt, fabricato
proceſſu, vſque ad concluſionem incluſiuè, quia tunc di-
citur cauſa inſtructa, dato peremptorio termino alteri
parti, quòd ſe in curia regia præſentet & tranſmittat. h. d.
2 † No. 1. ex tex. quòd præſes prouinciæ dicitur iuſtitiarius
prouinciæ, tameu de iure communi maiorem iuriſdictio-
nem habebant præſides prouinciæ, quàm habebant iuſti-
tiarij prouinciæ. nam præſides de iure communi cogno-
ſcunt etiam de cauſis ciuilibus, ut ff. de officio præſid. l. om
nia. cum concord. ſed iuſtitiarij noo cognoſcunt de cauſis
ciuilibus, ſed baiuli locorum, vt ſupra in conſtit. iuſtitia-
rij per prouincias. niſi in defectu baiulorum, vt ſupra in
conſtitut. iuſtitiarij nomen & normam. Secundò no. ex
tex. ibi, de feudis non quaternatis, & rebus feudalibus.
quòd iuſtitiarij prouinciæ ſunt iudices ordinarij, cum ver-
titur cauſa de feu. non quaternato, vel de alijs feudis pla-
nis, & de tabula, ſiue ſit quæſtio ioter dominum, & va-
ſallum, ſiue inter duos vaſallos litigantes. concordat ad
hoc tex. ſupra in conſtitut. iuſtitiarij per prouincias. in
3 fine. † Sed hic quæro de una vtili quæſtione, vtrum iuſti-
tiarius prouinciæ ſit iudex ordinarius, ſi vertitur cauſa de
aliqua re particulari feu. quaternati, vel magna curia Vic.
debeat de iſta cauſa cognoſcere, ſicut cognoſcit de omni-

bus ſeu.quaternatis,vt dicitur ſupra in conſtit.magnæ Cu-
riæ noſtræ.cum conc.ibi allegatis. Et quia habeo iſtā quæ-
ſtionem diſputatā per And.de Barulo,quæ diſputatio cōi-
ter non habetur, ideo hic eam regiſtrabo, vtrum cognitio
rei ſingularis ſeu. quaternati pertineat ad magnam Curiā
ſicut pertinet cognoſcere,& determinare de cā ſeu.quater-
nati? Et vr ꝙ ſic,ꝙ probatur tali ratione,quia cum res feu-
dales conſtituant feu.quaternatum,& ſine eis nullum eſſet
feudum,ergo idem in rebus feudalibus ſingularibus,quod
in feudo,vel quota parte ipſius eſſe debet iudicium pp cau
ſæ identitatem. ff. de aqua plu.arc. l.hactenus.in fi.& l.in-
4 terdum.† Et quod in vno de connexis dicimus, idem & in
alijs de neceſſitate ſentimus,vt ff.de mino.l.etiam.§.1.ff.de
tutelis,& rō.diſtra.l.tutor.& ff.quemad.ſer.amit.l.ſi cōem.
ff.de procu.l.ad rem mobilem.& l.ad legatum. & ff.de iu-
riſ.om.iu.l.2.Secunda ratione idem probatur,quia qui tā-
git vnam rem de feudo,vr tangere totum feudū. vnde qui
tangit auriculam hominis, totum hominem tangere vr.ff.
de fur.l.vulgaris.Et qui certum feudi locū ingreditur ani-
mō poſſidendi, totum feudum poſſidere intelligitur. ff.de
acq.poſ.l.poſſideri.in prin. Et qui per certum locum fundi
ſeruientis trāſit,in toto fundo retinet ſeruitutem. ff. de ſer.
ruſt præd.l.vna eſt via.Et qui centū debet habens exceptio
nē Macedoniani,ſi decem ſoluit paterfamilias factus in oī-
bus ſibi præiudicauit.ff.ad Maced.l.ſed Iul.§.fi. & l.ſeq.ſic
& aliàs.C.ad l.Fal.auth. ſed cū teſtator.Tertia ratione hoc
idem probatur,quia niſi dicamus magiſtrum iuſt. poſſe co
gnoſcere de re ſingulari feu.quaternati,inuēta erit via, per
quam in toto feu. quaternato aliquis poterit declinare iu-
5 riſdictionem magiſtri iuſt. † ſic hæres pōt agere pro tota
hæreditate petitione hæreditatis, & pro ſingulis rebus rei
ven.vt C.de pet.hære.l.2.in fi. Et ſicut petendo ſingulas res
feudi quaternati coram iuſtitiario prouinciæ circumuēta
erit lex, quæ vult feudi quaternati cognitionem ad magi-
ſtrum iuſt.pertinere,quod eſſe non debet.ff.de tranſ.l.cum
hi.§.ſi cum lis.ff.de tut.datis ab his.l.ſcire. §.1. & ff.de reb.
eorum.l.magis.§.ſi pupillus.& ff.de cond.inſt.l.quæ ſub cō
ditione.§.ſed ſi iuſiurandi, & in Authē.de non alienan. aut
permutand.§.alienationis.nec enim aperienda eſt via mali
tijs.ff.de rei vendic. l.in fundo. C.de iudicijs.l.2.in fi.ſicut
non eſt danda materia falſi fabricandi. ff.quemadmodum
teſta.aperiantur.l.2.§.1.quid enim eſt, ꝙ homo ad malum
deditus non adinueniat? vt in Auth. vt hi qui obl. ſe habe.
res minorum.in fine primi reſponſi.Quarta ratione,nō re-
fert quantùm ad iuriſdictionem, an petatur totum feudū,
aut quota pars feudi,vel res ſingularis feudi quaternati, ſi-
cut non refert, inſtituatur quis in vniuerſum, vel in re cer-
ta.ff.de hæred.inſti.l.1. §.ſi ex fundo. & ff.de libe.præter.l.
6 quidam.cum ſim. † Quinta ratione,quia quod iuris eſt in
caſu expreſſo,idem in omiſſo, ſi omiſſus ſimilis eſt expreſ-
ſo,vt ff. de cond.ob cāmd.l. ſi extraneus, & C.de epi.& cle.l.
Deo nobis.vbi pactum factum in caſu mortis, tenet per in
greſſum monaſterij. ad hoc accedat illud generale, vbi eſt
eadem rō, ibi idem ius.Sexta ratione, quia curator datus
ad ſpeciem æquiparatur dato ad oīa negotia. ff. rem pupil.
ſaluam fore.l.& ſi ad ſpecies. & idem in procuratore dato
vni negotio,vt ad omnia videatur conſtitutus. ff.de procu.
l.1.in prin.ff.de neg.geſt.l.3.§ negotia.ita & hæc res ſingu-
laris æquiparatur toti feudo. Septima ratione, quia ex re-
bus feudum conſtituitur, & ſic ſunt res ſubſtantia feudi,
ideo ſubſtantia eſt ſpectanda.ff.de vſuris. l.ſequitur.§.ſi ex
7 lana.† Octaua ratione,iuſtitiarius prouinciæ de re ſingula-
ri feudi quaternati non cognoſcit, quia nullibi hoc dr̄, er-
go magiſter iuſtit. debet cognoſcere, quia cum iuſtitiario
prouinciæ ſit denegata cognitio totius feudi quaternati,er
go & cuiuslibet eius ſpeciei.nam à quo denegatur genus,
& quælibet eius ſpecies.ff.de donat. l.filius. §.pari ratione.
Nona ratione,ſi magiſter iuſt. non poſſet cognoſcere de re
ſingulari feudi quaternati, & ſic de minori, ergo nec de
maiori,ſcilicet, de toto feudo quaternato, quia qui prohi-
betur a maioribus, multò fortius a minorib. ff. de ſer. ex-
por.l.cui pacto.cum ſimilibus.Decima ratione,ſi magiſtro
iuſtitia. conceſſum eſt, quòd poſſit cognoſcere de magnis
feu.vt in conſtitut.magnæ Curiæ.ergo & de omnibus reb.
contentis in eis, vt C. de bonis vacantibus.l.2.lib.10.quia
qui cognoſcit de feudo,cognoſcit de fructibus feudi. ff.de
rei vend. l.ex diuerſo. Et fructus ſunt pars fundi. eod.tit.l.
fructus pendentes.ſic & qui cognoſcit de feudis magnis,&
8 de qualibet re ſingulari ipſorum feudorum. † Item cui le-
gantur, quæ ſunt in ciuitate, vel Romæ, omnia legata vi-
dentur,quæ ſunt in adiacentibus locis.ff.de legatis & fidei
commiſſis,tertio.l.vxorem.§.legauerit.& l.cuique.& ff.de
verb.ſig.lege,ædificia.cum ſimilibus. & qui tenetur ad ex-
hibendum, debet exhibere non tantum rem, ſed omnem
cauſam.Inſt.de offi.iud.§.ſi ad exhibendum.ſi hoc eſt corā
quolibet iudice, multò fortius coram magiſtro iuſtit. qui
de feudo quaternato cognoſcit. ergo de qualibet eius par-
te. Et pro hoc facit illud, quod dicitur, ꝙ pactum de non
petendo hæreditatem repellit paciſcentem,ſi petat rem ali
quam dictæ hæreditatis.ff.de pactis.l.ſi vnus.§.generaliter.
& ſimile eſt.ff.de excep.rei iud.l.ſi quis cū totum. in princ.
& §.1.Item facit illud,quod dicitur, ꝙ qui eligitur ab vni-
uerſitate,debet eligi ſaltē a duabus partibus, & electus nu-
meratur inter eligentes. ff.quod cuiuſq; vniuerſi. nomine,
l.nulli.& l.planè. & ita ſingularis continetur ſub vniuerſi-
tate.Item facit,ꝙ hæredes ſcripti ſi voluerunt agnoſcere rē
ruinoſam,& tributariam ratione rei quam non agnoſcunt
tota hæreditate priuantur.C.de omni agro deſerto.l.hære-
des.li.11.ſic fiet,ſi velit partem hæreditatis habere,& par-
tem non,vt C.de iure delib.l.quidam.Et ita eſt idem in re,
quod in parte. Et pro hoc facit ēt iſta conſideratio,quæ eſt
ratio, ꝙ de magnis feudis cognoſcitur coram magiſtro iu
9 ſtit.†Reſpondetur,quia non poſſunt alienari ſine conſenſu
regis, & agere in iudicio eſt alienare. ff. de iure delib. l.ait
prætor.& ſi eſt prohibita alie.feud.ſic multò magis rei par-
ticularis feudi,ne perueniatur ad alienationem totius. Itē
quia feuda quaternata ſunt ſcripta in quaternis curię regis
& ſunt in curia.Idem dicendum eſt & de rebus particulari
bus ipſius feu.quaternati,ar.l.illud.ff.ad l.Aquil.In contra
rium allegatur,ꝙ cognitio rei ſingularis feu.quaternati nō
pertineat ad magiſtrū iuſt.ſed ad iuſtitiariū prouincię. ad-
ducit primò, certum eſt, ꝙ magiſtro iuſt. committitur co-
gnitio feudi quaternati, & quotæ partis, ſed res ſingularis
feu.quaternati non eſt feud.quaternatum,ſicut dicimus in
peculio,quod eſt vniuerſitas cōtinens in ſe multas ſpecies,
& peculium non vendicatur, ſed res contentæ in peculio,
vt ff.de rei vend.l.vendicatio. & quod ibi no.Item res con
tentæ in hæreditate non ſunt hęreditas. ff. de rerum diuiſ.
l.1. §.quędam. Ita res particularis feudi quaternati non eſt
feud. quaternatum, ſicut ouis quæ non eſt pars gregis non
eſt grex,ex eo apparet, quia poſt gregē vſucaptum poſſum
vſucapere ouem. ff.de vſucap. l.rerum miſtura. quod non
eſſet,ſi ouis eſſet grex,ſeu pars gregis,cum res vſucapta,vel
mea non poſſit vſucapi. ff.de vſucap. l.ſequitur. §.ſi ex la-
10 na.† Eadem ratione tabula nauis,non eſt pars nauis,& cæ-
mentum domus,quod ex eo apparet, quia euicta parte rei
agitur de euictione,non euicta tabula,vel cæmento,licèt a-
gat ex empto ad intereſſe.ff.de euict.l.naue. Et vendito gre
ge,euicta vna oue,non agitur de euictione,vt eo.ti.l.vaccę.
& l.hominis.& qui vſucapit domum,non vſucapit cæmen
ta,vt ff.de vſu.l.eū qui.Et ſic liquet, ꝙ res feudi non eſt feu
dum,nec pars eius, cum non ſit connexa, vt dictum eſt in
primis allegationibus,imò eſt ſeparata,& ſecretorum ſecre
ta eſt ratio.ff.de don.l.ſi maritum.& ff.de mino.l.Papinia-
nus exuli. & pro hoc eſt reſpōſum primo motiuo facto in
contrarium,& ei quod dictum eſt.vbi eſt eadem rō,ibi idē
ius eſſe debet. Secundò adducitur pro iſta parte iſta ratio.
Ille, qui petit res ſingulares feu.quaternati, non vr petere
feudum quaternatū,vel eius partē.ſ.quotam.nam ex ſingu
lis propoſitionibus licet veris vniuerſalis propoſitio nō ap
paret,niſi per ſignum uniuerſale forſitan demonſtretur,vt
in c.cū in geneſi.de ele.ff.ad Tre.l.naturaliter.§.fin.& præ-
allegata.

allegata. l. vendicatio. & ff. de rebus dub.l. ſenatus . in fi.
11 † Tertiò adducitur iſta ratio, ꝙ prohibetur in toto colle-
gio,non extenditur ad ſingulos in collegio cõtentos, vt ff.
de reb.dub.l.ſenatus. Et ita ſi iuſtitiario prouinciæ inhibe
tur cognitio feudi quaternati, vel eius partis,non prohibe
tur cognoſcere de rebus ſingularibus. Et contra,quod con
ceditur toti collegio, non vr̃ cõcedi cuilibet de populo,vt
ecce ſenatus põt facere legẽ,vt ff.de leg.l.nemo ambigit.&
hoc non conceditur cuilibet de vniuerſitate. l. ſed ſi hac.§.
qui manumittitur.ff.de in ius voc ergo qd conceditur ma
giſtro iuſt.de toto feudo,vel eius parte, non extenditur ad
res ſingulares ipſius.Quartò adducitur iſta alia ratio, quæ
ſpecialiter non demandãtur magnis iudicibus,vñr inferio
ribus eſſe cõceſſa,& iure magiſtratus competere.ff. de offi.
eius.l. 1 .in prin. ergo hic a ſimili,cognitio rei ſingularis nõ
fuit ſpecialiter demandata magiſtro iuſtitiario, ergo vr̃ cõ
ceſſa inferiori iudici.ſ.iuſtitiario regionis.ſi.n.aliud voluiſ
ſet legiſlator,dixiſſet.C.de cad.toll.l.vnica.§.ſi verò nemo.
12 † Quinta rõ pro hac parte eſt ,quia cũ in quibuſdam ſpe-
cialiter committitur magiſtro iuſt.cognitio,in cæteris pro
hibetur.C. de procu.l.maritus . & ex quo iuſtitiarius pro-
uinciæ eſt prohibitus a quibuſdam , in cæteris vr̃ ſibi per-
miſſum , vt ff.de iudicijs.l.cum prætor.& C.de ꝓdi.curial.
l.fin.lib. 10. Sexta ratio , iuſtitiarius prouinciæ prohibitus
eſt,vt cognoſcat de toto feudo quaternato,vel eius quota ,
& ſic eſt prohibitus de maiori, ergo non de minori, ideſt ,
de re ſingulari.facit l.2.ff.de ſeruis expurt. Septima ratio,
non eſt idem in re ſingulari feudi,quod eſt in quota parte,
quia magis eſt differentia inter vniuerſitatem & ſingulari-
tatem, ſicut in reſtituto per principem, vt C.de ſententiam
paſſis.l. ſi debitor . Idem in inſtituto,nam contra inſtitutũ
in re ſingulari non datur actio,ſed contra inſtitutũ in vni-
uerſum , vt.C.de hæredibus inſtitu.l.quoties.Inſtitu.de ſi-
deicom.hęredit.§.nihil.quia perſonalis actio non ſequitur
fundũ.ff. ad Trebe.l.j.§. ſi hæres.ſicut video in curatore da
to ad litem, vt C. de tutu.vel cura.ad litem datis.l.ad prote
gendam . ſicut in hærede rogato,cui quarta conſtituta eſt,
vt Inſt.de fideicom.hær.§. ſi vno.& ff.ad Treb.l.legatus.§.
13 multum . † Et aliter agitur pro tota adminiſtratione,aliter
pro certo capitulo, quia in primo caſu demum adminiſtra
tione finita,in ſecundo caſu etiam ea durante, vt C. de ad-
mi.tuto.l.2. & multa curioſus lector poſſet inuenire exem
pla,in quibus eſt differentia inter ſingularitatem & vniuer
ſitatem,quæ inuenire potius laborioſum reputo,q̃ ſubtile.
Octaua ratio eſt, illud , quod dicitur in caſu expreſſo,non
extenditur ad omiſſum,vt ff. ſolu.matr.l. ſi cum dotem.in
princ.ff.de lib.& poſt.l.commodiſſimè.Non obſt.prima &
ſecunda ratio pro alia parte adducta , quia reſponſum eſt
bene in prima argumentatione pro iſta parte. Et qui vellet
poſſidere plures fundos,& vnum ingreditur, illum ſolùm
poſſidet,non alios,vt in l.poſſideri.allegata in ſecunda ra-
tione primæ partis.Non obſt. tertia ratio,ſcilicet, ꝙ poteſt
fieri fraus legi,quia ex iſta fraude nemo læditur,& nemini
facit iniuriam,qui vtitur iure ſuo.Non obſt.quarta ratio,
inquantum dicitur , ꝙ inſtitutus in re ſingulari æquiparatr
inſtituto ad vniuerſitatem, quia ibi detrahitur fundi men-
tio.Non ob.quinta ratio,quia patet reſponſio p vltimã rõ-
nem adductam pro iſta ſecunda parte.Non ob.ſexta ratio,
quia patet reſponſum per d.l.ad protegendam . Non obſt.
ſeptima ratio,& octaua,& reliquæ, quia patet reſponſum
per primam inductionem factam pro iſta parte . Pro ſolu-
tione , & determinatione huius quæſtionis vr̃ mihi de iu-
ris ſubtilitate,ꝙ ſecundæ allegationes ſunt veriores, poſſet
tamen de iuris æquitate ſic diſtingui.aut res feudi quater-
nati,quæ petitur,ſit maior, & plus valet quàm reſidua bo-
na feudi , & tunc ſerua ſecundùm primas allegationes . Et
pro hoc ego allego no.in c.ſedes.de reſcri.& quod no. Ar-
ch. in c. ſtatutum. de ele.lib.6.Aut ſit minor,& tunc ſerua
ſecundùm ſecundas allegationes , arg.ff. de excu.tu.l.pro-
pter litem,in fi. Vel dic, aut petitur res feudi,a qua totum
feudum denominatur , & tunc obtinent primæ allegatio-
nes,aliàs ſecundæ,ar.ff.de leg.3.l. peculium.§.quarta.hanc
vltimam diſtinctionẽ ego approbo,nõ repellendo primã ,
14 per tex.in c.cum olim.de præb. † vbi poteſtas prouidendi
de beneficio in aliqua eccleſia, non intelligitur de ipſa ec-
cleſia,ſed de aliquo beneficio de ipſa eccleſia . facit glo.in
clem, 1 . de præben.Et ſi mandatur prouideri de aliqua ec-
cleſia ciuitatis,vel diœceſis,non veniunt beneficia eccleſiæ
cathedralis.tex.eſt in c.quãuis.el primo.de præb.li.6. bene
facit tex.in l.eos.in verbo,matrices.C.de aquæductu.li.11.
& ſic diſputãdo concluſit tãtus Doctor. Tertiò no.ex tex.
ibi,quæ curia noſtra tenet, ꝙ iuſtitiarius prouinciæ eſt iu-
dex ordinarius in cauſa, quæ eſt inter priuatum agentem ,
& regium fiſcum conuentum poſſidentem de feudo non
quaternato. intellige hoc limitatiuè ſecundùm iſtam cõſti
tutionem. Nam verum eſt, ꝙ eſt iudex competens in pro-
cedendo,ſed non in diffiniẽdo,quia non põt ipſe ferre ſen-
tentiam, ſed proceſſum concluſum dẽt remittere ad curiã
regiam.Quartò no.ex tex.ibi,niſi deſtitutiones, ꝙ ſi Princi
pis ordinatione aliquis ſpoliatur de feudo non quaterna-
to, & illud feudum poſſideat fiſcus,vel alius, qui poſtea ha
bet cauſam a fiſco , ꝙ iſte ſpoliatus non poteſt agere , nec
poſſeſſorio, nec petitorio contra fiſcum, vel habentem cau
ſam à fiſco coram iudice ordinario.ſ.iuſtitiario prouincię,
ſed oportet , ꝙ adeat regem,& ab eo obtineat reſcriptũ, ꝙ
poſſit agere,& obtineat ſpecialiter iudicem delegatum,cõ
cordat tex.in conſt. cauſas. & conſt.quæſt. Ad idem tex.in
l.bene à Zenone.ibi, vt ex noſtra iuſſione cauſa moueatur.
C.de quadri.præſcrip. & iſtum tex. ad hoc allegat And.in
15 c. 1 .in princi.de l.Corradi. † Quintò no. ex tex.ibi,inſtitu-
to procuratore, ꝙ ſi cauſa de feudo non quaternato agitur
inter fiſcum conuentum & priuatum agentem coram iuſti
tiario prouinciæ iure ordinario, poteſt ipſe iuſtitiarius no-
mine regij fiſci cõſtituere procuratorem fiſcalem, qui pro
regat , & defendat iura fiſci illa cauſa tangente fiſcum , ut
hic.concordat infrà conſt.quæſtiones inter fiſcũ. Quid in
a iudice delegato [a] à rege in cauſa feudi quaternati , vtrum
iudex delegatus poſſit conſtituere procuratorem fiſcalẽ,ſi
cut poteſt iuſtitiarius , qñ fiſcus conuenitur de feudo non
quaternato? Videtur prima facie, ꝙ poſſit conſtituere pro-
curatorem fiſcalẽ in illa cauſa , quia ſi delegatus à rege eſt
maior quolibet ordinario in cauſa ſibi commiſſa , vt in c.
paſtoralis.§. j.de offi.ordi.& in c.ſanè quia . de offi.dele. &
iuſtitiarius prouinciæ hoc põt in cauſa feudi non quater-
nati,idem & fortiori rõne dicendũ eſt in delegato à Princi
pe in cauſa ſibi commiſſa de feudo quaternato,quia in iu-
dicem delegatum à rege tranſeunt ea quæ ſunt mixti im-
perij,& etiam ea,quæ ſunt meri imperij,vt in l.fi.C.vbi ſe
16 na.uel clariſſimi. & in l.j.C.de preci.Imper.offe. † ergo ur̃
in eum tranſire poteſtas creandi procuratorem fiſcalem in
illa cauſa. maximè, quia ſine procuratore fiſcali,cauſa ipſa
coram eo uentilari non poſſet, & ideo debet tranſire in eũ
hæc poteſtas,per l.2.cum concord. quę ibi allegantur.ff.de
iu.om.iud.Item iudex delegatus, ſi poteſt dare curatorem
ad litem , ut in l.fi.§. ſed & ſiquis.C.de admi. tut.ergo po-
teſt procuratorem fiſcalem conſtituere . In contrarium tñ
eſt ueritas , quia hoc non reperitur ei ſpecialiter commiſ-
ſum,& ideo non uenit uirtute delegatæ iuriſdictionis , qa
conſtituere procuratorem non pertinet ad iudicem ,ſed ad
partes,niſi quando a iure eſt ſibi permiſſum,ut in iſta con-
ſtitutione dr̃. Facere procuratorem fiſcalem ſpectat ad re-
gem , & ideo non tranſit in iudicẽ delegatum id,quod dẽt
facere ipſe delegatus , ut in l.j.ff. de ſena.& l.inquiſitio.C.
de ſol.Nec ob. ꝙ ſine procuratore fiſci eius delegatio nihil
ualet,& ſic per l.2.ff.de iuriſd.om.iud. poterit creare pro-
curatorem fiſcalem , quia nego,ꝙ eius iuriſdictio non põt
exerceri niſi conſtituat procuratorem fiſcalem , quia imò
eius iuriſdictio põt exerceri, citando procuratorem fiſcalẽ
conſtitutum à rege, qui reſidet in magna curia uicariæ.Et
pro iſta opinione benefacit id , quod dicit Luc de Pẽna in
17 l.fi. de cenſibus . lib. 11 .in 5.q. ubi dicit,† ꝙ ille eſt procu-
rator & ſyndicus , qui mandato domini adminiſtrat.ff. de
procurato.

procurato.l. 1. at iudex delegatus nõ eſt dominus, nec qua-
ſi dominus. ff. de ope. no. nunc. l. cum procurator. §. fina. &
quod notat Inn. in c. dilectus. de appel. in vl. no. c. epiſcopi.
in fi. & de confir. vtili vel inuti. c. 2. de accu. c. veniens. vbi
dicitur, ꝙ ſi ius ſtatueret, ꝙ præiudicium fieret abſenti per
alium q̃ per procuratorem, iniuſtum ius eſſet. pro hoc fa-
cit lex 2. C. qui pro tutore. Et ex hoc inſertur, ꝙ ſi tale iudi
cium agitatum eſſet cum tali procuratore fiſcali conſtitu-
to à iudice, iudicium eſſet nullum, niſi fiſcus in ſui vtilita-
tem vellet, ꝙ valeat, ar. l. non eò minus. C. de procu. Nec de
cretum iudicis poſſet facere cum procuratorem, qui non
eſt, vt dicit Lucas prædictus in d. l. fi. & idem firmat Spe. in
tit. de ſyndico, verſic. ſed quid ſi iudex. tamen facit l. cū nõ
iuſto. ff. de colluſione detegen. Faciunt ad hoc quæ dicunt
Compoſtella & Vicen. in c. ſuper literis. de reſcr. & cū iſte
caſus contigiſſet de facto, fuit per conſilium regium plenū
multis Doctoribus concordatum, ꝙ ille proceſſus factus
cum dicto procuratore fiſcali coram dicto iudice delega-
to de feudo quaternato nihil noceret ipſi fiſco. Sed iuxta
hoc quærit hic Andr. hic dr̃, ꝙ iuſtitiarius prouinciæ facit
procuratorem fiſcalem, quando agitur contra fiſcum de re
18 feudali non quaternata, † an iuſtitiarius facit procuratorē
in cauſa fiſcali feudi non quaternati, ſi velit agere fiſcus cō
tra alium? Et arguit ad partes, & poſtea dicit, conſultius fa-
ciet iuſtitiarius, ſi admiſerit procuratorem, & aduocatum
fiſcalem, & exiſtētes in magna curia de iuribus fiſcalibus,
& ipſe iuſtitiarius ſe non intromittit, quia ipſe iuſtitiarius
non eſt iudex competens, quando fiſcus vult agere, ſed ha-
bet iudicem proprium, quando vult agere, vt in l. non ani-
maduertimus. coniuncta l. ad fiſcum. C. vbi cauſæ fiſcales.
& ideo cum iſta conſtitutio nihil dicat, quando fiſcus vult
agere, ergo ſtamus deciſioni iuris communis, ut agat corā
iudice proprio, quia iſtud eſt vnum de priuilegijs fiſci, vt
in cauſis tangentibus fiſcum procurator Cæſaris ſit iudex
competens, ſiue fiſcus agat, ſiue conueniatur, ſiue ſit inter
duos priuatos, & ſit intereſſe fiſci, quia habetur cauſa à fi-
ſco, vt eſt tex. in l. cum vendere. C. vbi cauſæ fiſca. & in re-
gno hodie ꝓcurator Cæſaris eſt regia camera ſummariæ.
bene facit l. 1. C. de fide inſtru. & iure haſtæ fiſca. lib. 10. &
19 no. Bar. in l. qui enim. C. de ſenten. & interlo. om. iud. † Sex
tò no. ex tex. ibi, præſentibus fiſci patrono. ꝙ licet iſta con-
ſtitutio det poteſtatem conſtituendi procuratorem fiſcalē,
quando agitur contra fiſcum de feudo nõ quaternato, nõ
tamen dicit, ꝙ poſſit cõſtituere aduocatum fiſci, ſed dicit,
ꝙ ille procurator ſic conſtitutus debet defendere fiſcum,
præſente patrono fiſci ac procuratore rerum curiæ, quæ in
illo loco, ſeu in prouincia commorantur. Et ſic patet, ꝙ ſi
in prouincia non eſt procurator rerum fiſci, nec aduocatus
fiſci, ille procurator in nihilo poſſet defendere cauſam fi-
ſci, & ſi defendiſſet, nihil egiſſet, quia non habet poteſtatē
ſine aduocato fiſci, & procuratore rerum fiſci, quia ratione
adiuncti reſtringitur eius poteſtas, vt bene probat Alb. de
Roſ. in l. ex hoc iure gentiū, in 8. col. verſi. ad contrariō pōt
reſponderi &c. ſic aliàs rōne adiuncti uerba limitantur, ut
in l. 1. per Iac. But. & Sal. C. de his qui latrones. & Io. And.
in addi. Specu. in tit. de libel. concep. §. iam nunc videndū.
20 in princ. † Septimò no. ex tex. ibi, & vſq; ad calculum ſnīæ
diffinitiuæ. ꝙ dictio vſque, ſtat hic excluſiuè, nam iuſtitia-
rius conficiet proceſſum cum concluſione in cauſa verten-
te de feudo non quaternato inter fiſcum & conuentum, &
non pronunciabit ſentētiam diffinitiuam. & de iſta dictio-
ne, vſq;, vide per Guliel. de Cuneo, & Bald. pleniſſimè per
Alber. de Roſ. in l. meminiſſe. ff. de offi. proconſol. & lega-
ti. & in l. à caligato. C. de nup. & Bal. in auth. hoc amplius,
vlti. col. C. de fideicommiſſ. cum concord. allegatis p Alex.
in l. j. ff. ad l. falci. & Bat. in l. patronus. ff. de leg. 3. & Oldra.
in conſi. 49. glo. primam in procemio conſuetudinum ciui
tatis Neapolitanę factam per Napodanum Sebaſtianum.
21 † Sed iuxta hoc quæro, ecce ꝙ iuſtitiarius non poteſt pro-
nuntiare diffinitiuè, quando fiſcus coram eo conuenitur
de feudo non quaternato, an poſſit pronuntiare diffinitiuè
eum abſoluendo, ſi videt, ꝙ nihil eſt probatum contra fi-
ſcum? Videtur quòd non, quia iſte tex. dicit, quòd debet
tranſmittere proceſſum inſtructum ad regiam curiam &
ſic in pronuntiando non habet iuriſdictionem. In contra-
rium tamen determinat hic And. ꝙ poteſt abſoluere, ar. C.
de procur. l. non eo minus. & quod no. gl. in l. 3. §. diuus. ff.
de iure fiſci. item quia hoc, ꝙ tranſmittatur proceſſus in-
ſtructus regiæ curiæ, eſt in fauorem fiſci, ſed ſi fiſcus uenit
abſoluendus, iudex poteſt eum abſoluere, nec obſtat, ꝙ nõ
habet iuriſdictionem in illa cauſa pronuntiandi diffiniti-
uè, quia intelligi debet in condemnando, non in abſoluen
do, quia in abſoluendo dicitur habere iuriſdictionem. &
pro hoc eſt bonus tex. quem allegat hic And. in l. quoties.
verſi. adeo autem. ibi, abſoluendo inconſulta quoque no-
22 ſtra ſerenitate, & per illam legem notat ibi † Baldus, ꝙ il-
le, qui non poteſt condemnare, poteſt abſoluere. & rō eſt,
quia illud, quod non poſſit condemnare, eſt inductum in
priuilegiū, vnde nõ dēt obeſſe priuilegiato: obeſſet autē, ſi
nõ poſſet abſolui. non ſunt hic alia, quia gloſſæ non ſunt.

ANNOTATIO.

a Delegata.] Adde c. regis Caroli primi, quod incipit, ſpectat ad pię
fides. Batius.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, decætero, noui iuris editionem & non veteris declaratio-
nem oſtendit.*
*Iuſtitiarius prouinciæ nec conſtituere poteſt baiulos, nec remo-
uere.*
2 *Iuriſdictio eccleſiaſtica eſt à ſeculari penitus ſeparata.*
3 *Exercitium iuriſdictionis, ſiue ciuile, ſiue criminale nullus debet
impedire.*
4 *Conſuetudo qualibet tam præterita, quàm futura exiſtens con-
tra regni conſtitutiones, eſt reſpuenda.*
5 *Vſurpare quid ſit, & quis vſurpare dicatur.*

IVSTITIARII decætero. Tria di-
cit iſta cõſtit. Primò, quòd iuſtitiarij pro-
uinciæ non debent compellere baiulos
locorum ſuæ prouinciæ, ut continuè aſſi
ſtant cum eis. Secundò dicit, ꝙ diſcreta
& ſeparata eſt iuriſdictio baiulorum à
iuriſdictione iuſtitiariorum prouinciæ, & vnum officium
nõ pendet ab altero. Tertiò dicit, ꝙ exercitium iuriſdictio
nis ciuilis, q̃ competit baiulis, non debet impediri per iuſti
tiarium, nec baiuli debent impedire iuriſdictionem, quam
habent iuſtitiarij. Et breuiter hoc intendit. Iuſtitiarius pro
uinciæ debet permittere, ꝙ baiuli locorum poſſint ſine eo
rum impedimento exercere iuſtitiam in cauſis ciuilibus,
1 quia ſeparata eſt vna iuriſdictio ab alia. † No. 1. ex tex. ibi,
a decætero. [a] ꝙ iſta dictio decætero, denotat noui iuris edi-
tionē, nõ veteris declarationem, ut dicit Archidiaconus in
cap. prouida. de elect. lib. 6. & ſic patet, ꝙ baiuli ante cõſti-
tutionem continuè aſſiſtebant cum iuſtitiarijs, & hoc cor-
rigitur p iſtā cõſti. Secundò no. ex tex. ibi, cum diſcreta ſint
eorum officia. ꝙ officium baiulorum non conſtituitur à iu
ſtitiario prouinciæ, nec ad eum ſpectat remouere baiulos
ab officio. ad idem tex. in Auth. de defenſo. ciui. §. decreto,
vbi præſes non poteſt remouere defenſores, nec eorum of
ficium impedire, vt in §. nõ permittit. bene tamen tenetur
requiſitus eis fauere, ſm And. hic, per conſtit. infrà, iuſtitia-
rios regionum. rub. 55. ſunt ergo diſtincta & ſeparata iſta
officia, videlicet officium baiulorum ab officio iuſtitiarij,
quia baiuli cognoſcunt de ciuilibus cauſis, iuſtitiarij verò
de cauſis criminalibus, ut ſuprà in conſtit. iuſtitiarij p pro-
uincias. & de feudis non quaternatis, vt in d. conſti. iuſtitia
a rij per prouincias. in verſi. fi. & in conſti. præce. † ſic etiā di
ſcreta & ſeparata eſt iuriſdictio eccleſiaſtica, & ſecularis,
nec una circa aliam ſe intromittere debet, ut in c. quoniā,
10. diſt.

10.diſt. ne promiſcuis actibus rerum turbentur officia,dicit tex.in l.repetita. C. de epiſ. & cler.ſic etiam viri eccleſiaſtici ſecularibus negotijs non debent ſe immiſcere,vt in toto titu extra ne clerici, vel mona. ſecularibus negotijs ſe immiſceant.88.diſt. per totum.Ita laici ſpiritualia vſurpare non debent, vt in ca. cum ad verum 96.diſt.& in hoc concordat c.regis Caroli ſecundi,in planicie ſancti Martini.quod incipit, item ſtatuimus, ꝙ officiales, vel ſeculares
3 perſonæ &c.† Tertiò no.ex tex.ibi,impediri.ꝙ iuriſdictionis exercitium , ſiue ſit ciuile, ſiue ſit criminale,nullus debet impedire , quia ſi prohibetur iuſtitiarius impedire iuriſdictionem baiuli: multò fortius prohibetur priuatus.& pro hoc lex,eadem l.§.1.cum l.ſeq.ff.ad l.Iuliam repetundarum. ad idem bene facit tex. in l.2. C.de apparitoribus præfectorum,lib 12. ubi officiales præfecti non debent ſe immiſcere exactionibus prouincialium , & alienũ officiũ vſurpare. ad idem in l.in prouincijs.C.de numerarijs.lib. 12.& ſi ſe immiſcet in alieno officio, videtur cauſa lucri illicitj illud facere, vt no. per Io.de Pla.in d.l.2.C.de appel. præfectorum. Fallit,niſi ea conſuetudine præſcripta poſſit ſe immiſcere in alieno officio, vt dicit Bar.in l.viros.C.de diuerſ.offi. lib.12. ſed iſta limitatio non habet locũ in hoc
4 regno, quia iſta conſuetudo eſſet contra conſtit.regni,† & omnis conſuetudo præterita & futura,quæ eſt contra conſtitu.regni,eſt caſſata , & annullata,vt in §.fi.& ibi dictum fuit,ſupra in proœm. iſtarum conſtitutionum.& ideo ſtat prohibitio firma,ꝙ qui prætextu reſcripti velit vti iuriſdictione,quam non habet , grauiter venit puniendus,vt in l. ſi quis per. & ibi Ioan.de Platea.C.de aquæductu, lib. 11. & in l. militaribus.C. de decurio.lib.10. quia tunc dicitur vſurpari iuriſdictio , vt in c. conqueſtus. de foro comp. Et de vſurpantibus ſigna,vel ſigilla aliena,& de vſurpante ſibi doctoratum,& de vſurpante nomen comitatus , vbi nõ eſt, & de doctoribus attribuentibus ſibi dicta aliorum,vide per Felinum in cap. tertio loco . in prima columna, de
5 probatio. † Et dicitur ille vſurpare , qui apponit manum rei non ſobiectæ ſuæ poteſtati,ut in c.imperium.10.diſt.& c.contra morem.100.diſt.gl.hic non ſunt.

ANNOTATIO.

a Decætero.] Adde,ꝙ iſta dictio, decætero,adiecta legi,uel conſtitutioni,denotat noui iuris editionem,vt hic,& in Auth.de lænonibus § præconatus.& l.nequis.ff.de cuſt.reo & l.prima,C.de negotijs rerum milit. lib. duodecimo, uide Albe. de Ros.in ſuo dictionario,in dictione decætero. Batius.

De tranſactionibus. Rub. LIIII.

MVLTA fuerunt dicta de pertinentibus ad officium magiſtri iuſtitiarij , & ad officium iuſtitiariorum prouinciæ , vt iuſtitia habeat ſuum locum per ſententias interlocutorias, vel diffinitiuas: verùm quia interdum partes recedunt à lite per conuentiones,& tranſactiones , per quas etiam datur finis in litibus, vt dicitur in l.fratres. C. de tranſactio. de quibus hucuſque non erat aliquid dictum,ideo ponitur hæc rubrica de tranſactionibus.nec putandum eſt,quòd iſta conſtitutio ſit ſuperflua propter conſtitutionem infra,quæ incipit,ſponte volentibus, quia illa conſtitutio loquitur de tranſactione facta in cauſa ciuili , ſed conſtitutio iſta loquitur de tranſactione , quæ fit inter partes , in cauſa criminali, & de iſta tranſactione loquitur l. tranſigere.C.de tranſact.

SVMMARIVM.

1 *Iniuriante citato,exiſtente contumace, non licet partibus paciſci , vel tranſigere.*
Delicta leuia quæ dicantur.
2 *Conuentionis nomine quid veniat, & quid tranſactionis appellatione.*
3 *Paciſci non licet in criminalibus , vt impediatur iudicis proceſſus.*
4 *Iniuriæ enormes quæ dicantur, & quæ atroces.*
Iniuria quando ſit atrox iudicanda .
5 *Iniuria quæ, & quando dicatur atrociſſima.*
Delicta iuxta prouinciæ morem ſunt puniendae.

a

PRIVS quàm citatæ . [a] Ad declarationem huius conſtitutionis vide infra in conſtitut. ſæpe contingit.in ſecundo libro. & capitulum Regis Caroli ſecundi,quod incipit, Carolus ſecundus &c. ad audientiam noſtram quamplurimũ querela clamoſa. charta 30.poteſt hic poni regula affirmatiua,& regula negatiua. affirmatiua regula eſt, licitum eſt paſſo leuem iniuriam , illam remittere iniurianti gratuito pacto,vel per tranſactionem , antequam iniurians citatus ſit uocatus in banca,uel antequam veniat dies comparitionis,in qua comparere debeat . pro hoc facit conſtit.ſponte volentibus. Regula negatiua hæc eſt, non licet paſſo atrocem , vel enormem iniuriam illam remittere , nec gratis , nec per tranſactionem. & dicitur atrox iniuria illa , quam
1 ius commune appellat atrocem.h.d. † No.1. ex textu ibi , priuſquam citatæ partes , quòd ſi iniurians eſt citatus ad inſtantiam iniuriati, & citatus eſt contumax, non licet inter ipſas partes tranſigere,vel paciſci, etiam quòd iniuria ſit leuis.hoc verum intellige,quòd non licet iſto caſu tranſigi , ſcilicet in præiudicium fiſci , cui quæſitum eſt ius ex contumacia , & pro pœna quæ ſibi venit proportionaliter acquirenda, & in hoc concordat dictum c.ad audientiam noſtram.& ex hoc infertur, quòd ante contumaciam accuſatam licet tranſigere de leui iniuria inter partes, & quæ ſint iſtæ leues iniuriæ,vide per Hoſt.in ſum.de iniu.§.quot mod.& per glo.in l.leuia.ff.de accu.Abb.Sicu.in cap. peruenit, de ſent. excom.dicit, quòd quæ ſit leuis iniuria , & quæ enormis , recurrendum eſt ad arbitrium iudicis, vt in §.atrox. Inſtit. de iniurijs. Ad idem in l. prætor.§.fi.cum l. ſequen.ff.de iniurijs.idem dicit Hoſtien.in ſumma de ſenten.excom. §. ſi quis poſſit.ver.ſecunda regula.in fi.ibi,decimusſeptimus &c. ſed Barto.in l. non ſolùm.§.mandato. verſicu.ſed gratia huius quæro.ff.de iniurijs.poſt remiſſiones per eum datas,dicit,quòd leuia delicta ſunt illa, in quibus non requiritur dolus,vt damnum iniuria datum. item delictum leue , in quo requiritur dolus, tamen committitur circa modicam rem,vt furtum rei modicæ. & ibi uide apoſtillam Alex. & dictam doctrinam Barto. ſecutus fuit Salyc. in l. non ideo minus. C. de accuſat. in 5. colum. & Alex.in 2.volum.conſi. 202. incipien. ſuper themate &c. in 2.col.& dicit Spec.in titu.de legat.§.7.verſi. quod etiã , quòd ſanguinis effuſio,vel os fractum,aut membrum fractum non poteſt dici enormis læſio. & vide in c.1.§. iniuria. de pace iuram. firman. vbi dixi , quot modis fit iniuria.† Secundò nota ex tex.ibi, conuentiones & tranſactio-
a nes inire . quòd illud uerbum , conuentiones , trahitur ad omnia pacta,& contractus,ſubaudi gratuitos.& illud verbum , tranſactiones , trahitur , quando aliquid datur , vel promittitur.de quo in l.1 .per Barto.ff.de pact.Tertiò nota, ex tex. ibi, præterquam in enormibus.illam ſecundam regulam ſupra recitatam. & ratio eſt , quòd ideo tranſactio in enormibus delictis non eſt permiſſa , quia tractatur de intereſſe fiſci , ergo in cauſa ciuili ante litem conteſtatam licet impune tranſigere,vt infra in conſtitut. ſponte volentibus . poſt verò litem conteſtatam non licet tranſigere , quia hoc eſſet in præiudicium fiſci , ut expreſſè dicitur in d.c. ad audientiam noſtram.ibi, dum dicitur, at vbi in denuntiatione , uel accuſatione curia tangitur, puta propter pecuniarium intereſſe, quia agitur de defenſa , vel pœna principaliter,aut acceſſoriè,quia agitur de crimine,in quo

præter

preter pœnam corporalem venit publicatio bonorum &c. & pro hoc capitu. bene facit. l. Diuus. ff. ad Syllan. & quod notat Barto. io l. j. ff. de inio.
3 † In criminalibus enim non poteſt quis paciſci ad impediendum proceſſum iudicis, ſecundùm Bald. in l. tranſigere. C. de tranſac. per l. 2. C. de abolitionibus. & ſi accuſatus ſub titulo pacti, vel tranſactionis dat pecuniam offenſo, patitur iſtas pœnas, quia habetur pro confeſſo, ſcilicet, per ſententiam iudicis, non ipſo iure. ſic intelligitur. l. quoniam. ff. de infam. & l. in omnibus. ff. de preuaricato. ſecundùm Bald. in l. tranſigere. ulr. colom. Sed quero pro declaratione, vtrum liceat enormiter iniuriato, citato ipſo iniuriante, ante comparitionem, remittere iniuriam, uel tranſigere? Reſpondeo quòd iſte tex. propter dictionem, preterquam, quę ponitur exceptiuè à generalitate precedenti, ut dicit Barto. in l. actione. C. de tranſactio. & Abbas Sicul. in c. dudum. lo ſecondo, de electio. & ſic videtur, quòd ante diem comparitionis poteſt remittere ipſam accuſationem. ſed in contrarium ego determino, ſi pro illa iniuria atroci poterat procedi ex officio, tunc pars non poteſt remittere in preiudicium fiſci, vt ſupra dictum eſt in preſen. no.
4 † Quartò no. ex tex. ibi, cenſemus enormes. quòd illæ dicuntur iniurię enormes, quę de iure ciuili dicuntur atroces: dicuntur autem atroces, prout bene declaratur in tex. in d. §. atrox. Inſtito. de iniurijs. & tangit Specula. in titu. de legato. in §. ſeptimo, verſiculo, quod etiam dixi. & dicam hic aliqua gratia exempli. Dicitur atrox iniuria, cum clericus offert duellum, vel oblatum ſuſcipit, vt dicitur in capitulo primo, de clerico pugnante in duello. vbi dicitur, quòd hoc eſt enorme crimē. Item dicitur atrox iniuria facta ſacerdoti, dum eſt in habitu dignitatis ſacerdotalis, ut dicit tex. in lege atrox. C. de iniurijs. bene facit ad hoc l. ſi quis in hoc genus. C. de epiſcopis, & clericis. Item dicitur atrox iniuria, ſi quis uulneratus fuerit, uel fuſtibus cęſus, ut dicit gloſ. in capitulo fina. de dona. bene facit ultima gloſ. tex. in l. ſed ſi hac. §. pretor ait. ibi, flagellis. ff. de in ius uocan. Item exceſſus commiſſus in epiſcopum, uel Abbatem ſemper dicitur enormis, ut no. per Abba. Sicul. in capitulo, cum illorum, de ſentent. excommu. ubi etiam dicit, quòd extendere manum uiolentam in epiſcopum, eſt pęna perditionis omnium bonorum. decimaſeptima, quęſtione quarta, capitulo, ſi quis deinceps. & dicta l. ſi quis in hoc genus. Item dicitur atrox iniuria, ſi membrum ſit mutilatum, uel ex percuſſione impeditur eius officium, ſecundùm Abba. in dicto capitulo, cum illorum. Item dicitur atrox iniuria, ſi percuſſus eſt in platea, uel theatro, uel in eccleſia, ſecundùm Abba. ibi, per dictum §. atrox. Item dicitur atrociſſima iniuria, ubi pro illa uenit imponenda pœna mortis naturalis, ut dicit Aret. in dicto §. atrox. Cui adde, quòd ex qualitate pœnę cenſetur exceſſus leuis, uel atrox, ut in l. ſecunda, ff. de public. iudic. & in l. auxilium. ff. de minoribus, & no. in l. adeo. ff. de regulis iuris, & Barto. in d. §. man
5 dato. † Item dicitur atrox iniuria parare inimicitiam grauiſſimam, ut dicit Barto. in l. tertia. §. fin. ff. de adimen. legat. & firmat Alexan. in primo uolumine, conſilio 99. incipien. in cauſa inquiſitionis. Item reputatur atrox iniuria in ciuitate Neapoli recipere alapam, & ex reputatione dicitur atrox iniuria ſecundùm Angel. in dicta l. leuia. ff. de accuſa. & ideo delicta ſunt punienda ſecundùm morem prouincię, ut in l. ſaccularij. §. ſunt quędam. ff. de extraordi. crimi. & in l. ſecunda, & ibi Baldus, C. de noxalibus. Itē aſſalire dicitur grauis iniuria, & atrox. & idem ponitur ſecundùm Andr. in capitulo primo, §. ſimiliter. quibus modis feudum amittatur. In gloſſa prima, dic, ut dixi in precedenti nota. hic non ſunt alia.

ANNOTATIO.

a Citatis.] Vide materiam tex. & ibi Doctores in l. tranſigere. C. de tranſactionibus. Barius.

Ne filius pro patre, vel econtra, vel frater pro fratre. Rubr. LV.

POTEST ſic continuari præſens rubrica, dictum eſt ſupra tit. proximo, qualiter delicta enormia, & atrocia commiſſa per ipſos delinquentes ſunt punienda, non obſtante conuentione, uel tranſactione inter ipſas partes: verum quia poterat dubitari, quid ſi delicta ipſa ſint commiſſa per filiosfamilias, utrum patres teneantur pro eis regio fiſco: vel econtra ſi patres deliquerint, an filij eorum teneantur pro patribus, & quid ſi frater delinquat, an fratres teneantur pro eo, & quid ſi maritus delinquat, an uxor teneatur pro eo ſatisfacere de dotibus, & iuribus dotalibus. Et an pater poſſit, ſi vult, redimere filium à pœna capitali ſoluendo pro eo pecuniariam pœnam, de quibus quæſtionibus non erat dictum, ideo condecenti ordine ſubnectitur hæc rubri. ne filius pro patre, vel econtra, vel frater pro fratre. & ſub iſta rubrica impertinenter annectitur vna alia conſtitu. quæ nihil facit, quantum ad rub. vt infra patebit. & non eſt mirandum, quia interdum plus eſt in tex. quàm in rub. ut dicit glo. in Authen. de inceſt. nupt. in prin. in uerbo, illicitas, & interdum econtra, ut ibi.

SVMMARIVM.

1 *Pater pro filio non tenetur, nec econtrario.*
2 *Frater pro fratre delinquente non tenetur.*
3 *Puniri vnus pro alio nemo debet, niſi in crimine læſæ maieſtatis.*
4 *Mater venit patris appellatione in materia fauorabili.*
5 *Filius punitur pro crimine maieſtatis læſæ per patrem commiſſo.*
6 *Filius pro patre, & vxor pro marito non tenetur communi iure.*
7 *Vxor maritum regis proditorem regi indicare non tenetur.*
8 *Dos & donatio propter nuptias pari incedunt paſſu.*
9 *Pater, vel frater, vel vxor an poſsit alimenta præſtare de bonis proprijs patris, fratris, vel vxoris ipſis foriudicatis.*
10 *Spurij dicuntur turpes perſonæ, & non ſunt alendi de iuris neceſsitate.*
Vxor maritum foriudicatum receptans & alimoniam præſtans non punitur.
11 *Pater pro filio liberando à pœna corporali, quando poſsit pœnam pecuniariam ſoluere.*
12 *Pater ſoluens pro filio, quando illi donare præſumatur.*
13 *Fiſcus non poteſt patrem cogere ad liberandum filium à pœna corporali ſoluendo pro eo pœnam pecuniariam.*
14 *Filius licitè præſtat alimenta patri bannito.*

PATRES pro filijs. Diuiditur præſens conſtitutio in duas partes. In prima parte ponit duas regulas, & in qualibet regula ponit unam fallentiam. † Prima regula eſt, quòd pater pro filio delinquente non tenetur, nec econtra. fallit, niſi filius delinquat in crimine læſæ maieſtatis, tunc pater tenetur denunciare filium regi, & ducere filium ad ſatisfaciendum regi, ut in Authen. ut liceat matri & auiæ. §. ſi uerò contra imperium. & no. Andr. in conſtitut. infra, pœna carere volentes, & eſt capitulum regis Caroli primi, quod incipit, ad uindictam. quem allegat Andr. in conſtitut. pœna carere uolentes. & in l. imperialem. §. inſuper. de prohi. feud. alie. per Fede. & econtra, ſi pater delinquat in crimine læſę maieſtatis, punietur filius in pœna conten

ta in

2 ta in l.quiſquis.C.ad l.Iuliam maieſt.† Secunda regula eſt
ꝙ ſi frater delinquat, alij fratres non tenentur pro eo, &
idem dicendũ in coniugibus, vt ſi maritus delinquat, vxor
nullum diſpendium pati debet in dotibus, & iurib. dotali
bus. fallit niſi dictæ perſonæ pręſentes filio delinquẽti exu
li, vel fugitiuo, vel foriudicato præſentibus pręſtitiſſent ali
moniam, tunc bona eis dimiſſa publicantur Regiæ Curię.
& hæc eſt prima pars, quæ durat vſque ibi, patrib. tãtum.
Hæc eſt ſecunda pars, in qua ponitur deciſio huius dubij,
videlicet, ꝙ ſtatutum eſt in multis iuribus, quãdo quis nõ
poteſt ſoluere pęnam pecuniariam, ne illam eludat, debet
puniri in corpore, vt dicitur in l. 1. in fi. ff. de pœnis, & patet
ſuprà in conſt. intentionis noſtræ. in fi. pone, ꝙ filius com-
miſit delictum, pro quo venit puniendus pęna pecuniaria,
& quia nihil habet, eludit pœnam, & ſic debet puniri pœ-
na corporali, an pater poſſit compelli, vt ſoluat pœnam p̃-
dictam pecuniariam pro filio? Et dicitur hic, ꝙ non, ſed be
ne humanitate ſuadente permiſſum eſt patri liberare filiũ
ab illa pœna corporali, ſoluendo pro eo illam pœnam pe-
cuniariam, ad quam tenebatur, ſi fuiſſet potens ad ſoluen-
3 dũ, & durat vſq; in finem. Et breuiter hoc intendit. † vnus
pro alio non punitur, fallit in crimine læſæ maieſtatis, vbi
pater pro filio, & filius pro patre in aliquo punitur. Si præ-
ſtatur alimonia per agnatos præſentes agnatis foriudicatis
præſentibus de bonis ipſorum delinquentium, bona dimiſ
ſa dictorum delinquentium publicantur. Non poteſt pa-
ter compelli ad ſoluendum pœnam pecuniariam, ad quã
tenebatur eius filius, & illam euaſit propter paupertatem,
vt liberet eum a pœna corporali, ſed volens poteſt eum li-
berare a pœna prædicta corporali, ſoluendo pœnam pecu
4 niariam pro eo. † No. primò ex tex. ibi, patres. ꝙ in materia
fauorabili appellatione patrum venit etiam mater, nã ma-
ter ſimiliter non tenetur actione perſonali pro delicto fi-
lij, vt in l. matris nomine. C. ne filius pro patre. ſecus autẽ
in materia odioſa, tunc appellatione patris non venit ma-
ter, ut dicit Bald. in l. quicunque. 4. colum. C. de ſeruis fugi
tiuis. vbi dicit, ꝙ ſtante ſtatuto, ꝙ pater in vita teneatur prę
ſtare legitimam filio, non habet locum in matre, ſecus quã
do ſtatutum odioſum loqueretur per verbum vniuerſale,
quiſquis, tunc venit etiam mater, vt bene declarat Bal. in l.
quiſquis. C. ad legem Iuliam maieſta. & idem dicendum
eſt de auo, vt dicit Bart. in l. liberorum. in fi. ff. de verb. ſig.
5 & Bald. in l. filius. C. ad Macedo. † Secundò no. ex textu
ibi, præterquam in crimine læſæ maieſtatis. quòd filius pu
a nitur pro crimine læſæ maieſtatis commiſſo per patrem, a
vt hic. intellige, prout dixi ſuprà in declaratione huius con
ſtitutionis, non eadem pœna in totum, ſed minus, vt patet
in dicta. l. quiſquis. Item non licet filijs proditorum contra
here matrimonia ſine aſſenſu regis, vt in c. Regis Caroli
primi. & ſatis conſtat, & quia in prima regula dicitur, &
econtra, videtur inferri, quòd pater puniatur pro filio com
mittente crimen læſæ maieſtatis, ſed non eſt ſic, prout ſu-
prà dixi in declaratione literæ. & ideo pater non tenetur
pro filio proditore, ſecundùm Andr. hic, ar. l. ſi filius. C. de
bonis proſcriptorum. item nec vxor pro marito, vt in con-
6 ſtit. infrà, pœna carere volentes. † Tertiò no. ex tex. ibi, di-
ſpendium minimè patiantur. quòd non ſolùm iure com-
muni cauetur, ne filius pro patre teneatur, & ne vxor pro
marito teneatur, vt in C. ſub iſta rubri. in quarto lib. C. ſed
etiam per conſtitu. iſtam. concordat infra conſti. ob filiorũ
culpas. & in conſtit. infra, pœna carere nolẽtes. idem voluit
c. Regis Caroli ſecundi in planicie ſancti Martini, quod in
cipit, item ſtatuimus, quòd ſi contingat aliquos damnari.
An valeret ſtatutum, quòd pater, vel mater, vel econtra, vel
uxor pro marito teneatur? Vide, quæ dixi ſupra in p̃ludijs,
in 9. q. Quid autem ſi vxor habitet cum uiro rebelli, an ex
ſola habitatione dicatur etiam ipſa rebellis? Andr. dicit, ꝙ
non, & bene in dicta conſtitutione, pœna carere uolentes.
& in cap. primo. §. ſi quis hominem. de pace tenenda. & ibi
dixi in 13. nota. & in c. 1. §. porrò. quæ ſit prima cauſa be-
7 nefi. amittendi. & ita vidi iudicatum. † Sed an vxor tenea-
tur indicare maritum proditorem regis ipſi regi, ſicut tene
tur pater indicare regi filium proditorem regis? Et dr̃, ꝙ
non, in dicta conſti. pœna carere volentes. Et an filiæ fœmi
næ proditoris poſſint dotari de bonis burgenſaticis prodi-
toris? Et l. quiſquis. prææallega. dicit, ꝙ habebunt alimoniã
de bonis paternis, per capitulum Regis Caroli ſecundi fa-
ctum in planicie ſancti Martini, quod incipit, item ſtatui-
mus, ꝙ filiæ proditorum. quod expreſsè dicit, quòd de bo
nis, quæ eis obuenerunt ex ſubſtantia paterna, non poſſunt
dotari, ſed ſolùm poſſunt dotari de illis bonis, quæ aliũdẽ
legitimè ſibi prouenerunt. Quartò no. ex eodem tex. in do-
tibus, aut in dotalibus ſuis. ꝙ mulieres nullum detrimen-
tum debent ſuſtinere in dotibus, vel in antefato, ſeu dona-
tione pp nuptias, hoc importat illud verbum, aut in dotali
8 bus, hic in tex. poſitum, † quia dos & donatio pp nuptias
æqualibus paſſibus ambulant, vt no. in auth. dos data. C.
de dona. ante nupt. ob culpam, vel delictum etiam crimi-
nis læſæ maieſtatis commiſſum per eorum maritos, ſi ipſæ
non fuerunt participes delicti prædicti, concordat tex. &
ibi Bal. in d. l. quiſquis. & iura, & conſtitutiones, & capitu-
la regni ſupra in præcedẽti notabili allegata. idem dicitur
in crimine hæreſis, vbi ſi maritus incidit in crimen illud,
non publicatur dos vxoris, vt in c. decreuit. de hære. lib. 6.
& dixit Salic. in l. j. C. de repudijs. & in d. l. quiſquis. & in
l. ſiquis poſthac. de bonis proſcrip. ſecus ſi fuerunt ipſæ ẽt
rebelles aliter, q̃ per cohabitationem cum marito, per tex.
in l. quinque legibus. ff. de bonis dãnato. fallit in cauſa pri-
mipilaria, videlicet, ſi vxor fuit mariti generalis theſaura-
rij regis, & uir in rationibus eſt debitor fiſci, uxor non põt
dicere, ego volo detrahere iura mea dotalia, vt in l. fi. C. de
primipilo. & no. glo. in d. l. ob culpam maritorum. aliàs, ob
maritorum culpam. C. ne uxor pro marito. Quinto no. ex
tex. ibi, alimoniam, quòd parentes, coniuges, & fratres nõ
poſſunt alere filios, maritos, & fratres de bonis ſibi dimiſ-
ſis ab ipſis malefactoribus ut hic, & in conſt. pœna. cũ ſeq.
9 ob filiorum. † Sed quæro una cum Andr. hic, an pater uel
frater, uel uxor poſſit dare alimoniã impune de bonis pro-
prijs patris, fratris, uel uxoris dictis foriudicatis, non pro
crimi. læſæ maie. quibus nullo modo licet, ut in cap. Regis
Caroli primi, quod incipit, ad uindictam. Nam proditores
regis non licet receptare, ſed denuntiare regi, ut dicitur in
d. cap. ad uindictam. & in d. §. ſi uerò contra imperium. in
Auth. ut liceat matri & auiæ. Reſpondit hic Andr. quòd
ex quo iſta conſtitutio ſolùm prohibet dari alimoniam
iſtis perſonis coniunctis de bonis eorum dimiſſis apud
cõiunctos, ergo permittit de bonis proprijs ipſorum cõiun
ctorum poſſe eis dare alimoniam impune, arg. l. cum p̃tor.
ff. de iud non tamen tenetur ipſis delinquentib. p̃ſtare ali-
moniam, ſi eis nolunt præſtare. Quia ex illis cauſis, quib.
pater poteſt exhæredare filium, de quibus in §. cauſas. in
Auth. ut cum de appel. cogno. & no. glo. in cap. quintaual-
lis. de iureiurand. ex illiſmet cauſis pater non tenetur dare
alimenta filijs, ſm̃ Andream hic, qui nihil allegat. Et ideo
tu allega glo. in l. ſi quis a liberis. §. idem iudex. in uerbo,
detulerat. ff. de liberis agnoſcendis. & uoluit Bar. in l. ſi pa-
trem. C. de libe. alend. & in l. Diuus. de paricidijs, & in tra-
10 ctatu alimentorum. † Maximè, quia de iure ciuili turpes
perſonæ, ut ſunt ſpurii, non aluntur a patre iuris neceſſita-
te, ut in §. fin. in Authentico, quibus modis naturales effi-
cian. ſui, uide bonum textum in lege unica. C. de ingratis
liber. Aduerte, quia non dicit Andreas, ꝙ impunè pater, fra
ter, & uxor, ſi receptant filium, uel fratrem, uel maritum
foriudicatum ex alio crimine q̃ pro crimine læſæ maieſta-
tis, dando eis alimoniam, quòd ſit impunitus, ſed tñ dicit,
quòd de aliis bonis quàm dimiſſis uidetur permittere, in-
tellige uirtute huius conſtitutionis, ſed de iure communi
puniuntur magis, quàm ſi extranei eis alimoniam præſti-
tiſſent, ut in l. fi. & ibi Bar. ff. de receptatorib. & per Cyn. in
l. 1. C. de his qui latro. & idem Baldus in c. 1. §. conuenticu
lam. de pace iuramen. firman. Vxor autem non punitur, ſi
receptauit uirum ſuum, & ei dedit alimoniam de aliis bo-
nia,

nis, quàm dimiſſis per virum, vt dicit Specul. in tit. de do-
na. inter virum & vxorem. §. fi. ar. l. cum dotem. § ſi autem
in ſæuiſſimo. ff. ſolu. matrimo. & vide ad hoc apoſtillam
Alex. in d. l. fi. ff. de receptatorib. & quę dixi in d. c. 1. §. ſi qs
hniem. de pace tenenda. & quæ dixi ſuprà in cōſtitutione,
11 patarenorum receptatores † Sextò no. ex tex. ibi, pœnā pe-
cuniariam exſoluendo. φ pater poteſt ſoluere pecuniariam
pœnam pro filio, & liberare eum à pœna corporali, quādo
illa pœna corporalis veniebat infligenda pro eo, quia pœ-
nam pecuniariam ſoluere non poterat, concordat tex. in d.
l. 1. in fi. ff. de pœnis. Sed hic quæritur, an cum pater ſoluit
iſtam pœnam pecuniariam pro filio, poſſit ab ipſo filio re-
cuperare, ſi habet vnde poſſit ſoluere. Dicit Bal. in l. j. in fi.
C. ne filius pro patre, quòd ſi pater ſoluit animo repetendi
a filio de bonis proprijs, recuperabit a filio, quia vt vtiliter
geſtum eius negotium. hanc partem, ſcilicet, φ ſi pater pro
liberatione filij à pœna corporali ſoluit pecuniam pro fi-
lio animo repetendi, poteſt repetere à filio id quod ſoluit,
tenet Ioan. Andr. in c. fi. de ſu. comp. lib. 6. & idem Io. And.
in add. Spec. in tit. de iud. §. ſequitur. in addi. quæ incipit,
quid ſi pater ſe obligauit. idem tenet Bald. in auth. ſi capti-
ui. C. de epiſ. & cler. dicens, quòd ſemper imputatur in legi
timam omne datum filio ob cauſam. Sed contrarium ex-
preſsè tenuit Bald. in l. filiæ cuius. penul. col. verſi. ſed quid
12 ſi pater obligauit &c. C. famil. erc. † dicens, φ ſi pater du-
ctus pietate paterna ſoluit pro filio, videtur illud ſibi do-
nare, vt in l. liber captus. C. de captiuis. ſecus ſi ex neceſſita-
te ſoluit, puta, vigore ſtatuti compellentis patrem ad ſol-
uendum pro filio, quia tunc in neceſſitatibus nemo libera
lis exiſtit. ff. de adimen. leg. l. rem legatam. & idem videtur
tenere Bart. in l. Stichus. circa finem. ff. de pecu. lega. argu-
men. l. primæ. C. de nego. geſt. & l. ſi is qui. ff. eod. tit. ſecus
in extraneo ſoluente pro eo, ſecundùm Bart. in d. l. Stichus.
in prin. & quia ī d. l. Stichus. eſt vna optima, & lōga apoſt.
Alex. quæ allegat multas quotas in iſta quæſt. & alias quæ-
ſtiones ſubnectit, quæ hic bene caderent, ideo remitto me
ad eum. & ad diſtinct. Bart. ibi, quam ſecutus fuit Imo. in
cap. lator. de pignoribus. & Baldus in l. contra rogatus. C.
ad Trebellianum. & idem dicit Gulielmus de Cuneo, &
Baldus in l. frater à fratre. ff. de condictio. indebi. in finali-
bus verbis ſuis, & hanc ego ſequor, vt videatur in hoc caſu
intuitu pietatis in dubio ſoluiſſe pro filio, & ſic animo do-
nandi, ut firmat Baldus in l. omnimodo. §. primo, tertia co-
lumna, verſiculo, item iuxta hoc quęritur. C. de inofficioſo
teſtamento. Niſi quando ſoluit animo repetendi. & hoc
etiam firmauit expreſsè Bal. in l. quamuis. §. j. ff. ſoluto ma-
tri. idem dicit Bal in authen. ex teſtamento. 7. col. verſi. §.
quæritur. C. de colla. & uide Ange. in l. in quartam ff. ad le
13 gem Falci. † Septimò & vltimò no. ex tex. ibi, inuitos, φ in
iſto regno fiſcus non poteſt cogere patrem, vt liberet filiū
à pœna corporali, ſoluendo pro eo pecuniam, ad quam ra-
tionabiliter tenebatur, ſed ſi vult ipſam pœnam pecunia-
riam pro eo ſoluere fiſco, fiſcus non debet filium punire in
corpore, per iſtum tex. notabilem. In glo. vnica. quærit hic
glo. Quæ eſt ratio, quòd iſtis delinquentibus bannitis &
exulibus de bonis dimiſſis per eos non debent eis præſen-
tibus præſtari per eius parentes & agnatos, & vxorem ali-
menta. dicit glo. quia ſi eis denegantur alimenta, cito reuer
tuntur ab obedientiam curię: ſed ſi habent alimenta, in-
ſtruuntur per hoc ad fugam, ita dicit tex. in l. fi. in fi. C. de
requi. reis. ſed in patre videtur contra, quia pater exul pro-
pter crimen, quia inceſtas nuptias contraxit, ſi à filio præ-
ſtantur alimenta, eſt excuſatus, quia pater eſt, cui tenentur
14 filij ad alimēta, ut ibi dicitur. & ibi dicit Ang. † quòd licet
filio patri bannito pręſtare alimenta. facit ad hoc l. 1. ſuprà
de recepta. vide quæ dixi ſuprà eo. in 5. no.

ANNOTATIO.

a Patrem.] Caſus, in quibus filius punitur pro patre, uide per gl. in
l. diui fratres de iure patro. & in l. emancipatus. in §. fi. & ibi Bar.
ff. de ſenato gl. & Doct. in l. adoptiuum. ff. de in ius uocan. Bal. in l.
filiusfamilias. in ult. col. ff. de his, qui ſunt ſui vel alie. iu. Archidia
conus in c. ſi ergo, in ult. col. 17. q. 1. Dinus in reg. non debet, de
reg. iu. lib. 6. & per Alb. in 3. parte ſtatutorum. q. 12. Bauus.

SVMMARIVM.

1 *Iuſtitiarij ſoliciti eſſe debent circa concernentia ſuum officium.*
2 *Iuſtitiarij prouinciarum requiſiti à camerarijs, baiulis & alijs officialibus auxilium & conſilium præſtare tenentur.*
3 *Laborare proprijs ſumptibus nemo tenetur.*
4 *Labor ſine fructu eſſe non debet.*
5 *Rege officialem conſtituente cum ſtipendijs ſolitis, de quibus intelligatur, ſi diuerſimodè in tali officio fuerint olim præſtita.*
6 *Verba pluralis numeri quando verificari poſſunt in ſingulari.*
7 *Rex ſolus ſalarium officialibus conſtituere poteſt.*
8 *Offitium duplex gerens, an debeat habere duo ſalaria.*

IVSTITIARIOS regionum. Tria
1 dicta continet hæc conſt. † Primum, φ
iuſtitiarij debent eſſe ſoliciti, ſcilicet in
his, quæ concernunt ſuum officium, &
non in alijs temporalibus, vt propter il-
lam abſtrahatur a ſpiritualibus, quia di-
cit Euangeliſta Matth. 13. cap. ſolicitudo ſæculi ſuffucat
verum, vt latius per Beatum Thomam, 2. 2. q. 55. Et deuo-
ti, ideſt obedientes, in iuſſionibus regis, vt no. in l. à legatis.
C. de vectig. & commiſ. & in l. deuotum. de metatis. lib.
12. Vel expones, φ iuſtitiarij, ad quos ſpectat ſolicitudo,
& cura exigendi pecuniam fiſcalem, in qua exigenda non
debet eſſe mora propter ſtipendia, quæ præſtantur conti-
nuo militibus, vt dicit Lucas de Penna in l. omnes. C. de
anno. & tri. lib. 10. nam boni præſides ante omnia debent
intendere iuſtis exactionibus tributorum, vt in Authen. vt
iuſiurād. quod præſtatur ab his. §. & primum. vt dicit Luc.
2 de Pen. in d. l. omnes. † Secundum dictum eſt ibi, & ut ma
giſtris camerarijs, φ iuſtitiarij prouinciæ, quando fuerint
requiſiti a magiſtris camerarijs, vel baiulis, & alijs officia-
libus, ut eis præſtent conſilium, & auxilium circa ea quæ
pertinent ad ſuam iuriſdictionem, illud debent implere,
vt hic & infrà in conſt. iuſtitiarios, camerarios, caſtellanos
&c. quia vnus officialis requiſitus tenetur alteri fauere, &
auxilium præſtare, vt hic, & ibi, quia una iuriſdictio debet
aliam adiuuare, vt hic, & in Auth. vt nulli iudicum. §. ſi ve-
rò quis. bene facit l. à Diuo Pio. §. ſententiam. ff. de re iudi.
facit etiam illud, quod dicitur, φ arma ſunt in auxilium iu
ſtitiæ, vt in procem. Inſt. & C. de nouo. C. in principio. Et
iuſtitia indiget miſericordia, & econtra. 45. diſtinct. c. di-
ſciplina, & vide ad hoc ea quæ dixi ſup. in proœ. iſtarum
conſtitu. in princip. in 24. no. & ſuper glo. in verbo, gladij.
3 † Tertium dictum eſt ibi, cæterùm. φ nemo tenetur ſuis
a ſumptibus laborare, [a] vt hic, & infrà in conſt. cōſtitutionū.
rub. 70. & in Auth. de iudicibus. in §. ne autem. iuſtum eſt
enim, φ iuſtitiarijs per regiam curiam dentur gagia, vt au
feratur eis occaſio deprædandi ſubiectos, & ſint contenti
ſuis ſtipendijs a fiſco eis conſtitutis, ne alienum iurgium
putēt ſuum eſſe lucrum, vt in l. omnes. C. ad l. Iul. repetū.
& ex hoc patet, φ officialibus deputatis ad iuſtitiam prom
ptè ſunt gagia conſtituta ſoluenda, & ſine craſtinatione,
quia portant onus reipublicæ, vt in d. Auth. de iudicib. §.
ne autem, & in Auth. vt iuſiu. quod p̄ſtatur ab his. circa me
dium. quia qui p̄ſtant obſequium, debēt conſequi benefi-
cium. 12. q. 2. c. charitatem. & de præbend. c. cum ſm Apo
ſtolum, & ca. extirpandæ §. tamen igitur. eod. tit. quia ne-
mo ſuis ſtipendijs cogitur militare, vt dicit Apoſtolus 1.
ad Corint. 9. c. 28. q. 1. c. iam nunc. in fi. & de præſcriptio.
c. cum ex officij. quia de ſuo non tenetur facere beneficiū.
4 10. q. 2. c. precariæ. † labor non debet eſſe ſine fructu, vt di
cit glo. in d. cap. charitatem. & uide ad hoc Specu. in titu.
de

de ſalarijs.§.1.ideo dicitur in ſacra ſcriptura, vt patet 13.
q.5.§.2.& ad Timoth.5.c.ad Corinth.9.c.& in c.extirpâ-
dæ.de præben.non ligabis os bouis triturantis. & in Pro-
uerbijs,cap.13.&de fructu oris tui vnuſquiſq; replebitur
bonis.& in Pſal.Retribue ſeruo tuo &c.& ad Ro.4.ca.ei
autem,qui operatur,merces non imputatur, ſm gratiam.
in Euang.Io.4.c.qui metit,mercedem accipit.& in Eccleſ.
36.da mercedem domine ſuſtinentibus te.& in Euâg. Lu
cæ.10.cap.dignus eſt mercenarius &c.& Matth.20. voca
operarios, & redde illis mercedem ſuam.& ad Cor.1.3.
5 cap.vnuſquiſque propriam mercedẽ accipiet. † Iuxta hâc
materiam gagiorum quæro de vna vtili quæſtione, ecce
rex cõſtituit officialem cum gagijs ſolitis præſtari præde-
ceſſoribus in dicto officio,& repetiuntur diuerſimodè p̃-
ſtita ipſa gagia, pluribus plus, & vltimo officiali minus,
vtrum intelligatur de gagijs ſolitis præſtari officiali im-
mediate,qui habuit minus,vel de prædeceſſoribus media
sis, qui habuerunt plus. Et prima facie vr̃, q̃ intelligatur
de gagijs ſolitis in vltimo ſtatu,& ſemel tm̃, vt dicit Bal.
in l.binos.in pen.q. C.de aduo.diuer.iud.allegat.l.itẽ Me
la.§.5.de alim.& cib.leg. Idem dicunt Bar.& Ang. in l.1.
C.quomodo & quando iudex. & q̃ iſte vltimus ſtatus ſit
in conſideratione,allego Bal.in l.ſi mater tua.C. ne de ſta-
tu defuncto.& vltra omnes ego allego gl.in l.moneot. C.
ſi ſeruus exporta.veneat.vbi dicit,quòd in eo ſtatu,in quo
te inuenero,tenebo,donec contrarium videbo.C.de inge.
& manu.l.pen.& l.Barbarius.ff.de offic.præto. & pro hoc
vr̃ gl.in c. cum eccleſia Sutrina.in verbo,crimen epiſcopo
rum,de cauſa poſſ.& propriet. faciunt ſcripta per Fely. in
c.eam te.in fi.de reſcri.Secundò ad idem facit, q̃ intelligi
tur de ſolita pro vna vice proximè præterita,arg.l. itẽ Me
la.§.5.ff.de ali.& ciba.lega.quia ſcriptura non dicit de cõ-
ſuetis,& ſulitis,ſed tantùm de ſolitis gagijs, & ſic intelli-
gitur de iſto vltimo ſtatu.In cõtrarium facis ſcriptura cõ-
ceſſionis officij,quæ dicit,cum gagijs ſolitis præſtari præ
deceſſoribus in officio,& ſic in numero plurali,quib. fue-
runt ſoluta gagia in plus,& ſic loquitur per numerũ plu-
ralem, ſed vltimus tantùm prædeceſſor habuit gagia in
6 minus, † & ſic cum non ſit niſi vnus prædeceſſor, verba
pluralis numeri ſi poſſunt verificari in plurali, debent ve-
rificari in plurali,& non in ſingulari, ſicut verbum prola-
tum in ſingulari,non poteſt verificari in plurali, vt in c. is
cui.in fi.primi reſponſi.de præb.lib.6.ita uerba ꝓlata in
plurali non poſſunt verificari in ſingulari. l. ſi gemina. ff.
arbo.furt.cæſarum.facit l.vbi numerus.ff. de teſtibus. ſed
cum ſcriptura conceſſionis officij dicit,cum gagijs ſoli-
tis p̃ſtari alijs prædeceſſoribus,& non reperitur, niſi vnus
prædeceſſor, qui habuit minus ab alijs p̃deceſſoribus ſoli
tis,ergo non intelligitur de iſto vltimo qui ſolùm habuit
minus. Ego determinarẽ iſtã quæſtionem pro iſta ſecun-
da parte,ſ.quòd verba illius ſcripturæ intelligantur de ſo-
litis gagijs pro pluribus vicibus ſolutis p̃deceſſoribus, &
non de vna vice vni proximo officiali,& hoc per tex. in l.
Seio.§.medico.& §.fi.de annu.leg.& ibi Bart. Nec ob. d.l.
item Mela.§.1.quia,ut dicit Bar. in d.§.medico.ibi intelli
gitur de eo,quod præſtabatur vltima vice,ſ.tpe mortis, q̃
ratio ceſſat hic,& fortiori ratione procederet hęc deciſio,
ſi ſcriptura conceſſionis officij diceret de gagijs ſolitis, &
conſuetis præſtari ſuis prædeceſſorib. quia intelligitur de
cõſuetis,& ſolitis præſtari præſcriptis, vt dicit Iac.de Bel.
& And.de Iſer.in c.1.de his,qui feudum dare poſſunt. &
in c.1.epiſcopũ, vel Abbatẽ.& Alex.in 3.vol.conſi.9. in 3.
col.incipiente,viſo themate.aliud foret in cõuentione par
tium,vt ſi ſit facta mentio de conſue.igitur etiam de con-
ſuetudine non pręſcripta, vt conſuluit Franciſ. de Aretio
in conſi.15.allegat Ant.de But.in c.fi.in 50.char.de cõſue
tudi.Sed ego credo contrarium,per tex.in c.cum de bene
ficio.de præben.lib.6. vbi intelligitur de conſuetudine in
vltimo ſtatu, ſi eſt præſcripta. & iſtum tex.ad hoc allegat
Alex.in 3.vol.conſi.70.in 3.col.& Rot. in antiquis, in tit.
de probatio. incipit, no.q̃ impetranti, ſecundùm formam
c.cum de beneficio. vbi ſufficit, q̃ vltima conſuetudo ſit
probata per decem annos, niſi contraria probetur p qua-
draginta,vt ibi per eos. Quid autem ſi mandantur præſta
ri gagia ad inſtar alterius officialis, & illud inſtar reperi-
tur diuerſum,quid faciendũ? Dicit Abb.Sic.in c. cũ olim.
de conſuetu.q̃ non debet capi medium,nec minimũ, ſed
magis rationabile, & alteri minus præiudicans. Quid ſi
ſcribatur per regem,q̃ talis Doctor ſit in conſilio, & nihil
dicatur de gagijs,an intelligatur de ſolitis, & conſuetis?
Videtur quòd non, per tex.in l.1.C.de pręben.ſalario.lib.
7 11. † vbi nullus poteſt conſtituere ſalarium alicui officia
li,niſi ſolus rex. In contrarium, quia rex conſtituendo eũ
ſimpliciter officialem,vr̃ conſtituiſſe cum gagijs ſolitis,&
conſuetis,arg.l.excepto.C.locati.& in l.1.in verbo,cõſue-
ta ſalaria. C. de lati. liber.tollen.cum multis alijs ſimilib.
iuribus allegatis per Alex.in 2.vol.in conſi.incipiente, vi-
ſo themate ſupraſcripto,& dubijs &c. Quæro iuxta præ-
dicta de alia de quæſtione,q̃ fuit de facto, antiquitus erãt
duo officia in vno loco, ita q̃ vnuſquiſq; officialis habe-
bat ſua gagia,demũ rex illa duo officia cõcedis uni, vtrũ
iſte habebit duas prouiſiones? Dicit Bald.q̃ ſic,in l. binos.
prææallegata,in finalibus verbis ſuis, quia gerit vtrunq; of-
cium,cui ſalarium eſt annexũ, vt in Auth. vt iudices ſine
quoquo ſuffrag.§.illud.cui adde,q̃ idem tenet ibi Alb.de
Roſa.idem firmat Bar.in l.1.C.de lega.lib.10. quando of
ficia ſunt compatibilia. Sed in contrarium facit tex. in l.
agentes.& ibi Bart.C.de præpoſitis agen.in rebus. lib.12.
8 †vbi quando quis gerit duo officia,non debet habere niſi
vnum ſalarium.ſed non obſtat,quia ibi loquitur, quando
non permiſſu regis gerit duo officia, ſed vnum permiſſu
regis tantùm, aliud ſine eius permiſſu, tunc non habebit
niſi ſalariũ pro officio, quod gerit ex permiſſu principis.
& vide ad hoc Bal.in l.ſi ſcribatur.C.de appella.& Bar.in
l.ſi conſul.ff.de appel.& Felynum in c. cum olim, in prin.
de iudi.hic non ſunt glo.nec aliter colligam notabilia, ni-
ſi q̃ no.iſta tria dicta,prout ſuprà dixi.

ANNOTATIO.

a Laborarent.] Ad idem, quòd nemo cogitur ſuis ſtipendijs mili-
tare, & de labore ſuo mercedem quis recipere debet,12.q.2.cap.
charitas.& c.eccleſiaſticis.& 12.q.2.c.precariæ.vide glo.fi. uerbo,
ſufficere.in c.ad noſtrã.extra de rebus eccle. non alie. Batius.

Ut iuſtitiarius alium loco ſui ordinare non poſsit. Rubr. LVI.

QVIA in conſti. præcedenti ſtatuit iuſti
tiarijs gagia de pecunia fiſcali, poterat
dubitari, vtrum dicti iuſtitiarij potuiſ-
ſent exercere dictum officium per ſub
ſtitutum. Ideo ad tollendum dictũ du
bium ſubnectitur hic immediatè iſta
rubrica, an & quâdo quis poſsit ſeruire per ſubſtitutum.
vide Bartolum in lege,inter artifices.ff.de ſolut. & pleniſ-
ſimam diſtinctionem Iacobi de Bel. relatam per Alberi-
cum de Roſate in lege, quiſquis emẽſis.C.de epiſcopis,&
clericis, & aliqualiter tetigi in capite primo.§.mutus, epi
ſcopum,uel abbatem. ubi dixi in tertio not. quòd ſi ſerui
tium debetur regi, nunquam poteſt regi ſeruiri per ſubſti
tutum, niſi de voluntate regis, & hoc etiam bene probat
iſta conſtitutio. Et ſcias, quòd quando diſpoſitio requirit
aliquid fieri per manus alicuius, tunc non poteſt fieri per
ſubſtitutum, ut dicit Cardin. Flor. in capitulo quin-
tauallis, de iureiuran. in vigeſimoprimo not. & ad hoc
vide multa facientia per dominum Frãciſcum Aretinum
in conſil.79. incipien.ſuper articu. an Abb.in 5.columna.
Sequitur nigrum.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *In‿ſtitiarij omnes ſua officia perſonaliter exercere debent.*
2 *D‿legatus à lege, cenſetur delegatus à principe.*
D:legatus à rege in cauſa criminali non poteſt illam cauſam ſubdelegare alteri.
3 *Prohibito, maiori cenſetur etiam prob.bitum id, quod minus eſt.*
4 *Iuſtitiarius per vſurpationem dicens ſe poſſe committere cauſas criminales, qualiter ſit puniendus.*

OFFICIA quæ perſonis. In prima ponit dictum. In ſecunda ponit rationem
dicti. In tertia ponit pœnam contrafa-
cienti. ſecunda ibi, cum enim. tertia ibi,
aut econtra. & ſic tria continet hęc con
ſtitutio. primò, ꝙ neque magiſter iuſti-
tiarius, neque aliquis iuſtitiarius prouinciæ poteſt in locū
ſuum ſubſtituere aliquem, vel facere eum vicarium in iu
ſtitia miniſtranda, & annullat omnem abuſum, in contra-
rium. ſecundò dicit, ꝙ ratio huius dicti eſt, quia ſi cauſa
vna criminalis alteri ſit commiſſa, iſte delegatus non po-
teſt ipſam alteri ſubdelegare, multò minus poteſt magiſter
iuſtitiarius, vel alij iuſtitiarij vniuerſitatem cauſarum cri-
minalium alteri committere, vel facere eum vicarium, vel
Locumtenentem loco ſui. tertiò dicit, ꝙ ſi dicti officiales
fecerint Locumtenentem loco ſui in dictis officijs, tam
ipſe, qui commiſit, quàm ipſe Locumtenens puniuntur pę
1 na mortis. h. d. †No. ex tex. ibi, pſonaliter.[a] ꝙ tam magiſter
a iuſtitiarius, quàm iuſtitiarij, qui habent merum, & mixtū
imperium, ut in conſtit. præcedentibus, debent ſeruire in
officio perſonaliter, & nō poſſunt ipſi facere Locumtenen
tem, quia ea quæ ſunt meri imperij, non poſſunt delegari,
vt in l. ſolent. ff. de offi. proconſul. & lega. cum concor. ſuis.
& ideo dominus rex videns, ꝙ magiſter iuſtitiarius non
vult, vel non poteſt ſeruire perſonaliter, ipſe dominus rex
conſtituit Locumtenētem magiſtri iuſtitiarij regentē ma-
gnæ Curiæ Vicariæ, quia magiſter iuſtitiarius non poteſt
facere ſuum Locumtenentem. An autem Locumtenens &
regens factus à rege in magna Curia Vicariæ, pp aliquod
eius impedimentum poſſit ſine licentia regis vnà cum vo
to, ſeu cōſenſu, & deliberatione iudicum facere, ꝙ vnus ex
iudicib. magnæ Curiæ poſſit tenere locum, & baculum re
gentis, quando regitur curia, iſte tex. videtur hoc prohibe-
re, & etiam conſuetudo in contrarium, ibi, præſumptionis
illicitæ coarctamus, & bene facit tex. & q̃ ibi dixi in proœ.
iſtarum Conſti. in §. fi. & ego, quando fui iudex in magna
Curia, quando regens erat impeditus, procuraui, q. domi-
nus rex daret licentiam, ꝙ vnus ex iudicibus magnæ Cu-
riæ poſſit ſedere in loco regentis, & virtute dictæ permiſ-
ſionis, ſic poſtea fuit obſeruatum. Neſcio ſi hoc tēpore in-
dices moderni procurauerint dictam licentiam, quando
regūt curiam pro tribunali ſine perſona regentis, aliàs po-
nunt ſe in magno periculo, licet pœna huius cōſtitutionis
hodie ſit ſublata, ut infra dicam, prout dixi ſupra in cōſti.
duram & diram. Poſſent tamen iudices ſe excuſare, quan-
do non haberent licentiam regis, allegādo illud, quod prę
ſes pp ſui abſentiam poteſt ſubſtituere alium, & ille poteſt
cognoſcere, & diffinitiuè cauſas meri imperij, p l. a. C. de
off. eius qui vicē alterius gerit. & firmat Alex. in l. 1. in 23.
col. ff. de offi. eius cui man. eſt iuriſdi. idem ſi eſſet impedi
tus propter infirmitatem, vt firmat ibidem Ale. in 24. col.
vel alio impedimento. & vide eum in l. ſolet. ff. de iuriſdi.
2 om. iud. †& delegatus à lege videtur delegatus à principe,
ſecundùm gl. in c. 2. de offi. deleg. lib. 6. & voluit Alex. in l.
more. 4. col. ff. de iuriſ. om. iudic. & ſic poterit limitari iſta
conſtitutio. Secundò no. ex tex. ibi, iuſtitiarium, ꝙ malè &
peſſimè facit iuſtiarius prouinciæ, qui interdum recedit
ab officio, & venit Neapolim, dimiſſo Locumtenente in
prouincia, donec reuertatur ſine licentia regis, & ideo de
hoc poſſet ſyndicari, quia quando apparet, ꝙ ſit electa in-
duſtria perſonæ, ille non poteſt alteri delegare, ut c. is cui.
de offi. deleg. lib. 6. ſed per iſtam conſtitutionem apparet,
ꝙ quādo creatur iuſtitiarius, videtur electa induſtria per-
ſonæ. Tertiò no. ex tex. ibi, aliqua cauſa ſingularis crimina
lis, ꝙ delegatus à rege in cauſa criminali non poteſt illam
cauſam alteri ſubdelegare. Et hoc eſt contra opinionē glo.
in l. 1. C. qui pro ſua iuriſdictione, quæ dicebat, ꝙ delega-
tus à principe in cauſa meri imperij, poteſt ipſam cauſam
ſubdelegare. tamen alij Doctores tenent contrarium, vt re
fert Alex. in rub. ff. de offi. eius, cui man. eſt iuriſd. in 5. col.
& in l. 1. eod. titu. Item probat iſte tex. ꝙ rex poteſt cauſas
criminales, & ſic cauſas meri imperij delegare, & hoc fir-
mat Alex. in l. 1. col. 37. de offi. eius cui man. eſt iuriſd. & in
l. imperiū. ff. de iuriſ. om. iud. & no. in c. quod ſedes. de off.
ord. & in cle. 1. de offi. dele. Doct. in c. 2. de offic. vica. lib. 6.
3 †Quartò no. ꝙ ſi prohibetur id, quod eſt minus, videt̃ pro
hibitum id, quod eſt maius. ad idem Bal. in l. fi. §. cum igi-
tur. ver. item quæro. C. de iure delib. Albe. de Roſ. in l. 1.
C. de neg. geſt. ſic econtra, cui conceditur, quod eſt maius,
videtur conceſſum quod eſt minus. cap. ex parte tua. de de
cimis. Inn. in c. dilecto. circa fi. de verb. ſign. gl. infra in con
ſti. pœnam. in verbo, in partem. interdum ſecus eſt, de quo
per Bal. in l. ſi pupil. §. ſi prætor. ff. de rebus eorum. item, ꝙ
plus eſt conſtituere vicarium ad vniuerſitatem cauſarum
criminalium, quàm delegare vnam cauſam criminalem.
Quintò & vlt. no. ex tex. ibi, capitali ſententia. quòd impo-
nebatur pœna mortis Locumtenenti, & ſubſtituto in offi-
cio ſine licētia regis ex tranſgreſſione, quia fecit ſuum Lo-
cumtenentem in officio, hodie verò non eſt pœna mortis,
ſed pœna publicationis omnium bonorum, vt ſupra in cō
4 ſtit. duram & diram. †Quid autem ſi iuſtitiarius dicat, ſe
poſſe per vſurpationem committere alteri cauſas crimina
les, an ſit pœna capitis pro eo, quia vſurpauit hanc iuriſdi-
ctionem committendi cauſas criminales, quam non ha-
bet, quia ordinarius non poteſt committere cauſas crimi-
nales & meri imperij, vt loquitur d. l. 1. ff. de officio eius,
cum concor. ſuis? Reſpondet hic Andr. & bene, quòd tunc
eſſet pœna capitis, per conſtit. ſupra, eum ſatis. hic nō ſunt
gloſ. Sequitur rubrica.

ANNOTATIO.

a Adde, ꝙ quæ non ſunt tranſmiſſibilia ad hæredes per ceſſionem nō tranſeunt, per tex. & ibi Bar. ff. de adminiſtratione, & periculo tutorū, ad idem vide ritum magnæ curiæ. qui incipit, item ꝙ in dicta curia nullus officialis poſſit per ſubſtitutum ſuum ſeruire, ſed debet perſonaliter ſuum officium exercere, fol. primo, lib. meo, & an officialis poſſit illicentiatus recedere à ciuitate Neapol. & extra ipſam ciuitatem ſe perſonaliter conferre, vel extra regnum & à quo debet peti licentia? Vide alium ritum, qui incipit, item ꝙ nullus officialis. eo. fol. primo. Ioan. Ant. Batius.

De iuramentis non remittendis à baiulis. Rub. LVII.

HVCVSQVE dictum fuit de officio
iuſtitiarij, nunc incipit tractare de of-
ficio baiulorum, & quia ipſi baiuli ex-
cedunt eorum poteſtatem vt remitten-
do ſacramentales, vbi de iure ſacramen
tales requirebantur, ideo prouidet ſu-
per hoc exceſſu. de iſtis ſacramentalibus nihil habemus
de iure communi, niſi in vſi. feu. & in iure Longobardo,
& de iure feudo. in capit. 1. de contentione inter domi-
num & vaſ. de inueſtitura feudi. ibi, inopia tamen proba-
tionum dirimatur per religionem eliēuli poſſeſſoris cum
duodecim ſacramentalibus, qui dicuntur compurgato-
res, qui iurabunt, quòd credunt ipſum poſſeſſorem fuiſ-
ſe inueſtitum, & de iſtis compurgatoribus habetur in iure
canonico, de purga. cano. in quinto libro decretalium, ad
idem in capit. primo, §. ſacramentum. ibi, cum 12. ſacra-
menta-

mentalibus. de conſuetud. recti feudi.§.ſi à iudice. de iure verò Longobardo ſit mentio in titu. qualiter quis ſe deſendere debeat.l.qualiſcunque.

SVMMARIVM.

1 *Lex non conſueuit fieri de eo, quod rarò contingit.*
2 *Iudex ſolemnitatem de iure requiſitam remittere non poteſt in partis præiudicium.*
3 *Solemnitatem à iure requiſitam omittere ob pecuniam receptã, iniquum eſt.*
Pecunia omnium dicitur criminum mater.
4 *Baiulus remittens ſolemnitatem ſacramentalium punitur pœna vnius libræ auri.*

CREBRA noſtrorum. Tripliciter poteſt intelligi hæc conſtitutio. Primò, ꝙ non pertinet ad officium baiulorum remittere ſacramentales, vbi de iure debent in cauſis intereſſe, ergo nec ad officium eorũ pertinet vocare ſacramentales: & ſi hoc faciunt, debent puniri: quia faciunt, quod non pertinet ad eorum officium. ſi enim potuiſſent illos vocare, illis comparentibus non poſſunt ſine eorum licentia recedere, vt dicitur in ſi.in l.ſi quis decurio. la prima.C.de decur.lib.10.Sed iſte intellectus non conſonat huic literæ. Modò intelligitur ſic de iure Longobardo, iudex põt teſtib.examinandis remittere iuſm, vt deponant ſine iuramento, vt in Longobarda de teſtibus.l.de periurijs.& in Longobarda de teſtibus.l.2. hoc expreſsè vetat hic Imperator ſub pœna. Et iſte intellectus habet conformitatem cum iure communi reſpectu diſpoſiti, non reſpectu pœnę, vt in l.iuſiurandi.C.de teſtibus. vbi iudex non debet examinare teſtes ſine iuramento, nec iuramentum teſtium poteſt remittere, vt ibi: & ita ſtatuit hæc conſtitutio, & addit pœnam. Et iſte intellectus multũ mihi placet, & eſt intellectus paupertatis meæ. Tertius intellectus eſt in cauſis ciuilibus de iure Longobardo coram baiulis, non ſolùm quando erat caſus, in quo erat locus dare iuramẽtum ſuppletorium in defectum plenæ probationis, debeat dari dictum iuramentum: ſed etiam debebant adhiberi ſacramentales, ideſt, teſtes compurgatores, qui deponere habeãt de credulitate, quòd credunt ipſum iuraſſe veritatem: hoc præmiſſo, hoc intendit. quidam baiuli interdum gratis, interdum per pecuniam corrupti remittebant iſtos ſacramentales, fuit hoc ſæpius Imperatori patefactum, hoc Imperator reputat iniquum, ideo vetat ſub pœna vnius libræ auri, ꝙ hoc vlterius ab eis non fiat. No. pri-
1 mò ex tex.ibi, crebra noſtrorum fidelium. ꝙ † ideo fuit facta iſta conſtitutio de ſeruandis per baiulos ſacramentalibus, quia quotidie baiuli remittebant iſtos ſacramentales, quia lex non debet fieri de eo, quod rarò accidit, vt in l.nã ad ea.ff.de legibus.no.gl.in c.literas. de deſponſat.impub. Et ex hoc ſequitur, ꝙ licet iſti ſacramentales in cauſis ciuilibus iure Longobardo ſeruabantur, ꝙ etiam hodie debẽt ſeruari, nõ quidem de iure Longobardo, ſed virtute huius conſtitutionis, ex quo conſtitutio iſta non reperitur correcta. & ideo ſicut diffamatus de crimine debet ſe purgare, vt in titu.extra de purgatione canonica. & ibi per Hoſt. & per ſummiſtas in tit. de purgat. canon. & per Doctores in c.1.in glo.de frigidis & maleficiatis. ita in regno per iſtam conſtitutionem in cauſis ciuilibus, ſecundùm diſtinctionẽ legis prædictæ Longobardæ, quam allegaui ſupra in rub. dicunt adhiberi ſacramentales. i. purgatores, ſed tempore meo nunquam vidi fuiſſe per baiulos ſeruatũ, quòd in cauſis ciuilibus adhibeantur ſacramentales.i. compurgatores.
2 Secundò no.ex tex.ibi, gratis. quòd iudex † in præiudicium
a partis non poteſt remittere ſolemnitatem aliquam, [a] quæ de iure requiritur in proceſſu fabricando, ut hic. bene facit l.cum hi.§.ſi prætor.ff.de tranſactio. bene facit l.magis.§.ſi ęs.ff.de rebus eorũ. Sed pone, quòd iudex remiſit, an proceſſus ex hoc ſit nullus? Vide Alexan.in apoſtil.in l.vniuerſa. C.de precib.Impera.offer.& plenius per Felin.in cap.quoniam. vt lite non conteſt.3.colum.verſic.tu verò attende.& vide Lucam de Penna in l.2. C.de fide inſtrum.libro decimo.vbi ponit, propter quid ſunt ſtatutæ ſolemnitates in à-
3 ctibus hominum. Tertiò no.ex tex.ibi, † pecunia. ꝙ ſatis eſt iniquum, quando iudex per pecuniam receptam à parte omittit ſolemnitatem requiſitam, quia nihil miſerius eſt, quàm propter pecuniam contemnere Ieſu Chriſti præcepta. 12.quæſt.1. cap.duo. eſt enim pecunia mater criminum.23.diſtinct. hi igitur pecuniarum amatores ſunt fortes in terris, ſed debiles in cęleſtibus.47.diſtin. cap.omnes. & accipitur hic pecunia largo modo pro omnibus rebus, vt in l.pecuniæ.ff.de verborum ſignif. accedat ad hoc tex. 47.diſtinct. capit.verum. vbi dicitur, mens auida pecunię, nec abſtinere nouit à veritis, nec gaudere conceſſis, nec pietatis adhibere conſenſum. Quartò nota ex tex. ibi, pœ-
4 na vnius libræ auri. nota † iſtam pœnam, quam ſubit baiulus propter remiſſam ſolemnitatem ſacramentalium. Aliam pœnam ſoluit pro corruptela, vt dixi ſupra in conſtitutione, capitaneorum. & patet infra in conſtitu. corruptelę crimen. Aliam pœnam, videlicet duarum librarum auri ſoluit baiulus, ſi excedit in trigeſima exigẽda iuxta ſacras regni conſtitutiones, vt infra in conſtitutione, conſtitutionum prædeceſſorum noſtrorum: in fine. Sed ipſe baiulus pro contumacia non mulctabit vltra vnum auguſtalẽ, vt infra in conſtitut. pœnam nouem vnciarum. in fine. In glo.1.dic, vt dixi in proximo præcedenti notabili. In glo.ſecunda dic, vt dixi in principio huius conſtitutio. And.non legit iſtam conſtitutionem.

ANNOTATIO.

a Aliquam.] An partes de communi voluntate poſſint renunciare fori, vel ſubſtatialibus iudiciorum? Vide late per eundem authorem ſupra in præludijs.q.9.col.3.in princip. & per Marant. in ſua practica iudiciaria, fol.6.num.36. cum ſequentibus. Batius.

De officio magiſtri camerarij, & camerarij. Rub. LVIII.

IN præcedenti proxima conſtitutione incœpit tractare de exceſſu baiulorum: verùm quia ad officium magiſtri camerarij ſpectat defectus baiulorum in terris demanij: & alia, prout patet hic, & infra in cõſtitutione, præſenti lege. ideo ſequitur, de officio magiſtri camerarij, ſeu camerarij. & dicit hic gloſ.1. quòd magiſter camerarius eſt ſicut procurator Cæſaris, de cuius officio eſt rubrica.ff.de offic.procurat.Cæſaris. ſed Andr.de Iſern.dicit, quòd officium magiſtri camerarij eſt officium ſecreti, quod ego non credo, quia aliud eſt officium ſecreti, aliud magiſtri camerarij, vt patet infra in conſtitutione, præſenti lege decernimus. cum ſequenti conſtitutione, quæ incipit, dohanæ ſecreti. in Apulia officium magiſtri camerarij eſt officium magiſtri portulani, & non eſt officium ſecreti, ſicut eſt in prouincia Calabriæ. omnes iſti ſunt procuratores Regis ad bene regendum, & gubernandum res & iura Regis: & differt procurator Cæſaris à procuratore fiſci, quia procurator Cęſaris habet curam patrimonij Regis. ſed procurator fiſci habet curam patrimonij fiſci. & ſi eſt controuerſia inter procuratorem Cæſaris, & fiſci, vel inter fiſcum & priuatum, procurator fiſci eſt iudex, vt in l.prima, ſecunda, & tertia. C.ſi aduerſus fiſcum. & C. vbi cauſæ fiſca. l. penultima, & finali. Et eſt ſciendum, quòd duo ſunt procuratores fiſci, vnus generalis, ſicut eſt magnus camerarius, qui videt rationes omnium officialium, & procu-

rator Regis : & iſte de iure vocatur Comes rerum priuatarum, vt C.de offic.Comi.rerum priuatarum. & iſte eſt illuſtris. alius eſt procurator fiſci in qualibet prouincia : & de iſto procuratore loquitur titulus, de officio procuratoris Cæſaris. Neapoli in regia camera ſummariæ eſt ꝓcurator fiſci hodie notarius Stephanus, in magna Curia Vicariç eſt Io.de Licterio.& iſti dicuntur clariſſimi, vt dicit Alber. de Roſ.in rubr.de offic.procur.Cæſaris. & ibi tractatur de poteſtate iſtorum procuratorum.

SVMMARIVM.

1 *Officia confundi dicuntur, officiale vno faciente id, quod ad officium alterius ſpectat.*
2 *Succeſſor in regno factum prędeceſſoris iuſtum adimplere debet.*
3 *Officium magiſtri camerarij per Regem in credentiam poteſt concedi.*
4 *Gabellæ ad triennium locari debent, & non minori tempore.*
5 *Magiſter camerarius, in quibus cauſis iuriſdictionem habeat.*
6 *Papa in habitu iuriſdictionem habet in toto mundo.*
7 *Sententia condemnatoria contra tutorem lata pupillo moriente, valet in habitu & non in actu.*
8 *Requiſitio iudici facta, quos producat effectus.*
Religioſi requiſiti pro decimis excommunicati ſunt, ſi intra duos menſes eas non ſoluerint.
9 *Iuriſdictio in ciuilibus primò ad baiulos ſpectat, quibus negligentibus ad magiſtrum camerarium.*
10 *Baiulus durante officio, de cauſa ciuili coram magiſtro cameræ poteſt conueniri.*
11 *Appellationes à ſententijs baiulorum latis in terris Baronum ad quem deuoluantur.*
12 *Appellatio à ſententia vicarij non deuoluitur ad epiſcopum.*
13 *Præſes prouinciæ quando ſit iudex in cauſa appellationis à ſententijs defenſorum ciuitatis.*
14 *Appellatio à ſententia magiſtri camerarij ad Regem ipſum, & non ad prouinciæ iuſtitiarium deuoluitur.*

OFFICIORVM periculoſa. Iſta conſtitutio eſt bene gloſſata, & bene declarata per glo. Et eam pro clariori intelligentia diuidam in tres partes. In prima ponit exordium videlicet, quòd confuſio officiorum eſt periculoſa, & plurimũ confunduntur iura priuatorum qui ſitiũt iuſtitiam, & prædeceſſores Regis intenderunt prouidere, vt officia ipſa ſint diſcreta, & Imperator intendit proſequi dictum effectum. & hæc eſt prima pars, quæ durat vſque ibi, ſtatuimus. Hic eſt ſecunda pars, in qua primò declarat, ꝙ interdum magiſter camerarius, vel camerarius conſtituitur à Rege in prouincia, vt gerat officium in credentiam, interdum illud in gabellando, ideſt, in locando ad mercedem conuentam iura, & fructus, ſpectantia, & ſpectantes fiſco ad certum tempus in illa prouincia, licet aliqui vocent hunc contractum venditionem, de quo in l.cotem ferro.§.qui maximos.ff.de publiciana. Et fiunt in credentiam, ſiue in gabellis cõcedat Rex dictum officiũ, iſte magiſter camerarius habet ex natura ſui officij in habitu iuriſdictionem ciuilem ordinariam in tota prouincia, præterquàm de feudalibus : ſed in exercitio habet iuriſdictionem ciuilem in iſtis quatuor caſibus, videlicet. Primò, ſi baiulus requirit ipſum magiſtrũ cameratium, vt procedat, & faciat iuſtitiam generaliter, vel ſpecialiter inter priuatos litigantes. Secundò, ſi baiuli ſunt negligentes in iuſtitia miniſtranda, vel in eorum defectu, poteſt iuſtitiã miniſtrare. Tertiò, cauſas ciuiles inter ipſos baiulos, ſiue inter baiulos, & priuatas perſonas, & gabellotos ſuæ iuriſdictionis poteſt audire, & determinare. Quartò, ſi appelletur à ſententia baiulorum, cognoſcit de ipſa cauſa appellationis & debet confirmare, vel infirmare ſententiam baiulorum, prout de iure videbitur, & hæc eſt ſecunda pars, quæ durat vſq; ibi, à quib.ad nos. Hic eſt tertia & ultima pars, in qua dicitur, ꝙ à ſententia magiſtri camerarij, vel camerarij appellatur ad Regem, vel ad magnam Curiam Vicariæ, & non ad iuſtitiarium prouinciæ. & durat vſque in finem. Et breuiter hoc intendit. Magiſtri camerarij, qui recipiunt officium camerariatus à regia curia habẽt ordinariam iuriſdictionem in ciuilibus cauſis, præterquã de feudis, & ſunt iudices cõpetentes in terris demanij Regis in cauſis ciuilib. inter baiulos, & gabellotos, & priuatas perſonas, & à ſententijs baiulorum ad eos appellatur, à ſententijs ipſorum camerariorum non appellatur ad iuſtitiarium prouinciæ, ſed ad Regem, uel ad magnam cu-
1 riam Vicariæ. No. 1. ex tex. confuſio. ꝙ † confunduntur officia, cum vnus officialis facit id, quod pertinet ad officium alterius, quia non ſeruatur ordo. Nam inordinatum inducit confuſionem, dicit gl.in Auth.de hęre.& fal.§.inordinatum.in verbo, confuſum. ſic etiam confunduntur ſeruitutes prædiorum, ſi idem dominus vtriuſque prædij eſſe cœperit, vt infra dicit tex.in l.1.ff.quemadm.ſeru.amit. ſic etiã cõfunditur actio, ſi creditor ſucceſſit debitori, ut in l.ſi debitori.C.de pact.& ibi concordantiæ in gl.ſi peccator, qué non pœnitet peccari, dicitur confuſus, vt 50.diſt.c.domino ſancto. ita dicam de officio magni cancellarij, quod hodie eſt confuſum, quia ſecretarius Regis gerit in multis eius officium, & auditores domini noſtri Regis in multis gerunt officium non ſpectans ad eos, ſed ad magnam curiam ſine verecundia : imò quod peius eſt, putant ſe obſequium pręſtare Deo, quia dicit tex.in c.peruenit.11.q.1.ſi ſua vnicuique iuriſdictio non ſeruatur, quid aliud agitur, niſi confuſio? & de hac confuſione doleo, quia confunditur iuſtitia deſiderata priuatorum, & totum hoc procedit propter abſentiam à longe domini Regis. Secundò no. ex tex. ibi, pro-
2 ſequentes. ꝙ ſucceſſor in † regno factum prædeceſſoris, quando eſt iuſtum, debet adimplere, & proſequi, ut hic. ad idem in c.literis.in fi.de reſcr. & ibi gl. quæ allegat concordantias. faciunt no.in c.1.& quæ ibi dixi, qui ſucceſſ. teneatur, in vſib. feodorum. & habetur p Alb. de Roſ.in l.digna vox.C.de legib. bene facit illud no. verbum Bal.in l.1.in fi. C.ne de ſtatu defunctorum. ꝙ cuius auctor approbatur, eius ſucceſſor firmiter confirmatur. & dicit Domini. de S. Gemin.in c.1.de conſt.lib.6. ꝙ ſtatim ꝙ ſucceſſor, quando ſuccedit, non reuocat legem prædeceſſoris, uidetur illam approbare, ut c.eccleſia.de elec. bene tamen prohibitio facta per prædeceſſorem non tranſit in ſucceſſorem, de quo per Iaſ. in l.ſi procurator.ff.de no.oper.nunc. Tertiò no. ex
3 tex. ibi, officium in credentiam. ꝙ officium † magiſtri camerarij poteſt per Regem concedi in credentiam, ideſt, ꝙ ipſe magiſter cameræ exigat iura ſpectantia ad regiam curiam, quæ ſunt in prouincia unà cum credentiario deputato per regiam curiam, & faciat quinternum de exactis & liberatis cum cautelis neceſſarijs : & iſtud dicitur concedi ad credentiam, interdum regia maieſtas concedit dictum officium ad certum tempus, & locat, vel vendit fructus, & iura, quæ ſunt domini Regis in illa prouincia dicto magiſtro cameræ certa mercede. & dixerunt mihi antiqui præſidentes, & rationales regiæ cameræ ſummariæ tempore, quo ibi eram vnus ex præſidentibus dictæ cameræ deputatus à Rege Ferdinando Primo, quòd quando locantur gabellæ regiæ pro uno, uel duobus, vel tribus annis ad rationem de tanta quantitate pecuniæ quolibet anno, & euenit ipſis gabellotis aliquod iuſtum, & rationabile impedimentum intra annum circa exactionem iuris dictæ gabellæ, regia camera ſolita eſt facere, ꝙ gabellotus ſoluat ad extaleum, vſq; ad tempus impedimenti, & à tempore impedimenti ſoluat ad credentiam, ideſt, ſecundùm librũ credenzerij deputati per regiam curiam ad ſcribẽdum, & notandum introitus ipſius gabellæ; & iſta obſeruantia eſt cõ-
4 tra regulas iuris cõmunis, quia † gabellæ debent locari pro tribus annis, & non minori tempore. l.penes. & ibi Bal. & alij. C. de vectigalibus & commiſſis. & ratio eſt, ſecundùm Salycetum ibi, quia in locationibus fit remiſſio propter

pter ſterilitatem, ut in l. licet. C. locati. cum concorda. ſuis. & ex vbertate alterius anni fit compenſatio, ut in l. ſi vno. ff. locati. ſed ſi locaretur pro vno anno tm̃, fiſcus teneretur ad remiſſionem mercedis propter impedimẽtum. & ideo pro uno anno prohibita eſt locatio, & finito triẽnio, iterũ debet locari per triennium ipſa gabella cum ſubhaſtationibus, vt in l. 1. C. de fi. inſtr. & iu. haſtæ fiſc. lib. 10. hæc ſcripſiſſe volui, vt intelligas, quid ſit de iure, & quid ſit practica in iſtu magno tribunali regiæ Cameræ, ubi ſemper debent eſſe ad minus duo præſidentes antiqui, qui inſtruant nouos, quia vetus prouerbium Ouidij eſt.

A boue maiore diſcat arare minor.

Et probatur in c. omnis ętas. 12. q. 1. inde dicit tex. 24. q. 3. c. quid autem. magiſtri erroris ſunt, qui veritatis diſcipuli non fuerunt. inde dicitur in Prouerb. c. 12. qui ſapiens eſt,
5 audit conſilia. Quartò no. ex tex. ibi, pro † ſua iuriſdictione. quòd magiſter camerarius in prouincia habet iuriſdi-
a ctionem ordinariam [a] in cauſis ciuilibus totius prouinciæ in terris demanij, præterquam in feudalibus non priuatiuè, neque cumulatiuè ad iuriſdictionem ciuilem, quã habent baiuli in locis dictæ prouincię. ſed ut dicit glo. 2. hic, habet iuriſdictionem ciuilem in habitu, & non in exercitio, niſi in dictis quatuor caſib. vt ſupra declaraui in diuiſione huius conſti. in quibus habetur exercitium. & licet gl. alleget aliqua exempla: tamen ego addo alia exempla. Et primò exemplum in c. paſtoralis. §. quoniam. de reſcr. vbi delegatus ante expreſſionem perſonarũ & rerũ habet iuriſdictionem in habitu, & non in exercitio, vide ad hoc Bal. in c. 1. de ali. iudic. mut. cauſa facta. in 3. col. ubi dicit, ꝙ rei uendicatio, alia eſt in actu, alia in habitu. Item præſes antequam intret prouinciam ſibi decretam habet iuriſdictionem in habitu, & non in exercitio, vt in l. obſeruare. ff. de offic. procon. & lega. Item Papa habet in habi-
6 tu in † toto mundo iuriſdictionẽ in temporalib. ſed nõ in exercitio, ut no. in c. nouit. de iud. & in c. cauſam. q. fil. ſint legit. Item presbyter parochialis habens eccleſiam parochialẽ, quæ poſtea propter tẽporum diſcrimina non habet populum, dicitur parochialis in habitu, & nõ in exercitio, de quo in c. licet. de elect. lib. 6. & voluit Abb. in c. de multa. de præben. ita ꝙ ſi poſtea ſuperuenit populus, ipſo iure habet iuriſdictionem in exercitio, ut in clem. quia contingit. in fi. de relig. dom. 16. q. 3. c. prima actione. c. quia diligentia. & gl. in c. ſtatutum. de elec. lib. 6. Sed etiam dicitur epiſcopus, qui nullã habet eccleſiam, qui habet iuriſdictionem in habitu, & non in exercitio, ut in c. 2. de tranſac. Sic
7 etiam dicimus in † ſententia condemnatoria data contra tutorem, vt ſi pupillus moriatur, illa ſententia ualet in habitu, & non in actu, quia non poteſt exequi in perſonam, ut in l. fi. ff. ſi quis cautio. Sic patet, ꝙ paria ſunt, habere iuriſdictionem in habitu, uel in actu, ut in c. non ſolum. de appell. lib. 6. vbi paria ſunt, appellaſſe intra decem dies, uel non appellaſſe, ſi tamen intra decem dies poterat appellare: bene faciunt quædam iura, quæ allegantur in cap. maiores. §. cæterùm. de hæreticis. vbi uerba nõ ad actum, ſed ad aptitudinem referuntur. & uide ad hoc Anto. de Butr. in procem. clemen. cuius diſtinctionem refert Dominicus in d. cap. licet. de elect. lib. 6. An autem habens beneficium curatum in habitu, & non in actu, dicatur habere beneficium curatum, vel ſimplex? Sunt opiniones inter Doctores, de quo articulo vide in capit. quia nonnulli. de clericis non reſident. & per Abb. in d. c. de multa. in 7. colum. quæ
8 eſt finalis. † Quintò no. ex tex. ibi, ad requiſitionem. quòd requiſitio facta iudici operatur magnum effectum, nam hæc dat exercitium iuriſdictionis, ubi aliàs ſine requiſitione non haberet. Sic etiam requiſitio facta iudici, ut det apoſtolos, ſi non dedit, quicquid poſtea egerit in cauſa, eſt ipſo iure nullum, ut in cap. ut ſuper. de appellat. libro ſexto. Sic etiam facta requiſitione à religioſis, quòd ſoluãt decimas eccleſijs intra duos menſes, ipſo iure ſunt excommunicati, ut in clemen. prima. de decimis. Et ibi dicit Cardinal. quòd ſufficit ſemel requirere, & debet apparere iſta requiſitio omni tempore. & ſic non ſufficit ſola ſcientia, vbi requiritur requiſitio, ſecundùm Bal. in c. 1. §. ad hæc. de pace iuram. firm. idem Bal. in Conſtitutione, ſancimus. de iure protbom. Sic etiam emptor debet requirere venditorem, quando eſt conuentus, ut teneatur de euictione, ut in l. emptor. C. de euictio. cum concordan. ſuis. Licet regulariter requiſitio partis non inducat cõtumaciam iudicialẽ, vel pœnam, vt in cap. in audientia. & cap. contingit. de ſenten. excom. & de rapto. cap. excõmunicatio. & in clemen. 1. de vita, & honeſtate clerico. Sic etiam requiſitio creditoris conſtituit debitorem in mora, ut dicunt Doctores in l. ſemel mora. ff. ſolu. matrimon. & in l. mora. ff. de vſuris. Item requiſitio conſtituit poſſeſſorem in mala fide, ſecundùm glo. in l. item ſi verberatum. §. fin. ff. de rei vendi. Sex-
9 tò nota ex textu ibi, vel in defectum. quòd † iuriſdictio in cauſis ciuilibus primò ſpectat ad baiulos, & ſi ipſi differãt iuſtitiam facere, ſubaudi ſeruata forma ſupra in conſtitutione, ſtatuimus. per magiſtrum camer. licet illa conſtitutio loquatur in magiſtro iuſtitia. tamen eadem eſt ratio in magiſtro camer. tunc magiſter camer. aſſumit illã iuriſdictionem baiuli in exercitio in illa cauſa, ubi commiſit defectum iuſtitiæ, & in defectum camerarij aſſumit eius iuriſdictionem iuſtitiarius prouinciæ: porrò ſeruata forma dictæ conſti. ſtatuimus, & in defectu iuſtitiarij magna Curia Vicar. facit literas prædictas iuſtitiario, ut dicitur in dicta conſtitutio. ſtatuimus. & ſequenti. & in conſtitu. iuſtitiarij nomen & normam. in uerbo, cognitionem ciuilium. & pro hoc uidetur textus in dicta conſtitu. iuſtitiarij nomen & normam. in §. defectus uerò. & miror de gloſ. hic, quæ dixit, quòd tempus ponendum in requiſitione, quòd faciat iuſtitiam, ſit ponendum arbitrio magiſtri camer. cũ tex. in d. §. defectus. expreſsè ſtatuit tempus duorum menſium. Et ſubdit hæc glo. ſuper uerbo, defectum. quòd ſimilis ordo ponitur in Anthen. de manda. prin. §. ſit tibi quorum. & in Authen. ut differentes iudices. §. ſi quis uerò. & §. hoc autem. & §. ſi tantum. patet ergo ex præmiſſis, quòd iudex ex negligentia perdere debet iuriſdictionem quam habet, ut hic, gloſ. eſt de iure communi in l. fi. C. de cuſtod. reo. quæ allegat concordantias ad hoc. Septimò nota ex
10 textu ibi, cauſas, quæ inter baiulos. quòd † durante officio baiuli, poteſt ipſe baiulus conueniri de cauſa ciuili coram magiſtro cameræ, ſiue ad inſtantiam alterius baiuli, ſiue ad inſtantiam cuiuslibet priuati, ut tenet hic gloſſa in uerbo, ad requiſitionem. ibi, poteſt addi & quintus. ad idẽ tex. de iure communi, in l. nec magiſtratus. in fi. ff. de iniurijs: alij uerò officiales habentes merum & miſtum imperium non poſſunt cõueniri durãte officio, ut dicit ibi textus in prin. & ſic patet, quòd unus baiulus non habet iuriſdictionem contra alium baiulum, poſtquam datus eſt iudex, ſcilicet magiſter camer. quando eſt lis inter baiulos. concordat tex. in l. nam magiſtratus. ff. de arbitris. ubi par, in parem non habet iuriſdictionem. cum concordan. ibi in glo. allegatis. cui adde cap. innotuit. de elect. Octauò nota ex textu ibi, appellationes, quòd in terris demanij domini Regis à ſententijs latis per baiulos debet appellari ad magiſtros camer. illius prouinciæ, & ſic non ad iuſtitiarium prouinciæ, ut hic. cõcordat ad idem tex. ſupra in conſtitu. iuſtitiarij per prouincias. in fine, ibi, nec per appellationem officium ſuum aliquatenus interponat. Sed quis
11 eſt iudex † cauſæ appellationis, quando contingit appellari à ſententijs baiulorum in terris Baronum, an erit iudex appellationis Baro, uel magiſter came. uel iuſtitiarius prouinciæ? Glo. fin. hic attingit iſtam quæſtionem, & concludit, quòd Baro erit iudex cauſæ appellationis à ſententia baiulorum ſui caſtri, uel terræ, & non magiſter came. uel iuſtitiarius prouinciæ. hanc ſententiam confirmat hic Andre. Et allegat iſtam rationem, uidelicet, Baro eſt iudex ordinarius uaſallorum, ut in Authen. de quæſtore. §. ſi uerò. & in c. uerum. de foro compet. & eſt tex. in ſecundo libro in conſtitut. dilationes. ad idem in l. Imperialem. §. præterea inter duos. de prohibita feu. alienat. per Feder.

unlunt Doctores in l. 1. §. & poſt operis. ff. de ope. no. nun.
& ipſe Baro cōſtituit baiulos in terra ſua, vt no. And. in cō-
ſtit. in locis demanij. io præſenti. 1. lib. & ſentit idē And.
in c. 1. quid ſit inueſtitora. & iora volunt, ꝙ à iudice dato
appelletur ad eum, qoi dedit illum, vt dicit tex. io l. 1. in
prin. ff. quis & à quo appelletur. Nec ob. ꝙ videtur eſſe u-
12 oum † tribunal baiuli, & tribunal Baroois, ſicut tribunal
Epiſcopi, & eios Vicarij, & ideo à ſententia Vicarij non ap
pellatur ad epiſcopum, vt in c. a. de conſuetu. in 6. & in c.
Romana. de appel. lib. 6. & iſta ratione atteota, à ſententia
baiuli nō debet poſſe appellari ad Barooem. Quia ad hoc
reſpondetur ſm And. quòd ille Vicarius Epiſcopi non eſt
iudex, immo ſicut aſſeſſor loco epiſcopi, & ſic nullum tri-
bunal. & ideo ſi feciſſet iudicem delegatum, appellaretur
ad delegantem. & tene menti iſta verba And. quia nō me-
mini me alibi legiſſe, ꝙ Vicarius Epiſcopi non eſt iudex,
ſed eſt loco aſſeſſoris epiſcopi. Iudicio meo melius dixiſ-
ſet And. prout dicit gl. in c. 2. de conſuet. in 6. in verbo, offi
ciali, ꝙ Vicarius generalis eſt idem cum epiſcopo. ideo à
ſententia Vicarij nō appellatur ad epiſcopum, ſed baiulus
non eſt idem cum Barone. & miror de iſtis verbis Andreę,
quòd Vicarius epiſcopi non eſt iudex, cum gl. io c. licet. de
offic. Vicar. expreſsè dicat, ꝙ iſte officialis epiſcopi genera-
lis habet ordinariam iuriſdictionē. & idem firmat Alex.
in rub. de offic. eius. io 6. & 7 col. & in l. more. 1. colu. ff. de
iuriſd. omn. iud. & ibi allegat alias authoritates, & eſt glo.
in c. perlectis. 25. diſt. ideo ob eius reuerentiā dubito ſatis
de eius dicto, an ſit verū, ſed Baro facit baiulū iudicem, &
actorū magiſtrū notarium creatum à Rege, & non eſt idō
tribunal, ideo appellatur ab eius ſnia ad Baronem per d. l.
13 ff. quis & à quo appella. illud, qood dr, ꝙ † præſes prouin-
ciæ eſt iudex cauſæ appellationis à ſenteotijs defenſorum
ciuitatis, vt in Auth. de defenſo. cioi. §. & iudicare. in fi. pro
cedit in terris demanij, & non in terris Baronum. Patet er
go conclōſio, ꝙ in terris Baronum à ſententijs baiulorum
appellatur ad Baronem, à ſententia Baronis appellatur, nō
ad magiſtrum camer. ſed ad iuſtitiariom prouinciæ, qoia
iuſtitiarius eſt iodex militantium virorom, ſm gl. & And.
hic, per conſti. ſopra vt vnioerſis, & ideo ille, qui corrigit
nobilem io oībus, corrigit & ſnīam eius, & ſic gradatim
eſt appellandum, prout etiam ſic eſt ſtatutum de iore ciui-
li, ut in l. Imperatores. ff. de appe. fallit in hoc regno, in quo
poteſt appellari ad magnam Curiam, omiſſis medijs, ut pa
tet infra in conſti. cum noua noſtri nominis. ſicut quilibet
omiſſis medijs poteſt appellare ad Papam, vt io d. cap. Ro
mana. & 2. quæſt. 6. cap. ſi qois noſtrum. & hoc tenet hic
gl. & And. Nonò nota ex tex. ibi, à quibus ad nos. no. quòd
14 † à ſententijs magiſtri camerarij non appellatur ad iuſti-
tiarium prouinciæ, ſed ad Regem, uel ad magnam Curiā
Vicar. vide de hoc quæ dixi in dicta conſtit. iuſtitiarij per
prouincias. & vide in dicta conſti. cum noua. In gl. 1. dic,
ut dixi ſupra in rubrica. In glo. ſecunda ibi, attamen exer-
citium. dic, ut dixi ſupra in quarto notab. In glo. 3. ibi,
ad requiſitionem. dic, ut dixi in diuiſione huius conſti. &
in quinto not. In eadem ibi, baiulus eoim. dic, ut dixi ſu-
pra in ſeptimo notab. In glo. quarta, io verbo, defectus.
dic, ut dixi in nono notabili. In gloſſa quinta, quæ eſt fi-
nalis, dic, ut dixi ſopra io 8. not.

ANNOTATIO.

a Ordinariam.] An camerarius Papæ & Imperatoris dicantur ha-
bere dignitatem? Vide Archid. Io. And. & Benedictum Capram
in c. 1. de Conſtitutionibus. lib. 6. Batius.

SVMMARIVM.

1 *Aſſiſiam & pretium in rebus venalibus ponere ſpectat ad magiſtrum camerarium.*
2 *Comites cum conſilio ſeptem virorum debent venalibus rebus ſtatuere pretium.*

MAGISTRI camerarij. Ordinare, &
1 ponere aſſiſiam † in rebus venalibus,
ſubaudi, quæ renouantur de anno in an
num, ſpectat ad officiū magiſtri came.
qui dictam aſſiſiam imponere debet in
locis ſuæ prouinciæ, cum conſilio baiu-
lorum, & aliorum virorum, prout ipſe
elegerit. h. d. & tex. in c. 1 §. poſt natale. de pace ten. dicit, ꝙ
2 ponere pretium † in rebus, quæ de anno in annum reno-
uantur, pertinet ad Comites, qui cum conſilio ſeptem vi-
rorum debēt ſtatuere pretiū: & quæ ibi dixi, hic repete. &
vide quæ dixi de iſta aſſiſia ſupra in præludijs, in 3. q. verſ.
item inquantum. & in conſt. omnes noſtro regimini. in 4.
no. vbi And. non fuit recordatus de iſta conſtitutione.

De officio ſecreti. Rub. LIX.

DICTVM fuit in præcedenti tit. de offi
cio magiſtri camerarij: verùm, quia in
aliquib. prouincijs regni eſt officium
ſecreti, ſicut eſt in prouincia Calabriæ,
qui ſecretus eſt ſicut procurator Cæſa-
ris, ſeu quæſtorum magiſtri, ut dicebat
Andr. poſt gl. in præcedenti conſti. officiorum. & ſic vide-
tur, ꝙ aliud ſit officium magiſtri camera. ab officio ſecre-
ti, & magiſtri quæſtoris, quia officium magiſtri camerarij
cōſiſtit in habenda iuriſdictione ciuili, pręterquàm in feu
dalibus, officium ſecreti conſiſtit in alijs iuribus fiſcalib.
manutenendi, vt infra in conſt. dohanæ ſecreti. poſſet dici,
ꝙ vbi eſt in prouincia officium ſecreti, ceſſat officium ma
giſtri camerarij: & ubi in prouincia eſt officium magiſtri
camer. ceſſat officium ſecreti: qoia omnes ſunt procura-
tores Regis. officium verò quæſtoris conſiſtit vel in inqui
rendō pecuniam pro fiſco, & in cōſeruandis iuribus fiſci.
alius erat quæſtor prępoſitus in palatio principis, qui va-
cabat in legendis libris: alius erat, qui vacabat io legendis
ſententijs principis in cauſis capitalibus, ut dicit Azo in
ſum. C. de offic. quæſt. Sequitur nigrum.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, præter, capi poteſt multipliciter.*
2 *Dictio, citra, exceptiuè capitur quandoque.*
A, præpoſitio, dicitur excluſiua dictio.

PRÆSENTI lege. Iſta conſtitut. eſt
localis in prouincia Calabriæ, quia di-
citur, quòd à porta Roſeti citra, quæ
terra eſt in prouincia Calabriæ, ſecre-
tus dohanæ, & magiſter quæſtoris, qui
idem eſt cum ſecreto dohanæ, non exer-
ceant in futurum officium prædictum, ſed illud exerceant
magiſtri cameræ. h. d. No. primò ex tex. qood dictum
eſt in ſummario. Secundò no. ex tex. ibi; à porta Roſeti
1 citra. † quòd iſta dictio, citra, [a] ponitur hic pro præter: &
ſic negatiuè & priuatiuè, ſiue exceptiuè videſt, qòòd ma-
giſter cameræ gerat officiū ſecreti io prouincia Calabriæ,
à porta Roſeti citra, i. præter portam Roſeti: quaſi ille lo-
cus ſit excluſus ab eius iuriſdictione. & pro hoc glo. in l. ſi
filia. §. Papinianus. ff. famil. erciſcun. & Bartol. in l. Celſus.
io verſicu. ſed circa huiuſmodi probationem. & in l. ait
prætor. §. 1. ff. de aqua quoti. & æſti. Ioan. And. in cap. licet
cauſam. de probat. bene facit ad hoc, quod dicit Bald. in
2 l. tranſigere. in princip. C. de tranſactio. quòd † iſta dictio,
citra, ponitur exceptiuè. & vide de hac dictione plenè per
Bald. in l. falſus. quarta colum. C. de furt. & Alexand. in
quinto volum. conſil. 88. in fi. & in conſil. 96. in fi. & tan-
to magis, quia præcedit iſta præpoſitio, à, quæ eſt di-
ctio excluſiua, ut in l. à caligato. C. de nupt. & voluit Ale-
xand. in 5. volum. conſil. 114. in principio, & inducit ſe-
parationem,

paratione m,vt dicit Alex.in 3.vol.cōſi.42.in 3.col. In tex. ibi,regias conſtitutiones. debet dicere,confirmationes. in tex.ibi, de ſecretis. debet dicere, ſecretus, ſine de. Aliqui libri habent iſtam conſtitutionem vnitam cum cōſtitutione ſequenti, omiſſis nouem uerſiculis hoc modo, videlicet, exerceant in futurum in primis. videlicet de theſauris &c. hic non ſunt alia. Sequitur conſtitutio, Dohanæ ſecreti.

ANNOTATIO.

a Citra.] Adde,quod dictio citra, quandoque ponitur pro ſine, ut in Authen.ut iudic.ſine quoquo ſuffrag. §. quod autem à nobis. quandoque exponitur citra quàm, idest aliter quàm,ut in Auth. iuſiurandum quod præſtatur ab his, & ad materiam uide tex. & ibi Docto.in c.licet,extra de probat.& Albe.de Roſ.in ſuo dictionario.in verbo, citra. Batius.

SVMMARIVM.

1 *Theſauri, ſiue in ſolo publico, ſiue priuato reperti, ſunt ipſius fiſci.*
Theſaurus in quo propriè conſiſtat.
2 *Pecuniam an liceat alicui abſcondere ſubtus terram.*
3 *Pecuniam aliquis ſubtus terram aſſerens ſe abſcondiſſe, debet probationes dilucidas habere.*
4 *Fiſcus nullum habet ius in bonis naufragorum, ſi reperiantur domini ipſorum.*
5 *Fiſcus clerico defuncto abſque agnatis, ſuccedit ab inteſtato.*
6 *Laici ab inteſtato morientis in terra Baronis abſque conſanguineis bona ad quem deueniant.*
7 *Uxor an præferatur fiſco in ſucceſſione mariti ab inteſtato ſine agnatis decedentis.*
8 *Spurij non ueniunt filiorum appellatione.*
Peccatum parentum non debet in filios redundare.
9 *Ius canonicum ſuper iure naturali fundatum in terris Imperij debet ſeruari.*
10 *Bona morientis ab inteſtato ſine agnatis, quando ad Curiā deueniant.*
11 *Bona vacantia Curiæ regiæ obuenientia vendi debent cum ſubhaſtationibus ſolemnibus.*
12 *Rex Siculorum curam agit ab inteſtato defunctorum.*
13 *Reſiduum quid propriè ſignificet.*
14 *Secretus dicitur adminiſtrator cum libera.*
15 *Surripiens res naufragij per quem debeat puniri.*
Aduenæ an poſſint in regno teſtamentum facere abſque Regis aſſenſu.

DOHANÆ ſecreti. Iſta conſti. dat nobis in primis ad intelligendum, ꝙ ſeparatum eſt officium ſecreti dohanæ, & quæſtoris magiſtri ab alijs officialibus, ſcilicet magiſtro cameræ, & iſti per ſe, & per ſubſtitutos poſsūt gerere officiū, ſi eis data ſit poteſtas à Rege, quòd poſſint ſeruire per ſubſtitutum. vſque ibi, in primis, videlicet. hic ſecundo loco declarat,in quibus conſiſtit officium dohanæ ſecre. & magiſtri quæſtoris, & dicit, ꝙ conſiſtit. In primis, vt inuentos theſauros procuret incorporare fiſci commodis, ſecundò vt pecunia abſconſa, cuius domini non reperiuntur dilucida probatione, perueniat ad manus fiſci. tertiò, ut ſi res naufragij ſine Dominis repeṙiantur, nec ſint legitimi ſucceſſores, perueniant ad fiſcum, quòd ſi aliquis laicus, vel clericus ſit mortuus ab inteſtato ſine deſcendentibus, vel aſcendentibus,vel collateralibus, qui poſſent ſuccedere,eius hæreditas libera,quæ non debet ſeruitiū, tunc debet venire in fiſcum, excepta tertia parte dictæ hæreditatis, cuius pretium debet conuerti per ſecretum pro anima ipſius defuncti in eleemoſynis pauperum, niſi dicto ſecreto videbitur dictā tertiam partem ēt facere pro fiſco, tunc eius pretium debet pro defuncti anima erogare.h.d.uſque
1 in finem. No.primò ex tex.ꝙ † theſauri, qui inueniuntur, ſiue in ſolo publico,ſiue in ſolo priuato, per iſtam conſtit.
a ſunt fiſci, a ſecus dicendum de pecunia inuenta in uia, ut infra in conſtitu.ſi quis pecuniam. ſed per capitula regni hoc eſt correctum,ut patet per cap.Regis Caroli Secundi, quod incipit,& quia non decet,char.28.vbi dimidium eſt Regis,& dimidium eſt inuentoris,ſcilicet,quando non data opera,ut dr̄ in l.1.C.de theſauris,lib.10.& glo. in l.ſi is qui.in verbo,inuenerit.ff.de acquir. rer.domi. & ita etiam dicitur in cap.1. in fi.quæ ſint regalia.& ibi videas And.de iſta materia theſauri, & Lucā de Penna in d.l.1.C. de theſauris,lib.10.& ea quæ ibi dixi.& dicit Old.in conſi. 163. q. theſaurus conſiſtit in pecunia,& non in inſtrumentis, p l.nunquam.§.theſaurus.ff. de acquiren. rerū dominio. An
2 autem † liceat pecuniam abſcondere ſubtus terram? Vide in l.peregre.ff.de acquir poſſeſ.& in l.pen. §. cum ita.ff. de auro & argen.lega. in quibus iuribus vr̄ probari, ꝙ ſic. & idem vult iſta conſti.inquantum dicit, ꝙ tunc pecunia abſconſa eſt regij fiſci,quando non reperiuntur probationes claræ,quòd pecunia abſconſa ſit alicuius, & dicit hic gl. ꝙ theſaurus nil aliud eſt, niſi pecunia inuenta,cuius nō extat memoria. Et an cōpetat aliqua mihi actio,vel interdictū, ſi abſcondi pecuniam in alieno ſolo, & dominus nō vult, quòd fodiam in ſuo, vt inueniam pecuniam abſconſam? Vide in l.theſaurus.ff.ad exhibendum. & in d. §. cum ita. & in l.item Labeo.ff.familiæ erciſcundæ, Secundò no. ex
3 tex.ibi,probationes dilucidas, ꝙ † ille qui abſcondit pecuniam ſubtus terram, debet habere claras & lucidas probationes,ꝙ ipſe abſcondit in certo loco pecuniā, ſicut in criminali cauſa,ut in l.fi.C.de proba.& glo.in Longobar. de furtis,l.ſi quis aurum.aliàs ſi tertius inuenerit eam, nō poterit vendicare,ſi non habet probationes,ꝙ ipſe eam abſcōdidit in illo loco,quomodocunque ſit,periculoſum eſt abſcondenti pecuniam,& idem eſt de rebus,quæ ſeruādo ſeruari non poſſunt,vt in l.interdum.in glo.& ibi Barto. ff.de condict.indeb.& ibi uide concordan.in apoſtilla Alex.& dicitur in Eccleſiaſt. cap. 10. nihil eſt iniquius quàm amare pecuniam, licet habeat quandam ſimilitudinem cū felicitate quò ad ſenſibilia,quia denario utimur ad omnia habenda,ut dicitur in Eccle.10.c. quòd pecuniæ omnia obediunt,ut dicit beatus Tho.in 2.2.q.118. art. 7. Tertiò no.
4 ex tex.ibi,non ſuperſint à contrario,quòd † ſi reperitur dominus bonorum, qui paſſus eſt naufragium, vel ſupereſt eius hæres,fiſcus regius in bonis ipſis ex naufragio inuētis nullum ius habet.& in hoc concordat authen. nauigia.C. de furtis,& in l.2.C.de naufrag.lib.11.& dictum fuit ſupra in conſti.rapinas eorum.ſub rubr. 18. & ex hoc patet, ꝙ non eſt danda afflictio afflictis, ut in concor.alleg. in gl. in d.authen.nauigia. cui adde gl.in l.qui dotem.ff.de dote præleg.& glo.in c.cum enixa.50.diſt.& 7.q.1.c. cum percuſſio.Specu.de feudis.§.quoniam.verſicu.7.& in l.Titia. §.qui in vita.ff.de leg.2.Quartò no.ex tex. ibi, præterea ſi aliquis clericorum. quòd ſi laicus moriatur ab inteſtato ſine legitimo hærede,ideſt ſine deſcendentibus, & ſine aſcendentibus,& ſine collateralibus, nec teſtamentum fecerit, & iſte clericus habuerit bona, quæ ſibi obuenerunt ex ſucceſſione alicuius agnati, & iſte defunctus ſit de terra demanij Regis,fiſcus regius ſuccedit huic defuncto in illa hæreditate libera, quæ nullum debet ſeruitium regiæ Curiæ, & fiſcus debet hæreditatem illā publicè exponere venalem ſubhaſtationibus præcedentibus,& tertiam partem precij dictæ hæreditatis debet erogare pauperibus pro ani
5 ma ipſius defuncti, & ſic patet, quòd † ſolùm fiſcus ſuccedit clerico defuncto ſine agnatis ab inteſtato,duobus concurrentibus. primò,quòd illa bona ſint hæreditaria: ſecundò,quòd ſit de terra demanij.Iuxta hoc quæro de quatuor quæſtionibus.Et primò, an iſta conſti. hodie ſit ſeruanda, attento quòd clericus non eſt iuriſdictionis iudicis laici, ut in c. ſi diligenti.de foro compe.& attenta diſpoſitione c.1.de ſucceſſ.ab inteſt.ubi in bonis hæreditaris clerici defuncti ab inteſtato ſine agnatis ſuccedit eccleſia, cui ipſe ſeruiuit, & ſic non fiſcus.idem dicit ibi gl.bonus eſt tex.in c.ſi. 12.q.5.eccleſia eſt ipſi defuncto proximus, ut in cap.

presbyteri.de pęnis.& ꝙ eccleſia ſuccedat ab inteſtato cle-
rico,non exiſtentibus agnatis in bonis,quæ ſibi obuenerũt
à ſuis conſanguineis,voluit Inn.in c.cum tibi.de verb. ſig.
& no.in Auth.de eccl.tit.§.pen.& in auth.licentiam. C.de
epiſc.& cler.& dicit ibi Arch.in d.c.fi.ꝙ vxor clerici nõ ꝑ-
ſertur eccleſiæ,& ſi clericus non habuit eccleſiã, bona ſua
hæreditaria in caſu prędicto debent deuenire ad epiſcopũ
& ipſe diſponet ſm Deum.Abb.Sicu.in d.c.1. in fi. allegat
Inn.in c.inſinuante. extra qui clerici,vel vouen.& alleg.ẽt
ibi conſilium Fede. & ideo dicit vnà cũ And. hic, & infra
in conſti. ſicut accepimus,ſub rub.89.ꝙ in hoc iſta conſti.
non habet locum,quia non potuit iſte Feder. præiudicare
eccleſiæ,ſtantibus tantis deciſionib. in contrarium.& vide
ad hoc vnum pulchrũ tractatum editum per do. Nicol.de
Vbald.de Peruſio,dum tractat de ſucceſſione clericorũ. in
q.quomodo ſuccedatur ipſis clericis. Secũdò quæro,quid
de alijs bonis,& quis ſuccedit in dictis bonis? Vide in tra-
cta. domini Nico. & ibi ponit, quid de bonis quæſitis de
beneficijs cõmendatis, ita ꝙ eius fructus ſunt ſui : & quid
de bonis quæſitis ex præbenda, vel de quotidianis diſtribu
tionibus,vel ex officio,vel arteficio. Tertiò quæro, quid ſi
6 † laicus moritur ab inteſtato, non in terra demanij , ſed in
terra Baronis ſine conſanguineis , an habeat locũ iſta con-
ſtit. vt Rex, ſeu fiſcus ei ſuccedat? Iſta conſti.ſentit,ꝙ non:
quia dicit,ꝙ ſi clericus,vel laicus de terra demanij: ergo à
contrario ſenſu , ſi non eſt de terra demanij, non ſuccedit
fiſcus. In cõtrarium,ꝙ ſuper iſto verbo,de terra demanij ,
ſubaudiendum eſt maximè, quia ſi in terra Baronis mori-
tur laicus ab inteſtato ſine agnatis , in bonis burgenſaticis
ſuccedit regius fiſcus,& non Baro, qui non ſuccedit in bo-
nis vacantibus , ſed fiſcus, niſi habeat ex priuilegio Regis
motu proprio cõceſſo,ut in l.1.& in l.ſi vacantia.C.de bo-
nis vacantibus.lib.10.& ibi dixi.& de boc eſt tex. infra in
conſti.ſi quando de hominibus Baronum &c. & dixi poſt
And.in c.1.§.ſi quis hominem.in 10.no.de pace tenen.Fal
lit,niſi eſſent feuda,vel alia bona,quę teneret à Barone,tũc
Baro,& non fiſcus ſuccedit,ut dicit And.in d.§. ſi quis bo-
minem.& in c.1.quæ ſint regalia,in verbo,bona vacantia.
7 & glo.in conſtitu. poſt mortem. Quartò quæro , an † viro
moriẽti ab inteſtato ſine agnatis ſuccedat vxor, vel fiſcus?
Glo.hic tenet, ꝙ fiſcus in regno excludit vxorem , per iſtã
conſti.ſed Andr.hic tenet contrarium, ꝙ uxor excludit fi-
ſcum,quia licet hic nihil dicat de vxore , ideo non dixit ,
quia iam prouiſum erat per ius cõe,quia vxor ſuccedit vi-
ro,excluſo fiſco,vt in l.1. & auth.præterea.C. vnde uir &
uxor.& idem firmaui in d.l.1.C.de bonis vacan. & Andr.
in d.c.1.in verbo, bona uacantia.niſi aliter ſe haberet con-
ſuetudo,ſ.ut fiſcus excludat uxorem,ſm And. in d.uerbo,
bona vacantia.& quæ dixi in d.l.1.& in d. §. ſi quis bomi-
nem.& in d.uerbo,bona uacantia. non ſuot hic iterum re-
petenda. Quintò no.ex tex.ibi,nec filium legitimum, ꝙ ſi
aliquis moritur ab inteſtato,relictis filijs legitimis, illi ſuc
cedunt patri, & ſi non ſunt legitimi , ſed ſpurij, ꝙ iſti filij
non ſuccedunt patri,ſed ſuccederent aſcendẽtes , ſi ſuper-
ſunt,& ſi non habet aſcendentes,ſuccederent collaterales,
8 & ſi collaterales non ſunt , ſuccedit fiſcus , quia † filij ſpu-
rij non ſunt nominandi filij,ut in auth.licet. C.de natura.
lib.ubi etiã dr̃,ꝙ non ſunt alendi , ſecus de iure canonico,
ut in c.cũ haberet.de eo,qui duxit in matrim.quam pol. p
adult.Sed an diſpoſitio dicti c.cum haberet.habeat locum
in terris Imperij,& in regnis,quæ in temporalib. non ſub-
ſont imperio.ſed ſub iuriſdictione Papæ?Alex.in 3.vol.cõ
ſi.74.dicit,ꝙ dictum c.cum haberet. non habet locum in
terris Imperij,allegat no.in fi.in c.fi.de arbitris.lib.6. & in
c.2.de regu.iur.lib. 6. Miror profectò de iſto magno Do-
ctore,qui ſic tenuit,pro eo,quia æquitas d.c. cum haberet.
fundata eſt ſuper iure naturali, quia educatio filiorum eſt
de iure naturali.1.diſt.c.ius naturale.firmat Barto. in l.1.§.
huius ſtudij.ff.de inſt. & iure. & in l.ſi quis à liberis.§. pa-
rens.ff.de libe. agnoſc.& Bal.in l.cum non ſolũ.§.ipſum.C.
de bonis quæ liber.& ius naturale,prout cadit in homine,
dicitur eſſe æquum & iuſtum, ut dicunt Docto. in d.c.ius
naturale.& quia peccatum parentum in incontinentia cõ-
tra legem non debet redundare io filios,qui non peccaue-
runt in tali vitio carnis,quia actus peccati eſt perſonalis,vt
dicit B.Tho.in prima ſecundæ,quæſt.86.art.ult.& 2.2. q.
9 108.art.4.& diſpoſitio † iuris canonici ſundata ſuper iure
naturali meritò dẽt ſeruari in terris Imperij , ut no. in au-
then.ex cõplexu.C.de inceſtis nup.& in §.fi.in Auth.quib.
mod.natu.effic. legit. & in iſto regno pluries uidi , tam in
foro ciuili, quàm in foro eccleſiaſtico iudicatum , ꝙ pater
poteſt relinquere filio ſpurio prædium , uel pecuni m ad
alimenta pro ſe,& filijs ſpurijs,ut dicit Abb. Sic. in d.c.cũ
haberet. & dicebat Bar.in l.fi.in 2.col.ff. de his quibus, ut
indig.quòd iſte eſt modus,& cautela relinquẽdi filijs ſpu
rijs.Idem tenet Bar.in l. uxorem. §.pater naturalis. de leg.
3.& Bal.in l.eam quam.C. de fideicom. & uolunt Docto.
Moder.in l. 1.ff.ſol.matr.Et dicebat Bal. in l. id quod pau-
peribus.ult.col.uerſi.ultimò quæritur.C.de epiſco.& cler.
quòd ſi pater in teſtamento prohibuiſſet dari alimenta fi-
lio ſpurio,talis diſpoſitio non ualeret. Ao autem ſi non eſ-
ſet dictum in iſta conſti.filium legitimum, ſed ſimpliciter
fuiſſet facta mentio de filijs,an uenirẽt filij ſpurij? Remit-
to me de boc ad Fely.in c.in præſentia.de probatio. in 14.
char.& in c.nonnulli.§.1.de reſcrip.& Alex.in 1.uol.conſi.
94. a.col.& in 2.uolum.conſi.60.in 2.& 3.colu. & in con
10 ſi.98.Sextò no.ex tex.ibi,& abſq; ſeruitio. ꝙ † quando mo
ritur aliquis ab inteſtato ſine agnatis , & habeat bona ad-
uentitia,quæ præſtant ſeruitia regiæ Curiæ, bona illa per-
ueniunt ad Curiam abſque onere dandi tertiam partẽ pre-
tij pro anima ipſius defuncti,ut hic.& ideo ſi haberet feu-
da in capite à Rege,uel bona emphyteutica, nihil fiſcus ꝓ
anima ſua tenetur erogare. Quid autem ſi habeat iſte de-
functus bona,quæ tenentur ab aliquo Barone, uel ab eccle
ſia in emphyteuſim,an in illis ſuccedat fiſcus, uel Baro , à
quo tenetur ipſa bona ſub ſeruitio, uel reditu ? Dicetur de
hoc infra in conſti.poſt mortem. & uide pro nunc Bart. &
alios in l.ſi finita §.ſi de uectigalib.ff.de dam.infec. & dice
bat Carolus de Tocco gloſſator iuris Longobardorum, in
Lõbarda,de his,qui ad mortem iudicati ſunt,in fi. 1.colu.
quòd ſi uaſallus ciuitatis, uel Baronis , uel ruſticus militis
committat crimen læſæ maieſtatis,perſona pertineat ad Re
gem,bona ad Comitẽ,uel ad militem.Septimò no.ex tex.
ibi,cum omni iuris ſolennitate publicè ſubhaſtata : quòd
11 bona † uacantia,quę obuenerunt curiæ regiæ, quando uẽ-
duntur per deputatos, ſunt uẽdẽda cum ſubhaſtationibus
ſolemnibus,ut hic,& in l.quod in libellum. & in l. ſi tem-
pora.C.de fide inſtrum. & in.baſtæ fiſc.& ſi ſine ſubhaſta-
tione uendantur,non ualet uenditio,per d.l.quod in libel-
lum.& ibi uide gl.quæ enumerat ſolemnitates, quæ requi-
runtur in uenditione rei fiſcalis. patet ergo, ꝙ in uenditio
ne rerum fiſcalium requiritur ſubhaſtatio,ut hic,& in d.l.
quod in libellum.& in d.l.ſi tempora.& l. fi. C. ſi propter
pub.penſita.& in l.fi.C.ſi aduer.fiſcum, & in l. licitatio. ff.
de publica.Quid in uenditione rerum ciuitatis, & quid in
uenditione rerum eccleſiæ,& quid in uenditione rerũ mi-
noris,& quid in uenditione rerum defuncti,quæ uendun-
tur per executores ultimarum uoluntatum,& quid in uen
ditione,quæ fit per curatorem datum bonis, uel uẽtri, uel
hæreditati iacenti ? De omnibus iſtis dixi poſt Auge. in d.
l.quod in libellum. fateor,quòd quando uendit ipſe Rex,
non requiritur ſubhaſtatio , ſecundùm Ang. ibi, & ꝓ hoc
l.pen.C.de don.inter uir. & uxo. quia talis contractus ha-
bet uim legis.l.Cęſar.ff.de publica.cum ſimilibus. & uide
triginta quæſtiones examinatas in materia ſubhaſtationis
in ſcriptis meis in d.l.quod libellum. Octauò nota ex tex.
12 ibi, pro morientis anima,quòd † Rex huius regni per iſtã
conſtitu.habet curam etiam de anima defuncti ab inteſta-
to, cui ſuus fiſcus ſuccedit , quia diſpenſat pro tertia par-
te pretij bonorum eius in pauperes pro eius anima , & ſic
patet , quòd eleemoſyna facta pauperib. pro animab. de-
functorum à quocunque,prodeſt eorũ animæ, ſi eſt in pur
gatorio,

gatorio, ut no. in c. cum Marthæ. de celeb. miſ. & per Abb. in c. 1. de rapto. de iſta materia theologica remitto me ad plenè ſcripta per ſcribentes in 4. ſententiarum, diſt. 45. & per Aſtenſem in ſum. in lib. 5. tit. 37. vbi dicit in art. 4. referendo Gregorium, ſed non dicit vbi, ſed eſt. 13. q. 2. c. animæ. ꝙ proſunt animæ defunctorum oblationes ſacerdotum, preces ſanctorum, eleemoſynæ charorum, ieiunia cognatorum. duo primi modi ſunt magis efficaces, inquãtũ feruntur in Deum, quàm vltimi, qui feruntur in proximũ niſi per accidẽs, vt ſi per eleemoſynam impetraret alia, vel vnum, vel duo: & non intelligas, ꝙ eleemoſyna prodeſt defunctis, quoniã ſolùm fit à charis, ſed intellige à charis. i. à quocunq; illa eleemoſyna fit ex charitate pro anima defuncti: & tene menti iſtũ tex. ꝙ ſecretus poteſt eligere pauperes, quibus benefaciẽdum eſt pro anima defuncti, cuius bona peruenerũt ad fiſcum tanquam vltimum hæredem, facit ad hoc, quod no. Bal. in l. præſes. C. de tranſact. Nonò
13 no. ex tex. ibi, & reſiduum. ꝙ † duæ partes de trib. poteſt appellari reſiduum, quod alibi me nõ memini legiſſe. Quod facit ad quæſtionem, ſi ego eram creditor in centũ, & confeſſus ſui recepiſſe ſexaginta ſex pro reſiduo, ꝙ uideor confiteri habuiſſe omnia centum. idẽ importat verbum, reliquum, vt eſt gl. quam dicit Pau. de Ca. non eſſe alibi, in l. ſi ex pluribus. ff. de ſolu. bene facit tex. in l. 2. C. de hær. inſt. & quod voluit Bal. in l. ſi quidem. C. de tranſac. & Ang. in l. inſtrumenta. C. de fi. inſtr. & iu. haſtę fiſ. lib. 11. & Luc. de Pen. in l. 1. C. de vend. rerum fiſca. cum priua. cõmu. li. 10. Decimò no. ex tex. ibi, viderit expedire. ꝙ officialis deputatus ad bona vacantia incorporanda regio fiſco, ſicut eſt ſecretus, & quæſtor, habet electionẽ, vel bona ipſa vendere, & pretium conſeruare pro fiſco, & tertiam partẽ pretij dare pauperib. pro anima defuncti ſine hærede, vel bona ipſa, videlicet pro duab. partib. conſeruare pro regio fiſco: ſi viderit, ꝙ hoc vltimum magis expediat fiſco. ex hoc infer-
14 tur, ꝙ † ſecretus dicitur adminiſtrator cum libera, quia ſi non eſſet adminiſtrator cum libera, non potuiſſet vendere dicta bona, vt in l. ſi liberam. C. quod cum eo. & no. in l. ſi pretium. C. de proc. & emẽs bona ſtabilia deuoluta regio fiſco, præcedentib. ſubhaſtationib. à ſecreto erit ſecurus: quia emit ab illo, qui habet poteſtatem vendẽdi per iſtam conſt. etiam ꝙ non habeat in ſpecie mandatum vendẽdi, ſed ſolùm habet commiſſionem officij ſecreti: quod facit cõtra rationales regiæ cameræ, qui faciunt dubium ſecreto, quando vendit bona deuoluta fiſco, vt doceat de mandato vendendi, quia iſtud dubium nõ procedit per iſtam conſtit. ſed contra de tex. infra in conſt. puritatem. vbi dicitur, ꝙ camerarij, & baiuli iurant non alienare. Solutio, ille tex. loquitur de reb. demanialib. non alienandis, hic de rebus non demanialib. vel ibi de baiulis, vel camerarijs: hic de ſecretis. In gl. 1. dic, vt dixi ſupra ꝓximè in rub. In gl. 2. in prin. dic, vt dixi in 1. not. In eadem ibi, & ea quæ ex naufragio. dic vt dixi in 3. not. Sed iuxta hoc quærit gl. 3. An
15 ad officium † ſecreti ſpectet punire illos, qui ſubripuerunt res naufragij? Et dicit ꝙ non, quia ſecretus non habet merum imperium, & nõ poteſt procedere contra ſurripiẽtes res naufragij, contra quos eſt pœna mortis, ut ſupra in cõſtit. rapinas eorum. ſub rub. 28. & ibi diximus de iſta materia, & ideo pertinet eius cognitio ad iuſtitiarium prouinciæ, ut in conſtitu. iuſtitiarij nomen, ſub rubr. 42. In glo. 4. ibi, ſed nunquid vir & vxor. dic, vt dixi ſupra in 4. no. in 4. q. In gl. 5. quæ eſt finalis, Quærit hic gl. vtrum garagangi. i. aduenæ perſonę, & ſic exteri poſſint facere teſtamentum in regno ſine aſſenſu Regis? Glo. dicit ꝙ non: & hoc eſt de iure Longobardo, ut in Lombarda, de aduenis. l. oẽs. & l. fi. ſed de iure Romano quilibet, etiam exterus ſine aſſenſu principis põt de reb. ſuis teſtari pro arbitrio uoluntatis, ut in l. 1. C. de ſacroſ. eccl. Sed ego vidi multos exteros in diuerſis partib. regni feciſſe teſtamẽta ſine licentia Regis, & nunquã p xl. annos vidi, ꝙ fuit oppoſitum, ꝙ teſtamẽtum nõ valet; quia nõ interuenit regius aſſenſus, & ſic videtur, ꝙ in hoc dicta lex Longobarda nõ eſt in viridi obſeruãtia.

ANNOTATIO.

a Fiſci.] Quid de theſauro inuento per feudatarium, an debeat eſſe ipſius feudatarij inuentoris, vel infeudantis proprietarij? Vide Ifern. in ti. quæ ſint regalia, ſuper verbo, theſauri, & remiſſiuè per eundem Ifern. in conſtit. inſtrumentorum. col. 4. in verbo, Rex habet vtile dominium. Batius.

IVSTITIARIOS. Iuſtitiarij, camerarij, caſtellani, & baiuli debent eſſe circa eorum officium ſoliciti, & deuoti in occurrentibus, & concernentib. commodum regię curię, & pręſtare cõſilium, & auxilium ſecretis, & magiſtris quęſtorum, ubi fuerint requiſiti. h. d. & quia iſta conſtit. dicit illud idem, quod dicit conſtit. ſupra, inſtitiarios regionum. ſub rubr. 55. ideo quæ ibi dixi, hic repete.

De præſtando ſacramento baiulis, & camerarijs. Rub. LX.

QVIA ſupra proximè facta fuit mentio de officio baiulorum, & camerariorũ: & iſtos oportet in principio officij iuramentum præſtare, ideo ponit hanc rubricam. & in nigro ponit formam iuramenti baiulorum, & camerariorum. & concordat tex. in Auth. in iurandum, quod pręſtatur ab his. ſed ibi de multis alijs iurant officiales. Item per capitula Regis Caroli Primi, quorum vnum incipit, Item recipiatur: & aliud, item officiales omnes. char. 16. aliàs debent iurare, & ſi ſine illo iuramento exercuerint officium, puniuntur pœna vſurpatæ iuriſdictionis. Sequitur nigrum.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum baiulorum & camerariorum quinque continere debet.*
2 *Iudices debent eſſe puri, & non conſentire malæ voluntati.*
3 *Iudices non debent vltra debitum tardare expeditiones cauſarum.*
4 *Officium baiuli, & officium camerarij duobus modis conceduntur.*
5 *Epiſcopus vt teſtis depoſiturus, Euangelia videre debet, ſed non tangere.*
6 *Iudex in iudicando fraudem adhibens punitur.*
7 *Ius Longobardorum in Sicilia præualet iuri Romanorum.*
8 *Conſuetudo an poſſit legibus Longobardorum derogare.*
9 *Ius Longobardorum inter quos ſit ſeruandum.*
10 *Officiales Regis quid ſe ſeruaturos iurare debeant.*
11 *Rex iurat non alienare demanialia ſua coronæ regiæ.*
12 *Rex rem demanij alienare non poteſt, quæ ſit valoris vltra viginti vncias.*
13 *Camerarij & baiuli in pœnis & mulctis nulli deferre debent.*
14 *Pœna quibus circumſtantijs ſit alleuianda.*
15 *Exactores iurium Regis, non debent vltra id quod eis conſtitutum eſt exigere.*

PVRITATEM quam. Tres partes continet iſta conſtitutio. Prima monet omnes officiales, vt in iuſtitia miniſtranda ſint puri exemplo ipſius Regis, qui ſemper amat puritatem: & dictos officiales comminatur de pœna infernali, & de pœnis legalibus, vſque ibi, præſenti lege ſancimus. Hic eſt ſecunda pars, in qua ponit formam iura-

menti,quod præſtare debẽt baiuli locorum,& camerarij,
ſiue habuerunt ipſam baiulationem in credẽtiam,ſiue at-
tentatam,quod quidem iuramentum quinq; cõtinere de-
1 bet. Primò † iurabunt corporaliter tactis ſacroſanctis qua-
tuor euangelijs: ꝙ purè,& ſine fraude,nõ amore,nõ odio,
non prece, non precio omniũ,conquerentib. abſq; perſo-
narum acceptione,prompto zelo iuſtitiã miniſtrabunt. &
in hoc concordat in effectu tex.in d.Auth.iuſiurandũ &c.
Secundò iurabunt,ꝙ facient iuſtitiam,iudicãtes primò ſe
cundùm ſacras regni cõſtitutiones: & vbi eſt caſus,in quo
non loquitur conſtitutio, iudicabunt ſecundùm conſuetu
dines approbatas:& vbi non eſt conſuetudo aliqua appro
bata,quæ comprehendat caſum,de quo agitur, iudicabũt
ſecundùm ius commune Longobardorum , & vbi deficit
ius commune Longobardorum,iudicabunt ſm leges Ro
manorum. Tertiò iurabũt ſeruare illæſa iura demanij Re
gis, & in illis non committere negligẽtiam, nec bona, vel
iura demanij alienabunt, vel alteri locabunt , aut occupa-
bunt,vel ꝙ nõ permittent,ꝙ alius occupabit, immo occu-
pata & detenta per alios nunciabunt regiæ curiæ,cum pri
mũ ſciuerint. Quartò iurabunt exigere pęnas ſine diminu
tione ſtatutas per ſacras regni conſtitutiones ab his qui in
ciderunt,vel inciderent,in illas integrè,& ſine diminutio-
ne,non deferentes alicui honori. Quintò iurabunt, ꝙ non
exigẽt à partibus pro iuribus ſententiarum vltra id, quod
taxatum eſt per regiam curiã,& durat vſque ibi, & iurant
præterea. Hic eſt tertia pars, in qua iubet dictis officialib.
ꝙ faciant iurare gabellotos , ꝙ dicti gabelloti nihil vltra
veterem & nouam formam ſtatutam per regiam curiam
debeant requirere,nec exigere,niſi prout per regiam curiã
ſtatutum eſt , & durat vſque in finem . aliter hic non po-
nam ſummarium. Sextò per c.Regis Caroli Primi præal-
legatum ſupra proximè in rub. iurabunt etiam omnes of-
ficiales,ꝙ neq; per ſe,neq; per alium dederunt,nec promi
ſerunt, vel alius pro eo dedit , vel promiſit alicui perſonæ
pro habendo ipſum officium : & iſtud iuramentum ante
dictum capitulũ debebant officiales pręſtare,per tex.in d.
Auth.iuſiurandũ,quod præſtatur ab his.& ſi tale iuramen
tũ non præſtiterint,punientur pœna, qua punitur ille, qui
vſurpabit ſibi officium : & ille officialis, cui incumbit ex
officio ſuo tale iuramentũ recipere, & nõ recepit, punitur
pęna vnius libræ auri regio fiſco applicanda: & tale iura-
mentum recipiendum eſt in præſentia decẽ teſtiũ,& eorũ
nomina ſunt ſcribenda ipſo iuramento.No.primò ex tex.
2 ibi,puritatem, quòd iudicantes † debent eſſe puri.i.volun
tati malæ non conſentire, vt dicit tex. in c.tolerandi. in fi.
23.q.4. vel debent eſſe mundi, & ſine ſeueritate conſcien
tiæ,vt dicit Arch.in c.ſtatutũ.12.col. in verbo,puritate.de
reſcr.lib.6.& vide in c.dominus declarauit.1.q.1.caueant
ergo iudices iudicare contra conſcientiã: & qñ conſciẽtia
dictat vnũ,& fortè proceſſus aliud cantet,tunc cautela eſt,
vt alteri faciat à rege delegare causã , & iſte deponat vt te-
ſtis,ſecundùm gl.in c.1. de offi.ord. ſm Bal.in l.illicitas.§.
veritas.ff.de offi.præſid.& hoc in cauſa criminali, vbi tra-
ctatur de vita hominis : ſed in cauſa ciuili nõ debet ſequi
ſuã conſcientiã, ſed debet iudicare ſm merita probatorũ,
ſm Bal.in l.1.C.ſi plures vna ſentẽtia. & vide ad hoc Bal.
& alios,maximè Alb.de Ro.in d.§.veritas.& quæ dixi ſu-
pra in conſt.in quæſtionib.& ea,quę ſcripſit do.Ioan.Ant.
Carrapha iuriſta poſt Bar.& alios in l.vnica. C.vt quæ de-
3 ſunt. Secundò no.ex tex.ibi,pręſtolamur.ꝙ in † iudicijs iu
a dices cauſarum non debent tardare ª vltra debitum expe-
ditiones cauſarum ſecundùm Deum , & iuſtitiam. hoc.n.
importat iſtud verbũ,pręſtolor.i.pręſto,& ſine mora.hinc
dicimus,uxorem præſtolari ad ſecundum matrimonium,
nõ habita prius certificatione de morte mariti, ut c.in pręſ
ſentia noſtra.de ſponſalib.dicuntur.n.iniuſti iudices,ſecũ-
dùm ꝙ ſcribitur in libro ſcachorum, qui incipit, multorũ
fratrum ordinis noſtri.in cap.de alfinis.qui non attendunt
merita cauſarum,ſed merita perſonarũ,nõ iuſtitiã,ſed pe-
cuniam,non quod ratio dictat, ſed quod uolũtas affectat,
non quod lex ſanciat, ſed quid mens cupiat, & pauperum
cauſas cũ mora negligunt, ſed diuitum cauſas cum inſtan
tia inſiſtunt,in illis rigorẽ oſtendunt, in iſtis manſuetudi-
nẽ diſpenſant,illos cum difficultate reſpiciunt,iſtos fauo-
rabiliter tractant , illos negligenter audiunt , iſtos attentè
auſcultant.fit lucrum in arca,damnum in cõſcientia.ſæpe
ita iuſtitiã tardant,& differunt, ꝙ litigantib. pluſquã totũ
auferunt,quia maiores ſunt expenſæ,quàm fructus ſenten
4 tiæ.Tertiò no.ex tex.ibi,in gabellam † in credentiam.ſimi
lis eſt tex.ſupra in conſtit.officiorum. ſub rubr.58. ꝙ duo
bus modis conceduntur iſta duo officia, ſcilicet baiulatio
nis officium & camerarij,uidelicet in gabellam,ideſt, quã
do venduntur iura & prouentus dictorum officiorũ pro
certa pecuniæ quantitate:& quando in credentiam conce
ditur.de hoc dictũ fuit in dicta conſti.officiorum.Quartò
no.ex tex.ibi,tactis ſacroſanctis euangelijs. ꝙ de ſubſtan-
tia iuramẽti officialium ad iuſtitiam eſt,ꝙ pręſtetur ſuper
euangelijs,ipſa tangendo:& ſic patet , ꝙ nõ erit iuratum , 1
ſi iuratur in iſto caſu ſuper ſcripturis,ipſas tangendo,cum
tale iuramentum per tactũ ſcripturæ regulariter ſufficiat
de conſuetudine,vt dicit gl.in clem. 1.de hęre.Sed quia in
iuramẽto officialis expreſsè eſt de forma, ꝙ iuretur ſuper
euangelijs,non ſufficeret iurare ſuper ſcripturis. Idem di-
citur in c.1.§.itẽ ſacramentũ.de pa.iuram.firm.in gl.& ibi
dixi. & facit gl.in Auth.quib.mod.natu.effi.ſui.§.quãquã.
& no.Bal.in rub.ff.de iureiur.per iſtũ tex. & dictam auth.
iuſiurandum quod præſtatur ab his . Sed debet iurare ſu-
per euangelijs , & ipſa tangere . Epiſcopus autem quando
5 habet † deponere ut teſtis debet videre euãgelia ſacra,ſed
non tangere,vt dicit gl.in authen.ſed iudex. C.de epiſc.&
cler.Dicit tamen Inn.in c.& ſi Chriſtus.de iureiur.ꝙ iura-
mentum teſtis, & iuramentum calumniæ , & in omnibus
alijs iuramentis de neceſſitate præſtandis in iudicio ſecun
dùm Inn.ibi,eſt præſtandum ſuper euangelijs, nec ſufficit
pecuniam tangere.3.q.9.c.hortamur. hoc eſt de iure : ſed
de conſuetudine generali ſeruatur contrarium,ut in c.fin.
de conſuet.ſecundùm gl.in d.cle.1.de hær. & vide ad hoc
bonam gl.in c.ut circa. de elect.li.6. & Hoſt.in ſumma.de
iureiuran. §.quomodo. & Doct. in l.qui per ſalutem.ff.de
iureiur.& gl.22.q.1.in ſumma. Sed occurrit mihi vnũ du
bium.An iſtud iuramentum, quod debent præſtare came
rarij,& baiuli,debent etiam præſtare magiſter iuſtitiar. &
alij officiales ad iuſtitiam miniſtrandam.quia iſta conſtit.
non loquitur,niſi de camerarijs,& baiulis,& de iudicibus
qui habent facere iuſtitiam in cauſis ciuilibus,in quib. ha
bent iudicare ceſſantib. conſtitutione regni, & bonis con-
ſuetudinib.ſecundùm ius Longobardorum, quod non ha
bet locum in regno in cauſis criminalibus:& ſic nõ loqui-
tur de iuſtitiarijs,qui habent merum imperium : bene ta-
men iſti iurabunt ſecũdùm cap.Regis Caroli Primi,quod
incipit, officiales omnes . char.16. & iurabunt ſecundùm
formam traditam in Authen. iuſiurandum, quod præſta-
tur ab his. vbi continentur iſta,quæ ſunt in iſta conſtit. &
quædam alia,quia per iſtam conſtitutionem, & per dictũ
capitulum Regis Caroli Primi non corrigitur iuramentũ
dictæ auth. Quintò no.ex tex. ibi, purè, & ſine fraude &c.
6 quòd † iudex in actibus ſuis non debet adhibere fraudẽ ,
& ſi ipſam adhibet, debet puniri tanquam tranſgreſſor le-
gis. & ideo dicebam aliàs, quòd iudex quidã deſiderabat
quòd ſua ſententia tranſiret in rem iudicatã propter pro-
ceſſum non præſentatum intra quinquaginta dies ſecun-
dùm conſtitutionem,appellationum tempora.& licet fuiſ
ſet ſibi reſcriptum per iudicem, ad quem, ut trãſmitteret
copiam proceſſus, iudex à quo tardauit reſpõdere, poſtea
per actorum notarium ſcribere fecit in pede intimatio-
nis factæ , quòd fuit ſibi præſentata dicta inhibitio iudi-
cis ad quem , eo die , quo iam erant elapſi dies quinqua-
ginta , & quòd eſt paratus dare proceſſum ad effectũ obe
diendi iudici ad quem, & fecit examinare magiſtrũ acto-
rum, quòd dicta reſponſio fuit facta iam elapſis quinqua
ginta diebus, & ſic fuit per iudicem adhibita dicta fraus:
certè

certè non currit tempus præſentandi proceſſum, ſtante di-
cto impedimẽto, ſi illud poſſet probari, & iudex debet de
hoc puniri, & pro hoc allegabam bonũ tex. in l. nihil inter
eſt. ibi, idque ſi fraudulento conſilio fecerit, ſubmouebit,
ff. de inoffi. teſta. per quem tex. dicunt ibi Iacob. But. & An
ge. ꝙ quæcũq; fraude cogitata, differuntur in aliud tẽpus,
vt euiterut iuris diſpoſitio: videtur facta tempore fraudis,
per d. l. & dicunt, ꝙ facit ad intellectum l. ꝙ ſponſæ. C. de
donationibus ante nuptias. item quia fraudem quis facere
dr etiã ſi non facit ea, quæ facere debet. ff. quæ in frau. cre-
di. l. in frau. cum ſequen. ſint ergo iudices puritatis amato-
res, ideſt, veritatis: & caueant à fraudibus, per quas veritas
offenditur, ideo dicitur in lib. Exod. loquendo ad regem:
Elige ex omni plebe viros potentes, timẽtes Deum in qui-
7 bus ſit veritas, & qui oderint auaritiam. † Sextò no. ex tex.
ibi, ſm iura communia Longobardorum, ꝙ in iſto regno
ius Longobardorum præualet iuri Romanorum, quia tex.
iſte præcipit iudicibus, ꝙ primò habeant iudicare ſecun-
dùm regni conſtitutiones, ſecundò ſecundùm rationabiles
conſuetudines, tertiò ſecũdùm ius cõe Longobardorum,
quartò ſecundùm ius Romanorũ. ordo enim literæ obſer-
uationis ordinem oſtendit. ff. ad Trebel. l. hæredes. §. ſi. de
præben. c. manda. lib. 6. cum ſi. & idem firmat And. in con-
ſti. ſi quando contingit. infra in 3. lib. ſub rub. 10. & in c. 1.
in verbo, bona uacantia, quæ ſint regalia. & aduerte, quia
quando tractatur de cauſa, quando debent adhiberi pares
iudices, non habent iudicare ſecundùm ius Longobardũ.
& hoc per tex. ſupra in conſti. vt vniuerſis. vbi non dicitur,
ꝙ pares habeant iudicare, ſecundùm ius Longobardum,
ſed ſecundùm ſacras regni conſtitutiones, & conſuetudi-
nes approbatas, & ſecundùm iura, quæ non obuiant conſti
tutionibus, & intelligitur per excellentiam de iure Roma
norum, vt in §. ſed ius quidẽ ciuile. Inſti. de iu. natura. gen.
& ciui. item dicit hic And. ꝙ illi, qui viuunt iure Francorũ
non iudicantur legibus Longobardorũ, ſed legibus Ro-
manorũ. & ſubdit, ꝙ Neapoli, & Auerſæ viuitur iure Fran
corum, & ſic non ligantur legibus Longobardorum. in ci-
uitate verò Salerni quidã viuunt iure Longobardo, & qui
8 dam iure Romano. † An autem conſuetudo poterit dero-
gare legibus Longobardorum? Videtur dicendum, ꝙ non,
quia ſi in proœmio iſtarum Cõſtitutionum ſtatutum eſt,
ꝙ omnis conſuetudo præterita, vel futura, quæ ſit cõtra ali
quam regni conſtitutionem, eſt ipſo iure nulla, & iſta con-
ſtitutio mandat prius iudicari ſecũdùm legem Longobar-
dum, conſuetudo, ꝙ nõ viuatur iure Longobardo, ſed Ro-
mano, non valet. ad iſtud argumentũ reſpondet hic And.
ꝙ licet per iſtas conſtitutiones ſit ſublata conſuetudo con-
tra regni Conſtitutiones, nõ tamen eſt ſublatum ius Fran
corum in ſucceſſionibus bonorum feudalium, vt patet in
conſtitu. vt de ſucceſſionibus. & ſic non in totum eſt ſubla
tum, ſed in aliquibus tantùm, vt patet infrà in conſti. ſpe-
ciale quoddam. in titu. de iure Francorum in iudicijs ſub-
lato. debet ergo probari, ꝙ quis vixerit iure Francorum,
quia eſt ſpeciale ius, vt dicit And. in l. Imperialem. §. præte-
rea ducatus. de prohi. feu. alle. per Feder. & ibi dicit, & dixi
poſt eum, qualiter prohibetur ius Francorum in ſucceſſio-
nibus, & ſic tenet And. hic, ꝙ in dubio in regno viuitur iu
re Longobardorum, & ſecundùm dictum ius eſt iudican-
dum, qñ ceſſat regni conſtitutio, vel capitula regni, & con-
ſuetudo rõnabilis, & non ſecundùm ius Romanum. idem
firmat And. in præludijs feudorũ, in 3. q. 10. col. & ſupra,
in conſti. vt vniuerſis. in ſi. & in c. 1. in prin. de feudi cogni-
tione, & infra in 2. lib. in conſti. ſpeciale. Reperio tñ An. a-
9 liter dixiſſe in c. 1. §. etenim. de notis feud. ubi dicit, † quòd
ius Longobardum ſeruari debet inter eos, qui viuunt iu-
re Longobardo. & ſic tenet, ꝙ debet probari, ꝙ in illo loco
uiuatur iure Longobardo. hãc vltimam partem tenet Lu-
cas de Penna in l. 1. in 3. colum. C. de conducto. & pro-
cu. lib. 11. dicens, quòd verius eſt, quòd ius Longobardum
Romanis legibus non ſit præferendum, niſi eatenus, quate
nus, & in illis locis, in quibus, & inter illas perſonas, inter
quas cõſuetudo illud admittit. & hoc manifeſtè patet per
iſtam conſtitutionẽ, dum dicit, prout qualitas litigantium
exegerit iudicabunt. & iſta ultima opinio ſemper ſecundũ
Lucam de Penna ibi fuit ſeruata in magna Curia Vicariæ:
verùm illud uerbum poſitum in iſta conſti. uidelicet, ſecũ
dùm iura communia, intelligitur de iure cõi Romanorũ,
& poſtea ſecundùm ius Longobardorum, quia ius Roma
num uocatur cõe, & non ius Longobardũ, quod eſt ſpecia-
le, ut probat ibi Lucas laudando ius Romanorum, & uitu-
perando ius Longobardorũ. conſtruitur ergo ſic iſte tex. &
demum ſecundùm iura cõia Romana, & Longobardorũ,
videlicet, prout qualitas litigantium exegerit, ideſt ubi ꝓ-
batur, quòd viuitur iure Longobardorum &c. ius Roma-
num ergo appellatur cõe, ut patet ſupra in conſt. violẽtias.
rubr. 24. & in conſti. duram conſuetudinem. circa ſi. de ꝑ-
ſcri. & iſta vltima opinio ſemper mihi placuit, & uidi eã
approbatam à multis Doctoribus magnæ doctrinæ, & ſa-
pietiæ, licet ſemp audiuerim ab aduocatis ueteribus, quòd
prima opinio ſemper fuit obſeruata à iudicibus. & de ini-
tio iſtorum Longobardorũ, & quare ſic dicti ſunt, & quan
to tempore durauerunt, & de mirabilibus geſtis in eorum
temporibus, uide in libro Iacobi de Voragine, in legenda
ſancti Pelagij, char. 210. vbi inuenies mirabilia. & in 2. lib.
Hiſtorialium B. Anto. archiepiſc. Flo. lib. 12. c. 6. idem ione
10 nies & quædam alia. † Septimò no. ex tex. ibi, demania &
iura, quòd officiales regis iurant ſolenniter ad ſancta Dei
Euangelia, bona demanialia, & iura regis illæſa ſeruare, &
non alienare, nec per ſe occupabunt, aut occupare permit-
tent. ſunt ergo periuri officiales regis, qui non ſeruãt bona
& iura demanialia regis. & bene facit ad hoc tex. in d. Au-
then. iuſiur. quod præſtatur ab his, ibi, Et primò omne ha-
beo ſtudium, vt fiſcalia vigilãtius inſpiciam: boni enim ꝑ-
ſides ante omnia debent intendere iuſtis exactionibus tri-
butorum. & pro hoc vide Luc. de Pen. in l. 1. C. de anno. &
trib. lib. 10. & ſic patet, quòd officialis regis non poteſt cõ-
cedere aliquam uiam publicam priuatæ perſonæ ſine ſpe-
ciali licentia regis, ut firmat Bal. in rub. C. de contrahen.
empt. in 1. col. An autem ipſi officiales poſſint à rege pete
re, quòd eis dentur aliqua de demanio regis, quæ grauiter
non lædãt coronã regiã, & an rex poſſit ipſa cõcedere? Nõ
eſt dubitandũ, ꝙ ſi non lædunt coronã, nec officiales ſunt
periuri, nec ipſe rex, vt legit. & no. in c. ĩtellecto. de iureiur.
& in c. Abbate ſanè. de re iud. & firmat Ol. in cõſi. 94. inci.
eleganter. in ſi. col. ſed ſi læderent coronam, ipſe officialis
eſſet periurus, & etiam ipſe rex, qui iurauit nõ alienare ea,
11 quæ ſunt de demanio, ut in d. c. intellecto. hoc firmat Bart.
in l. prohibere. §. planè. ff. quod vi aut clam, & pro hoc tex.
in d. c. Abbate ſanè. de re iudi. lib. 6. & Inno. in d. c. intelle-
cto. & Ioã. And. in c. grandi. de ſupple. negli. præla. in 6. &
Ioan. de Platea in l. prædia. C. de ca. prædi. fiſca. lib. 11. poſt
argumenta pro & contra. Fel. in c. 1. de probationibus. &
in c. nouit, de iudi. & dixi in rub. quæ ſint regalia, in 5. q. &
tantò magis, quando in conceſſione iurium demanialium
non eſſet facta mentio de dictis iuramentis, nec fuit obtẽ-
ta abſolutio, propter quod reddatur ipſa conceſſio nulla,
ut in c. cõſtitutus. de reſcriptis, per glo. in c. cum nõ deceat.
de elec. lib. 6. Fateor, quod cõceſſio iuriũ regalium, & de-
manialium facta alteri in feudum: retinendo ſibi proprie-
tatem, honorem, & præeminentiã, & iura deuolutionis, &
alia quæ ſunt de natura feudi, talis conceſſio, quia non mi
nuit honorẽ regni, ualeret, ut firmat egregiè Abb. Sicu. in
1. uol. conſi. 3. q. 25. idem ſentit Bal. in prælu. feudorum. in
12. col. & ibi uide Præpoſitum in 3. char. idem Bal. in l. 1.
C. unde cognati. & Alex. in 5. uol. conſi. 1. in 6. colu. & non
omitto unum, quod dicit Luc. de Pen. in l. 1. 5. colum. C.
de capita. ciuium. lib. 11. & in l. quicunque. in uerbo, dome
ſticum. C. de omni agro deſerto. lib. 10. quòd per extraua-
12 gantẽ in uoce deciſum eſt, quòd rex huius regni nõ poteſt
alienare rem demanij, quæ ſit ualoris ultra uncias uiginti
annuas, ſed infra uiginti uncias bene poteſt alienare. Sed
ſtat dubium, quid ſi fiant plures alienationes per regem
de

de rebus demanij; quarũ ſacta coacernatione valoris ex-
cedit ſummam 20. vnciarum, vtrum omnes reuocentur,
tanquam exceſſiuæ? Glo. arguit pro & contra, in c. 2. de do-
natio. tamen cõis concluſio eſt, ſecundũ Io. de Imo. ibi, ꝙ
quã diuiſim ſunt ſactæ, & diuerſis temporibus, & perſonis,
non poſſunt reuocari, ſed ſulùm põt reuocari illa, quæ eſt
exceſſiua, niſi contineant clauſulã, non obſtante, & ex certa
ſcientia, vt de hoc per And. in l. imperialem. §. præterea du
catus. de prohi. feu. alie. per Fede. & in conſti. dignũ. & per
Præpoſitum in c. 1. de his qui feu. dare poſſunt, & Albe. de
Roſa. in l. quoties. C. de precibus impera. offe. & tunc ob-
ſtat et ſibi iuramentum de non alienando, vt in d. c. intelle-
cto. Item ſi læderet coronam, ex poſt ſacto poſſet reuoca-
ri, vt in c. ſuggeſtum. de decimis, ſecundùm Fely. in d. c. no
13 uit. in 7. colu. & idem ibi Fran. de Aretio. † Octauò no. ex
tex. ibi, nulli honori, & gratiæ deſerẽtes. ꝙ camerarij & ba
iuli in pœnis & mulctis, quæ ſecundùm ſacras regni conſti
tutiones debentur regiæ Curiæ, non debent deferre alicui
honori, ſed ſine diminutione requirant, & recipiant. ad idẽ
infrà in conſti. baiuli locorũ. de iure verò cõi alteratur pœ-
na propter dignitatẽ delinquentis, vt in l. Pedius. ff. de in-
cendio, rui. nauſr. & c. fi. de pœnis, & in l. 3. & ibi Alber. de
Roſ. C. de ſum. trin. in l. presbyteri. C. de epi. & cle. Et ideo
hodie officiales cõtemplatione nobilium militum, vel Co
mitum, ſi non totas pœnas, & mulctas remittunt, ſaltẽ par
tem. & pro hoc facit illud, quod dicit Cicero 2. Rhetorico
rum, ut refert Luc. de Pen. in l. ſi apparitor. 6. colu. C. de co-
hartalibus. lib. 12. ſed malè ſaciunt, quia in iudicijs nõ de-
bet eſſe acceptio perſonarum, vt in regola, in iudicijs. li. 6.
& in pœnis non eſt habenda conſideratio perſonarum. de
ſtatu monach. c. ea quæ. §. 5. & ſic transgrediuntur conſtitu
tionem regni, propter honorem dictarum perſonarũ inter
cedentium pro eo, qui incidit in dictam pœnã, vel mulctã,
qa licèt viris literatis debeatur honor, ut in l. 2. C. de aſſeſ-
ſo. & C. de aduo. diuer. iud. l. ſancimus. non tñ eorum con
templatione pœnæ, vel mulctę per regios officiales ſunt re
14 mittendę illis, qui tenentur eas ſoluere, ut hic. † dicit tamẽ
Lucas in d. l. ſi apparitor. 7. col. ꝙ iſta ſunt, quæ faciunt pœ
nam alleuiari, videlicet perſona, cauſa, locus, tempus, digni
tas, vt plenè hic proſequitur per vnam magnam col. Et vi-
de alia, quæ inducunt iudicem ad alleuiandum pœnã, vel
mulctam, per Alb. de Roſ. in l. quid ergo. §. pœna grauior.
in prin. ff. de his, qui no. inſa. Cauſa ergo cognita iudex po
teſt minuere pœnam, vel mulctam ſtatutam ab iſtis conſti
tutionibus, vt dicit tex. in d. §. pœna grauior. & ibi Albe. in
1. q. dicit tamẽ Ant. in ſũma hiſtoriali, parte ſecunda, char.
31. ꝙ infraſcripta ſunt, quæ debent hominem mouere ad
ignoſcẽdum. Nam puerum excuſat ætas, fœminam ſexus,
extraneum libertas, domeſticum ſamiliaritas, ſi amicus of
ſendit, ſecit, quod noluit; ſi inimicus, fecit, qđ debuit, pru-
dentiori reddamus, ſtultiori remittimus. Nonò no. ex tex.
ibi, pro ſcriptura ſententiarum. ꝙ iudices, & magiſtri acto-
rum pro ſententia non petant vltra id quod cõtet eſt taxa
tum per ſuperiorem, dicit hic gl. fi. idem in aduocato, qui
pro aduocatione nõ debet recipere pluſquam ſit taxatum.
infrà in conſti. hac edictali. ſed hoc intellige, vt ibi dicam.
Sed quæro, an appellatione ſententiarum in ſtatuto intelli
gatur ſolùm de ſententijs diffinitiuis, vel etiam de interlo-
cutorijs? Vide per Ale. in rub. ff. de re iudi. & in 2. vol. con-
ſi. 50. inci. viſis actis cauſæ. in 1. & ſequenti colu. ſed in ma-
gna Curia Vicariæ Neapolitani ſunt priuilegiati per Regi
nam Ioannam ſecundam, ꝙ nihil teneantur ſoluere magi-
ſtris actorum pro ſcriptura ſententiæ, quod fuit expeditũ
9. Ianuarij. 53. indict. 1420. Regni eius, anno 6. Decimò &
15 vltimò no. ex tex. ibi, nihil vltra veterem formam, ꝙ † ga-
belloti, & alij, qui exigunt iura regis, nihil vltra debẽt exi-
gere, quàm id, quod ſtatutum eſt, & ita debent iurare, &
poſtquam iurauerint, ſi exigant, ubi exigere non debent,
vel pluſquam debent, incidunt in pœnam periurij, & pote
runt arbitrariè puniri, tanquam tranſgreſſores conſtitutio-
nis regni, & poterunt puniri pœna furti, p tex. in l. ét. C. de
fut. & vide Bal. in c. 1. §. conuenticulas. de pace iu. fir. & ui-
de Spec. in tit. de cenſib. §. 2. vbi ponit formam libelli, quã
gabellotus iniuſtè exegit. Itẽ probat iſte tex. ꝙ vectigal ſi-
ne licentia Principis non poteſt inſtitui. Ad idem in l. vecti
galia. ff. de publicanis. & C. noua uecti. inſt. non poſ. l. oũ ſo
let. & l. fi. & vide Abb. Sic. in c. ſuper quibuſdã. §. pterea. de
verbo. ſig. In glo. 1. dic, ut dixi ſupra in rub. & in diuiſione
huius conſtitutionis. In glo. 2. in prin. dic, vt dixi ſupra in
4. no. In eadem ibi, ſacramentum aſſecurationis, ꝙ præſtãt
vaſalli dominis. dic, ꝙ de hoc eſt conſti. infrà quæ incipit,
domini à vaſallis ſuis. in 3. lib. & loquitur And. de iſto iu-
ramento fidelitatis in c. 1. de noua ſor. fideli. & uide quæ
dixi in c. 1. qualiter vaſallus iurare debeat fidelitatem, vbi
poſui dñiam inter ligium, & homagiũ, & fidelitatẽ, & ibi
multa ſcripſi de hoc. In gl. fi. dic, ut dixi ſupra in 50. no. &
diu eſt, ꝙ uidi vnã pragmaticam factã per Regem Ferdinã
dum primũ ſuper ſolutionibus taxatis per eũ de actis con
ficiendis per iudicẽ, & ſcribendis p magiſtrum actorum.

ANNOTATIO.

a Tardare.] Vide capitulum regni Regis Roberti, per quod proui-
detur ſuper retardata iuſtitia, fol. 16. lib. meo. & an iudex differen
do, & retardando expeditionem cauſarum ultra debitam, tenea-
tur in ſyndicatu ad intereſſe parti læſæ? Vide Paridem de Puteo
in tracta. ſyndicatus. in verbo, poſt imperatorum exceſſus. colu 4.
ibi, item iuſtitiam differendo, fo. 2. lib. meo. & an iudex teneatur
de mora in ſyndicatu, & de denegata iuſtitia? Vide per eundem
Paridem de Puteo in dicto tractatu, in uerbo ſyndicantur etiam
officiales ratione denegatæ iuſtitiæ, vel neglectæ, cum octo Capi-
tulis ſeq fo. 16. & 17. lib. meo. Ioan. Ant. Batius.

SVMMARIVM.

1 *Aſſeſſor baiuli qualis eſſe debeat.*
2 *Officium magiſtri camerarij per quem poſſit concedi.*
Officia iudicaturæ nullatenus vendi debent.
Baiulatio quid dicatur.
3 *Ius patronatus qđ de per ſe vendi nequit, cũ vniuerſitate trãſit.*
4 *Baiuli locorum in cauſis ciuilibus iuriſdictionem habent, & mi ſtum imperium.*
5 *Myſterium & miniſterium in quo ab inuicem diſcrepent.*
Iuſtitia eſt virtus ſumma.
6 *Imperium merum & miſtum nobilibus conceditur, quibus offi- cium baiulationis præſtatur.*
7 *Nobiles ex progenie (ut plurimum) ſunt ſuperbi.*
8 *Officiales in terris demanij pro iuſtitia miniſtranda quis eligere debeat.*
9 *Coacernatio dicitur congeries cuiuſcunque rei.*
10 *Locumtenens poteſtatis abſentis, an poſſit eſſe de eadem prouin- cia, vel ciuitate.*
11 *Officiales vnius loci non debet citationes, & acta iudiciaria ho- minum alterius loci facere.*
12 *Magiſter camerarius defectus proceſſuum per baiulos facto- rum ſupplere debet.*
Magiſter camerarius poteſt iudicem, vel aſſeſſorem penes ba- iulum creare.
13 *Magiſter actorum penes baiulos quis eſſe poſſit.*
14 *Factum eſſe apud acta quando aliquid dicatur.*
15 *Præſentatio ſcripturarum non niſi de voluntate partium in ab- ſentia iudicis fieri poteſt coram magiſtro actorum.*
Notarij, ſeu actorum magiſtri multa ſibi uſurparunt.
16 *Notarij actorũ non poſſunt à partibus quantũ volunt recipere.*
Magiſtro camerario incumbit baiulis de iuſtitia miniſtranda iuramentum dare.
17 *Locare redditus dohanæ ad quem ſpectat.*

MAGISTRI camerarij. Tota iſta longa Conſtit. diuiditur in 10. partes, quæ ponit, quæ ſunt illa quæ ſpectant ad officium Magiſtri came. In pꝛima parte ſtatuit, quòd Magiſtri camerarij ſtatuantur per regem ſub quolibet iuſtitiariatu, ſeu prouincia regni. In ſecunda parte ibi, non uendat, iubet, quòd dicti Magiſtri camerarij caueant, ne uendant

dant officium baiulorum ad iuſtitiam faciendam, quia ex
quo baiuli habent iuriſdictionem, & miſtum imperium,
indignum eſt, ꝙ ſacratiſſimum iuſtitiæ miniſterium prerij
venalitate mercetur. In tertia parte ibi, ſed baiulationes, ſta
tuit, ꝙ dicti magiſtri came. dictum officium baiulationis
cõmittant viris fidelibus, & electæ opinionis, prudentiori-
bus, & generoſioribus, & ditioribus, & qui ſint de dema-
nio regis. In 4. parte ibi, per loca quælibet. vnum tm̃ iubet,
ꝙ dicti magiſtri came. non committant officium baiulatio
nis pluribus perſonis, vt euitetur ſocietas, ſed vni tm̃ perſo
næ, quæ habeat facere iuſtitiam, ſubaudi, vna cum aſſeſſo-
re, & magiſtro actorum, prout infra dr̃, ſed hoc corrigitur,
vt infra in conſt. ſæpe contingit, vbi vult, ꝙ ſint tres baiuli.
In 5. parte ibi, ex paruis autem. determinat dubium circa
prædicta: videlicet vtrum in qualibet ciuitate parua, vel in
quolibet paruo caſtro, vel municipio debeat dictus magi-
ſter came. conſtituere vnum baiulum, & vnum aſſeſſorẽ,
& vnum notarium, & determinatur ꝙ non, ſed debet fieri
coaceruatio iſtorum locorum paruorum ad arbitrium ip-
ſius magiſtri camerarij, & ibidem conſtituere vnum baiu-
lum, & vnum aſſeſſorem, & vnum notarium, qui non ſint
oriundi de dictis locis, & dictus baiulus iudex, & actorum
notarius caueant, ne citent, & trahant litigantes de vno lo
co ad alium, ſed ſedeant, & iuſtitiam faciant in quolibet lo
co, ubi litigantes morantur. In 6. parte ibi, baiulorum pro-
ceſſus, mandat dictis magiſtris camerarijs, ꝙ frequẽter re-
ſpiciant proceſſus baiulorum, & ſi ibidem inuenerint defe
ctus, ſuppleant, & emendent. In 7. parte ibi, quorum ſingu
1 li. remouet vnum dubiũ, † videlicet, qualis debet eſſe iſte
aſſeſſor baiuli, & magiſter actorum penes baiulum. & re-
ſpondet litera, ꝙ aſſeſſor baiuli eſſe debet de fidelioribus,
& prudentioribus de locis ſuæ prouinciæ. Item ꝙ ſit crea-
tus iudex à regia curia, vel à magiſtro came. magiſter verò
actorũ debet eſſe fidelis, & cautus, & ꝙ ſit notarius publi-
cus creatus à rege, & omnes iſti officiales, videlicet, baiu-
lus, aſſeſſor, & actorum notarius debẽt habere ſalariũ ſiue
ſtipendium à regia Curia. In octaua parte ibi, concedimus.
poſtquã ſunt electi in officio prędicto per magiſtrũ came.
ſi ſint pertinaces, & renitentes in acceptando dictum offi-
cium, ipſos compellat pignoribus captis, & per mulctarũ
impoſitionem, & ſi perſeuerãt in dicta pertinacia, ipſos ca-
piat de perſona, & ſua fideli cuſtodia tranſmittat ad regẽ,
ſi eſt præſens in regno, & ſi eſt abſens a regno, tranſmittat
ad iuſtitiarium prouinciæ, vt ipſe eos coerceat ad ſuſcipiẽ-
dum dictum officium. In 9. parte ibi, à quibus, ordinat ꝙ
magiſter came. debeat dare iuramentum baiulo iuxta for-
mam poſitam in præcedenti conſtitutione, puritatem. In
10. & vlt. parte ibi, dohanas. dicit, ꝙ ad officium dicti ma-
giſtri came. pertinet concedere, vel locare tam iura dohanæ
per terram, quàm per mare. item iura platèarum, & paſſus,
tam vetera, quàm noua, prout melius viderit expedire pro
vtilitate regij fiſci, & durat vſque in finem. & hæc diuiſio
2 habeatur etiam loco ſummarij. † No. primò ex tex. ibi, ſta-
tuentur, ꝙ in terris demanij officium magiſtri came. datur
per regem, & ſic in terris baronum datur per baronem. Se
a cundò no. ᵃ ex tex. ibi, non vendant officia baiulationum,
ꝙ prohibitum eſt, ꝙ vẽdatur baiulationis officium, & cau-
ſa prohibitionis eſt, quia iuſtitia non debet vendi, vt dicit
iſte tex. & tex. in c. cum ab omni. de vita & hone. cler. baiu-
li enim habent iuriſdictionem ciuilem, & miſtum impe-
rium, vt dicit tex. iſte, in cõſt. infra, locorum baiuli. rub. 63.
& alia conſtitutio, baiuli locorum, ſub rub. 68. Sed quæro
pro declaratione, quomodo poſſunt ſe defendere iſti Baro
nes, & domini, qui habent officium baiulationis, & ven-
dunt ipſam baiulationem, poſtquam eſt prohibitum, ꝙ nõ
vendant officium baiulationis? Dicit hic And. ꝙ baiulatio
eſt quædam vniuerſitas, quæ ſub ſe habet plures redditus,
ſeu fructus, & inter ipſos redditus eſt iuriſdictio, & exerci-
tium iuriſdictionis ciuilis. & iſtud membrum vocatur vir
ga iuſtitiæ, pertinens ad iuſtitiam miniſtrandam, quod mẽ
brum de ſe vendi non poteſt, ſed ſi vendatur vniuerſitas

baiulationis tranſit cum vniuerſitate dictum membrum,
quod eſt virga iuſtitiæ, licet de per ſe vendi non poſſit. Si-
cut dicimus in l. quędam, & ibi concordantiæ. ff. de acq. re.
3 dom. & in l. in modicis. ff. de contrah. empt. † Sicut etiam
dicimus, ꝙ ius patronatus, quod de per ſe non poteſt ven-
di, vt in c. de iure verò, de iurepatr. & tamen tranſit cũ uni-
uerſitate uendita, ut in c. ex literis. de iurepatr. niſi ſpeciali
ter excipiatur, ut in c. cum ſecundum, & d. c. ex literis. eod.
tit. & uoluit gl. fi. in c. cum Bertoldus, de re iud. & propter-
ea ſtatuitur infra, in conſtitut. clerici. ſub rub. 69. ꝙ baiula-
tio uendatur, uel ad credentiam concedatur in calendis Se
ptembris. Sed pone, ꝙ baiulatio aliud non baberet niſi bã-
cum iuſtitiæ, & uenderetur baiulatio, tunc dico, ꝙ non poſ
ſet uendi, quia cenſetur uendita ipſa virga iuſtitiæ, quæ eſt
prohibita de per ſe, cum baiulatio tunc non habeat vniuer
ſitatem, & ceſſante cã, ceſſat effectus, vt in c. cum ceſſante.
de appell. cum ſimil. faciunt ea, quæ dixi ſupra in conſt. ea,
4 quæ ad decus. † Tertiò no. ex tex. ibi, miſto imperio, ꝙ ba
iuli locorum non ſolum habent iuriſdictionem in cauſis
ciuilibus, vt hic, & infra in conſtit. locorum baiuli. & in cõ
ſtit. baiuli locorum, ſed etiam habent miſtum imperium
per iſtum tex. & firmant gl. infra in conſt. locorum baiuli,
& And. ibi, & vbi in veteribus legibus hoc habetur, vt di-
cit iſte tex. cum in veteribus, ſcilicet Romanorum, magi-
ſtratibus municipalibus non competunt ea, quę ſunt miſti
imperij. l. ea quæ. in prin. & §. 1. ff. ad municipales. dic ꝙ in
aliquibus caſibus iure veteri poſſunt iſti baiuli exercere,
quæ ſunt miſti imperij, vt decernere bonorum poſſeſſio-
nem, vt dicit Alex. in l. 1. in 4. col. ff. de iuriſd. omn. iud. itẽ
poteſt dare tutores, & curatores, quod eſt miſti imperij,
quando facultates pupilli non excedunt quingentos au-
reos, vt dicit gl. in verbo, tutores. in l. 1. & ibi Alex. 6. col. ff.
de iuriſd. omn. iud. & no. gl. in l. fi. C. vbi & apud quem co-
gnitio reſtitutionis in integrum. & de hoc dicitur in d. con
ſtit. locorum baiuli. poſt And. ibi. item poterit recipere cau
tionem ex cauſa damni infecti, vt dicit Alex. in l. iubere. 1.
& 2. col. ff. de iuriſd. item fauore minorum poteſt reſtitue-
re in integrum. dicit tex. in l. fi. C. vbi & apud quem. de iu-
re digeſtorum non poterat, vt in d. l. ea quæ, & vbi in iſtis
cõſt. committitur. l. ciuilis, ea quæ ſunt miſti imperij, dicit,
ꝙ in conſt. locorum baiuli, vbi committitur eis, ꝙ cogno-
ſcant de paruis criminibus, in quibus pœna corporalis nõ
irrogatur. Quartò no. ex tex. ibi, ſacratiſſimum iuſtitiæ mi
niſterium, ꝙ quando iudices faciunt iuſtitiam, dicuntur
5 Deo facere ſacratiſſimum officium, † & eſt differentia in-
ter miniſterium, & myſterium: Nam myſterium nõ poteſt
fieri in priuatis domibus, vt in Authẽ. vt ſacra myſteria in
priuatis domibus non fiãt. ſed miniſterium iuſtitiæ poteſt
fieri etiã in priuatis domibus, & quia rex eſt fons iuſtitiæ,
& ipſe facit iudicium omnibus iniuriam patientibus, vt in
pſalmo. 102. Benedic anima mea Domino, ideo eius pala-
tium dr̃ ſacratiſſimum, vt in l. in nomine Domini. in fi. C.
de offi. præfe. præto. & in l. vnica. C. vt nemi. lice. in compa
ra. ſpecie. lib. 10. eſt enim iuſtitia ſumma virtus, vt in Auth.
vt omnes obed. iud. prouin. in prin. & §. 1. & dicit Seneca
in lib. de quatuor virtutibus, ꝙ iuſtitia non eſt noſtra con-
ſti. ſed diuina lex. ideo ſæpius recenſere iuſtitiam, eſt fru-
ctus diuinus, vt dicit tex. in c. graue. 35. q. 9. & ideo prohi-
bitum eſt iuſtitiam vendere, quia nõ debet vendi id, quod
de iure ſuum non eſt, vt dicit tex. in c. in templo uendẽtes.
1. q. 3. & ideo ſumptibus regis debet fieri iuſtitia, quia red-
ditus regni, quos habet rex, ſunt ſtipendia, quaſi ad hoc in-
ſtituta, ut iuſtitiam faciat in regno, ſecundum An. ſupra in
conſt. ſuper inciſionibus. in 1. col. ubi alleg. beatum Tho. ſe
cunda ſecundæ. q. 63. art. 7. & idem dicit in conſtit. ſi dam
na clandeſt. & cap. 1. in uerbo, uectigalia, quæ ſint regalia,
& uide quæ dixi in rub. quæ ſint rega. in 4. q. & ideo uide-
tur mihi, ꝙ in rege ſit maximum peccatum permittere exa
ctionem trigeſimarum pro ſalario iudicum, quibus ipſe
debet dare ſtipendium de introitibus, & iuribus regni, niſi
neceſſitas eũ ſtringeret, puta, propter guerram imminen-

tem

tem, in qua introitus regni non ſufficeret, vt dixi in rubr.
6 quę ſint regalia, in 7. q. † Quintò no. ex tex. ibi, generoſiori
bus, aut ditioribus, quòd ſi officium baiulationis eſt conceden
dum hominibus nobilibus, & diuitibus, vt hic: quanto ma
gis eis ſolis eſt concedendum officium meri & miſti impe
rij, vbi agitur de uita hominum, non humilibus perſonis:
& intellige de illis nobilibus, qui ſunt ſapientes, & virtuo-
ſi, quia virtus nobilitat hominem. l. 1. C. de cõditis in publ.
horre. lib. 10. in fi. & ibi Io. de Platea, quia ille apud Deum
maior eſt, qui iuſtior, vt in c. multi. in fi. 40. diſt. quia nobili
tas nihil aliud eſt, niſi operatio virtutis. Et iſti nobiles præ-
feruntur cæteris nobilibus, qui non ſunt ſapientes, nec vir-
tuoſi, vt dicit multũ prolixe Luc. de Pen. in l. mulieres. C.
de dignitatib. lib. 12. Debent concurrere cũ tali nobilitate
diuitiæ progenitorũ, vel iuſte quæſitæ, vt dicit Cyn. in l. in
bonæ fidei. 7. q. C. de rebus creditis. Iſtis .n. debent prædia
publica & gabellæ locari, vt dr in l. 2. in fi. ibi, ditionem. C.
de præd. curia. lib. 11. & ibi p Luc. de Pen. & idem And. in
7 c. 1. in verbo, primatibus. de pa. iur. fir. † Licet nobiles ex
progenie vt plurimum ſint ſuperbi, vt dicit Vgo de S. Vict.
in lib. de clauſtro animæ, vt refert Lucas in l. militaribus. in
prin. C. de decurio. lib. 10. vbi dicit referendo Polycrat. lib.
8. c. 15. clarus ſanguis elationem parit, potentiam affectat,
conculcat inferiores, pares habere dedignatur, loquitur
grandia, totus ex alto magnoque ſanguine tanquam fece-
rit ipſe aliquid virtutis, propter quod nobilis eſſe debeat,
ſui immemor & eorum qui tetro eſſe videntur, & ſe in an
teriora ſine cultu virtutis, hi à paribus abſtinent, in humi-
liores libidinosè, & crudeliter agunt, hominum non cau-
ſarum toti ſunt &c. vt latius proſequitur ibi Lucas. placuit
hæc referre, quia in hac tempeſtate quidã ex noſtris hos ha
bent mores, vt notorium eſt. Sic ẽt alibi in electione officia
lium conſideranda eſt nobilitas, prudentia, fidelitas, & bo-
na conſcientia, cum mentis integritate proueniens, vt in l.
1. circa fi. C. de conditis in publ. horre. lib. 10. ac ẽt rerum
experiẽtia, vt C. de no. Co. compo. §. ſed cum ſit neceſſariũ.
ac ẽt ſolertia, vt in proœ. Inſtit. ibi, vbicunque hoc Deo, ac
morum probitas & artis peritia. l. 1. ff. de decr. ab ord. fa-
8 cien. † Sextò no. ex tex. ibi, qui ſint de noſtro demanio. quòd il
li, qui habent eligere officiales ad iuſtitiam faciendam in
terris demanij, debent eſſe de demanio regio, & nõ de ter-
ra Baronis, vt hic, & infra in conſt. ſæpe, & ſic ciuitas dema
nialis domini regis, vbi crearetur officialis in ea, qui eſſet
de terra Baronis, poſſet ipſum iuſte non admittere auctori
tate huius conſt. & habere recurſum ad ſuperiorem. Septi-
mò no. ex tex. ibi, vnum tãtum, quòd licet hic dicatur, quòd vnus
debeat eſſe baiulus in loco, & idem dicitur infra in conſti.
cum circa iuſtitiæ. ibi, & vno tantummodo, qui vna cum
baiulo &c. tamen hoc eſt correctum per d. conſt. infra, ſępe
contingit. vbi ſtatuitur, quòd tres tantummodo baiuli, & non
plures ſtatuantur, & de demanio, & bene etiam firmat hic
And. Sed hoc vltimum eſt correctum, vt inf. in conſt. occu-
patis. ſub rub. 99. quæ eſt poſt prædictam conſtitutionem,
9 ſæpe contingit. † Octauò no. ex tex. ibi, inſimul commina
ri, vel coaceruari, quòd congeries cuiuſcunque rei dicitur co-
aceruatio, ſicut etiam dicit Paulus Apoſtolus ad Timoth.
4. c. 1. ſed ad ſua deſideria coaceruabũt ſibi magiſtros &c.
& differt coaceruari, & commiſceri, vt patet in d. l. 1. C. de
cond. in pub. horre. & in l. quod ſæpe. §. veneni. ff. de contra
hen. empt. & no. iſtum tex. quòd licet coaceruare plura loca
minima in vnum, vt hic, ſed non plures ſummas ex diuer-
ſis cauſis, vt in l. ſi idem cum eod. ff. de iuriſ. omn. iud. & ibi
vide limi. per ſcribentes. Nonò no. ex tex. ibi, vel ẽt oriun-
di, quòd in paruis caſtris, & paruis locis baiuli, & aſſeſſor ſuus,
& notarius nõ debent eſſe de eiſdem locis oriundi, vel mu
nicipes, ideo dicitur, nemo propheta acceptus in patria ſua
vt in c. & ſi Chriſtus. de iureiurando. Aliam rationem po-
nit glo. in l. fin. ff. de offi. aſſeſſorum. hoc verum, niſi rex ve-
lit, vt in l. fi. C. de crimine ſacrilegij. vbi dicit, quòd nemo po-
teſt eſſe iudex, vel rector in prouincia, vel ciuitate ſua, ad
idem in l. ſicut. ff. ex quibus cau. maio. bene facit ſup. con-
ſti. iuſtitiarij per prouincias. in 2. parte. niſi princeps velit,
vt in d. l. fi. ad idem in l. 3. C. de diuer. offic. & appar. io. l. 3.
fallit etiam in ciuitate Rom. vt in l. tres tãtummodo. C. de
offi. præt. prohibentur ergo prouinciales eſſe aſſeſſores in
prouincia, per tex. in d. l. 3. C. de diuer. offi. fallit & tertiò p
c. regis Caroli Secundi in planitie S. Mar. quod incipit, itẽ
ſtatuimus, quòd officiales regij officia, ſeu commiſſiones, vel
ſeruitia curiæ committant hominibus in terra ſua, & in lo
cis conuicinis, & idoneis, non tamen ea, quæ cõditioni eo-
rum non deceãt, vt in alio c. eiuſdem regis, quod præcedit,
quod incipit, item ſtatuimus, quòd Comitibus & Baronibus.
10 † Sed quæro, an locumtenens Poteſtatis, quando ſe abſen-
tat, poſſit eſſe de eadem ciuitate, vel prouincia? Alb. de Ro
ſa. in l. ſi eadem. ff. de offi. aſſeſſo. dicit, quòd ſic, quia ſi deliquit
punietur per Poteſtatem. Sed reperio Bal. in l. parabolani.
C. de epiſcop. & cler. dicentem, quòd ſubrogatus debet eſ-
ſe eiuſdem iuris & conditionis, cuius eſt ille, in cuius locũ
ſubrogatur, & debet eſſe talis, qui à principio potuit eſſe,
quod dicit facere contra iudices, & aſſeſſores iuſtitiariorũ
regni. nam quando recedunt à prouincia, reuertuntur do-
mum, & in locum ſuum ſubrogãt vnum de aduocatis, qui
ſunt de eadem prouincia, qui non poſſunt, per illum tex. er
go ſi non tenet ſubrogatio, non tenet etiam, quod faciunt,
& dicit ita tenere Bar. de Capua .ſ. in quadam apoſtilla ſua
ſuper d. l. parabolani. idem dicit Lucas de Penna in l. penu.
C. de agentibus in reb. lib. 12. dicens, quòd ille, qui ſubſtituit
aliquem loco ſui, debet eſſe non minus idoneus, prout eſt
ſubſtituens. Et idem Bart. in l. inter artifices. ff. de ſolutio.
Sed aduerte, quia reperio Bal. in l. certa forma. C. de iure fi
ſci. lib. 10. dicentem, quòd in ſubſidium poteſt ſubſtituere
illum, qui eſt de prouincia, ſi neminem alienigenam inue-
nerit, qui velit eius vicem gerere, arg. l. generaliter. §. ſpu-
rios. ff. de decur. in l. 1. ff. de off. aſſeſſo. & in hac vltima opi
nione ego reſideo, & maxime propter obſeruantiam ita ve
tuſtiſſimã, quæ habet vim priuilegij, vt in c. ſuper quibuſ-
11 dam. §. præterea. de verbo. ſignifi. † Decimò no. ex tex. ibi,
de vno loco ad alium. ratio ar. quòd quando vnus Baro habet
plures ciuitates, vel terras, non debet permittere, quòd vnus of
ficialis dictorum locorum faciat citationes, & acta iudica-
ria hominum alterius loci in alio loco, vt euitet diſpendia
illius, qui nõ eſt de illo loco, ſed in qualibet ciuitate debet
per vices, & tempora ſedere ad iuſtitiam adminiſtrandam
in loco ipſorum, prout cauſarum numerus exegerit, ut hic
dicitur. bene ad hoc facit tex. ſupra in conſtitutione, iuſtitia
rij non per calendas. ſub rub. 1. ibi dum dicitur, prouincia-
lium diſpendium ipſos ad remota loca propter iuſtitiam
non uocando &c. fallit, niſi iudex ordinarius ipſe ex uetu-
ſtiſſimo tempore in certa terra habuiſſet locũ, ubi omnes
ſui ſubditi ibi uenerunt pro iuſtitia, tunc ſeruabit locum
maiorum ſuorũ, & hoc per tex. in l. ius plurib. & in l. à pro-
cedente. C. de dilationib. & Angel. notanter dicit in d. l. ius
plurib. circa fi. & tunc poterit expedire omnia ea, quæ ante
litem cõteſtatam poſſunt expediri, ut in l. uoluit prætor. in
12 fi. ff. de inter. act. ſecundum Ang. in d. l. ius pluribus. † Vn-
decimò no. ex tex. ibi, defectus ſuppleat, & emendet, quòd ma
giſter camerarius in proceſſibus factis p baiulos, quos de-
bet ſæpius luſtrare, ſi in eis uiderit aliquem defectum de-
pendentem à iure poſitiuo, debet ſupplere, & emendare,
quia hoc facit auctoritate regia per iſtam conſtitutionẽ. ſi
ergo hoc põt facere magiſter camerarius in proceſſibus ba
iulorũ, multo fortius poterit facere magna curia Vicariæ,
& ſacrum Conſilium in proceſſibus iudicum inferiorum.
non aũt poterit ſupplere, & emendare defectus iuris natu-
ralis, ſicut eſt citatio, quæ eſt de integẽtiũ, & diuino, ut no.
in ele. paſtoralis. de re iud. Duodecimò no. ex tex. ibi, aut de
creandis ab eis, quòd magiſter camerarius habet facultatem
creãdi iudicem, uel aſſeſſorem penes baiulum, ſicut habet
13 rex. & idem dicit iſte tex. de notario actorum. † Duodeci-
mò no. ex tex. ibi, à nobis tabellionatus officium, quòd magi-
b ſter actorum [b] penes baiulos debet eſſe notarius publicus,
creatus à rege: unde ſi eſſet creatus ab Imperatore, uel à Pa

pa

pa, & non à rege, non poſſet eſſe magiſter actorum penes baiulos, & multò fortius nec penes aliquem capitaneũ, vel alium officialem, qui habet merum & miſtum imperium à regia maieſtate. Nec habet locum in hoc regno penes officiales habentes iuriſdictionem à rege, id quod dicitur in c. quoniam contra, de proba. ſcilicet, quòd duo ſcriptores, qui non ſint notarij, poſſunt loco notarij ſcribere acta iudicialia, vbi non poteſt haberi notarius publicus. Poteſtas ergo creandi notarios in iſto regno reſidet ſolum in rege, vt patet in tit. quæ ſint regalia. in verbo, poteſtas creandorũ magiſtratuum, per And. & licet per alios poſſit creari notarius, de quo in Spec. de inſtr. edi. §. teſtat. verſ. quis põt. & in c. cũ P. tabellio. de fide inſtr. Bal. in rub. C. de fide inſtru. 2. col. recipit tamen auctoritatem publicæ ſcripturæ factæ in actis per notarium actorum, quando illa ſcriptura ſcripta per eum ſine teſtibus facta eſt in præſentia iudicis, vt dicunt Bal. in l. interrogatam. C. de liber. cauſa. & Paul. de Caſt. in l. actorum. ff. de re iud. & firmat Fel. in d. c. quoniã contra. in 7. col. idem dico, ſi abſente iudice ſcripſit, ſed eo mandante, ſecundum Bal. in l. 1. 8. col. C. qui accuſ. non poſſunt. & Ant. de But. in c. cuis. 1. col. de teſtibus. & ideo dicebat Lucas de Penna in l. inſtat. de iure fiſci. lib. 10. in v. col.
14 † quòd id dicitur apud acta fieri, quod apud iudicem fit, per iura ibi per eum allegata, ſubdens, quòd cõſuetudo in contrarium eſt corruptela, & ideo ſemel exclamaui in ſacro Conſilio in quadam fideiuſſione recepta per duos fideiuſſores vnios carcerati, abſente iudice, ſine teſtibus, ꝙ negantibus fideiuſſoribus ipſis, non ſe fideiuſſiſſe, ꝙ non eſt ſtandum ſcripturæ dicti notarij, quia illam non recepit cũ teſtibus, & iudice ad contractus, & ſic non eſt ſcriptura publica, nec eſt ſcriptura penes acta, quia facta ſine præſentia iudicis. Et pro hoc faciunt omnia illa, quæ ibi allegat Lucas de Penna, qui nunc eſt impreſſus, ideo eius allegationes non refero, & ideo corruptela eſt illa, quæ ſeruatur in magna Curia Vicariæ, ꝙ magiſtri actorũ dictæ curiæ recipiunt obligationes in domibus priuatarũ perſonarum abſente iudice, nam in puncto iuris nihil probat illa ſcriptura, quia non põt dici, ꝙ ſit facta penes actã, neq; eſt ſcriptura publica, nam obligatio penes acta dr̃ ſentẽtia iudicis lata ex conuentione partium, vt bene probat And. Barb. in c. ſi quando. de offi. deleg. cui addo Bal. in l. fi. 2. col. verſi. ſed nũquid dicemus idem. vbi dicit, ꝙ præſentia iudicis eſt loco decreti. C. qui admitti. quomodo ergo poteſt dici ſentẽtia iudicis, ſi iudex non fuit præſens, quando fuit recepta tunc, ergo obligatio penes acta habet executionem paratã ſine alia probatione debiti, vt in l. eũ pro quo. ff. de in ius vocan. & voluit gl. in l. generaliter. C. de epiſcopis, & cler. & Bal. in l. filio. ff. ſoluto matrimonio: quando iudex fuit præſens, & non quando eſt abſens. & ideo Fel. in d. c. quo-
15 niam contra. col. 32. per multas allegationes firmat, † ꝙ preſentatio ſcripturarum non poteſt fieri coram magiſtro actorum in abſentia iudicis, niſi de voluntate ambarũ partium, vel ipſe notarius haberet à ſuperiore officium, ꝙ preſentationes ſcripturarum fierent coram eo. preſentia enim iudicis inducit magnam præſumptionem pro his, quæ coram eo aguntur, vt dicunt Bal. Saly. Paul. de Caſt. Alex. & Iaſ. in l. pacta nouiſſima. C. de pactis. nec illi effectus caloris iudicij, quos ponit Iaſ. in d. l. pacta nouiſſima, attribuendi ſunt ſoli magiſtro actorum ſine iudice. Multum enim iſti magiſtri actorum vſurpauerunt, non ſolum auctoritatem iudiciariam, ſed etiam in conſeruandis proceſſibus, qui non debent penes eos conſeruari, ſed penes regiã curiam, ſi tamen remanerent penes iudicem non derogaretur fidei ipſorum actorum. tex. eſt notabilis in c. cũ bonæ,
16 quod eſt finale, de probat. & ibi Bal. in fi. † Decimoquartò no. ex tex. ibi, per curiam noſtram expenſas ſtatutas accipient. ꝙ non eſt in poteſtate magiſtri actorum recipere à partibus, quantum ipſe vult, & petit pro ſcribendis, quæ occurrunt in lite, ſed debet recipere à litigantibus, quantum eſt taxatum per regiam curiam, quod malè obſeruant dicti notarij, ſed tranſit, quia partes non faciunt querelam. Decimoquintò no. ex tex. ibi, per taxationem perſonarũ, ꝙ electio in officium arctat inuitum, nam compellitur ad acceptandum & per capturam perſonæ, vt hic, hoc eſt verum, niſi iuſte excuſetur, vt in l. hi qui ad ciuilia. C. de appel. ſecũdum Inn. in c. 1. de his quę fiunt à maio. par. ca. Io. de Imo. in l. dotem. ff. ſoluto matrimonio. Decimoſextò no. ex tex. ibi, ſacramentum recipient, ꝙ ad officium magiſtri camerarij ſpectat dare iuramentum baiulis de iuſtitia miniſtranda, & faciendis illis, quæ continentur ſupra in
17 conſtitu. puritatem. † Vltimò no. ꝙ ad officium magiſtri camerarij ſpectat locare redditus dohanæ, tam per mare, quàm per terram, vel committere, ꝙ exigantur in credentia, ideſt, cum credenectio ad vtilitatem curiæ: hodie verò hoc officium pertinet ad regiam curiam Summarię, vt patet in titibus eiuſdẽ cameræ. In iſta conſtitutione nõ ſunt gl. nec alius aliquid ſuper ea ſcripſit, ideo ſequitur rubr.

ANNOTATIONES.

a Secundò no.] De hac materia, an ſit licitum dare, vel accipere pecuniam pro officijs publicis. Vide latiſſime per Gul. Bene. in rep. c. Ray. in verbo, duas. nu. 52. cum ſeq. extra de teſt. & And. de Iſer. in c. 1. de feud. Guliel. & Luc de Penna. C de re mili. lib. 12. & Socin. conſil. 165. vol. 2. Et an habeat locum in Papa, vel Rege, ad l. Iul. de ambitu, & hic dicitur p Affl vide And. Barb. in c. ex parte. de offi. deleg. nu. 14. & Abb. conſ. 54. vol. 2. nu. 12. & Cigalud. doct. Hiſp. in quodam conſi. poſito in fi. ſui operis, de factis principũ.
b Actorum.] Nota, quòd magiſter actorum penes baiulos debet eſſe notarius publicus creatus à Rege, vnde ſi eſt creatus ab Imperatore, vel à Papa & non à rege, non poſſet eſſe magiſter actorum penes baiulos, & an notarius factus ab Imperatore vel Comite palatino vel à Papa poſſit conficere inſtrumentum in regno cum ſolemnitatibus requiſitis? Vide per Matth in conſtitutione, inſtrumentorum robur. col. 6. & 7. & Lucam de Penna, in l. fi. in 4. q. C. de locatione prædiorum ciuilium. lib. 10. Bat.

De quæſtionibus inter fiſcum & priuatum mouendis. Rub. LXI.

QVIA dictum eſt de multis, quæ pertinent ad officium magiſtri camerarij in conſtitutione præcedenti, verum quia ad officium eiuſdem magiſtri camerarij ſpectat cognoſcere de cauſis inter fiſcum & priuatum, quando fiſcus conuenitur à priuato actione perſonali, vel reali, præterquam de feudis, ideo proſequendo eandem materiam ſubnectitur hæc rubrica de quæſtionibus inter fiſcum, & priuatum mouendis.

SVMMARIVM.

1 *Fiſcus actione perſonali, ſeu reali coram quo debeat conueniri.*
2 *Actor qua forma contra fiſcum debeat probare debitum.*
3 *Magiſter camerarius, ſeu ſecretus non cognoſcit de cauſis feudalibus.*
4 *Dictio, vſque, nonnunquam capitur excluſiuè.*
5 *Aduocatus & procurator fiſci intereſſe debet toti cauſæ inter fiſcum & priuatum vertenti.*
6 *Teſtes partibus præſentibus iurare, ſed non deponere debent.*
Procurator, & aduocatus fiſci reorum torturæ non debent intereſſe.
7 *Proceſſus non eſt per aliquam partium ad regiam curiam mittendus.*
Teſtes quinque pauciores contra fiſcum non probant ſufficienter.
Fiſcus contra inſtrumentum confeſſionatum ſemper opponere poteſt exceptionem non numeratæ pecuniæ.
8 *Familia per regiam curiam magiſtro camerario, ſeu ſecreto deputari debet.*
9 *Teſtes quot contra fiſcum probationem faciant ſufficientem.*

Qvia-

QVÆSTIONES. Dicit hic An. quòd
iſta conſtitutio videtur ſuperflua in pri
ma parte: & idem dicit conſtitu. ſupra,
cauſas per magiſtros camerarios, ſub ru
brica 40. ſed in veritate non eſt ſuper-
flua: quia hic multa dicuntur, quæ non
ſunt ibi dicta. Bene eſt aduertendum, ꝙ
hic non ſunt dicenda, quæ ibi dicta fuerũt. Diuiditur hæc
1 conſtitutio in tres partes. † In prima dicit, ꝙ cum aliquis
vult agere contra fiſcum actione perſonali, vel reali, præ-
terquam de feudis: põt conuenire fiſcum coram magiſtro
camerario, & ipſe magiſter camerarius vna cũ iuſtitiario
prouinciæ cognoſcunt, & iudicium coram eis vẽtilabitur,
& magiſter camerarius cognoſcit de dictis cauſis cum iu-
ſtitiario: hoc non fuit dictum in dicta conſtitutione, cau-
ſas per magiſtros camerarios, & in toto proceſſu debent eſ
ſe præſentes vſque ad ſententiam excluſiue, & debent mit
tere proceſſum clauſum, & ſigillatum per ſpecialem nun-
tium regiæ curiæ, & moneant partem, vt in certo perem-
ptorio termino compareat in regia curia. hoc intellige ſe-
cundum dictam conſtitutionem, cauſas, niſi eſſet quæſtio
de modica re, puta de vna domo, vel de vna vinea, tunc po
terunt dicti iudices ferre ſententiam, vt dicitur in d. conſt.
cauſas. ſed ſi eſt quæſtio de feudis non quaternatis inter fi-
ſcum conueniendum, & priuatum, cognoſcit iuſtitiarius
prouinciæ, vt patet ſupra in conſt. præſides prouinciarum,
ſub rub. 35. & in conſtit. iuſtitiarij per prouincias. in fi. ſub
rub. 49. Et hæc prima pars durat vſque ibi, & tamen ſuper
quibuslibet. Hic eſt ſecunda pars, in qua dicitur, ꝙ quando
agitur per priuatum contra fiſcum de quantitate pecuniæ,
quæ excedit libram auri, & probat ſolum per ſcripturã ſi-
ne teſtibus, qui non interfuerunt numerationi, põderi, vel
2 menſuræ, nihil probaſſe dr̃ contra fiſcum: † oportet ergo,
ꝙ actor, vt vincat contra fiſcum, ꝙ in probando debitum
ſeruet hanc formam, vt non tantum per inſtrumẽtum pro
bet debitum excedens libram auri, conſiſtens in pondere,
numero, vel mẽſura, ſed probet, ꝙ quinque teſtes interfue
runt numerationi, ponderi, vel menſuræ. Et iſto modo li-
mitatur dicta conſtitutio, cãs per magiſtros camerarios, vt
ſi debitum ſit infra librã auri, ſufficiat probatio per inſtrm
cum duobus teſtibus, qui interfuerunt. cur aũt requirãtur
quinque teſtes, vide ſupra, & hęc ſecũda pars durat vſque
ibi, cęterum. Hic ſtatuit Imperator, ꝙ magiſtris camerarijs
debentur gagia à regia curia pro annalibus expẽſis, & ſuis
laboribus, & durat vſq; in finem, & hoc non dicitur in di-
3 cta conſtitutio. cauſas. † No. primò ex tex. ibi, adiunctis iu
ſtitiarijs, ꝙ magiſter camerarius, qui hodie eſt ſecretus, vt
dicit hic And. & ſupra in conſtit. officiorum. nullo modo
cognoſcit de cauſis feudalibus, quando eſt quæſtio inter fi
ſcum conuentum & priuatum, ſed ſolum cognoſcit vna
cum iuſtitiario prouinciæ, quãdo eſt quæſtio de rebus mo
bilibus conſiſtentibus in pondere, numero, vel menſura,
vel de re ſtabili burgenſatica, vt hic, & de paruis rebus po-
teſt ferre ſententiam, puta de vna domo, vel vna vinea, vt
in dicta conſtitu. cauſas. ſed ſi quantitas petita à fiſco eſſet
magna, puta, quia excederet libram auri, vel de magna hæ
reditate, vel de bonis burgenſaticis magni valoris, tunc nõ
ſententiabit, ſed formabit proceſſum vſque ad ſententiam
excluſiue, & proceſſum tranſmittet regiæ curiæ per ſpecia
lem nũcium cum monitione partis, ꝙ ſe præſentet in per-
emptorio termino regiæ curiæ, vt hic, & in d. conſt. cauſas.
4 Et ſic no. iſtum tex. † ꝙ hæc dictio, vſque, ſtat excluſiue, ſic
etiam ponitur in l. meminiſſe. ff. de offi. proconſulis & lega
ti. & in l. 1. §. ſed ſi ea. ff. an per alium cauſa appellatio. & in
l. quęſitum. ff. de tutelis. & in l. filiusfamilias. §. 1. ff. de le. 1.
in Auth. quib. mod. natura. effi. legiti. §. illud quoque. & de
iſta dictione, vſque, quando includit, & quando excludit,
vide copioſe per Alb. de Roſa. in d. l. meminiſſe. per 5. col.
& Bar. in l. patronus. §. 1. ff. de leg. 3. Cin. & Bal. in l. à caliga
ri. C. de nupt. Alex. in l. 1. ff. ad l. falcid. Oldr. in conſi. 48. &
Bald. in rubr. C. de contrahen. empt. Alexand. in 3. volum.
conſil. 111. in 5. colum. & in 4. volum. conſi. 26. circa finẽ
& in 5. volum. conſil. 114. 2. colum. & conſil. 125. & illud
quod dicitur hic, ꝙ ſecretus eſt iudex in dicta cauſa fiſcali
inter fiſcum & priuatum, quando ſecretus eſt in prouin-
cia, alias iuſtitiarius eſt iudex. intellige præterquam in cau
ſis feudorum quaternatorum, vt dixi ſupra in ſecunda par
te huius conſt. & firmat Bar. in l. ſi vacantia. C. de bonis va
5 can. lib. 10. † Secundò no. ex tex. ibi, examinatas, ꝙ in tota
cauſa, & eius examinatione, quæ vertitur inter fiſcum, &
priuatum, debet intereſſe aduocatus, & procurator fiſci, &
pro hoc l. ad fiſcum. C. vbi cauſæ fiſcales. l. 2. C. ſi aduerſus
fiſcum. & l. fi. C. de aduo. fiſci. vbi ſentẽtia lata, abſente ad-
uocato fiſci, eſt ipſo iure nulla. Sed vidi dubitari, an in exa
minationibus teſtium in cauſa fiſcali contra fiſcum de-
beat interuenire aduocatus fiſci, & eius procurator, ſi ipſi
inſiſtant, quòd volunt interuenire, & altera pars contradi-
cit? Pro parte patroni fiſci facit iſta conſtitutio, quæ dicit
ꝙ vſque ad ſententias examinatas debet eſſe præſens aduo
catus fiſci, & procurator, & per conſequens in examinatio
ne teſtium. In contrarium facit illud, quod dicit Bal. in l. ſi
quandiu. C. de teſtib. in 2. colum. vbi dicit, ꝙ ad iudicem
ſpectat examinare teſtes, & non ſpectat ad partes litigan-
tes, ſed bene partes poſſunt inſtare, ꝙ iudex examinet te-
ſtes. Et pro hac parte facit illud, quod dicitur in l. nullum.
6 C. de teſti. † vbi teſtes ſunt examinandi per iudicem in ſe-
creto, non in præſentia partium, licet debeant videre eos,
quando teſtes iurant, idem dicit glo. & Ang. in §. fin. in Au
then. de teſtib. & Cyn. in l. legis virtus. & ibi Paul. de Caſt.
ff. de legibus. & non ſolum in examinatione teſtium non
poſſet de iure interuenire aliqua partium per prędicta, ſed
etiam non poteſt interuenire aduocatus alicuius partis li-
tigantis, vt dicit Bar. in l. cuſtodias. ff. de pub. iudic. & in l. ſi
poſtulauerit. §. quæſtioni. ff. de adulterijs. Et ex hoc infer-
unt, ꝙ aduocatus fiſci, & procurator fiſci non debent eſſe
præſentes, quando rei torquentur, ſecundum Bar. in d. l. cu
ſtodias. & Paul. in d. l. legis uirtus, quia non reperitur iure
cautum, ꝙ fiſcus ſit in hoc priuilegiatus, & ideo ſtatur iuri
communi, ut in l. 1. C. de peti. hæred. & l. placuit. ff. de iure
fiſci. facit l. 1. C. de conducto. & procurat. libro 11. ubi in
cauſis fiſcalibus ſeruatur ordo, ſicut in cauſis priuatorum.
& hæc ultima pars eſt uerior. Nec obſtat iſte tex. quia il-
lud uerbum, examinare, accipitur pro inquirere, & inue-
ſtigare, & non quòd interueniat in examinatione teſtium,
uel torturæ rei, & ideo procurator, & aduocatus fiſci de-
7 bent deſiſtere ab illicitis. † Tertiò no. ex tex. ibi, per nun-
cium, ꝙ iuſtitiarius, quando habet mittere proceſſum con
cluſum regiæ curiæ clauſum, & ſigillatum, non debet trãſ-
mittere per partem litigantem, ſed per ſpecialem nunciũ,
ut hic. ad idem ſupra in conſtitut. ſtatuimus. in fi. ſub rub.
37. Quartò no. ex tex. ibi, non pauciores quinque, ꝙ con-
tra fiſcum teſtes pauciores quinque non ſufficiunt ad ple-
nam probationem, quando cauſa eſt ultra libram auri, ſed
ad minus debent eſſe quinque, qui deponant de numero,
pondere, uel menſura. & ſic no. iſtud priuilegium fiſcale, ꝙ
licèt in ore duorum, uel trium ſtet omne uerbum, tamen
fallit in cauſa fiſcali excedente libram auri, ubi requirun-
tur quinque teſtes, per iſtum tex. quem tene menti. Quin-
tò no. ex tex. ibi, alioquin, ꝙ fiſcus ſemper contra inſtrumẽ
tum confeſſionatum poteſt opponere exceptionem nõnu
meratæ pecunię, quia inſtrumentum confeſſionatum non
nocet fiſco. facit l. ſi quis poſt hac. C. de bonis proſcripto-
rum. niſi probetur numeratio, pondus, uel menſura per
quinque teſtes, qui interfuerunt numerationi, ſi quantitas
excedit ſummam unius libræ auri, ſed ſi non excedit li-
bram ſufficiunt duo, uel tres teſtes. ſed hoc intellige ſanè,
prout dixi ſupra in d. conſt. cauſas per magiſtros camera-
8 rios. † Sextò no. ex tex. ibi, perſonis deputatis per noſtram
curiam, ꝙ per regiam curiã magiſtro camerario, ſiue ſecre
to debet deputari familia, quæ habeat ſeruire in eius offi-
cio: & ſic ipſe non eliget ſibi familiam, ſed regia curia. Se-
ptimò no. ex tex. ibi, ſtipẽdijs, ꝙ camerarij, ſiue ſecreti de-
bent

bent habere gagia à regia curia: quæ gagia p ſacros apices conſtituuntur ſufficienter, & etiã annales expenſæ, quia nemo tenetur ſuis ſtipendijs militare, vt in c.cum ex officij. de præſcriptio. Idẽ de baiulis, & eorum aſſeſſoribus, & magiſtris actorum, vt ſ. in conſtitu. puritatem. idem dicit hic And. de alijs iuſtitiarijs. & dixi ſuprà in conſtit. iuſtitiarius regionum, ſub rub. 45. In gl. 1. dum allegat. l. fin. ſ. de offic. magiſtri iuſtitiarij. dic, ꝙ incipit d. conſti. cauſas per magiſtros camerarios. In glo. 2. An. de Barulo quærit hic de vna
9 q. † Dicitur hic, ꝙ ſi quæſtio eſt infrà libram auri inter fiſcum & priuatum, & apparet inſtrm confeſſionatum: tunc ſufficiunt cum inſtrumento duo teſtes, ſi eſt vltra libram auri, requiruntur quinq; teſtes. quid ſi inſtrumentum confeſſionatum eſt vnius libræ auri, nec plus nec minus, an ſufficiant duo teſtes, qui deponãt ſe interfuiſſe numerationi, ponderi, vel menſuræ, vel requirantur quinq; teſtes? Glo. And. de Barulo hic remittit ſe ad glo. 3. Marini, in conſt. in cauſa depoſiti, in verbo, vltra librã. vbi dicitur, ꝙ id quod dicitur infrà libram, habet locum etiam in libra, quæ non eſt nec plus, nec minus: & ibi dicitur. hic non ſunt alia.

ANNOTATIO.

a Fiſcali.] Vltra Bal. adde tex. in l. nullum. C. de teſtibus, vbi eſt caſus. & an ſi iudex palàm examinauerit teſtem, valeat eius dictum. Vide gl. ſingularẽ in c. quia propter. de electione. & quid in ſummarijs iudicijs, vide Lanfran. de Oriano in c. quoniam contra. colum. 4. lib. meo, nu. 18. fol. 36. Batus.

De foro competenti. Rub. LXII.

QVONSAM Imperator ſtatuit iudices in regno in cauſis criminalibus, & in cauſis ciuilibus, & in cauſis feudalibus quaternatis, & non quaternatis, & certos alios iudices in cauſis inter fiſcum & priuatum: & quoniam erant aliqui, qui non valebant litigare coram dictis iudicibus, vel aliquo eorum deputatis per regem, ſed volebant coram alijs iudicibus, q̃ illis, qui erant deputati per cõſtitutiones regni litigare. & propterea illi, qui ſic faciebãt, erant contẽptores iuriſdictionis regiæ: iuſtum fuit, vt ordinaretur, qua pœna iſti contemptores regiæ iuriſdictionis debent puniri. ideo ponitur hic iſta rubr. Aliqui habent iſtam conſtitutio. infra, poſt conſti. cum iuxta prouidum. Sequitur nigrum.

SVMMARIVM.

1 *Officialium copia in regno eſſe debet pro adminiſtrãda iuſtitia. Iudex ordinarius dicitur, cui vniuerſitas negotiorum committitur.*

2 *Trahens aliquem in ius coram iudicibus non deputatis per regem, quando ſit puniendus.*

3 *Clericus coram quo iudice poßit laicum conuenire.*

4 *Iuriſdictionem regiam quando quis contemnere dicatur.*

5 *Pœna magna pro contemptu regiæ iuriſdictionis imponitur. Pœna delictis correſpondere debent.*

6 *Feuda non veniunt omnium bonorum appellatione, & maximè in odioſis.*

7 *Contumax verus per iudicis contemptum non punitur pœna omnium bonorum.*

CVM iuſtitiæ. Præcipitur in iſta conſtitutione, ꝙ nullus laicus, vel clericus trahat aliquem ad aliam curiam, q̃ ad curiam regiam, & ad officiales deputatos per regem. ſ. de his, quæ ſpectant ad eius iuriſdictionẽ, & ſi contrariũ fecerit, puniri dẽt pœna publicationis omnium bonorum mobiliũ & immobiliũ, & etiã
1 feudalium. h. d. † No. primò ex tex. ibi, copiam. ꝙ in regno eſt copia officialium ad iuſtitiam miniſtrandam cõſtitutorum à regia maieſtate, vt hic. ad idem ſuprà in conſti. cum ſatis abundè. ſub rub. 48. Et iſti ſunt iudices ordinarij, quia cui committitur vniuerſitas negotiorum, videtur iudex ordinarius, vt in l. 1. §. cum vrbem. ff. de offi. præfec. vrb. & firmat Alex. in l. ſolet. in 3. col. ff. de iuriſdictione omnium iudicum. & hæc poteſtas iudicis ordinarij non finitur morte eius, qui eum conſtituit, vt in l. more. & ibi Alex. in 2. col. ff. de iuriſ. om. iud. & no. ĩ c. 2. de offi. deleg. li. 6. niſi iuriſdictio ordinaria cohęreret alteri ordinariæ, vt in vicario epi-
2 ſcopi, vt dicit Alex. in d. l. more. in 5. col. † Secundò no. ex tex. ibi, de his, quæ ad noſtram curiam pertinẽt. ꝙ tunc punitur trahens aliquem coram alijs iudicibus, quàm coram deputatis, & conſtitutis per regem, quando de illis cauſis poſſunt cognoſcere iudices deputati per regẽ, vt puta, magiſter iuſtitiarius cognoſcit de feudis quaternatis, ſi coram alio iudice, puta, in foro Papæ, quis velit conuenire alium de feudo quaternato, tunc eſt pœna publicationis bonorũ, ſecus ſi cauſa illa non pertinet ad regem, nec ad officiales regis, puta, quia eſſet cauſa ſpiritualis, vt de fœdere matrimonij, vel ſuper abſolutione à iuramento, vel quia eſt quæſtio iuris, vtrum contractus eſſet vſurarius, tunc non habet locum iſta conſtitutio, quia illæ cauſæ non pertinent ad regem, vel ad eius officiales, vt in l. Titia. ff. ſol. matr. cum con cor. ſuis. Idem vbi agitur de peccato, tunc ratione huius efficitur de foro conſcientiæ. de iudic. nouit. vel clericus conueniret alium clericum coram epiſcopo, tunc non dicere-
3 tur delinquere, ſed facere id, quod iuris eſt. † Sed ſi clericus prætenderet, ꝙ aliquis laicus ſit eius debitor, non pro bonis eccleſiæ, ſed aliter, & conueniret eum coram iudice eccleſiaſtico, vbi potuiſſet eum conuenire coram iudice ordinato à rege, & ille conuentus declinaret iuriſdictionem iudicis eccleſiaſtici, & ſic non conſentiret in eum, an procurator fiſci poſſit ipſum clericum coram ſuo iudice conuenire, vt puniatur pęna publicationis bonorum ſecundùm iſtã conſtitutionem? Dicit hic Andr. ꝙ quantum ad clericos iſta conſtitutio non procedit, quia non potuit Imperator eis imponere pœnam, ex quo non ſunt de eius iuriſdictione, vt dicit ipſe And. ſup. in conſt. cum ſatis. & infra in conſtit. ſi quis clericus, & in conſt. ſuper rub. 43. quæ incipit, de
4 perſonis clericorum. † Tertiò no. ex tex. ibi, iuriſdictione veſtra contempta. ꝙ dicitur cõtemnere regiam iuriſdictionem ille qui conuenit reum coram iudice non ſuo, & ideo ratione huiuſmodi contemptus, ſiue ſit cauſa ciuilis, ſiue criminalis, punitur, ſcilicet per ſententiam pœna publicationis bonorum omnium, vt hic. Actor enim debet ſequi forum rei, & non reus forum actoris, vt dictum fuit ſup. in d. conſtit. cum ſatis. & eſt tex. in l. 2. C. de iuriſdictione omnium iudicum. & no. Bart. in l. 2. in fi. ff. ſi quis in ius vocatus non ierit. de iure ciuili ille, qui in cauſa ciuili trahit reum in vetito examine, non punitur aliqua pœna, niſi quando trahitur clericus in vetito examine, vt in c. at ſi clerici. de iudic. & habetur in l. ſtatuimus. C. de epiſcopis, & clericis. ſed in cauſa criminali ſi reus trahatur in vetito examine, tunc trahens punitur de iure ciuili maiori pęna, quã ſit pœna, de qua in iſta conſtitutione, vt patet in l. in criminali. C. de iuriſdictione omnium iudicum. Fallit, niſi ex reſcripto imperiali aut regio trahat eum coram iudice delegato, & non coram iudice rei, vt dicitur in d. l. in criminali. Item fallit, niſi actor ante litem conteſtatam pœniteret, & traheret reum coram iudice ſuo, vt dicit gl. in d. l. in criminali. Item fallit in his, quæ ſunt voluntariæ iuriſdictionis, ſecundùm Pet. de Anch. in regula, ea quæ fiunt à iudice. lib. 6. per l. fi. C. de emancipat. libe. Item fallit, niſi actor eſſet futurus reus, nec tunc conuentus ſequitur forũ actoris. in l. ſi ſocietatem. §. arbitrorum. ff. pro ſocio. Item fallit, niſi ambæ partes conueniant de lingando non coram proprio iudice rei, vt dicit And. in d. conſtitut. cum ſatis. & Docto. in l. 5. ff. de iudi. & ibi concord. Fallit etiam in alijs caſibus no. per Spec. in tit. de compe. iudi. adi. §. 1. per totum.

tum. † Quartò uo. ex eod. tex. quòd magna pœoa imponitur hic pro cootemptu iuriſdictiouis regię: ſed, vt dicit hic And. iſta pœna eſt contra rationem iuris, & ideo reducitur ad ius commune, arg. ff. de vulga. & pupil. l. ex facto. nam licèt Imperator prouiderit hic commodo honoris ſui, tameu hæc commoditas ſua in condendo legem uon debet attendi. 4. diſt. c. erit. qoia ex hoc arguitur, quòd non eſt iuſtus, quia lex debet eſſe ad commodum publicum. Laudo igitur puoitionem ex delicto contemptus, vt patet in c. 1. in glo. penult. de matr. cootrac. contra interd. eccle. & in c. epiſcoporum. in verbo, contempſerit. de priuileg. lib. 6. & in c. r. 10 fi. de appellat. lib. 6. Sed non laudo, quòd per talẽ contemptom ponatur tam magna pœna, videlicet publicatio omnium bonorum, quia pœna debet reſpondere delicto, vt in auth. omnes. & ibi Bal. C. communia de ſucceſſi. ſed iudex non poteſt eſſe clementior lege, quia decretum huius conſt. neceſſitatem facit. 4. diſtin. c. deuique. in fi. Idẽ quia iſta pœna magna impoſita eſt per iſtam cooſtit. & iudex iurat iudicare ſecundùm iſtas conſtit. vt ſupra dictum eſt in conſt. puritatem. & ius vult, quòd pœna illa debet imponi, quæ magis timeatur, vt in c. quoniam frequenter, ut lite nou conteſtata. fortè enim tempore huius Imperatoris multi cootemnebant iudices ipſius, & ideo fuit impoſita
6 hæc magna pœna, arg. l. aut facta. ff. de pœnis. † Quinto & vltimò oo. ex tex. ibi, ſiue feudalia. quòd ſi ſtatutũ, vel conſtitutio regis imponat pœnam omnium bonorum, non veniont feuda, quia ſub appellatioue bonorum non veniunt feuda, ut in c. iu generali. ſi de feu. fue. controuer. inter dominum & agna. ſi enim ſub hoc uocabulo, bonorum omniom, comprehenderentur feuda, oon dixiſſet hic Imperator, ſiue feudalia. & uide ad hoc multas quęſtioues, quas tetigi in d. cap. io generali. In glo. 1. dic, ut dixi in ſummario, & 3. not. In glo. 2, glo. corruptè allegat conſtitutio. ſi aliquis. debet dicere officiorum periculoſa confuſio. rub. 58. In gl. 3. quæ eſt fi. Quærit glo. quid ſi reus uocatus in iudicio uon uenerit, uel non reſponderit, an ex contumacia dicatur contemnere iuriſdictionem iudicis, & habeat locum pœna huios conſtit? Glo. remittit ſe ad ſumoiam Azo. in
7 tit. C. de in ius uocan. † Cui adde, quòd quantumcunque qois ſit in uera contumacia, & contemnat iudicem, non poteſt puniri pœna omnium bonorum, & quia cooſtitutio iſta uon habet locum contra contumaces, ſed contra contumaces habet locum conſt. contumacem. ſed bene poteſt mulctari, ſiue inobedientia ſit commiſſa in principio litis, ſiue in medio, ſioe in fine, ut in l. prima. §. is uidetur. & ibi Alexand. in l. fi. ff. ſi quis ius dicen. non obtemper. & in l. ſecunda. ff. ſi quis in ius uoca. non ierit. Et dicit Pau. de Caſt. in d. §. is uidetur. qoòd ad hoc, ut iudex poſſit mulctare ex contumacia, oportet, quòd fuerit prius citatus, quòd ſub tali die compareat. & ſi talis comminatio noo ſit facta, non poteſt procedi ad mulctam. Sed Alex. ibi reprobat Pau. de Caſt. ut ibi latius per eũ, quia non eſt hic propria materia.

ANNOTATIO.

a Vide ad materiam tex. in c. ſi clericus laicum, extra de foro comp. & ritum magnæ curiæ ſub rub. de foro comp. item, ꝗ nullus, cum ritibus ſequentibus, fol. 9. lib. meo. & an clericus conueniens laicum coram iudice laico poſſit coram eodem iudice laico reconueniri? Vide dominos de Rota in deciſ. 101. in antiquis, & ritum magnæ curiæ, qui incipit, ſecunda regula. ſub dicta rub. de foro cõpet. & an dominus poſſit inhibere ſubdito ſuo, ne coram incompetenti iudice litiget? Vide tex. in l. 2. §. ſed ſi iudex. ff. de iud. Abb. in c. P. & G. col. 7. in fi. de officio & poteſtate iudicis delegati. Bal. in c. 1. § præterea ſi inter duos. de prohibita feudi alienatione per Fed. col. 6. & ibi gl. in verbo, duos. Bar. in l. 1. §. & poſt operis. ff. de operis no. nuntia. Fel. in d. c. P. & G. col. 4. Abb. in cap. ea tenore. 2. no. de foro comp. & quid ſi quæſtio de re feudali eſt inter clericũ & laicum, an cognoſcat dominus feudi laicus, vel iudex eccleſiaſticus? Vide tex. ſingularem, qui ad hunc finem meretur ſcribi literis aureis, in c. ex tranſmiſſa. extra de foro comp. Io. Ant. Bar.

De officio baiulorum. Rub. LXIII.

Q VIA ſuprà in cõſtitutione, puritatem, fuit dictum de forma iuramenti præſtãdi per baiulos: Et io conſti. magiſtri camerarij, dictum fuit, ꝗ ad officium magiſtri camerarij ſpectat eligere, & conſtituere baiulos: Et ſobſeqoenter fuerũt narrata aliqua, quæ pertinent ad officium magiſtri camerarij: & poſtea fuit appoſita pœna coutra illos, qui contẽnunt eorum iuriſdictionem. Erat neceſſariò vidẽdum, quæ ſpectant ad officium baiulorum, de quibus non erat dictũ, ideo ſequitur rub. de offi. baiulorum: ideſt, quæ ſint illa, quę ſpectant ad officium baiulorum. ſequitur nigrum.

SVMMARIVM.

1 *Baiulatio in extaleum concedi poteſt & vendi.*
Baiuli locorum de omnibus cauſis ciuilibus coguoſcunt.
2 *Baiuli locorum an habeant miſtum imperium.*
3 *Exceptio regulam in non exceptis firmare dicitur.*
Datio tutoris eſt actus miſti imperij.
4 *Baiulus tutorem pupillo dare poteſt.*
5 *Baiuli principaliter de nullitate ſententiæ non poſſunt cognoſcere.*
6 *Ordinarius quilibet ſuam ſententiam nullam declarare poteſt.*
7 *Baiulus non cognoſcit de cauſa ſtatus.*
Baiulus an cognoſcat de ſuſpecto tutore.
8 *Tutor, qui ob culpam per ſententiam remouetur, infamis efficitur.*
9 *Baiuli locorum nullam ſuper feudis habent iuriſdictionem.*
10 *Baiulus an habeat iuriſdictionem pro damnis datis in rebus feudalibus.*
Pretium rei feudalis non eſt feudum.
11 *Baiulus ciuiliter de furtis minimis cognoſcere poteſt.*
12 *Baiulus an poſſit criminaliter cognoſcere de furtis minimis, & alijs offenſis.*
13 *Baiulus arbitrariè non poteſt punire vltra vnum auguſtale.*
14 *Baiulus in minimis delictis modicam coertionem habet defenſorum more.*
15 *Carcer de iure ciuili non ad pœnam, ſed ad cuſtodiam eſſe debet.*
Fœminæ cum maſculis non debent in carceribus miſceri.
Furtum quotuplex ſit.
16 *Furtum leue domeſticum, an puniri poßit criminaliter.*
17 *Furtum magnum dicitur, quod tribus paruis æquiparatur.*

B AIVLI locorum. Baiuli, qui conducunt baiulationem à regia curia, uel à magiſtris came. poſſuot cognoſcere de quibuſcunque cauſis ciuilibus, ſiue agatur actione perſonali, ſiue reali, exceptis feudalibus rebus. Et etiam cogooſcunt de paruis furtis, de quibus non imponitur pœna corporis afflictiua. h. d. † No. primò ex tex. ibi, in extaleum, ꝗ
1 ideo poteſt baiulatio concedi iu extaleum, & ſic vendi, quia baiulatio eſt vniuerſitas, quæ conſiſtit in plurib. redditib. Et tunc iuriſdictio tranſit cum uniuerſitate, vt dictum fuit ſupra io cooſti. magiſtri camerarij. Aliàs ſi ſolùm conſiſteret in adminiſtranda iuſtitia, indignum eſt, vt ſacratiſſimũ iuſtitiæ miniſterium pretij vęnalitate mercetur, ut dicit tex. in d. conſtitut. magiſtri iuſtitiarij. Secundò uo. ex tex. ibi, ciuiles cauſas. ꝗ baiuli locorum omnes cauſas ciuiles, ſiue actione perſonali, ſiue reali, ſioe de parua, uel magna re, vel quãtitate agatur, cognoſcunt, & ad eorum pertinet iuriſdictionem de iure, vigore conſtitutionum regni. & ſic noo eſt verum, quòd baiuli ſolùm cognoſcant de damois datis, & de modica quantitate, imò cognoſcunt de omnibus

bus cauſis ciuilibus,etiam magnis,pręterquam de feudali
bus. & ſic habent maiorem iuriſdictionem, q̄ defenſores
de iure cōi, qui non cognoſcunt de cauſis vltra trecentos
2 ducatos,vt in Auth.de defenſo.ciui.§.iudicare.† Sed iuxta
hoc quæritur, an baiuli de iure conſtitutionum regni ha-
beant mixtum imperium? Tex.ſup.in conſt.magiſtri iuſti-
tiarij.expreſsè dicit, q baiuli habent mixtum imperium.
& hoc tenet firmiter.r.glo. hic duab.rationib.prima,quia
ex quo tex.iſte dicit, q omnes cauſæ ciuiles præter feuda-
les ſpectant ad baiulos regis, ergo & cauſæ mixti imperij:
quia,vt dicit hic gl.indefinita æquipollet vniuerſali.l.ſi ſer
uitus.ff.de ſerui. vrba. prædi.melius dixiſſet,ſm Andr.hic,
a quia qui omne dicit,nihil excludit,[a] vt C.mand.l.à procu-
ratore.in gl. q̄a dictio,omnis,eſt vniuerſalis,vt dicit Arch.
in c.diſpendia.de reſcrip.li.6.in 2.col.& in c.1.de cenſi.eo.
lib.& probatur in l.damni.§.emptor. Secunda ratio eſt gl.
quia ſi excepit cauſas feudales,ergo omnes alias permiſit,
3 arg.l. marims. C. de procu.cum concor. ſnis. † Item vltra
gl.quia exceptio confirmat regulam in non exceptuatis, ſe
cundùm Bart.in l.1.in fi.ff. de regu.iur.no.in l.generaliter.
§.uxori.ff.de vſuſruc.le. & in l.Lucius.§.plurib.& ibi Bart.
ff.ad Trebel.voluit Io.de Imo. in l.ſuus quoque.in prin.ff.
de hære. inſt. faciunt ad hoc multa iura,quæ allegat Alex.
in 4.vol.conſi.64. incip.circa præſentem dubitationem.in
prin.ſi ergo baiulus habet mixtum imperium,ergo poteſt
dare tutorem pupillis, & confirmare tutorem datum in te
ſtamēto minus ſolemni,non diſtincto, an hæreditas ſit ma
gna, vel parua, ſm Andr.hic, quia datio tutoris ſemper eſt
mixti imperij,vt dicit Bar.in l.1.ff.de iuriſ.om.iudi.& idē
firmant ibi Ang.& moder.& ex hoc infero, q baiuli poſ-
ſunt dare etiam curatorem ad litem, quia eſt mixti impe-
rij: & propterea ordinarius delegando cauſam non venit
in illa delegatione poteſtas dandi curatorem ad litem, ſm
Inn.in c.petitio.de procur.Et ſic patet,q in hoc etiam baiu
li habent maiorem iuriſdictionem,q̄ magiſtratus munici-
4 palis,† quia baiulus dat tutorem, etiam,ſi hæreditas pupil
li excedat quingentos aureos, quia habet mixtum impe-
rium, ſed magiſtratus municipalis non poteſt dare tutorē
pupillis,niſi qn̄ hęreditas eſt inſ.quingentos aureos, ut di-
cit gl.in l.ius dādi. & in l.muto.§.tutores.ff. de tuto.& cu-
rat.datis ab his.& no.Inſti.de Attilia.tut.§.pen. & in l.1.&
in l.cognitio.ff.de offic.eius cui man.eſt iuriſd.& ſic patet,
q deſenſor, vel magiſtratus municipalis non habet mixtū
imperium, ut ff.ad municip.l.ea quæ. & tamen baiulus in
regno habet mixtum imperiū. Sed quæro ſecundò de qua
dam quæſtione,quam habui de facto. Baiuli præteriti ciui
tatis Neapolis protulerunt ſententiam, à qua non fuit ap-
pellatum, venimnt poſtea noui Baiuli & coram eis peteba-
tur principaliter,ſententiam illam declarari nullā ex mul-
5 tis capitibus,dicebatur in contrarium, † q dicti baiuli nō
ſunt iudices competentes, quia baiuli non poſſunt cogno-
ſcere principaliter de nullitate ſententiæ, quia eſt hoc mix
ti imperij, vt dicebat Bal. in rubrica,extra de offi.deleg.in
7.col. ver. no. q iudices cauſæ appel. Item quia dicebatur
mihi, q baiuli ciuitatis Neapolis hodie non habent mixtū
imperium,quia Rex Ferdinādus primus limitauit iuriſdi-
ctionem baiulorum,quando illam conceſſit quōdam dño
Anto.Carraphæ,licet olim aliud eſſet,ergo ipſi nō poſſunt
cognoſcere principaliter de nullitate dictæ ſentētiæ, quod
patet etiam ex diffinitione mixti imperij, nam eſt iuriſdi-
ctio, quæ officio iudicis nobili expeditur,prius tam vtilita
tem reſpiciēs,vt patet ex ſcriptis Alex.in l.imperium. in 5.
& 9.col.ff.de iuriſd.om. iudic.& tamen baiuli ꝓdicti non
expediunt ea,quæ iudices ex nobili officio poſſunt expedi
re,quod patet,quia non ſpectat ad baiulum,ſed ad p̄ſidem
ex officio iudicis nobili inquirere malefi. vt in l.congruit.
ff.de offic.præſi.Item iſta conſtitutio dicit,q baiuli cogno-
ſcūt de omnibus cauſis,ſiue agatur actione perſonali, ſiue
reali,& nihil dixit,quòd cognoſcunt, quando imploratur
officium iudicis nobile,quod competit,quando non com
petit aliqua actio ad aliquid petendum,ut per Bart. in l.1.
ff.de iur.om.iud.& in Spec.de offi.omn.iud.§.1. & per gl.
& Ant.de But.in c.fi.de offi.iud. & Alb.de Roſ. in l.flumi-
num.§.præterea.ff.de dam.infe.ergo baiuli non poſſunt co
gnoſcere de nullitate ſententiæ principaliter officio iudi-
cis nobili. In contrarium tamen ego allegabam Bal. in l.ſi
vt proponis.vlt.colum. ver.quæro nunquid ceſſate ſenten-
tiam &c.C.quō & quando iudex.vbi dicit, q quando peti
tur,q pronuntietur ſententia nulla ab ordinario, ſicut eſt
baiulus, qui habet iuriſdictionem ordinariā à lege, vt hic,
6 iſta cā dr̄ mixti imperij, † quia quilibet ordinarius poteſt
ſuam ſententiam nullam declarare,vt tenet glo. in d.l.ſi vt
proponis.Item,quia ſi ordinarius iudex pōt delegare alte-
ri,vtrum ſnīa ordinarij ſit nulla,vt no.in l.eos. in princ. C.
de app.& in l.cum poſt ſententiam.eo.tit.ergo nō eſt mix-
ti imperij.Nec obſtat,quod dicebat Bal.in d.rub.ff.de offi.
deleg.quia Bald.ibi nihil allegat. & ideo verior eſt opinio
ſua in d.l.ſi vt proponis.vbi allegat bona iura,& ſic fuit ꝓ-
nuntiatum per præſidentes regiæ cameræ ſummariæ. Et
tanto magis,quia nō eſt verum, q fuit reſtricta iuriſdictio
baiulorum Neapol.per priuilegium regis Ferdinandi pri-
mi quantùm ad iſtum effectum, imò fuerunt oſtenſi actus
publici,q dicti baiuli ciuitatis Neapolis dederunt tutores
pupillis nobilibus,diuitibus,& coram eis etiam ſunt factæ
emancipationes,& pro hoc facit infra conſtit. quæ incipit,
conſtitutionum prædeceſſorum noſtrorum.circa fi.vbi dr̄,
q baiuli Neapoli,Salerni,& Meſſanæ ex quadam prærога
tiua de omnibus cauſis ciuilibus cognoſcunt,& Imperator
7 per iſtas conſtitutiones nihil eis vult,quod innouetur.† Itē
& tertiò quæro vna cum prima gl.hic,an baiulus poſſit co
gnoſcere de cauſa ſtatus? Reſpondet gl.& And.hic q nō,
quia iſta cauſa eſt meri imperij,vt in l.1.2.& 3.C.de liber.
cauſa,& l.2.C.de peda.iud.& ideo non pertinet ad baiulū.
Quartò quæritur hic per And.an baiulus cognoſcat de ſu-
ſpecto tutore? And.hic diſputat iſtam quæſtionem. Et pri
ma facie dicit ipſe,videtur dicendum,q poſſit cognoſcere
de ſuſpecto tutore,quia in hoc verſatur vtilitas pupilli.l.1.
ff.de ſuſpe.tut.& no.in d.l.cognitio. Item quia in cauſa ſu-
ſpecti tutoris poteſt interuenire procur. vt in l.non ſolùm.
§.fi.ff.de procu.ergo cauſa eſt ciuilis,& ſic poteſt cognoſce
re baiulus.Præterea ille,qui poteſt dare tutorem, poteſt ēt
& remouere.C.de leg. l.fi.& pro hoc l. nihil tam naturale.
ff.de re.iu.Sic enim dicimus,q qui habet poteſtatem excō
municandi,poteſt abſoluere,vt no.gl.a 1. diſt.cap.inferior.
Item quia cōtrariorum eadem eſt diſciplina, vt ibi dicitur
in gl.& in c.denique,eadem diſt.& pro hoc poſſunt allega-
ri multa generalia, quæ omitto.dicit Andr. quòd iſta pars
eſt ſatis æqua.In contrarium tamen, quòd non poſſit baiu
lus cognoſcere de ſuſpectis tutoribus,quia iſta cauſa perti-
net ad præſidem prouinciæ, vt dicit Azo in ſumma. C. de
8 ſuſpec.tuto.& probatur in l.1 §.1.ff.de ſuſpec.tuto.† Itē in
cauſa ſuſpecti tutoris, ſi feratur ſententia contra tutorem,
quia ob culpam remouetur,tali ſententia infamatur,vt In-
ſtit.de ſuſpe.tut.§.ſi quis.& facit.C.de dignit.l.iudicem.li.
12.Et ſubdit And.q durum eſt dicere contra Azon.& tex.
in l.1.ff.de ſuſpec.tut.vbi datur cauſæ cognitio.de ſuſpect.
tut.in prouincia præſidibus, & Romæ prætori ſpectat, &
ſic ex dictis eius non apparet, in quam partem ipſe decli-
nat.Ego dico fretus auctoritate Bar.in l.pe. §.ad crimen. in
1.col.ff.de publ.iu.q quandoque tutor accuſatur de ſuſpe
cto ſolùm vt remoueatur,& tunc iſta cauſa dicitur ciuilis,
& non criminalis,qm̄ per eam nihil applicatur reipublicę,
vt in l.2.ff.de ſepul.viol. Item agitur ad vtilitatem priuatā
ergo eſt ciuilis,& ſic pertinet ad baiulū.Quandoque tutor
accuſatur ſuſpectus,vt puniatur,& tunc cauſa eſt crimina-
lis,quia agitur ad vindictam,vt in d.l.1.ff.de ſuſpec.tut.cū
ſeq. & l.1.§.ſolent. ff.de offic. præfec. vrb. & tunc baiulus
non cognoſcit,quia eſt cauſa criminalis,& ita procedat opi
nio Azo.& tex.in d.l.1.† Tertiò no.ex tex.ibi,ſuper feudis
& rebus feudalibus,q baiuli locorum nullam habent iuriſ
dictionem ſuper feudis,& rebus feudalibus,tam in actioni
bus realibus,quàm perſonalibus. Sed lis de bonis feudali-

bus quaternatis ſpectat ad magiſtrum iuſtitiarium, vt ſup.
in conſt. ſtatuimus. cum concor. & lis de bonis feudalibus
non quaternatis ſpectat ad iuſtitiarum prouinciæ, vt ſup. in
conſtitutione, iuſtitiarij per prouincias. & in cõſt. præſides
prouinciarum. Sed quæro, vtrum ſi eſt qõ de pecudibus, &
animalibus exiſtentibus in feudo inter dominum feudi &
priuatum, cognoſcat baiulus, vel iuſtitiarius? Dicit Lucas
de Penna in l. ſi qñ. C. de bonis vacantib. lib. 10. ꝙ pro pecu
dibus exiſtentibus in feudo, quæ ſunt ad vſum rei feudalis
in perpetuum, & non ad tempus, cenſentur res feudales, p
l. cum quidam. ff. de fundo inſt. & per alia iura, & rõnes, vt
ibi per eũ. Vltra eum bene facit id, quod dicit Iac. de Belu.
& Bal. in c. 2. de feu. cogni. vbi licèt in bonis mobilibus nõ
conſiſtat feudum, vt ibi: tñ fallit, niſi dentur mobilia, qñ da
tur, ſiue conceditur feudum cum bonis mobilibus, tunc
mobilia illa ſunt iure feudi, & ſic de iſtis ſe non intromit-
tit baiulus, ſed ſi ſunt ad vſum feudi temporaliter, non ſunt
feudales, & per conſequens de dicta lite cognoſcit baiulus.
10 † Iterum quæro, an pro damnis datis in rebus feudalibus
baiulus habeat iuriſdictionem, ſicut in damnis datis in re-
bus burgenſaticis? Dico, ꝙ baiulus cognoſcit de iſtis dam-
nis, quia lis ſuper damnis non eſt ſuper feudo, vel re feuda-
li, quia diuerſum eſt res feudalis à damno, vel intereſſe, &
eius pretio, ſm Cy. in l. 1. C. de ædi. acti. & firmat Alc. in 2.
vol. cõſi. 167. incip. requiſitus, vt breuibus dicam. in 2. col.
Fallit, niſi ageretur pro damno criminaliter, de quo agi po
teſt ciuiliter, qñ datum eſt ex dolo, vel lata culpa, ſm Bald.
in c. 1. §. iniuria. de pace iur. fir. 2. col. voluit gl. in l. fi. de pri-
ua. delic. & vide Alex. in l. reſpiciẽdum. §. delinquunt. ff. de
pœnis. Et ideo ſi eſſet qõ de pretio rei feudalis venditæ, co-
gnoſcit baiulus, quia pretium rei feudalis nõ eſt feudum,
ſm Bald. in capit. 1. in fi. de feudo non habente propriam
naturam feudi. An & qñ pretium ſuccedat loco rei, vide
Bal. in l. ſi eum ſeruum. ff. ſi cert. pet. & per Ang. & Albe. de
Roſ. in l. ſi rem & pretium. ff. de pet. hære. Bal. in l. ſi mater.
C. de rei vend. And. in l. imperialem. §. præterea. in addit. de
prohi. feu. alie. per Federicum, & in c. 1. in verbo, plauſtro-
rum. quæ ſint regalia. & quæ dixi in c. 1. §. ſed nec eſt alia
11 iuſtior. quæ ſit prima cã benefic. amit. † Quartò no. ex tex.
ibi, ſuper minimis furtis. ꝙ baiulus cognoſcit, ſubaudi ſm
gl. hic, ciuiliter de minimis furtis, & alijs offenſis, ſiue deli
ctis. & dicitur minimum furtum vſque ad duos aureos, ſe-
cundum And. hic, per l. ſed ſi oleum. & l. ſeq. ff. de dolo. Di
cit tamen hic And. faciendo vnam oppoſitionem hoc mo-
do, videlicet, ꝙ mens huius conſt. videtur, vt de iſtis mini-
mis delictis cognoſcat baiulus, etiã ſi criminaliter agitur,
quia cum iſta conſtitutio ſupra dixit, ꝙ omnes cauſæ ciui-
les pertinent ad baiulum, ad quid poſtea poneret, de cau-
ſa minimi furti, quod poteſt eſſe vnius gallinæ, vt Inſti. de
rerum diuiſi. §. gallinarum. in fi. ſi intelligeretur, ꝙ poſſit
procedere ciuiliter, cum viderẽtur ſuperflua iſta verba, ad
euitandum hanc oppoſitionem de ſuperfluitate, dicit ipſe,
quòd fortè ideo dixit, ꝙ cognoſcit baiulus de minimis fur
tis ciuiliter, quia licèt ciuiliter procedatur in furto, tamen
hoc crimen infamat, vt in l. 1. & l. furti. ff. de his qui no. in-
fa. & tamen de his furtis minimis, quæ infamant, baiulus
12 poteſt cognoſcere, vt hic. † Sed pro declaratione quæro, v-
trum ſit verum, ꝙ baiulus poſſit cognoſcere de minimis
furtis, & alijs offenſis ẽt criminaliter? And. hic recitat qua
tuor opiniones. Prima fuit opinio gloſſæ hic, quæ dicit, ꝙ
baiulus de minimis furtis & alijs delictis nõ poteſt cogno-
ſcere criminaliter, quia de iure Longobardo pro minimo
furto eſt pœna abſciſſionis membri, vt in Longobarda de
latronibus. in tit. de furtis. Et abſciſſio membri eſt de me-
ro imperio, vt dicunt Doctor. in l. imperium. ff. de iuriſdi-
ctione omnium iudicum. & baiuli non habent merum im
perium, ideo non cognoſcunt criminaliter de minimis fur
tis, nec de alijs delictis. hæc ratio gloſſæ nõ placet Andreæ
quia leges Longobardæ in criminalibus non ſeruantur in
regno ſecundùm eum hic. ſed ratio eſt, quare baiulus non
cognoſcat criminaliter pro minimis furtis, quia de iure
communi venit arbitrio iudicis puniendus, ut in authenti-
ca, ſed nouo iure. C. de ſeruis fugit. & in Authentico, vt nul
13 li iud. § penult. † & baiulus non poteſt punire arbitrariè,
niſi vſque ad vnum auguſtalem, vt infra in conſtitut. ad of
ficium baiulorum. in fine, ideo de minimis furtis non co-
gnoſcit criminaliter. Ego dicerem, quòd licèt baiulus non
poſſit punire criminaliter furta magna, vel leuia, tamẽ mi-
nima furta poteſt punire criminaliter pœna pecuniaria v-
nius auguſtalis, quia diſpoſitio, quòd baiulus non habet iu
riſdictionem criminalem, vel non habet merum imperiũ,
non comprehendit modica, vt eſt gloſ. in authent. minoris
debitor. C. qui dari tuto. poſſunt. vbi gloſ. allegat bona iu-
ra. & Bald. in l. ſi prædium. C. de ædil. actio. cum multis cõ
cord. allegatis per dominum Ioan. Baptiſt. Cacialup. in ſuo
egregio tractatu de debitoribus fugitiuis. in tertio princi-
pali quæſito. & pro hoc facit, quod dicetur ſtatim in tertia
opin. Secunda opin. eſt, quòd baiulus cognoſcit de furtis,
& alijs delictis criminaliter hoc modo, videlicet, recipien-
do probationes, & illas, tranſmittendo ad iuſtitiarium pro
uinciæ, vt iuſtitiam faciat, & non vt ipſe baiulus puniat, ut
14 in conſtitut. proxima. † Tertia opin. eſt, quòd baiulus in
iſtis furtis minimis, & delictis habet modicam coerctio-
nem, ſicut habent defenſores, vt no. in l. fina. ff. de offic. eius
& l. magiſtratibus. ff. de iuriſdictione omnium iudicum, &
iſta modica coerctio non eſt de mero imperio, vel eſt de
mero imperio minimo, vt dicit Alber. de Roſa. in l. impe-
rium, col. 6. eodem titulo. Item defenſores ciuitatum poſ-
ſunt audire leuia crimina, vt in Authen. de defenſo. ciui. §.
audient. Quarta opin. eſt, quòd baiulus poteſt carcerare fu
res & delinquentes, ſcilicet donec mittat illos ad iuſtitia-
rium prouinciæ, vt infra, in conſtitut. ſequen. & ita intelli-
getur infra, conſtitu. dilationes. in fi. in ſecundo libro, ſub
rubrica 17. in Authen. de defen. ciui §. audient. quia carcer
de iure ciuili non eſt ad pœnam, ſed ad cuſtodiam, ut ff. de
pœnis. l. aut damna. §. ſolent. ſic etiam vincula ſunt ad cu-
ſtodiam, & non ad pœnam, vt no. in l. ſi tamen. §. ei qui. ff.
de ædi. edic. & no. in clemen. prima, de hæreti. nam & pri-
uatus ſine pœna delinquentem in flagranti per viginti ho
ras poteſt detinere, vt ducat eum ad iudicem, vt no. in l. ca-
pite quinto. ff. de adult. & ibi per Bar. de iure verò canoni-
co carcer interdum eſt ad cuſtodiam, interdum ad pœnam
15 vt eſt tex. in c. quamuis. de pœnis. li. 6. † Et ibi dicit gl. quòd
ſiue carcer ſit ad cuſtodiam, ſiue ad pœnam, non debet ibi
eſſe mixtio fœminarũ & maſculorũ. Ex quibus patet, quòd
baiulus non poteſt punire criminaliter, nec poteſt habere
coerctionem vltra vnum auguſtalem. In glo. 1. dic, vt dixi
ſupra, in 2. not. In gl. 2. Quærit hic gl. vtrum Baro poſſit cõ
ueniri coram baiulo de re burgẽſatica actione reali, vel p-
ſonali actione pro rebus mobilibus? Gl. dicit, quòd non, ſed
uenitur coram paribus, vt dicitur in conſtitu. vt vniuerſis.
rub. 45. In gl. 3. notat glo. tria genera furtorum, magnum,
minus, & minimum. magnum furtum ſpectat ad iuriſdi-
ctionem iuſtitiarij, ut ſupra, in conſtitu. iuſtitiarij nomen
& normam. & in conſtit. iuſtitiarij per prouincias. ſiue aga
tur criminaliter, ſiue ciuiliter. Sed minus furtum & mini-
mum ſpectat ad iuriſdictionem baiuli, ſi ciuiliter agatur,
vt tenet hic gl. & dictum fuit ſupra, in 4. nota. In eadẽ ibi,
16 Item habes. Quærit hic glo. † an pro furto leui domeſtico
poſſit agi criminaliter coram iuſtitiario, vel coram baiulo
ciuiliter? Dicit glo. quòd pro furto leui facto à domeſtico,
non poteſt fieri accuſatio criminalis, vt in l. reſpiciendum.
§. furta. & ibi etiam Bart. ff. de pœnis, & no. in l. ſi libertus.
ff. de furtis. Et dicitur furtum leue, vel magnum ſecũdum
qualitatem perſonarum, & quantitatem rei ſubtractæ, ut
in l. ad ea. ff. de reg. iur. ſecundùm Bart. in d. §. furta. & not.
in l. 2. C. de teſti. per Bal. & Doct. in cap. literis. de teſtibus.
Si furtum factum à domeſtica perſona eſſet magnum, tũc
bene poteſt procedi criminaliter per iuſtitiarium, ut dicit
17 gl. in d. §. furta. & no. in l. apud antiquos. C. de furtis. † &
quando furtum eſt magnum, æquiparatur tribus partis,
ut dicit Bal. in auth. ſed nouo iure. C. de furtis. Et ſic poteſt

ſuſpendi

ſuſpendi per capitulum regis Caroli Primi, quod incipit
ad hæc. Et ego vidi, quòd magna Curia ſuſpendit quãdam
ſeruam Periocti Vilaguæ propter magnum furtum, quod
illa fecit ſibi, quod quidem fuit repertum, ipſa confitentè.
Et inquantum gl. dicit, quòd pro furto domeſtico leui non po-
teſt agi ciuiliter, intellige actione furti, vt dicitur in d. l. ſi li
bertus. Sed bene agitur actione rerum amotarum, vel con
dictione. l. ſi me & Titium. ff. ſi certum petatur. ibi, quia pe
cunia mea ad te peruenit, eam mihi à te reddi, bonum, &
& æquum eſt. Io gl. 4. quæ eſt finalis, dic vt dictum fuit ſu-
pra, in 4. not. Hic non ſunt alia.

ANNOTATIO.

a Excludit.] Ad idem vide tex. in l. Iulianus. ff. de leg. 3.

De fure capto per baiulum iuſtitiario aſsignando cum re furtiua. *Rub. LXIIII.*

HÆC rubrica non debet hic eſſe, ſed ſuf-
ficiebat rubrica præcedens de officio ba
iulorum, quia tam in conſtitutione ſe-
quenti, quàm in conſtitutione, quæ inci
pit, ad officium baiulorum, tractatur de
his, quæ pertinent ad officium baiulo-
rum: ſed poſtquam reperitur rubricata, continuatio patet
ex ſeipſa.

SVMMARIVM.

1 *Baiulus ciuilem tantùm habens iuriſdictionem, abſque commiſ ſione poteſt capere furem.*
2 *Priuatus, cuius intereſt, furem capere poteſt, & ad iudicem ducere.*
3 *Iuſtitiarius an poſsit condemnare principalem, & fideiuſſores ex obligatione per baiulum recepta à fure de ſe repræſentando.*
4 *Iuſtitiarius an poſsit reum condemnare ex confeſsione facta coram baiulo.*
Confeſsio facta coram iudice incompetenti, non probat coram incompetenti.
5 *Ratificatio non poteſt validare id, quod à principio nullum fuit.*
6 *Furtum magnum punitur publicatione omnium bonorum.*
7 *Defenſor ciuitatis & baiulus ex hoc, quod delinquentes carcera re, & ad præſidem remittere poſſunt, non dicuntur merum im perium habere.*
Iudex criminalis cauſa ob ſuſpicionem ſaga incipere poteſt à captura perſona.

BAIVLVS ſi furem. Baiulus ſi aliquẽ
furem ceperit extraneum de magno,
vel minori furto, non dimittat eum, ſed
aſſignet eum iuſtitiario cum re furtiua,
& omnibus bonis ſuis: ſi verò fuerit ci-
uis, vel villicus, ſimiliter aſſignet iuſti-
tiario. Et per baiulum omnes res eius mobiles ipſius furis
debent vendicari ad vtilitatem regij fiſci, hoc dicit. Nota
1 primò ex textu ibi, ceperit. mirabilem textum, † quòd ba-
iulus, qui nullam habet iuriſdictionem criminalem, ſed tã
tum ciuilem, poteſt capere ſine commiſſione iuſtitiarij fu-
rem, qui furatus eſt etiam magnas res cum violentia, vel
ſinè violentia, & tenetur ipſum aſſignare iuſtitiario, & ſic
non poteſt ipſum relaxare, poſtquam cepit eum, vt hic: re
gulariter autem, qui poteſt carcerare, poteſt etiam de cri-
mine coercere, ut dicit Lucas de Penna in l. nemo carce-
rem. C. de exactoribus tribu. dum allegat legem primam.
C. de curioſis, libro duodecimo. & ibi dicit etiam, quòd
carcer eſt de mero imperio, & tamen hic in baiulo ſecus
eſt. Sed quæro, an ſicut licet baiulo capere propria au-
ctoritate fures, & ducere ad iuſtitiariũ, ita etiam liceat pri-
1 uato auctoritate propria capere furem & ducere ad iuſti-
2 tiarium? † Et certè priuato, cuius intereſt, furem fugientẽ
licet capere, & vinctum ducere ad iudicem, ſecundùm Spe
cul. in tit. de accuſatore. in ſecunda parte. §. primo, verſicu.
idem fortè in debitore, argum. l. ait prætor. § ſi debitorem.
ff. quæ in fraudem credito. & in Authent. vt iud. ſine quo-
quo ſuffragio. §. neceſsitatem. & in Auth. vt nulli iudicum.
§. ſi vero eius non intereſt, & tunc in publicis criminalibus
in ipſo actu delinquendi, vel immediate poſt, & ſic in fla-
granti delicto quilibet poteſt eum capere, & præſentare iu
dici, per l. capite quinto. ff. de adult. etiam ſi eſſet clericus,
vt in c. vt famæ. de ſen. excom. dummodo non detineat per
decem horas, ſecundùm Angel. in l. 1. C. de priua. carce. &
Bartol. in d. l. capite quinto. aliàs ex interuallo nemo poſſet
eum capere ſine commiſsione iudicis, vt no. Bartol. in l. ſi
quis in ſeruiture. ff. de furtis. & habetur in cap. cum non ab
homine. de iudicijs. & voluit Bald. in l. itaque. ff. ad legem
Aquiliam. & firmat Ioan. Bapt. de Cacialupis in tracta. de
debitoribus fugi. ver. 4. principaliter quæritur. Ex quibus
infero, quòd baiulus poteſt ratione ſui officij etiam ex in-
teruallo capere furem, & ducere ad iuſtitiarium, quod non
3 licet priuato. † Secundo quæro, quid ſi baiulus non capit
furem, ſed recipit ab eo obligationem cum fideiuſſoribus
a de ſe præſentando certa die ſub certa pœna perſonaliter [a]
coram iuſtitiario prouinciæ, & iſte die ſtatuta non ſe præ-
ſentauit, an iuſtitiarius ex iſta obligatione recepta per baiu
lum poterit condemnare ipſum principalem, & fideiuſſo-
res ad pœnam contentam in obligatione prædicta? Reſpõ
detur, quòd dicta obligatio recepta per baiulum potuit ab eo
recipi, quia habet iuriſdictionem ciuilem, & ideo facit fi-
dem non ſolum coram eo, ſed etiam corã alio iudice, quia
ſic expreſsè cautum eſt in obligatione, ſecus ſi non eſſet di-
ctum, vt in l. cum apud. ff. iudica. ſolui. quæ eſt lex ſingu. ſe-
cundùm Bart. ibi, non tamen iuſtitiarius condemnabit ip-
ſos obligatos ad dictam pœnam, niſi prius eis citatis ad di
cendum, quare non debet exigi pœna contenta in dicta ob
ligatione. And. hic pro allegat conſtitu. ſi quem noſtrorum
fidelium. & in l. item eorum. §. ſed ſi. ff. quod quiſque vni-
uer. nomine. bene facit ad hoc id, quod dicit Bart. in l. 1. ff.
ſi quis ius dicenti non obtempera. quòd ſi quidem obliga-
tio pœnalis eſt recepta coram alio iudice, non poteſt pro-
cedi per iudicem, qui non recipit eum ad pœnam ſine cita
tione, & termino dato ad ſe defendendum, per text. in §. ſi
non crimen. in Auth. de ſanc. epiſc. ſed ſi fideiuſsio de præ-
ſentando fuiſſet recepta per iuſtitiarium, tunc abſque libel
lo & mero officio, ſolùm citatione præmiſſa, compellit fi-
deiuſſorem ad ſoluendum pœnam, arg. l. ſi qñ. C. de bonis
vacan. lib. 10. & c. ad noſtram. de iureiu. & l. fi. C. de excep.
rei iud. ſecundùm Ang. in l. ſi quis reum ff. de cuſt. reorum.
4 † Sed iuxta hoc quæro, & tertiò, an ſi captus à baiulo pp
aliquod delictum cõfitetur coram baiulo, ſe tale delictum
commiſiſſe, & baiulus per ſuum magiſtrum actorum ſcri-
pſit per longum eius confeſsionem, & tranſmiſit illam cõ-
feſsionem iuſtitiario, verum iuſtitiarius ex cõfeſsione facta
b coram baiulo poſſit ipſum condemnare.[b] Dicit Barto. in l.
magiſtratibus ff. de iur. om. iud. quòd non, per l. diuus. ff. de cu
ſto. reo. & ff. de teſti. l. 3. §. item diuus. Et ratio eſt, quia fuit
facta coram iudice incompetenti, quæ non probat compe-
tenti. C. ne de ſtatu defunctorum. l. ſi pr. & c. at ſi clerici. de
iudic. voluit Cyn in l. prima, quarta q. C. de confeſ. & An-
ton. de Butr. in cap. per inquiſitionem. de elect. & in Spe. de
confeſſis. §. nunc videndum, Alex. in 1. vol. conſil. 96. in 4.
col. & Alb. de Roſ. in d. l. magiſtratib. & dicit Bar. in l. obſer
uare. ff. de offic. procon. quòd ſi coram iuſtitiario dictam con-
feſsionem ratificaret, non valeret, quia cum illa cõfeſsio re
cepta per baiulum fuit nulla, non potuit ratificari, per no.
in l. vnica. C. qui pro ſua iuriſdictio. ſit ergo cautus iuſtitia-
rius, vt confeſsionem illam non faciat ratificare, ſed de no-

uo ipſum principaliter faciat confiteri, & ſcribi in actis, & tunc valebit eius confeſſio, ſicut dicimus, ſi aliquis fuit tortus ſine indicijs, ſi confitetur, illa confeſſio non valet vt dixi poſt Andream ſuprà in conſtitutione, ſi damna clandeſtina. ſi poſtea iudex facit ipſum confeſſionem ratificare in banca, nihil valet illa ratificatio, ſecundùm Angel. & Io.
5 de Imo, in l. qui in aliena. §. Celſus. ff. de acq. hære. † Et pro hoc facit, quia ratificatio non operatur circa illud, quod à principio fuit nullum, vt dicit Paul. de Caſtr. in 2. volum. conſilio 298. incipiente, quòd dictum præceptum veniat reuocandum. per gl. in l. licet. in fi. ff. de iud. & C. de iu. fiſci. l. 2. lib. 10. & in c. prudentiam. in princ. de offi. deleg. Quartò quæro, quid ſi baiulus recepit obligationem cum fideiuſſione illius delinquentis de ſe præſentãdo intra certum tempus coram iuſtitiario, & non fuit adiecta pœna, & ille non paruit in tempore, quomodo procedet contra eum iuſtitiarius? Dic, quòd exigetur pœna conſueta in ſimilibus caſibus exigi ſolita, vel ſuo arbitrio habito reſpectu illius, quod conſuetum eſt, vt in l. ſi quis reum. ff. de cuſt. reo. & ibi per
6 Ang. † Secundò no. ex tex. ibi, res autem mobilis, quòd pro furto magno imponitur etiam pœna publicationis omnium bonorum mobilium ipſius furis. ſic etiam bannitus per cõtumaciam, ſi per annum perſeuerauit in contumacia, irrecuperabiliter omnia bona ſua immobilia ſunt fiſci, vt dicit glo. in conſtit. foriudicatorum bona. per tex. in conſtitut. ſi quando. Et dicit hic And. quòd iſta conſtitutio fuit condita per regem Gulielmum primum, quoniam rex Gulielmus ſecundus fuit bonus, quaſi velit dicere, quòd in hoc iſta conſtitutio non eſt bona, quia de iure Romano pro furto non publicabantur bona mobilia, vt in §. fin. in Authent. vt nulli iudicum, & plene no. in authent. bona damnatorum. C. de bonis proſcript. Et eſt ſciendum, quòd rex Gulielmus primus fuit pater regis Gulielmi ſecundi, & iſte rex Gulielmus ſecundus fuit mortuus ſine filijs anno Domini, M C LXXXXV. ſuperſtite ſibi Domina Conſtãtia amita ſua, quæ fuit monialis, & ex diſpẽſatione apoſtolica fuit vxor Imperatoris Henrici patris Imperatoris Federici, qui fecit iſtas conſtitutiones. In gloſſa vnica, dic vt dixi in pri-
7 mo notab. Et ſic patet ex iſta gloſſa, † quod defenſor ciuitatis poteſt delinquentes carcerare, & remittere eos ad præſidem, vt in dicto §. audient. in Authentico, de defenſoribus ciui. ex hac coerctione nec ipſe, nec baiulus dicitur habere merum imperium, & pro hoc l. defenſores. C. de defenſo. ciuita. vide Albericum de Roſa. in d. l. imperium. in 7. col. verſic. item quæritur de miſſione in carcerem. & vide Abb. Sicu. in c. quod ſedes. de officio ordin. vbi dicit, quòd merum imperium dicitur ſex modis, vt ibi per eum. Et ex hoc infertur, quòd ſicut iudex cauſæ criminalis poteſt incipere à captura perſonæ propter fugæ ſuſpicionem, vt dicit Bal. in l. conſentaneum. C. quomodo & quando iudex, & Sal. in l. abſentem. C. de accuſat. & Ang. in tractatu de maleſi. in verbo, iudex commiſit. & vide Bar. in l. ſacrilegij. C. ad legem Iuliam peculatus. ita etiam iudex cauſæ ciuilis propter fugæ ſuſpicionem incipit à carceratione inculpati, & mittit ad iuſtitiarium, vt hic vides.

ANNOTATIONES.

a Perſonaliter.] An ſi fideiuſſor, qui fideiuſſit, aliquem accuſatum de ſtando iuri, & de ſe præſentando toties quoties fuerit requiſitus, teneatur ad pœnam, ſi accuſatus fractis carceribus aufugit? Vide Matth. deciſ. 130. & an promittens præſentare toties quoties per binam præſentationem liberetur? vide Pau. de Caſt. in l. 2. § fideiuſſorem. col. 2. ff. qui ſatiſdat. cogan. & Bart. in l. Græce. §. & poſt. in additione ibi, ſuper verbo, diuus Im. ff. de fideiuſſoribus, & an poterit exigi pœna ab eo, qui promiſit præſentare toties quoties, ſi non fuerit accuſata? Vide Matth deciſ. 3. Batius.

b Condemnare.] Adde, an iudex, cui remittitur reus vnà cum actis, teneatur ſeruare acta iudicis remittentis, aut de nouo facere proceſſum? Vide Doct. in d. l. magiſtratib. & Bart. in l. diuus. ff. de cuſtodia reo. Bal. in l. clericus in fi. C. de epiſc. & cler. vide tex. in Auth. de ſanctiſſ. epiſ. § ſi verò crimen. & ibi Bal. col. 9. Sal. in l. 5. C. de exhibend. reis, vbi optime loquitur. Batius.

SVMMARIVM.

1 *Baiulus tenetur pœnas exigere à vendentibus alimoniam vltra aſſiſiam. per deputatos taxatam.*
2 *Baiulus librum habere debet, in quo ſint taxata rerum pretia.*
3 *Vendentes victualia vltra aſſiſiam per deputatos taxatam incidunt in pœnam.*
4 *Menſuris & ponderibus falſis vtens, de iure Digeſtorum eſt relegandus.*
Menſuræ æneæ & lapideæ per ciuitates ſtatuendæ.
5 *Baiulus pœnam petit ab artificibus & operarijs, quod promiſerant non implentibus.*
6 *Iuramentum ſuppletorium an habeat locum in pœnis in curia baiulorum.*
Curia baiulorum in regno eſt domini regis.
7 *Baiulus inquirere debet diligenter, ſi quis vltra libram aſſiſiæ vendiderit.*
8 *Baiuli in quibus bannis pœnam apponere poſſint.*
9 *Sententia in quinquaginta, an valeat lata à iudice, qui non poterat cognoſcere niſi in quinquaginta, & cognouit in centum.*
10 *Cautio fideiuſſoria vitiatur ob difformitatem obligationis principalis cum fideiuſſoria.*

AD OFFICIVM baiulorum. In hac conſtitutione proſequuntur ea quæ pertinent ad officium baiulorum, nam vltra iuriſdictionem ciuilem, quam habent, & mixtum imperium, vt in conſt. præcedenti dictum eſt, pertinent etiam
1 ad officium baiuli tria, quæ hic continentur. † Et primò exigere pœnas ab illis, qui vendunt res ad alimoniam vltra aſſiſiam taxatam per deputatos. Item exigere pœnas ab illis, qui vendunt cum ponderibus & menſuris non mercatis cum merco officialis, & deputati ad mercandum pondera, & menſuras. Et ſic pœnas vendentium cum falſis ponderibus, vel falſis menſuris, quæ pœna ponitur iuſta, in tertio libro, in conſtitutio. ad legitima pondera. Sed quia illa pœna eſt exceſſiua, non poteſt pertinere ad baiulum, licèt And. ibi teneat, quòd pertinet ad baiulum. ideo in hoc iſta conſtitutio, quæ fuit primi regis Rogerij, corrigitur per dictam conſtitutionem, legitima pondera. quæ fuit Imperatoris Federici. Item exigere pœnas conuentionales ab illis, qui locauerunt operas ſuas, vel artificium, & poſtea non obſeruant, & committunt dolum in operibus, quas quidem pœnas integras debet exigere, & ſi totam, vel partem remiſerit gratiam faciendo, quicquid remiſit, de
2 ſuo fiſco regio perſoluat. † Secundò ibi, habebunt. ad officium dictorum baiulorum ſpectat habere librum, in quo ſint taxata pretia rerum venaliũ, nec non pondera, & menſuras ſcriptas, ſignatas per ſeipſos, & iudices ſuos. Et quolibet menſe diligenter inquirat apothecarios, & vendentes reſcriptos in libro aſſiſiarum, ſi aliquis exceſſit, & trãſgreſſus eſt aſſiſiam, vel pondera, & menſuras, & in his dicti baiuli non committant negligentiam. Tertiò ibi, pœnas bannorum. ad officium baiuli pertinet etiam emittere banna de conſilio iudicum, & aliorum fidelium officialium regis, ſubaudi ſecundùm Andream hic in magnis forfactis, ideſt, in delictis, vbi venit imponenda pœna pecuniaria, vt dicit gloſſa ſecunda, in capitulo, ad audientiam. de præſcriptio. dummodo in banno non ponatur pœna vltra vnam vnciam, & ipſam à contrauenientibus banno, ſine remiſſione recipere, non omittant. In alijs verò bannis, & inſolentijs, & contumacijs baiuli non poſſunt partibus coram ſe litigantibus indicere pœnam, niſi vnius auguſtalis. hoc di-
3 cit iſta conſtitutio ſic declarata. † Nota primò ex textu ibi, aſſiſiarum pœnas. quòd illi, qui vendunt res comeſtibiles, in quibus ſtatuta eſt aſſiſia per officiales deputatos, ſi vltra dictam aſſiſiam vendunt, incidunt in pœnam ſtatutam, & exactio dictarum pœnarum ſpectat ad baiulos, vt hic

hic. Sed in ciuitate iſta Neapolitana per ſex menſes iſtud
officium ſpectat ad nobiles, per tres alios menſes ſpectat
ad populares, & per alios tres menſes competit ſcholari-
bus in iure. De iure verò Authenticorum prouidetur, q
vendantur res iuſta menſura, & iuſto pondere, & ſpecta-
bat ad Comitem ſacrarum largitionum, vt in Authẽtico,
de collatorib. §. ſinautem collatores. de iſta materia aſſiſię,
ad quos ſpectat, vidimus ſuprà in conſtitutione, magiſtros
camerarios. ſub rubrica 58. & ibi remiſi. Secundò no. ex
tex. ibi, ponderibus, & menſuris. q baiuli tempore huius
a cõſtitutionis inquirebant, quis vtebatur falſis menſuris, [a]
vel falſis ponderibus, olim etiam hoc pertinebat ad defen
4 ſores ciuitatis, vt in l.iubemus. C. de defenſo. ciui. † Sed mi
ror de hoc, quia de iure Digeſtorum, qui vtebantur falſis
menſuris, vel ponderibus, relegabantur, vt in l. penul. §. ſi
venditur. ff. de furtis. & in l.annonas. in fi. ff. de extraordi.
crim. vide bonam gl. in l.arbitrio. §. de eo. ff de dolo. & de
fenſores non poterant relegare, quia relegare eſt meri im-
perij, vt tenet gl. Inſti. quib. modis ius patriæ poteſta. ſolui
tur. §. relegati. & Albe. in l.imperium. 6. col. dicit, q com-
muniter tenetur, niſi dicamus, diſtingue tempora, & con-
cordabis ſcripturas. ſed per conſti. præallegatam, legitima
pondera. declaratur, quæ ſit iſta pęna, & per capitulum re-
gis Caroli primi, quod incipit, item prædicti ſecreti. char.
18. corrigitur hæc conſtitutio in hoc, inquantùm dicit, q
hæc inquiſitio pertinet ad baiulum, nam non ad ipſum,
ſed ad ſecretum pertinet, & in hac ciuitate pertinet ad ma
giſtros rationales regiæ Siclæ. Et dicit And. in d. conſti. le
gitima pondera. q illi, ad quem pertinet inquiſitio prædi-
cta, competit pœna. Et ad euitandum iſtas fraudes debent
ſtatui menſuræ æneæ, & lapideę per ciuitates, vt vnuſquiſ
que ſciat debitas menſuras, dicit tex. in l.modios. C. de ſu-
ſcepto. præpoſitis & archariis lib. 10. quia omnes ad com
munem menſuram terrę ſoluere debent, vt no. in c. ex par
5 te. de cenſib. per l.imperatores. ff. de contrah. emp. † Ter-
tiò no. ex tex. ibi, locatoribus operarum. q quando artifi-
ces & operarij promittunt ſub pęna aliquod artificium,
vel operationem facere, & poſtea non obſeruant, baiulus
debet cognoſcere & exigere pęnam irremiſſibiliter. Hoc
verum puto, ſi pœna à parte fuiſſet incuſata, & non aliter.
Ideo dicebat Bart. in l.commiſſoriæ. C. de pact. inter emp.
& vend. q qui poſt terminum petit rem, & nihil dicit de
pęna, videtur renuntiare petitioni pœnæ, niſi in contractu
eſſet clauſula, rato manente pacto, vt in l.qui fidem. ff. de
tranſa. vide in l.fi. ff. de eo quod certo loco. Faciunt ad hoc
ea, quæ dixi in deciſionibus meis, deci. 3. Item verum, ſi
notarius illam pœnam ſtipulatus eſt fiſco, ſecundùm Bar.
in l.arbiter certo die. ff. de arbitris. per l. 1. C. de iure fiſci.
6 lib. 10. quam legem allegat Pet. de Anch. in conſi. 1. † An
autem in iſtis pœnis in curia baiulorum, ſi ſit ſemiplenè
probatum, habeat locum iuramẽtum ſuppletorium? Dic
q non, vt voluit no. Bal. in l. 1. verſi. 3. oppo. C. de his quæ
pœnæ nomine. gl. a. eſt in c. tam literis, in prin. de teſtib. &
habetur in l.admonendi. in fallentiis. ff. de iureiur. Præpo
ſitus in c. uaſallus ſi feudum. ſi de feu. fue. controu. inter
domi. & agna. An autem legiſtæ veniant appellatione ope
rariorum? Vide Lucam de Penna in l. 1. C. de excu. artifi. li.
10. Et dicit vnum verbum dolendum Lucas ipſe in l. 1. cir
ca fi. C. de mul. & in quo loco. quòd in regno operarij &
artifices maiora lucra & dona percipiunt, quàm legiſtæ.
Quartò no. ex tex. ibi, quas ſi in totum, uel in partem dimi
ſerit. q omnis curia baiulorum in regno eſt domini regis,
niſi oſtendatur priuilegium regis, uel id, quod habetur lo
co eius, & curia baiulorum eſt regis, probat iſte tex. quia
vult pœnas irremiſſibiliter exigi, & ſi in totum, vel in par-
tem baiuli remittant parti, debet de ſuo reſarcire regio fi-
ſco, & ſic pęnæ non ſunt baiulorum, ſed regij fiſci, & ideo
non poſſunt facere gratiam, ut hic, & ſuprà in conſti. puri-
7 tatem. ibi, nulli honori & gratiæ deferentes. † Quintò no.
ex tex. ibi, perquirendas. q ad officium baiulorum ſpectat
inquirere diligenter, ſi aliquis uendidit ultra libram aſſi-
ſię. Item ſi aliquis commiſit fraudem in pondere, vel men
ſura, & ſi vendidit cum falſis menſuris, & ponderib. nam
non ſolùm de iure ciuili hæc ſunt prohibita, vt dixi ſuprà,
in a. notab. ſed etiam prohibitum eſt per legem veteris, &
noui teſtamenti, ut patet ex allegationib. adductis per Lu-
cam de Penna in d. l.modios. ſed ei adde, q de iure canoni
co, qui vendit cum falſis menſuris, & falſis ponderib. de
bet pro pœnitentia ieiunare. 30. diebus in pane & aqua, ut
in c. 2. de emp. & vend. licèt ſm Io. And. ibi omnes pęnę in
foro pœnitentiali hodie ſunt arbitrariæ. Sextò no. ex tex.
ibi, ne diu graſſari. q per exactionem pœnarum à delin-
quentibus ipſi, & alii timore pęnæ abſtinent in idem deli-
ctum incidere. & ideo pęna in exemplum aliorum infer-
tur, vt in l.moueor. C. ſi ſeruus exporta. væneat. Ex alibi di
citur, q pęna vnius debet eſſe metus multorum, ut in l.ca
8 pitalium. §. famoſos. ff. de pœ. cum concor. † Septimò no.
ex tex. ibi, de conſilio iudicum, & aliorum noſtrorum loci
fidelium, q baiuli in bannis, quæ fiũt de cõſilio iudicum,
& fidelium loci domini regis poſſunt apponere pœnam
infra unciam. ſed in aliis cõtumaciis, & inobedientiis præ
ceptis non poſſunt imponere pęnam niſi vnius auguſtalis.
habet ergo maiorem auctoritatem bannum baiuli cum
cõſilio iudicum, & fidelium regis in loco illo, q̃ bannum,
quod baiuli emittunt ſine conſilio prædictorum, & hoc
colligitur ex maiori pęna, quę imponitur in illo, q̃ in iſto.
Baiuli enim de per ſe non poſſunt imponere pęnam vltra
unum auguſtalem, ut hic, & infrà in conſtitutione, pęnam
nouem vnciarum. ſub rubrica, de pœna contumaciæ. Sed
iuxta hoc quæro, pone, q baiuli condemnauerunt quen-
dam ad pænam ultra auguſtalem, vel vltra unciam, quan-
do condemnauerunt de conſilio iudicum, & fidelium re-
gis, nunquid valeat condemnato, ſaltem in vno auguſtali
ad minus. Gl. in c. ea quæ, de reg. iu. lib. 6. arguit ad partes,
& non decidit. Prima facie videtur dicendum, q valeat in
b vno auguſtali. [b] arg. C. de donat. l.ſancimus. in princ. & §.
ſin autem. & l.donationes. in fi. ff. eo. tit. & C. ſi cer. peta. l. ſi
pro mutua. Et pro hoc facit, quod dicit Bal. in auth. ſi quas
ruinas. C. de ſacroſ. eccle. q ſi eccleſia ſolita eſt concedere
vſq; ad tertiam generationem, & conceſſit vſq; ad quar-
tam, ualebit ſolùm vſq; ad tertiam, de quo tamen per Lu-
do. in l. 1. §. ſi ſtipulante. ff. de ver. obli. & per Io. de Imo. in
l.quod dicitur. eo. titu. & per Iaſ. in auth. qui rem. C. de ſa-
croſ. eccle. vbi multa allegat. Item facit pro hac parte gl. in
l. 2. C. de re iud. quam ſequitur Io. And. in addi. Spe. in tit.
de ſen. §. inſta. verſ. item q eſt nulla ratione quantitatis. In
contrarium facit id, quod dicit Albe. de Roſa. in l.ſi idem
9 cum eodem. circa fi. ff. de iuriſ. om. iud. † ubi format iſtam
quæſtionem, ſi iudex non poterat cognoſcere. niſi vſq; ad
quinquaginta, cognouit de centum, an valeat ſententia in
quinquaginta. & dicit quòd non, quia ſententia non de-
bet pro parte ualere. ff. fam. erciſ. l.in hoc iudicio. & ita te-
net gl. in l.fi. ff. de iuriſ. om. iud. ubi dicit, quòd iſta opinio
communiter tenetur, & hanc partem firmat Bar. & alii, ut
referunt Alex. & Iaſ. in d. l.fi. Et pro iſta opinione vltra eos
allego id, quod dicit Dominicus de ſancto Gemi. in c. fi.
de pę. & re in. dicens, quòd epiſcopus non poteſt dare niſi
40. dies de indulgentia. ſi dedit plus non ualet, etiam quo
ad quadraginta. alleg. Io. Mon. ibi, ſed Ioan. And. ibi tenet
contra. Item addo Pau. de Caſt. in l.precib. in fi. C. de pre-
ci. imper. offe. ubi dicit, quòd princeps poteſt dare dilatio-
nem quinquennalem debitori, ſed excedere non poteſt.
ſed ſi exceſſit, quia conceſſit dilationem uſq; ad ſeptem
annos, non ualet etiam quoad quinq;, hanc partem firma
uit Neapodanus noſter in d. l.fi. de iuriſ. om. iud. quam ip
ſe reperijt, quia illam habuit in punctis. & ego illam ha-
beo ſcriptam eius propria manu. Item quia hic eſt unum
capitulum, & ideo non ualet in totum. C. de tranſ. l.ſi ex
10 falſis. & ff. de minori. l.etiam. §. 1. † Et propter difformita-
tem obligationis principalis cum fideiuſſoria uitiatur e-
tiam fideiuſſoria cautio, ut in l.Græcè. ff de fideiuſſ. Qua-
c re concludo cum cõmuni opinione, quòd ſi baiulus [c] vl-

tra vnum auguſtalem condemnauit, non valet condemnatio. Et pro hoc allego tex. in l. certa ratione. C. quando prouocare non eſt neceſſe, & ibi hoc expreſsè firmat Ang etiã in vno auguſtali.

ANNOTATIONES.

a Menſuris.] An committent cũ falſis mẽſuris duas fraudes, & obtinuit gratiam, an pro tertia fraude debet ſuſpendi? Vide Matth infra, in conſtitutione, ad legitima pondera. Batius.

b Auguſtali.] Adde, ꝙ regula in eo, quod plus. ff. de reg. iu. procedit in ſententia ſecundum nota. in d. regula, in eo, quod plus. & tex. in l. ſi quis cum totum. ff. de exceptione rei iudi. & an procedat in teſte? Vide per eundem Decium, in dicta regula. Batius.

c Quod ſi baiulus.] Baiulus ſi condemnat quẽ in pęna excedẽte auguſtalem, talis condemnatio non valet non ſolùm in illa pęna impoſita, ſed etiam in auguſtali tantùm. ita Afflic. hic alleg Paul. de Caſt. in l. precibus. in fi. de precib. Imp. offe. C. dum loquitur de dilatione, corruptè tamen, quia Pau. ibi nihil dicit, ſed hoc dixit in l. quoties. in fi. eod. tit. Adde, ꝙ pro iſta opi. Affl. facit glo. not. in §. fideiu. Inſt. de fideiuſſ. quæ uoluit, ꝙ licet quis ſe obligaret pro aliquo, & talis obligatio valeat, toto tit. ff. & C. de fideiuſ. tamen ſi obligaret ſe in plus quàm principalis, tunc talis obligatio nõ valebit etiam in eo, in quo obligatus fuit principalis, quia talis obligatio eſt contra illum tex. diſponentem, fideiuſſores non poſſe in plus obligari quàm principales. & illã ſemper tene mẽti, & dicta hic per Afflic. de emphyteuſi in hoc quęſtione refert Dec. in l. 1. col. fi. nu 36. C. de pact. de quibus vide omnino Cremenſem ſing. 115. & ibi bonam apoſtill. quam adducit. & vide Afflic. deciſ. 107. nu. 3. & deciſ 358. in fi. ibi. quinta & vlti. ratio. & facit, quod not. Rom. ſingul. 715. nunquid reſcriptum.

De pœna negantis depoſitum, vel mutuum. Rub. LXV.

DICTVM eſt ſupra, quòd baiuli nõ poſſunt mulctare niſi vſque ad vnum auguſtalem, verùm quia coram baiulis petebatur reſtitutio mutui, vel depoſiti, vel rei commodatæ, & conteſtabatur lis per negationem, & poſtea actor conuincebat conuentum, ita quòd ſententia debet ferri contra ipſum negantem, dubitabatur ibi, qua pœna poterat condemnari per baiulos iſte, qui negauit mutuum, uel commodatum, uel depoſitum, & poſtea conuincebatur, an ad vnum auguſtalem tantùm? Et iſta videbatur parua pœna, vel alia pœna. ideo ſequitur hæc rubrica, de pœna negantis depoſitum, vel mutuum, vel commodatum. Alij habent ſic rubricam, de quibus cauſis baiuli tertiariam debent accipere. Alij verò habent ſic rubricam. de mutuatione, & recommendatione pecuniæ, ſed melior eſt rubrica, de pœna negantis depoſitum, mutuum, vel commodatum.

SVMMARIVM.

1 *Conſuetudines ſuperuacua & illicita per regem ſunt extirpanda.*

2 *Lex ſubiectos tantùm ligare poteſt.*

3 *Libellus ſuper depoſito, mutuo, vel commodato ſi fuerit ineptus, non punitur negans reus conuentus.*

4 *Pœna dupli incurſa per eum, qui propriam negat ſcripturam, cui ſit applicanda.*

5 *Conuentus actione mutui ſi neget in litis conteſtatione, & poſtmodum fateatur, an ſit puniendus.*

6 *Mulcta in conſtitutione regia maieſtatis contenta tribus concurrentibus locum habet.*

7 *Conuentus actione depoſiti poſt negationem tranſigens cum actore, an ſit puniendus.*

8 *Stipulatio ſine cauſa eſt inualida.*

9 *Subrogatum eius dicitur naturam ſapere, in cuius locum ſubrogatur.*

10 *Feudum nouum dicitur, in cuius confirmatione aliquid additur.*

11 *Lis & cauſa in quibus differant.*

12 *Præceptum per iudicem die feriato fieri poteſt.*

13 *Iudex dans tempus ei, qui confeſſus eſt debitum, intra quod ſoluat, an debeat eundem cogere ad cauendum fideiuſſoribus*

a REGIÆ maieſtatis. [a] Si cõuentus actione mutui, depoſiti, vel cõmodati negauerit mutuum, depoſitum, vel commodatum. Et poſtea lite pendente, antequã conſtiterit de debito prædicto petito, confeſſus eſt debitum, in nihilo debet puniri. Sed ſi perſiſtit in negatione, & actor probauit legitimè mutuum, vel commodatum, vel depoſitum, baiulus debet eum condemnare ad reſtitutionem ipſius, necnon ad tertiam partem eius, quod negauit, & probatum fuit, quando ſequuta eſt ſententia condemnatoria, commodis regij fiſci applicandam. h. d. tota iſta conſtitutio. vel ſic ſecundùm intellectum infrà, conſtitutionis conſtitutionum noſtrorum prædeceſſorum, in prin. conuentus actione mutui, depoſiti, vel commodati pro ſalario baiulorum debet ſoluere tertiariam, ſi negetur debitum, & poſtea probetur.

1 † No. primò ex tex. ibi, conſuetudines ſuperuacuas, quòd ad regem pertinet ſuperuacuas conſuetudines, & illicitas extirpare, & caſſare, & maximè illas, quæ inducunt peccatum, vt hic. fortè enim erat conſuetudo, quòd negans mutuum, commodatum, vel depoſitum in nihilo puniatur. hæc erat mala conſuetudo, quia inuitat ad peccandum, & vſurpãdum bona aliena, & ideo praua, vt dicit gl. in l. iniuriarum actio. §. ſi ff. de iniurijs. quam ad hoc allegat Bal. in diſputatione ſua, quæ incipit, accuſatus de vi turbatiua. ſic ẽt princeps reuocauit cõſuetudinem, ꝙ bona deputata ad vnum vſum expendantur ad alium vſum, vt in clem. quia contingit. §. vt autem præmiſſa. de religioſis domibus. ſic etiam caſſatur cõſuetudo contra libertatem eccleſię, ut in c. cum terra. de elect. glo. in c. clerici. de iudi. Et ſic patet, ꝙ non ſolùm ſpectat ad iudicem eccleſiaſticum caſſare conſuetudinem concernentem peccatum, vt habetur in ca. ex parte, de conſue. ſed etiam ad regem, hic, & in Auth. vt clerici apud proprios epiſcopos. §. ſi verò. & reprobatio conſuetudinis ſemel facta à Principe operatur hoc, quòd reiterari non poteſt, ſecundùm And. in c. 1. de cenſi. lib. 6. in nouella, in verbo, conſuetudinis. in 3. col. ſic caſſata ſimpliciter conſuetudine, videntur etiam caſſata futura. de hoc latè dixi ſup in proœ. §. fi.

2 † Secũdò no. ex tex. ibi, ſubiectos. quòd lex ligat ſolùm ſubiectos, & ſic alijs non ſubiectis non poteſt imponere legem, ut in l. 1. C. de ſumma trin. in l. fi. ff. de iur. om. iudi. ſic ſtatutum commenſuratur poteſtati ſtatuentis, vt in c. fi. de immu. eccle. lib. 6. & no. Abb. Sic. in c. à nobis. de ſent. excom. An autem ſtatutum liget forẽſes, an clericos, an ciues extra territorium? Vide per Cy. & Bal. in d. l. 1. & in l. 1. C. quæ ſit longa conſuetu. & per Alb. in lib. ſtatutorum. in 2. parte. q. 1. Vtrum homo bonus, & iuſtus dicatur ſubditus regi? Dicit glo. ꝙ ſic, licèt in eum non competat iuriſdictionis exercitium, quam ad hoc no. Abb. Sicu. in c. paſtoralis. in 3. col. de offi. ordi. Tertiò no. ex tex. ibi, tertiariæ. ꝙ ille, qui conuentus negat mutuum, vel depoſitum, vel commodatum, ſi actor plenè probauit, lapſo termino ad reſtituẽdum mutuũ, depoſitum, vel cõmodatum, non ſolùm condemnabitur ad reſtituendum id qđ probatum eſt, ſed tenetur regio fiſco ſoluere etiã tertiam partem eius, in quo eſt condemnatus. Hoc verum intelligo, ſi iſta negatio fuit doloſa, ut innuit iſte tex. aliàs ceſſante dolo, vel lata culpa, ceſſaret iſta pœna, prout in ſimili dixit Bal. in c. vaſallus ſi feudum. ſi de feud. fue. contro. inter dominum & agna. Idem Lud. in cõſi. 27. Bar. in l. eum qui. in prin. ff. de iureiur.

3 † Secundò fallit, niſi libellus ſup depoſito, uel mutuo, vel commodato eſſet ineptus, tunc ſi reus neget, non eſt pœna mendacij, ſecundũ Bal. in l. edita. in pen. col. ver. item quando libellus eſt ineptus. C. de edẽdo. Tertiò fallit, niſi negatio ipſa proceſſit ex errore iuſto, ſecundùm Bal. in l. ea quæ. in 2. col. verſi. & primò quæro.

per

per l.2.§.fi.ff.de iure fiſci.& c.1.in fine,de elect.lib.6.Vtrũ
iudex condemnabit ad iſtam mulctam ex eodem proceſ-
ſu,qñ profert ſententiam diffinitiuam ex eo, ꝙ conſtat, ꝙ
negauit, & poſtea probatum eſt contra negationem? Mihi
uidetur, ꝙ ſic, ꝙ non requiritur alia ſolemnitas iudicialis
in iſta cõdemnatione huius mulctæ,quæ applicatur fiſco,
vt hic & in l.mulctarum.C.de modo mulctarum.nam of-
ficiu iudicis fit iſta cõdemnatio, quam iſta conſtitutio in-
duxit propter mendacium, & iſtud officiũ iudicis eſt mer
cẽnarium,quia quæ in lite emergunt,ad officiũ iudicis ſpe
ctant,vt ff.de ędi.edicto.l.ædiles.§.item ſciendum.& ſuffi-
cit, ꝙ imploretur per procuratorem fiſcalem verbotenus
ſine libello,ut dicit gl.in §.illud.in Authen.de triente,& ſe
miſ. ſm Bal. in auth.contra qui propriam.C. de nõ nume.
4 pecu.& Bar.in l.fi. ff. de rei vendi. † Et tantò fortius, quia
illa pœna dupli,quam incurrit negans ſcripturam propriæ
manus debiti,ſi conuincitur,applicatur parti. Sed iſta ter-
tia applicatur fiſco,vt hic,& in exactione iurium fiſcalium
proceditur ſine iuris ordine,vt in l.miſſi.C. de exacto. tri-
bu.lib.10.& procedi e in cauſa fiſcali per inquiſitionem,vt
in l.1.C.de natu.liberis. & hoc eſt propter mendacium pu
niendum. ſic etiam punitur mendaciũ in tranſlatione poſ
ſeſſionis in aduerſarium, vt in auth. itẽ ſi poſſeſſor. C. qui
potio.in pigno.habe.& in d.l. fi. ff. de rei vendi.& in mul-
tis alijs exemplis ibi poſitis per Bar.& in l.ſi dubitet.§.1.ff.
de fideiuſſoribus.in veteri teſtamẽto aliter puniebatur il-
le,qui negabat depoſitum,& conuincebatur, ut patet Exo.
6.c.Secundò quæro,quid ſi partem debiti negauit, & par-
tem acceptauit, vtrum puniatur ratione mendacij in ter-
tia parte,quã negauit,vel pro toto quod petitũ eſt? Dicit,
ꝙ pro parte punitur, vt eſt gl.cõmuniter approbata in d.c.
5 vaſallus ſi feudũ. † Tertiò quæro,pone ꝙ conuentus actio
ne mutui &c.negat in litis conteſtatione,& anteqñ actor
probet,acceptat, & confitetur in iudicio mutuum, an pu-
nietur iuxta iſtam conſtitutionem? Dic quòd non,quia nõ
dicitur actor probaſſe debitum, quando reus confitetur,
& ad hoc,vt habeat locum iſta cõſtitutio,oportet, ꝙ actor
plenè probauerit debitum,vt probat iſte tex.ibi,res eſſe cõ
ſtiterit. Et pro hoc allego gloſſatu Inſtitu. de actio.§. item
mixta.quæ vult,ꝙ beneficium datum confitenti habet lo-
cum in eo,qui primò negauit,& poſtea ante probationem
confitetur.& no.Bal.in l.eum qui.in prin.ff.de iureiurand.
Ioan.de Anania in c.de hoc.de ſymonia, & ibi etiã Fel. Itẽ
quia confeſſio non eſt ordinaria probatio,ſed releuatio ab
onere probandi, ut dicit Io. And.in nouella in c.bonæ. de
electio.Bal.in l.fi.C.ſi cer.pet.hoc tenet Iaco.de Bel. in d.c.
vaſallus ſi feudum.& ibi per Præpoſitum.& Bal.in c. 1.§.
ſacramentum.de cõſuetudine recti feu. hoc firmat Præpo-
ſitus in d.c.vaſallus ſi feudum.& hoc videtur ſentire And.
hic,dum dicit,ſed ſi neget veritatem,& probatur, conuin-
6 citur,eo damnato,ſimiliter perdit tertiam.† Et ſic requiri-
tur ad hoc,ut habeat locum mulcta, de qua in iſta conſti-
tutione,ꝙ tria concurrant ſimul, uidelicet negatio debiti.
item probatio debiti. item condemnatio,non autem de ne
ceſſitate requiritur,quòd ſit conuictus per teſtes, & confeſ
ſionem, ſed ſufficit, ꝙ conſtiterit per legitimas probatio-
nes,quia textus dicit,cõſtiterit, ſubaudi per teſtes,vel ſcri-
pturam, parte vocata, & cum cauſæ cognitione, quia hoc
requirit hoc verbum,conſtiterit,ut no.glo.in clemen.ſi iu-
dex.de officio delega.& Bal.in l.præſcriptione.C.ſi contra
ius. Lapus allega.61. Fely. in cap.ſi conſtiterit. de accuſa.
& in cap.fi.de præſump.Alex.in 2.vol.conſi.12 2.in 1.col.
& in 3.vol.conſi,70.2.col.Vitalis in 10.& 11.char. verbũ
enim,conuictus,quo vtitur And. hic, importat per proba-
tionem, & non per confeſſionem, ut ſupra dictum eſt.
Et ideo confeſſus ſolùm ſine teſtibus non dicitur propriè
conuictus,ut dicit Abbas Sicu.in cap. at ſi clerici.in 2. no-
7 tabi.de iudicijs.† Quartò quæritur,quid ſi agens depoſiti,
vel ex mutuo,vel ex commodato poſt negationem factam
per reum tranſegit cum reo, vtrum reus poſſit cõdemnari
ad iſtam mulctam tertiæ partis? Glo.5.tangit iſtud dubiũ,
& And.refert eam,ego ſic diſtinguerem.Aut iſta trãſactio
facta eſt ante litem conteſtatam, & nulli dubiũ eſt, ꝙ non
tenetur ad aliquam pœnam,ſicut quando confitetur debi-
tum,ut hic,quia non dicitur lis niſi poſt litem conteſtatã,
ut no.glo.in cap.ex parte.lo 2.de verbo.ſignifi.& Barto.in
l.cauſas. C.de tranſactio. Aut iſta tranſactio facta eſt poſt
litem conteſtatam, per verbum nego,& tunc ſolum tene-
tur reus ad tertiam partem eius, quod ſoluit, uel promiſit
ex cauſa tranſactionis ſecundùm glo. & And. hic, & pro
hoc glo.allegat textum infrà,in conſtitutione, ſponte vo-
lentibus.ſed mihi videtur,quòd ille tex. non faciat ad iſtã
materiam,quia iſta pœna tertiæ partis,de qua hic,tunc de-
bet ſolui,quando actor probauit debitum, ſed ſi nihil pro
batum eſt de debito,& eſt tranſactum,non tenetur ad pœ-
nam, ut ſupra concluſum eſt.procedit ergo, & habet locũ
iſta gl.quando poſt negationem, & poſtquam probatum
eſt de debito,partes venerunt ad tranſactionẽ, tũc mulcta
bitur reus in tertia parte eius, quod ſoluitur, vel promiſit
ex cauſa tranſactionis,& in hoc caſu puto glo. & Andr.ue
rum dicere. Quintò quæro, pone, quòd ego mutuaui tibi
pecuniam, & tu poſtea illam mihi reſtituiſti, poſtea ego
ſtipulatus ſum à te pecuniam mihi dari, & ago contra te
ea ſtipulatione, vt ſoluas illam pecuniam,tu negas ſtipula-
tionem,ego illam probo, an debebis condemnari ad mul-
ctam pro tertia? Glo. hic arguit ad partes per argumenta
generalia,vt videre poteris eam,ſed ego aliter arguo. Et vi
8 detur quòd non poſſit cõdemnari ad dictam mulctã, quia
illa promiſſio cum ſtipulatione eſt ſine cauſa facta, † & ſti
pulatio ſine cauſa non ualet tanquam indiſcreta, niſi ap-
pareat, ꝙ fuit facta aĩo donandi.l.2.§.ſi ita.ff.de exceptio-
ne doli.l.ſi ita ſtipulatus eſſes à me. ff.de fideiuſſori.l.cum
de indebito.§. fi.ff.de probatio.c.ſi cautio.de fide inſtrum.
cum concor.allegatis per allex.in 1.vol.conſi. 96.incipien
te,ex his,quæ in themate narrata ſunt.& 10 4.vol.conſilio
29.in 2.col.dicitur autem facta in dubio, non animo do-
nandi,quia donatio non præſumitur, ut in l.cũm de inde-
bito §.fi.de proba.in contrarium facit, quia promiſſio fa-
cta cum ſtipulatione ſine cauſa,uidetur in dubio facta ani
mo donandi,ſi eſt appoſita clauſula ex certa ſcientia, & nõ
per errorem,per l.Campanus.ff.de ope.liber.Et quando in
inſtrumento eſt appoſita clauſula,ex certa ſcientia, tũc nõ
præſumitur error,ſm Bar.& alios in l.dari.ff.de verb. obli
ga.& in l.ſed &,ſi quis cautio.cum ſim.allegatis per Alex.
in 1.uol.cõſi.4.incipiente, circa primum quæſitum. col.6.
& ſequẽti.ſi ergo ualet ſtipulatio interpoſita ex certa ſcien
tia ſine cauſa,cõſtito,quòd pecunia fuit prius mutuata, &
poſtea reſtituta, & deinde deducta fuit iterum in ſtipula-
tionem ea certa ſcientia,uĩ ſubrogata in cauſam mutui,&
non attenditur titulus ſtipulationis, ſed ipſum factum in
ueritate. & ideo poterit iudex iſtum negantem ſtipulatio-
9 nem prædictam condemnare ad tertiam partem, tãquam
ſi pecunia fuiſſet mutuata. Quia † ſubrogata fuit ſtipula-
tio in locum mutui, & ſubrogatum ſapit naturam eius, in
cuius locum ſubrogatur,ut in l.ſi eum.§. qui iniuriarum.
ff.ſi quis cautio.& ibi per Iaſonem, etiam in pœnalibus ſe-
cundùm gl.in fi.hic.Et pro hoc facit,quod dicit Bal. in l.ſi
aliquem.§.ſin autem. de cura. furio. quòd illud,quod dici-
tur in creatione, habet locum in ſubrogatione,& quod ha
bet locum in pœna,habet locum in diſpẽſatione,quæ ſub-
rogatur loco pœnæ ſecundùm Baldum in l.data opera.C.
qui accu.non poſſunt. quòd ſubrogatum uidetur eſſe ab
ipſo principio, & retrofingitur debitum. Hanc glo. puto
ueram,niſi in ſtipulatione fuiſſet deductũ minus, uel plus
quàm fuiſſet primum mutuum,tunc illa ſtipulatio non di
ceretur ſubrogata,ſed principalis obligatio,in qua non ha
beret locũ iſta conſtitutio.Et pro hoc allego Bal. in l.quo-
ties.§.ſi quis primum.ff. de hæred.inſtit. bene facit ad hoc
10 id, quod † dicit Alexan. in 5.uolum.conſilio 19. in 3.col.
quòd ſi aliquid additur in confirmatione feudi,dicitur eſ-
ſe noua conceſſio, & ratione nouæ conceſſionis dicitur
nouum feudum, ut dicit Oldra.in conſilio 168.incipien-

te, nobilis. & pro hoc facit id, quod dicit Abb. Sicu. in c. li-
cet iu corrigendis. de offi. ordi. & Mod. in l. 2. §. ſi quis ſim
pliciter. ff. de verbo. obliga. ꝙ ratione nouæ qualitatis ap-
poſitæ iu reſcripto, quod dirigit ſuperior iudici ordinario
inferiori, quæ qualitas nou inerat, ipſe iudex ordinarius,
virtute dictæ clauſulæ dicetur delegatus, & non ordina-
rius, & ſic efficietur nouus iudex, & non erit antiquus iu-
dex. In gl. 1. ibi, ſpoute confitetur, & petetur pœnæ exactio.
hinc dicimus, ꝙ in criminalibus mitius agitur cum ſpon-
te confeſſo à principio, quàm cum conuicto, vt no. gl. in c.
de hoc. de ſituo. quam allegat ad hoc Abb. in c. per inquiſi-
tionem. iu fi. de electio. In gl. 2. dic, vt dixi ſup. iu 1. no. In
gl. 3. ſigna iſtam gl. ꝙ cauſa ſumitur pro ſententia diffiniti
ua. eſt ergo cauſa verbum generale, ſecundum Bar. io l. cau
11 ſas. C. de tranſa. licet ibi dicat, ꝙ eſt uerbũ generale, † quia
cauſa eſt tatu ante litem conteſtatam q̃ poſt: ſed lis dicitur
poſt litem conteſtatã, & hoc reſpectu dicit, ꝙ cauſa eſt uer
buio generale; tamẽ reperi alibi, ꝙ cauſa exponitur pro dif
finitiua ſententia, ſicut hic. In gl. 4. in uerbo, confeſſus. quę
rit hic gl. An contra confeſſum ſit ferenda ſententia diffi-
nitiua, & remittit ſe ad ſummam Azo. in tit. de confeſſis.
Breuiter dicit, aut eſt oblatus libellus iudici, & conuen-
tus interrogatus ſuper eo confitetur, & tunc reqoiritur ſan
tentia diffinitiua, & tunc datur ſpatium duorum mẽſium
ad ſoluendum à die captionis pignorum, ſecundùm gl. iu
d. l. debitoribus. & oon à die latæ ſententię, ut firmant ſcri
bentes in l. à diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iudi. & ideo
dicitur diffinitiua, quia ſuper libello lis eſt conteſtata. nam
litis conteſtatio ſit etiam per cunfeſſionem, vt in l. 1. C. de
litis cooteſt. ſecundùm Iac. Bu. & Ang. io l. ſi debitori. ff. de
iudic. & Doct. in l. debitoribus. ff. de re iudi. ſed ſi libellus
nõ fuit oblatus, ſed ſimpliciter actor verbotenus petit à iu
dice, vt ſibi miniſtret iuſtitiam ſuper mutuo, vel cõmoda-
to, vel depoſito, & reus interrogatus confitetur debitũ, tũc
nou requiritur ſententia, ſed fit per iudicem præceptum.
& hoc etiam tenet hic An. Adde, ut ſoluat intra decẽ dies
prout eſt de conſuetudine, vt in gl. in Auth. de exhi. reis. §.
ſuſcepto. licet arbitrio iudicis, ſecundùm quantitatem de-
biti, & qualitatem perſonarum poſſit maius tempus iudex
ſtatuere, ſecũdùm Albe. de Roſa. in d. l. ſi debitori. & Pau.
de Caſt. ibi. Et illud præceptum non dicitur ſententia diffi
nitiua, ſed interlocutoria, & appellatur ſententia præcepti.
2. q. 1. c. nos in quemquam. & eſt tex. in l. ſancimus. C. de
12 admini. tuto. † Et poterit fieri tale præceptum etiam die fe
riato, & non curia ſedente pro tribunali, ſed in camera, cũ
nulla requiritur iu hoc cauſæ cognitio, ſecundùm Iac. de
Arena in l. à procedente. C. de dilatio. & poterit iudex con
trario imperio reuocare, per l. quod iuſſit. ff. de re iudica. ſe
cundùm Ang. & Pau. de Caſt. in d. l. ſi debitori. & firmant
ſcriben. in d. l. debitoribus. Et ſubdit, ꝙ iſte, qui cõfeſſus eſt
tam oblato libello, quàm ſine libello, poteſt reuocare con-
feſſionem, probando ipſam fuiſſe erroneè factam, etiam in
cauſa appellationis, per glo. in l. creditor. §. iuſſus. de appel-
13 lat. cum alijs concordantijs allegatis ibi per eum. † An au-
tem quando iudex dat tempus confeſſo debitum ad ſoluẽ
dum, debeat ipſum compellere ad cauendum fideiuſſori-
bus? Pau. de Caſt. in d. l. ſi debitori. dicit quòd ſic, quod di-
cit eſſe notandum, quòd pendẽte dilatione legali compel
litur debitor ſatiſdare, etiam ſi ſit idoneus, per d. l. concor-
dat l. ſi conſtãte. §. quoties. ff. ſoluto matrimonio. Idem di-
cimus, quando dilatio debitori datur à principe ad ſoluen
dum creditoribus, ut iu lege, uniuerſa. C. de precibus Impe
ratori offerendis. Sed an iudex, quãdo aliquem diffinitiuè
condemnat, poſſit apponere tempus, intra quod, ſi non ſol
uat, loco pœnę condemnet iu quanto pluri. iſtam quæſtio
nem poſuit Pau. de Caſt. in l. 3. in fi. ff. de iud. & concludit,
ꝙ iudex, qui poteſt mulctare, poteſt in ſententia apponere
dictam clauſulam. uide in Spe. de ſen. §. 2. uer. ſed nũquid.
& Bar. in l. eius. C. de uſu. fiſc. & Aug. in l. 3. C. de re iud. In
gl. 5. dic, ut dixi ſupra in 3. no. in 4. q. In gl. fi. dic ut dixi iu
3. no. in 3. quæſtio.

ANNOTATIO.

a Adde videndam regiam pragmat. quæ incipit, conſtitutionum
contra negantem. Batius.

De clericis conueniendis pro poſſeſſionibus, quas non tenent ab eccleſia. Rub. LXVI.

DICTVM eſt ſuprà proximè de cogni-
tione cauſarum ciuilium laicorũ, erat
videndum de cognitione cauſarum ci
uilium contra clericos conueniendos
pro bonis noo eccleſiæ, ſed patrimo-
oialibus, vel aliter ad ipſos ſpectanti-
bus, præter quatu occaſione eccleſiarum, ad quem ſpectat
cognitio, ideo immediate ſequitur hæc rub.

SVMMARIVM.

1 *Diſpoſitio nulla ſic accipitur, vt inde abſurdus intellectus ſe-
quatur.*
2 *Res clericorum & eccleſiarum eodem priuilegio gaudent.*
3 *Clericus petitione hæreditatis, vel interdicto quorum bonorum
conueniri debet coram eccleſiaſtico loci, in quo ſita ſunt bona
hæreditaria.*
Tenimentum quod dicatur apud Italos.
4 *Clericus tenens ab eccleſia res eccleſiæ in beneficium, vel in em
phyteuſim conueniendus eſt coram iudice eccleſiaſtico, ſub
quo ſunt res ipſæ.*
*Argumentum à ſenſu contrario non valet, ſi ex hoc iniuſta cor
rectio reſultet.*
5 *Clericus, vel eccleſia pro rebus feudalibus, vel emphyteuticis,
quas tenet à rege, coram quo poſſit conueniri iudice.*
6 *Clerici pro debito ciuili non poſſunt incarcerari.*
Clericus debitor bonis cedere non tenetur.
7 *Carcerari non debet, qui licitè capi non poteſt.*
8 *Laicus actione perſonali conuentus & condemnatus, an poſſit
pro debito carceri mancipari.*
9 *Captura perſonæ non debet intentari, non prius facta bonorum
diſcuſſione.*
10 *Executio ſententiæ non debet incboari à captura perſonæ.*

SI QVIS CLERICVS. Si clericus
habeat bona patrimonialia emphyteu-
tica, pro quibus ſoluere debet aliquem
canonem, redditum, ſiue cenſum re-
giæ curiæ, vel alicui priuatæ perſonæ,
vel ipſi clerico de nouo ſunt conceſ-
ſa ſub aliquo redditu, & oriatur controuerſia inter cleri-
cum, & laicum ſuper ipſis bonis, uel eorum redditu
debet clericus conueniri coram illo iudice eccleſiaſtico,
vbi ſita ſunt ipſa bona, & non vbi clericus habet domi-
cilium, qui iudex occaſione dictæ litis nullo modo po-
teſt procedere ad capturam, uel incarcerationem ipſius
clerici. hoc dicit ſecundùm intellectum gloſ. hic. & iſte
intellectus habet concomitantiam, primò cum iure ca-
nonico, ut in capitulo, ſanè. de foro competenti, cum con
cordantijs ibi allegatis. Vel ſic ſecundùm And. quando
clericus conuenitur ratione rei, & non actione perſona-
li, poteſt conueniri coram iudice laico, ſub cuius iuriſdi-
ctione ſita eſt res illa. & ſubdit, quòd hæc conſtitutio ni-
hil valet. Iſte intellectus eſt peſſimus, quia iſta conſtitu-
tio nihil dicit de iudice laico, ſed tantùm dicit, quòd
clericus conueniendus eſt coram iudice loci, vbi res ſita
eſt, & intelligitur de iudice competenti ipſius clerici, qui
eſt iudex eccleſiaſticus illius loci, vt euitetur abſurditas.
1 † Quia nulla diſpoſitio quantumcunque generalis de-
bet

bet intelligi,vt ſequi poſſit abſurdus intellectus, vt nota-
tur in cap.dudum.de præben.lib.6.& in l.fi.ff.ad exhiben.
& in l.diuortio.ff.ſolu.matr.quia non eſt credendũ, quòd
iſte Imperator voluiſſet incidere in tam grandem errorẽ,
vt clerici pro rebus emphyteuticis,quæ habent à rege, vel
priuatis perſonis,poſſint conueniri coram iudice laico,cũ
res ſequantur conditionem perſonæ,vt in l.1.C.de impo-
nen.lucra.deſcri.& ff.de acq. hær. l. per procuratorem. &
C.de inoffi.teſta.l.fi.in fi.& iden ſi certum eſt, ꝙ clericus
non poteſt conueniri pro actione perſonali,niſi coram iu-
dice ſuo eccleſiaſtico,eadem ratione non poteſt conueniri
actione reali, niſi coram iudice ſuo eccleſiaſtico, vt dicit
tex.in c.ſi diligẽti.de foro compe.nec eſt veriſimile,ꝙ vo-
luiſſet facere legem contra libertatem eccleſiæ,& incido
re ipſo iure in ſententiam excõmunicationis, vt in c. non
2 minus.de immunita. eccleſiarum.† Item quia ipſe ſciebat
vel ſcire debebat,ꝙ res clericorum,& eccleſiarum eodem
priuilegio gaudent.12.q. 2.c.eccleſiarum ſeruos. 16.q.1.
c.ſimiliter,& voluit gl.in c.fi.de vita & hone.clerico.Item
quia ipſe Imperator fecerat legem generalem ꝙ caſſa, &
irrita ſint omnia ſtatuta contra libertatem eccleſiæ, nõ eſt
veriſimile,ꝙ voluiſſet in dubio facere legem contra dictã
auth.caſſa.C.de ſacroſan.ecc. Quia qñ vnum verbũ poteſt
intelligi ad licitum & illicitum,ſemper intelligendum eſt
ad licitum,arg.l.meritò.ff.pro ſocio.cum concor.ſuis. nec
pſumitur,ꝙ in dubio quis mandauerit aliquid illicitum,
vt in l.3.§.is pro quo.ff.quod quiſq; iur.& in l.ſi procura-
tor.ff.de cond.inde.cum ſimilibus. Itẽ quia in dubio dẽt
conſtitutio iſta,& quilibet actus interpretari potius, vt va
leat,quàm non valeat, vbi poteſt interpretari, ꝙ valeat.l.
quoties.de reb.dub.& l.quoties idem ſermo.de reg. iur.l.
3 Titia.§.1.in fi.ff.de leg.2.c.Abbate.de verb.ſign.† No.pri-
mò ex tex.ibi,de hæreditate,i. hæreditatis petitio. vt in l.
item veniunt.ff.de peti.hære.ꝙ volens agere contra cleri-
cum petitione hæreditatis, vel interdicto quorum bono-
rum, vel remedio l. fi. C. de edicto diui.debet agere corã
iudice eccleſiaſtico illius loci, vbi ſita ſunt bona hæredita
ria, & in hoc iſta conſtitutio habet concomitantiam cum
iure cõmuni,vt dicit hic gl.& pene,vt patet in l.fin.C.vbi
in rem actio.& in d.c.ſanè cum ſuis cõcordan.& iden be-
ne dicebat hic glo.ꝙ ſi clericus habens domicilium Nea-
po.habeat bona ſita Baroli,cõuenitur coram iudice eccle-
ſiaſtico Baroli,& non Neapoli,& nihil allegat.tu vide Fe-
ly.in d.c.ſanè.vbi refert Vincen. Ant.de But.& Io.de Imo.
dicentes,ꝙ ſi clericus Florẽtinus habeat bona extra diſtri-
ctum Florentiæ,conuenietur vbi ſita eſt res,& non Florẽ-
tiæ.allegat ẽt gl.in cle.1.de ſoro comp.Secũdò no.tex.ibi,
tenimentum,aliàs tegmentum,ꝙ non ſolum, quod dictũ
eſt ſupra proximè in 1.no. habet locum in hæreditate,ſed
etiã in re ſingulari,vt in vna domo,quæ habet tegmentũ,
vel vno territorio,ſiue ratione ꝓprietatis, ſiue ratione poſ
ſeſſionis,quæ tenetur & poſſidetur per clericum, & ut al-
ludamus vocabulo,tenimẽtum dr̃ ager, qui tenetur cum
menſura,quaſi tenuta menſura,uel tenuta, quæ non mo-
tur.& ſigna hoc uocabulum,tenimentum,quia nõ eſt uo-
4 cabulum iuriſconſultorum,ſed uulgare Italicum.† Tertiò
no.ex tex.ibi,ab eccleſia,quòd ſi clericus tenet ab eccleſia
res eccleſiæ in beneficium eccleſiaſticũ, vel in emphyteu-
ſim ab eccleſia, ſemper eſt conueniendus corã iudice ec-
cleſiaſtico, ubi ſita eſt res ipſa. ergo à contrario ſenſu ali-
qui inferebant, quòd ſi à regia Curia,vel à priuato cleri-
cus tenebat res ipſas ꝓ aliquo annuo redditu, poterat con
ueniri coram iudice laico.ſed iſtud argumentum non ua-
let,quia reſultat correctio iuriũ,quæ diſponens corrigere
non potuit,quia Imperator non põt tollere legem Papæ,
vt dicit hic gl.1.& uoluit gl.2.in c.2. de ętate & qualita-
te.lib.6 in cle. 1.in uerbo obſeruant.de ſen.exc.& in c.cu-
pientes.§.quòd ſi per viginti.de ele.lib.6. itẽ quia non va-
let arg.a contrario ſenſu,qñ reſultat correctio iurium, ut
in l.ſi plures.& ibi Bal.C.de condi.inſer,quas gl ad hoc al
legat Iaſ.in l.1.§.huius rei.in co.31.ff. de offi. eius cui mã,
5 eſt iuriſdi. † Quartò no.ex tex.ibi,ſed a nobis, quòd licet
eccleſia,vel perſona eccleſiaſtica ꝓ rebus feudalibus,quas
a tenet a regia curia, debeat conueniri corã iudice laico,ª
uidelicet,ſi eſt feudum quaternatum in magna Curia Vi-
cariæ,& ſi non quaternatũ,coram pſide prouinciæ,& hoc
per cõuentionem habitam inter regem, & eccleſiam Ro-
manam,& per cap.Papæ Honorij,& Regis Caroli ſecun-
di in planicie S.Martini.& patet in cap.cæterum.de iudi-
cijs.& in cap.verùm. de foro compe. tamen nõ eſt ſic pro
rebus emphyteuticis,quas tenet clericus,quia pro illis nõ
conuenitur coram iudice laico,ſed coram iudice eccleſia-
ſtico,ubi ſita eſt res ipſa, & ſigna iſtam dr̃iam inter feuda
& bona emphyteutica,quæ habentur a rege per clericum.
Alias differentias uide per Iaſ.in l.1.C. de iure emphy. in
21.& ſeqnẽti col.& quæ dixi in c.1.an agnatus, uel filius
defuncti. Quintò no.ex tex.ibi,appellatus.quòd conuen-
tus in prima inſtantia dr̃ appellatus,ſed in ueritate impro
priè in prima inſtantia reus dr̃ appellatus, bene tamen ap
pellatus exponitur,ideſt accuſatus, ut ff. de obſequijs pa-
trono præſtan.l.1.in fi.& ff.ad l.Iuliam maie.l.maieſtatis.
6 † Sextò no.ex tex.ibi,non tamen,ut perſona ſua capiatur,
uel incarceretur.priuilegiũ,quod habent clerici,ẽt ex con
ſtitutione regni,ut pro debito ciuili non poſſint incarcera
ri,ut hic.intellige etiam,quòd non cedent bonis,quia iſte
tex.nullã mentionẽ facit de ceſſione bonorum. ſic etiã dr̃
in c.Odoardus.de ſolutionibus. nõ ergo exigitur clericus
ultra quàm ſoluere poſſit,ſicut nec miles,ut in l.miles. ff.
de re iudi.& ita tenent Doct.in dictis locis. Et dicitur tũc
clericum ſoluere non poſſe,qñ non habet tantum qđ ſuf-
ficiat ſibi pro alimentis ſuis,ut no.in d.l.miles.& in l.ſunt
qui,ff.eo.tit.& ff.de reg.iur.l.in condemnatione.ſm Ioan.
de Imo.in d.c.Odoardus.in 2.col.ſit ergo cautus clericus,
qñ conuenitur actione perſonali,ni nõ dicat,cedo bonis,
quia tunc uſque ad interulam põt creditor eum ſpoliare,
ſm aliquos, uel ſaltem dimiſſis ſibi ueſtimentis congruẽ-
tibus.ſed dicat opponendo,ego ſum priuilegiatus, ꝙ non
poſſum conueniri,niſi relictis mihi alimẽtis,per dicta iu-
ra,ſecundùm Io.de Imo.in d.c. Odoardus. & tam magnũ
eſt iſtud priuilegium clerici,& militis,quòd non poſsit cõ
tra eum fieri executio,niſi deductis eius alimentis, ꝙ non
poterit huic priuilegio in contractu renunciare,ſecundùm
Hoſti. & Io.An.in d.c.Odoardus. ſecus quando debitum
eſſet iuramento firmatum,quia tunc pro periurio põt car
cerari,quia periuriũ eſt graue peccatum.c.hoc uſ.a 3.q.5.
c.1.ubi delictum eſt graue in clerico,põt carcerari,ut legi
tur & no.in c.ſi clericos.de ſen.excom. lib.6. uide ad hoc
7 Io.Cald.in con.3.in tit.de appel. † Septimò & ultimò no.
quòd qui non eſt capiendus,non eſt carcerandus, & econ-
uerſo,qui eſt capiendus,eſt carcerandus, cap. cum epiſco-
pus.de offi.ordi.lib.6.In gl.1.dic,ut dixi in 5.no. & inquã
tum dicit,quòd Imperator non poteſt tollere legẽ Papæ,
arg.l.3.in ff.de arbitris.Cui adde tex. & glo. in c. cum ad
uerum.& in c.in ſcripturis.& c.ſi Imperator.& in c.nun-
quam.96. diſt. inde dicit tex.in c.lege Imperatorum. 10.
diſt.lex Imperatorum non eſt ſupra legẽ Dei, ſed ſubtus,
Imperiali iudicio nõ poſsũt iura eccleſiaſtica diſſolui &c.
In gl.2.iſta gl.allegat conſt.cum iuſtitiæ.de fide inſtr. pro
concordan.iſta conſt.non eſt ibi,ſed eſt ſupra ti. 62. & ibi
uide,quæ ſcripſi ſuper ea.In gl.3.hæc gl.dicit, quòd Caro
lus de Tocco, q gloſſauit leges Lõgobardas,allegat mul-
tas cõcordantias in quadã lege Longobarda hic allegata,
quòd actione reali quis conueniendus eſt,ubi res ſita eſt,
de hoc non oportet ire ad Curiã in Lõgobarda,ſed recur-
re ad Azo.in ſumma,& ad Cy.in l.fi.C. ubi in rem actio,
& ad gl.in l.ſed ſi ſuſceperit.& l.hæres abſens. ff. de iudi-
cijs.& ad no.in c.dilectus filius.de reſcr.& ad gl.in d.c.ſa-
nè.de foro cõpe.& ad Archi.3.q.5.in ſum.& ad Io.And. ĩ
c.ſtatutũ.de reſcriptis,lib.6. & ad Roffredũ Bene.in ti.de
rei uẽdi.circa fi. uer.ult.q̃ritur.Cõpoſtella.in c.nõnulli,de
reſcr,Goff.in ſũma,de foro cõpe.& Hoſt.in ſum.eo. ti.§.q̃
8 poſſunt obijci.† In gl.fi.q̃rit hic gl. utrum laicus conuen-
tus

tus actione perſonali & condẽnatus per ſententiã non ſuſpẽſam per appellationẽ, poſſit pro debito carcerari? Dicit gl. credo ꝙ ſic, niſi cedat bonis per leg. 1. C. q bo. ce. poſ. qd probat gl. voo argumento, videlicet, ſpeciale eſt in clerico & milite, vt pro executione non poſſit capi de perſona, vt hic & in d. l. miles. ergo in contrariũ eſt ius cõe io alijs perſonis nõ priuilegiatis. l. eius militis. ff. de teſt. mil. cui adde, ꝙ ad executionẽ ſententię perueniri non põt ad capturam perſonæ, niſi prius facta diſcuſſione bonorũ, ſm Bar. in l. a diuo Pio. §. in vẽditione. ff. de re iud. & allegat gl. in l. fi. ff. quod met. cauſa. & idem dicit Bar. in l. 3. §. tutores. ff. de ſuſpe. tu. vbi dicit, ꝙ ſi primò diſcutitur, an ſint bona mobilia, antequã exequatur in ſtabilib. ſeu immobilib. multo magis antequã deueniat ad capturã pſonæ, diſcuti debet, an ſint bona, ex quib. ſatisfieri poſſit. & hoc firmat Pan. de Ca. in l. 4. §. ait pior. ff. de re iud. & Bal. in l. 1. io fi. C. de iur.
9 & facti ign. † & iõ pro executione ſniæ non eſt incipiendũ à captura perſonæ, vt probatur in l. debitorib. ff. de re iud. vbi patet, ꝙ inchoatur executio à captura pignorum, ſm Ang. ibi. fallit in cauſa fiſcali, quia poteſt incipere ab executione perſonali pro debito fiſcali, ſecuta condemnatione, vt in l. nemo. io verſi. 2. C. de exacto. trib. lib. 10.

ANNOTATIONES.

a Laico.] Vide tex. in c. ex tranſmiſſa. iuncto c. verum. extra de foro compet. Ioan. Ant. Batius.

b Bonorum.] Ad idem vide ritũ magnæ curiæ, qui incipit, itẽ ꝙ ſuper exactionibus pœnarũ, fo. 5. li. meo. & an executio facta virtute ſententiæ non ſeruato ordine legis, à diuo Pio. ff. de re iud. teneat. vide Iaſ. in l. à diuo Pio. §. in venditione. col. 4. & Matth. in deciſ. 358. & in conſt. dilationes. & an ſit incipiendũ à pecunia, ſi extat, vide Bart. l. 2. C. quando fiſcus vel priuatus. Batius.

De ſacramento præſtando à baiulis. Rubr. LXVII.

HÆc rub. in aliquib. conſtitutionib. non habet ſic, ſed eſt ſub rubr. 60. & eſt pars conſtitutionis, puritatem. vt notoriè patet: tñ quia in multis libris habetur iſta rub. ideo eã cõtinua ad proxima. Dictũ eſt ſupra, ꝙ iudices eccleſiaſtici, qñ conueniũtur clerici actione reali corã eis, quod iuſtum fuerit, faciant. quid ſi cõueniãtur ciuiliter poſſeſſorio iudicio, qs erit iudex cõpetẽs? Ideo ponitur hic poſt conſtõnẽ, ſi quis clericus. iſta conſt. de burgenſaticis. ſed rub. iſta nõ eſt congrua, ſed potius erat congrua ſub rub. ſupra 62. de fo. cõp. ſed poterit hæc rub. de ſacramento pręſtãdo à baiulis, hoc modo continuari, quia prouiſum eſt ſupra per ſacrã conſtitutionẽ regni, puritatẽ. ꝙ baiuli, & officiales regis iurẽt ſuper miniſtranda iuſtitia in manib. magiſtri camerarij: & quia poterat dubitari, vtrũ iuramentũ poſſit dari in camera, uel debeat fieri publicè, ideo hic ſtatuitur, ꝙ publicè pſterur hoc ſacramẽtum à baiulis, de quo non erat dictum in d. conſtit. puritatem. & in hoc concordat c. regis Caroli primi, de quibus feci mentionem in d. rubr. ſexageſima.

SVMMARIVM.

1 *Officialis tenetur iurare publicè, & quòd bene, & fideliter exercebit officium.*

2 *Verbum publicè, eſt potentius, quàm verbum palam.*

a BAIVLI locorum.[a] Iſtud iuramẽtum, quod habent præſtare baiuli iuxta formam traditam ſupra in conſtitutione, puritatem. per manus magiſtri camerarij vel ſecreti debent publicè, & non ſecretè præſtare, & hoc dicit iſta conſt. vſque ad illum ver. illud tamẽ ſacramento. iſte verſiculus eſt pars conſtitutionis, puritatẽ. & ibi de hoc dictũ fuit. ideo
1 omitto hic legere. No. ex tex. ibi, publ cè. † ꝙ non ſufficit officiali iurare de bene, & fideliter exercere officium, ſed tenetur iurare publicè. & iſtud publicè declaratum fuit ꝑ regem Carolum primum, vt recipiatur in præſentia decẽ teſtium, & in commiſſione inſeratur cum expreſſione nominum ipſorũ teſtiũ, ut dicitur in d. c. regis Caroli. & ideo proceſſus, & ſententiæ non valebunt, quia qualitas requiſita, quæ non probatur, reddit iudicium nullum ſm Bal. in l. 2. C. de probation. faciunt ad hoc no. per Bar. in l. denunciaſſe. §. quid tamen. ff. de adult. & Bal. in l. 1. C. quando fiſcus vel priuatus. & niſi eſſet dicta declaratio regis Caroli, illud verbum, publicè, hic poſitum importaret, ꝙ tale iuramentum fieri deberet coram populo, ut no. in l. ſeruum quoque. §. publicè. ff. de procur. & ff. ad muni. leg. 2. Inſtit. de ſuſpe. tut. §. conſequens. vt dicit Ludou. Rom. in l. de pupillo. §. meminiſſe. ff. de ope. no. nun. cui adde Fel. in conſi. 212. incip. ſuper themate. Accedat ad hoc id, quod dicit
2 Fel. in vlt. colum. in c. exceptionem. de exceptionib. † ꝙ verbum, publicè, potentius eſt quàm verbum, palam. allegat Sal. in l. ea quidem. in antepen. char. C. de accuſatio. & ibi tangit, an quod fit iudice ſedente pro tribunali, dicatur eſſe notorium. hæc materia notorij examinanda non conuenit huic conſtitutioni, ideo omitto. hic non cadunt alia propriè notanda.

ANNOTATIO.

a Ad idem vide regiam nouellam Pragm. Caroli quinti Imperatoris, quæ incipit, & quia ſæpenumero. Batius.

SVMMARIVM.

1 *Clerici de iure diuino non poſſunt iudicari quouis modo per iudicem ſecularem.*

2 *Spoliatus per perſonas eccleſiaſticas rebus burgenſaticis, qualiter querelam proponere debeat.*

3 *Iuſtitiarius edictum citatorium faciens, & teſtes per viam notorij contra clericum examinans, non publicatis teſtes clerico citato.*

Mandatum Papæ factum viua voce non habet vim ſententiæ.

4 *Clerico generaliter citato, eius nomine non expreſſo, comparente, qualiter contra eum debeat iuſtitiarius procedere.*

5 *Clerico, qui laicum ſpoliauit, vitio ſpolij non purgato, ad alium clericum re illa perueniente, qualiter ſit procedendum.*

6 *Defenſio præſtanda eſt iniuriam & ſpolium patienti.*

7 *Rex non iudicat de titulo beneficij eccleſiaſtici.*

8 *Clericus per edictum citatus petens remitti ad ſuum iudicem, an ſit remittendus.*

9 *Iudex ſecularis an ſit competens in cauſa meri poſſeſſorij beneficij eccleſiaſtici inter clericos.*

10 *Iudex ſecularis eſt competens inter clericos, quando de mero facto diſceptatur.*

11 *Cauſa poſſeſſorij ſuper beneficio ſpiritualis cenſetur.*

12 *Iudex laicus non cognoſcit inter clericum & laicum ſuper rei vendicatione.*

Homo eſt creaturarum digniſſima, conditiones rerum non ſequens.

13 *Clerici pro bonis burgenſaticis patrimonialibus fori gaudent priuilegio.*

DE burgenſaticis petitorio. And. de Iſer. legit iſtam conſtitutionem ſimul cum conſtit. præcedenti, quæ incipit, ſi quis clericus. ſub rubrica 66. dicens, quòd tam illa, quàm iſta nihil valent, imò ſunt caſſæ & irritæ, quia ſunt contra perſonas eccleſiaſticas, & eccleſiaſticam libertatem. an hoc ſit uerum, patebit ex infra dicendis. & breuiter hoc intendit. Clerici, uel quiuis religioſus poteſt conueniri petitorio, vel poſſeſſorio adipiſcendæ, vel recuperãdæ, vel retinendę poſſeſſionis rei burgenſaticę actione ciuili tãtùm. coram iudice ſeculari, quia in iſta materia potius attẽditur

tur qualitas rei,quæ petitur, quàm qualitas perſonæ, quæ
cõuenitur,& quàm qualitas iudicis.Et ideo dicebat Andr.
in d.conſti.ſi quis clericus, ꝙ in hoc fuit deceptus legiſla-
tor,qui potius cõſiderauit rem,quàm perſonem, cum de-
beat eſſe totum contrarium, vt dici in d.conſt. ſiquis cleri-
cus.Ego dinidem iſtam conſt.in duas partes. Prime nanq;
pars eſt,in qua dicit,ꝙ clerici,& religioſi pro bonis burgẽ-
ſaticis iudicio petitorio poſſunt conueniri corã iudice ſe-
culari actione ciuili.hoc eſt contra libertetem eccleſiæ, &
nihil valet.& in hoc bene dicit And.quia eſt eepreſsè con-
tre ius diuinum,& c.ſi diligenti.de foro comp.cum cõcor-
1 ſuis.† Nam de iure diuino ſtatutum eſt,ꝙ clerici non poſ-
ſint iudicari vllo modo per iudicem ſecularem, vt dicit In
no.in c.e.de maio.& obed.allegat gl.in c.ſi imperator.96.
diſt.& gl.in c.quanquam.de cen ſib.lib.6.idem voluit Inn.
in c.nouerint. gl. magna.de ſentent. eccum. Felinus plene
in c.eccle.ſanctę Mariæ,de conſt.in 4.col.Secunda pers hu
ius conſtitutionis eſt, ꝙ clericus, & perſona religioſa tam
remedio recuperandæ,quàm retinendæ poſſeſſionis ciuili
ter impetitur coram iudice ſeculari,& quia iſta conſt.non
fuit ſuper iſtis poſſeſſoriis modo debito fundeta, ideo cũ
matura & debita prouiſione emanauerunt tria capitula re
gni,vadelicet regis Roberti.& primò ſuper violentia illata
per clericos contra laicum. ſecundò iſtud capitulum inci-
pit,ad regale faſtigium.aliud capitulũ incipit, omnis præ-
datio,& inuaſio.quod loquitur, quando laicus querelatur
de clerico, ꝙ ipſum ſpoliauit de facto poſſeſſione rei ſtabi
lis.tertium capitulum incipit,finis pręcepti cheritas.quod
loquitur, quendo clericus turbat clericum ſuper poſſeſſio
ne canonicatus,vel beneficij eccleſiaſtici,quæ capitula dãt
modum,quomodo ſpoliatis per perſonas eccleſiaſticas de
rebus burgenſaticis ſubueniatur per iudicem ſecularem.
2 † nam ſpoliatus faciet querelam regiæ curiæ de violentia
ſibi illata ſuper poſſeſſione rei ſtabilis burgenſaticę per pręe
latum eccleſiæ,vel per perſonam eccleſiaſticam,& rex de-
cretat illam querelam, quia ad officium regis ſpecialiter
pertinet iudicium facere,atque iuſtitiam, auxiliumq; præ
bere peuperibus contra potentes maxime, ac liberare de
manibus calumniantium vi oppreſſos, cum ipſe ſit domi-
nus perſonarum,& habeat merum imperium,& omnimo
dam coerctionem,omni prorſus perſona excluſa,ideo cõ-
mittit iuſtitiario,vt grauatis, & oppreſſis prædictis peten-
ti ſuffragio aſſiſtat, non ſolum per iuris opportuna reme-
dia, ſed per facti defenſionis obſtaculum, non eeigens in
his conditionelia ordinere certamina, ſed per modum no
torij.& in probatione huiuſmodi notorij ſufficiat ſibi pro
ponere edictum citatorum, quòd quicunque ſne intereſſe
putauerit, viſurus veniat iuramenta teſtium, & oppoſitu-
rus circa rei ſubſtantiem, de qua facta eſt querela, & alle-
gare, quæ voluerit. Iſte modus procedendi iuridice pro-
batur in dicto capit. ad regale faſtigium, & probatur per
ea,quæ dixi in deciſionibus meis,deciſ.24. ad quam nunc
me remitto, & ad Lucam de Penne in l.ti colon. vlt. col.
3 C.de agri. & cenſi. lib.11. † Sed pro declaratione quæro
primò, an quando iuſtitiarius ex dicta commiſſione regia
procedit, faciendo dictum edictum, & examinabit teſtes
per viam notorij,ipſos teſtes publicabit citato illo clerico?
Dic quòd non, quia ipſe non procedit via ordinaria, ſed
extraordinaria in defendendo notorie oppreſſum,& iniu-
riatum, vnde via facti conſtito de ſpolio, vel turbatione,
eum defendit e dicto ſpolio,vel turbatione,& ſic non pro
cedit ſeruato iuris ordine,quia nullem iuriſdictionem ha
bet in clericum,vt ſupra dictum eſt. & petet in dicta mea
deciſione,& ſic non debet ferre ſententiam, ſed debet di-
cere,præſtetur ſibi defenſio,quia notorie fuit ſpoliatus, vt
recuperet poſſeſſionem,qua de facto fuit ſpoliatus,vel prę
ſtetur deſenſio taliter, vt ceſſet turbatio indebite facta per
talem clericum.& iſta non poteſt dici ſententia,ſed decla-
ratio motus animi ad præſtandum defenſionem ex chari-
tate,nam & mandatum Papæ viua voce, ſine cauſæ cogni-
tione non habet vim ſententiæ,ſecundum Innoc.in c.cum

ex literis.in gl.hic non videtur. de reſtitut in integr. & ibi
4 per Abb.Sicul.in 3.colum. † Secundò quæro,quid ſi cleri
a cus,ᵃ qui generaliter fuit citatus,ſi ſua potuerit intereſſe,
non expreſſo eius nomine,veniat & ſe opponat,& dicat,ꝙ
non ſpoliauit,ſed iure permittẽte ipſe poſſidet.Dic ex quo
ipſe ſic comparendo eſt actor,tunc iuſtitiarius,ſeruato or-
dine iuris,debet procedere, ſicut procedit, quãdo clericus
petit inſtitiam a iudice laico.Ita voluit Bal. & poſt eũ ma-
gis clarè Pau.de Caſt.in l.teſtamenta omnia. C.de teſta.&
ad hoc vide Felinum in cap.inter,in 7.colum.de exceptio.
& in capit. eccleſia ſanctæ Mariæ. in fi. primæ quęſtionis,
colum.4 e. & ſeq. de conſtit. & Marian.Socin. in tractatu
de citationibus.art.6.q.13.& vltra eos vide Alexand. in l.
libertus.ff.de in ius vocando. & in hoc caſu verificantur il
la verba poſita in capit. ad regale faſtigium,per iuris opor
tune remedia. nam quando comparet clericus, & allegat
iura ſua, tunc laicus dicitur conuentus coram ſuo iudice
per clericum agentem, & ille iudex per iuris remedia pro
cedit rite,& recte, quia eſt iudex competens: ſed quando
non comparet,non eſt iudex,ſed ſolum ſe informat de no
toria oppreſſione, vt poſſit charitatiue oppreſſum defen-
5 dere. † Tertiò quæro, quid ſi clericus ſpoliauit laicum, &
vitio ſpolij non purgato res illa peruenit ad alium cleri-
cum, vtrum poſſit procedi ſecundum dictam formam cõ-
tra iſtum clericum, qui non ſpoliauit? Videtur ꝙ ſic, per
id, quod legitur,& notatur in c.ſæpe.de reſti.ſpol.& ſupra
in conſtitut. circa violentiarum. & ita multi Doctores de
ſacro regio Conſilio tempore regis Ferd.ſecundi dixerũt.
Quidem contra,quia illud cap.eſt fundatum ſuper violen
tia, & iſte clericus qui nunc poſſidet, nullam violentiam
commiſit. Ad hoc fuit reſponſum, ꝙ non ſolum dictum
capitulum eſt fundatum ſuper violentia, ſed etiam ſuper
iniuria illata,& ſic comprehendit eum,ad quem peruenit
poſſeſſio,vitio ſpolij non purgato,quia affecit iniuria ipſũ
ſpoliatum notorie.Fuit dictum per aliquos conſcientiatos
Doctores,ꝙ iſtud eſt multum eetendere diſpoſitionem di
cti capituli,nec fuit mens condentis dictum capitulum,ꝙ
traheretur ad hunc caſum: tamen ego vidi, quòd dictum
capitulum fuit extenſum ad hunc caſum. Quartò quæro,
quidam clericus tenebat beneficium eccleſiaſticum autho
ritate ordinaria, alius clericus habuit à commiſſario apo
ſtolico literas executoriales eiuſdem beneficij,& priuauit
illum clericum poſſeſſorem poſſeſſione dicti beneficij,ille
comparet coram rege, & dicit, quòd non potuit de facto
priuari ab illo commiſſario ſine citatione per ea, quæ no-
tantur in c.licet epiſcopus. de præbend. lib.6. & implorat
defenſionẽ regiam,an eſt ei præſtanda dicta defenſio cha-
6 ritatiua? † Reſpondeo,præſtanda eſt dicta defenſio, quia
iniuriam & ſpolium fecit poſſeſſori beneficij in priuando
eum poſſeſſione beneficij,eo non vocato, licet collatio be
neficij potuiſſet fieri eo non vocato,vt firmat Io.And.in c.
ordinarij.de offi.deleg. & Inn.in c.cum olim. de priuil.&
Abb.Sic.in c.conquerente. 2.col.de reſt.ſpo.& in cap.fi.de
præſumpt.vbi loquitur etiam de executore.& Io.Andr.in
c.1. de conceſ. præben. lib.6. & Alex. in 1.volum. conſil.
e4.& Lud.Roma.in conſi.e 1 u.incipien.quoad primum,
& ita vidi ſeruatum in conſilio. Quintò quæro,vacante be
neficio eccleſiaſtico,vnus cum bulla apoſtolica fuit ſolici-
tus,& accepit poſſeſſionem beneficij, alius clericus priua-
uit eum poſſeſſione, & produeit literas apoſtolicas, inuo-
catur defenſio regis per illum ſpoliatum,ille producit lite
ras Papæ,ita ꝙ eſt cõtentio,an iure,vel iniuria fuit factum
7 ſpolium, an ſit præſtande defenſio prædicta? † Reſpon-
deo,quòd non,quia non pertinet ad regem iudicare de ti-
tulo beneficij,etiam incidenter, vt dicunt Docto. in l.quo-
ties.C.de iud.cum concor.ſuis, & in c.tuam. de ordi. co-
gnitio.& in c.lator.qui filij ſint legit.& in cap.ſi iudex lai-
cus.de ſenten.excom.lib.6.etiam in cauſa poſſeſſorij,vt fir
mat Aleeand.in l.Titia.verſi.8.fallit.ff.ſolu.mat.ſed debet
remittere ad iudicem competentem. Sextò quæro,implo-
ratur defenſio contra clericum ſpoliatum virtute ſenten-
tiæ

riæ iudicis eccleſiaſtici, quam ſpoliatus allegat nullam,
quia non fuit ſeruatus ordo iuris, vel quia iudex erat in-
competens, vel alia nullitas ex defectu iuris poſitiui, non
ex defectu iuris naturalis, verum iudex ſecularis cogno-
ſcet de iſta nollitate ad effectum, vt deneget, vel concedat
defenſionem? Reſpondeo, quod licet Pet. de Anch. in conſi.
383. incipiente, & retento ordine dubiorum. verſic. viden
dum de quarto dubio. dixerit, quòd iudex ſecularis non
debeat obedire iudici eccleſiaſtico, quando iudex eccleſia
ſticus proceſſit non ſeruato iuris ordine, per no. in c. 1. de
offi. ordi. & in c. cum in iure. de offi. deleg. per Io. And. in
nouella, tamen hoc procedit, quando nullitas eſt euidens,
aliàs ſecus, & ita intelligitur, quod dicit Cardi. in clem. 1.
8 verſi. 6. quæro. de re iud. † Septimò quæro facta dicta cita
tione per edictum comparet clericus, & dicit, quod ipſe non
ſpoliauit, ſed iure permittēte poſſidet: & quia eſt clericus,
petit ſe remitti ad iudicem ſuum eccleſiaſticum, verum
debeat remitti? Ego vidi pluries fuiſſe oppoſitam dictam
exceptionem, & non fuiſſe admiſſam iuridicè, quia rex &
eius delegatus non procedit vt iudex, ſed vult ſe informa
re per viam notorii, ſi ipſe debet defendere oppreſſum. &
ideo non cadit hic declinatoria fori, ſed ipſe clericus di-
cendo, quod iuſtè poſſidet, eſt actor (vt ſuprà dixi) & ideo de-
bet plenè audiri contra illum laicum, & per ſuam compa-
ritionem rex, & eius delegatus efficitur iudex. ſi poſtea
producit iura, videtur recedere ab illa declinatoria per ea,
quæ no. in l. ſi quis in conſcribendo. C. de pac. ſed ſi perſi-
ſtit in declinatoria, & non vult tacitè, vel expreſsè renun-
ciare declinatoriæ, non erit iudex rex per ſuam compari-
tionem, ſed procedit ſe informando, non per viam iudi-
cij, vt ſuprà, ſed ſe informabit per viam notorij de dicta
oppreſſione. Nec obſtat id, quod dicit Bald. in d. l. ſi quis
in conſcribendo. circa fi. quod tam in cauſis magnis quàm in par-
uis ordinarijs, & ſummarijs, & coram iudicibus ordina-
rijs, & delegatis habent locum exceptiones declinatoriæ,
quia iſta non poteſt dici cauſa. nec iudicium, ſed eſt qui-
dam modus procedendi in informatione notorij ad præ-
ſtandum defenſionem de facto oppreſſo, vel iniuriato.
9 † Octauò [b] quæro, an de iure iudex ſecularis poſſit eſſe iu
b dex competens ſuper cauſa meri poſſeſſorij beneficij ec-
cleſiaſtici, vel re ſpirituali inter clericos? Doctores Gallici
noſtri temporis dicebant indiſtinctè, quod ſic, & allegabant
pro eis dictum Vincentij doctoris antiqui, in c. 2. de iudi-
cijs. vbi dicit, quod iudex ſecularis eſt iudex competens ſu-
per poſſeſſorio de re ſpirituali. hoc etiam ſenſit Ion. in c. cum
dilecti. de ele. dum dicit, quod non eſt cauſa merè ſpiritualis,
vbi agitur poſſeſſorio de re ſpirituali. hæc & alia alle. Ab.
Sic. in c. 2. 2. col. de iur. cal. item petere reſtitutionem poſ-
ſeſſionis, eſt recurrere ad extraordinarium auxilium, vt di
cit gl. in c. eum qui. de eo qui mit. in poſ. cauſa rei ſeruan.
item quia dicebat Ant. de But. in c. cum ſit generale. de fo
ro comp. & in d. c. tuam. de ordi. cogn. quòd vbi de re ſpi-
rituali eſt quæſtio facti tantùm, & non iuris, poteſt ſecula-
ris iudex cognoſcere, ergo poteſt, quando quæſtio ſolùm
eſt de poſſeſſione nuda. & tenet hoc Bart. in l. Titia. ſupra
allegata, & in l. 2. ff. de iuriſ. omn. iud. & ibi dixi. Item alle
gabat Vicecancellarius Pariſienſis Abb. in d. c. 2. in 4. col.
10 de iura. calum. † vbi expreſsè tenet, quòd vbi diſputatur
de mero facto, nec venit diſcutiendū aliquid iuris, vt quia
agitur poſſeſſorio retinēdæ eccleſiæ ſuper turbatione, vel
ſuper calice ſubtracto, tunc eſt iudex competens laicus,
vt ibi latius per Abbatem. Item allegabat Abb. in d. capit.
cum dilecti. 4. colum. de elect. ubi dicit, quòd cum agitur
poſſeſſorio, nō poteſt dici cauſa ſpiritualis, licet agatur de
re ſpirituali, & ſic poteſt talis cauſa agitari coram iudice
ſeculari, licet remittat ſe ad dicta per eum in capit. fin. de
iudi. & in d. cap. 2. Idem tenet Arch. & Ioan. And. in c. fre-
quens. de reſt. ſpol. lib. 6. & per hoc dicebam, quòd ille, qui
habet ius in beneficio, & uult dare pecuniam pro rehaben
da poſſeſſione beneficij, nō committit ſimoniam, quia ibi
nullum eſt peccatum ex parte dantis, puta, ſi propter poté-
tiam aduerſarij, uel impotentiam ſuam non poteſt illam
facilius conſequi apud ſuperiorem, tunc ut euitet magnū
præiudicium, licitè poteſt dare pecuniam pro recuperan-
da poſſeſſione beneficij, ſecundùm dominum Abb. & Io.
de Ana. in c. dilectus filius. de ſimonia, quia poſſeſſio non
eſt res ſpiritualis. Sed in contrarium tenuerunt multi uer-
tices iuris, & maximè Io. And. in d. c. fin. de iud. in nouella,
& Ant. de But. in d. c. 2. Dominicus de ſancto Gemi. in d. c.
11 ſi eque os. † quia cauſa poſſeſſorij ſuper beneficio cenſenda
eſt ſpiritualis, ex quo eſt de re ſpirituali. dicit Ioan. And. in
d. c. fi. quod Vincentius errauit, ut ibi per Abb. Sicu. tamē ipſe
ſe remittit ad ea, quæ ipſe ſcripſit in d. c. 2. & in hoc cōcur
rit Ioan. de Ana. in ca. ad aures. de ſimonia. ubi dicit, quòd
poſſeſſio beneficij licet non ſit ſpiritualis, tamen eſt anne-
xa ſpirituali. & pro hoc uidetur caſus in cap. cum cauſam.
de præſcrip. ubi laicus eſt incapax poſſeſſionis decimarū.
ſi enim non eſſet ſpiritualis, non eſſet incapax. ſi ergo eſt
ſpiritualis, iudex laicus non cognoſcit, ut in cap. 2. de iudi
cijs. Concludo ergo, quòd iudicio poſſeſſorio non poteſt
conueniri clericus coram iudice laico, etiam de re profa-
na: quantò magis de poſſeſſorio eccleſiæ, uel rei eccleſiaſti
cæ: & quando proceditur uirtute dictorum capitulorum
regni, illud non eſt iudicium, nec lis, ſed proceditur uia fa-
cti ſuper notorio ad præſtandum charitatiuam defenſio-
nem regis, uel non præſtandam, ut ſupra dictum eſt, & ſic
uides, quòd tunc delegati laici regis, ſi uolunt ſe facere iu-
dices uirtute dictorum capitulorum, non poſſunt eſſe iu-
12 dices, ſed poſſunt ſe extraordinariè informare. † No. pri-
mò ex tex. ibi, quamuis religioſum. errorem huius conſti
tutionis, & compoſitoris, quòd iudex laicus tanquam iu-
dex competens cognoſcit de cauſa inter clericum conuen
tum, & laicum agentem ſuper uendicatione rei burgenſa-
ticæ, uel ſuper poſſeſſorio adipiſcendæ, uel recuperandæ
uel reſtituendę poſſeſſionis, & non ſolùm hoc dicebat ha
bere locum in clerico conuento, ſed etiam in religioſo,
quod eſt contra ſacros canones, ut patet ex his, quę ſupra
dicta ſunt, & in c. eccleſia ſanctę Mariæ. de conſtit. & in d.
c. ſi diligenti. de foro compe. Qui autem dicantur religio-
ſi, & qui ueniant appellatione religioſorum, uide copioſè
per Felin. in d. c. eccleſia ſanctæ Mariæ, in 1. colum. Secundò
no. ex tex. ibi, rei qualitate potius. alium errorem huius
conſtitutionis. nam uolebat, quòd perſona debeat ſequi
conditionem rei. & pro hoc facinnt multa, quæ allegat
Lucas de Penna in l. 1. & 2. & ſeq. colum. C. de imponen.
lucra. deſcript. quod eſt contra omnem rationem, quia cū
homo ſit digniſſima creaturarum, ut in l. iuſtiſſimè. ff. de
ædi. edic. & omnia ſibi ſunt ſubiecta, ut in pſal. ideo res
debet ſequi conditionem perſonæ, & non perſona condi-
tionem rei. & hoc firmant Pau. de Liaza. & Card. Flor.
13 in clemen. præſenti. in 2. not. de cenſibus. † Tertiò no. ex
eo. tex. unum alium errorem, quòd clerici pro bonis bur-
genſaticis patrimonialibus non gaudent priuilegio fori,
quod eſt contra omnia illa iura, quæ allegat Oldr. in con-
ſilio octogeſimotertio, incipiente, an epiſcopus poſſit de-
clinare forum. ubi probat, & concludit, quòd clericus pro
bonis patrimonialibus gaudet priuilegio fori. & dicebat
Abb. Sicu. in d. c. quæ in eccleſiarum. in antepen. col. quod ſta-
tutum laicorum non poteſt diſponere ſuper bonis patri-
monialibus clericorum, & quòd ubi agitur reali actione,
c clericus non poteſt conueniri coram laico, [c] & probat ra-
tionibus, de quibus ibi per eum, non tamen per omnia bo
na patrimonialia clericorum iudicantur ut bona eccleſia-
ſtica, ut dicit Abb. Sic. in c. 1. in fi. de conſuetudine. & patet
ex ſcriptis per Felinum in dicto cap. eccleſia ſanctę Marię.
in 6. col. Glo. hic non ſunt, nec And. nec aliquis doctor ſcri
bit aliquid.

ANOTATIONES.

a Clericus] Ad idem vide per Matth in dec. 2. & dec. 24. Barius.
b Octauò.] Adde ad hanc quæſtionē Abb. in c. literas. de iur. calum.
& vide Gul. Bened in c. Raynutius. in verbo, axorem. fol. 77. nu.
322.

1 ſ22 & nume.] 25.de aeſta Matth de Affl. deciſ. 24 Curtius iunior in tacta.feud ſeptima parte. q 6 ibi, lexto quarto. Gui. Papæ deciſ. 1. & ideo agens poſſ.ſſorio tunc tenetur oſtendere titulum beneficij.Card.in clem.diſpendioſam.de iudi.
6 Barto.] Ad idem uide dominos de Rota deciſio.551.in antiquis. Baiu.

De numero baiulorum per loca. Rubr. LXVIII.

CONTINVATIO patet per ſe, quia proſequuntur ea, quæ concernunt materiam baiulorum,conſtituendo numerum baiulorum in locis, vt tres tantummodo conſtituantur.iſte numerus ternus eſt multùm approbatus.nam diuina Trinitas conſiſtit in tribus perſonis & vnitas, vt patet in l.j.C.de ſumma.trini.& habetur in capitu. vnico.de ſum.tri.lib.6.Item ſecundùm Andr.in conſtitu.inſtrumentorum robor.teſtamentum conditum cum ſeptem teſtibus probatur per inſtrumentum ſubſcriptum per tres teſtes. Item tria onera tutelarum dant excuſationem,de quo in l.Titia.ff.de excuſat.tuto.Item vbi ſunt tres,non poteſt committi falſitas, q non detegatur,vt dicit Bald.in l.hac conſultiſſima.in fi. C. qui teſta.face. poſ. item lex, properandum.C. de iudicijs. ſtatuit,inſtantiam cauſę durare ſolùm per tres annos.Item triplex funiculus difficilius rumpitur,vt no.in c.j. de treuga & pace.Item in ſententia excommunicationis proferenda trina monitio eſt neceſſaria,vt in c.cōſtitutio 3.in verbo.3.de ſen.excom.& ibi concorda.Sicut etiam ad conſtituendum contumacem feudatarium,vt perueniatur ad captu-
a ram poſſeſſionis feudi,[a] requiritur tertia citatio,vt in c. 1.de milite vaſal.qui contu.eſt. Item ad eligendum prælatum eccleſiæ vacantis ſtatuitur tempus trium menſium,vt in ca.ne pro defectu.de elec.Item tribus modis fit electio, per ſcrutinium, per compromiſſum,& per inſpirationem. cap.quia propter.eodem tit.& tripliciter fit nominatio, vt in c. quod ſicut.§. ſuper eo. & ibi per Abb.eod.titu. Item tres apodiſſæ diuerſę trium annorum probant ſolutionē cenſus annorum omnium præteritorum.tex. eſt in l. quicunque.C.de apochis pub.lib.10.niſi in 10.caſibus ibi per me collectis.Impar quidem numerus cenſetur mūdus.27. q.j.c.nuptię de quo latè per Lucam de Penna in l.ne potes. C.de his qui num.libero.in verba,quinque. & Ioan.And. in proœ ſexto libri. Et in multis taxatus eſt numerus triū, prout ſtudioſus poterit addere.

ANNOTATIO.

a Feudi.] Adde eundem Affl.in conſti inconſutilē.pen.col. & Guid. Papæ in tracta.de forma inuentarij. col.3.

SVMMARIVM.

1 *Multitudo iudicum eiuſdem tribunalis reprobatur.*
Multitudo oneroſa nil habet honeſti.
2 *Multi quot dici poſſint.*
3 *Impedimenta litigantibus nonnunquam contingentia quæ ſint.*
4 *Impedimentum ex multitudine iudicum proueniens an excuſet quandoque actorem ab expenſis.*
5 *Baiuli in loco conſtituendi debent eſſe de loco domanij.*

SÆPE Contingit.Quoniam multitudo ſæpe officialium, ideſt iudicum habentium cauſam iudicare, non poſſunt de facili conueniri in vnum ad iudicium, & ideo litigantibus paratur impedimētum, ſtatuitur hic, vt tres tantummodo conſtituantur baiuli,qui ſint de demanio regis in locis, in

1 quibus debent conſtitui baiuli, & non plures.h. d. †. No. primò ex tex.multitudo, quòd multitudo iudicum habentium notare,& iudicare in cauſa, dat impedimentum litigantibus, ne poſſint citò iuſtitiam conſequi.& ex hoc infero, q malus eſt mos addere iudices vnius tribunalis tribunalibus ordinarijs conſtitutis,quia ex hoc cauſatur difficilis congregatio,vt docet experimentum,& ſic cauſæ prolongantur.Hinc dicimus,q multitudo oneroſa nihil habet honeſti,vt in Auth.de referendarijs,circa finem.& ideo eſt canonibus inimica.in c.quia in tantum . de præben.lib.6. Et in multis reprobatur a iure multitudo, vt patet in c.ex eo in multis . de reſcrip. lib. 6 per Arch. & per glo.ibi, & no. glo.in c.cum ſit ars artium.de æta.& qualitate,& vide hic Andr.qui allegat lib.Machab.in 3.capit. q in multitudine exercitus non eſt victoria.& Veg.de re mi.lib.3. Item mul-
a titudo teſtium refrenatur,[a] vt no.in Auth. de teſti.in prin. c.ſignifi.de teſt.l.j.§.quāquam, & ibi Bar. & Alex.ff.de te-
2 ſti. † Quot autem homines dicantur multi:[b] dicit Bald. in
b l. excuſantur.ff. de excuſa. tut. quòd tres, quatuor,quinq;. Sed pro multitudine ſemper præſumitur,vt no.in c. in canonicis. 19.diſt. quia quod a pluribus recipitur, maioris eſt authoritatis,quàm quod a paucioribus, vt in iuribus allegatis ibi per glo.2.in c.puto. x.q.7.multa collecta iuuāt, quæ ſingula per ſe non probant.c.cauſam. de proba.& ibi glo.allegat concordantias,& glo.in c.præterea.de teſti. facit l.ſpadonem §.qui iura.de excu.tu.per Nic.de Neap.Aduerte, quia vt dixi ſuprà in conſt. magiſtri camerarii, iſta corrigit illam,inquantum volebat, quòd nō eſſet niſi vnus
3 baiulus in loco,hæc conſti.vult,q ſint tres baiuli.† Secundò no. ex tex. ibi, Impedimentum, q hic in tex.eſt vnum impedimentum in cauſa, de quo Doctores non fecerunt mentionem,ubi narrat impedimenta, quæ occurrunt litigantibus: ſunt enim impedimenta,ſcilicet infirmitas,carceratio,paupertas appellātis, compromiſſum factum de lite, vt in cle.quandiu.de appe.ſi appellatus petat longiores dilationes.Item negligentia procuratoris.Item ſi iudex noluit, vel nō potuit in cauſa procedere Item caſus fortuitus contingens in itinere, vt plenè per ſcribentes in c.ex ratio-
4 ne.de appel. † An iſtud impedimentum multitudinum iudicum habeat excuſare actorem,vt non teneatur ad expenſas,ſi perempta eſt inſtantia, & inſufflatur per regem ſpiritus vitæ in cauſa? Dic quòd non tenetur ad expenſas, ſi proteſtatus fuit de dicto impedimento, vt no. in capitu. cupientes.§. quòd ſi per viginti. de ele.libro ſexto.& no.in capitulo fina. de appel.& dicit Barto in l.1.§.dies.ff.quando appel. ſis, quòd ipſe conſuluit, quòd fiat proteſtatio coram perſonis honeſtis.adde Barto.in l. de pupil.§.ſi quis ip-
5 ſi prætori.in decimaſexta quæſtio.de oper.no.nunc. † Tertiò no.ex tex.ibi, de demanio.quòd tres baiuli, qui conſtituuntur in loco,debent eſſe de loco demanij,ſubaudi in locis,quæ ſunt de demanio,& non vaſalli Baronum, vel eccleſiæ. ſic etiam nullus iudex ad contractus, vel notarius ſtatuatur,niſi de demanio,iubet conſtitut.infrà,in locis demanii.& ibi de hoc dicetur,hic non ſunt alia.

ANNOTATIONES.

a Refrænatur.] Ad idem vide tex.in c.cum cauſam.de teſtib. & in l. 1.§.6 ff.de teſtibus.uide Regiam Pragma. quæ incipit, ſtatuimus ſub rub.de refrænatione teſtium.Ioan. Ant. Batius.
b Quos autem homines dicātur multi.] Adde,q verbum hoc,multitudo,verificatur in tribus,quatuor,& quinque.Bald.in l. excuſantur,col.3.ff.de excuſ.tuto.ubi infert ad quæſtionem . & q hoc verbum multitudo, uerificetur etiam in binis, eſt tex.in § 1.in Auth.de depoſi.& denun.ibi,& cum alia multa,& glo.enumerat ibi tria priuilegia tantum,& non ſolum uerificatur in tribus, ſed etiam in duobus.§ ſingulorum.Inſt. de rerum diuiſ.ubi dicitur, q multis modis quæritur dominium,& tex. poſtea duos tantum ponit,& eſt tex.in § 6.Inſti.de iure perſona,& Bar.idem firmat in l.1.§ hoc teſtamentum.ff.ad vellia.& ibi Alex.ponit optimam apoſtil. & Aretin.in tracta malefi.in uerbo pluribus.in prin. & ibi Auguſt.de Arim.in addi.& uide gl.& Docto.in d.§.6.Inſtitu. de iure perſona.

Ut clerici non ſint baiuli, neque iudices, & de pœna facientium contra. Rubr. LXIX.

DICTVM eſt ſuprà proaimè de numero baiulorum, & etiam de qualitate ipſorum, videlicet, quod oportet, quod ſint de demanio. verùm quia poterat dubitari, an clerici, qui ſunt de terra demanij regis, poſſint eſſe baiuli, vel iudices baiulorum, & ſic per hoc ſunt puniendi, & quo tempore anni debeant conſtitui dicti baiuli, ideo ponitur hęc rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Militans Deo negotijs ſecularib. ſe nullatenus implicare dēt.*
2 *Clerici de prima tonſura non poſſunt eſſe iudices baiulorum.*
Monitio de iure canonico vindictam præcedere debet.
3 *Officiales noui in calendis Septembris ſunt creandi.*
4 *Sacerdos duplex eſt, ſpiritualis ſcilicet & temporalis.*
5 *Eccleſia nondum potuit oēs gentilium ſuperſtitiones obliterare.*

CLERICI. Tria dicta continet hæc conſtitutio. Primum dictum eſt, quod clerici nō
poſſunt eſſe baiuli, nec iudices baiulorū.
Secūdum dictum, quod ſi clerici exercuerint
officium baiuli, vel iudicum penes baiulos, de hoc expreſsè ſi ſint conuicti per ſententiam, debent condemnari ad pœnam publicationis bonorum ſuorum regio fiſco. Tertium dictum eſt, quod baiulationes debent concedi, vel in extaleum, idest, quod vendātur
eius redditus, & prouentus, vel concedantur ad credētiam
in calendas menſis Septembris, ideſt primo die menſis Septembris. h.d. vſq; in fi. Vel ſic. Clerici ſecularib. negocijs
non debent ſe immiſcere, prout ſacri canones ſtatuerunt,
& ideo non poſſunt eſſe baiuli, neq; iudices baiulorum, &
contrarium facientes puniuntur pœna publicationis bonorum ſuorum, & in calendis Septemb. debet fieri conceſſio
1 baiulationis, vel ad extaleum, vel ad credentiam. † No. pri
a mò ex tex. ibi, a forenſib. negocijs. [a] quod hic tex. approbat illā
doctrinam apoſtolicam, nemo militans Deo implicet ſe ſecularib. negocijs, vt in c. 1. in fi & c. ſed nec. extrà, ne clerici vel mona. ſecu. neg. ſe immiſce. dr̄ aūt negotium ſeculare prohibitum clericis, conducere res ſeculares, vt in d. c. j.
& in d. c. ſed nec. vbi expreſsè dr̄, quod exercere iuriſdictionē,
quam a ſecularib. habeant, eſt eis interdictum, nō ſolum per
iura canonica, vt in dictis iuribus, & glo. ibi allegat cōcor.
bene facit tex. in c. clericis. ibi, ne quis ſacerdos officium habeat vicecomitis, aut prępoſiti ſecularis. ne clerici vel mona.
& tex. in c. pe. & fi. de vita & hone. cle. ſed ēt per ius ciuile,
ut in l. placet. C. de epi. & cle. & patet ēt in l. conſulta diualia. C. de teſta. ibi, promiſcuis actib. rerum turbentur officia. & ſubditur, pręcipuè clericis, quib. opprobrium eſt &c.
& in regnis iſtis per iſtam cōſtōnem. † Secūdo no. ex tex. ibi,
2 ad iudices. contra clericos de prima tonſura, qui ſunt facti
iudices baiulorum, nam procurator fiſcalis poſſet ipſos cōuenire in curia eccleſiaſtica, vt pro hoc condemnentur ad
pœnam condemnationis bonorum oīum ſuorum cōfiſcandorum regię curiæ. ſed hoc dictum non approbo, quia iſta
pœna non potuit imponi non ſubdito per imperatorē, vt
patet in c. eccleſia S. Mariæ. cum concor. de conſtit. Vtrum
autem epiſcopus poſſit ex hoc delicto priuare eos clericatu & beneficijs eccleſiaſticis? Dic quod non, quia non fuerunt
b moniti tertiò ab epiſcopo [b] vt talia negocia ſecularia non
exerceant, ſed ſi fuiſſent tertiò moniti, & non deſtitiſſent,
tunc poſſent ex hoc delicto puniri, etiam pęna priuationis
beneficiorum eccleſiaſticorum, & priuari clericatu, vt patet ex not. in ca. 2. ne clerici vel mona. & in d. c. fi. de vita
& hone. cle. ſemper. n. de iure canonico admonitio debet
3 præcedere vindictam ſecundum glo. in d. c. fi. † Tertiò no.
ex tex. ibi, calendis Septembris, quod in primo die menſis Septembris fiūt noui officiales, ideſt, baiuli ad extaleum, vel
in credētiam, ſic etiam fiunt noui iudices in magna Curia
vicariæ, & noui capitanei per regem, quia ſic eſt de conſuetudine regum huius regni. Et quare dicuntur calendæ, &
quot ſunt quolibet menſe, vide glo. magiſtram Io. And. in
data 6. lib. & per gl. in l. cum biſſextus. de verb. ſig. & in rationali diuinorum. in 8. parte. rub. de anno. In gl. vnica ibi,
& iudices ſortè. hic gl. allegat rationem dubitandi, quare
clerici nō poſſunt eſſe iudices baiulorum, cum iudices lex
appellet ſacerdotes, vt ff. de iuſt. & iu. l. j. & non reſpōdet.
Sed reſponſio eſt, quia non conuenit clericis exercere forenſia negocia, & iudices laici, quando exercent officium,
debent iudicare iuſtè, vt ſint ſacerdotes, & quando iuſtè iudicant, poſſunt dici ſacerdotes temporales. † Et ſic duplex
4 eſt ſacerdos: temporalis, qui eſt iudex: & ſpiritualis, qui dicitur presbyter, vel ibi iudex eſt ſacerdos, quando componit iuſſu principis ſacras leges, vt in l. leges ſacratiſſimæ. C.
de leg. ſecundum Alb. de Roſ. in d. l. j. Et ſubdit, quod iudices,
qui iuſtè iudicant, non ſolum appellantur ſacerdotes, ſed
etiam Angeli Dei, & plus merentur, quàm religioſi, vt ibi
per eum. In eadem ibi, ſed iure noſtro in calendis Ianuarij,
dic quòd apud antiquos ita erat feriatus primus dies Ianuarij, prout dicitur in l. pridie. ff. de ferijs, & non legitur
5 quòd aliquis ſanctus illa die fuerit martyrizatus, † & obſeruabant quaſdam ſuperſtitiones, quas adhuc eccleſia nō
potuit in totum tollere, ut narrat Aug. 26. q. vlt. c. non licet. & c. ſi quis calendas. & c. non obſeruetis. ut patet in
martyrologio. & in hac die adipiſcebantur munera, & honores, vt in Auth. de conſulibus. §. hinc autem, & glo. in l.
omnes dies. C. de ferijs.

ANNOTATIONES.

a Negotijs.] An autem teneat iudicium, ſi clericus fuit procurator, ubi non poterat interuenire, ſi non excipiatur, uide tex. in c. pia. de exceptionibus lib. 6. & tex. in c. 2. extra de poſtulan. Panor. in ca. 2. extra ne clerici, uel mona. Battus.

b Epiſcopo] An vbicunque citatio uel monitio requiritur trina in materia odioſa, ſufficiat una peremptoria? vide per Abb. in d. ca. 2. in fi. ne clerici vel mona. Io. Ant. Battus.

De triceſima, & ſalario officialium. Rubr. LXX.

SEIPSVM cōtinuat, quia multa dicta ſunt in præcedentibus titulis cōcernentia officium baiulorum, erat videndum de ſalario ipſorum baiulorum pro officio ipſo, quod exercent miniſtrando iuſtitiam in cauſis ciuilibus, quia nemo debet ſuis ſtipendijs militare, vt eſt tex. in Auth. de iudicibus. §. ne autem, & patet etiam. c. cum ex officii. circa fi. de præſcrip. cum concor. ibi in gl. pe. allegatis. & dixi ſuprà in conſti. iuſtitiarios regionum, quod ſalarium eſt triceſima cauſarum ciuilium, de quo nō erat dictum, ideo ſequitur hæc rub. de iure verò Authēticorum ſalarium pedaneorum iudicum erat de lite excedente centū aureos: aurei quatuor, duo in litis conteſtatione, & duo in fi. cauſæ, de cauſa centum ducatorū, vel infrà, nihil debebatur dictis iudicibus, ſed pro dicto labore fiſcus dabat eis ſtipendium librarum duarum auri per annum, ſed hæc non ſunt in obſeruantia, ut dicit glo. in dicto. §. ne autem.

SVMMARIVM.

1 *Conſtitutio, conſtitutionū, nō corrigit cōſtōnē, regiæ maieſtatis.*
2 *Occaſio malignandi per eum, qui regit, debet tolli.*
Occaſio in quo differat a cauſa.
3 *Baiuli de quibus cognoſcere poſſint.*
4 *Triceſima baiulis eſt ſoluenda à parte condemnata.*
5 *Triceſima quo tempore ſit baiulo ſoluenda.*
6 *Triceſima an ſit baiulis debita, citato comparente & debitum*

tum confitente.
7 *Officialis pro errore modico ſyndicari non debet.*
8 *Citatus amicos interponens pro dilatione obtinenda, an teneatur ad triceſimam.*
Iudex, qui triceſimam habuit, nihil pro ſubſcriptione ſententiæ habere poterit.
9 *Triceſima iudici ſoluitur, ſi reo citato partes tranſigant.*
Trāſactio fit de rebus dubijs, ideo tranſigēs confiteri nō cēſetur.
10 *Tranſactio tam de lite iuſta, quàm iniuſta fieri poteſt.*
11 *Aſſiſia quid ſit.*
Pœnæ plures imponuntur aliquando pro vno delicto.
12 *Neapolis ex conſuetudine facultatem, licentiam, ſeu authoritatem habet ponendi iudices penes baiulos.*
Neapolis ciuitatis ſemper fidelis laudes copioſæ.
13 *Salernum quale inter alias ciuitates habeat priuilegium.*
14 *Pœna ſpiritualis pœnam non tollit impoſitam a lege temporali, nec econtrario.*

CONSTITVTIONVM. Hęc conſtitutio diuiditur in quinq; partes. In
prima Imperator dicit, ꝙ ipſe intēdit
ſupplere defectum ſuorum ꝑdeceſſo
rū, & defectus erat in hoc. nā ſupra in
conſt. q̄ incipit, regiæ maieſtatis. ſtatu
tum fuit, ꝙ tm̄ in cōmodato, mutuo,
& depoſito baiulus debebat exigere tertiariā, de alijs verò
cauſis nihil ſtatuerūt. & ideo dabatur baiulis materia ma-
lignandi. hæc eſt prima pars, & durat vſq; ibi, ſtatuimus.
Hic eſt 2. pars, in qua facit legē generalē in dictis regnis, vt
baiuli locorū exigāt & recipiāt triceſimā partē eius, qđ pe-
titur, vel eius æſtimationis a cōdemnato, cum cā per ſnīam
deciditur, ſiue agatur ſuper re mobili, ſiue re ſtabili, vel re
bus ſe mouentibus, vel alijs iurib. ex quacūq; cā, ſiue actio
ne perſonali, vel reali, & ſm̄ diſtinctionem cōſtōnis nouel
læ, infrà, q̄ incipit, cum circa iuſtitiæ tramites. ac ēt cōſtō, q̄
loquitur de expēſis, q̄ incipit, diuorū principū. cū ſequēti.
& hæc eſt ſecunda pars, q̄ durat vſq; ibi, ſi verò cā. Hic eſt
tertia pars, in qua remouet vnum dubiū, videlicet, quid ſi
in cā introducta corā baiulis partes trāſigūt, an ambæ par-
tes debeāt ſoluere triceſimā, & dr̄ hic ꝙ ſic, & durat vſque
ibi, baiuli aūt. Hic eſt quarta pars, in qua imponitur pœna
baiulis, qui vltra, vel citra dictā aſſiſiā exigunt, puniūtur pę
na ſpirituali periurij, quia venerunt contra eorum iuſm̄ ꝑ-
ſtitum, iuxta formam conſtōnis ſuprà, puritatē. & puniunť
pœna duarū librarum auri applicanda regio fiſco, & durat
vſq; ibi, circa. Hic eſt quinta, & vltima pars, & quia in mul
tis cōſtōnib. reperitur iſte verſiculus incorreptus, ideo po-
no verba tex. correcti. Circa cōpalatios aūt Neapolis, & ſtra
ticos Salerni, & Meſſanæ, quib. etiā de oibus, de ſpeciali, &
antiqua ꝑrogatiua & regni noſtri cōſeruatione cognoſciť
eſſe pmiſſum, ordinatione ꝑſentis cōſtōnis nihil uolumus
immutari, aliàs innouari. In hac vltima parte Imperator de
clarat, ꝙ per ꝑſentem conſtōnem nihil vult, ꝙ innouetur
circa compalatios, i. circa iudices, qui reddunt ius in pala-
tijs ciuitatis Neapolis, & ſtraticos ciuitatis Salerni, & Meſ
ſanæ, quæ ciuitates ex antiqua conſuetudine per eos com-
palatios & ſtraticos de omnib. cauſis ciuilib. cognoſcunt,
& eis per reges permiſſum eſt pro conſeruatione regni, &
ſic non arctantur exigere iſtam triceſimam in plus vel mi-
nus, ſed ſeruent, prout antiquitus ſeruauerunt. h. d. vſq; in
1 finem. † No. primò [a] ex tex. ibi, tertiariam. ꝙ licet iſta cōſti
a tutio mandet exigi triceſimam, qñ agitur actione perſona
li, vel reali, tñ non corrigit conſti. regiæ maieſtatis, q̄ vult,
ꝙ in cauſa mutui, depoſiti, vel cōmodati negati, & poſtea
probati exigatur tertiaria. & eſt ratio, quia illa tertiaria exi
gitur potius propter mendacium, quàm pro iure ſalarij
baiulorum, licet iſta conſt. ſentiat, ꝙ de iure ſalarij exige-
tur: ſed quomodocūq; ſit, non exigitur, niſi præcedat prius
2 negatio, & ſequatur probatio, & ibi dictum eſt. † Secundò
no. ex tex. ibi, malignandi materiam. ꝙ qui alios regit, de
b bet prouidere, ut tollatur [b] occaſio malignandi, bene facit
tex. in l. vnica. §. ille aūt nouiſſimus. in ver. ibi, ſed ne furan-
di occaſio ſeruis detur. ideo dicebat B. Tho. in 4. ſent. diſt.
15. q. 2. art. 1. ꝙ ꝑcepta iuris poſitiui prohibent ēt occaſio-
nē malorū, & niſi ille, qui habet regere, prouideat, tollēdo
occaſionē peccandi, profectò peccaret, ſicut ille, qui depo-
neret enſem apud furioſum, vel virginem iuueni cōmitte-
ret luxurioſo, ſeu cibū guloſo, vt dicit beatus Tho. in 2. 2.
q. 88. art. 4. Et ideo dicimus, dānum dediſſe vr̄, qui dat oc-
caſionē dāni, vt in d. l. qui occidit. §. in hac. ff. ad l. Aquiliā.
Et ſcias, ꝙ eſt differentia inter cām, & occaſionem: nam ut
dicit Cardi. Floren. in c. ſolitę. de ma. & obe. cā eſt, quæ ne-
ceſſariò infert cauſatū ſuum, occaſio autem non neceſſariò
infert, probatur in c. j. ibi, ne ſic iurantibus peccati occaſio
præbeatur. hinc Prouer. 13. c. occaſionem quærit, qui vult
diſcedere ab amico. Item cā conſiſtit in iure, occaſio in fa-
3 cto. facit c. ſtatutū. §. inſuper. de reſcrip. lib. 6. † Tertio no.
ex tex. ibi, quę non cadunt in nomen contractuum. ꝙ baiu
li cognoſcunt, non ſolùm de omnibus contractibus, actio-
nibus perſonalibus, & realibus, tā ſuper bonis mobilibus,
q̄ ſtabilibus, ſed ēt de hæreditatibus, legatis, & fideicōmiſ-
ſis, & omnibus alijs, quæ officio iudicis expediuntur, & de
cauſis, in quib. agitur pro iure incorporali, & de oibus iſtis
cauſis ſoluitur triceſima, ſm̄ diſtinctionem nouellæ cōſtit.
quæ incipit, cum circa. vbi diſtinguitur, an ſit cauſa ſuper
poſſeſſorio, & ſoluitur ſexageſima: an ſup petitorio, & ſol-
uitur triceſima, an ſuper re corporali, & ſoluitur triceſima
an ſuper incorporali, & ſoluitur ſexageſima, an ſuper iniu-
rijs actione ciuili, & ſoluitur viceſima, vt ibi dr̄. Quartò
no. ex tex. ibi, æſtimationis. ꝙ ſi non petitur pecunia, ſed
res mobilis, vel ſtabilis iudicio petitorio, tunc pro ſoluen-
da triceſima debet res illa, quæ petitur æſtimari, ſ. officio
iudicis a peritis in arte, vt in Auth. de non alie. §. ꝙ autem.
4 per Auge. & de illa æſtimatione dēt ſolui triceſima. † Quin
tò no. ex tex. ibi, a damnato. ꝙ baiulis debet ſolui triceſi-
ma ab illa parte, quæ habuit ſententiam contra ſe, & ſic nō
ſoluitur triceſima ab vtraque per iſtam conſtitutionē, ſed
gl. hic dicit, ꝙ per ſequentem conſtitutionem, quæ incipit,
cum circa iuſtitiæ, hoc corrigitur, qa triceſima baiulis eſt
ſoluenda ab utraque parte, & non ab ea tm̄, quæ portat ſen
tentiam contra ſe. & hoc expreſsè uult dicta ſequens con-
ſtit. ibi, dum dicit, ex utraq; parte litigantium, & conſuetu
dine approbatur, ſcilicet, ꝙ ab utraq; parte ſoluitur triceſi
mæ, uerum in effectu ille, qui ſuccumbit, & condemnatur
in expenſis, ſoluit integrā triceſimā, quia tenetur reſtitue-
re partem triceſimæ, quam ſoluit ille, qui habuit pro ſe ſen
5 tentiam, & hoc nre utimur. † Sextò no. ex tex. ibi, cum cā
per ſnīam deciditur. ꝙ per iſtam conſtitutionem triceſima
eſt ſoluenda tpe, quo fertur ſentēntia diffinitiua, i. ante ſen-
tentiam, ut dicit Spe. in tit. de ſalario. §. 1. uerſic. quid ſi con
cluſo negotio, & ſic facta concluſione in cauſa, debetur tri
ceſima, & nō tpe litis conteſtatæ. ſed gl. hic in eodē uerbo
dicit, ꝙ per conſtōnem ſequentē ibi, dum dr̄, & ſtatim ob
lato libello, & parti porrecto in pecunia, uel in pignore, te-
net, ꝙ poſt litem conteſtatam debeť ſolū triceſima, & ſic p
illam conſtitutionem debet exigi triceſima tpe litis conte
ſtatæ. finaliter gloſſa diſtinguit inter baiulos, & alios iudi-
ces, ut baiulis debeatur triceſima tpe ſententiæ, ſ. poſt con-
cluſum in cauſa, alijs uerò iudicibus debetur tpe litis cōte-
ſtatæ, de quo uide textum in d. conſt. cū circa. & ſuper hoc
uide gl. & And. hic. ego uidi indifferenter, lite conteſtata,
exigi triceſimam, ſed qñ colligebatur per deputatū ad exi-
gendū, non tradebatur iudicibus, niſi lata ſententia, & ita
dicebat ordinatio regis Alphonſi primi, char. 75. Iuxta hoc
6 And. quærit de trib. quæſtionibus. † & primò, utrū triceſi
ma ſit debita baiulis, ſi citatus comparet, & confitetur de-
bitū, & eſt q̄ſtio gloſſæ primæ hic, & concludit, ꝙ aut obla
tus eſt libellus iudici, & reus citatus confitetur, & ſine du-
bio debetur triceſima iudici: quia, ut dictū fuit ſupra in cō
ſtitutione, regiæ maieſtatis. litis cōteſtatio fit ēt per confeſ-
ſionē, ut dicit gl. in l. j. C. de litis cōteſtatio. & And. hic. Aut
non eſt oblatus libellus, ſed factum fuit mandatū iuſtifica
tum

tum, & ille comparet, & cōfitetur debitum, & fit præceptū iux. l. ſi debitori. ff. de iudicijs. & tunc non debetur triceſima, quia iſte paruus labor iudicis non conſideratur, ut in l. omnino. ff. de impenſis. & ff. cōmod. l. in rebus. §. poſſunt. hic poſſent multa allegari, q. modica non ſunt in conſideratione, de quibus per And. Barbat. in repet. rub. extra, de rebus eccl. nō alien. in 6. col. & per Alb. de Roſ. in ſuo dictionario, in verbo, modicum. & per Bal. in l. ſi prædium. C. de ędil. act. & in l. quamuis. ff. de cond. & demonſtr. vbi dicit,
7 † q. officialis pro modico errore nō debet ſyndicari. & Bal. in l. 1. C. de iureiur. & in l. pro hæreditarijs. C. de action. hęredi. & in l. ſiquis in aliquo. C. de teſtib. & in l. æde. C. locati. cum multis ſim. pro modica læſione non detur reſtit. in integ. in l. ſcio. ff. de in integ. reſti. no. in c. 1. eo. tit. lib. 6. Secundò quærit, quid ſi ſine libello porrecto reus comparet, & fatetur debitum, & fit per iudicem præceptū prædictū, ſed ipſe non paret dicto præcepto, quia appellat, nam & appellare poteſt, vt in l. ait prætor. §. non ſolùm. ff. de minor. ſm Andr. hic. vel aliter differt ipſum præceptum, an tunc poſſit compelli, vt ſoluat triceſimam? And. hic videtur tenere, q. tenetur ſoluere triceſimam, quia ſatis dicitur iudex laborare, vt ſuum præceptum exequatur, & triceſima debetur pro labore, vt dicit tex. in ſæpe allegato Auth. de iudici
8 bus. §. ne autem. † Tertiò quærit, quid ſi citatus reus interponit amicos, vt actor faciat ſibi dilationem ad ſoluendū, & ſic habuit dilationem ante præceptum iudicis, vel poſt, vtrum debeatur triceſima iudici? Dicit hic And. q. nō, quia iudex non laborauit, & qui non laborat, non manducat, ſecundùm eum hic, vt l. quamuis. ff. de dam. inſec. & pręmia debentur labori, & virtuti, vt C. de ſtatu. & ima. l. fi. & C. de tuturibus. l. 2. lib. 12. Quartò quærit hic gl. an quādo iudex habuit triceſimam, debeat aliquid habere pro ſubſcriptione ſententię? Prunt dicitur infra in conſt. cum iuſta. & dicit, q. non licet hodie per capitula regni, nihil enim pro ſententia debet iudici ſolui, vt dicetur in d. cōſt. Alias quęſtiones tangentes materiam triceſimarum dicemus infra in
9 conſt. ſequenti, cum circa. & in conſt. cum iuſta. † Septimò no. ex tex. ibi, cauſa tranſactionis. q. citato reo, ſi partes trāſigunt, ſoluitur iudici triceſima. quæro, quæ eſt ratio diuerſitatis, q. qn̄ reus eſt citatus, & ſine libello confitetur, non debetur iudici triceſima, ſed quādo fit tranſactio debetur triceſima? Dic, q. ille, qui tranſigit, non confitetur quia trāſactio eſt de re dubia, vt in l. 1. ff. de tranſactio. ideo aliud ſtatuitur in tranſigente, quam in confitente. habuit. n. tranſigens, poſtquam eſt citatus, animum litigādi, & ideo deuenit ad tranſactionē, quod non eſt ſic in reo, qui ſtatim, q. ci
10 tatus eſt, confitetur debitum, vt hic latius per Andr. † Cui adde, quòd tranſactio poteſt fieri tam de lite iuſta, quàm iniuſta, vt in l. 2. C. de tranſactionibus. & ideo debetur triceſima. Item actor, qui aliquid conſequitur per tranſactionem, illud dicitur vincere in iudicio, vt dicit glo. not. in l. fi. ff. mand. & ideo debetur aduocato ſalarium conuentum, ſi deuentum eſt ad tranſactionem, ſecundùm glo. ibi, ſed Cy. in l. vnica. C. de ſuff. diſtinguit. Aut clientulus tranſigit cū conſilio aduocati, eo contradicente, & tūc ſi aduocatus poteſt oſtendere, quòd habebat bonum ius, tunc habebit ſalarium ratione victoriæ, aliàs ſecus: aut tranſegit, aduocato ſciente, & nihil dicente, & tunc nihil debet habere de ſalario ratione victoriæ, vt ibi latius per eum, & per Spec. in ti. de ſalario. §. ſequitur. ver. ſed pone. & per Ioan. And. in re
11 gula contractus. li. 6. in 3. q. in mercurialibus. † Octauò no. ex tex. ibi, aſſiſijs. quòd aſſiſia dicitur numerus ſtabilitus à ſuperiore, nō ſolùm ſuper rebus vænalibus, vt dicitur in §. poſt natale. de pace tenenda. & dictum fuit ſuprà in conſti. magiſtros camerarios. ſub rub. 58. ſed etiam in ſalarijs iudicum per iſtum tex. vnde ſi rex ſtatuit 300. ducatos pro ſalario conſiliariorum, illa dicitur aſſiſia conſiliariorum. Nonò no. ex tex. ibi, pœnam periurij. quòd baiuli excedentes aſſiſiam triceſimæ incidunt in pœnam periurij. Sed an incidantur eis manus? Vide tex. infra in conſt. cum iuxta prouidum. & ibi And. Decimò no. ex tex. ibi, duas libras auri. quòd pro vno delicto imponuntur plures pœnę, nā vides, quòd baiulus peccās in exigendo à partibus vltra aſſiſiam ſtatutam pro eius ſalario punitur pęna periurij, & etiā pœna duarum librarum auri, de quo in l. qui ſepulchro. C. de ſepul. vio. vbi Cyn. & Sal. & Bald. in l. aduerſus. C. de furtis. & Bart. & Alex. in l. nunquam plura. ff. de priuatis delictis.
12 † Vndecimò no. ex tex. ibi, compalatios Neapol. quòd ciuitas Neapolitana habet ex vetuſtiſſima conſuetudine authoritatem ponendi iudices penes baiulos eiuſdem ciuitatis, & iſti dicebantur iudices compalatij, quia reddebāt ius in cauſis omnibus ciuilibus in palatio, vbi reddūt ius baiuli, & de iſtis compalatijs Neapolitanis facit mentionem tex. infra in conſt. cum noua. ſub rubr. 68. & debebat eſſe aliud palatium, quàm vbi regitur nunc curia baiulorum iuxta gradus ſancti Pauli, & iſti baiuli non ligantur iugo huius conſtitutionis quoad triceſimam, ſed ſeruatur eorum conſuetudo vetuſta, & tene menti iſtam prærogatiuam, quam habet hæc nobilis ciuitas Neapolis, & etiam ciuitas Salerni, & nobilis ciuitas Meſſanę, & non immerito debet habere prærogatiuam reſpectu aliarum ciuitatum, quia Neapolis ciuitas eſt regia, & ſemper fidem conſtantiſſimam ſeruauit, & ſemper in ea viri clariſſimi in omni ſcientia, & arte militari emerſere, & præſertim hac tempeſtate, in qua reſident magna monaſteria religioſorum, atque mulierum, magnæque eccleſiæ mirum in modum ornatæ, palatia magna multorum patriciorum, mœnijs magnis, crebriſque turribus fortiſſimis eis annexis, cum arte mirabili noui caſtri
13 copioſa omnium artificum ſingularium. † Duodecimò no. ex tex. ibi, ſtraticos. quòd in ciuitate Salerni eſt officiū, quod dicitur, ſtraticos, quod habet omnium iuriſdictionē ciuilem, & criminalem ordinariam, quæ antiquitus habet prærogatiuam reſpectu aliarum ciuitatum regni, vt patet ex conſtitutione, quam poſui ſupra in conſtitu. capitaneorum. & habet priuilegia antiqua ſtudij. & dicit gl. in l. vnica. C. de ſtratoribus. li. 12. quòd ſtrator eſt præſes. ſed aliter exponit ibi Lucas de Penna. & dicitur ſtraticos à ſterno, quia ſternit maleficia. inde verſus Perſij.

Sternimus indomitum, quod deſpumare falernum.

& eſt nomen æquiuocum ad plura, ut dicitur in dicta l. vnica, per Ioannem de Platea. In gloſ. 1. dic vt dixi ſupra 6. not. in 1. quęſt. In glo. 5. omiſſis tribus paruis, in verbo, & recipiebant. dic ut dixi ſupra in 6. not. in principio. In glo. 6. vide omnino iſtam gloſ. de qua effectualiter dixi ſupra in 5. not. In glo. 7. dic, ut dixi ſupra in 5. & 6. not. In eadē
14 ibi, & nota. dic ut dixi ſupra in 6. no. in 4. quęſt. † In glo. fi. no. iſtam glo. quòd pœna ſpiritualis non tollit pœnam impoſitam per l. temporalem, nec econtra, pœna legitima impoſita per hominem excludit pœnam cęleſtem ſpiritualē, ut in iuribus hic in glo. allegatis.

ANNOTATIONES.

a Primò.] Adde, q. hodie iſta trigeſima, de qua loquitur hæc conſtitutio, non habet locum ſtante regia nouella pragm. facta per Cæſaream maieſtatem, quæ incipit, Item ſupplicano per la adminiſtratione de la Iuſtitia. Baius.

b Vt tollatur.] Adde Affl. in rub. de illicita porta. armo. & quæ poſita ſunt ab eodem in conſt. & in q. 12. nu. 14.

De ordinandis iudicibus, & quando, & de quibus rebus poſſit peti triceſima. Rub. LXXI.

DICTVM eſt ſupra tit. prox. de triceſima, quę debetur baiulis locorū, verùm quia poterat dubitari, an dicta triceſima dēatur, tā ſi agatur iudicio petitorio, q̄ poſſeſſorio, & an ſi actione iniuriarum, & quid de compoſitionib. maleficiorū, & quid ſi agatur de iurib. incorporalib. ideo ſequitur hęc rubrica.

brica, quæ non ſolùm habet rubrum de tricesima ſoluenda ad commodum regij fiſci, ſed etiam reuocat iudices & officiales conſtitutos tempore guerræ per inimicos Imperatoris, & inſtituit nouos iudices poſt victoriam, & pacem: & eis prouidet de ſalario de ſuo ærario.

SVMMARIVM.

1 *Tricesima ab vtraque parte ſoluitur baiulo, cùm agitur petitorio.*
2 *Tricesima an ſit ſoluenda, quando agitur poſſeſſorio.*
3 *Tricesima non ſoluitur baiulis de iure incorporali, vel ſeruitutis.*
4 *Tricesima olim iudicibus ſalarij loco ſoluebantur.*
5 *Baiuli tricesimam habent de pecunia compoſitionum in extenuationem ſuorum ſtipendiorum.*
Delegatus à Rege nullum habens ſalarium, an habeat tricesimam.
6 *Rex cauſas non committit ſalarium non habenti.*
7 *Iudex magnæ curiæ, an debeat habere tricesimam de cauſis ſibi commiſſis.*
Iuſtitia debitè adminiſtrata regale auget faſtigium.
8 *Lenitas quid ſit, & quid clementia.*
9 *Imperator pacem & iuſtitiam diligere debet.*
Officiales per tyrannos conſtituti non debent confirmari.
10 *Iudicum multitudo in eodem tribunali reprobatur.*
11 *Vicesima iudici eſt ſoluenda, quando iniuriarum actione ciuiliter agitur.*
Nouum dicitur, quod antea nunquam fuit.
12 *Feudum antiquum poteſt dici nouum, propter qualitatem nouam ei in confirmatione adiectam.*
13 *Conceſſio feudi facta patri pro ſuis hæredibus, qualiter intelligatur.*
14 *Feudatarius per inueſtituram nouam agnatis non præiudicat, quibus per antiquam ius in feudo competebat.*
Aſſenſus quando aliquid operetur, & quando non.
15 *Iudices in regno Siciliæ quo ordine ſecundùm conſtitutiones, & conſuetudines debent iudicare.*
16 *Iudicibus debet ſalarium conſtitui de iuſtis regni introitibus.*
17 *Iuramentum non debet quis deferre ei, quem ſcit falſum iuraturum.*
18 *Iuramentum debet præſtari veritatem melius ſcienti.*
19 *Tricesima de eo, quod in libello petitur, iudici eſt ſoluenda, non de eo, quod ponitur in ſententia.*
Gratia de tricesima alteri parti per Regem facta, an ad alteram partem ſit extendenda.
20 *Sexagesima tantùm iudici ſoluitur, ſi poſſeſſorio adipiſcendæ, retinendæ, vel recuperandæ agatur.*
21 *Fiſcus regius non vult labores alienos à mercede vacuos eſſe.*
22 *Iudices ſacri Conſilij an petere poſſunt tricesimam ſibi ſolui de magna curia prouentibus.*

CVM circa iuſtitiæ. Tota iſta conſtitutio diuiditur in ſex partes. In prima parte ponit longum procœmium, dicendo in effectu, quod cum Imperator oculos ſuæ mentis dirigit ad tramites iuſtitię; tunc de neceſſitate habet prouidere circa regimen ſubiectorum, et eorum tollere oppoſitiones & grauamina: & ſic extollitur faſtigium imperatoriæ maieſtatis, & ſubditi poſt Deum lætantur in manſuetudine regiæ maieſtatis poſt guerram factam, ſequuta victoria, & inquietudine pacis: & tunc ſequitur prouiſio regia, quot, & quales baiuli, iudices, & notarij per vrbes ſingulas iuſtitiam miniſtrent, attento quod inimici regis, qui inuaſerunt regnum, conſtituerunt officiales per diuerſas partes regni, ideo expedit illos caſſare & abolere, & alios de mandato regio loco eorum conſtituere, vt noui Regis victoriæ nouellæ iuſtitię propago conſurgat. Et ordinat duos, vel tres, aut quinque iudices annales in locis aliquibus, qui interſint contractibus faciendis per notarios
publicos, ac etiam ordinat, vt vnus iudex ſit cum vnò baiulo in loco, qui habeat cauſas audire & iudicare ſecundùm ſacras regni cōſtitutiones, & conſuetudines approbatas, & dicti iudices, qui habent iudicare, caueant à corruptione & ſordibus, etiam ab eſculentis, & poculentis à litigantibus niſi ſemel tantùm. & eis conſtituitur ſalarium, ſeu gagia à regia curia pro eorum laboribus, & durat iſta pars vſq; ibi ſtatuimus. Hic eſt ſecunda pars, in qua ſtatui-
1 tur, quod † tricesima ſolui debet, quando agitur petitorio ab
vtraq; parte, habito reſpectu ad valorem rei reſpectu condemnationis, præuio iuramento partis, ac ſequuta taxatione iudicum tempore litis conteſtatæ, ſed diuiditur inter iudices æqualiter pro rata eos tangente poſt latam ſententiam diffinitiuam, vel poſt litem finitam per tranſactionē in excomputatione ſuorum gagiorum eis ſtabiliturum per regem, & durat vſq; ibi, præterquam. Hic eſt tertia pars, in qua determinatur vnum dubium, videlicet, vtrum quādo agitur actione iniuriarum, & taxatur iniuria per iudices, debeat ſolui tricesima de eo, quod taxatum eſt per iudicē: & dicitur, quod non ſoluitur tricesima, ſed pluſquam tricesima, quia debet ſolui vicesima ipſis iudicibus in excomputationem ſuorum gagiorum, & durat vſq; ibi, verùm. Hic
2 determinatur ſecundum dubium, vtrum † ſi agatur poſſeſ
ſorio iudicio, debeat ſolui tricesima, ſicut quando agitur petitorio. & dicitur hic quod non, ſed ſolùm debet ſolui ſexagesima, præuio iuramento partis, & ſequuta iudicis æſtimatione, & poſtea quando agitur petitorio, ſoluetur reſiduum tricesimæ: & ſimiliter, vt ſupra, diuidetur tempore ſententiæ inter ipſos iudices in extenuationem gagiorum ſuorum, vſq; ibi, de compoſitionibus. Hic eſt quarta pars, in qua deciditur tertium dubium, videlicet, vtrum quādo iudex, qui habet merum imperium componit priuatum, vel aliquam vniuerſitatem de maleficijs, de quibus ipſe cognoſcit, de dictis compoſitionibus debeat habere tricesimam ſimiliter excomputandam in eorum gagijs. & dicitur, quod ſic. & ſecundùm aliam literam, quæ dicit, baiuli, etiā baiuli debent habere partem tricesimam illarum compoſitionum in extenuationem ſuæ prouiſionis, & durat vſque ibi, circa quaſi poſſeſſionem. Hic eſt quinta pars, in qua de-
3 ciditur quartum dubium, videlicet, † vtrum ſi agatur pro
iure ſeruitutis, vel de iure incorporali coram baiulis debeat eis ſolui tricesima. & dicitur hic, quod non ſoluitur tricesima, ſed tantùm ſexagesima, ſicut quando agitur poſſeſſorio iudicio, & durat vſq; ibi, ad cuius ſalarij. Hic eſt ſexta & vltima pars, in qua deciditur quintum & vltimum dubium, vtrum ſi partes non ſponte ſoluant tricesimam, vel vicesimam, vel ſexagesimam, vt ſupra, poſſint iudices dictas partes pignorare, ideſt, facere exequutionem pro dicta tricesima, & recipere pignorā. & dicitur hic, quod ſic, ſubaudi lite conteſtata, vt ſupra dictum eſt, & durat vſq; in finem. Et præmitto tria pro intelligentia. Primò, quod iſta conſtitutio inquantum dicit, quod vnus ſit baiulus, & vnus iudex in loco, concordat cum conſtitutione ſupra, quæ incipit, magiſtri camerarij. ſed illa, & iſta in hoc eſt correcta p cō-
4 ſti. ſupra, ſæpe contingit. Item & ſecundò præmitto, quod † an-
te iſtam conſtitutionem tricesimæ ſoluebantur baiulis, & iudicib. pro eorum ſalario, quia nō habebant ſtipendium, vel gagia à Rege, ſicut ſoluebantur ſportulæ iudicib. inferiorib. vt in § ne autem. in Auth. de iudicib. ſed per iſtā conſtitutionem baiuli non exigunt iſtas tricesimas, vel vicesimas, vel ſexagesimas pro regia curia, qui ſunt ſalariati à regia curia tempore huius Imperatoris, ſed habebant facultatem eis ſoluendi gagia eorum de iſtis tricesimis &c. poſt ſententiam in excomputationem ſuorum gagiorum. Item & tertiò præmitto, quod cōſtitutio præcedens loquitur ſolùm de tricesima, quæ debet ſolui baiulis, & eorum iudicib. ſed iſta cōſtitutio loquitur non ſolùm de tricesima, quæ debet ſolui baiulis, ſed etiam de tricesima, quæ debet ſolui alijs iudicibus ordinatis per Regem habentibus gagia à regia curia, & hoc tenet hic gl. 1. in fi. tex. in conſt. præced. ibi, ſicut in iudicib. nouella noſtra noſtri nominis cōſtitutio introduxit.

trodnait.ea tex.iſto, dum dieit, ꝙ de compoſitionib.male-
factoium ſoluitur triceſima : & tamen baiuli non habent
cognitionem cauſatum criminalium. Et ſic infertur, ꝙ lo-
quitur de iuditib. qui habent metum imperium à Rege,
& ſunt ſalariati à Rege, vt habeant partem triceſimam de
ipſis compoſitionib. in extenuationem ſnorum gagiorum:
5 & poteſt etiam intelligi, ꝙ baiuli † habent triceſimam de
pecunia compoſitionum in extenuationem ſnorum gagio
rum: & tune iſte tex.probat, ꝙ loquitur tam de bainlis, q̄
de alijs iudicib.ordinarijs ſalariatis à Rege. Sed hic quęro,
quid de iudicib.delegatis à Rege, qui non habent gagia à
regia curia, an eis debeatur triceſima? Diſtingue, aut eſt iu-
dea delegatus à Rege, aut ab ordinario: primo caſu, ſi eſt iu
dex delegatus à Rege ſi habet ſalariũ à Rege, non debetur
triceſima, vel ſeaageſima: ſed triceſima eſt regiæ curiæ. ſi
Rea vult, ꝙ pro regia curia eaigantur triceſimæ: & tunc in
eacomputationem ſui ſalarij poterit recipere illam triceſi-
mam, per iſtam conſtitutionem. ſed ſi Rex non vult, ꝙ tri-
ceſimę ſoluantur, prout ſtatuit noſter Rex Ferdinandus de
Aragonia catholicus io capitulis conceſſis huic nobiliſſi-
mæ ciuitati Neapolitanæ, ſed ſtatuit gagia ſuis iudicib. &
tunc nõ licet iudici delegato recipere triceſimam, quia ha-
bet gagia à Rege. nec eſt date caſum, ꝙ ſit iudea delegatus
6 à Rege hodie ſine gagijs, quia † Rex non committit cau-
ſas, niſi habentibus gagia à Rege. bene verum eſt, ꝙ tempo
re, quo Rea eſt grauatus eatraordinarijs impenſis, vt aſſo-
let, non ſoluit iudicib.deputatis ad iuſtitiam: & tunc ordi-
nat, ꝙ de trieeſimis, & ſexageſimis cauſarum eis ſoluantur
gagia, vt patet in ordinationib. prædictis Regis Alphonſi
Primi. & ſi Rea, vel ſacrum conſilium committeret alicui
doctori, qui non eſſet de conſilio, nec haberet gagia à Re-
ge, ne ipſe fruſtra laboraret: credo, ꝙ tacitè videtur ſibi per
miſſum, ꝙ poſſit tempore ferendæ ſententiæ eaigere trice-
ſimam, vel prouidere, quòd ſit cautur de ipſa triceſima, ſi-
cut prouiſum eſt de baiulo, quando non habet gagia à re-
gia curia, vt dicitur in conſtitutione præcedenti. ſi verò iu-
dex ordinarius delegaret cauſam alicui doctori, aut iſte iu-
dea ordinarius eſt magna curia vicarię, & tunc poteſt com
mittere cauſas ciuiles intra ſea vncias doctorib. & aduoca
tis practicantib. in magna curia, & iſtis debetur hodie trice
ſima, vt dicitur in ritibus magnæ curiæ Vicarię, quando ſa
ciunt relatiooem magnæ curiæ de ipſo proceſſu, & in rela-
tione ponunt eorum votum. Si verò eſſet alius iudex ordi
narius, qui committeret cauſam alicui doctori non haben
ti gagia, ille pro labore ſuo poſſet petere triceſimam à par-
tib. niſi ordinatus ſtatuiſſet ſibi ſalarium, de quo in Spe.
7 de ſalario. in § 1. An autem iudea magnæ curiæ de† cauſis
commiſſis debeat habere triceſimam, vel ſexageſimam?
Ego dicerem, quòd non, quia habet gagia à Rege. ſed ritus
magnæ curię, qui incipit, item quòd iudices ipſarum curia
rum &c. ſtatuit, quòd iudes magnæ curiæ de cauſis com-
miſſis recipit triceſimam. Et ita obſeruant hodie iudices
magnæ curiæ authoritate ritus prædicti. Nota primò ex
tex.ibi, faſtigium. quòd iuſtitia regnantis miniſtrata ſubdi
tis auget regale faſtigium, id eſt, magnitudinem & altitudi
nem regiam, vt in l. 1. iuxta prin. ver. ideoq;. C. de nouo. C.
componen. vt dicit Dominicus in c. vlt. 2. col. de re iu. li. 6.
Et non ſolùm regalis dignitas dicitur faſtigium, ſed etiam
epiſcopalis, vt eſt tex. 61. di. c. miramur. Secũdò no. ex tex.
ibi, lenitate. quòd magna virtus eſt in principe, quando vti
tur manſuetudine erga ſubditos: & tũc dicitur manſuetus
& vti lenitate, quando temperat rigorem iuris, aliqua ſua-
dente ratione, cũ manſuetudine, vt dicit tex. in c. fi. de ſent.
excom. & ibi bona gl. quando rigor iuris temperandus eſt
8 cum manſuetudine. † Eſt. n. lenitas, vt dicit Seneca in 2. de
clementia, clementia ſuperioris erga inferiorem in conſti-
tuendis pœnis. hanc virtutem docuit Ieſus Chriſtus Chri-
ſtianos dicẽs, Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis cor-
de. & in lib. Eccl. dicitur. fili mi manſuetudine perfice ope-
ra tua. & ſuper omnem gloriam diligeris. & in Prouer. 20.
c. dicitur. clementia thronus regius corroboratur. ſed in
verbis eſt ipſa lenitas huius Imperatoris, & non in opere,
vt patet ex ſcriptis de eo per B. Ant. Archiep. Flor. in 3. par.
ſui hiſtorialis, tit. 19. c. 6. & Papa vocauit Imperatorem Iu-
ſtinianum manſuetum, vt in epiſtola, inter claras, de ſum.
Trin. Et ſic ſe Imperator nominat in l. decernimus. C. de ſa
croſ. ecc. & alibi Imperator vocat ſe pium, in l. fi. C. de fun.
patri. li. 11. Tertiò no. ea tex. ibi, obtenta victoria. quòd iſte
Imperator, dum fuit cum Soldano in Syria plurimæ ci-
uitates regni deuiauerunt ab eius fidelitate, & poſtea re-
uerſus fuit in regnum, & ipſas ſtatim recuperauit, & hoc
fuit ante eius depoſitionem, vt dicit idem Archiepiſcopus
Florentinus in loco præallegato. Quartò no. ex tea. ibi, pari
9 iuſtitia ſociaret. quòd † iſte Imperator bene cantat pacem,
& iuſtitiam: ſed pacem, quam prædicat, non ſeruat, contra
doctrinam c. & ſi Chriſtus. de iureiu. & contra tex. in c. hoc
quippe. in fi. 3. q. 6. Inde Aug. in homilia 7. tranſlatiuè. 2. q.
7. in c. non omnis. dicit, non omnis, qui dicit, paa vobis,
quaſi columba eſt audiendus, corui de morte paſcuntur,
hæc columba non habet, immo de fructibus terræ viuit, in
nocens eſt victus eius. Quintò no. ex tea. ibi, creuit iniqui-
tas. quòd officiales conſtituti per tyrannos & inimicos Re-
gis, non ſunt cõfirmandi ſequuta victoria per Regem, ſed
caſſandi, & abolendi, & eorum facta, ſubaudit tex. in d. l.
decernimus. & pro hoc facit infra conſtitutio, quæ incipit,
inſtrumenta. de donationibus aut conceſſionib. quæ vult,
inſtrumenta facta ſub titulo hoſtis Regis ſint caſſa, & ina-
nia, & nullam fidem faciant. de materia iſta geſtorum per
tyrannum vide pulchrum tractatum, quem fecit Bar. de ty
rannide, & ea, quæ ſcribit Io. de Ana. in c. 1. de ſciſma. Sex-
10 tò no. ex tea. ibi, aut quinque. quòd † tempore, quo regna
bat iſte Imperator, non erat illa multitudo iudicum ad cõ
tractus creatorum regio mandato, ſicut ſunt hodie in plu-
ribus locis, & ciuitatib. regni. Nam numerus iudicum ad
contractus erat ſtatutus, vt hic, vſq; ad quinq; in aliquibus
locis. Septimò no. ex tex. ibi, & vno tantummodo. ꝙ vnus
debebat eſſe iudea, & vnus baiulus in loco. hoc corrigitur
per conſtitutionem, ſæpe, vt ſupra diai in expoſitione lite-
ræ. Octauò no. ex tex. ibi, nouella iuſtitię propago conſur-
gat. iſta elegantia verba, ſed effectualiter in multis, hęc con
ſtitutio non induxit nouitatem, ſed tantum induxit noui-
tatem, inquantum ſtatuit gagia dari iudicibus ex publico
fiſci ærario, & eis ſolui triceſimam in excomputationem
gagiorum. Item inquantum vult, ꝙ lite conteſtata triceſi-
11 ma ſit lucrata. Item † inquantum induxit ſeaageſimam ſol
ui, quando agitur poſſeſſorio, vel de iure incorporali, vt de
vſufructu, vel ſeruitutib. & alijs iurib. incorporalib. Item
inquantum ſtatuit ſolui viceſimam, quando agitur ciuili-
ter actione iniuriarium de eo, quod condemnatur. Sed in-
quantum ſtatuit, iudices debere iudicare ſecundùm ſacras
regni conſtitutiones, iam dictum fuit in conſti. puritatem.
Et ꝙ officiales habeant manus mundas, & non recipiant
eſculenta, & poculenta, niſi ſemel, iam dictum fuit in con-
ſtitutione, capitaneorum. Item ꝙ ſoluatur triceſima baiu-
lis, fuit dictum in conſti. conſtitutionum. Item ꝙ ſoluatur
tempore ſententię, vel ſi fuit tranſactum, fuit dictum in di
cta conſtitutione. & ꝙ lite conteſtata fiat exequutio in pi-
gnorib. fuit dictum etiam in dicta conſtitutione, & ſic non
eſt omnino noua conſtitutio: quia nouum eſt, quod nun-
quam fuit, vt habetur in l. non eſt nouum. ff. de legibus. &
no. per Arch. in c. auaritiæ. de ele. li. 6. poteſt tamen dici no-
uella conſtitutio propter nouas additiones. Et ſic iſte tex.
facit optimè, quòd ſi in confirmatione feudi facta per Re-
12 gem addatur † noua qualitas, ꝙ licet feudum fuerit anti-
quum propter illam nouam qualitatem additam dicetur
feudum nouum, per iſtum tea. ſic nouiter inductum. hinc
eſt, quod dixit Bal. in 1. volu. conſi. 32. incip. proponitur, ꝙ
quoties aliquid additur, vel detrahitur veterib. pactionib.
nouum pactum efficitur, idq; ſeruandum eſt, quod noua
pactione firmatum eſt, & ibi allegat iura communia, niſi
per noua pacta detraheretur iuribus antiquis, per quę alijs
ius quæritur, ſecundùm eum ibi. faciunt ad hoc multa iu-
ra, quę

ta,quæ allegat Ang. in conſ.270.incip. viſis & examinatis.
Sed uolo,ꝙ erres:nam dicit Iac.But.in 1.rubr.C.quòd hoc
eſt verum quò ad id,quod eſt additum, nou quò ad totale
corpus,nec quantum ad additum,quando in toto confun-
ditur,vt ff.de vſucapio. l.eum qui ædes. & l.rerum mixtu-
ra.& ff.de rei vend. l.io rem.§.item ſi quæcunque. & ff.de
acquir.rer.domin.l.quicquid.§.cum partes.& per iſtã theo
13 ricam Iac.Burt.dixi in quadam cauſa, ꝙ † ſi erat conceſſum
patri feudum pro ſe,& hæredibus,& pater reliquit filium
maſculum & filiã maritatam: & filius maſculus poſt mor-
tem patris obrinuit confirmationem pro ſe, & hæredib.ex
ſuo corpore deſcendentib.& mortuus fuit ſine deſcenden-
tibus ſuperſtite illa ſorore,ꝙ illa ſoror, licet nõ ſit eius de-
ſcendens, non attenditur illa confirmatio impetrata à fra-
tre,quæ faciebat feudum uouum in eius perſona : ſed non
parit præiudicium primæ inueſtituræ,per quam quęſitutu
erat ius in ſpe dictæ ſorori,ex quo dicebat,patri & eius hæ
redibus,& ſoror eſt de hæredib.patris,ideſt,filia patris,qui
acquiſiuit feudum pro ſe,& hæredibus, vt dicit And.in cõ
ſti.vt de ſucceſſionibus. & hoc voluit expreſsè Bal.in 1.vo-
14 lum.conſil.118.incipien.ad euidentiam. vbi † habens ſeu-
dum nõ poteſt per inueſtituram oouam præiudicare agna-
tis,quibus competebat ius per antiquam inueſtituram, per
c.1.de vaſ.decre.ætatis.& firmat idem Bald.in d.conſi.82.
vnde per conceſſionem noui priuilegij non intelliguntur
tolli antiqua priuilegia, ſecundùm Bart.in l.hac ſaluberri-
ma.de præpoſitis agen.in rebus.li.12.& ſic fuit iudicatum
per ſacrum Cõſilium domini Regis noſtri cathulici in cau
ſa caſtri rocchæ Raynulæ inter fiſcum, & nobilem Goffre-
dum de Calutio filium filiæ quondam domini Vgonis de
Alanio,qui fuit cancellarius regni Siciliæ, ſicut fuit domi-
nus Richardus de Afflicto patruus meus tẽpore regis La-
diſlai , & ſub eius officio , ſcilicet Vgonis , ego doctoratus
fui. Et ſcias,quia And.hic expreſsè tenet, ꝙ aſſenſus Regis
uon eſt noua conceſſio Regis, per iura hic per eum allega-
ta.Cui addo Bald.in l.ſi vt proponis.C.de ſeruo pigno.da-
to. vbi dicit, quòd qui aſſeutit, non facit, ſeu non impedit
niſi quando conſentiens eſt dominus,tunc facit:ſed quan-
do non eſt dominus,aſſenſus non facit aliud, niſi quia tol-
lit eius obſtaculum.Idem in effectu videtur dicere Bald.in
c.quæ in eccleſiarum.in 8.col.de conſtit. & pro hoc tex.in
cap.cum aliquibus.de reſcript. lib.6. & quod no.Bart.in l.
non ſolùm.ff.ſol.matrim. prout inducit Vinceutius Hercu
lanus Peruſinus doctor egregius in l.2.§. ſi quis ſimplici-
ter.ff.de verb.obligat.Nonò no.ex tex.ibi,infra tenorẽ no-
15 ſtrarum conſtitutionum . ꝙ † iudices omnes in regno de-
bent prius iudicare ſecundùm iura ſacrarum regni conſti-
tutionum,& ipſis deficientibus,ſecundùm approbatas con
ſuetudines . & pro hoc bene facit conſtit. ſupra, vt vniuer-
ſis. & conſtitu. regni,ſupra,puritatem. Decimò no.ex tex.
ibi, ſordibus. quòd caoeant iudices ne muneribus peruer-
tant iudicium , ſed tollant occaſionem peruertendi illud ,
quia dicit tex.Deutero.cap.16.in fi.munera excæcant ocu-
los ſapientum,& mutant verba iuſtorutu. quia non ſolùm
puniuntur in hoc mundo, ſed etiam æternaliter in alio ſe-
culo,vt in cap. cum æterni.de re iudic. de hoc dictum fuit
ſupra in conſtit.capitaneorum. Vndecimò no.ex textu ibi,
eſculenta,& poculenta. quòd ſemel tantùm licet per iſtam
conſtit.iudicibus à litigantibus recipere eſculenta,& pocu
lenta. de hoc dic,vt dixi ſupra in conſtitut. capitaneorum.
16 Duodecimò no.ex tex.ibi, ſalarium. quòd † iudicibus de-
bet conſtitui ſalariutu de introitibus iſtius regni , quia iu-
dices faciunt officium,quod ad Regem pertinet : ſed quia
Rex uon poteſt omnibus intereſſe, ideo ſtatuit iudices , vt
iudicent eius nomine: & dat eis ſalarium de introitibus
regni , qui introitus , & redditus ſunt ſtipendia , ſeu ſala-
rium Regis pro iuſtitia, quam præſtat ſuis ſubditis , vt di-
cit beatus Thomas de Aquino,ut refert And.ſupra in con
ſtitu.ſuper inciſionibus.& in conſtit.ſi damna clandeſtina.
& in c.1.in verbo, vectigalia . quæ ſint regalia . Doleo ſa-
tis de officialibus , qui habent ſoluere gagia iudicibus de-

putatis ad iuſtitiam,ꝙ iſta non intelligunt,quia ſi intellige
rent,non craſtinarent ſolutiones gagiorum iudicibus . De-
cimotertiò no.ex tex.ibi, ſub ſacramento partis. non dicit,
partium,ſed partis,ad euitandum periurium.& pro hoc fa
cit id , quod dicitur in legenda Sanctorum domini Iacobi
de Voragine archiepiſcopi Ianuenſis, dum loquitur de fe-
ſto Sancti Ioannis Baptiſtæ in eius decollatione,referendo
Auguſtinum in ſermone diei prędicti,ꝙ quidam homo iu
ſtus cum feciſſet conuenire ſuum debitorem,& ille negaſ-
ſet debitum, voluit ſtare eius iuramento,& ſciebat,ꝙ iora
ret falſum,quia erat homo cupidus bonorum temporaliũ,
17 ille iurauit,quòd nihil debet.Et ſic iuſtus homo † perdidit
cauſam.In nocte ſequenti fuit ipſe iuſtus raptus coram ma
gno iudice,& fuit grauiter reprehenſus,& verberatus. Di-
xit ille magnus iudex : quòd melius fuiſſet ei, vt debitum
perderes, quàm vt animã illius falſa iuratione peritueres .
& euigilantis plagarum veſtigia in corpore apparebant,de
quo etiam dixi in capite primo, in fine principij , de con-
trouer.inueſtit. Sed iuxta hoc quæro, quæ eſt illa pars, cui
dabitur à iudice iuramentum de valore rei petitæ pro in-
formatione triceſimæ,an ſit actor,vel reus? Prima facie vi-
detur , quòd dabitur actori , ſicut datur iuramentum per-
horteſcentiæ illi , qui dicit ſe perhorreſcere aduerſarij po-
tentiam,vt in c.ſtatutum.§.cum verò eiuſdem. de reſcript.
lib.6.nec credas,quòd iſto caſu actor eſt teſtis & actor, ſed
iurat tantùm vt principalis,vt iudex poſſit ſe informare ab
alijs de æſtimatione rei petitę,quia quod actor dicit,debet
probare,ut in l.actor.C.de probation.& Inſtitu.de legat.§.
quod autem.Item quia iuramentum calumniæ primò prę-
ſtatur ab actore, & poſtea à reo, vt C.de iuram.calum. l.2.
18 §.1.& ſeq.In contrarium facit,quòd † dabitur reo,quia ip-
ſe eſt melius informatus de valore rei,quam ipſe poſſidet,
de qua eſt conuentus, quàm ipſe actor,& iuramentum eſt
dandum ei, qui melius ſcit veritatem , vt in l. generaliter.
C.de rebus creditis. & voluit Bartol.in l.admonendi.ff.de
iureiuran. & in l.1.§.mariti.in fi.ff.de liber.agnoſcend. So-
lutio.ideo dixit tex.hic, partis : quia eſt in arbitrio iudicis,
an uelit dare iuramentum actori,vel reo, quia vbi lex non
diſtinguit, datur arbitrium iudici, ut in l.prima.§.fin.ff.de
ſeruit.ruſti.præd. & uoluit Bald.in authen.præterea.2.col.
C.vnde vir & vxor.& no.in c.de cauſis.de offi.deleg.& gl.
in c.potuit.de loc.Decimoquartò no.ex tex.ibi,ſtatim obla
to libello , & parti porrecto. ꝙ exactor triceſimarum , lite
a conteſtata,poteſt petere ab ambabus partibus, * vt ſoluant
triceſimam,& ſi non ſoluant ſponte, poteſt ipſas pignora-
re,vt hic,ibi,pignore.& in fi.huius conſtit.Et iſta triceſima
uon debet ſolui iudici per iſtum deputatum , niſi lata ſen-
tentia, per iſtum tex. in excomputatione ſuæ prouiſionis ,
vt probat iſte tex. ibi, pro curia noſtra, iencto verbo, inter
19 ipſos æqualiter diuidenda. Item patet † ex iſto tex.quòd tri
ceſima ſoluitur de eo,quod petitur in libello, & nõ de eo,
quod condemnatur in ſententia . Item patet, quòd triceſi-
ma ſoluitur ab utraque parte , etiam quãdo inter partes fit
tranſactio,ut hic,& in dicta conſtitut.conſtitutionum. Sed
quæro , quid ſi Rex fecit gratiam uni parti de triceſima ,
vtrum iſta gratia extendatur ad aliam partem ? Videtur ꝙ
ſic,vt ſeruetur æqualitas in iudicio,vt in l.terminato.C.de
fruct. & lit.expen. In contrarium eſt veritas, quia quando
princeps donauit,habetur pro ſolutu : & ideo ſi facta eſt re
miſſio uni parti,non videtur alteri ſacta, ſecundum Bald.
in l.fi. vlt.col.ver.ſed quid ſi ille.C.de fruc.& lit.expen.Itẽ
quæro de quadam quæſtione,quæ fuit de facto,videlicet,
quomodo ſoluatur triceſima , quando petuntur alimenta
relicta, an officio iudicis? Dic ꝙ fit æſtimatio, iuxta l.hæ-
reditatum.ff.ad leg.Falc. Quintodecimò no.ex tex. ibi, in
actione iniuriarum . quòd ſi agitur ciuiliter actione iniu-
riarum iuxta formam conſtitut.quæ incipit,varietates pœ-
narum.in 3.lib.quòd iudices habebunt viceſimam,tam de
tertia parte , quę applicatur parti in recompenſam ſuæ in-
iuriæ , quàm de duabus partibus , ad quas fit per ſenten-
tiam condemnatio regio fiſco . Et quæ eſt ratio , quòd

habet viceſimam, & non triceſimam, non video rationem efficacem, niſi quia ſic placuit conditori præſentis conſti-
20 tutionis. Sextodecimò no. ex tex. ibi, ſexageſima. † quòd ſiue agatur poſſeſſorio adipiſcendæ, ſiue retinendæ, vel recuperandæ, ſiue ſuper vſufructu, uel ſeruitute, non ſoluitur triceſima, ſed tantum ſexageſima: & quando poſtea agitur petitorio, non ſoluitur integra triceſima, ſed exputatur ſexageſima ſoluta ſemel, per iſtum tex. ibi, dum dicit, reliquã triceſimam &c. Ex hoc infero, q̃ ſi fuiſſet ſoluta integra triceſima, quando actum fuit poſſeſſorio, non debet ſolui, qñ agitur petitorio, q̃a iam ante fuit ſolutum, quod debebat poſtea ſolui: & ideo inducitur liberatio, per tex. in l. ſed ſi vir. §. quod vir vxori in diem. ff. de don. inter vir. & vx. Decimoſeptimò no. tex. vt ſic cum qualitate cauſæ viciſſitudo ſalarij compenſetur. q̃ licet iudicib. ſit conſtitutum ſalariũ à regia curia, tamen à conſtitutione regni ſine mandato curiæ exactor triceſimę debet ſoluere triceſimas iudicib. poſt latas ſententias in compenſationem pro rata ſuorum gagiorum. tex. eſt hic, & neſcio alibi iſtum tex. Et hoc dico pp quoddam dubium, quod fecit quidam rationalis exactori triceſimarum, q̃ doceat de mandato ſoluendi iudicib. quia non oportet docere de mandato per iſtã conſtit. Decimoo-
21 ctauò † no. ex tex. ibi, laboribus vacuis. q̃ regius fiſcus non vult labores alienos vacuos eſſe à mercede, q̃a ab antiquis ſcriptum eſt, non ligabis os bouis triturantis. & de hoc dictum fuit ſupra in conſt. cum circa iuſtitiæ. in 11. not. & in conſti. cum iuxta prouidum. & patet infra in conſt. baiulos omnes. in fi. Decimononò ex tex. ibi, de compoſitionibus. no. q̃ iudices magnæ Curiæ Vicariæ, quibus cõſtituta ſunt gagia trecentorum ducatorum pro quolibet ſoluendorum per theſaurarium Regis, poſſunt iure licito petere ab ærario magnæ Curiæ Vicariæ, q̃ ſoluatur eis in excomputationẽ dictorum gagiorum triceſima pars prouentuum ex maleficijs, prouenientium ex cõpoſitionib. factis per magnam Curiam Vicariæ: & ipſe ærarius ſine alio mandato regio bene ſoluit, niſi expreſsè fuiſſet prohibitus per iſtum text.
22 † An aũt iudices ſacri Cõſilij poſſint petere, q̃ eis ſoluatur triceſima de prouentib. magnæ Curiæ in extenuationẽ eorum gagiorum, qñ prouentus compoſitionũ eſſent magni & exceſſiui? Dico q̃ non, quia qui non laborat, non mãducat. dixi poſt And. ſupra in conſt. conſtitutionũ. ſed bene de prouentib. quos ipſi feciſſent, poſſent petere triceſimam, licet in ſacro Conſilio non fiant prouentus, licet potuiſſent fieri, qñ accuſarentur pœnæ obligationum apud acta ſacri Conſilij. hoc ideo dixi, quia quidam Doctor per iſtum tex. dicebat, q̃ iudicibus debet ſolui triceſima de prouentibus cauſarum criminalium loco ſportularum, quia etiam de cauſis criminalibus ſoluebantur antiquitus ſportulæ, vt in auth. ſed hodie. C. de epiſc. & cler. Nam triceſima de cauſis criminalibus ſoluitur in extenuationem gagiorum ſuorũ, & non pro ſportulis. cætera patent de per ſe, vt dixi ſupra in diuiſione. hic non ſunt gl. nec And. aliquid ſcribit.

ANNOTATIO.

a Partibus.] Quòd triceſima de iure communi dicantur ſportulæ, vt toto tit. C. de ſportulis. & ibi Azo in ſumma. & an ſportulę dentur ordinarijs iudicibus? vide per Doct. in c. ab omni. de vita & hon. cler. & an ſportulæ dentur arbitro? Vide per Specu. in tit. de arbit. §. ſequitur. & Bart. in l. fi. C. de principib. agentium in rebus li. 12. & an ſint hodie interdictæ de iure canonico? vide in d. c. cũ ab omni. per Doc. & per Inn. in c. 1. de plus petitionibus. hodie verò in regno non ſunt in vſu ſtante pragmat. Caroli Imperatoris, quæ incipit, & quia præcipua cura. Io. Ant. Batins.

SVMMARIVM.

1 *Comites & Barones inter ſuos homines ius dicere poſſunt.*
2 *Baiuli prælatorum, Comitum, vel Baronum de ſuis vaſallis in curia ſua litigantibus triceſimam recipere poßunt.*
3 *Epiſcopi nec triceſimas, nec ſportulas exigere poßunt à litigantibus coram ſe.*
4 *Onera feudalia extinguuntur, feudo ad eccleſiam perueniente.*
5 *Confirmans an dicatur dare.*
Capitulum ſede vacante poteſt præſentatum per patronum confirmare.
6 *Confeßio omnis valet facta ab inferiore, ſeu ſubdito, conſentiente ſuperiore, ſeu domino.*
7 *Baiulus de demanio Regis cognoſcit de cauſa, an vaſallus ſit Cæſarianus, vel Baronis.*
Vaſallus demanij dicens ſe eſſe Baronis, vel econtrario, punitur iudicis arbitrio.
8 *Abſentia neceſſaria, & infirmitas diuturna, pari paſſu incedunt.*
9 *Iudex ad contractus hodie cauſas decidere neſcit.*
Iudices debent eſſe potentes, Deum timentes, veritatem amantes, & auaritiam odio proſequentes.

DE QVÆSTIONIBVS, quas. Diuiditur hæc conſtit. in tres partes. In prima ſtatuit, q̃ ſi eſt lis inter homines prælatorum, Comitum, vel Baronum exiſtentes in terra demanij domini Regis, in quibus prælati, vel Comites, vel Barones habeant iuriſdictionem. Et iudex, qui eſt in terra ipſa demanij conſtitutus à Rege fuerit requiſitus ab aliqua ex partibus litigantibus coram curia prælati, vel Comitis, vel Baronis, q̃ debeat accedere, & interuenire in cauſa ipſa, & audire, & decidere debet cauſam ipſam, & determinare: & tunc habebit vnà cum iudicibus prælati, vel Comitis, vel Baronis triceſimam æqualiter inter eos diuidendam, & ſimiliter de pęna & mulcta. & durat vſque ibi, cæterum. Hic eſt ſecunda pars, in qua deciditur vnum dubium. Quid ſi eſt quæſtio inter fiſcum regium, & Comitem, uel Baronem de eo videlicet, quia fiſcus dicit, talẽ hominem eſſe vaſſallũ de demanio Regis, & ſic Cæſarianum: & Comes, vel Baro dicit eum eſſe ſuum vaſallum: tunc iſta quæſtio erit cognoſcenda, & determinanda per baiulum terræ demanij, & tota triceſima ſpectat ad baiulum terræ demanij. ſed pœna, quam debet ſuſtinere vaſallus, diuiditur proportionaliter inter regium fiſcum, & dominum condemnati, & durat vſq; ibi, ſtatuimus etiã. Hic eſt tertia pars, in qua deciditur aliud dubium. quid ſi iudex terræ demanij requiſitus, vt ſupra, ſit impeditus longa abſentia, vel longa infirmitate, quid faciendum? Dicit iſte tex. q̃ magiſter camerarius illius prouinciæ interim, ſtante dicto impedimento, debet ſtatuere, quòd unus ex iudicibus dicti loci ordinatis ad contractus habeat interuenire in audiendo, & decidendo dictam litem, & prouidere faciat ei de expenſis pro rata temporis, quo vacauit, & durat vſque in finem. No. pri-
1 mò ex tex. in terris noſtri † demanij, prout aſſolet. textum apertum, & clarum, q̃ Comites, & Barones poſſunt ius di-
a cere inter homines ſuos, [a] ideſt vaſallos, in terra demanij domini Regis, non requiritur tamen licentia Regis, vel officialis regij dictæ terræ demanij. Quæ eſt maxima limitatio ad leg. extra territorium. ff. de iuriſdictione omnium iudicum. quod patet, quia officialis regius ſe non intromittit in dicta lite, niſi ſit requiſitus à Barone, vel à parte litigante, vt dicit expreſsè iſta conſtitutio. Et ſic Barones regni & prælati poſſunt reddere ius & ferre ſententiam inter eorum vaſallos in ciuitate Neapolis abſque licentia domini Regis, per iſtam conſtitutionem. tene menti, quia vidi hanc conſtitutionem fuiſſe ignoratam à certis Auditoribus regiæ curiæ. & pro hoc facit, quia in curia Papę, vel Imperatoris quilibet iudex poteſt citare ſuum ſubditum etiam realiter, vt dicunt Baldus, & Abbas Siculus in cap. meminimus. de appellation. & not. in capit. fin. de foro competenti. Secundò no. ex illo textu, quòd
2 curia, ſeu † baiuli prælatorum, Comitum, vel Baronum à ſuis vaſallis litigantibus in eorum curia, poſſunt recipere triceſimam, hoc bene probat præſens conſtitutio, inquantum dicit, quòd ſi iudex terræ demanij eſt requiſitus à partibus, vel ab ipſis nobilibus, quòd inter eos ſit diuiſio triceſimæ. ergo ſi non eſt requiſitus iudex

demanij,

demanij, tota triceſima erit curiæ prælati, Comitis, vel Ba-
ronis. Nec obſtat, quòd prælati, Comites, & Barones ſunt iudi
ces ordinarij vaſallorum ſuorum, vt dicit hic Andr. & in c.
1. quid ſit inueſtitura. & in l. imperialem. §. præterea inter
duos, de prohib. feu. alienat. per Feder. Et iudices ordina-
rij non recipiunt triceſimam, quia ipſi ſunt debitores iu-
ſtitiæ, & ideo habent iura & redditus, vt faciant iuſtitiam.
Quia reſpondet, quòd ſi iſta ratio eſſet vera, pari ratione debe-
mus dicere idem in Rege, qui habet iura regni, vt faciat iu
ſtitiam. ideo non debet habere triceſimam, & tamen per
conſtitutionem præcedentem exigi facit triceſimam pro
curia regia à litigantibus. Et hoc per iſtam conſtitut. & ſe-
quentem. & idem debemus dicere in Baronibus, ſicut in
Rege, vt poſſint eorum baiuli exigere triceſimam, ſicut exi
gunt baiuli terræ demanialis. Et hoc firmat hic Andre. per
3 multa verba. Nec obſtat etiam, quòd † epiſcopi, qui ſunt
ordinarij, non exigunt triceſimas, nec ſportulas, nec per ſe,
nec per ſuos officiales, niſi ſolùm expenſas, quando accidit
ire extra, vt dicit gl. in d. c. cum ab omni. & habetur in c. ſta
tutum. de reſcript. lib. 6. quia aliud eſt de iure cannonico in
epiſcopis, vt in d. c. cum ab omni. in glo. de vita & honeſt.
cler. & in c. inter cætera. de offi. ordin. Et aliud per conſtitu
tionem regni in Rege, & feudatarijs habentib. iuriſdictio
nem ſecundùm eum hic. & ideo ſi epiſcopus haberet ba-
roniam nomine eccleſiæ in feudum à Rege & vaſalli liti-
garent, poſſet habere triceſimam, non vt epiſcopus, ſed tan
quam Baro, quia in feudis eccleſiaſticis habent locum con
ſuetudines feudales, vt in c. 1. in vſib. feud. de his qui feud.
dare poſſunt. bene facit id, quod dicit Ant. de But. in c. non
minus. de immun. eccle. de epiſcopo, qui habet magnũ feu
dum à Rege, vt ligetur lege regni. ſecus ſi eſſent onera feu
di, & fuiſſet feudum conceſſum ſine illis onerib. nam illa
4 onera † ſunt extincta, poſtquam feudum peruenit ad eccle
ſiam, ſecundùm Innoc. in c. verùm. de foro compet. & Bart.
in conſi. 200. incip. ſi aliqua poſſeſſio, char. 4. ſed exigere tri
ceſimam à vaſallis litigantibus, non eſt onus, ideo tranſit
in epiſcopum tanquã in Baronem. Et tantò magis hæc con
cluſio procedit ſecundùm And. hic, ſi baiuli & iudices con
ſtituti per Barones in terris eorum, vel vniuerſitas terræ de-
manij, quæ haberet poteſtatem ex priuilegio eligendi iudi
ces in dicta terra demanij, fuiſſet confirmata per Regem,
iſti tales iudices confirmati ſine dubio perciperent triceſi-
mas, quia virtute regiæ confirmationis dicerentur regij ba
iuli, quia qui confirmat, dare videtur, vt in l. lege obuenire.
ff. de verb. ſign. & in Authent. de defenſ. ciuit. §. interim. &
voluit Andr. in c. 1. qui ſucceſſo. teneantur. & in l. naturalẽ.
in princ. de alien. feu. & eſt tex. in l. ſi liqueat. C. de inoffic.
donat. & vide multas concordantias allegatas per Alexan.
in quarto volum. conſi. 122. incip. viſo puncto. in prima co
lum. Et regij baiuli recipiunt triceſimas, vt in ſuperiori cõ-
ſtitut. præcedenti, ergo & iſti. An autem verum ſit indiſtin
5 ctè, quòd † ille, qui confirmat, videatur etiam dare.[b] And.
b hic dicit, quòd non, & ponit duo exempla. primum in l.
per fundum. ff. de ſeru. ruſt. præd. vbi ſi plures ſunt domini
vnius prædij, & vnus ex eis concedit Titio viam per illud
prędium: hæc conceſſio non prẹiudicat alijs dominis, ſi po
ſtea illi domini confirmant illam conceſſionem viæ, quæ
per eoſdem ante confirmationem poterat reuocari, quia vi
detur iſte Titius habere viam non ab iſtis ſolùm confirmã
tibus, ſed etiam à primò. Secundum exemplum eſt, capi-
tulum, ſede vacante, non poteſt conferre beneficia eccleſia
ſtica pertinentia ad collationem epiſcopi, vt in c. vnico. ne
ſede vacante. lib. 6. de præbend. c. cum illis. lib. 6. ſed bene
præſentatum à patronis habentibus iuſpatronatus poteſt
confirmare, vt patet in cap. cum olim. de maio. & obedien.
& de inſtitu. c. 2. & tamen conferre non poteſt. & ſic confir
matio non eſt datio ſine præambulo præſentationis. Sic ẽt
vicarius generalis non poteſt conferre beneficia, vt in cap.
fin. de offic. uicar. lib. 6. & tamen poteſt confirmare pręſen
tatum à patronis, vt no. in clem. auditor. in verbo, debitũ.
de reſcript. Tu vide, quæ dixi in d. cap. 1. qui ſucceſſ. tenean
tur, in 2. notab. in quæſtione magna. quibus addo id, quod
dicit Bald. in c. quę in eccleſiarum. in 8. colum. de conſtitu.
6 vbi dicit. domino autem conſentiente † omnis conceſſio
valet. nec dicitur dominus alterare, ſed alienationem non
impedire, & ius eius prorogare, non de nouo concedere,
allegat. ff. de manu. vind. l. ſi pater. §. fi. & ff. de peculio. l. pe-
culium. §. ſi hære. Sed pro declaratione huius dubij, an qui
confirmat, videatur dare, quia non eſt materia hic exami-
nanda, ideo vide, quæ dixi ſupra in conſtit. præcedenti. Et
diſtinctionem Bar. in l. more. in 2. colum. ff. de iuriſd. omn.
iud. & ibidem per Alber. de Roſ. & Iaſonem, qui ponit re-
gulam, quòd qui confirmat, nõ videtur dare. fallit in quin-
que caſibus, vt ibi per eum. vide diſtinct. Archid. in cap. in
ſynodo. 62. diſtinct. & Angel. in l. adoptio. ff. de adoptioni-
bus. & Bal. in l. 1. C. de codicillis. & Alexan. in d. l. more. &
vltra eum, Bal. in conſ. 431. incip. quidam Abbas. verũ. quę
ro igitur. in 3. uol. & in 1. volu. conſi. 7. And. Barbat. in cap.
ex reſcripto. de locato. Felyn. in cap. cum veniſſet. de teſtib.
Archid. in cap. ſi motu proprio. de præben. lib. 6. Alexan. in
l. ſi quis mihi bona. §. ſed quid. in 1. colum. ff. de acquiren.
hæred. & in l. ſi quis priore. ff ad Trebell. Tertiò no. ex tex.
7 ibi, ceterùm. quòd † de cauſa, quæ eſt, an vaſallus ſit Cæſa-
rianus, uel Baronis, cognoſcit baiulus de demanio Regis.
Ei[q]; ſoluitur triceſima per iſtum textum, quem neſcio ali-
bi: quia baiulus non cognoſcit de feudis, vt ſupra in con-
ſtitu. locorum baiuli. Et tamen baiulus de demanio Regis
cognoſcit, an vaſallus ſit de demanio, uel ſit Baronis, uel
eccleſiæ, quod eſt notabile. & de hoc uide infra in 3. libro,
in conſtitut. ſi dubitatio. & in 2. lib. in conſtitut. probatio-
num defectum. Secus ergo, ſi baiulus nõ eſſet de demanio
Regis, ſed Baronis, vel eccleſiæ, uel alterius domini, etiam
ſi habuiſſent cauſam à Rege, quia hoc priuilegium ſolùm
baiulis de demanio Regis eſt conceſſum: & ſic nõ trahi-
tur ad habentem cauſam à Rege, arg. ff. de publicanis. l. li-
citatio. §. mercatores. & ibi Bartol. cum concord. ſuis. Quar
tò no. ex tex. ibi, pœna uerò. quòd ſi uaſallus demanij di-
cit ſe uaſallum Baronis, & nõ probat, uel dicit ſe uaſallum
demanij, & eſt uaſallus Baronis, incidit in pœnam, ſubau-
di iudicis arbitrio exigendam: & iſta pęna diuiditur inter
fiſcum & Baronem, ut hic. Quintò no. quòd impedimen-
8 tum † abſentiæ neceſſariæ longę, & impedimentum infir-
mitatis longęuæ pari paſſu ambulant. Tu dic, quòd infir-
mitas comprehenditur ſub impedimento neceſſarię abſen
tiæ, vt dicit Bartol. in l. penult. §. ad crimen. in quinta co-
lum. uerſicu. dic ergo ſic. ff. de publ. iud. Item dicitur neceſ
ſaria abſantia, cum aliquis eſt carceratus ab alio, uel quia
non poteſt tranſire per iter, ſecundùm eum ibi. Item dici-
tur abſentia neceſſaria ex cauſa reipublicæ. l. Iulianus. §. fi.
ff. ex quibus cau. maior. per Barto. & uide eundem in l. fin.
ff. de teſ. in integr. ubi dicit, quinq; eſſe genera abſentiarũ.
Sextò & vltimò no. quòd olim iudices ad contractus erant
homines experti, & ſufficientes, quia loco iudicum impe-
dimentum iuſtum habentium ſubrogantur, durante impe
dimento per magiſtrum camerarium. Alij iudices ad con-
tractus ad audiendas, & expediendas cauſas ciuiles, & ſibi
prouidebatur de expenſis pro rata temporis, quo uacabat:
ſubaudi arbitrio magiſtri camerarij. Hodie uerò ſecus eſt,
9 quoniam † iudex ad contractus neſcit cauſas decidere. Et
ideo in hoc iſta conſtitutio non poteſt habere locum, quia
non conſtituuntur iudices ad contractus perſonæ literatæ
ad decidendum cauſas. Illi enim debent eſſe iudices, qui
ſint continentes, prudentes, & timentes Deum, in quibus
ſit charitas, & odio habeant auaritiam, & quinquagenarij,
& decani, ut dixit Moſi ſuus cognatus, ut patet in lib. Exo-
di, cap. 8. hic non ſunt alia.

ANNOTATIONES.

a Suos.] An dominus cognoſcat inter ſe & agricolas ſuos, vide per Io. Fabr. in l. 1. C. ne quis in ſua cauſa iudicet.

b Dare.] Vide Alex. in conſi. 1. col. 13. in 5. vol. & conſi. 30. colum. 3. eodem volumine. Baetus.

De ſalario baiulorum, iudicum & notariorum. Rub. LXXII.

QVONTAM ſupra tit. proximo & præcedentib. multa ſunt dicta concernentia officium baiulorũ, & iudicum. Et quia prouidentia regia de ærario fiſci conſtitutum fuit eis ſalarium pro labore exercitij iuſtitiæ: erat prouidendum ſuper emolumentis pronenientibus in ipſa curia, vt ſunt triceſimæ, ſexageſimæ, vigeſimæ, legitimæ pœnæ, mulctæ, pœnæ bannorum, & alijs iuſtis lucris, quomodo pro regio fiſco ſunt dicta emolumẽta exacta conſeruanda, ac etiam ſuper ſyndicatione ipſorum baiulorum, & iudicum poſt annũ: Et qualiter eſſent puniendi, ſi contra formam iuramenti in principio officij præſtiti, & ſuper ampliatione officij baiulorum, de quib. non erat dictum. ideo ſequitur hæc conſtitutio. Et ſic patet, ꝙ d. rubr. non comprehendit omnia, quę in nigro continentur: & hoc ſolet fieri, vt patet in gloſ. in Auth. de inceſt. nup. in princ.

SVMMARIVM.

1 *Magiſter iuſtitiarius quando & qualiter de officijs inferiorum inquirere debeat.*
Officiales in ſuis officijs delinquentes qualiter & per quem ſint puniendi.
Conſilium antiquorum, vt plurimum, eſt ſalutiferum.
2 *Iudices à cupiditatibus bonorum temporalium abſtinere debent.*
3 *Iudices ſua ſalaria habere decentia, iuſtum eſt.*
Triceſima cauſarum ciuilium gabella quædam eſt regio fiſco debita.
4 *Magiſter camerarius, ſeu ſecretus eſt ſuperior ad baiulos, & eorum iudices & notarios.*
5 *Rex officialibus ſuis materiam delinquendi, quòad poteſt, auferre debet.*
6 *Claues quædam ſpirituales ſunt, quædam temporales, & quædam poteſtatis & veritatis.*
7 *Officium magiſtri camerarij, quale ſit.*
Inquiſitores olim viri iuſti ſuper iudices conſtituebantur.
8 *Officiales contra iuramentum in principio officij præſtitum venientes puniuntur.*
9 *Baiulus an teneantur malefactores relaxare ſub fideiuſſoribus de ſe repræſentando.*
10 *Receptatores bannitorum capi, & iuſtitiario aſſignari debent.*

CVM iuxta prouidum. In ſex partes diuiditur hæc conſtitutio. In prima parte Imperator dicit, ꝙ vult prouidere, vt ceſſet cupiditas baiulorum & iudicũ inter res demanij domini Regis. Et ideo ſtatuit gagia baiulis, iudicibus, & actorum notarijs de ærario
suo in recompenſationem laborum ſuorum, vſque ibi, vt a
obuẽtiones. Hic eſt ſecũda pars, in qua ſtatuit, ꝙ poſtquam dictis officialibus prouiſum eſt de gagijs, iuſtum eſt, quòd omnes obuentiones curiæ, vt ſunt triceſimæ, pœnæ legitimæ, mulctæ, & pœnæ bannorum, & alia emolumenta, ſint regij fiſci, & non baiulorum, ſicut ſunt, qñ non habent gagia à regia curia, vſque ibi, de quibus omnibus. Hic eſt tertia pars, in qua ordinat, quomodo dictæ obuentiones, & emolumenta ſint conſeruanda per magiſtrum camerariũ. nam ipſe debet ſingulis menſibus diligentem rationem de eis expurgare, excludendo fraudes & negligentias, & ipſorum falſas excuſationes, & de dictis emolumentis poterit magiſter camerarius recipere tantum, quantum ſufficit ſibi, & iudici, & notario pro expenſis, pro tempore, quo vácat in habẽda ratione ab eis. Et quod ſupererit, vt ceſſet crimen peculatus in eo, omnis pecunia, quę obuenit ex dictis obuentionibus, & emolumẽtis, ponatur in vno ſcrinio, vbi ſint tres clauſuræ, & tres claues, & diuerſa foramina, & vnam retineat ipſe magiſter camerarius, aliam eius iudex, aliam notarius actorum: & nõ valeat aperire, niſi ſint omnes tres ſimul præſentes. vſq; ibi, per ſingulos. Hic eſt quar-
1 ta pars, in qua ſtatuit, quòd idem † magiſter camerarius in ſingulis quatuor menſib. inquirat de officio baiulorum, iudicis, & notarij actorum, & de eorum proceſſib. & demũ anno finito per generales inquiſitores deputandos à regia curia fiet exactiſsima inquiſitio contra eos, & durat vſque ibi, qui autem inuenti fuerint. Hic eſt quinta pars, in qua habet Imperator, quòd ſi per magiſtrum camerariũ, vel inquiſitores prędictos deputandos à regia curia dicti baiuli, iudex, & notarius fuerint inuenti p̃uaricaſſe, & corruptos fuiſſe prece, precio, vel amore, iuſtitiam ipſam, vel illã denegaſſe, aut tardaſſe, aut manifeſtè ſubditos grauaſſe, remittatur ipſa inquiſitio ad magnam curiam Vicariæ, vt ipſos puniat pęna periurij ad mutilationem manus, ſubaudi, ſeruatis de iure ſeruandis. ſi autem inuenti fuerint in manifeſta deſidia, & non in dolo, puniantur ſolùm per magiſtrum camerarium in 3. par. bonorum mobilium, & durat vſque ibi, & ad officium ſuum baiuli. Hic eſt ſexta, & vlt. pars, in qua prorogat poteſtatẽ baiulorũ. nam licet ſupra in conſt. baiulus ſi furem ceperit. ſub rubr. 44. ſolùm ſtatuit, vt baiulus poſſit furẽ capere, & aſſignare iuſtitiario, hic ſtatuit, vt omnes malefactores in facinore deprehenſos, & forbannitos redeuntes ſine licentia curiæ, & receptatores eorum ſcienter poſſit, & debeat capere perſonaliter: & ipſos aſſignet iuſtitiario prouinciæ. verùm malefactores ipſos poterit ſub fideiuſſorib. de ſe præſentãdo, ſubaudi intra certum tempus coram iuſtitiario, relaxare, niſi ſint malefactores criminum exceptorum. Et breuiter hoc intendit. Baiuli, iudex, & notarius actorum habentes ſalaria à publico, nihil aliud habeant, neque de triceſimis, neq; de pœnis: ſed tota pecunia ex triceſimis, & pœnis ac alijs emolumentis proueniens, ponatur in capſa habente tres claues, & ſingulis quatuor menſib. per magiſtrum camerarium habeatur ratio à baiulis, & habeat expenſas de dictis emolumentis. Et in fine anni dicti baiuli ſtent in ſyndicatu. & ſi fuerint reperti culpabiles doloſè in eorum officio, inquiſitio remittatur ad magnam curiam Vicariæ, vt ipſos puniat pœna periurij ad mutilationem manus: ſed ſi ſine dolo, magiſter camerarius puniet eos ad tertiã partem bonorum mobiliũ. Et ad officium baiuli pertinet omnes malefactores capere, & aſsignare iuſtitiario. No. 1. ex tex. ſalubre conſilium anti-
2 quorum. quòd † conſilium antiquorũ virorum dicitur ſalutiferum. & ideo ſatis repræhendendi ſunt domini tẽporales, & ſpirituales, quando conſilia ſapientum & rectè ſuadentium nulla ratione patiantur ſuſcipere. dicit tex. in c. 1. 84. diſt. hinc dicit tex. in cap. ridiculum. 12. diſ. ridiculum. & ſatis abominabile dedecus eſt, vt traditiones, quas antiquitus à patrib. ſuſcepimus, infringi patiamur. Et ideo vbi conſilium iuuenum diſcors eſt à cõſilio antiquorum, illius conſilij ſententia magis eſt tenenda, cuius antiquior, & potior extat auctoritas, dicit tex. in cap. Domino ſancto. in fi.
a 50. diſtin. Secundò no. ex tex. ibi, viam [a] præcidere cupiditatibus. quòd Reges debent prouidere, vt ceſſet cupiditas bonorum temporalium in ſuis officialibus, ut hic. ad idem tex. in l. 1. C. de ſuperexactoribus, lib. 10. & in capit. fin. de reſcript. lib. 6. & ibi per Archid. quia mens alligata cupiditatis viſco, cito à vero deuiat. 8. quæſtio. 2. capit. dilectiſsimi. de quo per Lucam de Penna in l. 2. C. de conſulibus, libro 12. & in dicta l. 1. ponit, quid ſit cupiditas. & dicit Lucas de Penna multùm prolixè, quòd hodie in regno ſatis & ſatis abundat vitium cupiditatis, ut eum videre poteris in l. ad ſplendidioris. C. de diuerſ. offic. lib. 12. Scio enim quoſdam cupidos multa breui tempore lucratos fuiſſe, ſed nõ gauiſi ſunt eorum lucris: quia cito mortui ſunt, & illi, qui diu vixerunt in diuitijs ex cupiditate quæſitis cum læſione conſcientiæ, hęredes eius breui in paupertatem

tem deuenerunt.& in eis verificatur illud D.Amb.1.q.1.c.
cito.vbi cupidi & auari leprã cum diuitijs ſuis poſſidẽt, &
non tam facultatẽ patrimonij, quàm theſaurũ criminum
3 congregauerũt æterno ſupplicio,& breui fructu. † Tertiò
no.ex tex.ibi,non iniuſta recõpenſatione prouidimus,ꝙ in
iuſtitia eſt ſoluere gagia conſtituta iudicibus deputatis per
regem ad iuſtitiam faciẽdam,per iſtum tex. & per tex.inf.
in conſt.baiulos,& oẽs iudices,in fi.quia illa percipiunt in
compenſationem laborum ſuorum in audiendo partes,ſtu
dendo proceſſib.& legendo libros, vt poſſint iuſte iudica-
re,& ideo non debet eis auferri,vel tardari ſtipendium eis
conſtitutum,aliàs rex,& eius miniſtri peccant mortaliter,
poſtquam de iuſtitia eis debetur.bene faciũ.l.diem functo.
ff.de offi. aſſeſ. & ideo in compenſam triceſimarum baiu-
liæ ablatarum propter gagia à publico eis conſtituta, hæc
conſtitutio,ceſſantibus gagijs,ceſſat, per regulam,ceſſante
cã ceſſat effectus,de qua in auth.generaliter. C.de epiſc.&
cle.& in c.cum ceſſante. de app. cum multis cõcordantijs.
Quartò no.ex tex.ibi,de triceſimis, ꝙ triceſimæ cauſarum
ciuilium ſunt quædam gabellæ, quæ debentur regio fiſco,
tunc qñ rex ſoluit iudicibus de ſuo ærario mercedem,aliàs
triceſima ſuccedit loco ſportularum, quæ præſtabantur iu
dicibus pro eorum laboribus vna cum ſalario duarũ libra-
rum auri annuatim, vt dr in Auth. de ind.§.ne aũt.& vide,
4 quod dictum fuit in conſt.cum circa. † Quintò no.ex tex.
ibi,diligentem rationem.ꝙ magiſter came.qui dr ſecretus
eſt ſupra baiulos,& eorũ iudices, & notarios, quia ipſe in-
quiſitionem facit per ſingulos menſes,ſi fideliter, & legali
ter, vel fraudulenter, & negligenter exercitati ſunt in offi-
cio baiulationis, & hoc importat illud verbum, expurgẽt.
& hoc procedit,qñ baiuli habẽt gagia a publico.Sextò no.
ex tex.ibi,expenſis. ꝙ ille, qui habet gagia à regia curia in
aliquo loco, ſi oportet exire illum locum pro ſeruitija Cu
riæ,debet ſolùm habere expenſas,per iſtum tex.& ſic con-
ſuetum eſt fieri,& eius gagia.† Septimò no.ex tex.ibi,pecu
5 latus via,ꝙ rex debet curare,ꝙ auferatur materia ſuis offi-
cialibus incidendi in criminib.nam ſolent vulgares dicere
ꝙ cõmoditas facit hominem furem, & mulierem meretri
cem. incidit quidem in l.Iul.peculatus nõ ſolum, qui pecu
niam fiſcalem aufert,ſed ille, qui facit, vt alius intercipiat.
dicit tex.in l.1. ff.ad l.Iul. peculatus. ẽt qui pecuniam fiſci
deputatam ad vnum vſum non conuertat in illum, ſed in
alium, vt in l.2.ff.eo.ti.cuius pœna eſt deportatio, vt in l.3.
eo.tit.Et theſaurario regio ſemel dixi,ꝙ pecuniam deſtina
tam pro ſoluendis gagijs conſiliariorum regis non põt ex-
pendere in alias neceſſitates regis,aliàs incidit in dictã pœ-
nam, & ipſe remanſit de hoc admiratus, & tñ verum eſt.
6 † Octauò no.ex tex.ibi,tres claues,& claues materiales ſũt
ad aperiendum, & claudendum pro cuſtodia pecuniæ exi-
ſtentis in ſcrinio.ſunt aũt claues ſpirituales, de quibus per
Hoſt.in ſumma,de pœnit.& remiſſionibus,in prin. ſunt ẽt
claues iudicis,videlicet,poteſtatis & veritatis, ſm Bal.in c.
1.§.iudices.2.col.de pace iur.fir.& dicit Abb.Sic.in c.licet.
de elec.ꝙ dicimus duas eſſe claues Petri, per vnã ſignificat
poteſtas,per aliam diſcretio, & vna ſine reliqua non ualet.
& dicit Bal.in l. fi. C.de ſent.ex breuic.recitan. ꝙ in iudice
debent eſſe duo ſales.ſ.ſcientiæ,& conſcientiæ,aliàs ſal ſciẽ
tiæ ſine conſcientia dr diabolicus,ut in c.cum æterni.de re
iud.Et pondera iſtas tres claues materiales ſcrinij,ubi repo
nit pecunia fiſcalis,quæ per diuerſas perſonas tenentur,qa
eſt ſignum, ꝙ iſte Imperator non taliter confidebat de ma
giſtro camerario,ſicut confidebat rex Carolus I.de ſuo ma
giſtro Gulielmo,qui conſeruabat pecuniam quorumcunq;
prouentuum in caſtro Ouio pro dicto rege,ut patet in c.re
gni,quod incipit,cum diligenti deliberatione &c.char.13.
& ſic confidit rex nr de ſuo theſaurario,licẽt habeat credẽ
7 zerium.† Nonò no.ex tex.ibi,inquiretur, ꝙ attento, ꝙ ſu-
pra officium baiulorum erat officium magiſtri cameræ.ad
cuius officium pertinet, vt ſingulis quatuor menſibus dili
genter inquirat proceſſus baiulorum,ſi fecerunt, quod iu-
ſtum eſt,& hoc habet locum,qñ baiuli recipiunt gagia à re
gia Curia ad effectum,ut ipſi baiuli uiuãt in timore ne ipſi
delinquant in officio, & caueant à grauaminibus ſubdito-
rum regis. O utinam nunc eſſent aliqui ſapientes, & iuſti
deputati,ut ſingulis quatuor menſibus inquirerent proceſ
ſos, de quibus hr querimonia contra officiales ſalariatos à
publico,quia afferret magnũ beneficium ſubditis regis, &
rex haberet magnum meritum à Deo, quia multa peccata
iudicum euitarentur.Decimò no.ex tex.ibi,deſtinandos,ꝙ
olim erant deputandi inquiſitores, ſubaudi, & iuſti, & ti-
mentes Deum,qui habebãt uidere, ſi iudices ſalariati a pu
blico fuerunt culpabiles contra formam iurí præſtiti per
eos,iuxta conſtitutionem regiã,puritatem.& capitulorum
8 regni ibi allegatorũ.† Vndecimò no.ex tex.ibi, manus mu
tilatione,ꝙ officiales,qui ueniunt in aliquo cõtra formam
iuramentorum in principio officij,conſtito de iſta contra-
uentione,per magnam Curiam Vicariæ debent condemna
ri ad pœnam mutilationis manus.ò quanti iudices,& offi-
ciales hodie de iure deberent eſſe ſine manibus,quia multi
ſunt,qui contrauenerunt tam formæ iurí dictæ conſtitutio
nis,puritatem, quàm formæ iurí per capitula regni, vt ibi
dicta capitula allegaui. An aũt ſit in electione magnæ Cu
riæ, an velit incidere manum dexteram, vel ſiniſtram pro
periurio.Dixi ſupra in conſt.ſi quis aliquem. & vide Aret.
in trac.maleficiorum,in verbo,membrum.& de pœna inci
ſionis manus pro periurio,vide in fi.3.lib.in conſt.eos,qui
ſciẽter.Duodecimò no.ex tex.ibi,maleſactores in ipſis ma-
leficijs deprehenſos,ꝙ baiuli poſſint capere malefactores,
quos reperiunt malè facere,& ipſos debent aſſignare iuſti-
9 tiario,vt hic.Sed quæro,ſi † iſti malefactores velint dare fi
deiuſſores ipſi baiulo de ſe præſentando iuſtitiario intra
certum tempus,an teneatur ipſos recipere & relaxare? Dic
ꝙ ſic, ſed non foriudicatos,neq; receptatores eorum, per
iſtum tex.nec etiam malefactores criminum exceptorum,
vt hic.Quæ aũt ſunt iſta crimina excepta? Dic,ꝙ in iſto re
gno ſunt crimen læſæ maieſtatis diuinæ & humanæ,falſæ
monetæ, & alia magna crimina. Decimotertiò no. ex tex.
ibi, forbannitos, ꝙ forbannitos repertos in terra, vbi ſunt
baiuli,poſſunt capi perſonaliter,& aſſignari iuſtitiario,niſi
eis oſtendant licentiam iuſtitiarij,vel in ſcriptis,vel per te-
ſtes,quia tex.iſte non dicit, ꝙ in ſcriptis oſtendatur dicta li
10 centia.Decimoquartò no.ex † tex.ibi,receptatores,ꝙ rece-
ptantes forbannitos poſſunt capi per baiulum, & aſſignari
iuſtitiario,& iſti non ſunt liberãdi fideiuſſoribus de ſe præ
ſentando iuſtitiarijs,vt hic. Qui aũt ſint iſti forbãniti, vide
infra in conſt.pœnam eorum.in 2.lib.gl.hic non ſunt.

ANNOTATIO.

a Viam.] Adde Alex.in c.quatuor modis.11.q.4. Batius.

CVM iuſtitiæ copiam. Impreſſores conſti-
tutionum ſuperfluè poſuerunt hic iſtam
conſtitutionem, ex quo hæc conſtitutio
poſita fuit ſub rubr. de foro competenti.
num. 26. ibi, legi iſtam conſtitutionem,
vt videre poteris retro. Ideo hic iterum
non legam,ne arguar de defectu memoriæ.

De ferijs, & ſalarijs iudicum, & notariorum inſtrumenta ſcribentiũ, & ſubſcribẽtium, & eorum forma. Rub. LXXIII.

CONTINVA ſic iſtam rubr. dictũ
eſt ſupra, ad quos iudices ſpectat co-
gnitio cauſarum ciuilium,& ea quæ
ſpectant ad eos: verum quia non om
ni tpe licet iudicibus reddere ius, ui-
delicet tpe feriarum in honorẽ Dei,
de quibus ferijs nõ erat dictum,ideo
ponit hic rub.de ferijs. Et quia coram iudicibus ſæpiſſimè

litigantes producunt inſtrumenta, quæ conficiuntur per iudicem & notarium ad contractus cum teſtibus. Et dubitabatur, quãtum debet eſſe ſalarium iudicis & notarij, qui conficiunt inſtrumentum: ideo ponitur hic de ſalarijs iudicum ad contractus, & notariorum. Et quia in regno inſtrumenta, ut probent, debent eſſe ſubſcripta à iudice ad contractus, & à teſtibus. Et interdum mortuus eſt notarius & iudex, & dubitabatur de forma conficiendi ipſa inſtrumenta, ideo ſequitur, & de forma ſeruanda in contractibus, & in reaſſumptione inſtrumẽtorũ. Sequitur nigrũ.

SVMMARIVM.

1 *Bailui & iudices quando audientiam præſtare debeant petentibus.*
2 *Iudex ad contractus quale & quantum debeat habere ſalariũ.*
3 *Notario, qui cum iudice fuit rogatus de ſtipulatione contractus moriente, quid agendum ſit.*
4 *Iudices ordinarij palàm in loco iudicij ſedere debent, & ad ſe venientibus audientiam dare.*
Iudices de nocte, aut hora ſomni meridiani audientiam præſtare non tenentur litigantibus.
Sanitas corporalis quibus conſeruetur regiminibus.
5 *Ius in quibus diebus reddi non debeat in iudicio.*
Citatio diebus dominicis fieri non debet.
6 *Conceptio beatæ virginis hodie celebratur ritu ſolemni.*
7 *Feſta Apoſtolorum non admittunt forenſes contentiones.*
8 *Iudices annales ſine baiulis non audiunt, nec decidunt quæſtiones.*
Notarius ſine mercede contractum, vel inſtrumentum conficere non tenetur.
9 *Notarius quale debeat habere ſalarium.*
10 *Iudex aut notarius recipiens id, quod illi conſtitutum non eſt, punitur.*
Vſurarius eſt, qui etiam à dante ſponte vltra ſortem recipit.
11 *Salaria pro contractibus debita, an locum ſibi vendicent in inſtrumentis.*
12 *Creditor an debeat iudici & notario mercedem ſoluere, an verò debitor ipſe.*
13 *Notarius inſtrumenta conficere debet, prout iuris & moris eſt.*
14 *Notarius in inſtrumento inſerere tenetur ea, quæ ſunt de natura contractus.*
15 *Solita apponi in contractibus obligationem concernentia non præſumuntur appoſita.*
16 *Notarius pœnam in inſtrumento addere non poteſt.*
17 *Notarium præſumi rogatum clauſulas conſuetas ponere quando verum ſit.*
Nomen Domini eſt in inſtrumentis inuocandum.
18 *Anni incarnationis Domini debent in inſtrumentis apponi.*
19 *Nomen Regis tempore contractus regnantis debet in inſtrumento apponi.*
Locus contractus debet in inſtrumento inſeri.
Menſis & dies contractus eſt in inſtrumento inſerendus.
20 *Indictio apponi debet in inſtrumento.*
Series facti intelligibiliter in inſtrumento debet deſcribi.
21 *Teſtes in inſtrumento ſtipulationis non ſubſcribunt ſe neceſſariò manu propria.*
22 *Teſtes an debeant eſſe rogati in contractu.*
Notarius ſemper debet eſſe rogatus, vt valeat actus per eum confectus.
23 *Notarius inſtrumento ſubſcriptionem ſuam, & ſignum apponere debet.*
Contractus per notarium receptus legi debet coram teſtibus.
24 *Notarius creari debet legitimè à poteſtatem habente.*
Inſtrumentum in charta de pergamena ſcribi debet.
25 *Notarius & iudex intra octo dies à die rogatus debent inſtrumentum in forma ſolemni aſſignare parti.*
26 *Notarius negligens inſtrumentum reaſſumere, & parti, cuius intereſt tradere, qua ſit afficiendus pœna.*
27 *Impedimentum notarij non reaſſumentis inſtrumentum intra tempus debitum quomodo probetur.*
28 *Notarius, ut notarius debet eſſe rogatus, vt fidem faciat ſcriptura ipſius.*
29 *Abbreuiatura notarij quando fidem faciat, & quando non.*
30 *Notarius quomodo inſtrumentum conficere poſſit de ſapore, colore & odore vini venditi.*
Notario creditur de geſtis coram ſe, non de his, quæ geſſit ipſe.
31 *Notarius qualiter inter maritum & mulierem inſtrumentum dotale poſſit conficere.*
32 *Mutus ſtipulari non poteſt, quod in ſtipulatione verba ſint neceſſaria.*
Mutus procuratorem conſtituere poteſt.
33 *Notarius an poſſit cogi ad conficienda inſtrumenta.*
Notarius ad iudicis mandatum nolens conficere inſtrumentum, officio priuari poteſt.
34 *Notarius recuſans inſtrumentum conficere de alienatione rei feudalis, vel eccleſiaſticæ, an ſit puniendus.*
Impoſſibile dicitur, quod ſine principis auctoritate fieri nequit.
35 *Notarius à Rege creatus an ſuper matrimonio poſſit inſtrumentum conficere.*
Officium notarij ſeculare eſt, & non clericale.
36 *Iuriſdictio alterius epiſcopi ſine conſenſu diœceſani in ſacramentalibus per partes non poteſt prorogari.*
Procurator laicus quando in cauſa eccleſiaſtica interuenire poſſit.
37 *Notarius an poſſit per alium ſcribi facere inſtrumentum cum ſubſcriptione manus propriæ.*
38 *Tabellionis induſtria in ſcribendo non eligitur, ſed tantùm vt det fidem geſtis.*
39 *Notarius an pro abſente poſſit ſtipulari, & ſequuta ratihabitione eidem quærere.*
40 *Tabellio, velut perſona publica, pro abſente poteſt acceptare.*
41 *Notarius extra iudicium abſenti quærere poteſt, & ſtipulari.*
42 *Notarius pro abſente in contractibus iuriſgentium ſtipulari nequit.*
43 *Notarius, qui ſibi pro alijs ſtipulatus eſt, an poſſit ante ratificationem refutare illam ſtipulationem.*
Notario debet ſolui merces debita pro reaſſumptione inſtrumenti intra octo dies ſub pœna dupli.
44 *Partes notarium de contractu rogantes poſſunt intra octo dies illi dicere, quòd non reaſſumant, & non tenebuntur ad mercedem.*
Contractus eo vinculo diſſoluitur, quo factus fuit.
45 *Reaſſumptio inſtrumenti non poteſt fieri, niſi ſaltem duo teſtes ſint ſuperſtites.*
Inſtrumentum publicum quando reaſſumi poſſit ex protocollo notarij mortui.
46 *Protocollum in quo differat ab abbreuiatura.*
47 *Abbreuiatura notarij quando fidem faciat, vt poſſit reaſſumi.*
Nota notariorum quando faciant fidem & quando non.
48 *Nota partim notarij partim teſtatoris manu ſcripta non probat.*
Protocollum notarij quando probet, & quando non, vt ex eo poſſit reaſſumi inſtrumentum.
49 *Iudex quando decretum interponere poſſit, vt ex protocollo reaſſumatur inſtrumentum publicum.*
50 *Conſtitutio facta à domino temporali eccleſias non ligat.*
51 *Canon legi ſeculari præualet inter perſonas miſceabiles.*
Perſona loquentis an veniat in ſermone generali.
52 *Conſtitutio principis aduerſus publicum fauorem non recipit interpretationem.*
53 *Prouiſio generalis legitimam non comprehendit.*
54 *Protocollum cum fide notarij & duobus teſtibus an faciat fidem.*
Conſuetudo ſcripturæ robur præſtat quandoque.
55 *Valor rei quandoque variatur tempore.*
56 *Verſum non dicitur, quod verſum non durat.*
57 *Mors hominis caſu contingere dicitur.*
58 *Inſtrumentum quibus concurrentibus reaſſumi poſſit per alium ex protocollo notarij mortui.*

Notarius

Notarius, cui protocollum ſuum exhibere debeat, vel poſſit.

59 *Reaſſumptio inſtrumenti ex protocollo notarij fieri debet cum decreto iudicis ordinarij.*

Citari debent, quorum intereſt, in reaſſumptione inſtrumenti ex protocollo notarij mortui.

60 *Iudex ſemper citare debet partem, quæ lædi poteſt.*

Citatio generales per edictum quando ſufficiat, & quando non.

61 *Conſuetudo vetuſta excuſat à citatione eius, cuius intereſt in reaſſumptione inſtrumenti ex protocollo notarij mortui.*

Conſuetudo vim dicitur habere pacti, & conſuetudine fieri poteſt, quod & pacto.

62 *Curia magna adhibita in reaſſumptione inſtrumenti ex protocollo notarij mortui, an teneatur partem citare.*

Conſuetudo iuri contraria ad caſum ſimilem non eſt extẽdenda.

Notarius reaſſumens inſtrumentum ex protocollo notarij mortui debet eſſe de demanio Regis.

63 *Teſtatore diſponente miſſas in aliqua ciuitate dicendas, an illa interdicta poſſint alibi celebrari.*

Inſtrumentum ex protocollo notarij mortui malè famati non poteſt reaſſumi.

64 *Protocollum notarij mortui infamis quando valeat, vt ex eo poſſit reaſſumi inſtrumentum.*

65 *Famæ & opinionis integræ non eſt dicendus, qui alicuius delicti macula fuit reſperſus.*

Integer ille dicitur, qui in nullo deficere inuenitur.

66 *Contractus in protocollo notarij mortui repertus, non poteſt tranſſumi, niſi fuerit eius manu ſcriptus.*

67 *Teſtes vini debent citari pro reaſſumendo inſtrumento ex protocollo notarij mortui.*

68 *Contractus venditionis & emptionis, an poſſit reaſſumi iudice & notario mortuis.*

69 *Probatio per coniecturas an & quando ſufficiat.*

Traditio poſſeſſionis rei venditæ qualiter probetur.

70 *Inſtrumentum quibus verbis probetur fuiſſe ſemel in formam publicam redactum.*

71 *Iudicis & arbitri verbo, vt plurimùm ſtatur.*

72 *Apoſtillæ appoſitæ in margine quando fidem faciant.*

73 *Notarius de rogitu ſuo non requiſitus à parte poteſt inſtrumentum reaſſumere.*

74 *Inſtrumentum contractus quo caſu reaſſumi poſſit mortuo notario, non obſtante quòd in margine ſcriptum ſit, factum & aſſignatum.*

75 *Notarius connumeratur teſtibus, ſi teſtium requiratur numerus certus.*

76 *Inſtrumentum dotale an poſſit aſſumi, mortuis iudice & teſtib.*

77 *Notorius an debeat teſtes cognoſcere de neceſſitate.*

Notarius inſtrumentum ex protocollo notarij mortui aſſumens, nihil de ſuo apponere debet.

78 *Notarius aſſumens inſtrumentum ex protocollo notarij mortui, an poſſit extendere abbreuiaturam illam, &c.*

79 *Inſtrumentum ex protocollo notarij mortui per alium non poteſt aſſumi, niſi protocollum probetur ſcriptum per notarium defunctum.*

80 *Comparationes ſcripturarum per quem & quo fiant ordine.*

Iudex ſe ſubſcribere debet inſtrumento, quod aſſumitur ex protocollo notarij defuncti.

81 *Inſtrumentum ex protocollo notarij mortui nõ poteſt reaſſumi, niſi mors notarij prius conſtet ipſi iudici.*

82 *Notarius inſtrumentum ex protocollo notarij mortui aſſumpturus in formam publicam redigere debet.*

83 *Inſtrumento non iuuatur, qui in illo non nominatur.*

84 *Labor corporis & mentis eſt omni pretio ſuperior.*

Iudices, quibus non ſoluitur ſalarium conſtitutum, pati dicuntur diſpendium.

85 *Feriæ meſſis & vindemiæ non ſeruantur in regno Siciliæ.*

Iudex quando partem compellere poſſit ad iterum faciendum contractum, ſemel in manu notarij defuncti factum.

86 *Compulſio partis facta per iudicem ad faciendum rurſus contractum, in manu notarij mortui prius factum, quo die debeat fieri.*

Hypotheca currere incipit à die contractus primi, & non à die innouati.

87 *Renouatio obligationis in protocollo contentæ quando creditoribus ante renouationem factis præiudicet.*

88 *Debitum qualiter per ſolos teſtes probari poſſit.*

89 *Eccleſia rem, quã ſemel cum ſolemnitate alienauit, iterum ſine ſolemnitate poteſt alienare.*

90 *Reaſſumptio inſtrumenti ex protocollo notarij mortui eſt remedium ſubſidiarium.*

Inſtrumentum ſumptũ abſq; partis compulſione, an ſit validũ.

91 *Pars quando abſens dicatur, ne à iudice compelli poſſit ad reficiendum inſtrumentum.*

92 *Notarius in dubio protocollum feciſſe præſumitur.*

93 *Protocollum notarij quid continere debeat, vt formiter factum dici poſſit.*

94 *Protocollum notarij imperfectum fidem non facit.*

BAIVLOS omnes. Hæc eſt vna de famoſis conſtitutionib. quæ ſit in iſto vol.
1 & diuiditur in ſex partes.† In prima namque parte ſtatuitur, ꝙ baiuli, & omnes
iudices, cum eorum notarijs actorũ de
mane vſque ad veſperas, præter neceſſarias horas commeſtionis, & ſomni meridiani, & ſic non de
nocte debeant præſtare audientiam omnib. petentibus, &
facere ea, quæ ad ſuum officium pertinent: exceptis diebus
infraſcriptis, videlicet natiuitatis Domini noſtri Ieſu Chri
ſti Dei omnipotentis: ſubaudi, cum ſequentibus diebus feſtis. Item diebus paſchalibus, ſubaudi, per ſeptem dies ante
& ſeptem dies poſt. Et diebus feſtiuitatum glorioſiſſimę,
ſemperque virginis Mariæ matris Dei, & omnibus diebus
dominicalib. & feſtiuitatibus Apoſtolorum Domini noſtri
Ieſu Chriſti: in quibus diebus feſtis etiam iudices penes ba
iulos non ſe intromittant in audiendis, & decidendis quę
ſtionibus. Et hæc eſt prima pars, quæ durat vſque ibi, ſed
de contractibus. Hic eſt ſecunda pars, in qua ſtatuit, quantum debet eſſe ſalarium iudicis ad contractus, quando in
2 teruenit in contractu pro iudice. † Et dicit, ꝙ ſi contractus
excedit librã auri debet habere pro ſuo ſalario pro ſubſcriptione ſua in inſtrumẽto dicti contractus tarenum vnum,
ideſt, duos carlenos. & ſi non excedit librã auri, debet habe
re dimidiũ vnius tareni, ideſt, decẽ granos. Et tãtum debet
habere notarius, vt probat iſte tex. in verbo, pro ſubſcriptio
nib. quod verbum refertur ad notarium. & illud verbum,
ſubſcriptionibus, refertur ad iudicem. ſed quomodo probat iſte tex. ꝙ tantundem debet habere notarius, dicetur in
9. no. & durat vſque ibi, huius conſtitutionis. Hic eſt tertia
pars, in qua ſalubriter prouidet, ꝙ iudex ad contractus, &
notarius publicus à die rogitus, ideſt, à die ſtipulati contractus intra hebdomadam, ideſt, intra octo dies, debet contractum ipſum in formã publicã redigere in char. de pergameno, vt in ſeq. conſt. (quam olim ſcribere, & ſubſcribere)
niſi partes renuntiauerint dictæ reaſſumptioni infra dictos
octo dies, & intra eundẽ terminũ partes tenentur pro ſcriptura notarij, & ſubſcriptione iudicis eis ſoluere conſtitutum ſalarium ſub pœna dupli ipſius ſalarij, ſi intra dictum
terminum octo dierum non ſoluerint notario & iudici ſalariũ cõſtitutum, & durat vſq; ibi, cæterum ſi caſu. Hic eſt
3 quarta pars, in qua deciditur vnum dubium, † quid ſi intra
dictã hebdomadã moriatur notarius, qui fuit cum iudice,
& teſtibus rogatus de ſtipulatione cõtractus, vel moriatur
iudex, qui interuenit in rogitu dicti contractus; & ſic non
pôt in formã publicam in charta de pergameno reaſſumi
contractus, qui eſt ſcriptus in ſcheda, vel protocollo d. notarij, quid faciendũ? Et reſpondet hæc litera, ꝙ ſi ambæ partes ſuperſunt, qui interuenerunt in dicto contractu, vel eorum hæredes per baiulos loci compellantur per competentem coercionis modum, per impoſitionem mulctæ, vel captionem pignorum, ꝙ dictum contractum iterum debeat
celebrare cum interuentu notarij, & illorum, vel aliorũ teſtium, & poſtea ille contractus intra octo dies ſcribatur, &
ſubſcri-

ſubſcribatur ꝑ dictum notarium, iudicẽ, & teſtes, qui inter
fuerunt, ut ſupra dictum eſt. & hæc pars durat vſq; ibi, q̃ ſi
fortè defuerint. Hic eſt quinta pars, in qua deciditur aliud
dubium: videlicet, quid ſi mortuo notario, vel iudice ad cõ
tractus intra illos octo dies à die rogitus dicti contractus
nõ poſſunt haberi partes, inter quas factus fuit cõtractus,
nec eorum hæredes, vt poſſit iterum, & de nouo ſtipulari
contractus, quid faciendum? Et rñdet litera, ꝙ ſi ille nota-
rius, qui interuenit pro notario publico in contractu vnà
cum iudice, & teſtibus, ſit mortuus, & dum viuit, illum cõ-
tractum ſcripſit in ſua ſcheda, ſeu protocollo, & extitit, dũ
viuit, notarius integræ vitæ, famæ, & opinionis, & eius ma
nus, & ſcriptura illa in dicta ſcheda & protocollo ſit nota
alijs iudicib. ad contractus & notarijs publicis eiuſdẽ ci-
uitatis, vel loci, & ſint viui, ſaltẽ duo ex teſtib. deſcriptis in
ſcheda, ſeu protocollo illius cõtractus ſcripti ꝑ illum nota
rium mortuum. Et illi duo teſtes viui fuerint, ſubaudi, ci-
tata parte, de cuius intereſſe agitur, mediãte iuramento exa
minati, ſi interuenerint pro teſtib. in dicto contractu, & de
poſuerint ſe interfuiſſe pro teſtib. in dicto rogitu, tunc di-
cti baiuli auctoritate ſui officij interponent decretum, ꝙ
dictus rogitus, ſiue contractus in publicam formã in char-
ta de pergameno per vnum alium publicum notarium ex
dicta ſcheda, ſeu protocollo reaſſumat, & ſcribat dictũ con
tractum, & ſi viuit ille iudex, qui interuenit in ipſo rogitu,
ſubſcribat dictum inſtrumentum dicendo, ſe interueniſſe
ꝓ iudice in dicto rogitu. ſed ſi ipſe iudex ſimiliter ſit mor
tuus, alius iudex ad contractus ſubſcribat dictum inſtrũ,
& dicat in ſcriptura ſuæ propriæ manus, ꝙ ipſe non inter-
uenit pro iudice in dicto contractu, ſed vice & loco talis
iudicis ad contractus, & ſtante decreto iudicis ſe ſubſcri-
bit. Et illi duo teſtes viui, qui cum iuramento depoſuerunt
ſe interfuiſſe in dicto rogitu, debent ſe ſubſcribere, ꝙ inter
uenerunt pro teſtibus in dicto rogitu contractus celebrati
per notarium mortuum, & nunc reaſſumptum per aliũ iu
dicem ex decreto baiulorum. & durat vſq; ibi, cęterùm ad
hoc. Hic eſt 6. & vlti. pars, in qua mandat, ꝙ iudicibus an-
nalibus penes baiulos, ne in diſpendium rei ſuæ familia-
ris, & ne ſuis expenſis laborare cogantur, prouideatur de
ſufficientibus annalibus expenſis ſecundùm eorum condi-
tionem pro tempore, quo durat eius officium annale. hoc
dicit tota iſta conſtitutio, & propter eius longitudinem ſu
4 perfluũ eſſet aliter ſummare. † No. primò ex tex. ibi, à ma
ne vſque ad veſperas. ꝙ iudices ordinarij debent ſedere pa
làm in loco iudicij, & dare audientiam ad ſe venientibus,
& impartire eis ea, quæ ſibi incumbunt à mane vſq; ad ve
ſperas, ſic intelligitur dies quoad iudicia, vt no. in c. conſul
uit. de officio deleg. vide in l. more Romano. ff. de ferijs, ni
ſi ĩ hora prãdij, & ſomni meridiani, ad idem tex. in Auth.
de iudicibus. §. ſedebunt. Et ſic iſte tex. facit cõtra illos iudi
ces, qui claudunt portas, & non paſſim introire faciunt ho
mines ad ſe loqui, volẽtes ſeruare prætoriam maieſtatem,
aut ꝑꝑ ſuperbiam, aut propter quietem. nam deberent pu-
niri, vt in d. Auth. de iudicibus. §. & hoc peruenit. 9. collat.
Secundò no. ex tex. ibi, ſomni. ꝙ iudices non tenentur dare
audientiam litigantibus, vel eorum aduocatis, & procura-
toribus de nocte, nec hora ſomni meridiani, ut dicit hic gl.
per tex. in l. medicus. & l. cum patronus. §. fi. ff. de oper. li-
bar. niſi caſus inopinatus emerſerit, quia tunc neceſſaria
cauſa ſuperueniente tenetur ſurgere, & prouidere, vt in l.
1. & l. 4. ſecundo reſponſo. ff. de damno infecto. facit l. fi.
ff. qui ſatiſdare cogantur, ſicut dicimus in notario, qui nõ
tenetur ſurgere de nocte, tñ ſi infirmus moritur, & eſt vo-
catus notarius pro conficiendo teſtamento de nocte, debet
ſurgere, argumẽ. in Auth. de tabellio. §. j. & §. & nõ fingat.
Et iſto caſu, ſi non veniret notarius, poſſet puniri, per l. iu-
bemus. C. de defenſo. ciuita. & quia neceſſitas non habet le
gem, ut in c. quod non eſt licitum. extra de regu. iur. & per
no. in l. 1. in fi. ff. de officio conſul. hæc neceſſitas ponitur
pro coactione, vt in Auth. ut iudi. ſine quo. ſuffra. §. eos. &
§. oportet. Et ex iſto tex. etiam patet, ꝙ ſomnus meridia-
nus non nocet corpori. contrarium dicunt medici Salerni
tani in libello de regimine ſanitatis ad regem Angliæ, in
principio, vbi dicitur.

Anglorum regi ſcripſit ſchola Salerni.
Si vis incolumem, ſi vis te reddere ſanum:
Curas tolle graues, iraſci crede profanum.
Parum meri, cœnato parum, non ſit tibi vanum.
Surgere poſt epulas, fuge ſomnum meridianum.
Non mictum retine, nec comprime fortiter anum.
Febris, pigrities, capitis dolor, atque catarrus,
Hæc tibi proueniunt ex ſomno meridiano &c. ego autem
5 nunquam dormiui de die, niſi tempore infirmitatis. † Ter
tiò no. ex tex. ibi, natiuitatis Domini. ꝙ licèt hic tex. dicat
diebus natiuitatis Domini: iſtud intelligitur cum diebus
ſequentibus, videlicet ſancti Stephani, ſancti Ioannis euan
geliſtæ, Innocentum, & ſancti Silueſtri, circunciſionis, &
Epiphaniæ, vt in c. conqueſtus. de ferijs. concordat tex. de
iure ciuili in l. 2. C. de ferijs. Quartò no. ex tex. ibi, paſcali-
bus. quia intelligitur per ſeptem dies ante, & ſeptem poſt,
vt in l. omnes dies. C. de ferijs. Quintò no. ex tex. ibi, domi-
nicis. ꝙ omnes dies Dominici ſunt feſtiuabiles, in quibus
non debet fieri citatio, nec aliquis actus iudiciarius, quia il
la die Deus in creatione mundi requieuit ab omni opere,
vt habetur Geneſis 1. c. & in c. licèt. de ferijs. & l. fi. C. de fe
riis. dicit, taceat apparitor. & ibi, nulla quenquam vrgeat
admonitio. in curia eccleſiaſtica ſeruatur, ꝙ ſi dies conten-
tus in citatione expeditur die non feriato, ut compareat
die non feriata, licèt executio fiat die feriata, valet: & iſte
eſt primus ritus magnæ curiæ archiepiſcopalis Neapo. ſed
de iſta materia me remitto ad plenè ſcripta per Doctores
canoniſtas, maximè per Abb. Sic. in c. fi. de ferijs. & ad Bar.
& ad ſcribentes in l. 1. §. nuntiatio. in 3. col. verſ. quærit Iac.
de Are. ff. de ope. no. nun. & ibi per Alex. & ad D. Mar. Soc.
6 in tractatu de citationibus, ar. 1 9. in 1. q. † Sextò no. ex tex.
ibi, beatæ virginis. dic ꝙ hodie etiam feſtiuitas conceptio-
nis beatæ virginis ſeruatur contra opi. gl. in c. pronuntian-
dum. de conſe. diſt. 3. quia hodie iſta opi. glo. eſt reprobata
per eccleſiam, vt patet in officio conceptionis beatæ virgi-
nis compoſito per Papam Sixtum, quod cantat ſancta ma
ter eccleſia. & ideo dicebat Nic. de Ly. ſuper Euangelio Lu
cæ, ſuper illo verbo, Spiritusſanctus ſuperueniet in te &c.
ꝙ iſta verba ſic exponuntur, non concipies humano mo-
do, ſed diuino, quia non virtute ſeminis virilis, ſed virtute
Spiritusſancti. Et bene dixit ſuperueniet in te: quia prius
venerat Spiritusſanctus ſuper virginem adhuc in vtero ma
tris exiſtentem, eam ab originali purgando, vel ſecundùm
alios, eam ab originali peccato præſeruando. ſed in conce-
ptione Filij Dei ſuperuenit Spiritusſanctus, id eſt, iterum
venit ad conferendum maiorem gratię plenitudinem, quę
non ſolùm ſanctificauit mentem, ſed & ventrem. idem di-
cit Arch. de conſe. di. 4. c. firmiſſimè. Et ſic omnes feſtiuita-
tes virginis ſunt feriæ obſeruandæ in iudicijs, vt eſt annun
tiatio, aſſumptio, natiuitas, purificatio, & hodie feſtum
conceptionis, vt plenè per Abb. Sicu. in d. c. conqueſtus. 1.
col. de feri. Quid autem de feſto præſentationis? Dic, ꝙ de
conſuetudine hic Neap. ſeruatur, nam habet proprium of
7 ficium. † Septimò no. ex tex. ibi, Apoſtolorum. intellige de
duodecim Apoſtolis, & non de alijs Apoſtolis, vt dicitur
in d. c. fi. de ferijs. Qui ſunt iſti duodecim Apoſtoli. Vide
gl. in c. vnico. de reliquijs & venera. ſanctorum. Sed quid
de feſto ſancti Pauli, qui fuit conuerſus poſtquam Chri-
ſtus aſcẽdit in cęlum, & de ſancto Matthia, qui ſucceſſit in
locum Iudæ? Dicit Abb. in d. c. fi. ꝙ ſunt dies feriati de præ
cepto. Et idem dicendum eſt de alijs feſtis ſanctorum, quæ
epiſcopus cum populo ſtatuit eſſe cuſtodienda, ſecundùm
Abb. in d. c. fi. vt eſt Neap. in qua ſeruantur feſta ſeptem ſan
ctorum patronorum, vt eſt ſanctus Ianuarius martyr, &
pontifex, Aſpreni confe. & pont. Athanaſij epiſcopi, & con
feſ. Agripini pont. & confeſ. Efrimi epiſcopi & confeſ. Se-
ueri pont. & confeſ. & Anelli confeſ. Et idem de feſto ſan-
ctæ Reſtitutæ. Quid autem de feſto quatuor doctorum
eccleſiæ?

eccleſiæ? Vide tex. & ibi Ioan. And. in c. vnico. de reliquijs
& vene. ſanctorum, & cõſuetudo approbauit, ꝙ coſtodian-
tur, & venerentur ſicut aliæ feſtiuitates in iudicijs, & in ma
gna Curia Vicar. eſt Calendarium, in quibus non redditur
ius, & ſcio, ꝙ quidam conſiliarij regij tempore regis Ferdi
nandi putantes ſe ſcire pluſquam oporteat, fecerunt prag-
maticam, vt non ſeruetur in omnibus illud Calendarium
magnæ Curiæ, & in breuiſſimis temporibus vnum poſt
8 aliũ vidimus mortuos. † Octauò no. ex tex. ibi, iudices an-
nales. ꝙ iudices annales, qui conſtituuntur in ciuitate apud
baiulos, caueant audire, & decidere qõnes, ſubaudi, ſine ba
iulis. Item ſubaudi, niſi ſint vocati pp impedimentum alio
rum iudicum per magiſtrum cameræ. vt ſupra in præcedẽ
ti char. in conſtit. quæ incipit, de qõnibus, quas. in fi. Nonò
no. ex tex. ibi, pro ſcriptionibus, & ſubſcriptionibus ſuis. ꝙ
ſalarium iudicis ad contractus eius ſubſcriptione in inſtrõ
cuius quantitas in eo contenta excedit librã auri, eſt vnius
tareni, & ſi minor eſt quantitas contenta in contractu, eſt
medius tarenus, ideſt groſſi decem. Et ſic notarius ſine mer
cede non tenetur conficere contractum vel inſtrm̃, vt hic.
idem dicit Bal. in l. 1. C. de tab. lib. 10. & vr̃ glo. in l. prætor.
in prin. ff. de eden. & Bal. in l. prouidẽdum. ff. de poſtu. & in
9 Spec. de ſala. §. 2. † Quæro quid de notario, an habebit tan
tũdem? Vr̃ ꝙ ſic, quia infra dicit hæc conſt. in 3. par. loquẽ
do expreſsè de notario, ꝙ partes ſtatutum ſalarium a Cu-
ria regia debeant exhibere ipſi notario, & aliud ſalarium
ſtatutum per iſtum Imperatorem nõ inuenimr, ergo intel-
ligitur de prædicto. Et pro hoc facit id, quod dicit Bar. in l.
ſi quis teſtõ Titio & Seio. de lega. 1. vbi ſi in vna oratione
Titio & Seio lego decem, tunc Titius & Seius habebũt de-
cem. ſi verò ſint diuerſæ orationes, vt Titio lego decem, &
Seio decem. tunc intelligitur de diuerſis decem, vt ibi per
eum, ſicut eſt in iſto tex. Et iſtam. l. ad hoc propoſitum repe
ri, ꝙ domi. Bartol. de Capua allegauit pro deciſione huius
quæſtionis in quadam apoſtilla hic poſita. Et etiam allega
uit gl. in Auth. de iudicib. in §. ne autem. in verbo, ab vtra-
que. vbi dicit, ꝙ illi duo aurei, qui dantur iudici in princi-
pio litis pro ſportulis, intelligitur, ꝙ quęlibet pars ſoluat iu
dici duos aureos. Ita à ſimili iudex habebit tarenum vnum
pro ſubſcriptione contractus excedentis libram auri, tantũ
dem habebit notarius propter illa verba, ſcriptionibus, &
ſubſcriptionibus hic in tex. poſita, vt ſupra dixi in diuiſio-
10 ne. † Et ſi iudex ad contractus, & notarios reciperet vltra
iſtum numerum taxatum ab iſta conſtitutione, niſi aliter
eſſet prouiſum etiam à ſponte ſoluente, debet puniri, ſecun
dùm Baldum notanter in auth. ſed hodie. de epiſcopis, &
clericis. Sic etiam dicimus, ꝙ ita eſt vſurarius, qui recipit
vltra ſortem, etiam à dante ſponte, ſicut ſi recipit ex pacto,
vt dicit Bald. in l. 1. §. beſtias. §. de poſtulandn. Sed videtur,
ꝙ hoc ſalarium in notario pro ſcriptura inſtrumenti pu-
blici ſit valde exiguum, & non correſpondet labori ipſius,
maximè in hac tempeſtate. in qua notarij faciunt inſtrumẽ
ta contractuum cum tantis obligationibus, hypothecis, &
renuntiationibus, ꝙ non ſufficit quaſi vna pellis animalis
pecorinæ. Et rex Ferdinandus primus in ſuis nouellis con-
ſtitutionibus, in c. quod incipit, eandem conſtitutionem,
ſtatuit mercedem notarijs hoc modo, videlicet, pro roga-
tionibus vſque ad vnc. 26. tareni duo à 25. vſque ad 50. ta-
reni quinque, à 50. vſque ad 75. tareni ſeptem cum dimi-
dio, à 75. vſque ad 100. tareni decem. vltra 100. quantacun
que ſit quantitas, tareni 15. vltra quam mercedem nihil
petere poſſunt, nec exigere ad pœnam dupli eius, quod ul-
tra petierint, & exegerint, nec in iſta mercede computetur
11 id, quod ſuprà taxatum eſt. † Sed hic quæro, utrum iſta ſa
laria, quæ debentur pro contractibus, habeant locum in te
ſtamentis, ubi ut plurimum diſponitur de hæreditate, quæ
ualet ultra 500. uncias, utrum poſſint notarij ſolum petere
tarenos 15. & non ultra? Lucas de Pen. in l. mediterraneæ.
C. de anno. & tribu. lib. 10. tangit iſtam quæſtionem, & ar-
guit ad partes. & finaliter concludit, ꝙ id, quod ſtatutum
eſt in contractibus, habet locum in teſtamentis etiam quo
ad ſalaria, ſed de iſta qõne dicetur poſt And. infrà in con-
ſtit. inſtrumentorum robur. Increpat tamen voracitatẽ no-
tariorum exigentium nimis magna & exceſſiua ſalaria. Et
ego ſcio, ꝙ vnus notarius tempore meo pro reaſſumendo
in publicam formam teſtm̃ regis, habuit vltra ducatos cen
tum, & regia curia ſciuit, & tacuit, non quod fit, ſed qđ fie-
ri debet, attẽdi debet, ut no. in c. cum cãm. de elect. & licet
vna hirundo non faciat ver, vt dicit Bald. in l. j. in 11. col.
ff. de iuſti. & iure. & in l. ſcire. ff. de legi. & And. de Iſe. in p̃-
lu. feu. Sed tamen uerior eſt, ꝙ ſi notarij exigunt mercedẽ
non ut ſuprà, ſed pro arbitrio uoluntatis, ipſi peccant mor-
taliter, & tenentur ad reſtitutionem in foro conſcientię, &
fortaſſe fiſcus regius de facili poſſet de iure inquirere con-
12 tra eos. † Sed iuxta prædicta quæro, quis dẽt ſoluere mer-
cedem notario, & iudici, an debitor, vel creditor? Dic, ꝙ il-
le, qui recipit commodum, ut dicit Cin. in l. eos. C. de vſu-
ris. idem uidetur ſentire Bal. in rub. C. de rebus creditis &
iureiurando. & in l. ſi prædium. C. de ædil. actio. bene facit
gl. in Auth. de iudic. §. ne autem. in verbo, ſportularum. iun
cta d. l. eos. & l. 4. §. ſed ſi meſſor. ff. finium regundorũ. Itẽ
quæro, an uenditor, vel emptor debet ſoluere notario mer
cedem pro inſtrumento, & contractu? Dic, ꝙ emptor, argu.
gl. in l. debet. ff. de ædi. edi. Et idem firmat Ang. in eccle. vẽ
dente, in Auth. de alie. & emphy. §. hoc etiam uidetur. Rur
ſus quæro, creditor ex cauſa mutui reaſſumi fecit à nota-
rio inſtrumentum in formam publicam, quando debitor
fuit in mora, & poſt morã ſoluit debitum, dicit creditor,
ſoluas expenſas in reaſſumptione inſtrumenti factas: dicit
debitor, non teneor, qa tu teneris intra octo dies illud reaſ-
ſumi facere, quia iſta conſtitutio vult, ꝙ intra octo dies de
beat in formam publicam aſſumi inſtrumentum. de iſta q.
13 vide Sali. in l. fi. C. de condi. ex l. † Decimò no. ex tex. ibi,
prout eſt iuris & moris, ꝙ notarius debet conficere inſtru-
mentum, prout eſt de iure, & de conſuetudine. Et ideo no-
tarius intelligitur rogatus ponere omnes clauſulas conſue-
tas in inſtrumento, ſecundùm Bal. in l. cum de conſuetudi
ne. ff. de legi. per l. fi. C. de fideiuſſ. & in l. de die. in princ. in
fi. ff. qui ſatiſdare cog. & in vlti. col. ff. ſolu. matrim. & in
l. ita demum. §. fi. ff. de arbitris. & Abb. Sicu. in c. cum M. de
conſtitutionibus. & uide ad hoc, quæ dixi in l. j. C. de im-
muni. nemi. conceden. lib. 10. & Alex. in l. ſi finita. in prin.
ff. de damno infecto, & in l. ſi prius. §. j. ff. de aqua pluuia ar
cenda. vnde ſi notarius ſolitus eſt ponere in inſtrumẽtu hy
pothecã, ſi illã non poſuit in aliquo contractu, vr̃ tacitè a-
ctam, vt ponatur, ſm Bal. ĩ l. errore. C. de teſtam. vbi dicit,
ꝙ ea, quæ ſunt in vſu quotidiano, pro expreſſis habentur.
hoc expreſsè voluit Bal. in l. j. in fi. ff. ſolo. matrim. & uoluit
dominus Bartholomæus Veronenſis in l. quod ſi nolit. §.
quia aſſidua. ff. de ædil. edic. & per Bart. in l. & quæ non-
dum. §. quod dr̃. ff. de pignor. ibi, no. ad illa quæ quotidie
inſeri ſolent &c. In dubio. n. videtur quis velle id, quod eſt
conſuetum, & nemo præſumitur uelle id, quod non eſt cõ
ſuetum, etiam ſi ſit poſſibile, ſecundùm Bal. in l. fideicom-
14 miſſa. §. ſi ſeruo. ff. de leg. 3. † Item notarius tenetur appo-
nere in inſtrumento omnia, quę ſunt de natura cõtractus,
& quæ de conſuetudine apponi conſueuerunt, aliàs poſſet
puniri de falſo, ſm Cin. in l. iubemus. C. de teſta. & idem
dicit Bar. in l. ex ea parte. ff. de verb. obliga. Et ideo dicebat
Bar. in l. penul. la prima. C. de epiſco. & cler. Nota, ꝙ falſitas
committitur non ſolùm in dicendo falſum, ſed etiam in
tacendo, qđ verum eſt. & no. ꝙ teſtes & notarius omittẽtes
ponere debita capitula in inſtrumentis &c. intantum, ꝙ ſi
notarius appoſuit clauſulam conſuetam, quã ipſe nõ intel-
lexit, nec ſciuit declarare, nihilominus operatur effectum
ſuum, ſecundùm Albe. de Roſ. in l. ulti. §. fi. ff. ad Velleia. de
quo tamen per Paul. de Caſt. & Moder. in l. ſciendum. ff.
de verbo. oblig bene facit ad hoc id, quod dicit Bartol. in
l. Gallus. §. idem. ff. de liber. & poſthu. quòd notarius tene-
tur extendere abbreuiaturas &c. ſecundùm ꝙ fuit ipſe con
ſuetus extendere in ſimilibus contractibus, & ibi vide con
cordantias, & vide ad hoc bene Alex. in 3. volum. conſi. 89.
inci.

inci. viſo themate, & And. Barb. in c. quod tranſlationem,
de offic. deleg. & Fel. in c. ex literis. de fi. inſtru. Sed in con-
trariū facit id, quod dicit Bal. in l. cum fundus. §. in cōmiſ-
15 ſoriam. ff. de lege commiſ. vbi dicit, † ꝙ ea quæ ſunt ſolita
apponi in contractu, non præſumuntur apponi, ſi reſpiciūt
obligationem. & hoc per illam glo. poſitam in d. §. ſed non
loquitur de obligatione hypothecæ, q̃ tacitè intelligitur. ſi
erat conſueta apponi in contractu, ſed de pacto legis com
miſſoriæ, vel alio pacto, quod accedit obligationi. Imperi-
tia. n. notarij non ponentis hypothecam in cōtractu nō ha
bet immutare conſuetudinis formam, quæ eſt, ꝙ in inſtru-
mentis apponitur hypotheca, arg. l. ſi filia. in prin. ff. fami.
16 erciſ. † An aūt poſſit apponere precarium? Anto. de But. di
cit, ꝙ ſic, in c. ex literis. de fide inſtru. ſi conſuetū eſt apponi
in ſimilibus contractibus, alle. Io. And. in addi. Spec. in tit.
de inſt. edi. §. inſtrumentum. verſi. quid ſi a cōtrahentibus.
An autem notarius poterit addere pœnam? Dicit Bald. ꝙ
non, in l. ſatis apertè. C. de falſis. facit, quod dicit idē Bal. in
l. item quæritur. §. qui impleto. ff. locati. ubi dicit, ſi pœna
eſt apppoſita in 1. locatione, an uideatur appoſita in ſecūda
tacita locatione? Et dicit ꝙ non, alleg. Cyn. in l. cum pater.
ff. de leg. & quia iſta pœna in ſecundo contractu non con-
trahitur cum cōnſenſu. Item quia pœna nō petitur eodem
genere, licet in contrarium faciat gl. in c. de multa. in ver-
bo, in eadem eccleſia. de præbendis. ſed ibi loquitur, quan-
do pœna poſita eſt in una ſcriptura, tunc poſita in princi-
pio vr̃ repetita in ſequenti. faciunt ad hoc dicta per Bal. in
l. per retentionem. C. de vſuris, & quod dicit Bal. in l. penu.
ff. ſolu. mat. Vnde ſi eodem die idē notarius cum eodē iudi
ce, & eiſdem teſtibus confeciſſet duo vel tria inſtrumenta,
oēs clauſulæ poſitæ in 1. inſtru. cenſentur repetitę in ſeqnē
tibus, quia dr̃ ſemel fieri, quod fit eodē die cum eiſdē teſti-
bus. Idem Bald. in l. ſi duas. ff. de excu. tuto. Et omnia iſta
inſtrumenta ſic celebrata unum cenſentur inſtrumentum
cum dictis pactis, ſecundùm Bald. in l. Sempronius. ff. de le
ga. 2. & in d. l. per retentionē, & dicit Napodanus in con-
ſuet. ciuitatis noſtræ Neapo. quæ incipit, & ſi mulier vnà
cum marito, ꝙ ſimul dicitur fieri, ſi vnum poſt aliud fiat
17 eodem die, vt ibi latius per eū. † Limito tamen id, quod di
xi, ꝙ notarius præſumitur rogatus apponere clauſulas con
ſuetas, uerum eſſe tempore rogitus: ſecus poſtquam inſtru-
mentum reaſſumptum eſt, & traditum parti, quia tūc non
poterit, iſta eſt deciſio. Bal. in repe. rub. de reuo. his quæ in
frau. credito. ubi dicit, aut cōtractus eſt in fieri, aut in facto
eſſe, ꝙ tene menti. Et inquantū dicit iſta cōſtitutio, ꝙ nota-
rius dēt conficere inſtr̃m, prout iuris eſt. Quæro pro decla-
ratione, quid dēt continere inſtr̃m publicū ſecundùm ea,
quæ iuris ſunt? Tangit Abb. Sicu. in c. 1. de fide inſtru. poſt
gl. in l. generali. C. de tabu. lib. 10. & Specu. in tit. de inſtr.
edi in prin. & Bar. in l. ſi quis ex argentarijs. §. ſi initium ta-
bularum. ff. de eden. nec in hoc dubio tędet iſta requiſita p
ordinem referre. Et primò requiritur, ꝙ inſtrumentum ha
beat inuocationem diuini nominis, videlicet in nomine
Domini noſtri Ieſu Chriſti &c. Et maximè in arduis nego-
tijs, quia dicit Apoſto. omnia quęcunque facitis, in verbo,
aut opere, in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti facite,
tranſlatinè. 26. q. 5. c. non licèt. Et hoc eſt de conſuetudine,
non tamen puto, ꝙ ſi non eſſent iſta uerba, in nomine Do-
mini, & eſſent omnia alia requiſita, ꝙ propterea detrahere
tur ſidei inſtrumentorum, ut ſentit Bal. in proœ. C. ſicut
etiam dicimus, ꝙ omiſſio ſigni crucis in inuentario non ui
tiat inuentarium, ſecundùm magis communem opinionē
in l. fi. §. fi. C. de iure delibe. ſm̃ eum, & Aret. in r. rub. Inſti.
18 & Bar. in l. 2. §. ſi prius. ff. de vulga. & pupil. † Secundò re-
quiritur, vt apponātur anni Domini noſtri Ieſu Chriſti, vt
dicit Spec. in loco præallegato, per tex. in Auth. ut præpo-
natur nomen Impera. in prin. & per c. in nomine Domini.
23. diſt. ita ſi de conſuetudine. ille annus Domini diuerſi-
modè ponitur, nā aliqui ponunt à natiuitate Domini nr̃i
Ieſu Chriſti. prout eſt Neapo. ſed in ciuitate Auerſæ ponit̃
ab incarnatione Domini nr̃i Ieſu Chriſti, quæ fuit die 25.
Martij. An ſi notarius errauit in anno Domini, vel menſe,
vel in die, poſſit corrigere? Vide per Bar. in l. ſi librarius. ff.
de reg. iur. & per Bal. & alios in l. Imperator. ff. de ſtatu ho.
& ibi ſunt concordantiæ, & debet poni non per ambitum,
ſed per extenſum, vt dicit gl. infra in conſtitutione, conſue-
tudinē. An aūt indictio debeat de neceſſitate poni? Et quid
ſi indictio non concordat cum milleſimo? Vide in dictis
locis & gl. in c. inter dilectos, & in c. cum Io. eremita, de fi-
de inſtr. & Bar. in d. § ſi initium. ff. de eden. in repet. & vide
Spec. in tit. de inſt. edi. §. 1. in prin. & Doct. in d. c. 1. eo. ti. di
cam ſtatim infra. Et an debeat poni mēſis & dies, vide ibi-
19 dem. † Tertiò requiritur nomen illius regis, qui regnat in
regno, vbi fit inſtr̃m, in quo rex habet iura imperij, per tex.
in Auth. vt præpo. nomen imperat. & Bart. in repet. d. §. ini-
tium. gl. in l. iuriſgentium. §. quod ferè. ff. de pact. Abb. Sic.
in d. c. 1. Aliqui tñ tenent ꝙ ſi ſit conſuetum, ꝙ non pona-
tur nomen illius regis regnantis, non propterea vitiatur in-
ſtr̃m, ſi tñ nomen Papæ, vel Imperatoris ſit ibi poſitum, vt
vr̃ ſentire Bar. in d. §. ſi initium. hoc etiam vr̃ tenere gl. 1. q.
2. c. quoties. in verbo, conſulibus. Quarto requiritur, ꝙ ap-
ponatur locus cōtractus, de quo plenè per Bar. in d. § ſi ini-
tium, & in. in c. Abbate ſane. de re iud. lib. 6. in tantum, ꝙ
non valeret conſuetudo in contrarium, vt in iuribus alleg.
per Fel. in d. c. 1. de fide inſtru. Quintò requiritur, quòd ap-
ponatur menſis, & dies contractus, vt in l. 1. C. de apo. pub.
lib. 10. & ibi dixi. Bald. de pace Conſtan. in verbo, pacta, de
20 quo per Bar. in d. §. ſi initium. & Fel. plenè in d. c. 1. † Sextò
requiritur, ꝙ apponatur indictio. Et quid ſi anni Domini
non concordant cum indictione, vide Ioan. Andr. in data
ſexti libri, & per Bar. in l. ſi librarius. ff. de reg. iu. & no. gl.
in c. inter dilectos. in verbo, indictionis, de fide inſtrum. &
ibi ponitur, quid ſit indictio. & ad cognoſcendum, ſi indi-
ctio concordet cum milleſimo, ſcias, ꝙ quando natus fuit
Ieſus Chriſtus Deus noſter currebat tertia indictio, de quo
per Specu. in §. 1. de inſtru. edi. & per Abb. in d. c. inter dile-
ctos. 7. colum. ſed in hoc ſtatur conſuetudini regionum, ſi
conſuetum eſt apponi, ſi non eſt conſuetum, non vitiat, ſi
non ponatur, vt dicit Spec. in d. §. 1. de inſtru. edi. Septimò
requiritur, ꝙ ibi intelligibiliter ſeries facti ſit deſcripta, vt
dicit Abb. Sic. in d. c. 1. nec facio vim, ſi ſit ſcripta per nota-
rium, ſiue per alium, dummodo notarius ſe ſubſcribat, vt
dicunt Doctor. ſ. Card. Flo. & Ant. de But. in c. fi. de offi. de-
leg. & firmat plenè Alex. in 3. volum. conſil. 50 Octauò re-
quiritur, quòd in iſto regno interueniat nō ſolum notarius
in ſtipulatione contractus, ſed etiam iudex ad contractus,
& teſtes, vt per iſtam conſtit. & conſt. inſtrumentorum ro-
bur. & non ſolùm ꝙ teſtes ſint deſcripti per notarium, ſed
etiam ipſi teſtes debēt ſaltem duo de neceſſitate manu pro
pria ſe ſubſcribere, dicendo quòd ipſe vt teſtis interuenit,
& ideo ſe ſubſcribit, vt in d. conſt. inſtrumentorum robur.
21 † ſed de iure communi ſufficit, ꝙ notarius propria manu
ſcribat teſtes, qui interfuerunt in ſtipulatione contractus,
aliàs ſtipulatio contractus ſine teſtibus nihil probat. glo. eſt
no. in Auth. de hære. & falci. §. ſi verò abſunt. in verbo, tabu
larijs. & no. in l. fin. C. de fideicommiſ. & in Auth. de tabel-
lio. & Alexan. in l. iuriſgentium. §. quod ferè. ff. de pactis. &
probatur in Auth. de fide inſtr. §. ſi tamen quiſquam. in ver
bo, teſtium. & in § his quæ dudum, & idem firmat Spec. in
d. §. 1. & Abb. Sicu. in d. c. 1. & Inno. in c. 1. de his quæ fiunt
à prælatis. Alex. in 1. vol. conſi. 13. & in 4. vol. conſil. 19. In
actibus autem iudicialibus non requiritur deſcriptio te-
ſtium, vt habetur in c. quoniam contra, de proba. & Abb. in
d. c. 1. neque ſi actus fieret in publico parlamento, ſecundū
Spec. in tit. de inſtru. edi. §. reſtat. & refert Abb. in d. c. 2 &
Felin. ibi dicit idem de inſtrumentis factis coram Papa, ut
non requiratur ſubſcriptio teſtium. Ego credo, ꝙ velit dice
re, ꝙ non requiritur ſubſcriptio teſtium, ſed bene requiri-
tur deſcriptio teſtium in iſtis actibus, quando non fiunt in
præſentia iudicis, vt dicit Fel. in ca. quoniam contra. 7. col.
22 de probat. & Paul. in l. actorum. de re iud. † An autem te-
ſtes in contractu debeant eſſe rogati. Cōcluditur per Abb.

in d.c.1.ꝙ non, niſi in caſibus, in quibus de iure reperitur
expreſſum, ꝙ teſtes debeant eſſe rogati, de quibus in Spec.
in tit. de teſti. gl. in Auth. de fide inſtr. in verbo, adijciamr.
gl. 3.q.8. de his. & ſic intelligiť auth. niſi rogati. C. de teſtib.
Notarius aũt ſemper debet eſſe rogatus, vt in Auth. de ta-
bellio. §. nos aũt, & dicit Spec. in d. §. 1. aliàs non valeret in-
ſtrm, vt dicit Ang. in conſil. 224. & firmant ſcribentes in l.
ſciendum. ff. de verb. obl. & ſufficit, ꝙ ſit rogatus ab vna ex
partibus, ſi ab vna parte rogatus eſt, põt facere inſtrm, vt eſt
teſtamentum, vel proteſtatio, vel procuratio, ſecũdùm Bal.
in rub. C. de fide inſtr. 4. col. & Bal. in 3. vol. conſi. 432. ſta-
tur ſcripturæ notarij, in qua dicit ſe rogatum, vt dicũt Do-
ctor. in d. l. ſciendum. ff. de verb. oblig. & Ang. in l. quæcun-
que. ff. de publiciana, & Abb. in d. c. 1. Alex. in 2. vol. conſil.
23 110. in 2. col. † Nonò requiritur, ꝙ notarius apponat ſub-
ſcriptionem ſuam: dicendo, ꝙ ipſe talis ſcripſit, & ponat
ſuum ſignum, ſecundùm Spe. in d. §. 1. circa fi. ſed Io. And.
ibi in addit. tenet, ꝙ hoc non reperitur iure cautũ. ſed Bar.
in princ. ff. veteris, in 2. col. expreſsè tenet, ꝙ requiritur ſi-
gnum notarij, vt valeat inſtrumentum, & tenet gl. in Auth.
de fide inſtr. §. ſed & ſi inſtrumenta. & idem firmat Abb. Si
cul. in d. c. 1. & idem Bartol. in d. §. ſi initium. dicens in pen.
col. verſic. reſtat, ꝙ omnes Doct. concordant in hoc, alleg.
tex. in l. fi. C. de aſſeſ. & in Auth. de fide inſtru. §. oportet au
tem, & Inſtit. de publ. iud. §. Item l. Corne. & vide concor.
alleg. per Fel. in d. c. 1. de fide inſtr. & Bal. de pa. Conſtan. in
verbo, pacta. licet Io. de Imo. in l. ad teſtium. §. ſi quis ea te-
ſtibus. ff. de teſtam. dicat, ꝙ in hoc ipſe putat ſtandum eſſe
conſuetudini. & vide ad hoc Alex. in l. ſi ita ſtipulatus. in
§. Chryſogonus. in 4. colum. verſic. & no. etiam hunc tex. iũ
cta gl. in verbo, ſignante, de verb. oblig. & vltra omnes alle
go Bal. in l. fideicommiſſũ. §. quoties. ff. de leg. 3. Decimò re
quiritur, ꝙ contractus per notarium coram partibus, & te-
ſtibus legatur, poſtquam ſcriptus eſt per notarium, vt dicit
Ioan. And. in tit. de inſtr. edi. §. oſtenſo. & §. illud quoque. &
hoc per l. contractus. C. de fide inſtrum. & ibi Bart. & dicit
Abb. Sic. in d. c. 1. ꝙ hoc eſt verum in contractibus, qui fiũt
in ſcriptis, ſecus in alijs, qui rediguntur in ſcriptis, non vt
ſcriptura ſit de ſubſtantia, ſed ad probationem conſeruan-
dam, vt ibi per eum, & Fel. Vndecimò requiritur, ꝙ nota-
rius ſit creatus legitimè ab habente poteſtatem creandi no
tarium, & ꝙ ſit de demanio, vt infra in conſtit. in locis de-
manij. & in quodam c. regis Ladiſlai. & And. in c. quæ ſint
rega. in verbo, poteſtas creandorum magiſtratuum. vnde ſi
negetur, ꝙ ille non eſt notarius, debet probari, ꝙ fuit nota-
rius, ut dicit Albe. de Roſ. in l. Barbarius. ff. de offic. præto.
& Docto. in c. cum P. tabellio. de fide inſtru. & in l. 1. C. de
tabu. lib. 10. & an ſufficiat, ꝙ communiter putabatur nota-
rius, & quòd fecit multa inſtrumẽta? Vide per Alb. de Ro
ſa. in d. l. Barbarius. ff. de offi. præto. & per Specu. in titu. de
probatio. §. 1. circa fin. & Alex. in 1. vol. conſ. 138. in 4. col.
& ſeq. & per Inn. Ant. de Butr. & Car. in d. c. 1. & in alijs lo-
cis allegatis per Fel. in d. c. 1. & vide Abb. Sic. in d. c. 1. de fi
de inſtr. vbi ponit multos modos probandi illum, qui ſcri-
pſit, ꝙ eſt notarius, & uide Bal. in l. optimã. C. de contrahẽ.
24 & commit. ſtipu. † Duodecimò requiritur, ꝙ ſit ſcriptum
in charta de pergameno in hoc regno, ut dicit conſtitutio
proxima, conſuetudinem. & de iure communi inſtrumen-
tum ſcriptum in charta uili redditur ſuſpectum, ſecũdum
Bal. in l. contractus. 6. col. C. de fide inſtr. & uoluit Alexan.
in d. §. ſi initium, & gl. in Auth. de trien. & ſemiſ. §. & quod
25 ſæpe. † Vndecimò no. ex tex. ibi, intra hebdomadam, &c. ꝙ
notarius & iudex tenentur intra octo dies à die rogitus, ſa-
lario taxato mediante, tradere & aſſignare parti nomina-
tæ in contractu, de quo fuerunt rogati, inſtrumentum in ſo
lemni forma, ut ſupra proximè dictum eſt per iſtam conſti
tutio. & in hoc concordat capitulum regis Ferdinandi pri-
mi, quod uerum intellige ſecundùm Ioan. And. ſi pars no-
minata in contractu requiſiuit intra illos octo dies nota-
rium, & iudicem, ut dent ſibi inſtrumentum de illo rogi-
tũ in forma publica. ꝙ autem pars, cuius intereſt, debeat re
quirere notarium, ut reaſſumat inſtrumentum, probať in
l. 2. §. fi. ff. quorum legato. & ſi notarius inſtrumentum reaſ
ſumit in formam publicam ſine requiſitione partis, cuius
intereſt, tenetur pars recipere inſtrm, & ſoluere mercedem
duplicatam, ſi illam nõ ſoluit intra octo dies à die rogitus
ipſi notario, vt hic dr. tenetur igitur per neceſſitatem com
pulſiuam uigore huius conſtitutio. notarius, petente parte,
reaſſumere inſtrumentũ, de quo fuit rogatus, & illud parti
26 aſſignare, vt hic. † Sed quæro primò, qua pœna punieť nota
rius, qui interpellatus à parte, cuius intereſt, intra octo dies
ut reaſſumat inſtrumentum, & offerat eius ſalarium, illud
non reaſſumit? Dic, ꝙ incidit in pœnam dupli ſalarii ſtatu-
ti ab iſta conſti. ut probat iſta conſti. ibi, a iudicibus, & no-
tariis, imminente, ſcilicet, pœna eadem, elapſis octo diebus,
poterit pars adire officialem regis, & impetrare mãdatum
pœnale dicto notario, ꝙ faciat inſtrm, tunc ſi non fecerit
puniri d. pœna, per ea quæ habentur in l. pꝛtor, & in l. ſi quia
ex argentariis. §. cogentur. ff. de edendo. niſi alleget, & pro-
bet, ꝙ partes dixerint ipſi notario, ꝙ inſtrumentum nõ aſ-
ſumat in formam publicã, ut probat iſte tex. ibi, niſi prius
q̃ fuerint. Idem ſi allegaret aliud iuſtum impedimentum,
quia impedimentum probabile & neceſſarium excuſat
enim a pœna ope exceptionis, ut in l. 1. §. ſi quis municipa-
lis. ff. ſi quis cautio. Sed iſta pœna dupli, in qua computabi
tur ſimplum, an applicetur parti, uel fiſco? Vide quæ dixi
27 ſup. in conſtit. uiolentias. † Secundò quæro, quæ probatio
ſufficiat ad probandum impedimentum notarij, vt excuſe
tur a pœna, quia non reaſſumpſit inſtrumentum intra tem
pus ſtatutum per iſtam conſtit. an ſufficiat probatio per iu
ramentum? Vide Alex. in l. 2. §. quod diximus ff. ſi quis cau
tio. & in l. quæſitum. ff. de reg. iur. & Ant. de But. in c. que-
relam. de procu. cum concor. alleg. p Alex. in d. §. quod di-
ximus. Tertio quæro, notarius non fuit interpellatus a par
tibus intra octo dies a die rogitus, ut conficiat inſtrm, ſed
poſt longum interuallum interpellatur a parte, cuius inte-
reſt, ꝙ illud reaſſumat, notarius dicit, ꝙ non recordať, ſed
vult perquirere, tandem negat ſe fuiſſe rogatum de illo cõ
tractu, pars producit unam copiam de contractu, & facta
cõparatione cum aliis ſcripturis ipſius notarij, nõ eius ma-
nus, & non ſunt deſcripti teſtes, ſed examinati certi teſtes
dicunt, ꝙ non recordantur de notario, ſed dicunt, ꝙ con-
tractus ille fuit ſtipulatus, quid agendum? Reſpondeo, iu-
dex debet compellere notarium, ut producat protocollum
ſuum & ſi eo uiſo non apparet ibi ille contractus, iudex de
bet inſpicere illam copiam, & interrogare notarium, ſi illã
ſcripſit, & ſi dixerit ꝙ ſic, interroget quare nõ appoſuit ibi
nomen ſuum tanquam notarius. nam aut dicet, ꝙ illa eſt
copia per eum copiata ab aliqua alia ſcriptura, aut ꝙ eſt
originalia ſibi ſubtracta. ſi dicit ꝙ eſt copia, illa ſcriptura
28 nullam fidem facit: † quia notarius debet eſſe rogatus ut
notarius, ut eius ſcriptura fidem faciat, ut in §. nos autem.
in Auth. de tabellio. Item qa requiritur ſubſcriptio ipſius
notarij, ut ſuprà dixi in 9. requiſito, & Bal. in l. j. C. de con-
uenien. fiſci debito. lib. 10. & in l. contractus C. de fide in-
ſtru. & dicendo, ꝙ non fuit rogatus, non tenetur conficere
inſtrm, ut dicit Bal. in rubr. C. de fide inſtru. in 4. columna
uerſi. ſed dubitatur, nunquid niſi probetur, quòd fuit roga
tus. Nec obſtat id, quod dicit glo. in Auth. de Tabellio. §.
nos autem, quòd notarius præſumiť rogatus, licet rogatus
non probetur, quia hoc eſt uerum, quando notarius dicit
ſe fuiſſe rogatum, tunc præſumitur rogatus, ſecundùm Do
cto. in c. 1. de fide inſtru. uel aliter cõſtet per teſtes, uel alias
probationes, ꝙ fuit rogatus. Imò fortius conſuluit Alexan.
in 2. uolu. conſi. 152. incip. uidetur 1. conſidera. in 2. & 3.
col. ꝙ ſi in filza reperitur ille contractus ſcriptus per ma-
num illius notarij, & non eſſet ibi ſubſcriptio notarij, nec
reperitur in eius protocollo, quòd nullã fidem facit, ſecun
dùm Bal. & Ange. in d. l. ſi quis ex argentarijs. §. ſi initium.
ff. de eden. & Ioan. de Imo. in l. ſciendum. ulti. columna, de
29 uerb. obliga. † Abbreuiatura notarij nullam fidem facit, ſi
ibi non eſt ſignum notarij, ſecundùm Bald. in l. Lucius. in
princi.

princi.ff.de teſtam.mili.allegat in Auth.de fi.inſtru.§.opor
tet.Nec obſt.quod dicunt Cy.Bal.& Sal.in d.l.contractus.
q mortuo notario, dato q in imbreuiatura non ſit ſubſcri
ptio notarii,vel eius ſignũ, q põt auctoritate iudicis ordi-
narii publicari vigore eorũ,quæ notantur in c. cũ P. tabel-
lio.de fide inſtru.quia reſpondet Alex.in d.cõſilio, q illud
procedit,quando conſtaret per teſtes,vel per expreſſionem
nominis tabellionis in ſcriptura eius manuſcripta, q ipſe
fuit rogatus ſcribere illam ſcripturam, quam partibus pu-
blicauit,ut ibi latius per eum. Quartò quæro,quidã vendi
dit certas vegetes optimi uini in ſapore, odore, & colore,
qũo notarius faciet inſtrumentum de odore, colore,& ſa-
pore,cum notarius non poteſt facere inſtrumentum niſi de
eo quod uidit,& audiuit,ut dicit Spec.in tit.de inſtru. edi-
tione.§.reſtat.idem dixit Inno.in c.fraternitati. de hæreti-
cis,& idem dixit glo.in Auth.de tabellio.& Bald.in l.cum
precibus.C. de probati. & in auth. ſed nouo iure. C.ſi cer.
pet.& in rubr.C.de fide inſtru.in 5.& 8.colum.& Bal. in l.
30 j.C.de vſuris.dicit Ioan.And.ibi,in additio. † q notarius,
qui guſtat uinum,non poteſt facere inſtrumentum, q ipſe
guſtauit vinum,& erat bonum in ſapore,& odore: ſed be-
ne poteſt facere inſtrumentum,q pars dixit,q erat bonum
in colore,ſapore,& odore,& ſi notarius idem diceret,adiu
uaret dictum partis. hoc idem ſentit Ioan. And.in c.quo-
niam.de probatio.Et ideo dicebat Fed.de Senis in conſilio
193.q creditur notario de geſtis coram ſe.& non ab eo,ar
gu.l.ab omnibus.C.de teſti.bene facit id,quod dicitur per
Docto.in l.ſciendum. de verbo. obliga. q ſi notarius dicit
ſe certioraſſe mulierem, vel minorẽ de beneficiis ſibi com
petentibus, quod ei nõ creditur, ut firmat Abb.Sic.in c.cũ
cauſam.in 7.colum.de teſti.& Alex.in d.l. ſciẽdum, in 12.
col.bene facit ad hoc id,quod dicit Bal. in rub. de fide in-
31 ſtru.3.colum.† Quintò quæro.Adhibetur notarius, ut con
ficiat inſtrumentum dotale inter mutum & mulierẽ, qua-
liter conficiet inſtrumentum?Fuit hoc de facto inter quen
dam nobilem mutum ex accidenti,ſed bene audiebat, &
filiam Andreę Cardranni.Dicit Bar.in l.nutu. de lega.3. q
notarius debet ſic ſcribere, cum talis loqui non poteſt, qa
mutus,interrogatus,ſi habuit iſtas dotes,& ſi vult ſibi face
re antefatum pro medietate,dictus mutus humeris, & ca-
pite annuit,dũ tamen appareat,q ipſe intellexit interroga-
tionẽ notarii, prout erat dictus mutus nobilis,qui omnia
intelligebat, ſed non loquebatur, ſed ſignis reſpondebat,
nã mutus poteſt recipere dotem ſuæ uxoris, vt in l.mutus.
ff.iu.do.& uoluit Bar.in l.j.in 3.col.ff.ſolu.mat. Et pro hoc
ſcilicet,q poſſit nutu contrahere præter ſtipulationem, vi-
detur glo.no.in l.1.§.ſi quis ita.in verbo,annuiſſet. de ver-
bo.obli.& alia glo. eſt in l.item quia,in verbo,mutut.ff.de
pactis.addo Bald.in l.& in epiſtola.C.de fideicom.ubi di-
cit,ſi mutus aſtringit manum, per hoc probatur eius con-
ſenſus,& firmat Fran.de Aret.in conſi.7 t.incip. in Chriſti
32 nomine amen, & eius matris. in 1.colum.† Sed notarius
non poteſt dicere,legitima ſtipulatione præcedẽte, ex quo
in ſtipulatione requiruntur uerba, & mutus non poteſt lo-
qui,ut in l.1.in princ.ff.de verb.obliga. Bene in dote præ-
ſumitur ſtipulatio,vt in l.j.in princ.C. de rei vxo.actio.idẽ
in antefato,ut in 1.conſti.C. de bonis quæ li. tamen nota-
rius non debet dicere, legitima ſtipulatione præcedente,
quia mutus non poteſt ſtipulari, ut dixi, ſed alios contra-
ctus bene facere poteſt,ſecundùm Bart.in d.l.1.in princ.&
in §.ſi quis ita.ver.2.quæro.ſed ego aliàs conſului,q mutus
conſtituat unum ſuum conſanguineum procuratorem ad
faciendum inſtrumentum dotale ſuæ uxori,& anteſatum,
& de hac conſtit.fiat procuratoriũ publicũ,hoc modo: vi-
delicet,nã notarius interrogabit eum intelligentem, ſi vo-
lebat cõſtituere procuratorẽ ad dictos actus, & ipſe hume
ris & capite inclinato annuit, & bene per auctoritates ſup.
allegatas.Nam mutus poteſt conſtituere procuratorem, vt
in l.mutus.C.de procu.& in l.vbi non voce.ff.de regu.iur.
& firmat Ang.in d.l.1.in prin.ff.de verbo.obli. & poſtea il
le procurator per ſtipulationẽ confiteatur recepiſſe dotem
ſi recepta fuit, vel ipſam præſentaliter recipiat, & facit in-
ſtrumentum dotale,prout ſolet fieri.& etiam conſtituat an
tefatum, ſicut faciũt alij viri mulieribus per ſtipulationẽ.
33 † Sextò quæro, pone q in vno caſtro non eſt niſi vnus no-
tarius,& iſte requiritur,vt veniat ad conficiendum contra-
ctum,vel teſtamentum, & notarius noluit requiſitioni pa-
rere,an poſſit puniri, & qua pœna? Præmitto vnum, quod
dicit Bar.in l.1.§.1.ff.fur.aduerſus nau.caupo.ſtabul.q no-
tarius cogitur facere inſtrumentum, vt C.de colla.fun. pa-
trimo.lib.11. Idem dicit Bal.in rub. C.de fide inſtru.in 1.
col. quia poſtquam eſt creatus, eſt ſeruus publicus, ſecun-
dùm eum ibi,nec excuſatur propter multitudinem contra-
ctuum,ut in Auth.de tabell.circa medium. Hoc præſuppo
ſito dico, q officio iudicis conſtringi debet ad conficiendũ
inſtrumentum. & ſi ad mandatum iudicis nõ faciat,iudex
poterit ipſum punire arbitrio ſuo, per tex.in l.iubemus. in
in fi.C.de defenſo.ciuit.Et dicit Bal.in l.prouidendum. C.
de poſtulando, q notarius, qui ad mandatum iudicis non
vult conficere inſtrumentum,vel non vult eſſe rogatus,po-
teſt priuari officio notariatus. Et plus dicit d.Bart.de Cap.
hic in quadam apoſtilla, q tabellio priuatus officio ex ali-
quo delicto,non poteſt plus illud exercere,alle.gl.in Auth.
de armis.§.fi.in vlt.glo.facit l.ſi aliquid.C.de ſuſcep. & ar-
cha.lib.10. & bonus eſt tex.in Auth.de non alienan. §.hæc
34 igitur omnia. ibi, vt vnquam reuertatur, &c.† Sed iuxta
hoc quæro,& ſic ſeptimò,quid ſi notarius cogetur,vt con-
ficiat inſtrumẽtum de re feudali,& notarius dicat,ego no-
lo conficere,quia de iure prohibitus ſum à l.cum pęna ſcri
bere inſtrumentum de contractu rei feudalis,vt in l.impe-
rialem.§.ſcriba.de prohib.feu.alie.per Federic.vel eſt roga
tus, vt conficiat inſtrumentum de alienatione rei eccleſia-
ſticæ, & ipſe dicit, nolo interuenire, quia ſum prohibitus
cum pœna ſcribere talem contractum, ut in l.iubemus. §.
his tabellionib.C.de ſacroſan.eccl. dicit altera pars: venia-
tis ad cõtrahendum,quia faciemus contractum prædictũ,
conditionalem, ſi dominus conſenſerit, vel decretum Pa-
pæ interceſſerit, an teneatur notarius facere d. inſtrumen-
tum? Dic q non,quia quod non poteſt fieri ſine auctorita-
te principis, cenſetur impoſſibile, vt in l.idem Iulianus.§.
conſtat.ff.de leg.1.& gl.in l.cõtinuus.§.cum ita.ff.de verb.
oblig.& probatur in l.2.§.tractari. ff.ad Treb. & in l.3.cir-
ca principium.ff.de fideicom.lib.no.glo. in c.1. de reb.do-
mi.lib.6. Et licet dici ſoleat, quòd hoc vltimum procedit,
niſi veriſimile ſit,principem concedere id, quod prohibitũ
eſt fieri, tunc non cenſetur impoſſibile, per id, quod dicit
Pet.de Anch.in regula,nemo poteſt.de reg.iu.lib.6. Et pro
hoc videtur tex.in l.j.§.permittitur.ff.de aqua quot.& æſti.
quem ad hoc alleg. Franc.de Aret.in d.§.conſtat. tamẽ hoc
non procedit in notario, qui habet legem expreſsè eũ pro-
hibentem ſub pœna expreſſa,quòd non interueniat in con
tractu prohibito.& pro hoc bene facit l.omnes.C.de petit.
bonorum ſublatis.lib.10. & quod no.Hoſt. in ſumma, de
vſuris.§.1.verſi. quid de notarijs.& tex.in Auth.de alien.§.
ad hoc autem. ibi,nullam clementiam,vel reuerſionẽ par-
ticipans. & quod no.Archi.47.diſtin. c.ſicut domino ſuo.
quæ iura allegat ad hoc Luc.de Pen.in d.l.ſi aliquid.allega
35 ta in præcedenti quæſt. † Octauò quæro, vtrum notarius
creatus à rege, vel domino temporali poſſit cõficere inſtru
mentum ſuper ſacramento matrimonij? Dicit Ioan.Andr.
in nouella in cap. ſicut. ne clerici, vel mona.ſecul.nego. ſe
immiſceant,quòd de rigore iuris, & veritate non poteſt fa
cere inſtrumentum. & dicit hoc tenere Hoſt. dicit tamen,
quòd de facto ſeruatur contrarium,quia iuriſdictio volun
taria poteſt de conſenſu partium prorogari, ut in l.2.ff.de
offic. proconſ. Item, quia infamis de voluntate partiũ po-
teſt conficere inſtrumentum, vt dicit Bart.in l.3.ff.ad l. Iu-
liam repetundarum. Item notarius laicus facit inſtrumen-
tum in cauſa eccleſiaſtica,vt in c.quanquam.de vſuris,li.6.
Item,quia officium notarij eſt ſeculare,& non clericale, vt
dicit Abb.Sic.in d.c.ſicut. ſed loquitur in rebus ſpirituali-
bus,& non in ſacramentalibus. Et eius opinionem ſequun

tur

tur Io.de Lign.& Anto.de But. & Abb.Sicu.in d.c.ſicut.&
Spe.in tit.de inſtr.edi.§.teſtat. verſi. quid de conſtitutio.Et
Præpoſitus in c. venerabilem. §. uidebatur.in 7.q.qui filij
ſint legitimi. & Lanfrancus in tractatu de arbitris.in quæ-
36 ſtione, quæ perſonæ poſſunt eſſe arbitri.† In ſacraméto au
tem matrimonij,ubi partes non poſſunt protogare iuriſdi
ctionem alterius epiſcopi ſine conſenſu epiſcopi diœceſa-
ni, ut dicit Abb.Sicu.in capit.ſignificaſti.in 7. col.de foro
compe.uidetur,ꝙ notarius conſtitutus à domino tempora
li non poteſt conficere inſtrumentũ de matrimonio cõtra-
cto,uel per verba de præſenti. Sed in contrarium facit id
quod dicit Bal.in proœ.decre.in 9.col. vbi dicit, ꝙ in om-
ni cauſa, in qua poteſt laicus eſſe teſtis, in illa ſua notarius
poteſt conficere inſtrumentum. Nec ob.in contrarium alle
gata,quia Abb. loquitur in ca.ſignificaſti. de iuriſdictione
contentioſa,nos loquimur de voluntaria.& ſic non obſtat.
Et iſtam partem ego teneo cum iſta limitatione, ut proce-
dat,quando inſtrumentum factum eſt de verbis formalib.
de quibus ipſe fuit rogatus,ut faceret inſtrumentum, quia
notarius debet conficere inſtrumentum per ſenſum viſus,
vel auditus, vt dixi ſup.in 4.q. Sed ſi notarius diceret, ꝙ
ipſe fuit rogatus conficere inſtrumentum de contractu ma
trimonij contracti per verba de præſenti inter tales, & ip-
ſe unà cum iudice,& teſtibus vidit matrimoniũ ipſum cõ-
trahi inter tales per verba de præſenti, tale inſtrumentum
nihil probat.Quia tunc d.inſtrumentũ non faciet teſtimo-
nium viſus,vel auditus verborum, quæ faciunt inſtrumen
tum de præſenti,ſed potius reddunt indiciũ, ut dicunt Ho
ſtien.& Inno.in c.contingit.de arbitris.& dicit Dominicus
de S.Gem.poſt.Pau.de Lia.in c.1.in fi.de procu.lib. 6.ꝙ li
cet procurator laicus poſſit interuenire in cauſa eccleſiaſti
ca,tamen hoc eſt verum, niſi actus ſpiritualis dependeat à
iudicio ſuo,& ita refert,& ſequitur Fely. in c.decernimus.
de iudicijs.hinc eſt quod dicit Bal.in l.unica.1.colu.C. de
confeſſis.ꝙ ſi teſtis dicit ſe uidiſſe,ꝙ cõtractum fuit matri-
monium per uerba de præſenti, ineptè loquitur. Et idem
37 dixit Alex.in 1.vol.conſi.114.† Nonò quæro,utrum nota
rius poſſit per alium ſcriptorem ſcribi facere inſtrumentũ
in charta de pergameno:& poſtea in fine ipſe notarius ſcri
bere,ꝙ impeditus multis negotijs fieri fecit præſens inſtru
mentum per alium, cuius inſtruméto ipſe interuenit cum
dicto iudice ad contractus & teſtibus infraſcriptis,& ideo
ſe ſubſcribit, & ponit ſuum ſignum,& ualeat, ac ſi totum
eſſet ſcriptum eius manu.Iſtud dubium tangitur per Abb.
Sicu.in c.inter dilectos.in 4.col.verſi. oppo. tertiò. de fide
inſtru.Ant.de But.in c.fi.in fi.de offi.deleg.& poſt argumé
ta pro & contra,concludunt,referendo Card.Flo.in c.cum
P.tabellio.eo.tit.ꝙ notarius,qui fuit rogatus de contractu,
uel actu geſto,poteſt per alium,etiam priuatum,ſcribi face
re inſtrumentum,ſcilicet in pergameno, dummodo ipſe,
qui fuit rogatus,ſe ſubſcribat,& aſſerat unà cum teſtibus,
quos ipſe ſcribit,interueniſſe in actu illo pro notario roga
to.& pro hoc inducit d.c.inter dilectos.& allegat c.cum re
demptor.12.q.2.& in Auth.de tabellio.§.antepe. & in Au
38 then.de inſtr.cau.& fide.§.his uerò. † Item, quia induſtria
tabellionis non eligitur in ſcribendo,ſed ut det fidé geſtis,
quam ſatis præſtat ſe ſubſcribendo prędicto modo.Et hoc
dicit ſibi placere. Ex ultra eum allego pro iſta concluſione
conſilium Alex.in 1.uol.conſi. 129. incip. ponderatis his.
in 2.col.ubi dicit,allegando Ang.& Pau.de Caſt.in l.quæ-
dam §.nihil.ff.de eden. ꝙ quando notarius eſt rogatus de
aliquo contractu,& eſt impeditus inſtrumentum redigere
in publicam formam, poteſt per alium notarium, uel per
alium ſcriptorem,vt dicit Card.in c.fi.de offi.deleg. redi-
gere i publicã formã,ſi ipſe notarius rogatus ſe poſtea ſub-
ſcribat, & in ſubſcriptione fidem faciat de impedimento,
& ꝙ ipſe fuit rogatus &c.& in fidem apponat ſuum nomé
& ſubſcribat,& ſuum ſignum apponat. & ibi allegat alias
quotas,vt videre poteris. Bene hoc approbat idem Card.
Flo.& Io.de Imo.in d.c.fi.de offi.deleg.ubi dicunt hãc par
tem tenere Spe.in tit.de inſtru.edi.§.reſtat. & in §. oſtenſo.

& Bar.in l.dinus.§.item ſenatus ff.de falſis.& Auge. in Au
then.de tabellio.in 2. col. Et iſta opi.eſt in obſeruantia. &
eam firmauit Bar.Soci.in conſil.25. in 7.col.incip.viſis,ac
diligenter &c.Et ego uidi, quòd ad maiorẽ cautelam ali-
qui notarij in eorum priuilegijs habent clauſulam,ꝙ poſ-
ſint per alios ſcribi facere inſtrumentum, dummodo in fi-
ne ſe ſubſcribant,&c.ꝙ in illo contractu interuenit rogitus,
& operatur hæc clauſula, ꝙ tunc non oportet dicere ſe im
peditum,quia rex,qui eſt ſup.omnes iudices regni,ſibi cõ-
ceſſit hanc poteſtatem, ſicut poſſet iudex ordinarius dare
iſtam poteſtatẽ notario ſcribendi per alium inſtrũm in per-
gameno,dummodo ſe ſubſcribat,ut ſupra dixi, & ꝙ nota-
rius non diceret ſe impeditum &c.ſed ubi eſt impedimen
tum,non requiritur decretum ſuperioris,ſm omnes,& ita
39 practicatur. † Decimò & vlti. quæro circa iſtud notabile,
b utrum notarius [b] poſſit ſtipulari pro abſente,ꝙ ſibi acqui-
ratur per ſuam ſtipulationem,ſecuta ratihabitione. Super
hoc dubio ſunt opiniones inter Docto.Nam Bald.in l.1.C.
per quas perſo.nobis acqui. tenet indiſtinctè, quòd nota-
rius in his,quæ fiunt extra iudicium,& ẽt in his,quæ fiunt
in iudicio ſine iudice,non poteſt alteri ſtipulari, quia eius
officium non eſt aſſumptum ſuper hoc, ſed ut fidé faciat
de geſtis coram ſe tanquam perſona publica. Hanc opinio
nem tenet etiam Inno.in c.dudum.de cõuerſi. coniug. Idé
firmat Ang.in conſi.73.incip.quòd dicta actio & ius &c.p
tex.in c.quanquam.de uſuris.lib. 6. ubi ex ſtipulatione no
tarij non quæritur abſenti ſine ceſſione, niſi quando ad of
ficium ſtipulandi ſit deputatus.Idẽ dicit Bal.in contractib.
ut notarius non poſſit ſtipulari pro abſente,in l.non enim.
ff.de adop.& abſenti non quęritur ſine ceſſione,niſi in præ
torijs ſtipulationibus & ſtipulationibus, in quibus non re
quiritur ceſſio,ſm Inno.in d.c.dudum.Cõtrariam opinio-
nẽ,ſcilicet, quòd notarius poſſit ſtipulari pro abſente indi
ſtinctè,tenuerunt Bar.& Ang.in l.ſtipulatio iſta.§.pen.in fi.
ff.de uerbo.obl.idem firmauit Bar.in l.2.ff.rem pup. ſal.fo
re.& Bal.in l.Caius.de vſur.& Gul. de Cuneo in l. non ali-
ter.ff.de adoptio.& Dyn.in l.2.§.exigere.ff.de magi conue
ni.& gl.Iuſti.de inutil.ſtipula.§.ſi quis alij.& in d.l.Caius.
ff.de vſuris.Idem uidetur firmare Bald.in l.executorem.in
3.col.C.de exec.rei iu.inquantum dicit, quòd præſentem
intelligo,ſi ſit eius procurator,uel notarius pro eo,uel nun
cius,cui promitti poſſit. Bene facit pro hoc id, quod dixit
Bal.in l.poſtquã litẽ.verſi.quæro &c.C.de pactis.ubi dicit,
40 † quòd tabellio tanquam perſona publica poteſt accepta-
re pro abſente,alle.l.his verbis.& l.nõ aliter.ff.de adoptio.
& d.§.exigere.Idem tenet Bal.in l.1.ff. de his qui ſunt ſui,
uel alie.iur.Quia non tam per ipſum,qui eſt perſona publi
ca, acquiritur abſenti,quàm per legem, nec requiritur ceſ
ſio.& Ioan.de Imo.in l.huiuſmodi.ff.de leg.1. Et idem Bar
to.in l.nec ei.§.eorum.ff.de adoptio. Et dicit Albe. de Ro-
ſa.in l.non enim aliter. ff. de adoptio. quòd totus mundus
ſeruat, quòd notarius poteſt alteri ſtipulari, & alleg. vltra
prædicta pulchram glo.in l.pero.§.fratre.ff.de leg. 2. Sed
And.de Iſer.in c.1.§.item ſacramenta.in 3.colu. de pa. iur.
fir.eſt in alia opi.diſtinguendo, videlicet, quòd aut quæris
de actibus,qui fiunt in iudicio præſente iudice ordinante,
vel mandante, & tunc notarius poteſt alteri abſenti ſtipu-
lari:ſed ſi iudex eſt abſens,vel ſibi non mandauerit,non po
41 teſt alteri ſtipulari.† aut quæris,an notarius poſſit alteri ſti
pulari ea, quæ fiunt extra iudiciũ, & tunc poteſt alteri ab-
ſenti ſtipulari, & per eius ſtipulationem ei acquiritur, ſ. ſi
ipſe abſens ratificabit.Idem dicit Anto.de But.in proœ.de
creta.col.17.& iſtam diſt.ſentit etiam Bal.in auth.ſi quan-
do.C.de cõſti.pecu.& dicit And.in loco præallegato,quòd
idẽ ipſe ſcripſit in l.orphanotrophos.C. de epiſ. & cler. Et
ſic patet,quòd magis communis cõcluſio eſt iſta, quòd in
extraiudicialibus notarius poteſt alteri ſtipulari. & eſt rõ,
quia tunc abſens vr per miniſtrum ſuum, ideſt, notarium
publicum contrahere, ut inquit Bal. in l. cum à ſocero. in
3.col.C.de iure dot.Et hoc habet locum non ſolùm, ſi no-
tarius ſpecialiter ſtipuletur pro abſente, ſed etiam ſi gene-
raliter.

raliter,quando dicit,ꝙ ſtipulatur pro omnibus abſentibus
quorum intereſt, & intereſſe poterit in futurum, ſecundò
And.in d.§.Item ſacramenta. Hanc communem concluſio
nem limita primò, ut procedat quoad perſonas ſubiectas
abſentes,quarum intereſt,ſubditas eſſe illi domino,aut re-
gi,qoi fecit illum uotarium , non autem quoad perſonas,
quarum intereſt,eſſe abſentes exteras , & non ſubditas re-
gi,qui fecit illum ootarium . hoc voluit Bal. notanter in l.
1.§.huius ſtudij.in 5.col.ff. de iuſt. & iu. idē firmat Ange.
in præallegato conſi.73.Limita ſm Bald.in l. non enim.ff.
42 de adop.ubi dicit,† ꝙ in contractibus,ſ. iuriſgeotium,non
poteſt notarius ſtipulari pro abſente,ſed Bar.vbi ſup. tenet
contrarium,cum ſequacibus ſuis,ideo non puto hanc limi
tationem veram,nec ipſam putat veram Albe.de Roſa. in
d.l.non.n.aliter.Limita tertiò hac communem concluſio-
nem procedere,quando notarius ſtipulatur ſibi pro abſen-
te hoc modo , me uotario publico ſtipulante pro abſente,
ſecus quãdo ſtipulatur ſimpliciter ꝓ abſente,vt dicit Bald.
in d.l.1.in 6.col.C.per quas perſonas,& idem Bar. in l.nec
vi.§.eorum.& Albe.in d.l. non enim aliter. Limita quartò
dictam commuoem concluſionem procedere , quãdo ex
dicta ſtipulatione facta per eum abſenti ipſe notarius nul
lum commodum percipit : aliàs ſecus,ſecundùm Bal. in l.
3.circa fi.ff.de adop. Quintò limita,ut dicta commuois cõ
cluſio procedat,ubi eſt conſuetudo, quòd notarius ſtipule
tur pro abſente,aliàs ſecus,ſecundùm Bald.in d.l. 1. C.per
quas perſo. Sed iſtam limitationem non puto ueram, tetē
ta opi. Bar.de qua ſup.Sextò limita,ut per perſonam publi
cam,ideſt,ootarium non acquiratur abſeoti directa actio ,
vel directum dominium , niſi pro infante, ſecundùm Bal.
in l. ſi quis emancipatum.C.de donatio.ſed utilis ſic,ſecun
dùm Bar. in l.non quaſi.ff.rem pupil.ſal.fore. ſic etiam ac-
quiritur abſenti poſſeſſio per ootarium, ſicut per procura-
torem,ut dixit conſulendo dominus Bar.Socin.in conſilio
43 262.inci.in cauſa magnifici Petri.in 5.col. † Sed iuxta hoc
quæro,an notarius,qui ſtipulatus eſt ſibi ꝓ omnibus,quo-
rum intereſt,uel pro abſente in ſpecie,poſſit,antequam ſe-
quatur eius ratificatio,refutare illam ſtipulationem? Albe.
de Roſa. tangit in ſpecie iſtum paſſum in d.l.non.n.aliter.
& concludit,ꝙ non poſſit refutare,qoia notarius nihil ſibi
potuit quærere, quando ſtipulatus eſt alteri.Et quia eſt nu
dus miniſter,& nihil penes eum debet remanere , per iura
ibi per eum allegata. Et contra iſtam deci.facit,quod dicit
Bar.in l.qui Romæ.§.Flauius.ff.de verbo.obl. ubi dicit , ꝙ
ſi Titius donauit Sempronio fundum cũ hoc, ꝙ poſt eius
mortem eſſet talis eccleſiæ, ꝙ Titius poteſt iſtam conditio
nem remittere , ſed non hæres donatoris , & idem firmat
ibi Io.de Imo.ſed Rapha.& Pau.de Caſt.ibi tenent contra-
rium,& quia Alex.de Imo.ibi plenè examinat hoc vltimũ,
ideo me remitto ad eum , & ibi non inuenies allegatum
iſtud dictum Albe. Duodecimò no.ex tex.ibi , neceſſitate
rogantibus,quòd partes, quæ rogauerũt notarium, iudicē,
& teſtes, ut faciant inſtrumeotum de contractu celebrato
inter eos, tenentur vigore huius conſtitutio. ſoluere nota-
rio pro reaſſumptione dicti rogitus in publicam formam
mercedem ſuam ſtatutam , & ſi ipſam non ſolueriot iotra
octo dies,& notarius fecerit reaſſumptionem,poteſt exige
re ab ipſis partibus doplicatam mercedem.Et ex hoc infe-
ro,quòd ſi ootarius interpellauerit partes, uel eorum hære
des poſt octo dies,vel poſt menſem,vel ultra ꝙ ſoluant du
plicatã mercedem,ſi ipſe dixerit, ꝙ reaſſumpſit intra octo
dies,tenentur ipſam ſoluere. Aliàs ſi dixerit,ꝙ reaſſumpſit
77 Iſer. in c. 1. de notis feudorum. † Octauum requiſitum eſt,
quòd notarius, qui vult reaſſumere ex protocollo notarij
mortui inſtrumentum in formam publicam, nihil debet
addere de ſuo, vel minuere, ſed debet rogationē ipſam de
verbo ad verbū tranſcribere, prout ea in protocollo inue-
nit, vt in Authen. de tabellio. §. illud quoque. & hoc firmat
Specu. in d. §. poſtquam. verſi. firma. cum. §. filius, & hæres
quondam &c. vt firmat Abb. in d. c. cum P. tabellio. arg. 3.
q. 9. cap. pura. & cap. hortamur. nec eſt vis facienda, vtrum
notarius loquatur in prima, vel tertia perſona, vt in ca. du-
dum. de conuerſi. coniuga. & Bal. in c. 1. §. notādum. de his
qui feu. dare poſſunt. & in l. ſi quando. C. de conſtitu. pecu.
Docto. in l. prædia. ff. de acquir. poſſ. Bal. in l. qui non mili-
78 tabit. C. de hæred. inſtit. † An notarius, qui aſſumit inſtru-
mentum ex protocollo notarij mortui ex decreto iudicis,
poſſit extendere abbreuiaturam illam, &c. ſicut poſſet ip-
ſe notarius viuens rogatus? Bal. tangit iſtam quæſtionem
in rub. de fide inſtru. in 11. col. verſi. quartò quæro. vbi di-
cit, quòd alius quàm tabellio rogatus nihil poteſt expri-
mere, vel declarare, quia officium ſuum eſt tranſcribere,
non addere, vel interpretari, & hoc iure vtimur, dicit ipſe,
quòd illi, qui faciunt tranſumptum, nihil addunt, vel de-
trahunt, ſed prout ſcriptum inueniunt, tranſcribunt, & ſi
ſecus facerent, vitiaretur illud additum, vel detractum tan
tum. idem firmauerunt Bal. & Ange. & Io. de Imo. in l. Gal
lus. §. idem credendum. ff. de libe. & poſthu. quia notarius,
qui habet reaſſumere contractum in protocollo notarij
mortui, tanquam non informatus, non poteſt declarare fa-
ctum notarij mortui, allegat glo. in l. Pomponius ſcribit ſi
frumentum. §. fi. de rei vendica. & in l. inter ſtipulantem. §.
1. ff. de verbo. obliga. hoc idem firmat Albe. de Roſa. C. de
nouo C. compo. in fine. Fallit, niſi iudex per decretum ſuū
ordinaret, quomodo haberet extendere illam abbreuiatu-
ram, &c. & hoc faceret iudex, parte citata, ſecundùm eos,
de quo tamen per Io. And. in addi. Spec. in tit. de inſtr. edi-
tione. §. oſtenſo, ver. quid ſi abbreuiatura. & per Abb. Sicu.
in d. c. cum P. tabellio. in 3. col. de hoc articulo me remitto
ad plenè ſcripta per Alex. & alios Moder. in d. §. idem cre-
dendum. & ad Abb. Sicu. in d. c. cum P. tabellio. & ad bonā
79 diſtinctionem Felyni, in d. c. cum P. tabellio. † Nonum re-
quiſitum eſt, ꝙ probetur, ꝙ illud protocollum fuit ſcriptū
per illum notarium defunctum, & ad probandum hoc ſuf
ficiat, ſi alij notarij, & iudices ad contractus illius ciuita-
tis, vel loci, vbi habuit domicilium notarius mortuus iura
uerint, ꝙ habent notam manum illius notarij defuncti, &
ideo facta cōparatione de litera ad literam, de ſyllaba ad
ſyllabam, & de tractatu ad tractatum cum alijs inſtrumen
tis factis per dictum notarium in ſcheda, quæ petitur reaſ-
ſumi, & ipſum protocollum eſt conſcriptum manu dicti
notarij defuncti, & iſto caſu iſta comparatio probat plenè
ad effectum, vt poſſit rogitus contentus in protocollo reaſ
ſumi in publicam formā, vt bene probat iſta conſtit. & fir-
mat Bal. & Saly. in l. comparationes. C. de fide inſtr. & Bal.
in l. in bonæ fidei. & in auth. ſed nouo iure. C. de reb. cred.
& ſic fit comparatio de ſcriptura protocolli, q̃ non eſt pu-
blica, ſed habet teſtes deſcriptos, ad ſcripturam publicam,
ſecundùm Bal. & Sal. in d. l. comparationes. 4. col. verſi. ve-
nio ad 4. quæſt. C. de fide inſtr. & debet fieri per iudicem,
qui non debet alteri cōmittere, ſecundùm Bal. in d. auth.
ſed nouo iure. & in hac cōparatione requiritur iuramen-
80 tum partis, † quod nullam aliam habet probationem, quia
hoc eſt de forma, ut dicit d. l. comparationes. quia iſta com
paratio eſt ad effectum, ut ex protocollo poſſit inſtrumen-
tum in formam publicam reaſſumi ad inſtantiam partis.
& plus dicit Spec. in tit. de inſtr. edi. §. reſtat. verſi. ſed quid
ſi producitur. quem refert Sali. in d. l. cōparationes. in 10.
col. ver. pone quidā ſcholaris, ꝙ ſi perſona, quæ petit reaſ-
ſumi inſtrumentum ex protocollo ſit digna fide, debet iu-
dex dare ei ſacramentum, vt iuret, ꝙ illud inſtrumentum
eſt verum, & à perſona illa publica confectum, vt in §. ſi ve
rò moriatur. in Auth. de fide inſtru. & hoc ad effectum, vt
poſſit deuenire ad iſtam comparationem, ut declarat Sal.
ibidem, & in 5. oppoſitione, ſed alteri perſonæ non datur
iſtud iuramentum, vt ibi per eum X. requiſitum eſt, ꝙ ille
iudex, qui interuenit in rogitu contento in protocollo, ſi
viuat, ſubſcribat in inſtrumēto publico, quod reaſſumitur
per notarium, & ſi nō viuat, adhibeatur alius iudex ad cō-
tractus, qui ſe ſubſcribat, & dicat, ꝙ loco, & vice talis iudi-
cis, qui interuenit in contractu, & eſt mortuus, ſe ſubſcri-
bit in præſenti contractu, nō ꝙ ipſe interuenit, ſed iudicis
autoritate ſe ſubſcripſit loco prædicti iudicis mortui. hoc
probat iſta cōſtitutio ibi, vel alio iudice ciuitatis eiuſdem
ſi fortè humana ſorte ſit ſublatus. nec memini me alibi
hoc legiſſe, niſi hic. & ſic iſte iudex, qui ſubſcripſit loco
iudicis defuncti, perinde habetur, ac ſi ille mortuus iu-
dex ſe ſubſcripſiſſet in inſtrumento, per l. 1. §. ſi ſeruus. ff.
de ſtipula. ſeruo. & l. ſi fundus. §. 1. ff. de le. 1. & l. ſi pretor.
ff. de offi. eius, cui manda. eſt iuriſdi. & l. ſolent. ff. de iuriſd.
om. iud. quæ iura ad hoc allegat dominus Signorolus Ho
modei in conſi. 64. incipiente, quæſtio ſic ſe habet. vlt. col.
81 † Vndecimum requiſitum eſt, quòd ad hoc, vt poſſit fie-
ri reaſſumptio rogitus per alium notarium quàm per il-
lum, qui fuit rogatus, debet conſtare iudici de morte illius
notarij, qui ſcripſit protocollum, vt præſupponit iſta con-
ſtitu-

ſtitutio.& d.c.cùm P.tabellio.ubi dicit Abbas idem eſſe, ſi
notarius,qui ſcripſit protocollum,eſſet longo impedimen
to detentus,ita ꝙ non poſſet de ſuo rogitu conficere publi
cum inſtrumentum,allegat tex.in Auth de tabellio.per to
tum,& Bar in l.quædam.§.nihil intereſt.ff.de edendo.acce
dant ad hoc ea,quæ dixi in dicta mea deciſione 48. & ea,
quæ dicit Alex. in 1.vol.conſi.129.in 1.col.incipiente,pon
deratis. vbi dicit, quòd de hoc impedimento debet iudici
conſtare,ſecundùm Ange. in Authen.de fide inſtru.in §. in
his.& ibi allegat Alex. alias cõcordantias,quas omitto alle
gare breuitatis cauſa,ꝓ eo quia vltra quàm potui, hic ſcri-
82 pſi ex abundantia cordis. † Duodecimum requiſitum eſt,
ꝙ notarius aſſumptus ad faciendum inſtrumentum in for
mam publicam ex protocollo notarij mortui,illud reaſſu-
mit in formam publicã in charta de pergameno, vt infra
in conſtitutio.conſuetudinẽ.in ſequen.charta.& illud ma-
nu propria ſcribat, & ſubſcribat, & ſignũ ſuum imponat,
& dicat,ꝙ decreto talis iudicis huiuſmodi tenoris reaſſum
pſit in præſentem formam publicam notam illius notarij
defuncti,cuius nota fuit comprobata per iudicem cũ alijs
notarijs,& iudicibus dictæ terræ,& faciat mentionem de
omnibus ſopradictis requiſitis, cum alijs requiſitis ad ſub
ſtantiam inſtrumenti, vt ſupra dictũ eſt in 10. no. Aliàs.n.
ſi non eſſent omnia in formam publicam redacta, non di-
ceretur authenticum inſtrumentum, vt ſentit Abb. in d.c.
cùm P.tabellio.& patet expreſsè in d.c.cùm P.tabellio.ibi,
in publicam formam. & in Spec. de inſtru.edi. §. oſtenſo.
& per Hoſtien.in ſumma,de fide inſtrumen.§. de publica-
tione. Et his duodecim requiſitis interuenientibus in reaſ-
ſumptione inſtrumenti ex protocollo notarij mortuit, tale
inſtrumentum faciet publicam fidem. l. cum precibus.C.
de probationibus,concordantiæ ſunt in c. poſt ceſſionem.
& in cap.quoniam contra. de probationi. Sed non contra
omnes ad plenam probationem,niſi cõtra citatos, vt dicũt
Domini de rota deciſ.264.quæ incipit,licèt ſecundùm cõ-
83 cluſionem.† & pro hoc facit,quia ille,qui non nominatur
in inſtrumento,nõ iuuatur inſtrumento,niſi eſſet eius ſuc-
ceſſor,ſecundùm Bal.in l.ad probationem.C. de probatio.
& ſi aliquis inter partes nominetur in inſtrumẽto,qui fuit
abſens, probat pro eo ſemiplenè,ſecundùm Bar.in l. admo
nendi.in 7.col.verſi.item quæro,quid ſi inſtrumentum pu
blicum. & dixi ſupra in 7.requiſito. Quid de actis publi-
cis,an noceant,vel proſint tertio non nominato, nec voca-
to? Vide per Bal.in l.a.verſi.vlterius quæritur. C. de eden.
& ibi remiſſiones per Alex.& in l.cum lite.ff.iudi.ſolui. Vl
timò no.ex tex.ibi,in diſpendium rei familiaris, quòd rex
non debet pati, ꝙ ſui officiales ad iuſtitiam faciendam la-
borent in exercitio exhibendæ iuſtitiæ ſine ſufficienti mer
cede.ad idem ſupra in conſtitu.cum circa.& in conſtit.cũ
84 iſta. in principio. † quia maior eſt labor corporis & men-
tis,quàm quodlibet pretium,arg.l. in ſeruorum.in fi. ff.de
pœnis.quam ad hoc allegat Barto.in l.1.in 11.col.ver. nũc
venio ad tertiam particulã.C. de ſenten. quæ pro eo quod
intereſt. intantum, ꝙ ſi rex non daret ſalarium conſtitutũ
& iudices ſuſtinuiſſent laborem, credo ꝙ poſſent petere
ſumptus a partibus,vt dicit glo.in cap.charitatem.12.q.2.
quia labor non debet eſſe ſine fructu, ut dicit ibi glo. item
probat iſte tex.ꝙ iudices dicuntur pati diſpendium,quan-
do eis non ſoluitur ſalarium conſtitutum.diſpẽdium nihil
aliud eſt,niſi detrimentum,& damnum, ut dicit Archi. in
c.diſpendia.in prin.de reſcrip.lib.6. In gl.1.dic,ut in 1.no.
In gl. 2.dic,ut dixi in 2.not.In glo.3.dic,ut ſupra in 3. no.
In eadem ibi, hæc conſtitutio ſentit. bene dicit iſta glo. ꝙ
in regno non ſeruantur feriæ meſſium, & vindemiarum,
& ſic non ſolùm poteris allegare conſuetudinem, ſed etiã
auctoritatem huius glo.In glo.4. in verbo, compellantur.
85 no.iſtum tex.† quòd ſi partes, quę rogauerunt notarium
de cõtractu, ſunt viuæ,vel earum hæredes, & notarius ſcri
pſerit in ſuo protocollo ipſum contractum, in quo inter-
uenerunt iudex ad contractus, & teſtes, & antequam per
notarium ſit aſſumptum inſtrumentum de dicto contra-
ctu in formam publicam,notarius ipſe ſit mortuus, poteſt
pars nominata in contractu,cuius intereſt, adire iudicem
ordinarium,vt compellat alteram partem, ut adhibitis a-
lio notario,& alio iudice,iterum faciat inſtrumentũ, prin-
ut fuerat primus contractus,& ſi neget feciſſe illum con-
tractum,& ſuperſunt duo teſtes,quibus examinatis appa-
ret,quòd primus contractus fuit celebratus, prout in pro-
tocollo notarij mortui continetur, iudex per capturam pi
gnorũ, & mulctæ impoſitionem compellat ipſam partem
negantem ad iterum faciendum illum contractũ, per iſtũ
tex.ſic etiam primogenitus Regis Roberti ſtatuit,ut patet
in illa litera,te etiam,quam ſupra allegaui. Sed iuxta hoc
86 occurrunt mihi quatuor quæſtiones. † prima eſt, utrũ iſta
compulſio, ut iterum fiat contractus inter ipſas partes de
contractu exiſtente in protocollo notarij mortui,fiat præ-
ſenti die, quo iterum fit contractus, vel debeat dicere, ꝙ
contractus fuit factus tali die per eum,idem dictum cõtra-
ctum renouat præſenti die. Reſpondeo, quòd renouatio
dicti contractus fit die celebratæ renouationis,ſed fit men
tio de die,& menſe, & anno, quando primitus contractus
fuit celebratus,ut bene hoc firmat Pau.de Caſt.in l.contra
ctus.C. de fide inſtru. Secundò quæro, utrum hypotheca
bonorum currat a die primi contractus, vel a die renouati
contractus? Reſpondeo, a die primi contractus incipit hy
potheca, quia iſta renouatio non habet præiudicare iuri-
bus partis quò ad tempus, ex quo facta eſt iſta renouatio
per neceſſitatem, ideo finis trahit neceſſariam conſequen-
tiam à principio. ſicut dicimus in l.1.ff. qui potio. in pig.
hab.bene facit l creditor.eod.tit. ubi hypotheca intelligi-
tur cum priuilegio prioritatis, quod habebat prius. item
quia iſta renouatio videtur facta ad confirmationem, non
ad derogationem,ut inquit Bal.in l.unica.in 11.quæſtio.co
lum.10.C.quando non peten.par.quod no.ad limitationẽ
l.ſcripturas.C.qui po.in pigno.ubi præfertur obligatio in-
ſtrumentalis obligationi priuatæ ſcripturæ contentæ,quia
non habet locum, ſi hypotheca fuit primo loco in proto-
collo notarij mortui, & poſtea renouata per notarium,
iudicem,& teſtes,ut non præferatur obligatio inſtrumen
talis alteri factæ inter obligationem contentam in contra-
ctu exiſtente in protocollo notarij mortui,& renouationẽ
primi contractus,quia iam poterat reaſſumi, quia viuebãt
duo teſtes,ſed antequam reaſſumeretur,protocollum non
facit fidem circa renouationem ipſius obligationis inter
eaſdẽ partes. Sed iuxta hoc tertiò quæro, quid ſi ſunt mor
tui iudex,notarius, & teſtes antequam contractus reaſſu-
matur in publicam formam,& petatur coram iudice à de-
bitore,ut iterum reficiat inſtrumentum eiuſdem debiti,
ille debitor recognoſcat bonam fidem, & confiteatur debi-
tum factum tali die,& iterum promittit,vtrum hæc reco-
gnitio debiti poſſit præiudicare creditoribus ante recogni
87 tionem prædictam dicti debiti cõtenti in protocollo? † Di
co, ꝙ niſi illa obligatio contenta in protocollo adiuuetur
teſtibus,uel alia ſcriptura,aut coniecturis, renouatio ipſius
obligationis contentæ in protocollo non nocet creditori-
bus factis ante renouationem ipſius contractus, exiſtentis
in protocollo,quod nullam facit fidem,ut ſupra dixi, quia
confeſſio inter duos non præiudicat tertio,ut in l.qui teſta
mentum.ff.de probatio.& ſic illa recognitio debiti,& hy-
pothecæ non præiudicat anteriori creditori,ut in l.Lucius.
§.quiſquis.ff.de leg.2. poſtquam illud protocollũ nõ pro-
bat,nec ex eo poteſt fieri aſſumptum publicũ.& Spec.in ti
tu.de confeſſis.§.nunc videdum.ver.ſequitur.Nec obſt.id,
quod dr̃ in l.chirographis. ff. de admini.tuto.vbi no. ꝙ ſi
amiſi inſtrumentum,poſſum petere debitorem cogi ad no
uã promiſſionẽ faciendam.& idem no.in l.ſi finita.§.elegã
ter.ff.de dam.infec.nam iſtud eſt verum, quã conſtat, non
obſtante amiſſione inſtrumẽti de debito,ſecus vbi nõ con
ſtat de debito,quia priuatio præſupponit habitum.l.decẽ.
cum concor.ff.de uerbo.oblig.& ideo dicebat Ang.in d.§.
elegãter. ꝙ vbicunq; obligatio alicui principaliter eſt quę-
ſita ex diſpoſitione facta, ibi implorari põt officium iudi-

eis, vt illa diſpoſitio ficta reducatur per veram ſtipulationem. Sicut eſt id, quod debetur ſub conditione, poteſt agi, vt promettatur per ſtipulationem adueniente conditione, vt in l. inter omnes. in fi. ff. qui ſatiſd. cogan. & ſic tenet gl. in l. chirographis. ibi dum dicit, qnomodo probat exemplum &c. Bene facit ad hoc id, quod dicit Lucas de Penna
88 in l. ne caſu. C. de diſcuſſoribus. lib. 10. † ꝙ ſi ego habeo debitorem mihi obligatum in centum, & non habeo niſi teſtes ad probationem debiti, poſſum petere à iudice, conſtito de debito per teſtes, vt compellat illum debitoré ad faciendum mihi inſtrumentum, per l. in creditore. ff. de euictio. & ff. de aqua plu. arcen. l. a. §. item Varus. & glo. 3. in l. 3. in fi. ſoluto matrimo. & C. de liber. cauſa. l. ſicut datam. & quod no. gl. in cap. ſignificauit. in fi. de teſtibus. Et venditor tenetur emptori facere inſtrumentum de re vendita, argu. d. l. ſicut datam. & ff. de vſur. l. cum uir. Et vide in d. l. ne caſu. Io. de Platea, qui loquitur de inſtrumento vetuſto, vel corroſo, an parte vocata debet refici. & ibi vide remiſſiones, & in cap. fin. de fide inſtru. Quartò quæro, vtrum illa ſolemnitas, quæ requiritur in primo contractu celebrato exiſtente in protocollo requiratur, ſi iterum petatur, ꝙ reficiatur ille contractus? Bar. in d. l. chirographis. dicit, ꝙ illa ſolemnitas, quæ requiritur in conſtitutione alicuius rei requiritur in integratione eiuſdem. C. de nupt. l. ſi vt proponis. & glo. in l. 1. C. de diſcuſſoribus. in ptin. cum ſimilibus allegatis ibi per eum. In contrarium facit id, quod dicit Cardi. Flor. in c. 1. de precario. ꝙ in renouatione fienda non eſt neceſſaria ſolẽnitas, & pro hoc tex. in l. ſi pupillorum. §. 1. ff. de rebus eorum. Solutio, quando primus cõtractus fuit ſolemniter celebratus, ſi poſtmodum venit renouandus, non requiritur illa ſolemnitas in reuocatione.
89 † Sicut dicimus, ſi eccleſia ſemel conceſſit in emphyteuſim cum ſolemnitate rem eccleſiæ, ſi reuerſa eſt ad eccleſiam, poteſt eccleſia cõcedere rem illam in emphyteuſim ſine ſolẽnitate, per glo. in c. frequens. in verbo, ad menſam. de exceſ. prælato. & voluit Bal. & Pau. de Caſt. in l. etiã. ff. ſolu. matri. Abb. Sicu. in c. vt ſuper. de rebus eccleſi. non alienan. & firmat Alex. in 2. vol. conſi. 188. 6. col. incipiente, viſo, & maturè diſcuſſo. fallit ſecũdùm Abb. in c. ut ſuper. Niſi in ſecunda commiſſione ceſſaret cauſa, quæ fuit in prima conceſſione, puta, quia cauſa cõceſſionis fuit ſterilitas, & poſtea quando fuit reuerſa ad eccleſiam, facta eſt pretioſa, non poteſt concedi ſecundò ſine ſolemnitate, vt ibi per eum. In glo. 5. in verbo, quæ ſi fortè deſuerit. Quæro hic iuxta iſtum tex. & glo. vtrum iſtud, quod hic dicitur, quòd quando notarius, qui ſcripſit in protocollo contractũ, eſt mortuus, debet compelli pars ad inſtantiam partis, ut reficiat inſtrumentum, aliàs ſi pars ipſa nõ eſt præſens, nec haberi poteſt iudex ordinarius, ſuperuenientibus duobus tebus per alium notarium faciat reaſſumi dictum inſtrumẽtum, interuenientibus requiſitis ſic neceſſitatis, ita ꝙ non aliter poſſit fieri dicta reaſſumptio, niſi prius parti, vel eius hæredi ſit facta dicta compulſio, vel poſſet fieri dicta reaſſumptio abſque dicta compulſione? Reſpon. iſte tex. dum primò loquitur, ꝙ fiat iſta compulſio, & poſtea ſi pars compulſa defuerit, deueniendum eſt poſtea ad reaſſumptioné illius ſchedæ per aliũ notariũ, & ſic videtur iſta reaſſum-
90 ptio remedium ſubſidiarium. † ordo enim literæ dat ad intelligendum, quòd iſta reaſſumptio ſit remedium ſubſidiarium, quia dicit Iaco. But. in l. veluti. ff. de iuſti. & iu. ꝙ ubi eſt dubium, multum ualet argumentum ex ordine literæ, & ſic iudex debet ſequi ordinem legis ſicut formam, quia eſt miniſter legis. Item quia ſi uelimus dicere, ꝙ iſta cõpulſio ſint uerba conſilij prolata in fauoré tertij, important neceſſitatem, ut dicit Bal. in l. fideicõmiſſa. §. hæc verba. ff. de leg. 3. In contrarium facit, quòd non ſemper ordo ſcripturæ attenditur, ut in l. nec enim. ff. de ſolutio. nec refert, quod prius dictum ſit, vt ff. de peculio leg. l. quidam. ibi, in coniunctionibus ordinem nullum eſſe. hæc iura allegat And. in cap. 1. in principio, Imperator Lotharius. ultra And. bonus eſt tex. in l. cohæredi. & ibi Bal. ff. de uulga. & pupil. & ideo ſi fuit aſſumptum inſtrumentum abſque compulſione partis, de qua loquitur iſta conſtitutio, non propterea reaſſumptio ipſa redditur uitioſa, quia ſi illud, quod omittitur, facit leue præiudicium, non cenſetur ille ordo omiſſus ſubſtantialis, ſecundum Imo. in l. 2. §. prius. ff. de uulga. & pup. Et ibi uide egregiam diſt. Bar. ſuper iſto articulo, an omiſſio ordinis uitiet actũ, quia paſſus eſt dubius, ut dicit ibi Alex. & bene, ideo me remitto ad ſcripta ibi per Doctores, maximè per Dom. Bartholomeum Socy-
91 num. † Secundò quæro, quando dicatur pars nõ præſens, ut non poſſit compelli à iudice, ut reficiat inſtrumentum, & ſic deueniendum eſt ad reaſſumptionem inſtrumenti per alium notarium? Dicit hic glo. quando fuit citata à iudice, & fuit cõtumax. & allegat. l. ſi ego. §. 1. ff. de iuriſdi. om. iudi. iſta gl. eſt corrupta uitio ſcriptoris, quia talis lex non eſt in d. tit. credo ꝙ glo. uoluit allegare titulum, ſi quis ius dicenti non obtem. uel titulum, ſi quis in ius uoca. non iuerit. l. ea quacunque. §. 1. In gl. 6. in uerbo, ſchedam. quæ eſt ultima. dic, ut dixi ſupra in 13. no. in requiſitis, quãdo debet reaſſumi contractus, uel rogitus factus per notarium mortuum. Sed iuxta hoc quærit hic And. quid ſi notarius rogatus de contractu ſtipulatus eſt ſolenniter cum iudice, & teſtibus, ſed contractum ipſum non poſuit in protocollo, quia illum non fecit, an notarius debeat puniri, & quomodo teneatur parti? Dicit hic And. ꝙ notarius tenet parti ad intereſſe, necnon tenetur ad pœnam, quia deliquit in ſuo officio. Ex quo notarius tenetur facere protocollum ſuarum rogationũ, ut in Auth. de tabellio. §. fin. & habetur in c. regis Ferdi. primi, & ſic, ſiue fuit in dolo, ſiue in negligentia debet puniri, aut de dolo, aut de negligentia, ſecundùm And. hic. uel pœna decem unciarum, ſecundùm cap.
92 regis Ferdi. primi. † In dubio. n. notarius præſumitur feciſſe protocollum, ſecundùm Bar. in l. ſi librarius. ff. de regu. iur. & Bar. in l. ſi quis ea argentarijs. §. prætor ait. C. de edé. Et ſi dicit ſe perdidiſſe protocollum, tenetur pœna extraordinaria, quia non reperitur certa pœna ſtatuta, ſecundùm Bal. in Rubri. C. de fide inſtrumen. in 13. col. uerſicu. quæro dixi ſuperius &c. Et dicit Ang. in l. tabularum. §. 1. ff. quemadmo. teſta. aper. ꝙ notarius debet redigere rogitus in protocollo, etiã quòd rogitus poſtea ſit euacuatus, quia partes diſceſſerunt ab illo cõtractu, uel ꝙ teſtator mutauerit uoluntatem. quod malè ſeruant notarij huius ciuitatis, quia teſtamenta nunquam ponuntur in protocollis, ſed tenent folia ſeparata de teſtamentis à protocollis. & dicit Bar. in l. tabulis. ff. de tabu. exhiben. in 2. col. quòd ſi per omiſſioné notariij pars eſt damnificata, tenetur notarius ad illud damnum, & allegat tex. no. in l. ult. C. de magi. cõ-
93 ueni. & l. 1. C. de ſuſcep. & archa. lib. 10. † Vltimò quæro,
8 quid debet continere protocollum, ut poſſit dici formiter factum, cum notarij ſoleant facere primò unam abbreuiaturam, antequam ponant illam abbreuiaturam in protocollo, & in dicta abbreuiatura non ponunt ſignum, neque ſubſcriptionem ſuã, & ideo illa alternatiua nihil probat, ut ſuprà dictum fuit. Reſpondetur, quòd protocollum debet continere primò in ptin. libri annos Domini, & indictioné, & diem menſis, quo fuit inceptus, & nomen, & cognomen notarij eum ſcribentis, & ſubſcriptionem ipſius, & eius ſignum, & locum, ubi celebratur contractus, & regem qui regnat. Item quòd rogitus perfectè ſit in protocollo annotatus cum deſcriptione teſtium, ut colligitur ex ſcriptis per Bal. in l. contractus. C. de fide inſtrumen. Et rex Ferdinandus primus in ſuis capitulis ordinatis cũ ſubſcriptionibus multorum Doctorum poſuit dictam formã ſcribendi in principio protocolli notarij, quod capitulum incipit, ſinguli ex dictis notarijs. accedat ad hoc id, quod di-
94 xit Barto. in l. ſi is qui. ff. de teſtamen. † quòd ſi reperitur protocollum notarij imperfectum, quia apponebat, quòd notarius in rogitu uolebat plus ſcribere, puta qa dixit, talis uendidit tali talem rem pro tãto precio ſub iſtis pactis, & non reperiuntur ſcripta dicta pacta, ille rogitus non facit fidem, quia non fuit completus contractus. Item debet

apparere

apparere ex rogitu, ꝙ notarius per ſenſus corporis apprehendit veritatem rogitus, & fecit rogitū de rebus permiſſis, & non prohibitis, vt dicit Bal. in Rubrica, de fide inſtr. in 8. col. verſi. iuxta prædicta ſciendum eſt &c. Et huic protocollo eſt ſtandum, quando oritur diuerſitas aliqua inter aſſumptum ex protocollo, & ipſum protocollum, vt dicit Bar. in l. Sempronius Proculo. ff. de lega. 2. & Bal. in Rubr. C. de fide inſtr. & Alber. de Roſ. in d. l. contractus, & Ang. in l. publicati. C. de teſtam. & per iſta facio finem huic conſtitutioni roboratæ, & confirmatæ per reges huius regni.

ANNOTATIONES.

a Decimò.] Quòd notarius præſumatur rogatus ponere omnes clauſulas conſuetas in inſtrumento, vide Iaſ. in l. certi condictio. § ſi nummos. 3. col. ff. ſi cer. peta. & in l. vt liberis. C. de colla. Ant. Cap. deciſ. 159. Batius.

b Notarius.] De hac quæſtione vide Bar. in conſi. 304. vol. 3. & conſ. 286. vol. 1. & conſi 183. nu. 54. vol. 2. & conſi. 375. nu 4. volu. 1. 130. nu. 2. vol. 3. & conſi 305. vol. 3 & conſi. 302. vol. 3. nu. 5. Bal. in conſi. 2. o vol. 1. 10 nouiſ. verb. do. Alex. conſi. 65. num. 31. vol. 6 Aret. in conſi. 17. & 42. Dec. in conſil. 216. 217. num. 5. verſi. 5. & conſil. 498. nu. 3. & 661. nu. 11. & in l. 1. nu. 22. C. de pact. & in l. contractus. nu. 15. & 16 ff. de reg. iur. Guid. Papæ deciſ 49. & 182. Chaſſa. conſil 7. & conſi. 59. nu. 18. Calca. conſi. 12. nu. 9. Ant. Rubens in conſi. 217. nu. 3 & 132. Pan. de Caſt. conſi. 195. alias 197. viſis ijs quæ narrantur. Lancelo. Galliaula in repet. rub. de verb. obligat. fol 12. col 2. Ant Rube. in § morte. num. 59. l. Iulianus. de damno infec. Afflic. in deci. 235. in fi & in deciſio. 393. nu. 8. Cap. in deciſ. 72. per totū, quæ omnia vide.

c Contractus.] Subſtantialia contractus quæ ſint, vide etiam per Spec. in tit. de inſtrum. edi. §. inſtrumentum ergo publicum, verſi. item quod non eſt. Batius.

d Doti] An inſtrumentum dotale poſſit reaſſumi mortuis omnibus? Vide Cæſarem de Patinis in addit. ad conſt. inſtrumentorū robur. Ant. Capi deciſ. 171. Et an & quando inſtrumentum reaſſumi poſſit ex protocollo, & in caſu quo notarius, iudex, & teſtes ſint mortui? Vide eundem Auctorem in deciſ. R. S C. num. 48. Et quid in reaſſumptione inſtrumenti facienda ex protocollo notarij viuentis & impediti longa abſentia, ſeu rebellione? Vide eundem auctorem in deciſ. S. R. C. nu 6. Et infra quot dies poſt rogitū debet reaſſumi inſtrumentum per notarium, vide regiam nouel. Pragma. de inſtrumentis infra 8. dies. fol. 4. Batius.

e Moriatur.] Sed an Afflic. bene loquatur? Vide ea quæ dicta ſunt in procemio, in §. præſentes igitur, in verbo, tertio nota. num. 3. in apoſtil. quæ incip. Afflict. hic.

f Et ſic quocūque.] Afflict. hic ſentit, ꝙ etiam ſi notarius fuerit interfectus, habet locum hæc conſt. de qua facit, quia quarta, quam lucratur mulier per mortem mariti, lucrabitur, etiam ſi maritus fuerit occiſus. ita firmat Afflict. 10 cōſt. mulier quæ dotarium. nu. 9. verſi. ſeptima dubitatio, quem ſequuntur Moder. de Campania in c. regni. 163. mulier quæ dotarium. nu. 36. & adde gl. ſing. in §. 1. Inſtit. de ca. dimi. ſuper verbo, cōmutatio. quæ dicit, quòd ſiue pater moriatur naturaliter, ſiue interficiatur, & ſic morte violenta, ſemper Dei diſpoſitione venit mors, propter qđ æquiparat mortem naturalem & accidentalem ex vulneribus illatam, & per illā glo. dixit Bal. in l. 1. in fi. C. qui non poſ. ad liber. perue. quòd damnatus ad perpetuos carceres ſi moriatur ex illo cruciatu carceris, dicitur mori naturaliter, aliàs epiſcopus, qui eum damnaoit, eſſet irregularis, ſequitur Fel. in c. qualiter & quando, el 2. col. 15. num. 21. verſi. alimenta, de accuſat. & ibi dicit glo. prædicta ſingu. quam ſequitur Anch. in clem. 1. de pœn. & remiſ. & ibi dicit, quòd mors naturaliter dicitur ſemper, vbi anima ſeparatur à corpore, alleg. tex. in l. ſi mater. ibi, vel aliter defunctus. C. de inſtit. & ſubſt. & eā ſequitur Bald. in tit. de pace Conſtan. in § priuilegia. ſuper verbo, diuina vocatione. & illud, quod eſt diſpoſitum in morte, quam naturalem appellant, habet locum etiam in morte violenter illata, & vide, quando occurrerit, Fel. in c. ſi. col. 1. de homic. ex quibus vides, ꝙ conſtitutio hæc procedit etiam, vbi notarius moreretur morte, quam violentam appellant, & quæ dicatur mors naturalis, vide Bal. in l. 1. nu. 15. C. de fructibus, & lit. expenſ. & omnino Nea pod. in conſue. viro mortuo, nu. 47 vbi bona ponit, & ea quæ dicta ſunt limitabis non procedere qñ ſeodans ſe in morte violēta dediſſet cauſam mortis, quia tunc nō procedunt à pari, & iden licet morte violenta donatio confirmetur, l. ſi tibi. C. de don. ante nup. quando donatarius dediſſet cauſam illius mortis, talis donatio nō confirmaretur, ita Bal. in d. l. ſi tibi, & ſequitur Fel. in d. c. ſi.

g Quarto.] Adde, quòd ſubſtantialia protocolli ſunt primò, annus domini. Secundò, indictio. Tertiò, dies & menſis. Quartò, nomen & cognomen notarij. Quintò, ſubſcriptio eiuſdem notarij. Sextò, ſignum eiuſdem notarij. Septimò, locus vbi celebratur rogitus. Octauò, nomen Regis vel Imperatoris, vel Papæ, qui tunc regnat. Nonò, deſcriptio teſtium, vt per Bal. in l. contractus. C. de ſide inſtrument. & ibi Salicet. colum 3n. Batius.

Intra quod tempus cauſa debeat terminari. Rub. LXXIIII.

IN præcedenti conſtitutione facta fuit mentio, quòd baiuli faciunt reaſſumere rogitus notariorum mortuorum in publicam formam, interuenientibus requiſitis. erat videndum intra quantum tēpus baiuli debeant terminare cauſas, ideo ſequitur hæc Rubrica. De tempore verò, intra quantum tempus iuſtitiarij prouinciarum debeant cauſas determinare, iam dixi ſupra in conſtitutione cauſas alias. ſub Rubrica 50. & quæ ibi dixi, hic non ſunt ſcribenda.

SVMMARIVM.

1 *Baiuli locorum cauſas intra duos menſes à die citationis diffinire debent.*
2 *Tempus requiritur, vt aliquid maturius agatur.*
3 *Nuntijs, ſeu ſeruientibus creditur de relatione citationis.*
Acta iudicialia quando ſcripturam requirant, & quando non.

OMNES BAIVLI. Hic præcipitur baiulis locorum, & eorum iudicibus, vt
1 † intra duos menſes à die citationis debeant cauſas diffinire, niſi probationes faciendæ longiorem dilationem requirant, præuio iuramento partis petentis à iudice longam ipſam dilationem, quòd ſibi eſt neceſſaria, vel occurrerit aliud iuſtum impedimentum, quòd cauſa intra dictum tempus expediri non poſſit. hoc dicit, imò ſi baiulus velit cauſam expedire intra duos menſes, vbi requireretur longa dilatio, poſſet appellari, vt dicit Bald. in l. 2. in 3. & 4. quæſtione. C. de epiſcop. audi. & in l. prima, C. de dilatio. & Bartol. in l. ſed ſi prætor. ff. ex quibus cauſ. maio. Et eſt ſciendum, quòd antiqui dicebant, vt refert hic And. de Iſer. quòd tam iſta conſtitutio, quam prædicta conſtitutio quinta, quæ incipit, cauſas alias. fuerunt factæ poſt excommunicationem huius Imperatoris Federici, & ideo non bene ſeruantur in regno, in quo inſtantia cauſarum eſt per triennium, ſicut eſt de iure communi, vt in l. properandum. C. de iudic. in veritate ideo etiam non ſeruantur iſtæ duæ conſtitutiones, quia impoſſibile eſt, quòd in tam breui tempore poſſit haberi, iuris ordine ſeruato, cognitio cauſæ, & ferri ſententia diffinitiua,
2 † quia tempore indigemus, vt aliquid maturius agamus. 50. diſtinct. capit. ponderet. cum concordan. allegatis in Speculatore, in titulo de requiſit. conſilij. §. 1. verſi. item no. quòd electio. nam & Vlpianus docet, officiales nō eſſe acerbos, nec mites, ſed tenere medium temperamentum, vt in l. ſi bene. ff. de vſuris. Bene facit tex. in l. ſi ſeruos. in fine. ff. de pignoratitia actione. vbi debitor non debet eſſe delicatus, nec creditor oneroſus, & ibi glo. allegat concordan. Poſſet tamen intelligi iſta conſtitutio & dicta conſtitutio, cauſas, in cauſis paruis, puta duorum aureorum, de quibus loquitur conſtitutio infra, quæ incipit, dilationes in iudicijs, in quibus etiā de iure communi procedi debet ex non ſcripto, vt in authentica, niſi breuiores. C. de ſentent. ex breui. recitandis. ſubaudi inter homines paruæ conditionis, vt dicitur in dicta authent. & ſubaudi, coram iudicibus idiotis ignorantibus leges,
3 † & tunc eis creditur, ſicut creditur nuntijs de relatione citationis, vt in l. ea quidem. C. qui accuſa. non poſſunt, & in capit. cum parati. de appellationibus, vt dicit Bartolus in dicta authent. niſi breuiores. An autem credendum ſit arbitris, quibus eſt data per partes poteſtas ſine ſcriptis procedendi? Vide plenè per dominum Georgium Aſtenſem in ſua egregia repetitione cle ſæpe. de verbor. ſignifi. char. a 1. ſed ſi eſſent cauſæ paruæ coram Doctoribus legum, quibus hæ cauſæ minimè non debent committi, vt euiten-

euit entur expenſæ partium, aliud eſſet, quia Iuriſtæ omnia
& rectè ſecundum leges debent iudicare, vt dicit Ariſtote-
les, prout refert Bal. in d. auth. tunc coram eis acta iudicia-
lia requirunt ſcripturam, vt voluit gl. in c. quoniam contra
falſam. in verbo, præſumitur, de probat. & Cyn. in l. 2. C. de
eman. libe. & in l. emancipatione. C. de fide inſtr. & in l. er-
rore. C. de teſta. hic non cadunt alia notabilia, niſi illa quæ
dixi in d. conſtit. cauſas. ideo non repeto, glo. non ſunt hic,
ideo ſequitur Rub. 75.

De ſententijs in ſcriptis ferendis. Rubrica. LXXV.

DICTVM fuit ſupra proximè, quod baiu-
li, & iudices cito debent cauſas diffini-
re: verum quia poterat dubitari, ex quo
intra breue tempus cauſæ debent diffi
niri, vtrum ſententia diffinitiua debeat
in ſcriptis ferri, vel ſufficiat voce decla-
rare condemnationem, vel abſolutionem. ideo ad tollen-
dum dictum dubium ſubnectitur hæc Rubrica generalis
ad omnes iudices, vt proferant ſententias in ſcriptis, quia
ſic eſt etiam de iure communi, vt in l. 1. 2. & 3. C. de ſen-
tent. ex breui. recitan.

SVMMARIVM.

1 *Sententia diffinitiua ab omnibus iudicibus in ſcriptis ferri debet.*
2 *Iudex cæcus ſententiam in ſcriptis proferendam per alium le gere poteſt.*
3 *Iudex ſententiam prolaturus pro tribunali ſedere debet.*
4 *Sententia ſecundum ſapientis conſilium non apertum lata eſt nulla.*
5 *Sententia diffinitiua verbotenus ferri non poteſt, interlocutoria autem ſic.*
6 *Sententia in omni cauſa, etiam ſummaria, eſt in ſcriptis ferenda.*
7 *Sententia quo caſu dicatur ipſo iure nulla.*
8 *Sententiam allegans nullam, an dicatur ſe defendere vel offendere.*
9 *Allegatio nullitatis ſententiæ, an ſit offenſio, vel defenſio.*
10 *Iudex ſententiam ipſo iure nullam proferens, partibus damnum reſarcire tenetur.*

AB OMNIBVS. Omnis, qui habet iu-
riſdictionem, ſiue ſit de magnis, ſiue ſit
de paruis iudicibus, debet ferre ſenten-
tiam diffinitiuam in ſcriptis, quod ſi ſe-
cus factum fuerit ſententia erit ipſo iu-
re nulla. Et iudex tenetur reſarcire dam
1 num, & expenſas litigantibus. hoc dicit. † No. 1. ex tex. ibi,
ab omnibus, quòd ſententia diffinitiua ab omnibus iudici
bus debet ferri in ſcriptis. in hoc concordat ius commune,
vt patet in dictis legibus poſitis in titulo de ſentent. ex bre
ui. recitan. hoc modo videlicet, quòd primo ſententia diffi
nitiua debet ſcribi, & poſtquam eſt ſcripta, iudex debet ip-
ſam ſedendo in loco pro tribunali legere, vt in d. l. 1. C. de
ſentent. ex breui. reci. niſi iudex ſit illuſtris, vel ſuperillu-
ſtris, ſicut eſt hodie rex, vel epiſcopus, iſti iudices illuſtres
poſſunt ferre ſententias in ſcriptis, etiam quòd ipſi non le-
gant, dummodo legant per alium, & de hoc eſt text. in ca-
pitulo fin. de ſentent. & re iudic. libro 6. & idem dicit Bal.
in dicta lege prima, licèt non alleget dictũ capitulũ fin. An
autem ſi rex commiſit cauſam ſuo viceregi illuſtri, poſſit
ipſe vicerex alicui Doctori ſubdelegare cauſam ipſam? Dic
quòd non, ſecundum Innoc. in capit. fin. de offic. delega.
2 † Quid ſi iudex non illuſtris eſſet cæcus, qui non poſſet le
gere ſententiam in ſcriptis proferendam? Certè tunc ſtan-
te iſta neceſſitate poterit per alium legere, vt in l. cæcus. ff.
de iudicijs, & l. qui furere. ff. de ſtatu homin. ſecundum
Bald. in l. fin. C. de ſentent. ex breui. reci. Idem ſi occurreret
alia neceſſitas, puta, quia iudex non poſſet ſedere propter
apoſtema, quod habet, vel propter timorem tyrãni, vel ini-
micorum ſtaret in equo, quando profert ſententiam, vt ip
ſa lecta fugiat, vt dicit Bald. in d. l. 1. Quid ſi iudex non il-
luſtris, eo præſente, faceret legere ſententiam formatam in
ſcriptis per notarium, an valeret talis ſententia? Dic quòd
non, niſi lecta ſententia iudex diceret, ſcribe notarie, quòd
ita ego pronuntio, & declaro, & condemno, & ſi eſt abſo-
lutoria, abſoluo, ſecundum Bald. in d. l. 1. & in lege, iube-
mus. C. de teſtam. & in l. fideiu. §. 1. ff. de leg. 3. & inquantũ
3 dixi † quòd debet iudex ſedere, quando legit ſententiam
in loco pro tribunali, dic, quòd hoc probatur in Authẽ. de
iud. §. ſedebunt, & dicunt Doct. in d. l. vbi dicit Bald. quod
ideo debet ſedere, quia ſedendo, & quieſcendo anima fit
prudentior, & allegat Ariſtotelem, quia non diſtrahitur
intellectus ad alia opera. Item in ſententia in ſcriptis de-
bent eſſe ſcripta iſta uerba, & in his ſcriptis ſic pronuncia-
mus, quia hoc eſt de forma, ut dicit Ang. in l. errore. C. de
teſtam. & in d. l. fin. C. de ſentent. ex breui. reci. & hoc fir-
mat præfatus dominus Georgius Aſtenſis in d. clem. ſæpe.
in 43. charta, de uerbor. ſign. Et quod hic dicitur de ſenten
tia diffinitiua in ſcriptis ferenda, idem dicẽdum eſt de de-
creto iudicis, ſecundum Innoc. in c. fi. de reb. eccl. non alie-
nan. Item non ſolum in ſententia debent ſcribi dicta uer-
ba, & in his ſcriptis pronuntiamus, ſed poſtquam eſt lecta,
debet ſcribi per notarium cauſæ, lecta & lata eſt dicta ſen-
tentia &c. ut dicit Angel. in d. l. fin. & de hoc eſt glo. in d. l.
fideiuſ. §. 1. ff. de leg. 3. ſecundum Bald. in d. l. fin. Quid au-
tem ſi iudex ſcripſit ſententiam diffinitiuam, & poſtea illã
ſubſcripſit, & clauſit, & ſigillauit, & tradidit litigantibus
dicendo, iſta eſt mea ſententia, an ualeat? Dic quòd non;
glo. eſt parua in dicta lege prima, à qua gloſella Bald. ibi
4 ſumpſit argumentum, † quòd non ualet ſententia lata ſe-
cundum conſilium ſapientis clauſum, quod non fuit aper
tum, ubi iudex dixit, profero ſententiam ſecundum con-
a ſilium [a] quod talis Doctor tranſmittet, quod de proximo
ueniet, uide ad hoc multas quotas, quas allegat Alexand.
in 2. uolum. conſil. 184. in 8. colum. uerſic. quoad ultimum
dubium. incipiente, uiſo titulo quæſtionis, & ultra eum ui
de Paul. de Caſt. C. ſi aduer. liber. l. 1. & pulchram apoſtil-
lam domini Bartholomæi de Belenzinis ſuper lectura Ab-
batis Siculi in c. conſtitutus. de relig. domibus. & Lanfran-
cum in repetit. capit. quoniam contra. char. 49. in 3. colum.
de probatio. & Fel. in capit. cum uenerabilis. colum. 14. &
ſequen. de except. & Petr. de Ancha. in dicto capit. fin in 6.
not. Et ſcias, quòd ſunt multi caſus, in quibus ualet ſenten
tia ſine ſcriptis, quos recitat glo. in d. cap. fi. de ſententia, &
re iud. libro 6. ideo uide eam per te. An autem ſententia
lata uerbotenus, & ſine ſcriptis ſuper notorio ualeat. Vide
5 Georgium prædictum in d. clemen. char. 43. † Quid autẽ
ſi iudex profert ſententiam diffinitiuam uerbo, tenendo
quandam chartam, in qua non erat ſcripta dicta ſententia,
& poſtea fecit ipſam ſcribere, an ualeat. Dicit Bald. in d. l. fi.
quòd non ualet, quia non eſt ſeruata forma tradita à iure.
ſed ſententia interlocutoria bene poteſt ferri per iudicem
uerbotenus, & poſtea in ſcriptis redigi per notariũ, ut no.
in l. ſcio. ff. de appella. Nam ſententia interlocutoria poteſt
probari etiam per teſtes, ut in l. quoniam. de hæreti. ſecun-
dum Bald. in d. l. fin. & habetur in d. c. quoniam contra. An
autẽ ex conuentione partium poſſit ferri ſententia uerbo-
tenus ſine ſcriptis, & poſtea redigi in ſcripturam, Bart. tan-
git in l. quoties. C. de priuileg. ſcholarium. lib. 12. & con-
cludit, quòd ualet ſententia ſine ſcriptis ex cõuentione par
tium. idem uoluit glo. in dicto cap. fin. & Pet. de Anch. ibi.
6 † Secundò no. ex tex. ibi, omnes ſententias. quòd in omni
cauſa, & ſic ſummaria, ſententia eſt ferenda in ſcriptis. Vn-
de cum cauſa matrimonialis ſit ſummaria, ut in clement.
diſpendioſam. de iud. illa ferenda eſt in ſcriptis, ut firmat
Feli.

Feli.in cap. Albericus.de teſtibus,in princip.& io cauſis vbi non datur libellus,de quibus io cap. 1. de libel.obla.ſententia debet ferri in ſcriptis. licet glo. hic dicat contrarium, quod in cauſa, vbi non requiritur libellus, ſententia poteſt ferri ſine ſcriptis.ſed poſſet ſaluari iſta glo. ſecundum Andr. de Iſer. hic, vt loquatur, quando cauſa non excedit duos aureos,vt dicitur in dicta conſtitut.dilationes in iudicijs. allegata in præcedẽti conſtitutione,vt ſicut in ea non requiritur libellus, ita non requiratur ſententia in ſcriptis, quia à primordio tituli poſterior formatur euentus, vt in l. 1. C.
7 de impo.lucra.deſcript.libro 10. † Tertiò nota ex tex. ibi, nullius momenti.caſum,in quo ſententia diffinitiua eſt ipſo iure nulla, videlicet,quando lata eſt ſine ſcriptis.Dicitur autem ſententia nulla ipſo iure in multis caſibus, vt per Spec.in tit.de ſentent.prolat.§.iuſta.& vide Philippum, & Præpoſitum ſancti Ambroſij in c.dilecto,de appell.vbi ponuerunt 36. caſus, in quibus ſententia eſt ipſo iure nulla. Quartò no.ex eodem tex.quòd ſententia nulla dicitur eſſe nullius momenti,ideſt,vigoris,ad idem tex.in cap.ordinarij, & ibi Archidia.in fi.de offi.ordin.lib.6. ſi ergo ſententia nulla eſt nullius vigoris, ſequitur, quòd habetur, ac ſi non eſſet, quia paria ſunt non eſſe, vel eſſe, & eſſe nullam, vt patet in multis iuribus allegatis per Andr.in c. 1. §. præterea,quæ ſit prima cauſa bene.amit. & per gl. in l. Paulus.
8 ff.de verb.ſignifi.† Sed quæro, vtrum ille, qui allegat ſententiam nullam,dicatur ſe defendere,vel offendere ? Iſtud eſt magnum dubium.Nam Hoſt.in cap.ſignificauerunt.de exceptionibus,tenet,quòd ille, qui allegat nullitatem ſententiæ, dicitur ſe defendere,& ſic excommunicatus poteſt opponere nullitatem ſententiæ per rationes, quas refert Abb.Sicul.in d.cap.ſignificauerunt. vlti.colum. Sed Ioan. And.in nouella ibi, & in c.1. in fi.de reſcriptis, lib.6.tenet contrarium, quod allegatio nullitatis ſententiæ ſit offenſio,& non defenſio. & ita tenet Bal.in c.1. §. iudices. de pace iur. firman.Sed idem Bald. variauit. nam in c.intelleximus. in 2.colum. de iudic. dixit, quòd excommunicatus ſi poteſt appellare, poteſt dicere de nullitate ſententiæ, & ſic tenet, quòd allegatio nullitatis ſententiæ ſit defenſio, & non offenſio.& idem videtur tenere in d. c. ſignificauerunt Felinus,vbi tangit iſtum paſſum,& male allegat Bald.in d.§.iu-
9 dices,vbi tenet opin.Ioan.And.& dicit Felinus ibi,† quòd communis opinio Doctorum eſt cum Ioan.And.videlicet, quòd allegatio nullitatis ſit offenſio,& non defenſio.Petr. de Anch.in d.cap.fi.refert opinio.& nihil concludit.Dominicus ibi concludit cum Ioan. Andr.& iſta eſt vera opin.intantum, quòd ſi Titius eſt clericus, & allegat nullitatem ſententiæ latæ per iudicem ſecularem, debet ipſam allegare coram iudice ſeculari, & non coram iudice eccleſiaſtico,quia in hoc eſt actor,& nõ defenſor, vt dicit Pet.de Anchar.in conſi.334. incipiente, ad dubia, de quibus. Niſi quando opponitur nullitas ſententiæ per ipſum condemnatum aduerſus executionem ipſius, tũc dicitur defenſio, vt firmat Abb. in d.c.ſignificauerunt. Et iſto modo in cauſis ſummarijs poterit allegari nullitas ſententiæ,cuius executio petitur.quæ firma concluſio eſt,quòd in cauſis ſummarijs admittitur defenſio,vt dicit Alexan.in duobus conſilijs,in quarto volum.videlicet in conſil. 32. in 3.colum. incipiente, in cauſa executionis, & in conſilio 80. vltima
10 columna,incipiente,viſo proceſſu cauſæ vertentis. † Quintò,& vltimò no.ex tex.ibi,damnum & expenſas reſarcire. quòd iudex,qui protulit ſententiam ipſo iure nullam,tenetur litigantibus reſarcire quodlibet damnum,& etiam expenſas,vt hic.idem dicit Bald.in allegato.§.iudices.verſiculo,quæro,nunquid.De iure verò communi iudex iudicans contra communem opinion.facit litem ſuam, vt in lege finali.C.de pœna iudic.qui malè iudica. quia iudex male iudicans ſiue ſcienter, ſiue ignoranter,facit litem ſuam, ſed minus punitur,quando per ignorãtiam,quam per dolum, vt habetur Inſt.de oblig.quæ ex quaſi delicto,in principio, & per Bar.in diſputatione, quæ incipit, iudex, qui per imperitiam. in gl.vnica.dic.vt dixi ſupra in primo nota.

ANNOTATIO.

a Conſilium.] Vide Abb.in c.cum venerabilis. de exceptionibus. & late per Philippum Decium in dicto capitulo, cum venerabilis.colum.penult. Batius.

De ſummaria cognitione contra gabellotos. Rub. LXXVI.

QVIA Supra proximè Imperator locutus fuit de his, quæ pertinent ad officiũ curiæ baiulorum, hic proſequitur eandem materiam ampliando iuriſdictionem baiulorũ, vt poſſint procedere contra gabellatos, & eorum participes, & ſocios, & paſſagerios, & platearios ſuper querelis contra eos faciendis ſuper indebita exactione per ſummariam cognitionem, pœna ſeruata magiſtris camerarijs,qui eos inſtituerunt officiales.

SVMMARIVM.

1 *Proceſſus ſummarius in quibus fieri debeat caſibus.*
2 *Libellus quando offerri debeat contra gabellarios, & alios exactores vltra debitum exigentes.*
3 *Barones cauſas ſummariè cognoſcendas committere poſſunt.*
4 *Rex ſuo viceregi committens, vt ordinario committere cenſetur.*
5 *Iudex in dubio ordinarius & non delegatus interpretatur.*
6 *Gabellarij, & pedagiarij contra vel vltra ſtatuta exigentes per baiulos ſunt puniendi.*
7 *Rapina in plus ſe habet, quàm furtum.*

AVCTORITATEM. Etiam vigore præſentis conſtitutionis curia baiulorũ habet auctoritatem ad querelam fidelium regis procedendi per ſummariæ cauſæ cognitionem contra gabellotos, & participes, platearios, paſſagerios, & exigentes vltra debitum, vel contra debitum ad eorum reſtitutionem; magiſtri verò camerarij poſſunt eos punire pœna rapinæ, hoc dicit. Dicit hic Andr. quòd multum eſt vtilis hæc conſtitutio,quia vult, quòd ſummariè procedatur contra iſtos gabellotos, & paſſagerios, quando fidelis
1 aliquis facit querelam,quod indebite exigitur. † Et no.primò
2 iſtum caſum [a] in quo proceditur ſummarie. aliam caſum habes in l.de ſubmerſis.C.de nauf.lib. 11.alios caſus habes in cle.diſpendioſam.de ind.in regno per capitulum reginæ Ioannæ ſecundæ,quod incipit,deteſtantes, prouiſum fuit, quòd in omnibus cauſis poſt factum procedatur ſummariè,ſola veritate inſpecta.An autem iſti querelantes in iſtis cauſis ſummarijs debeant dare eorum libellum, ſiue petitionem ? Tangitur in clem. ſæpe. de verbor.ſign. & in l.4. §.hoc autem iudicium.ff.de dam.infec. & in extrauaganti ad reprimendam.in verbo,ſummarie, & Bald.in authentica,offeratur,C.de litis conteſta.& in Specu. de libel.conceptio.§.nunc dicendum.ſed quantum ad caſum,de quo loquitur iſta conſtitutio,dicit And.quòd non datur libellus, quia hæc noua conſtitutio fuit conſuetudine interpretata, quòd non datur libellus,ſeu petitio,quando fit querela cõtra iſtos gabellotos,quod indebite eis egerũt.nam per ſummariam cognitionem proceditur. Sic etiam non datur libellus in multis caſibus poſitis per Ant.de But.in c. 1.de libel.obl. illa enim querela habet vim petitionis, & libelli, quia vbi requiritur celeritas expeditionis, querela habet
2 vim petitionis.† Et ita practicatur in regia camera ſummariæ, quæ cognoſcit de querelis contra gabellotos, & paſſagerios, qui illicite exigunt, quia cauſæ iſtorum querelantium nõ excedunt ſummam duorum aureorum, vt in Authent.

thent. vt iudices ſine quoquo ſuffr. §. neceſſitaté. & patet in authē. niſi breuiores. C. de ſent. ex breui. reci. & in Auth. de man. princ. §. ſit tibi. ſed ſi excedit cauſa duos auguſtales, debet dari libellus, vt infra in cōſt. dilationes. Datur ēt bona cautela illis, quibus debet ſolui annuus reditus, vt petāt à iudice, ipſum debitorem cōdemnari ad ſoluendum redditum præteritum & in futurum ſingulis annis, & iudex eo citato, & viſo inſtrumento, condēnet ipſum ad ſoluendum redditum præteritum, & ad ſoluendum omni anno in futurum redditum, tunc iſta ſententia faciet tranſitū in rem iudicatam, & fit executio ipſius ſine libello, vt bene firmant Cy. in l. 1. C. de fideicomm. in fi. & gl. & Doct. in l. non quemadmodum. ff. de iudicijs. glo. in l. pro ſocio. in 2. glo. ff. pro ſocio. Lucas de Penna in l. 5. C. in quibus cauſis coloni cenſiti. lib. 11. & ita vidi pluries iudicatum & obſeruatum. Secundò no. iſtam conſtitutionem, q̄ cum generaliter loquatur de poteſtate baiulorum, q̄ comprehenduntur baiuli Baronum, † & ſic Barones poſſunt cōmittere cau-

3 ſas ſummariè cognoſcendas, quæ de iure conſtitutionum ſummariè ſunt cognoſcendæ, & tunc dicitur potius executio iuriſdictionis ordinariæ, quàm delegatio, vt in l. fi. ff. q̄s & à quo appell. & no. in l. ius ciuile. ff. de iuſt. & iu. & notát Mod. in l. 1. in d. §. ſi quis ſimpliciter. ff. de verbo. obliga. & Doct. in c. licèt in corrigendis. de offi. ord. cum concordantijs, & vide ad hoc ea, quæ dixi ſupra in præl. in 9. q. & vltra ibi dicta per Moder. in d. §. ſi quis ſimpliciter. vide bonā gl. in cle. 1. de iu. patro. quæ dicit, q̄ ſi mandatur alicui, q̄ faciat aliquid ſub certa forma, ſi ille talis abſq; illo mandato poterat illud facere, & fecit omiſſa illa forma, valet actus; hoc etiam voluit Abb. Sic. vbi allegat dictam gl. in c. cum in veteri, de elect. fallit, niſi eſſet dictum in commiſſione, auctoritate noſtra cognoſcas, quia tunc eſt delegatus, vt in c. cum aliquib. de reſcrip. lib. 6. niſi ex verbis alijs appoſitis in reſcripto appareret, q̄ ſuperior voluiſſet iuriſdictionem iudicis ordinarij excitare, puta, quia dixiſſet, veſtram iuriſdictionem excitamus, vel dixiſſet, procedatis, ſicut iuſtum eſt, vt in c. ſicut vnire. de exceſ. prælat. vt dicit Franc. de Aretio Doctor famoſus ſuis temporib. in d. l. 1. §. ſi quis ſimpli-

4 citer. † & tantò fortius hoc procedit, ſi rex committit ſuo viceregi cum ſubſcriptione ſuæ manus, tunc videtur ſcribere vt ordinario, & nō facere eum delegatum, quia illa ſubſcriptio inter ipſas partes habet vim legis, vt in l. 1. ff. de cōſtit. princ. & tunc non alteratur iuriſdictio ordinaria. gl. eſt ſingularis in l. vnica. in princ. gl. fin. ſuper verbo ſpecialiter. C. ne lice. potentio. quam ad hoc alle. Iaſ. Doctor famoſus noſtris temporibus in l. à iudice. C. de iudicijs. quod facit ad limita. eius, quod dicit Bart. in l. ambitioſa. ff. de decre. ab ord. facien. vbi dixit, q̄ quādo ordinario delegatur vna cauſa, & non vniuerſitas cauſarum, dicitur delegatus, vt non procedat, quando rex cum ſubſcriptione ſuæ manus ſcribit ſuo viceregi, vt cognoſcat dādo certam formam in procedendo, quia licèt poſſet dici delegatus ratione formę datæ in procedendo, tamen in ſententiando remanet ordinarius, per id, quod dicit Bal. ff. de procu. l. qui procuratorē dat, poſt Iac. But. quem refert, & ſequitur idem Iaſ. in l. ius

5 ciuile. ff. de iuſtit. & iu. † & ſi dubitetur, vtrum ordinarius ſit delegatus, vel ordinarius, in dubio debemus interpretari, q̄ ſit ordinarius, vt dicit Card. Flo. in c. licèt in corrigendis. de officio ordinarij. & idem clarius in c. quoniā Abb. in fi. col. de offi. deleg. alleg. gl. ſing. in l. iubere cauere. ff. de iuriſd. omn. iud. ſicut dicimus, q̄ in dubio appellatione iudicij intelligitur de iudicio ordinario, & non de iudicio iudicis delegati. per glo. ſing. in l. 2. in verbo, iudicio. C. de libertis, & eorum liber. & hæc tene menti, quia nō reperiuntur hæc ponderata per ſcribentes in locis prædictis ordinarijs, & credo dicere veritatem. vide Fel. in c. cum ex officij,

6 de præſcrip. in 8. col. † Tertiò no. q̄ gabelloti, & paſſagerij exigentes contra ſtatuta, vel vltra ſtatuta, debent per baiulos cōdemnari ad reſtitutionem eius, quod vltra debitum exegerunt. Et hoc intelligens magiſter camerarius debet eoſdem gabellotos, & paſſagerios, quos ipſe conſtituit in dicto officio, conſtito de dicto exceſſu, pœna rapinæ corrigere, cuius pęna intra annum eſt quadruplum, ut in l. 1. & 2. ff. vi bon. rapt. & ſi facta fuit cum armis, erit pęna l. Iulię de vi pub. & ſi cōtra eum exclametur, erit fur manifeſtus, vt dicit Bart. in l. ſi vendidero. §. 1. ff. de fur. tollitur tamen exactio pœnæ furti per exactionem pœnæ vi bonorum ra-

7 ptorum, vt dicit Bart. in l. ſi quis ex domo. ff. eod. tit. † quia rapina eſt plus quàm furtum, vt in l. ſi cum exceptione. ff. quod metus cauſa. nam Bart. in l. 1. ff. de effract. vocat raptorem improbiſſimum furem, quia furatur cum violentia. ut ff. de incen. rui. naufra. l. 3. §. non ſolùm. Quid ſi dominus à colono ſuo ultra debitum exegit? Vide tex. in d. l. 1. in quib. cauſis colo. cenſi. li. 11. & ibi tangit Luc. de Pen. quid ſi dominus ſuo vaſallo violentiam inferat.

ANNOTATIO.

a Caſum.] Adde, quòd in regno in omnibus cauſis procedi debet ſummariè, vt per regiam pragmaticam, quæ incipit, diſpendia litium. Batius.

De iudicibus annalibus, & notarijs, & eorum numero. Rub. LXXVII.

DICTVM fuit ſuprà in conſtit. magiſtri camerarij. ſub rubr. 40. q̄ ad officium magiſtri camerarij pertinet apud baiulos eligere vnum aſſeſſorem, & vnum magiſtrum actorum, qui ſit notarius publicus creatus à rege. & in conſti. ſupra, baiulos omnes. dictum fuit, quòd ad officium baiulorum ſpectat facere reaſſumi rogitus notariorum, & poſtea dictum fuit de celeri expeditione cauſarum per ipſos baiulos, & de ſententijs eorum, & aliorum iudicum ferendis in ſcriptis, & de iuriſdictione eorum circa gabellotos, & paſſagerios. & quia poterat dubitari, vtrum in terris demanij iudices ad contractus, & notarij poſſint eſſe ſine taxatione numeri, & quis debeat ipſos creare, & quę qualitates requirantur in eis, & quis ordo ſeruabitur in eis creandis, de quibus non erat dictum. ideo ſequitur hæc conſtit. ſub præſenti rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Notarij tres tantùm eſſe debent in ciuitate, vel alio loco de regis demanio.*
2 *Iudex ad contractus qualis eſſe debeat.*
Notarij qualiter in ſui creatione debeant examinari.
3 *Neapolis Capuæ præponitur & Salerno.*
4 *Notarij quot eſſe poſſint in ciuitate Salerni, Neapolis & Capuæ.*
5 *Rex ſolus in Sicilia notarios creare poteſt.*
6 *Barones an poſſint creare notarios.*
7 *Genus ſuas ſpecies omnes includit.*
8 *Poteſtas creandi notarios ex priuilegio, vel vetuſta conſuetudine poteſt competere.*
9 *Notarius vnius loci an de partium voluntate poſſit in alio loco inſtrumentum conficere.*
10 *Iudices & notarij hodie per regem dantur magiſtris iuſtitiarijs.*
11 *Teſtamenta veniunt etiam contractus appellatione.*
12 *Notarius creari non poteſt, qui ſit villanus, angarius, baſtardus, aut ſpurius.*
13 *Notarius Baronis inſtrumenta conficere non poteſt inter duos* a *Barones in eum iuriſdictionem non habentes.*
14 *Notarius recipiens contractus inter Barones de demanio regis eſſe debet.*
15 *Notarius regius Baronis vaſallus, an poſſit in terrā Baronis inſtrumen-*

*inſtrumentum conficere, in quo ſe alicui debitorem conſi-
teatur.*
16 *Notarius regius nulli perſonæ eccleſiaſticæ debet ſubiectus
eſſe.*
17 *Protonotarius qualiter per priuilegium debeat admittere ad
notariatus officium.*
Notarius regius moribus bonis debet eſſe ornatus.
18 *Literæ epiſcopi clericatum probant.*
19 *Epiſtola regis enuntians aliquem eſſe familiarem, an probet
eum eſſe talem.*
20 *Protonotarius conſuetudines ſui loci notas habere debet.*
21 *Protonotarius de quibus examinare debeat eum, qui aſpirat ad
notariatum.*
Inferior quando factum ſuperioris reprobare poſſit.
22 *Iudex de priuilegiante non poteſt iudicare.*
23 *Officium iudicis multum poteſt in his, in quibus verſatur pu-
blica vtilitas.*
24 *Notarij notitiam habere debent iuris ſcripti.*
25 *Notarius iura ſaltem implicitè debet ſcire.*
26 *Tranſumpta de priuilegijs regis facta in magna Curia, non pro
bant, niſi manu regis ſignata.*
27 *Vaſalli Baronum, Doctores legum non poſſunt in magna Curia
iudices eſſe.*

IN loci Demanij. Tres partes prin
1 cipaliter continet hæc conſti. † In prima
parte ponit regulam, & fallentiam. regu
la eſt, quòd in qualibet ciuitate, vel ter-
ra, vel caſtro, quæ, vel quod ſit de dema-
nio domini regis, non poſſunt eſſe, niſi
tres iudices ad contractus, & ſex notarij. Fallit in iſtis tri-
bus ciuitatibus, videlicet, Neapolis, Salerni, & Capuæ, quæ
ſunt de demanio regis, in quibus permittitur, quod in qua
libet dictarum ciuitatum ſint quinque iudices ad contra-
ctus, & octo notarij, per quos ferè celebrantur omnes con
tractus, & durat vſque ibi, quos non vt olim. Hic eſt ſecun-
da pars, in qua caſſat certum abuſum: olim enim magiſtri
iuſtitiarij, ſeu camerarij creabant iudices ad contractus, &
notarios, hoc expreſſè prohibet iſta conſtit. & ſtatuit, ꝙ ſo-
lus rex habeat creare iudices ad contractus, & notarios: ve-
rum magiſter camerarius poteſt ordinare penes baiulum
vnum iudicem, & vnum notarium, creatos à rege pro ma-
giſtro actorum, vt præſcriptum eſt, ſubaudi ſupra in conſti
tutione, magiſtri camerarij, & durat vſq; ibi, quos omnes.
2 Hic eſt tertia & vltima pars, in qua ſtatuitur, † quæ quali-
tas requiritur in eo, qui petit ſe iudicem ad cõtractus crea-
ri, & in eo, qui petit ſe creari notarium publicum. & dicit,
ꝙ debet eſſe de terra demanij domini regis, & ꝙ nõ ſit ob-
ligatus alicui perſonæ ſeculari, vel eccleſiaſticæ ad aliquod
ſeruitium. Item requiritur, ꝙ habeat literas teſtimoniales
hominum illius loci, qui teneat locum regis in illo loco, in
quibus literis continebitur, quòd ipſe eſt de fidelibus re-
gis, & ꝙ habet bonos mores, & ꝙ eſt inſtructus de conſue-
tudinibus illius loci, & poſtea præſentatis dictis literis re-
giæ curiæ, ipſa examinabit eum de literatura, & peritia ſua
& durat vſque in finem. & breuiter hoc intendit. In locis
demanij taxatur hic numerus notariorũ, & iudicum pro
contractibus faciendis, qui non creantur niſi à rege, & de
3 terris demanij, ſub ſolemnitate hic recitata. † No. primò ex
tex. ibi, Neapolis, ꝙ ciuitas Neapolis ex ordine literæ, qui
ordo decorat, vt dicit Lucas de Penna in l. numerarios. C.
de appa. magi. militum. lib. 12. præfertur ciuitati Salerni,
& Capuæ, & ciuitas Salerni præfertur ciuitati Capuæ. hoc
facit pro dirimendis litibus in parlamentis, & ſeſſionibus,
& hoc verum, quando ciuitas Salerni eſſet de demanio,
prout præſupponit iſta conſtitutio, propter illud verbum
exceptis: exceptio enim præſupponit, quòd erat de dema-
nio, per l. nã quod liquidæ. §. ſi cui penus. ff. de penu lega.
l. quæſitum. §. inde Neratius. ff. de fun. inſtru. no. in l. 1. ff.
de reg. iur. & in l. in his. ff. de legib. licet in ſeſſionibus de-
beat ſeruari ordo conſuetus, ſecundum Bal. in c. 1. in prin.
in 12. col. de his qui ſeu. dare poſſunt. vbi etiam, quòd iſte
4 honor ſedendi vocatur priuilegium. † Secundò no. ex tex.
octo notarios. quòd in ciuitate Neapol. in ciuitate Salerni,
& in ciuitate Capuæ per iſtam conſtitutionem nõ poſſunt
eſſe vltra octo notarios, per manus quorũ debent fieri con
tractus in ipſa ciuitate, & non per alios notarios, ſi illa con
ſtitutio in hoc ſeruaretur, eſſet dubium, an contractus fa-
cti per alios notarios, quàm per illos octo matriculatos va
lerent, & forte non, quia hic numerus octo poſitus ſuit ad
excluſionem aliorum, vt in ſi. dicit gl. in cap. gaudemus. in
verbo, duo. de diuor. bene facit text. in l. fin. C. de apparito.
magiſtrorum militum, vbi milites vltra numerum taxatũ
habentur, ac ſi non militarent. Tertiò no. ex tex. ibi, in qui-
bus fere. ꝙ hoc dixit propter contractus, qui fiunt in iudi-
cijs, tam coram iudicibus ſecularibus, quam eccleſiaſticis,
& ſic patet, ꝙ magiſtri actorum, qui erant notarij, non erãt
in iſto numero hic taxato, & ideo dixit, ferè, id eſt penè, vt
in l. in omni. ff. de adopt. de quo per Alberic. de Roſa. in au
th. quod ius. C. de procur. vide gl. ſuper verbo, ferè, & quæ
ſcribit ibi ſing. do. Vincentius de Herculanis de Peruſio in
l. ſunt qui. ff. de re iud. & ſi ſic non eſſet, illa dictio, ferè, ni-
hil importaret, ſicut nihil importat in l. 2. §. ijſdem tempo-
5 ribus. ff. de orig. iu. † Quartò no. ex tex. ibi, ſed à nobis tan-
tummodò, ꝙ in iſto regno ſolus rex, & nullus alius poteſt
creare notarios, & ſic excludit, quòd nullus alius dominus
qui fortè de iure communi poſſet notarios creare, quia iſta
dictio, tantummodo, eſt excluſiua aliorum dominorum,
qui poſſent de iure creare notarios, vt eſt tex. ibi, Car. Fl. in
c. contingit. in verbo, tantummodo. de fide inſtr. vbi iſta di
ctio, tantummodò, eſt taxatiua, & ſic excludit alios. idem
dicit Dominicus in c. mos. 1. diſt. & vide de iſta dictione,
tantummodò, Felinum in d. c contingit. in 2. col. & ſic vi-
detur mihi, ꝙ per iſtum tex. deciditur illa quæſtio, quã di-
ſputat hic And. vtrum Barones in terris ſuis poſſint creare
notarios, nam non licet eis facere notarios, ſtante prohibi-
tione huius conſt. propter illud verbum, ſolummodo, non
ponderatum per Andr. hic, & tanto fortius, cum tempore
And. Barones nõ habebãt merum & mixtum imperium,
6 † Quid dicẽdum hodie in Baronibus, qui quaſi oẽs ex pri-
uilegijs regum habent merum & mixtum imperium, an
poſſint in terris eorum creare notarios? Dubium facit ꝙ
ſic, quia ſi in terris eorum poſſunt creare officiales ad me-
rum & mixtum imperium, ergo poſſunt facere notarios,
quod eſt minus, ſed hoc non obſtat, quia hoc eis permittit
ex ſpeciali priuilegio. Et conceſſo vno de regalibus, non vi
dentur conceſſa alia regalia, imò prohibita, vt in l. maritus.
cum concor. C. de proc. & ideo And. in prælu. 19. col. dicit,
ꝙ differentia eſt inter conceſſionem, quam facit Papa de
regno regi, quia tunc tranſeunt omnia regalia, & conceſſio
nem, quam facit rex de comitatu, quia tunc non tranſeunt
regalia, vt ibi per eum. ſed ſi conceſſiſſet rex omnia regalia
alicui Baroni in terris ſuis, ſicut conceſſit rex Ferdinandus
primus reginæ Ioãnæ de Aragonia ſuæ conſorti, nõ dubita
rem, quin poſſet regina facere notarios in terris ſuis, ſicut
ille cui rex conceſſiſſet in ſpecie, ꝙ poſſet notarios creare.
Nam ex priuilegio principis põt transferri hæc poteſtas, vt
dicit Inn. in c. ſi. de fide inſtr. & Andr. hic, & tota die vide-
mus, ꝙ Papa, & Imperator aliquibus nobilibus cõcedit po
a teſtatem legitimandi baſtardos, & creãdi notarios. † Nec
7 vim facio, ſi expreſſè conceſſit, vel generaliter omnia rega
lia, quia genus includit omnes ſuas ſpecies, vt probatur in
l. ſi quid earum. §. inter emptũ. ff. de leg. 3. & no. Bart. in l. 1.
ff. ſi cer. pet. facit l. inter agnatos. C. vnde cogna. Et idem di
cerem, ſi Baro, uel prælatus eccleſiæ haberet ex præſcriptio
ne vetuſtiſsima tanti temporis, cuius initij in contrarium
memoria non extat, quòd poſsit facere notarium in terris
ſuis, vel in ſua diœceſi, nam talis præſcriptio habet vim re-
gij priuilegij, vt no. in capitulo primo, de præſcript. libro
6. ſecundum Bald. qui hoc voluit in tractatu de tabellio-
in tertia columna, accedant ad hoc concordantiæ allegatæ
per Bartholomæũ Veronenſem in tractatu de ſeruit. vrba.
præd.

præd.c. 19. Et ſic infertur, q non ſufficeret in hoc conſuetu
do, vel præſcriptio 40. annorum, quia iura regia nõ præſcri
buntur præſcriptione prædicta 40. annorum, vt infra in cõ
ſtit. quadragenaria. de præſcriptionibus. & firmat hic And.
8 † Patet ergo ex prędictis, q poteſtas creandi notarios com
petit ex priuilegio, vel vetuſta conſuetudine. hoc idem fir-
mat Alex. in 1. vol. conſi. 95. in 4. col. bene fateor, q iſta cõ-
ſtit. non extenditur de eccleſia ad prælatos eorum, vt ſi eis
ſit conſuetum in ſpiritualibus facere notarium, q valet ta-
lis conſuetudo etiam minori tempore centum annorum,
quia iſta conſt. generaliter loquens, non comprehendit prę
latos eccleſiarum, vt dicit Io. de Imo. in c. vt animarum de
conſt. lib. 6. voluit Ant. de But. in c. cum nuper. de decimis.
vbi ſi Imperator nõ habet iuriſdictionem in clericos in ſpe
cie, multo magis in genere, & firmat etiam Ant. de Butr. in
9 c. eccleſia S. Mariæ. de conſt. † An autem notarius vnius lo-
ci, vel caſtri, vel prouinciæ poſſit facere inſtrumentum, de
voluntate partium in alio loco, vel in alia prouincia, & an
valeat vbique locorum. Dixi poſt And. in c. 1. in verbo, po-
teſtas creandi magiſtratus. quæ ſint regalia. Quibus adde
Bar. in l. 1. in 12. col. ver. 7. quæro circa ſtatuta permiſſoria.
C. de ſum. Trin. vbi tenet, q ſic. & idem Bald. firmat in l. 1.
in 1. col. C. de emanc. liberorum. Sed Guliel. de Cuneo, &
Bal. in l. repetita. C. de epiſc. & cler. tenet contrarium. diſtin
gue, vt per Bar. in l. 1. ff. de offi. procon. & vide eum in l. nec
ei. §. eorum. ff. de adopt. & Lucam de Penna in l. duumui-
rum. in 1. col. C. de decu. lib. 10. & Spec. in tit. de inſtr. edi. §.
reſtat. verſi. ſed quis poteſt. & verſic. quid de his. & Hoſt. in
ſumma, de fide inſtr. §. quibus inſtrumentis. & dominos de
Rota deciſione 291. quæ incipit, inſtrumenta confecta. in
tit. de fide inſtrum. Quintò no. ex tex. ibi, præter iudicem,
& actorum notarium, quòd tempore iſtarum conſtitutio-
num magiſtri iuſtitiarij eligebant ſibi iudicem, & actorũ
10 notarium. & in hoc iſta cõſtitutio non ſeruatur, quia † rex
dat iudices magiſtris iuſticiarijs, vt ſupra, in conſtit. ſtatui-
mus. item rex dat iudices iuſtitiarijs, & non ipſi iuſtitiarij
eligunt ſibi iudices, vt probatur ſupra in conſtit. iuſtitiarij
per prouincias. bene tamen magiſter came. eligit iudicem,
& notarium publicum pro magiſtro actorum apud baiu-
lum vt hic, cõcordat tex. ſupra in conſt. magiſtri came. ſed
an Barones regni in eorum terris, & feudis poſſint eligere
notarium creatum à rege, qui ſit magiſter actorum apud
eorum baiulus & iudicem? And. hic videtur dicere q ſic,
ibi dum dicit. item poteſt facere iudicem ad reddendum
ius, & per conſequens actorum notarium per legem ſecun
dam. ff. de iuriſd. omnium iudicum. cum concordan. & ita
ſeruatur. nam dominus loci eſt iudex ordinarius in cauſis
ciuilibus, vt dicit tex. infra in ſecundo libro, in conſtitutio-
11 ne, dilationes. † Sextò nota ex tex. ibi, niſi ſit de demanio.
quòd in locis demanij nullus notarius publicus, nec aliqs
iudex ad contractus poſſunt facere cõtractus, vel teſtamen
ta publica quia appellatione contractus veniunt etiam te-
ſtamenta, vt dicetur infra in conſtitutione, inſtrumentorũ
robur. niſi ipſe notarius, & iudex ſint de terra demaniali
domini regis. Et ſic patet, q notarius publicus creatus à re-
ge, qui eſt vaſallus Baronis, non poteſt contrahere in terra
de demanio regis, ſed ſolum poterit contrahere in terra Ba
ronis inter priuatas perſonas. & non in terra de demanio.
Et idem dicendum eſt, ſi notarius eſſet ſubiectus alicui Ba-
roni, vel perſonæ eccleſiaſticæ, puta, quia teneretur ei ad
aliquod ſeruitium perſonale, nam non poſſet contrahere
in terra demaniali. Et eſt ſciendum, q in regno iſto per con
ſtit. regni poſitam infra in 3. lib. huius conſt. in tit. de hono
12 re militari. quæ incipit, conſt. præſenti. in fine. dicitur, † q
nullus, qui ſit villanus, aut angarius, aut ſpurius, vel baſtar-
dus poſſit fieri notarius, aut iudex. & ad maiorem declara
tionem rex Ladiſlaus de Durãtio, filius regis Caroli tertij,
fecit legem generalem in regno, quæ eſt in viridi obſeruã-
tia, q nullus notarius creatus à rege, qui ſit vaſallus alicu-
ius Baronis, poſſit facere contractus pro Barone, niſi ſit no
tarius de terra demanij domini regis, & ſi fecerit aliquod
inſtrumentum pro Barone, tale inſtrumentum nullam fidẽ
faciat in iudicio, nec extra. & incipit dicta lex, Ladiſlaus
&c. non ſine prudentis prouiſionis miniſterio &c. cha. 74.
Sed ſuper dicta l. regis Ladiſlai occurrit vna dubitatio, v-
trum notarius factus à rege, qui eſt de terra vnius Baronis,
poſſit conficere publicum inſtrumentum inter duos alios
Barones, qui nullam habent iuriſdictionem in ipſum nota
rium. Videtur dicendum prima fronte, q non poſſit facere
inſtrumentum, & confectum non probat. Quia licet dicta
conſtitutio regis Ladiſlai prohibeat notarium creatum a
rege, vaſallum Baronis, facere inſtrumentum pro Barone
pro eo, quia præſumitur, q Baro, cui eſt ſubditus notarius,
inferat metum ipſi notario: tamen illa ratio eſt potius im-
13 pulſiua quàm finalis, quia † ceſſante cauſa impulſiua, non
ceſſat diſpoſitio legis generalis, vt in l. 2. §. fi. ff. de dona. l. 1.
§. ſexum. ff. de poſtulando. quia poſtea ſubditur in d. l. regis
Ladiſlai, & ex nunc in antea omnia inſtrumenta, ſcripturę,
& contractus &c. tangentia, & tangentes quoſcunque di-
cti regni magnates, proceres, Comites, & Barones & terra-
rum dominos, fiant, & fieri debeant per notarios publicos,
atque demaniales &c. & ſic notarius Baronis inter duos
Barones, qui nullam habent in eum iuriſdictionẽ non con
ficiet inſtrumentum, & confectum non probat, propter il-
lud verbum, quoſcunq; dicti regni magnates &c. quod eſt
vniuerſale, vt in l. qui autem. §. fi. ff. de cõſtit. pecun. & no.
Bal. in c. 1. §. donare. qualiter olim feud. ali. poterat. & ſic in
cludit tam Barones, qui habent iuriſdictionem in notariũ,
quàm Barones, qui nullam in notarium habent iuriſdictio
nem. Secundò pro hac parte facit id, quod dicit Io. And. &
Dominicus in c. quoniam. de immun. eccl. lib. 6. & Philip-
pus in capitulo, cum ceſſante. de appella. quòd cauſa legis
conditæ poſita in lege, tunc dicitur impulſiua, quando pō
ſtea lex generaliter loquitur, licet cauſa, quæ narratur, ſit in
ſpecie, & ſic fecit dictus rex in dicta ſua conſtitutio. † Ter-
14 tiò pro iſta parte facit, quia dictum capitulum regis Ladiſ
lai vult, quòd in contractibus Baronum notarius debet eſ-
ſe de terra de demanio regis. ergo non de terra Baronis, ar-
gum. l. cum prætor. ff. de iudic. cum ſimilibus. & iſtam par-
tem audio, quòd firmauit dominus Paris de Puteo in ſuo
tractatu, de reaſſumendis inſtrumentis. In contrarium ta-
men facit id, quod dicit Baldus poſt glo. in l. cum tale. §. le-
gato falſam. ff. de condition. & demonſtratio. vbi dicitur,
quòd cauſa, quæ inſeritur in lege, ſemper præſumitur fina-
lis, & ſic ceſſante ipſa cauſa, quia Baro nõ habet iuriſdictio
nem in notarium, ceſſat legis prædictæ diſpoſitio, vt l. gene
raliter. C. de epiſcopis & clericis. & in capitulo, magnæ. de
voto. habetur in cap. cum ceſſante. de appellatio. cum ſim.
Dyn. in cap. decet. de regu. iur. libro ſexto. Et hanc partem
tenuit dominus Aug. de Rao, magnus aduocatus in ciuita
te Neapol. ſuo tempore, in quadam ſua apoſtilla ſuper di-
cto capi. quam oſtendit mihi eius filius Antonius de Rao,
V. I. Doctor, & regis Federici auditor, & conſiliarius. Nec
obſtat, quòd in contrarium allegatur, quod illud verbum,
quoſcunque, intelligitur de quibuſcunque habentibus iu-
riſdictionem in notarios, qui non ſunt de demanio regis,
quia intelligitur etiam de habilibus, ſecũdum Albericum
de Roſ. in dicta l. qui autem. §. fin. & ſic non obſtat dictum
Ioan. Andr. in capi. quoniam. & cum de iſta quæſtione ha-
buiſſem verbum cum aliquibus Doctoribus antiquis re-
gni, dixerunt mihi, quòd ſecũdum iſtam vltimam partem
fuit ſemper in regno obſeruatum, vt notarius regis uaſal-
lus vnius Baronis poſſit inter duos Barones cõficere inſtru
mentum inter eos, qui nullam iuriſdictionem habent in
eum in terris eorum, & tale inſtrumentum probat, dum-
modo non ſit factum in terra demanij regis, in qua vaſal-
lus Baronis, & notarius regis non poteſt contrahere, niſi
15 aliud habeat in ſuo priuilegio. † Sed mihi occurrit aliud
dubium, quid ſi vaſallus Baronis notarius regia auctorita-
te faciat inſtrumentum in terra Baronis, in quo confitetur
ſe debitorem cuidam mercatori ex cauſa mutui, vtrũ iſtud
inſtrumentum probet? Videtur q ſic, ex quo inſtrumentũ
eſt

eſt contra Baronem, & non pro Barone, & ſic nõ præſumi-
tur metus Baronis adhibitus, & ſic ceſſat cauſa finalis di-
ctæ legis conditæ per regem Ladislaum, & ideo ceſſat legis
prohibitio. Sed in contrarium facit, quia tex. dictæ conſt. lo
quitur generaliter non limitando, vtrum contractus ſit ad
vtilitatem, vel ad damnũ Baronis, pro quo facit inſtrumen
tum, ideo generaliter debet intelligi. l. de pretio. ff. de pob.
l. s. §. generaliter. ff. de leg. præſtan. l. item apud Labeonem.
§. generaliter. ff. de iniu. cum multis ſimil. Non ergo eſt in
conſideratione, an inſtrumentũ, quod notarius regis vaſal-
lus Baronis fecit, cantet in vtilitatem, vel in damnum Baro
nis, vt valeat, vel nõ valeat. Sed an Baro habeat iuriſdictio-
nem in eum, & in habitu potuiſſet ſibi incutere timorem;
vt faceret illum contractũ reſpiciẽtem, aut ſuã neceſſitatẽ,
aut vtilitatem, quæ vtilitas, & neceſſitas æquiparantur, ut
in c. ſcias frater. in fi. 7. q. 1. no. glo. 25. q. 2. in ſumma. & in
auth. hoc ius porrectum. C. de ſacroſ. eccl. Abb. in c. nulli.
de reb. eccle. non alien. in 1. col. potuit enim dictus contra-
ctus, licèt apparenter in damnum domini videatur, eſſe exi
ſtenter & clandeſtinè in eius vtilitatem, & ideo vendicat
ſibi locum diſpoſitio d. legis præfati regis, quæ annullat ip
ſum inſtrumentum, ne poſſint partes renunciare d. conſtit.
quæ facta fuit ob publicam vtilitatem, ut euitentur falſitas,
per no. in l. nemo poteſt. ff. de leg. 1. cum concor. quæ ibi al
legantur per Moder. agat ergo ille mercator contra illum
Baronem, ſi habet teſtes ciuiliter, & probat per teſtes mu-
tuum, & ſic obtinebit, & non virtute talis inſtrumenti.
16 †Septimò no. ex tex. ibi, nec alicui perſonæ eccleſiaſticæ. ꝙ
protonotarius & viceprotonotarius, quãdo ſupplicatur, ꝙ
aliquis fiat notarius regia auctoritate, debet multũ aduer-
tere, ꝙ ille qui petit ſibi concedi officium notariatus, ꝙ nõ
ſit ſubiectus alicui perſonæ eccleſiaſticæ, quia ſi eum repe-
rit ſubiectum perſonæ eccleſiaſticæ, non debet ipſum face-
rè notarium, aliàs dicitur delinquere in officio, quia facit
contra iſtam conſtit. niſi hoc feciſſet de ſpeciali licentia re-
gis, qui poteſt derogare huic conſt. ſicut in multis, & eius
ſpeciali auctoritate derogatum eſt in numero notariorũ,
vt dicit hic And. & eſt derogatum, quia rex creat etiam no
tarios vaſallos Baronum, ꝙ poſſint facere inſtrumenta, etiã
in terris demanij, prout ego vidi priuilegia notariorum
vaſallorum Baronum, in quibus dicebatur, ꝙ poſſint con-
trahere in terris demanij, non obſtantib. conſtitutionib. &
capitulis regni, tunc videtur derogatum iſti conſtit. per id,
quod dicit Bart. in l. fi. C. ſi contra ius vel vti. pub. & in ex-
trauaganti, ad reprimendam, in verbo, non obſtantib. cum
ſimilib. quæ ibi alle. quia ſolùm ius regium tollit iſtam in-
quiſitionem, an ſit ſubiectus eccleſiæ, vt probatur ex dictis
Bal. in authen. hoc inter liberos. in 1. colum. C. de teſtam.
17 †Octauò no. ex tex. ibi, cum literis teſtimonialibus, ꝙ pro-
tonotarius, vel locũtenens protonotarij, antequam admit-
tat aliquem ad officium notariatus per priuilegij expedi-
tionem, debet illum interrogare, ſi habet literas teſtimo-
niales officialium regis deputatorum in illo loco, vnde eſt
ipſe, qui deſiderat fieri notarius publicus, in quibus literis
teſtimonialibus debet fieri fides per dictos officiales, ꝙ il-
le, qui petit fieri notarius, eſt fidelis regis, & eſt bonis mori
bus ornatus, & habet notas conſuetudines illius loci. & ſic
iſtæ literæ officialium regis illius loci faciunt fidem dicto
protonotario de prædictis vigore præſentis conſt. ſic etiam
defenſores ciuitatum debent habere teſtimonium, ꝙ ſint
de nobilioribus ciuitatum, ut in auth. præſides gẽtium. C.
de epi. audien. & de defenſo. ciuit. l. defenſores. & in Auth.
18 eo. tit. §. interim. †Sic etiam literæ Dom. epiſcopi teſtifican
tis, ꝙ talis eſt clericus, probant eum eſſe clericum, ſecun-
dum Cyn. in l. ſi qua per calumniam. C. de epiſc. & cler. Sic
etiam literæ domini teſtificãtis, ꝙ talis eſt eius procurator,
conſtito ꝙ ille illas literas ſcripſit, probant eum eſſe procu
ratorem ſuum, ut dicit ibi Cy. & eſt tex. & ibi Bar. & Ang.
in l. ſi procuratorem abſentem. ff. de procurat. & dicunt ibi
præfati Doct. quòd in dubio præſumitur, ꝙ ſit ille, de quo
loquuntur literæ ratione præſentationis, licèt negetur per
eum, cuius intereſt, ꝙ non eſt ipſe ille, de quo loquuntur li
teræ, & dicit ibi Ang. ꝙ ita vidit iudicare. hodie vnus ex iu
dicib. magnæ Curiæ Vica. me interrogauit, verũ ſupraſcri-
ptio literæ, in qua dicebatur, nobili tali procuratori meo,
probet ipſum fuiſſe procuratorẽ? Dixi, ꝙ ſtatur dictis lite-
ris, quando agitur inter ſcribentem & eum cui ſcribitur, &
quando atteſtatur negotij iam diſpoſiti atteſtationem, ita
dicit Iac. de Arena, Alb. & Bal. in l. non epiſtolis. C. de prob.
per l. Publia. §. fin. ff. depoſiti. Et ſi tractetur de præiudicio
alterius, talis litera non probat, quia principalis pro eo nõ
cauit, ut in clem. 1. de procur. Fallit, niſi eſſet filius ſcriben-
tis illam literam, & periculum eſſet in mora, tunc admitte
retur ad defendendum pro patre, ſecundùm Bal. in l. exigẽ
19 di. C. de procurato. †An autem litera regis, in qua ſcribitur
enũtiatiuè, ꝙ talis eſt regius familiaris, probet eum eſſe fa-
miliarem? Vide in c. ſi Papa. de priui. lib. 6. & Lucã de Pen-
na in l. probatorias. C. de diuer. offi. vbi allegat pro & con-
tra. Sic etiam creditur literis epiſcopi teſtimonialibus de
ordinibus, & moribus alicuius clerici, ut in c. 1. de cle. pere
grinis. ſicut etiam creditur literis epiſcopi ſolo ſuo ſigillo
ſigillatis ſuper reſignatione beneficij ex cauſa permutatio-
nis facta inter ſuos ſubditos in manibus ſuis, & per ipſum
admiſſa, & collatione ſubſecuta, ut firmant Domini de Ro
ta, deciſio. 25. & firmat Abb. Sicu. in c. poſt ceſſionem. in 7.
col. de prob. & ibi plenè per eũ de iſto articulo. An & quan
do credatur literis iudicis ordinarij, uel delegati, ſiue ſit v-
nus, ſiue plures, tam in iudicialibus, quàm in extraiudicia-
lib. ſigillatis authentico ſigillo, uel cũ ſubſcriptione teſtiũ,
ſiue negotium ſit leue, ſiue arduum, & ibi, an credatur lite-
ris epiſcopi de excommunicatione alicuius, & an credatur
literis epiſcopi, ſi narrat præceſſiſſe præſentationem? Vide
Lud. Rom. in l. ſciẽdum. in 10. q. principali. ff. de verb. obl.
& in deciſio. Rotæ, deciſ. 453. incip. ſed retento eo. thema-
te. & Fel. in d. c. poſt ceſſionem. Quid autem de literis cre-
dentiæ, an obligent mittentem. Vide per Bar. & ibi apoſtil
20 las Alexan. in l. Lucius Titius. ff. de fideiuſſo. †Nonò no. ex
tex. ibi, & ipſius loci conſuetudinibus, ꝙ notarius debet ſci
re conſuetudines ſui loci, in quo ipſe habet reſidere, & ſu-
per hoc debet habere literas teſtimoniales ordinariorum.
An autem notarius debeat ſcire ius ſcriptum, dicetur infra
in 11. not. Et ſic patet, ꝙ aliud eſt ius, & aliud conſuetudo,
ſecundùm Bart. in l. de quibus. 5. col. ff. de legi. Et ideo ap-
pellatione iuris, non intelligitur de conſuetudine loci. de
hoc tamen me remitto ad Alex. in l. poſt dotem. in 17. col.
ff. ſolu. matrimo. & ad Abb. Sicu. in rubr. extra de conſuet.
& in c. cum veniſſent. de eo, qui mittitur in poſſeſsionem
cauſa rei ſeruandæ, & ad glo. in proœ. cle. in uerbo, iure. &
ad Iaſonem in l. omnes populi. ff. de iuſtit. & iure, & ad do
minum Alber. Brunum Aſtenſem in tractatu ſtatutorum
mulierum, in 1. articu. in fi. nunc vides, ſi multa potuiſſem
ſcribere, vltra quæ ſcribo ſuper iſtis conſtitutionibus, ſed
loquor breuiſſimè, quantum patitur expoſitio iſtarum cõ-
21 ſtitutionum. † Decimò no. ex tex. ibi, examinationem au-
tem literaturæ. quòd protonotarius uel eius locumtenens,
ad quem hodie pertinet officium examinandi petentem
ſe fieri notarium, debet diligenter inquirere, ſi ſciat bene
ſcribere, & legere, quia notarij debent bene ſcribere. & in
hoc ſatis peccaret dictus officialis, ſi admitteret ad officiũ
notariatus illos, qui neſciunt bene ſcribere, quorum lite-
ræ cum magna difficultate leguntur. Nam iſti deberent
per iudices ſuſpendi ab officio, quia non fuerunt bene exa
minati. ſicut dicitur, quòd Imperator electus poteſt repro
bari, & ex conſuetudine doctor approbatus in ſtudio ge-
nerali, poteſt reprobari per collegium ciuitatis Neapolis,
ſi reperitur inſufficiens, ut dicit Nicolaus de Neapoli in l.
ſed reprobari. in prin. ff. de excuſ. tuto. Nec obſtat id quod
dicitur, quòd inferior non reprobat, quod fecit ſuperior,
quia hoc eſt uerum, quando ex certa ſcientia hoc facit, uel
ſuper hoc diſpenſauit, ſecus quando eſt deceptus per ſuos
officiales, quia non obſeruauerunt debitam examinatio-
nem, tunc datur iudicibus poteſtas à iure eos prohibendi

ab officio ex defectu qualitatis neceſſariæ in officio requiſitæ. Nec obſtat, quòd iſta conſtitutio nihil dicit, quòd iudex ordinarius notarios minus legitimè examinatos poſſit reprobare, quia ſi hoc non dicit iſta cóſtitutio, ergo non poteſt inde a eum prohibere, quia ſemel approbatus non poteſt reprobari, vt notatur in l. Pomponius. in gl. ff. de ne-
22 got. geſt. & in regula, quod ſemel. in 6. † quia reſpódetur, q iudex non poteſt iudicare de priuilegiante, ſed bene poteſt iudicare de perſona priuilegiata, dummodo non tágat poteſtatem, & mentem principis, ſecundùm Inn. in c. cum venißent. de iudicijs. niſi hoc dependeret ex iure ſcripto, & non per examen facti, ut in l. ex facto. ff. de vulg. & pup. ſecundùm Bald. in l. 2. C. ſi à non comp. iudi. Et dummodo præceſſerit monitio, q debeat intra certum tempus doceri bene ſcribere, aliàs non poſſet eum priuare, argum. eorum, quæ no. Ang. in Auth. de hær. & falci. §. ſi quis autem. Sed iudicio meo cautius faceret conſulcare regem, q talis notarius ita malè ſcribit, q eius literæ cum difficultate leguntur, & ideo ſuper hoc fuit malè examinatus. nam litera notarij debet eſſe legibilis, ut dicitur infra in conſt. ſequenti, quæ incipit, conſuetudinem quã, & rex iuſtus debet prouidere ſuper eligente, & ſuper electo, ſecundùm Bald. in d.
23 l. 2. † In his enim, in quibus verſatur publica vtilitas, multùm poteſt iudicis officium, ſecundùm Bal. in l. prætor ait. §. hoc autem iudicium. ff. de dam. infec. Intereſt enim reipublicæ, quòd acta iudiciaria, & inſtrumenta fiant de litera legibili, tum propter iudices, qui habent ipſa legere ſine difficultate, tum propter alias priuatas perſonas. nam publica vtilitas eſt, ſi cauſæ cito expediantur, vt dicit Alex. in l. 1. col. 25. de offi. eius cui man. eſt iuriſd. Deus ſit mihi teſtis, ſi propter literas illegibiles de facili non ita expediuntur cauſæ, ſicut expediuntur cauſæ, quarum proceſſus ſunt facti de literis legibilibus. vnde viceprotonotarius in creatione notariorum ſatis debet ſe informare, ſi qui petit officium notariatus ſciat bene ſcribere, & ſi non ſcit bene ſcribere, non debet prætextu lucri ipſum admittere ad dictũ officium, quia facit contra mentem principis, cuius mens eſt, q officia dentur habilibus, & non inhabilibus. l. ut gradatim. §. 2. ff. de mun. & ho. l. 1. C. de ſacroſ. eccl. per Bart. in
24 l. 5. §. nuntiatio. 2. col. & ibi per Mod. ff. de op. no. nun. † Vndecimò & vltimò no. ex tex. ibi, & etiam iuris ſcripti. q ille, qui petit ſe fieri notarium publicum, debet examinari, an habeat aliquam notitiam iuris ſcripti. & ideo dicebat Spec. in tit. de inſtrum. edi. §. reſtat. verſi. ſed nunquid tabellio, q tabellio debet ſcire iura, ne illicitos contractus celebret, vt C. de ſacroſan. eccl. l. iubemus. §. his tabellionib. & no. in l. 3. C. de tabul. lib. 10. Bar. ibi dicit q non tenetur ſcire iura, ſicut Doctor, ſed ſatis eſt, ſi ſciat ea, quæ pertinẽt ad officium notarij. idem dicit Abb. Sic. in c. ſicut. in fi. ne clerici vel mona. dicit Alber. de Roſa. in l. fi. C. ad Vellea. quòd quidam notarius ſcripſit in inſtrumento, q quædam mulier renuntiauit, certiorata ab ipſo notario de beneficio Velleiani, & fuit interrogatus notarius, quid eſt beneficiũ Velleiani, & neſciuit. & ex hoc fuit pronuntiatum, q illa renuntiatio non valuit. & dicunt Io. de Platea in d. l. generali. & Luc. de Pen. ibi, q notarij debẽt ſcire iura, ſicut aliæ perſonæ, quæ non excuſantur ab ignorantia iuris, ut in l. leges ſacratiſſimæ. C. de legi. cum concor. & ſubdit ibi idem
25 Lucás dicẽs, † q notarius debet ſcire iura implicitè, præter illa, quæ ad eorum officium pertinent, & tangunt actũ inſtrumentorum, illa tenetur ſcire explicitè, in tantùm quòd ſi eius imperitia damnificantur cõtrahentes, eiſdẽ tenetur, arg. l. ſi quis domum. §. Imperator. & l. item quærit. §. ſi gemma. ff. loc. & ff. ſi menſor fal. mod. dixer. l. 1. §. 1. dicit tamẽ, q notarius non tenetur ſcire ſubtilitates iuris, arg. l. ſi fideiuſſor. §. quædam. ff. mand. In glo. 1. ibi, & cum voluerit cõfirmari, vult hæc gl. quòd illæ literæ teſtimoniales, de quibus dixi ſupra in 8. not. debent præſentari magnæ Curiæ Vica. Adde, q hodie magna Curia Vica. circa conceſſionẽ officij notariatus, nihil ſe intromittit, quia ſpectat ad officium protonotarij. In 2. gl. dic, vt dixi ſupra in 4. not. & in quantum iſta gloſ. allegat l. probatorias. C. de diuerſ. offic. lib. 12. ſcias unum dictum, quod dicunt ibi Lucas de Penna, & Ioannes de Platea, quòd ſemel fecit mihi honorem:
26 † nam in magna Curia fiunt tranſumpta de priuilegijs regis, dixi, quòd talia tranſumpta nihil probant, niſi ſint manu regis regnantis, uel eius viceregis, ut dicit ibi Lucas de Penna. licèt dicat, q vidit contrarium ſeruari. Sed profectò ſi vidit ſeruari contrarium, non attenditur id, quod fit, ſed quod fieri debet, vt no. in cap. cum cauſam. de electio. nam dicta ſolemnitas in tranſumptione regij priuilegij eſt de forma tradita per d. l. probatorias. & iudices non poſſunt iudicare contra leges ſacratiſſimas, ut in l. leges. C. de legi. In gloſ. tertia; adde ad gloſ. tex. infra in conſtit. de honore militari. quam allegaui ſupra in ſeptimo notab. In eadem
27 gloſ. & ita multò fortius. nota iſtam gloſſam, † quòd vaſalli Baronum regni, Doctores legum nõ poſſunt eſſe iudices iuſtitiarij, & multò fortius non poſſunt eſſe iudices magnæ Curiæ Vicar. quod non eſt obliuioni mandandum. nec vaſallus Baronis Doctor iuris debet talem iudicaturam petere, poſtquam ſcit ſe habere qualitatem reſiſtentem tali officio, ſicut dicimus de notario, qui ſcit ſe habere aliquẽ defectum occultũ, qui ſi eſſet notus, non poſſet facere inſtrumentum, quòd debet ſe abſtinere à faciendo inſtrumentum, ut dicit Bartolus in dicta lege, generali. C. de tabularijs. In gloſ. finali dic, vt dixi ſupra in octauo notabili.

ANNOTATIO.

a Notarios.] An Comes palatinus habeat poteſtatem legitimandi? Vide Bartolum in Auth. quibus modis naturales efficiãtur ſui, in §. nulli. & an poteſtas legitimandi & creandi tabelliones expreſſè conceſſa per Imperatorem Comitem palatinum, poſſit per eũ alijs denegari? Vide Bald. in rubrica extra de officio delegati. in 4. colum. in fi. Item nota, quòd non poteſt delegari legitimatio. & in cap. quoniam apoſtolica. ad finem, eodem titulo. Alexand. in l. imperium. colum. 5. verſi. quid autem. ff de iuriſdictione omnium iudicum. & ibi Iaſ. in 14. colum. & in l. 1. in 7. colum. verſic. 7. iſta regula. ff. de officio eius, cui mandata eſt iuriſdictio. vide laté per Martinum de Zuzarijs in ſuo tractatu de legitimatione, & an filius naturalis, vel baſtardus, qui offert ſe curiæ legitimetur, & efficiatur in patria poteſtate? Vide Bar. in auth. quibus modis naturales in princ. & an per ſubſequens matrimonium filius naturalis legitimetur, & quid de legitimatione facta per reſcriptum principis, an & quando locum habeat? Vide per Bart. in §. tribus. & in §. ſi igitur. in d. Auth. quibus mod. & de materia filiorum naturalium & baſtardorum, vide Alex. in l. ex facto § ſi quis rogatus. ff. ad Trebel. Panor. in c. cum haberet. de eo qui duxit in matrimonium, quam polluit per adulterium. Ang. Aret. Inſtit. de ſucceſſione cognatorum. §. vulgò quæſitos. late per practicam Papienſem in tit. de forma libelli pro hæreditate ab inteſtato delata, in verbo, nulliſque ſuperſtitibus. Batius.

De inſtrumentis conficiendis. Rub. LXXVIII.

DICTVM fuit ſupra in conſtit. baiulos omnes, de reaſſumptione inſtrumentorum faciendorum auctoritate baiulorum, & quòd baiuli cito debeant cauſas expedire, & de eorum ſententijs in ſcriptis ferendis, & q eorum iuriſdictio ſe extendit ad coercendum gabellotos, & paſſagerios ab illicitis exactionibus. Et quia non ſolùm notarij actorum apud baiulos debent eſſe de terra demanij D. regis, dedit formam; qualiter ſunt creandi. Verùm quia nulla adhuc erat data forma, in qua materia ipſa inſtrumenta publica debeant ſcribi, & reaſſumi, ideo ſubnectitur hic rubrica, de inſtrumentis conficiendis, ſubaudi, in charta de pergameno, & non in charta de papyro, niſi ſit apocha, uel antapocha, ſubaudi, priuata, ſiue publica, de quibus publicis apochis loquitur titulus, de apochis publicis. libro decimo. Sequitur nigrum.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumenta publica ſcribi debent litera legibili in charta de pergameno.*
Inſtrumentum ſcriptum in papyro non probat.
2 *Notarius de iure communi inſtrumentum ſcribere poteſt.*
3 *Inſtrumentum in papyro ſcriptum cum ſubſcriptione iudicis & teſtium, an ſaltem vt priuata ſcriptura fidem faciat.*
4 *Debitum non perit inſtrumento perdito.*
5 *Iura potentialiter habens diuerſa, ſi ab vno excludatur, ab alio non excluditur.*
6 *Geminatio multùm operatur aliquando.*
7 *Verba geminata quid in contractibus & inſtrumentis operentur.*
8 *Inſtrumentum an poſſit in charta roſa confici.*
Scriptura inſtrumenti, & charta, in qua ſcribitur, munda eſſe debet.
9 *Inuentarium an valeat ſcriptum in pergameno ex duabus chartis compacto.*
10 *Inſtrumentum in pluribus chartis ſcribi poteſt.*
11 *Inſtrumenta aſſumpta ex protocollo cum ſigno notarij, an faciant fidem in magna curia.*
12 *Ciuitates Siciliæ, quæ olim in modo ſcribendi inſtrumenta conueniebant.*
13 *Inſtrumenta ſcribi debent taliter, vt in futurum conſeruari poſſint.*
14 *Fama inueterata ſufficit in inſtrumentis antiquis.*
15 *Præſumptio oritur ex facto antiquo.*
Dubia ſuſpendere, virtus eſt prudentiæ.
16 *Antiquitas, ſeu longitudo temporis rerum mobilium conſumptionem induccit.*
17 *Apocha per quos & qualiter fieri poſſit.*
18 *Statuta & conſtitutiones quò ad futura ligant, non quò ad præterita.*
19 *Inſtrumenta ſcribi non debent in vili materia.*
Anni Domini debent in inſtrumentis apponi.

CONSVETVDINEM, quam. Diuiditur hęc conſtitutio in tres partes. In prima caſſat omnem conſuetudinem, per quam valebant inſtrumenta ſcripta per literas non legibiles, puta per ſigna, vel cifras, & iubet, ꝙ inſtrumenta publica, & cautelæ fiant per literas legibiles communes, & ſcribantur per dicta inſtrumenta publica, & cautelæ publicæ in chartis de pergameno, et nõ in charta de bombice, quia ſi in charta de pergameno ſcribantur, durabunt in futurum multo tempore, vſq; ibi, et inſtrumentis. Hic eſt ſecunda pars, in qua ſtatuitur, ꝙ ſi inſtrumenta non ſcribantur in charta de pergameno, ſed in chartis de papyro, tale inſtrumentum in charta de papyro ſcriptum nullam fidem, nec probationem facit in iudicio, vel extra, niſi ſit inſtrumentum apochę, vel antapochæ ſcriptum in papyro, tunc facit fidem, vſq; ibi, ſcripturis tamen. Hic eſt tertia & vltima pars, in qua remouet dubium. Quid de ſcripturis publicis in pręteritum ſcriptis in charta de papyro, vel ſcriptis de litera non legibili, vt ſunt inſtrumenta ſcripta de litera curialiſta, an probent. & dicitur, ꝙ remanere debent in ſuo robore, cum hac declaratione, ꝙ inſtrumenta publica ſcripta in papyro in tempore præterito ante conditam iſtam conſtitutionem debent intra annos duos poſt editam præſentem conſtitutionem redigi in charta de pergameno, de litera communi legibili, & hoc habet locum ſolùm in locis Neap. Amalphiæ, & Surrenti, & durat vſq; in fi. & breuiter hoc dicit. Vt inſtrumenta publica conficienda in futurum probent, debent eſſe ſcripta de communi litera legibili in charta de pergameno, qualibet conſuetudine in contrarium non obſtante, niſi ſint apochæ vel antapochæ. Et inſtrumenta præterita in papyro ſcripta in locis Neapo. Amalphiæ, & Surrenti, intra duos annos reficiantur in charta de pergameno. No. pri-
1 mò ex tex. ꝙ notarij debent † ſcribere inſtrumenta publica
in charta de pergameno, & per literam communem legibilem. concordat in 2. li. conſti. priuilegia. ſub rub. 27. & dixi ſupra in conſti. præced. in 10. notab. Et ſic infert, ꝙ ſi inſtrumentum publicũ eſſet ſcriptum in papyro, etiam cum ſubſcriptione iudicis ad contractus, & ſubſcriptione teſtium, nullam fidem faceret in hoc iudicio, vel extra iudiciũ, & expreſsè dicitur in iſta conſtitutione. Et in hoc iſta conſti. eſt laudabilis. Nam de iure communi non reperitur, ꝙ in-
2 ſtrumentum ſcriptum in charta de papyro, non probet,
vt dicit Spe. in tit. de inſtr. edi. §. poſtremò. verſi. item quod eſt ſcriptum in papyro. bene tamen in iuramento, ꝙ præſtant notarij, dicitur, ꝙ debeant ſcribere inſtrumenta in charta de pergameno, & non in chartis de papyro, vel in chartis talis, vt dicit Spe. in tit. de inſt. edi. §. reſtat. verſi. porrò nonnulli. & idem dicit Abb. Sicu. in c. cum dilecta. de confir. vti. vel inuti. Appellatione enim chartę de iure communi cõtinetur charta de papyro, vt in l. librorum. §. quod tamen Caſſius. & §. chartis. ff. de leg. 3. & patet in d. l. gene-
2 rali. in ver. chartas. Item de iure communi notarius † poſ-
ſet ſcribere inſtrumentum etiam in tabula, ſecundùm Bar. in l. qui tabulas. ff. de furtis. Nec refert, an inſtrumentum ſit ſcriptum in charta pecorina, vel pecudina, vel in charta de corio vituli, vel alterius animalis, dummodo ſit charta de pergameno. & vide Abb. ibi, vbi ponit differentiam inter chartam pecudinam, & pecorinam. dicit tamen ibi Ab. Sic. referendo Hoſt. quòd tutius eſt, quòd ſcribatur inſtrumentum in papyro, quàm in pergameno, quia non poteſt in papyro fieri abraſio, quòd non cognoſcatur, quod non eſt ſic in pergameno, & dicit veritatem, quia ad lumen candelę ſubtiliſſima abraſio in papyro cognoſcitur, quod non eſt ſic in pergameno, vt expertus cognoui. Sed iſtam rationem non conſiderauit iſta conſti. ſed rationem, quia magis conſeruantur in tempus longiſſimum inſtrumenta in pergameno quàm in papyro, vt expreſsè dicitur in tex. Et licet reperiretur inſtrumẽtum publicum in papyro, etiam quod eſſet antiquum, & eſſet bene conſeruatum, non propterea faceret fidem in hoc regno propter iſtam conſtitu. quæ generaliter loquitur, quia ratio legis adaptatur ad frequentia, & non ad rarò contingentia, vt in l. nam ad ea. ff. de legi. cum concor. & allegatis in c. literas. in glo. de de-
3 ſponſa. impube. Sed iuxta hoc quæro primò. An † inſtru-
mentum publicum ſcriptum in papyro cum ſubſcriptione iudicis, & teſtium, poſtquam non facit fidem in iudicio nec extra, ſubaudi, tanquam publicum inſtrumentum, faciat fidem tãquam ſcriptura priuata, poſtquam habet ſubſcriptionem teſtium, & paratus eſt verificare manus ibidem ſubſcriptas. Et loquor, quando contractus non requirebat ſcripturam publicam ad ſui probationem, de quibus in c. 1. de cenſi. lib. 6. in glo. & in l. contrahitur. ff. de pign. quia tunc eſſemus in caſu claro, quòd illud inſtrumentum propter defectum, quia non ſcriptum in pergameno, non eſt inſtrumentum: ſed loquor de inſtrumentis, quæ fiunt ad cautelam. Et antequam veniam ad ſolutionem, præmitto, quòd iſta duo ſunt diuerſa, videlicet, obligatio, vel contractus in inſtrumento, & ipſum inſtrumentum: quia inſtrumentum eſt probatio obligationis, & non obligatio, vt dicit Spe. in tit. de inſt. edi. §. poſtquam. verſi. videtur tamen. & ideo aliud eſt contractus, vel obligatio, & aliud eſt inſtrumentum, in quo eſt ſcriptus contractus, vt colligitur ex glo. in l. 1. §. editiones. ff. de edendo. faciunt ad hoc ea, quæ allegat Fel. in c. capitulum. in 13. col. verſi. limita octauò. de reſcri. inſtrumentum enim fit ad probationem obligationis. l. ſeruum. §. eum qui chirographum. ff. de lega. 1. Et ideo dicit tex. in l. 1. C. de fide inſtrumentorum. ſi perit
4 † inſtrumentum, non perit debitum contentum in inſtru-
mento, ad idem. l. ſi ſolemnibus. eo. tit. Et verba, quæ ſcribit notarius in contractu, non ſunt verba notarij, ſed verba partium, dixit Bald. in l. Imperator. 3. colum. ff. de ſtatu homin. per glo. in l. ſciendum. de verbo. obligatio. de quo dixi in cap. 1. §. notandum. in fine, de his qui feu-

dare poſſ. hoc præmiſſo reſpondeo ad dubium, ꝙ prima fa
cie videtur, ꝙ tale inſtrumentum publicũ, ſi nõ põt valere
vt publicũ, valebit vt priuatum: & ſic eo modo, prout vale-
re poteſt, quia quis præſumitur velle in dubio, quòd actus
valeat, vt valere poteſt. l. quoties. ff. de reb. dubijs. cum con
cordan. ſuis. de quo per ſcribentes in l. 1. §. ſi quis ita ff. de
verbo. oblig. Item dicit Bal. in d. l. Imperator. in 4. col. verſ.
ſed nunquid in contractu in ſcriptis. ꝙ ſi non valet in vim
ſcripturæ, valebit in vim alterius probationis. & in 6. colu.
verſicu. ſed nunquid notarius actorum dicit, ꝙ priuata au
ctoritate vſurpatur, quod publica auctoritate conceditur.
& in l. planè. ff. quod falſo tutore authore. dicit, ſublato iu-
re ſingulari, ſubaudi, huius conſtitutionis, remanet ius cõ-
mune. vnde ſi vigore ſtatuti non põt peti executio inſtru-
menti poſt decem annos, poteſt agi via ordinaria. Sic in
propoſito, licet illud inſtrumentum non probet, vt publi-
cum, probabit vt ſcriptura priuata. Inde dicebat Bal. in l. ſi
5 mihi & tibi. in fine principij. ff. de leg. 1. quòd † quãdo plu
ra iura potentialiter concurrunt in perſona alicuius, licet
excludatur ab vno iure, non excluditur ab alio, à quo non
reperitur excluſa. ſic. ff. de bonis liber. l. ſi filius. In cõtrariũ
facit id, quod dicit Bal. in rub. de conſtitu. pecunia. vltima
colum. verſicu. ſequitur de forma. vbi voluit, quòd ſi dico,
promittis mihi per ſtipulationem, & tu reſpondes ex in-
teruallo, promitto, non ualet promiſſio, nec vt ſtipulatio,
nec vt pactum nudum: ſecus, quando non fuiſſet appoſi-
tum illud verbum, per ſtipulationẽ. & hoc firmant Mod.
in d. l. j. §. ſi quis ita. ff. de verbo. oblig. Ita in propoſito, ſi
non valet inſtrumentum tanquam publicum, quia ſcriptũ
in papyro, non valebit etiam in ſcriptura priuata. Nec ob-
ſtat euidentiale, quia interdum inſtrumẽtum capitur pro
contractu, & obligatione: & ſic continens pro contento,
vt in l. ſi qua mulier. & ibi Bal. C. ad Velleianum. Item
etiam pro iſta parte inducuntur verba huius conſtitutio-
nis, quæ dicit, quòd inſtrumenta ſcripta in charta de papy
ro, niſi ſint apochæ, vel antapochæ, in iudicijs, vel extra iu
dicia nulla omnino probatio aſſumatur: & ſic iſta duo ver
ba vniuerſalia, nulla, & omnino, operantur, quòd non va-
leat etiam ut priuata ſcriptura, quia dictio, omnis, nihil ex-
cipit, niſi apocha, & antapocha. & qui omne dicit, nihil ex-
cipit, ut no. in l. à procuratore. C. mandati. l. ſi pluribus. ff.
de leg. 1. Barto. in l. ſerui. §. fina. eodem titu. cum ſimilibus.
6 Item & tertiò, geminatio † iſtarum duarum dictionum
vniuerſalium, ſcilicet, nulla & omnino, habent excludere
probationem publicam, & priuatam, argumen. l. Baliſta. ff.
ad Trebellian. quam ad hoc allegat Alexand. in 2. volum.
conſi. 315. in 6. colum. incipiente, nec arguẽdi ſumus &c.
Geminatio ſemper plus operatur, quàm ſimplex dictũ, ut
dicit Alexan. ibi, & in 4. volum. conſi. 53. 6. colum. & in 1.
vol. conſilio 101. 6. colum. incipien. viſis inſtrumentis, &
eorum quæ notat Iaſ. in l. 1. §. nunciatio. in 4. colum. verſi.
ego limito alio modo. ff. de oper. noui nunciatio. vbi inter
alia refert Salic. dicentem in l. 2. in 3. colum. C. de noxa. ꝙ
ſi ſtatutum diſponat, quòd quicunque occiderit hominem
quocunque modo, vel qualitercunque, decapitetur: tũc nõ
diſtinguitur, an ad ſui defenſionem, vel dolo. Faciunt ad
hoc multa de actu geminato in ſcriptis redacto etiã incõ-
tinenti, quæ notat Felyn. in cap. ſi cautio. 13. colum. de fide
7 inſtrumen. verba enim geminata multũ † operantur plus
quàm verbum non geminatum, vt patet etiam ex ſcriptis
per Ludouic. Roma. in l. ſi verò. §. de viro. in 31. fallentia.
ff. ſolu. matrimo. ubi poſuit decemnouem potẽtias verbo-
rum, ſiue actuum geminatorum, ut ibi per eum. Item &
quartò, exceptio iſta, niſi ſit apocha, & antapocha, confir-
mat regulam in non exceptuatis, vt dicit Dyn. in rubr. de
regu. iur. lib. 6. l. in his. ff. de legib. not. in c. ut iuſta. de offic.
ordin. & in cap. 2. de coniug. lepro ſo. Et ideo ſi ſolùm ex-
cipit apochas publicas, & priuatas, cætera firma manent,
vt inſtrumentum in charta de papyro nihil omnino pro-
bet, & ſic nec ut ſcriptura priuata, quia ſic noluit iſta con-
ſtitutio, & ſic ceſſat illud dictum Bal. in l. planè. ex quo re-
peritur, quòd Imperator tollit ſcripturæ in papyro omnẽ
effectum probationis. Quintò iſta duo verba, nulla, & om
nino, exponuntur, i. nullo modo, vt in l. in naue Saupheli.
in fi. & ibi glo. ff. locati. uel ſine diſtinctione, ut in l. ubi au-
tem. §. fi. ff. de verbo. oblig. quæ iura ad hoc alleg. Alexã. in
2. volum. conſi. 72. incip. viſis, & diligenter ponderatis. bo
neſacit cap. quamuis. de pact. lib. 6. Et ſi hanc vltimã par-
tem tenerem iudicando, non offenderem mentem huius
8 conſtit. Secundò quæro, † vtrum notarius poſſet ſcribere
inſtrumentum in pergameno in charta raſa, & faciat fidẽ?
Glo. in l. chartæ. de bono. poſſeſſ. ſecundùm tabul. dicit per
illam legem, quòd inſtrumentum poteſt fieri in charta ra
ſa. Bar. ibi dicit, quòd conſuetudo hoc non obſeruat. & ſic
patet, quòd de iure ualet inſtrumentum in chartis raſis
ſcriptum, ſed de conſuetudine generali ſecus eſt. Et ideo in
iſto regno iudicandum ſecundùm bonas conſuetudines,
ut patet in conſtitu. puritatem. & in conſtit. ut in vniuerſis.
& de iſta conſuet. quòd nõ ſcribantur inſtrumenta in char
ta raſa, facit mentionem Albe. de Roſa. in l. ſacri affatus. C.
de diuerſ. reſcrip. ubi alleg. Specu. in tit. de reſcri. præſen. §.
1. verſi. & quoniam forma. &. de inſtru. edi. §. reſtat uidere.
uerſi. porrò ſunt nõnulli. & Arch. 12. q. 2. c. cum redẽptor.
Laudo hanc conſuetudinem propter periculum falſitatis
vitandæ, ut no. Bal. in l. cõparationes. in 2. col. C. de fide in-
ſtrum. cum de facili in charta raſa de corio poſſet fieri ab-
raſio, & ſcribi duo, uel tria nomina ſubſtantialia, & nõ poſ
ſet cognoſci falſitas. Et ideo ego non puto chartam raſam
eſſe mundam. & dicit Bal. in l. contractus. in 5. col. uer. de-
inde quæro. C. de fide inſtru. quòd nõ ſolùm ſcriptura dẽt
eſſe munda, ſed etiã charta, in qua ſcribitur. unde propter
viliſſimam, & immundam chartam ſcriptura eſt ſuſpecta,
ſm Gul. ibi, & no. in Authen. de trien. & ſemiſ. §. & quoniã
ſæpe. bene facit, quod dicit Anto. de But. in c. 1. de fide in-
ſtru. quòd ſatis detrahitur fidei inſtrumenti, ſi eſt ſcriptum
in chartis raſis. alleg. tex. & gl. in l. fi. C. de edic. diui. ſi eſt ra
ſa, qua in parte. ita loquitur d. l. fi. ſecundùm glo. ibi. & Ale
xan. de Imo. in l. ſi quis ex argentarijs. §. ſi initium tabula-
rum. ff. de eden. ſuper hoc dubio refert Ange. & Salyce. in
l. quoniam indignum. de teſtam. ut eum uidere poteris, quia
ſuper hoc dubio nolo amplius ſcribere, quia habeo hodie
pro expedito ex generali conſuetudine, quòd inſtrumentũ
in charta raſa ſcriptum eſt ſuſpectum. Et ideo nullam facit
fidem. Tertiò quæro, pone, quòd producitur inuentarium
9 † in charta de pergameno ſcriptum per manus notarij pu
blici, ſed eſt duabus chartis pergamenis incollatum, & in
fine eſt ſubſcriptio iudicis, ſignum notarij, & teſtes ſubſcri
pſerunt, utrum tale inſtrumentum faciat fidem? Videtur ꝙ
nõ, quia poſſet committi falſitas hoc modo, ut ſcribatur
totum inuentarium in pergameno per unum priuatum, &
poſtea recipiatur finis unius ueri inſtrumenti in pergame-
no, quæ aſſimiletur ſcripturæ chartæ prædictæ incollatæ,
cũ ſubſcriptione teſtium, notarij, & iudicis, & incolleatur
dictæ chartæ ſcriptæ. Et ideo ut euitetur falſitas, nõ eẽt dan
da fides dicto inſtrumento de duab. chartis incollatis, per
ea quæ dixi in præced. quæſt. ꝙ propter periculũ falſita-
tis uitandæ hoc ſtatui dẽt, ſm Bald. in d. l. comparationes.
In contrarium facit, quòd unum inſtrumentum põt ſcribi
in plurib. chartis, ut in l. locum. §. 2. ff. de tabul. exhiben. &
in l. 1. §. hoc interdictũ. ibi, proinde & ſi plures tabulæ ſint.
10 eo. tit. unde poſtquam † inſtrumentũ poteſt ſcribi in dua-
bus, & pluribus chartis, ualebit inſtrumentum. Et quando
apparebit de falſitate, tunc non ualebit. Et iudex ex officio
ſuo poterit ueritatẽ inueſtigare, ut dicit Ange. in Auth. de
tabel. in 1. col. Nec præſumitur falſitas ex eo, ꝙ eſt ſcriptũ
in plurib. chartis, ex quo iſta conſt. expreſsè dicit, ꝙ inſtru-
menta poſſunt ſcribi in membranis, ſic indiſtinctè, & intel-
ligimr, ſiue ſit unus rogitus in pluribus membranis, ſiue
plures rogitus in plurib. membranis. Et etiam, quia ſic uo-
lunt dicta iura Romanorum. Et idem dico, ſi unus rogitus
uel plures rogitus eſſent in uno inſtrumento ſcripto per u-
num notarium in plurib. chartis, & in fine notarius faceret
mentionem

mentionem de numero chartarum,& q ipſe rogatus ſcrip
ſit pro meliori conſeruatione , & ſubſcriberent ſe iudex &
teſtes per dicta iura, valet, ac ſi eſſet ſcriptum io vnu perga-
meno, quia & plura inſtrumenta de diuerſis rebus poſſunt
fieri in vno inſtrumento, vt probatur in l.cum plures.ff.de
euict.& vt pluriuòm magna inuentaria ſic in libris ſcribũ-
tur, & vidi illis dari plenam fidem in iudicijs, ſi aliter ſint
11 authentica. † Quartò quæro, vtrum valeat conſuetudo, q
inſtrumeuta , quæ reaſſumuntur ea protocollo cum ſigno
notarij in charta de bombice, viuis teſtibus, ea quo poteſt
de facili reaſſumi, faciant fidem in magna Curia Vica. Pro
fectò ſi liberè ſecundùm iuſtitiam daretur audacia, dicerẽ,
q talis couſuetudo non valet, tum quia expreſsè eſt contra
iſtam conſt. quæ vult, q inſtrumenta in papyro nullam om
nino probationem inducant : & ſpecifice caſſat conſuetu-
dinem quandam &c. caſſantes. Nec obſtat, q iſta conſuetu
do caſſat conſuetudinẽ præteritam, & non futuram : quia,
vt dixi ſupra in proœ. §. fi. quando conſtitutio tollit cõſue-
tudinem, quæ fuit in præteritum, impedit , q in futurum
contra illam conſt. non poſſet induci conſuetudo futura cõ
tra dictam conſtitutionem, per iura, quæ ibi allegaui: benè
tamen rea, vel ſacrum conſilium, qui, vel quod de neceſſi-
tate non tenetur ad obſeruantiam iſtarum conſtitutionum
coutra veritatem, quam præcipiunt, poſſet ex cauſa diſpen-
ſare, cõſultato tamen domino Rege, vt dicta inſtrumenta,
viuis teſtibus, cum ſigno notarij Neapolitani haberẽt fidẽ:
oon quia conſuetum, ſed ex eo, quia Rex poteſt tollere iſtã
conſtitutionem tacitè, eo ipſo, quòd contrarium facit, vt di
cit Aud. ſupra in conſt. præceden. in fi. tamen magna Curia
Vicariç nou poteſt dictis chartis bombicinis fidem adhibe
re , nec conſuetudo quadragiuta annorum põt dare robur
dictis ſcripturis bombicinis, niſi eſſet conſuetudo, quæ ha-
beret vim priuilegij, de qua in c. ſuper quibuſdam. §. 1. de
verb. ſigni. & tunc oporteret, quòd probaretur in proceſſu,
vt dicunt Doct. in l. 2. C. quæ ſit lon. conſue. & in l. de qui-
bus. ff. de legib. Quintò & vltimò quæro, an iſta conſtitutio
vendicet ſibi locum contra fiſcum, vel rempublicam, vel in
materia feudali, & contra pauperes , & miſerabiles perſo-
nas? Vide, quæ dixi ſupra in conſt. baiulos omnes. & de iſtis
perſonis, & quæ ibi dixi, dico quòd habent locũ in iſta con
ſtitutione, quæ in eadem eſt ratio . Secundò no. ea tex. ibi,
12 ſcribendi modo. quod † iſtæ tres ciuitates, videlicet, Nea-
polis, Amalphia, & Surrentum cõueniebant antiquitus in
modo ſcribendi inſtrumenta, ſubaudi, in forma, & in mate
ria. i. per literas curialiſtas, & in papyro, vt ſentit hic Audr.
& no. tex. iſtum, quòd præponit ciuitatem Amalphię ciui-
tati Surrentinæ, & bene facit, quia ciuitas Amalphię habet
theſaurum pretioſiſſimum io cuſtodiam. ſ. corpus integrũ
ſanctiſsimi Apoſtoli Andreæ, germani ſancti Petri, vicarij
Dei omnipotentis , à quo de continuo eait manna pretio-
ſum: & nullus eius corpus videre poteſt. eait autem manna
prædictũ per quandã fiſtulam argenteam, ſupra quá eſt ta-
za argentea , & illa ſemper eſt plena de dicto manna . & ſi
euacuetur, immediatè ſurgit alia vſq; ad ſummitatem cir-
culi dicti vaſis, & nunquam ſpargitur. Et presbyteri donãt
petentibus de dicto manna, quod iuuat ad infirmitates, &
ad ſedandam tempeſtam maris. & ſi in loco, vbi reponitur,
committitur aliquod peccatũ, non reperitur in illo vaſe vl
terius: præter alia, quę non ſunt in ciuitate Surrenti, licet in
Surrento ſint alia, quæ non ſunt in ciuitate Amalphiæ ; &
maximè optima vina, de quibus facit mentionem irrecon
ſultus in l. fi. ff. de vino trit. & ol. lega. Tertiò no. ea tex. ibi,
13 multis futuris tẽporib. † quòd Imperator ſtudet, vt inſtru-
menta conſeruentur in futurum, vt ſcribantur in charta de
pergameno, quæ magis conſeruatur, quàm charta de papy
ro, & ſic vult, quòd ſtet inſtrumentis publicis antiquis ſcri-
ptis in charta de corio. in iſtis factis antiquis magis ſtandũ
eſt inſtrumentis quàm teſtib. vt dicit Bal. in l. ſi alterius. C.
ſi minor ſe maior. dixerit. & Albe. de Roſ. in l. ſcripturę. C.
de fi. inſtr. gl. in c. tertio loco. de prob. Iuxta hoc quæro, po-
ne, quòd producitur publicum quoddam inſtrumẽtum in
pergameno, excedens metam annorum cẽtum, nec eſt me-
moria, quòd ille fuit notarius, nec poteſt probari per cõpa-
rationem aliorum inſtrumentorum eiuſdem notarij , nec
etiam poteſt probari de litera ſubſcriptionis iudicis ad cõ-
tractus, & teſtium: an tale inſtrumentum probet, ſi negetur
q ille ſit notarius? Bal. in l. Barbarius. ff. de offic. præt. in 13.
col. verſic. qualiter probetur, q quis fuerit notarius . dicit,
14 q † in inſtrumentis antiquis, de quib. poteſt eſſe fama, ſuf-
ficit inueterata fama, vt in c. veniẽs. de verb. ſignu. Et ſi eſſet
adeo antiquum, q de tabellionatu non eſſet fama, ſufficit,
q reperiantur plura inſtrumenta in locis authenticis, puta
in archiuo publico, de fide inſtrumentorum, in authen. ad
hæc. dicit Inno. in cap. 1. de fide inſtrum. quòd in hoc non
ſufficiunt , ſi duo inſtrumenta eiuſdem notarij exhibean-
tur ad probandum eum notariuu, ſed debent eſſe plura, li
cet hoc non firmet Alexand. in 1. volum. conſil. 138. in 4.
colum. & ſequen. Inde dicit Innocent. in cap. cum P. tabel-
lio. eod. titu. quòd contra ius eſt, quòd credatur chartæ ani
malis mortui ſine alio adminiculo. debet ergo conſtare ,
quando negatur, quòd ille fuit notarius, vt dicit Alexand.
in 4. volum. conſil. 101. in 1. colum. & in 2. volum. conſil.
70. in 5. colum. per id, quod dicunt Ioan. de Imo. & alij in
c. fin. de fide inſtrum. Et ſic inſtrumentum publicum anti-
quiſſimum, de quo non eſt initij memoria, ſi negetur, q il
le non eſt notarius, & non poteſt adiuuari alia probatione
vel coniecturis, non probaret. Sed reperio Alber. de Roſa.
in d. l. Barbarius. in pen. colum. dicentem , quòd ſi inſtru-
mentum venit de longinquis partib. vel notarius eſt mor-
tuus : & tunc creditur inſtrumento, quia non de facili po-
teſt probari, quòd ſit tabellio, aliàs non creditur. Item repe
rio Bald. in authen. quas actiones. circa fin. C. de ſacroſan.
eccle. dicentem, quòd in inſtrumentis ita antiquiſſimis nõ
expedit probare, quòd notarius fuerit mortuus, uel aliàs in
quaſi poſſeſsione notariatus , quia ex ipſo actu ita antiquo
15 oritur † præſumptio, ut notat Innoc. in d. c. veniens. Et pro
hoc facit id, quod dicunt Hoſtien. & Ioan. And. in c. Albe.
de teſtib. q ſi opponitur contra ſententiam, quòd non con-
ſtat, q nuncius retulit citaſſe partem, certè ſi nõ poteſt pro-
bari, quia lapſum eſt tempus annorum, præſumitur pro iu
dice: & ſic q interuenit relatio nuncij, & tanto magis, quã
do notarius in inſtrumento dixit ſe notarium, ut dicit An-
gel. in §. hinc nobis. in Authen. de hær. & fal. Ego dicerem,
quòd quando producuntur iſta inſtrumenta antiqua pu-
blica, & altera pars negat, q ille, qui ſcripſit, & dixit ſe no-
tarium rogatum, & non poteſt probari per teſtes, quòd ille
fuit notarius, neque reperiuntur inſtrumenta eius manus,
nec protocollum, nec poteſt haberi fama publica de eo, &
apparet inſtrumentum in ſui figura ſine vitio aliquo, iudex
habeat conſiderare circunſtantias, & coniecturas remotas,
& proximas , ſi correſpondent cum inſtrumento . & tunc
procedat dictum Bal. in d. authent. quas actiones . quia ad
iudicem ſpectat cuncta rimari . c. cum Io. eremita. de fide
inſtrument. Si autem nullæ poſſunt eſſe coniecturæ pro-
ximæ , vel remotæ , quæ concurrerent cum inſtrumento ,
ſuſpenderem fidem ipſius inſtrumenti, donec haberentur
coniecturæ , aut pro inſtrumento, aut contra inſtrumen-
tum, quia dubia ſuſpendere , virtus eſt prudentiæ , vt dixi
in deciſionibus meis , in deciſio. 353. Quartò nota ea tex.
ibi , ex vetuſtate forſitan deſtructionis . ex quo antiquitas
16 temporis † rerum mobilium inducit deſtructionem , &
conſumptionem . & ideo ſi iudex facit ſequeſtrum rerum
tempore periturarum, debet res illas vendi facere , & pre-
tium ſequeſtrare, ut dicit Bartol. in l. litibus. C. de agrico.
& cenſit. lib. 11. Item res ciuitatis, uel pupillorum, quæ ſer
uando ſeruari non poſſunt , ſine decreto alienari poſſunt,
ut in l. lex quæ tutores. ff. de adminiſtratio. tutor. & in l.
ſi quæ hæreditatis. C. de vendi. re. ciui. libro vndecimo. be-
ne facit id, quod dicit Bartol. in l. quod ad præſens. C. de
murileg. libro undecimo . quòd ſi tutor , uel officialis pu-
blicus habet reddere rationem de aliquibus ſupellectili-
bus, uel alijs rebus mobilibus, quæ uſu conſumuntur, ſuffi

cit allegare, ꝙ tanto tempore veriſimiliter debuerunt poſ-
ſe corrumpi, arg. l. fin. C. de alim. pup. præſtan. & iſtud di-
ctum allegauit in facto Alex. in 1. vol. conſil. 45. in 2. col.
17 Quintò † no. ex tex. ibi, niſi ſint apochæ & antapochæ, ꝙ
apocha poteſt fieri non ſolùm manu priuati, ſed etiam ma
nu tabellionis, iudicis, & teſtium: & pōt fieri etiam in pa-
pyro, & fidem facit. quæ autem dicatur apocha, & quæ an-
tapocha, in l. plures apochæ, C. de fide inſtru. dr, ꝙ anta-
pocha eſt, quæ fit ad vtilitatem creditoris: apocha eſt, quæ
fit ad vtilitatem debitoris. de iſtis apochis vide, quę dixi in
l. j. 2. & 3. C. de apoc. publicis. lib. 10. Sextò no. ex tex. ibi,
nulla omnino, ꝙ iſtæ duæ dictiones vniuerſales importāt,
ꝙ inſtrumentum in papyro ſcriptum non facit fidem in iu
dicio, nec extra, neq; vt ſcriptura publica, nec vt priuata,
prout dixi hunc tex. ponderando ſupra in primo nota. in 1,
q. tene hoc menti, quia non memini me alibi hoc legiſſe.
Septimò no. ex textu ibi, ſcripturis tamen præteritis, ꝙ ſi
reperiretur aliqua ſcriptura de literis curialiſtis, vel ſcri-
ptura publica in charta de bombice facta ante iſtam con-
ſtitutionem editam, faceret fidem in iudicio ſi facta fuiſſet
in aliqua ciuitate regni extra Neapolim, Amalphiam, &
18 Surrentum. ſecus ſi † eſſet facta poſt iſtam conſtitutionē.
Et ſic patet, ꝙ conſtit. ligat quò ad futura, non quò ad præ-
terita: & hoc eſt regolare, vt in c. fi. de conſtit. vbi ſunt con-
cordantiæ, & limitationes ad hanc regulam, vide ibi per
Fel. qui ponit decem limitationes. Octauò & vltimò no. ex
tex. ibi, redigantur, ꝙ inſtrumenta ſcripta Neapoli, Amal-
phiæ, & Surrenti in charta de bombice in pręteritum an-
te iſtam conſtit. de literis curialiſtis, debent refici de litera
legibili intra duos annos. Et ſic patet, ꝙ ſi non ſunt refecta,
non probant, per ea quæ notantur in l. non dubium. C. de
legib. & ſic iſta conſtit. in bonc caſum trahitur ad pręteri-
ta & ideo dixi cuidam nobili, qui prætendebat habere iuſ
patronatus ex inſtrumēto curialiſto antiquo facto in char
ta de bombice, ante iſtam conſtit. in ciuitate Neap. quòd
ex quo non eſt renouatum de communi litera legibili, ni-
hil probat, ſecus ſi fuiſſet in pergameno, quia iſta renoua-
tio reſtringitur ſolùm, qn̄ inſtrumenta curialiſta ſunt in
charta de bombice, in dictis tribus ciuitatibus, vt probat
iſte tex. ibi, quæ in chartis bombicis, ergo ſecus ſi in chartis
de pergameno. Sic etiam inſtrumenta facta in regno ſub
nomine hoſtis Regis, niſi intra annum renouentur cū no-
mine veri Regis, nullam fidem faciunt in iudicio, vel ex-
tra, vt infra in conſtit. priuilegia, & inſtrumenta, in ſecūdo
libro. In glo. 1. eam omitto, quia ponit ſummarium in hac
conſtit. In gloſ. 2. ibi, quantum glo. alleg. conſtit. ſi dubita-
tio. de probatio. & ſic ſentit, ꝙ tunc inſtrumēta ſunt authē
tica, cùm ſunt ſcripta de litera communi legibili. Sic etiā
19 de iure communi ſententiæ & acta † debent ſcribi de lite-
ra legibili, ita ꝙ omnes de facili poſſint illam legere, vt di-
cit tex. in Anth. vt præpo. nomen Imper. §. illud quoque, &
concordantiæ ſunt ibi in glo. in verbo, ab omnibus Sic etiā
dicit hic glo. quòd anni Domini ſunt ponendi per conſe-
quentiam literarum, ideſt, per longum, & non abbreuiatè,
vel per ambitum, & ſigna, vt in iuribus hic in gl. allegatis.
& tene menti hanc glo. quia facit contra notarios, qui per
ambitum ponunt annos domini in inſtromento, quia ex
hoc poſſunt inſtrumenta impugnari, per iſtam glo. In glo.
3. in verbo, probatione aſſumatur. Quærit glo. quæ fuit rō,
quæ mouit conditorem huius conſtitutionis ad iubēdum;
quòd inſtrumenta ſcripta in charta de bombice nō valeāt
cum illa poſſint conſeruari, ſicut ſcripta in pergameno? Re
ſpondet glo. ꝙ ratio poteſt eſſe, quia ille, qui poſt iſtam cō-
ſtitutionem fieri facit inſtrumentum publicum in papyro,
facit contra iſtam legem regiam. Et ideo punitur, vt illud
inſtrumentum non probet. poteſt dari alia ratio, quia in-
20 ſtrumenta non debent ſcribi in vili † materia, vt dixi ſu-
pra in 1. no. Et quod fit contra legem, haberi debet pro in-
fecto, argum. l. liberi hominis. ff. de contrahen. empt. & In-
ſtit. de empt. & vend. §. fin. In glo. fin. dic, quòd iſtæ conſti-
tutiones fuerunt factæ, & expeditæ, & publicatæ anno Do
mini 1200. de menſe Septembris. 5. indictionis, vt patet in
data iſtarum conſtitutionum, ideo reddo te aduertentem,
quando producuntur inſtrumenta in papyro, vt videas, ſi
ſunt facta ante iſtam conſtit. dixi ſupra in 7. no. & ſeq. &
hac ratione attenta patet, quòd in inſtromentis debent po
ni anni Domini, vt dixi ſupra in cōſtit. baiulos omnes, &
probatur in l. donatio ſiue directa. C. de dona. quam alle-
gat hic gl. Sequitur conſtitutio, cum noua.

ANNOTATIO.

a Probet.] Vide tex. in c cum dilecta. §. nos igitur attendentes de confirmat. vt. vel inut. & ibi eſt gl. in verbo, duximus innouanda. vbi datur inſtantia inter ſcripturam & inſtrumentum ſcriptum in membrana, & ſcriptum factum in papyro: quia ſcripturæ factæ in papyro nulla fides adhibetur, ſi vetuſtate conſumatur, quod ſecus eſt in inſtrumentis vetuſtate conſumptis, vel a muribus roſis ſcriptis in pergameno, quibus fides adhibetur. Barius.

SVMMARIVM.

1 *Iudex in Sicilia nullus eſſe poteſt, niſi à Rege conſtitutus.*
Quæſtio multipliciter capitur in iure.
2 *Conſenſus priuatorum iudicem non facit eum, qui iuriſdictione caret.*
3 *Iudices baiulorum ſententias proferre debent in præſentia ipſorum.*
4 *Aſſeſſor viceregis non poteſt ſententiam ferre vicerege abſente.*
5 *Ius quandoque dicitur locus, vbi iuſtitia exercetur, & ius redditur.*
6 *Appellari poteſt ad Regem medio omiſſo,*
7 *Appellatio à ſententijs baiulorum deuoluitur ad magiſtrum camerarium.*
Statuto proprio nemo ligatur.
8 *Cauſæ de rebus poſſunt per partes in arbitros compromitti.*
9 *Sententia iudicis nulla eſt in abſentia baiuli lata.*

CVM noua. Continet iſta conſtitutio tria
dicta principaliter, & eſt pro maiori par-
te localis in ciuitatibus Neapoli, Amal-
phiæ, & Surrenti. Primum eſt, ex quo pro
uiſum eſt in hoc regno quòd omnes indi-
ces ſunt ſtatuēdi per regiam curiam, ideo
caſſat, & annullat in ciuitatib. Neapoli, Amalphiæ, & Sur-
renti admuzatores, qui recipiebant iuriſdictionem à parti
bus, & iubet, ꝙ ſolùm illi iudices habeant cauſas coram
baiulis examinare, & per ſententias determinare, qui Nea-
poli vocabantur compalatij, qui ſunt ordinati a regia cu-
ria. & durat uſque ibi, à quorum ſententijs. Hic eſt ſecun-
dum dictum, quòd à ſententijs iudicum baiulorum non
licet appellare ad pares, ſed ad Regem, vel ad magiſtrum
inſtit. vel ad magiſtrum camerar. ſicut in reliquis partibus
regni poteſt appellari ad Regem, vel ad magiſtrum inſtit.
vel magiſtrum camer. prouinciæ. & durat vſque ibi, arbi-
tris. Hic eſt tertium dictum, quòd licet ſint caſſati dicti iu-
dices admuzatores, qui non habent iuriſdictionem, quia
priuatorum conſenſu non confertur iuriſdictio, tamen nō
per hoc denegatur partibus facere compromiſſum in arbi
tros, ſicut eſt de iure communi, & durat uſque in finem.
& ſcias, quòd iſta conſtitut. ideo dicitur noua, quia fuit fa-
cta poſt promulgationem iſtarum conſtitutionum. No. pri
mò ex tex. ibi, ut iudices de quæſtionibus cognoſcentes.
1 † quòd nullus iudex in hoc regno de quæſtionibus, ſcili-
cet, ſecularibus poteſt cognoſcere, determinare, niſi ſit me-
diatè, vel immediatè conſtitutus à rege, quia omnis iuriſdi
ctio in hoc regno reſidet in perſona Regis, vt dicit tex. in
c. j. quę ſint regalia. & ſic nullus poteſt exercere iuriſdictio
nem etiam ciuilem, niſi deſcendat à Rege, & ſic iuriſdictio
nem ordinariam ciuilem, quam habēt Barones in terris eo
rum, dicuntur habere à Rege, eo ipſo ꝙ ſint inueſtiti à Re
ge de eorum terris, ut dicit And. in c. 1. quid ſit inueſti. Et

ſcias,

ſcias, ꝙ quando iſtud verbum qõnis, profertur a lege, tunc
quæſtio intelligitur per litis cõteſtationem, vt in l. 3. C. fin.
reg. ſecundùm Bat. in l. amplius non peti, in 2. col. ff. rẽ rat.
hab. Si verò profertur ab homine, intelligitur ẽt ante litẽ
conteſtatam, ſecundùm eum ibi. vbi dicit etiam ꝙ qõ aſſu
mitur etiam pro dubitabili propoſitione, & interdum pro
tortura: & ibi ponit differentiam inter quæſtionem, litem,
& controuerſiam, & in l. 1. C. de præſcr. longi temp. & per
Salyc. in l. ſi quis maior. C. de tranſact. Secundò no. ex tex.
2 ibi, admuzatores, ꝙ † priuatorum conſenſus non facit iudi
cem eum, qui nullam habet iuriſdictionem, ad idem tex.
in l. priuatorum. C. de iuriſ. om. iud. Et ideo iſti admuzato-
res, qui nullam habebant iuriſdictionem in dictis trib. ciui
tatibus, ſed eligebantur à partibus, hic caſſantur, & annul-
lantur: & dicit Albe. de Roſ. in l. quiſquis. C. de poſtulan-
do, ꝙ Romæ erant certi iudices, qui recipiebant auctorita
tem à partibus, & tamen adminiſtrationem habebant: &
ſic credo, ꝙ erant iſti admuzatores, quia iuriſdictio proce-
dere debet a Rege, & ſic a publico, a quo fluit per commiſ
ſiones, & confirmationes: & refluit per appellationes, &
querelas, & nullitates, vt dicit no. Bald. in c. 1. §. ad hæc. de
pace iura. fir. Et ſic infertur, ꝙ vniuerſitas non poſſet elige-
re iſtos admuzatores ſine confirmatione ſuperioris, vt di-
cunt ſcribentes in d. l. priuatorum. nec per hoc tollitur fa-
cultas compromittendi in arbitrum, vel arbitratorẽ, vel in
ſimul, vt expreſsè dr in iſta conſtitutione in fi. differentias
aũt inter arbitros, & arbitratores, & iudices, vide in Spec.
in tit. de arbitris: in §. reſtat. & ibi etiam in quib. cõueniũt.
3 Tertiò no. ex tex. ibi, coram eorũ baiulis. ꝙ † iudices baiu-
lorum debent proferre ſententias interlocutorias, & diffi-
nitiuas in p̃ſentia baiulorum. Nam iſta dictio, coram, exi-
git præſentiam perſonalem. l. coram. ff. de verb. ſignif. l. diẽ
proferre. §. coram. ff. de arbit. & pro hoc facit tex. ſupra in
conſtit. officiorum. ſub rub. 58. ibi dum dr, in pręſentia ſpe
cialiter baiulorum, à ſententijs iudicum &c. Et ideo dicit
hic gl. ꝙ baiuli non debent loqui in ſententia, ſed iudices
eorum tantùm. Sed contra hoc gl. opponit, ꝙ immo baiuli
vnà cum eorum iudicib. debent proferre ſententiam, quia
baiuli ſunt iudices ordinarij, qui iurãt miniſtrare iuſtitiã,
ut ſupra in conſtit. puritatem. & in cõſtit. baiuli locorum.
ſub rubri. 67. Item habent iuriſdictionem ordinariam, &
mixtum imperium, vt ſupra in conſtit. magiſtri camer. ſub
rub. 60. Item poſſunt plures iudices ordinarij ferre diuer-
ſas ſententias, vt in Auth. vt iudices non expectent ſacras
iuſſiones. §. ſin autem duo. col. 9. Sed hic dr, ꝙ iudices baiu-
lorum iudicant in præſentia baiulorum, ergo malè. gl. no.
ſoluit & dicit, ꝙ conſuetudo ſeruat, ꝙ baiuli & iudices ſi-
mul pronuncient ſñias, & debent eſſe ipſi baiuli pręſentes,
aliàs ſñia non tenet, ſi eſt lata eis abſentibus, vt in l. cũ ſen-
tentiam. C. de ſenten. & interl. om. iud. immo ſi eſſent duo
iudices, & duo baiuli, & lata eſſet ſententia, vno præſente,
& alio abſente, non valeret, vt dicit Bal. & ideo pridie dixi,
4 ꝙ quidam † aſſeſſor viceregis in prouincia protulit ſñiam
ſub nomine uiceregis abſentis: ꝙ talis ſententia eſt ipſo iu
re nulla, per d. l. cum ſententiam, & iſtam gl. & ſic ſine præ
ſentia officij non poteſt ferri ſentẽtia. & ſic iudices magnæ
Curiæ Vicar. non poſſunt ferre ſentẽtiam ſine præſentia re
gentis, etiam ꝙ ipſum nominent in ſententia fuiſſe pręſen
tem, ſecundùm Iac. But. & Ang. in l. cum ſententiam. ſed ſi
nominarent in ſententia regentem præſentem, vbi eſſet ab
ſens, eſſet ſententia falſa, ſecundùm Bald. in c. 1. de ſen. co-
gni. pro quo allego glo. in c. cum venerabilis. de conſuetu.
quam no. ibi Ant. de But. & Abb. Sic. alle. gl. in c. denique.
4. diſt. & firmat Fely. in c. ex tenore. in verbo, cæterũ m. in
fi. de reſcr. qualiter ſoluetur contrarium ſupra formatum?
Dico, ꝙ iſte tex. bene probat, ꝙ iudices, & baiuli debent
cauſas determinare, & illud verbum, coram eorum baiulis
cum palatijs, deſignat locum pro tribunali, quaſi dicat, ꝙ
iudices baiulorum, & ipſi baiuli in loco publico palatij de
beant ferre ſententias, & pro hoc l. pen. ff. de iuſt. & iure.
Nam tam baiuli, quàm eorum iudices ordinarij, vt ſupra
dictum eſt. Et ideo falsò dicunt illi, qui dicunt, ꝙ iudices
baiulorum ſunt aſſeſſores baiulorum: quia nõ ſunt aſſeſſo-
5 res, vt dicit hic gl. 5. vnde † quando iudex ſedet pro tribu-
nali, ius reddens, ille locus dr ius, vt dr in d. l. pe. in fi. & re
ſpectu illius loci dr, coram. & pro hoc facit id, quod tangit
Io. de Lign. in c. veſtra. in 7. col. de cohabi. cler. & mulier.
dum quærit, an requiratur probatio de delicto, qd ſit corã
iudice ſedẽte pro Tribunali: de quo per dom. Card. in 23.
col. & in Specu. de noto. crimi. circa princ. & in c. ex parte.
lo primo. per Io. de Lign. in fi. de verbor. ſignifi. vbi dixit,
maximè iudice ſedente pro Tribunali. vnde dicimus, ꝙ iu
dex in loco publico & honeſto debet ferre ſñiam, vt dicit
tex. in d. l. cum ſententiam. & quia tex. iſte dicit, baiulis cõ
palatijs. i. baiulis ſententiantib. in palatio, vbi ius reddunt,
vt etiam dr ſupra in conſtit. circa tamen, ſub rubr. 70. Vel
ſolue, ꝙ temporib. iſtius Federici ſic erat mos pronuncian
di: deinde iſte mos fuit variatus, & iudicant baiuli, & iudi-
ces ſecundùm quòd dicit gl. 2. hic. Quartò no. ex tex. ibi, ap
pellationem ad celſitudinem noſtram, vel officiales nr̃os.
6 quòd † in iſto regno poteſt appellari ad Regẽ omiſſo me-
dio: ſed Rex remittit ad officialem, ad quem debuit appel
lare. ſ. ſi vult remittere, ſed iure ciuili gradatim eſt appellã-
dum, vt in l. j. & in l. Imperatores. ff. de appella. Sed in hoc
regno à quocunq; iudice poteſt appellari ad magnam Cu
riam Vicar. omiſſo medio, quod patet: nam per conſtit. of-
ficiorum periculoſa confuſio, ſupra de offic. magiſt. camer.
prouiſum fuit, ꝙ à ſententijs baiulorum debet appellari
ad magiſtrum camer. prouinciæ: tamen ſi appelletur à ſen-
tentia baiulorum ad magnam Curiam Vica. ipſa cogno-
ſcit, ſi vult. & pro hoc eſt conſtit. regni infra, appellationũ
tempora. patet ergo, quòd ſicut ad Papam poteſt appellari
omiſſo medio, ut in c. duobus. de appel. 2. q. 6. c. ad Roma-
nam. ita per conſt. regni poteſt appellari ad Regem, vel ad
magnam Curiam Vicar. omiſſo medio, ut tenet hic glo. fi.
hoc ſanè intellige, ſi nihil opponitur: ſed ſi opponitur, ꝙ
debet remitti ad illum iudicem, qui habet cognoſcere im-
mediatè de appellatione, tunc debet remittere. Ita dicunt
Ant. de But. & Ioan. de Imo. & alii ſcribentes in c. dilecti fi-
lij. In ſecondo. & ibi Philip. Modernus, de appell. ubi ad
hoc alleg. deciſ. Romæ 37. quæ incipit, Item ſi tres. & ibi
vide caſus, in quibus non poteſt appellari omiſſo medio:
& caſus, in quibus non poteſt appellari ad Papam omiſſo
7 medio. Et aduerte, quia Andr. hic dicit, quòd in † terris de
manialib. domini Regis à ſententijs baiulorum appellatur
ad magiſtrum camera. qui eſt hodie ſecretus prouinciæ:
ſed a ſententijs baiulorum in terris Baronum ad iuſtitia-
rium prouinciæ. ſed in dicta conſti. officiorum. dicit, quòd
debet appellari ad Baronem, ut etiam ibi dixi in 8. no. ſed
ad magnam Curiam indiſtinctè poteſt appellari vt hic. &
multò fortius ad Regem, qui eſt ſupra magnam Curiam,
quia nemo ſuo ſtatuto ligatur, ſecundùm Bald. in l. digna
vox. C. de legib. intellige tamen, ꝙ ſi ex cõſuetudine alicui
competat cognoſcere cauſas appellationis, debet ad eum
remittere, vt dicit tex. in c. Romana. §. j. de appellat. lib. 6. &
in cap. licet ex ſuſcepto. de foro compet. Idem crederem, ſi
ex priuilegio, æquiparando priuilegiũ conſuetudini. Quin
8 tò & vltimò no. ex tex. ibi, arbitris. quòd † partes poſſunt
cauſas de rebus compromittere in arbitros: & ſic in mate-
ria arbitrorum ſeruabitur ius commune, quia nihil per
conſtit. regni corrigitur. In glo. fin. ſentit iſta glo. quòd iſti
admuzatores habebãt iuriſdictionem in illis tribus ciuita
tibus. Et tamen hoc non dicit iſta conſtitutio, immo reci-
piebant iuriſdictionem a partibus, vt hic dicitur. Sed hoc
tollit iſta conſtitutio, quia fraudabatur iuriſdictio regia,
ſicut fraudabantur milites, & fœderati ipſi reipublicæ per
occupationem priuatorum, ut dicitur in Authen. ut nullus
miles, neque fœderatus obſeruet do. &c. fraus enim eſt de
permiſſo ad prohibitum tendens occaſio, ſecundùm Bald.
in l. fraus. ff. de legib. ubi dicitur, quòd iſta dicitur fraus de
nomine ad nomen, ut ibi latius per eum. In gloſ. 2. dic,
ut dixi ſupra in quarto notabili. In eadem ibi, niſi eſſet

9 baiulus præſens. No. iſtam glo. ꝙ † non valet ſeotentia iudicum, niſi bainlus eſſet præſens, tene menti iſtam gl. quia poteris ioſtingere ſententias iudicum lectas in abſentia baiulorum. In gl. 3. no. iſtam gl. ꝙ iudices bainlorum non ſunt aſſeſſores eorum, ſed ſunt iudices ordioarij, ſicut ſunt baiuli, ut in glo. præcedenti dicitur. In glo. fina. dic, vt disi ſupta in quarto notabili.

ANNOTATIO.

1 Noua.] Vide ad materiam huius cóſtitutionis And. de Iſer. in cóſtit. capitaneorum, ſupra vt magiſtri iuſtitiarij. in conſtit. noua. & in conſtit. officiorum. de offic. magiſtri cameræ per totum, & maxime in fine. Io. Ant. Batius.

De fide & auctoritate inſtrumentorum. Rubrica LXXIX.

CONTINVATIO Rubricæ patet ex ſeipſa, quia ſupra proximè dictum fuit, ꝙ inſtrumenta ſcribantur de litera legibili, & communi, & in charta de pergameno, & non in charta de papyro: erat videndum, quæ ſolemnitates requiruntur in inſtrumẽtis in hoc regno ultra eas, quæ de iure communi ſtatuta ſunt: ideo ſequitur hæc rub. nec mireris, ꝙ coostitutio præcedens non loquatur de hac materia: quia, ut dixi, fuit ſuperaddita, poſtquam iſtæ conſtitutiones fuerunt publicatæ. Et ubicunque inuenies nouam conſtitutionem, intellige, ꝙ poſt publicationem huius operis fuit publicata.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum quibus fiat ſolemnitatibus.*
2 *Teſtes an neceſſariò cum nomine & cognomine deſcribantur in rogitu, ſeu protocollo.*
Locus eſt in inſtrumento inſerendus cum duobus confinibus.
3 *Conſtitutio de contractibus loquens, an locum ſibi vendicet in teſtamentis.*
Teſtamentum non venit contractus appellatione.
4 *Argumentum de contractu ad teſtamentum eſt in iure validum.*
5 *Diſpoſitio reſpiciens contractus, ad teſtamentum trahitur, cum ſolemnitas fauore publico adhibetur.*
6 *Teſtes quot numero ſe ſubſcribere debeãt in teſtamento nuncupatiuo.*
7 *Solemnitas teſtamenti quot teſtibus probetur.*
8 *Teſtes teſtamenti per iudicem debent examinari.*
9 *Teſtis coram iudice debet deponere, non per nuncium.*
Mutus per literas, ſeu ſcripturas deponere poteſt.
10 *Teſtes coram arbitro audacius quàm coram iudice mentiuntur.*
11 *Inſtrumentum publicum an probet, in quo notarius dixit, præſente iudice & teſtibus: quos tamen non deſcripſit, ſed ipſi ſe ſubſcripſerunt.*
12 *Inſtrumentum prout iuris & moris eſt, conſcribi debet.*
13 *Iudex fidem notario dare non debet, niſi præſens fuerit.*
14 *Teſtes quando de veritate facti ad deponendum poſſint cogi.*
15 *Dicto ultima teſtis ſtari debet.*
Teſtis quando in ſua depoſitione poſſit variare.
16 *Contractus reuocationis in ſecreto factus, an ſit validus.*
Inſtrumentum quando dicatur eſſe publicum.
17 *Clandeſtinum factum quod dicatur, & quod ſecretum.*
18 *Iudex regni quando fidem teneatur adhibere inſtrumento extra regnum facto, & ſibi præſentato.*
19 *Inſtrumentum dicitur probatio probata.*
20 *Inſtrumentum præſumitur verum, probato quòd qui ſcripſit notarius fuit.*
21 *Notarius ab Imperatore creatus, an poſſit in regno Siciliæ inſtrumenta conficere.*
Siciliæ regnum eſt ab imperio liberum.
Præmium officij remouetur, cui & officium.
22 *Notarius per ſummum Pontificem creatus, an poſſit in Sicilia conficere inſtrumenta.*
23 *Notarius Apoſtolicus vbique teſtamenta cum ſeptem teſtibus recipere poteſt.*
24 *Iudex eccleſiaſticus tam legata pia quàm non pia exequi poteſt.*
Defunctus quare dicatur perſona miſerabilis.
25 *Inſtrumentum cum ſubſcriptione notarij & iudicis ad contractus & vno ex teſtibus an fidem faciat.*
26 *Statutum continens impoſsibilitatem efficitur non ſtatutum.*
Viuere ſub ratione eſt hominum, ſine autem ratione viuere, brutorum eſt.
27 *Rex de ordinata poteſtate an poſsit diſpenſare contra conſtitutionem iuri communi contrariam.*
28 *Rex ius ſubdito ex ſua lege quæſitum non debet tollere.*
Princeps priuilegium à ſe conceſſum reuocare poteſt.
29 *Princeps abſque graui cauſa non debet ius ex ſua conſtitutione parti quæſitum tollere.*
Princeps in his, quæ ſunt iuris poſitiui, libero vtitur arbitrio.
30 *Solemnitas maior in magnis quantitatibus requiritur, quam in paruis.*
31 *Teſtes malæ opinionis non ſunt in contractibus adhibendi per teſtes.*
Teſtis omni exceptione maior quis dicatur.
32 *Exceptio, quòd inſtrumentum non eſt ſolemne, ſemper opponi poteſt, nullo obſtante ſtatuto.*
33 *Solemnitatibus in inſtrumento requiſitis per partes renunciari non poteſt.*
Teſtes an debeant eſſe literati.
34 *Inſtrumentum cum teſtibus, qui ſe ſubſcribere neſciunt, reprobatur, ſi in loco poterant inueniri teſtes literati.*
35 *Inſtrumentum ob quæ vitia ſit annullandum.*
36 *Clericus nullo modo admitti poteſt ad officium notariatus.*
37 *Spurius non debet creari notarius, ſi tamen factus ſit, inſtrumẽta fidem faciunt per ipſum facta.*
38 *Teſtes de iure communi nõ tenẽtur ſe inſtrumento ſubſcribere.*

INSTRVMENTORVM robur. Hæc conſt. eſt multùm famoſa, & continet duas partes principaliter. In prima auget ſolemnitatem publicis inſtrumẽtis conficiendis, ultra ſolemnitates requiſitas à iure communi, ut maior fides eis tribuatur, & ceſſet omnis dubietas ſalſitatis. Et ſolemnitas addita per iſtam conſtit hæc eſt, uidelicet, ꝙ ſi de rebus mobilibus, uel immobilib. fiat rogitus, ſeu contractus infra libram auri, requiritur, ꝙ ultra ſubſcriptionem notarij, & iudicis, duo teſtes deſcripti in ipſo rogitu ſe ſubſcribãt. Si autem rogitus excedat libram auri, in ipſo inſtrumento debẽt ſe ſubſcribere ad minus tres teſtes deſcripti, qui ſint omni exceptione maiores, & literati, & in ſubſidium poſſunt aſſumi alij non literati, contra dictam ſormam inſtrumenta confecta nullam habent firmitatem. & hæc eſt prima pars, quæ durat uſq; ibi, illo tenaciter obſeruando. Hic eſt ſecunda pars, in qua ſtatuit, ꝙ nullus clericus in quocũque ordine eccleſiaſtico ſit, cõſtituatur notarius, nel iudex ad contractus in terra demanij, & durat uſq; ad finem. Et breuiter hoc intendit. Nullum habet roboris firmitatẽ inſtrumentum ſcriptum, & ſubſcriptum per notarium, & iudicem ad contractus, niſi ad minus duo teſtes deſcripti in inſtrumẽto ſe ſubſcribant, ſi rogitus eſt infra libram auri: ſed ſi ultra libram, debent ad minus tres teſtes de deſcriptis in inſtrumento ſe ſubſcribere, qui ſint teſtes omni exceptione maiores. Et clericus etiam de prima tõſura in terris demanij non debet creari notarius, nel iudex ad cõtra-
1 ctus. No. j. ex tex. ibi, ſolemnitatẽ augẽtes. ꝙ † ad hoc ut inſtrumentum dicatur publicũ & authenticũ, non ſolũ requiruntur illæ ſolemnitates, de quib. in glo. in l. generali. C. de tabu. lib. 10. & per Ab. Sic. in c. 1. de fi. inſtr. & dixi ſupra in cõſt. baiulos omnes, ſed dictis ſolemnitatib. de iure cõi ſuperaddita

peraddita

peraddita eſt iſta, ꝙ teſtes deſcripti in inſtrumento aſſumpto a rogitu ipſius notarij, & ſic ab eius protocollo ſe ſubſcribāt manib. proprijs in ipſo inſtrumento pro teſtibus, cum de iure cōi nō erat neceſſe, ꝙ teſtes deſcripti in inſtrumento per notarium ſe ſubſcribant in inſtrumento. glo. 3. hic alleg. tex. in Auth. de inſt. caute. & fide. §. ſed ſi inſtrumenta. & gl. in l. donatio. C. de don. & aliam glo. in l. fi. C. de teſta. & aliā gl. in Auth. de hære. & falc. §. ſi verò abſunt. in verbo, ad hoc competit. Et licet gl. in c. poſt ceſſionē. de proba. dicat, ꝙ non creditur ſcripturæ tabellionis, niſi hēat teſtium ſubſcriptionē, per iura, q̃ ibi allegat, intelligitur de ſubſcriptione teſtium facta per notarium in inſtrumento, vt dicit d. gl. in §. ſi verò abſunt. & ſic de iure cōi ſufficit, ꝙ notarius in rogitu, & poſtea in inſtrumento ſcribat nomina, & cognomina teſtium: & ſic non requiritur eorum ſubſcriptio in inſtrumento, vt dicit Alex. in l. iuriſgentium. §. quod ferè. ff. de pac. & ibi allegat bonas auctoritates, vt ibi p eum. & Abb. Sic. in c. 1. de fi. inſtr. Iuxta hoc quæro de
2 12. q. Et primò, vtrum † iſta deſcriptio teſtium in rogitu debeat eſſe de neceſſitate cum nomine, & cognomine, aliàs reddatur inſtrumentum ſuſpectum. Ego dixi, ꝙ ſic in pleno conſilio in cauſa vnius teſtamenti nūcupatiui in forma publica præſentati, vbi erāt deſcripti tres teſtes ſolùm, vnus erat cū cognomine, & ſic ſe ſubſcripſerunt ſolùm cū nomine proprio, prout erant deſcripti per notarium. dixi, ꝙ tale inſtrm̄ nihil probat, ex quo non fuerunt per teſtes certificati in termino probatorio. & pro hoc allegaui conſilium Alex. de Imo. in 2. vol. conſ. 152. inc. videtur prima cōſideratione. vbi dicit in 1. col. ꝙ oportet, ꝙ nomina propria teſtium cum duab. qualitatibus, ſeu accidentib. exprimantur, vel demonſtrentur, aliàs non dn̄r legitimè deſcripti, & certitudinariè demonſtrati. l. hac conſultiſſima. in prin. C. qui teſt. fac. po. per quam Bar. ita allegat in l. demōſtratio falſa. in prin. in 7. q. ff. de cond. & dem. ſic etiā locus debet exprimi cum duob. confinib. l. forma. de cenſi. Idem decidit Io. And. in addit. Spe. in tit. de inſt. edi. §. breuiter. in addi. q̃ inci. Accurſius vltra p̄dicta. idem dicit Bar. in l. libellorum. in 6. col. verſi. circa perſonam q̃ro qualiter. ff. de accuſ. facit tex. in l. in teſtamento quidā. ff. de cond. & dem. & hoc qn̄ plures reperiuntur eiuſdem nominis, tunc dr̄ incertus teſtis, vt no. in l. iuriſgentium §. ſed ſi fraudādi. ff. de
3 pac. Secundò q̃ro vnà cum gl. & And. hic, vtrum † iſta cōſt. quæ loquitur de contractibus, habeat locum etiam in teſtamentis? Et gl. arguit ad partes, & finaliter concludit, ꝙ habet locum etiam in teſtamentis, & idem firmat gl. in cōſti. cōſti. diuæ memoriæ. in 3. li. & hic And. Et vltra eos ꝓ parte illa, ꝙ iſta conſt. quæ loquitur de contractibus, nō debet extendi ad teſtamenta, allego Bal. in l. teſtm̄. C. de teſt. vbi dicit, ꝙ appellatione contractus non venit teſtm̄, nec econtra, & ſic ſtatutum faciens mentionem de contractu nō extenditur ad teſtamentum l. j. C. de leg. Fuſ. cani. toll. Item allego tex. in l. ex hoc edicto. §. ſed & hæredes inſtituendo. ff. de ali. indi. mutan. cauſa fac. ſed ibi eſt caſus ſpecialis. itē allego id, quod dicit Bald. in c. 1. §. item ſacramenta. col. 6. de pace iur. fir. vbi dicit, ꝙ inter hæredē & teſtatorē nulla eſt obligatio, quæ poſſit iuramento confirmari. Et tn̄ glo. hic dicit, ꝙ contractus lato ſumpto vocabulo ſumitur pro omnib. obligationibus, vt in l. omnem. ff. de indi. In contra
4 rium facit, quia † valet argumētum de contractibus ad teſtamentum, vbi diuerſa ratio aſſignari non poteſt, ſecundū Bar. in l. fi. 2. col. verſ. & ſi arguis &c. ff. commu. prædi. uide ad hoc ea, quæ dixi in deciſ. meis, deciſ. 260. & pro hoc l. pactum inter hæredem. in princ. ff. de pact. & ibi plenè per Alb. de Roſa. in l. ſeruum filij. §. eum qui. ff. de leg. 1. & voluit Dyn. in l. qui chyrographum. ff. de leg. 3. Et ſuper iſta ratione, quia non poteſt ratio diuerſitatis aſſignari, quare non debeat habere locum iſta conſtit. etiam in teſtamentis fundata eſt deciſio huius q. per glo. hic. Idem firmauit hic Barth. de Capua in quadam ſua apoſtilla dicens, ꝙ iſta conſtit. comprehendit etiam teſtamenta, quia appellatione cōtractuum veniunt etiam teſtamenta, ut in l. 1. circa princ. ff. quemad. teſt. aper. Idem tenet Lucas de Penna poſt lōgā diſputationem in l. mediterraneæ. C. de anno. & tribu. lib. 11. Et quia in ſacro Conſilio hęc deciſio fuit approbata & ſecundùm eam pluries in conſilio fuit iudicatū, ab iſta concluſione non eſt recedendū. Et ideo cum lex Longobarda, quæ incipit, nulli mulieri, ſub rub. qualiter mulierib. alienare permiſſum ſit. expreſsè ſtatuit, ꝙ mulier nullā habet poteſtatem donandi, aut alienandi ſine mundualdo, ub iſtis uerbis comprehenditur, ꝙ non habet poteſtatē alienādi per teſtamentum, uel codicillos ſine mundualdo, cum maior ſubeſt ratio in vltima voluntate, q̃ inter viuos, videlicet, fragilitas ſexus, quę reſpicit communem vtilitatē mu
5 lierum, & ſic eſt fauor publicus, quo caſu † cum ſolēnitas fauore publico debet adhiberi, diſpoſitio reſpiciens cōtractus, trahitur ad teſtamentum, ſecundùm Bald. in d. l. 1. C. de lege Fuſ. cani. toll. Et pro hoc facit id, quod dixit Vincen. & poſt eum Io. And. in Nouella, in c. cū à nobis. extra de teſti. vbi venit teſtm̄ appellatione contractus, & idē tenet glo. in Longobarda de ſanctimonialibus, & Bal. in l. velles. C. de reno. don. hoc idem firmaui in deciſionibus meis 260. licet quidam auſus fuit dictæ deciſioni contradicere. hoc contingit illis, qui ſcribunt: nam qui me diligunt, exclamant me, pluſquam ſit in veritate, & qui me oderunt, loquuntur iratè, pluſquam ſit in veritate, vt dicit beatus Hieronymus, prout refert Ioan. And. in Nouel. in data ſexti libri. patet ergo ex prædictis, ꝙ in teſtamento facto per manus publici notarij requiritur ſubſcriptio ipſius iudicis, & teſtium, ut etiam firmat Lucas de Pen. in l. 2. C. de cōuen. fiſci deb. lib. 10. & in l. nulli. C. de nume. lib. 12. Sed
6 tertiò utiliter quæro, vtrum † ſicut in contractu excedente
a libram auri debēt ſe ſubſcribere in inſtrumēto tres teſtes [a] omni exceptione maiores, aliàs nihil probat, ita in teſtamēto nuncupatiuo celebrato per notarium cum interuētu ſeptem teſtium deſcriptorum in ipſo teſtamento ſufficiat, ſi tres tātùm teſtes ſe ſubſcribant, uel requiritur, ꝙ oēs ſeptē teſtes ſubſcribant? De iſta q̄ōne uide in deciſionib. meis impreſſis, deci. 166. iſtam quæſtionem multùm prolixè examinauit pro & contra Lucas de Penna p tres magnas col. in l. vnicuique. C. de proxi. ſac. ſcrin. lib. 12. & ibi confutat illud argumentum, ꝙ teſtamentum factum coram ſeptem teſtibus poteſt probari ſic eſſe factum per duos teſtes, ſed iudicio meo non datur reſponſio ſtringens ad id, quod dicit Bald. in l. 2. C. de bon. poſſ. ſecundùm tabul. vbi dicit, ꝙ ſolemnitas teſtamenti, ideſt, ꝙ factum fuit coram ſeptem teſtibus rogatis, poteſt probari per duos teſtes, & hoc expreſsè voluit glo. no. 2. q. 1. c. Deus omnipotens. vnde cum inſtrumentum teſtamenti faciat mentionem, ꝙ ſeptem teſtes rogati interfuerunt, de quibus tres ſubſcripſerunt in inſtrumento teſtamenti prædicti, tunc dicuntur deponere in teſtes, quando ſe ſubſcripſerunt. dixit Bal. in l. fi. in prin. C. ſi cer. pet. bene tamen idem Bald. in l. hæredes palàm. in prin. ff. de teſtam. reſpondet ad iſtud argumentum dicens,
7 ꝙ non ſufficit probare † ſolemnitatem teſtamēti per duos teſtes, quia facilius probatur uoluntas teſtatoris per teſtes, quàm ſolemnitas teſtamenti, vt in l. fi. ff. de reb. cor. & in l. in teſtamento. ff. de fideic. lib. ſed duo teſtes non ſufficiunt ad probandum uoluntatem teſtatoris in hæredis inſtitutione, ſed requiruntur ſeptem teſtes, meritò duo teſtes non ſufficiunt ad probandum ſolemnitatem teſtamenti factā coram ſeptem teſtibus, & cum eo tranſit Pet. de Anch. in c. cū eſſes. de teſta. Aduerte, quia Ioan. de Imo. in d. c. cū eſſes. in 13. col. firmat opinionem contra Luc. & contra Bal. in d. l. hæredes palam. & contra Pet. de Anch. in d. c. cum eſſes. & tenet opinionem Bal. in d. l. 2. & gl. in d. c. Deus omnipotens. & idem firmat Ale. in d. l. 2. dicens, iſtam eſſe cōmunē, & nō allegat d. gl. & reſpondet ad rōnem Bal. in d. l. hæredes palàm, ut poteris eū uidere. Ego prima facie dicerem, faciendo differentiā inter depoſitionē duorū teſtium deponentiū de ſolēnitate teſtamenti facti corā ſeptem teſtibus coram iudice cū iuramento, & ſubſcriptionē ſimplicem triū teſtiū in inſtrumento teſtamenti, qui teſtes ut plu

rimmm non recordantur de rogitu, nec de ſolẽnitate, ſed
adhibent fidem notario, qui ſcripſit inſtrũ, vt primo caſu
procedat opi. Bal. in d. l. 2. & communis, quia formiter de-
poſuerunt coram iudice cum iuramento, vt in l. iuriſiuran
di. C. de teſti. ſecundo caſu procedit opi. Bal. & aliorum in
d. l. hæredes palam, quia teſtis debet examinari, & interro-
8 gari † p iudicem, & non ſufficit, ꝙ ſe ſubſcribat, quia illa
ſubſcriptio non eſt cum iuramẽto, ſicut non ſufficit, quòd
notarius ſcripſerit teſtẽ, vt ſit in numero ſeptem teſtium,
niſi deponat coram iudice cum iuramento, vt in l. Domi-
tius Labeo. ff. de teſta. Alex. in 2. vol. cõſi. 146. & conſ. 152.
& pro hoc l. 3. §. Sabino. in glo. ff. de teſti. vbi teſtis depone
re debet coram iudice, & non per ſcripturam, vel eius lite-
ram. Idem Bal. in l. iuriſiurandi. 2. col. C. de teſti. 3. q. 8. c. te
ſtes. Item quia tunc non deponit iuratus, prout requiritur,
& ideo dicit Bal. in l. qui bona fide. §. ſi alieno. ff. de dam. in
9 fec. ꝙ † teſtis debet coram iudice deponere, nec poſſet de-
ponere per nuncium, & idem dicit Bald. in rubr. ff. de iu-
reiur. & Ant. de But. in c. licet. de teſtib. licet aliud voluerit
in nouella Io. And. in d. c. vt circa. in fi. & ſic non poteſt per
literas ſuas eſſe teſtis. Idem dicit Bald. in l. in bonæ fidei. C.
de iureiur. in 3. col. Nec obſtat, quod dicit Bar. in l. Theopõ
pus. ff. de dote prælega. ꝙ teſtis de voluntate partium ele-
ctus in cauſa ciuili põt non iuratus, & per literas depone-
re, quia intelligo enim, prout dicit Bald. in l. iuriſiurãdi. qñ
ipſe legit coram iudice dictum ſuum, ſecus ſi non legit. fal
lit in muto, q poteſt p ſuas literas deponere, vt dicit Spec.
in tit. de teſte. §. 7. verſi. quid de muto, & illud dictum Bal.
in l. fin. C. ſi certum petatur, loquitur de ſubſcriptione te-
ſtis in ſcriptura priuata, & non in publica. licet in ſcriptu-
ra publica in caſu ſpeciali loquatur Io. And. in c. vt circa. in
2. col. in verbo, prohibeant. de elect. lib. 6. in Nouella. Item
dicit Bald. in l. j. 3. col. de teſt. ꝙ ipſa ſubſcriptio teſtis dicit
depoſitio teſtis, non tantùm ſubſcriptio. ideo dicit Bald. ꝙ
10 teſtes facilius mentiuntur † coram arbitro, q̃ coram iudi-
ce. in l. cum apud. C. de teſt. ſic quando deponunt per ſcri-
pturam ſuam in inſtrumento notarij, vbi poteſt dari diuer
ſa ratio inter teſtimonium cum iuramento, & ſine iuramẽ
to, non eſt idem dicendum. l. eum actum. ff. de neg. geſt. l.
inter ſtipulantem. §. ſacram. ff. de ver. obl. & licet iſta diſtin
ctio videatur colorata, tamen in ſacro conſilio vidi iudica-
tum, ꝙ teſtamentum nuncupatiuum factum per notariũ,
iudicem, & ſeptem teſtes deſcriptos, cum ſubſcriptione
trium teſtium, probat teſtamentum, & ita deinde iudican-
dum eſt, quia illa ſententia facit ius in regno. ſed illa ſentẽ-
tia fuit in fauorem hoſpitalis ſanctæ Mariæ Annunciatæ
de Neapo. vt dixi ſupra in conſtit. baiulos omnes. iſtæ con-
ſtit. non ligant eccleſias contra ius commune, ideo bene &
iuſtè ſecundùm ius commune lata fuit dicta ſententia. ſed
ceſſante fauore eccleſiaſtico, & alijs, in quibus ceſſat con-
ſtitutio, dubito, ex quo iſta conſtitutio auget ſolemnitatẽ
etiam in teſtamento, & de iure communi requiruntur ſe-
ptem teſtes in teſtamento, illos oportet, ꝙ ſe ſubſcribant
per iſtam conſtitutionem, quæ licet loquatur in contracti-
bus excedentibus libram auri, vt debeant ſe ſubſcribere
tres teſtes: tñ quia in teſtamentis requiruntur ſeptẽ teſtes,
illi debent ſe ſubſcribere, vt ſicut in numero teſtes in teſta-
mento excedunt numerum teſtium in contractu, ita in ſub
ſcriptionibus, propter illud verbum hic poſitum, ſolemni-
tatibus augentes. Sed his rationibus non obſtantibus vide-
tur mihi, ꝙ ex quo de iure communi teſtamentum publi-
cum cum deſcriptione ſeptem teſtium plenè probat, vt te-
net gl. communiter approbata in l. fi. C. de fideic. & in l. ſi.
C. de teſt. & in l. hæredes palam. ff. eo. tit. & iſta conſtitutio
expreſsè non dicit, ꝙ ſeptem teſtes debent ſe ſubſcribere,
ſed ſolũ tres teſtes, illis trib. ſubſcriptis remanet teſtũ vali
dum tam de iure communi, q̃ per iſtam conſtitutionem, q́
non corrigit ius commune, ſed auget ſolùm iſtam ſolemni
tatem de tribus teſtibus ſubſcribẽdis, & hoc vltimum cre-
11 do verius. Quartò quæro, pone † notarius ſcripſit inſtru-
mentum publicum in pergameno, & dixit præſente iudi-
ce, & infraſcriptis teſtibus, & illos teſtes non deſcripſit in
inſtrumento, ſed teſtes ſe ſubſcripſerunt, an tale inſtrũ pro
bet? Videtur ꝙ ſic, quia iſta conſtitutio nihil dicit, ꝙ nota-
rius debeat deſcribere nomina teſtium, ſed dicit ꝙ ad mi-
nus tres vel duo teſtes debent ſe ſubſcribere in inſtrumen
to. Sed in contrarium eſt veritas, quia licet hic nõ dicatur,
ꝙ notarius debet deſcribere teſtes in inſtrumento, tñ hoc
exprimitur in alijs iuribus tanquam de forma inſtrumẽti,
vt patet in gl. in l. generali. C. de tabula. lib. 10. ibi, dum di-
cit, ſeptem ſubſcriptio. teſtium. & in l. donationib. C. de do
nat. & in Auth. de fide inſtr. §. ſed ſi inſtrumenta. probatur
in c. 2. de fide inſti. ibi, ſi teſtes inſcripti. & voluit etiã Abb.
in d. c. 1. eod. tit. verſ. nonò teſtes. Præterea conſt. ſupra, baiu
12 los omnes, expreſsè dicit, ꝙ † notarius debet conficere in-
ſtrumẽtum, prout iuris, & moris eſt: ſed iuris & moris eſt,
ꝙ notarius deſcribat nomina teſtium in iuramento, vt fir-
mat etiam Luc. de Pen. in l. 2. C. de conue. fiſci deb. lib. 10.
ergo eſt de forma inſtrumenti deſcriptio teſtium per nota
rium, & poſtea teſtes ſe ſubſcribunt. ſed inſtrumenta facta
contra prædictam formam nullam habent firmitatem, vt
dicit iſta conſtitutio, ergo tale inſtrumentum non probat.
& pro hoc allego l. non ſunt liberi. ff. de ſtatu hom. vbi dici
tur, ꝙ qui caret forma hominis, non eſt homo: ſic inſtrũ,
quod caret forma inſtrumenti publici, non eſt inſtrũ. facit
l. 4. §. condemnatum. cum ſimi. ff. de re iud. & audiui, ꝙ ſic
fuit pronunciatum per ſapientes legum. Reperio tñ quan-
dam apoſtillam Bart. de Capua hic dicentis, ꝙ tale inſtru-
mentum probat, quia ex ſubſcriptione facta per teſtes de-
claratur, ꝙ ipſi interuenerunt in ipſo rogitu, ar. l. cum pa-
ter. §. fi. ff. de le. 2. & hoc verius, ſi ſunt teſtes omni exceptio
ne maiores. Quintò quæro, quidam notarius contraxit ro-
13 gitum † ſine iudice ad contractus, demum quando reaſsũ
pſit inſtrumentum in formam publicam appoſuit nomen
illius iudicis, qui ſolitus erat interuenire pro iudice in con
tractibus, quos ipſe faciebat. Et deinde dictus iudex ha-
buit fidem dicto notario & ſe ſubſcripſit, poſtea interroga
tus per iudicem ad inſtantiam partis dicit, ꝙ non recorda
tur de tali contractu, ſed habuit fidem a notario, an tenea-
tur pœna falſi? Dico ꝙ ſic, quia dicit capitulum Regis Ca-
roli Primi, quod incipit, Item caueãt iuſtitiarij ſecreti &c.
char. 17. ꝙ iudex non debet dare fidem notario, niſi ipſe
fuerit præſens, nec notarius iudici, & ſi contrafecerint, te-
neantur pœna falſi. Sed an inſtrũ probet? Dico ꝙ nõ, quia
eſt contra formam huius conſtitu. quæ vult, ꝙ iudex debet
ſe ſubſcribere, & p̃ſupponit de neceſſitate, quòd fuit præ-
ſens in rogitu: ſed ſi non fuit præſens, non vult iſta conſti-
tutio ſecundùm ſanum intellectum, quòd debeat ſe ſub-
ſcribere, quia eſſet falſitas, & iſta conſtitutio facta fuit, vt
euitetur falſitas, non vt fiat falſitas. Sextò quæro, produci-
14 tur inſtrumentum, in quo † eſt ſubſcriptio iudicis, & te-
ſtium deſcriptorum: altera pars, contra quam producitur,
dicit, quòd non eſt ſic, prout dicit inſtrumentum, & petit,
quod interrogentur teſtes. Illi teſtes comparent coram iu-
dice, & recognoſcunt ſubſcriptiones eorum manu factas,
& interrogantur ſuper veritate negotij, illi dicunt, ꝙ non
tenentur aliter reſpondere, an poſſit compelli, ut deponãt
de veritate facti? Et videtur quòd ſic, in l. quidam tabula
rum. in fi. ff. de ſuſt. fallit ſecundùm dom. Bartho. de Ca-
pua in quadam apoſtilla in l. j. C. de teſtam. quando veriſi-
militer de veritate facti deponere non poſſunt, niſi tantum
de ſubſcriptione, vt eſt in teſtamento in ſcriptis celebra-
to, & ita vidi eſſe obſeruatum. Septimò quæro, quidam iu
dex ad contractus fuit interrogatus, ſi interuenit pro iudi-
ce in cõtractu, ipſe iurauit, quòd non recordatur, poſtea ite
rum interrogatus dixit, ꝙ non interuenit pro iudice, an ſit
ſtandum huic vltimo dicto? Hanc q̃onem habui de facto,
& allegaui Ang. in d. l. quidam tabula. in fi. qui dicit, quòd
15 ſtandum † eſt vltimo dicto, nec iſte eſt cõtractus, quia poſ-
ſibile eſt uno tempore non recordari, & alio tempore ſic:
Cui addo Bald. in c. 1. §. notandum. de notis feud. ubi dixit
quòd ſi uno tempore teſtis dixit neſcire, & alio tempore

dixit ſcire, non eſt periurus, nec falſus, & Bald. in l. vnica. C.
de confeſſis. dixit, ꝙ ſi teſtis hodie dicit vnum credere, de-
inde alio tpe dicit, ſe aliter credere, nõ eſt periurus, allegat
l. qui bona. §. ſi quis ſtipulatus. Et firmat Arch. & Io. And. in
c. fi. de iureiur. lib. 6. ſed Bal. in l. de tutela. C. de in integr. re
ſtit. minor. limitat hoc verum eſſe, ſi allegat rationem, qua-
liter aliter nunc ſecundò credit quàm primò. ſed Alex. in
d. l. de tutela. ponit hanc limitationem veram, quantum ad
effectum auferendi ius parti, non quantum ad ipſum teſtẽ
qui ex hoc erit periurus, licet alleget cauſam, qualiter nunc
aliter credit, quàm primò. Tu vide circa prædicta Ludo. in
conſi. 55. incip. cum teſtis extra iudicium. & Tyndarum in
tractatu de teſtibus variantibus. in c. 8. & Bar. in l. eos. de fal
ſis. Ant. de But. in c. cum in tua. in fi. de teſtibus. & vide Bal.
in l. cum mulier. in 6. char. ff. ſolu. matr. vbi quærit, quid de
teſte, qui dixit tantùm ſcire, vtrum poſſit poſtea aliud de-
16 ponere, nõ eſt materia noſtra, ideo omitto. † Octauò quæ-
ro de alia quæſtione, quam habui de facto, quidam nobilis
vendidit feudum, ſaluo regio aſſenſu, antequam rex aſſen-
tiat, ille venditor vadit ad notarium, iudicem, & teſtes in
Curia ſua, & dicit, promittatis mihi tenere ſecretè hanc re
uocationem, quam volo facere de contractu venditionis
factæ dicti feudi: notarius, iudex, & teſtes promiſerunt te-
nere ſecrete, & ſic facta fuit reuocatio dictæ venditionis
anctoritate conſtitutio. regni, diuæ memoriæ. an iſte con-
tractus reuocationis operetur effectum ſuum? Videtur di-
cendum, ꝙ iſte contractus ſit palam factus, quia factus co-
ram iudice, notario, & teſtibus, vt probatur in l. palàm. in
prin. ff. de ritu nupt. & in d. l. hæredes palàm. ff. de teſtam.
dicitur enim publicum inſtrumentum, quando factum eſt
à publica perſona ſolemniter ſecundùm Spec. in tit. de in-
ſtru. edi. §. inſtrumentum. verſi. & ſcias cum officium. In cõ
trarium facit id, quod dicit Bart. in l. non intelligitur. §. ta-
cita. ff. de iu. fisci. vbi dicit, puto etiam, ꝙ ſi inſtrumentum
eſſet publicum, tamen cælaretur, vt fit quotidie per nota-
rios amicos, tenendo ſecretè, ꝙ videatur eſſe factum clam.
17 † Dicitur enim clam fieri, quod taliter fit, ꝙ non poteſt de-
uenire in notitiã aduerſarij, vt in l. clam poſſidere. in prin.
ff. de acq. poſſ. bene facit id, quod dicit Bar. in l. 2. C. de his,
qui ex publi. ratio. lib. 10. ꝙ clam dicitur fieri, quicquid ta-
liter fit, ꝙ non poſſit deuenire in notitiam eius, cuius in-
tereſt, allegat d. l. clam poſſidere. in prin. & ſic ratione doli
adhibiti per venditorem fingitur eius conſenſus durare, vt
ibi Bald. & in l. mandatum. 6. col. C. mandati. dum allegat
clem. 1. de renunciatio. & ibi dicit, ꝙ tunc etiam notarius
debet puniri. Solutio, ſi notarius, iudex, & tres teſtes promi
ſerunt tenere ſecretè, non valet illa reuocatio, quia ex pro-
miſſione ſunt alligati tenere ſecretè, vt dicunt Bal. Andr. &
ibi dixi in c. 1. quibus modis feud. amitt. rub. 16. & ſatis di
citur ſecretum id, quod quinque homines ſciũt, vt in cap.
veritas. §. econtra. de pœnitent. diſtinct. 1. Caueat ergo ille,
qui vult reuocare, & exigere promiſſionem à notario, iudi
ce, & teſtibus, ꝙ teneant ſecretè, quia ſi hoc probetur, illa
reuocaõ nihil operatur, niſi eſſent teſtes vltra numerum
trium, quia tunc non eſſet ſecretum, ſed palam per ſopradi
18 cta. tene menti iſta, quia non reperies alibi ſcripta. † Nonò
b quæro,[b] quid de inſtrumentis confectis extra regnum à ve
nientibus in regnum, quæ præſentantur coram iudicibus
regni habentibus iudicare ſecundùm cõſtitutionem regni,
in quibus inſtrumentis teſtes deſcripti ſe non ſubſcripſe-
runt? Et etiam dubitatur per negationem eius, contra quẽ
producitur, ꝙ ille, qui ſe nominat notarium in illo inſtr̃o,
non eſt notarius, an iudex regni dabit illi inſtrumento fi-
dem? Vr ꝙ ſic, tum quia inſtrumentum confectum eſt ſe-
cundùm iuris diſpoſitionem, quæ contenta eſt deſcriptio-
ne teſtium abſque eorum ſubſcriptione, vt dixi ſupra in
prin. tum quia in inſtr̃is conficiendis attenditur conſuetu-
do loci extra regnum, vbi confecta, & nõ ſtatuta regni, vbi
præſentantur. Nam ſi in loco, vbi fit inſtrumentum, eſt con
ſuetudo, ꝙ teſtm̃ fiat cum duobus teſtibus, prout eſt Vene-
tijs, illud teſtm̃ valebit etiam in bonis, quæ ſunt in regno,
& ſic attenditur conſuetudo, vbi factum eſt inſtrumentũ
& non ſtatuta regni, vt in l. ſi non ſpeciali, & l. cum, & l. fin.
C. de teſtam. & per alia iura, quæ allegant Doct. & Bar. in l.
cunctos populos. in 6. q. C. de ſumma Trin. & Ioan. And. in
addit. Spec. in tit. de inſtr. edi. §. compendioſè. verſic. quid ſi
de conſuetudine. Alex. in 1. volum. conſil. 128. incip. conſi-
deratis. & allegat conſi. Petri de Ancha. vide Old. in conſi.
139. incip. præſuppoſita conſuetudine. & Anto. de Butr. in
c. 2. de probat. & Bal. in auth. omnino. C. ne vxor pro mari
to. in 6. col. & in d. l. ſi non ſpeciali, & in auth. defuncto. ad
finem. C. ad Tert. Nec obſtat, quod negatur, eum eſſe nota-
rium. & quod dicit, non probatur, niſi per ipſum inſtrumẽ
tum, quia in dubio præſumitur pro iſto inſtrumento, niſi
contrarium probetur, vt in l. cum precibus, & ibi concor-
dantiæ. C. de probatio. cap. ad audientiam. de præſumptio.
19 † Et inſtrumentum dicitur probatio probata, ſecundùm
Bald. in l. pupillus. C. de vſuris pupillaribus. & pro hoc fa-
cit. l. Barbarius. ff. de officio prætor. & text. in Auth. de fide
inſtrumen. §. ſi verò. & l. 2. ff. quemadmodum teſtam. ape-
rian. & glo. in l. 2. C. de fide inſtru. In contrarium facit, ſcili
cet, ꝙ ſi producitur inſtrumentum factum extra regnum,
quantumcunque ille, qui ſcripſit, atteſtetur ſe fore notariũ
rogatum, non creditur ſibi de notariatu, niſi aliter produ-
cens probet eum eſſe notarium, quia nullus naſcitur nota-
rius, ſed creatur cum ſolemnitate, vt allegatur in allegata
l. generali. C. de tabularijs, lib. 11. & ideo producens inſtru
mentum debet probare, ꝙ ille, qui ſcripſit, eſt publicus no
tarius, vt firmat Inno. & ſequaces in c. fi. de fide inſtrumen.
& communiter ſcribentes in d. l. Barbarius. Cy. & Bal. in l.
comparationes. C. de fide inſtru. & ita tenent etiam domi-
nus Barth. de Capua hic in quadam apoſtilla, & Ioan. And.
in addit. Spec. in tit. de inſtr. edit. §. 1. verſic. & ſcias. Alex. in
1. vol. conſil. 70. vlt. col. & in 4. vol. conſil. 101. incip. ſuper
20 quo quæſito. † & hoc probato, præſumitur pro inſtrumen
to ratione officij publici, ſecundùm Alex. in 3. vol. conſil.
53. 8. colum. idem firmat Alex. in 2. volum. conſil. 165. in
2. colum. Et dicit hic And. ꝙ ſi aliter diceretur, daretur de
facili materia fabricandi falſum, & ideo prius debet cõſta
re de officio publico ſcribentis inſtrumentum, & in hoc ip
ſe reſidet, licet per alia verba, vt videre poteris. Et in iſto re
gno eſt ritus in magna Curia Vicariæ, qui incipit, item ſer-
uat dicta Curia, ꝙ in inſtrumentis confectis &c. char. 95.
ꝙ inſtrumentis confectis per notarios extra regnum in re-
gno non datur fides, ſed debet recipi aliqua ſummaria in-
formatio extraiudicialis, ꝙ ille, qui ſcripſit illud inſtrumen
tum, ſit notarius, & ad tollendum iſtam informationẽm
mos eſt in regno, ꝙ officialis publicus habens iuriſdictio-
nem ordinariam illius ciuitatis extra regnum ſcribat lite-
ras teſtimoniales ſigillatas authentico, & noto ſigillo, in
quibus ipſe facit fidem, ꝙ ille, qui ſcripſit illud inſtrumen-
tum, faciendo de eo ſufficienter mentionem, eſt notarius
21 publicus, & fidelis. † Decimò quæro, an notarius factus
ab Imperatore, vel à Comite palatino, qui habet poteſtatẽ
ab Imperatore, poſſit conficere inſtrumentum in regno cũ
iudice ad contractus, & teſtibus, etiam ꝙ teſtes ſe ſubſcri-
bant in ipſo inſtrumento? And. hic tangit ipſam quæſtio-
nem, ſed non tangit, quando iudex ad contractus, & teſtes
deſcripti ſe ſubſcripſerunt, ſed quando ſolùm contraxit cũ
teſtibus, tribuendo nomina teſtium in inſtrumẽto, prout
etiam loquitur Bar. in l. 2. ff. quemad. teſtam. aperian. Ego
tenerem, ꝙ etiam ſi iudex ad contractus, & teſtes ſe ſubſci-
pſerunt, illud inſtrumentum non eſt publicum, quia Im-
perator non poteſt facere notarium in hoc regno, in quo
ipſe nullã habet iuriſdictionem ſine voluntate regis. Quia
iſtud regnum liberum eſt ab imperio, vt dictum fuit ſupra
in prælud. in 2. q. & And. in cap. 1. in verbo, poteſtas conſti
tuendorum &c. quæ ſint regalia. tenet, ꝙ notarius vnius lo
ci non poteſt facere inſtrumẽtum in alio loco etiam de vo
luntate partium, & idem Bartol. in l. nec ei. §. eorum. in fi.
ff. de adopt. & Lucas de Penna, in l. diuumuiri. C. de decu-
rio. & Bartol. in l. 1. C. de ſum. Trin. in 13. col. & Bal. in l. re-
petita

petita.C.de epiſc.& cler. ille ergo notarius imperialis intel
ligitur conſtitutus in locis ſubditis Imperatori, & non ex-
tra iuriſdictionem in hoc regno, licet aliud velit Bar.in l.1.
C.de eman.liber.tñ remittit ſe ad d.l.1.C.de ſum.Trin.vi-
de Fel.in c.cum P.tabell.in 6.col.de fi.inſtr. & ideo ſi non
eſt notarius regis auctoritate factus in regno, non pôt con
tractum facere ét cũ iudice, & teſtib. Nam coi remouetur
officium, remouetur officij præmium.ff.de neg.geſt. l.Ne-
ſennius.dicit Bal.in d.l.ſi quis ad declinandam. 11.col. C.
de epiſ.& cler.& ſic eius ſcriptura erit priuata, & nõ publi
22 ca.† Vndecunò quæro, quid de notarijs apoſtolicis factis à
ſummo Pontifice, an poſſint facere inſtr̃a circa temporalia
in hoc regno? Iſta qõ eſt magis dubia per ea, quæ allegat
pro & contra Andr.hic, & Luc.de Pen.in l.fin.in 4.q.C.de
loc.præd.ciui.lib.10.Et vt vides, eſt contradictio inter An-
dr.& Lucam: And.tenet ꝙ non, Lucas tenet ꝙ ſic.Dicit Bar
th.de Capua hic in quadam ſua apoſtilla, ꝙ in pleno conſi.
ſapientum fuit deciſum ſm opin.And.hic, ꝙ non valet. Et
idem tempore meo fuit per ſacrum Conſilium regis Ferdi
nãdi primi iudicatum pro opinio.domini And.hic, & pro-
pterea non refero argumenta, quæ pro & contra poſſunt fie
ri, quia hodie propter ſententias latas in ſacro Cõſilio iſta
quæſtio eſſet de lana caprina. Solùm hoc ſuperaddo, ꝙ no
tarius apoſtolicus ſicut poteſt contrahere, ſeu contractus
recipere circa res eccleſiaſticas, & ſpirituales, vt in c.ſicut.
23 per Doct.extra, ne cle.vel mo.ſec.neg.ſe immi.† Ita etiam
poterit notarius apoſtolicus in regno facere teſtamenta cũ
interuentu ſeptem teſtium, maximè ad pias cauſas, & iſtud
teſtm̃ coram iudice eccleſiaſtico faciet fidem: quia ſicut po
teſt contrahere, ſeu contractum facere in rebus ſpirituali-
bus, ita poteſt etiam teſtamenta facere, quia intereſt iudi-
cis eccleſiaſtici, ꝙ teſtamenta, tam ad pias cauſas, quàm nõ
ad pias cauſas exequantur, ſecundùm Inno. & Ant.de But.
& Io.de Imo.& Fel.in c.ſi.de fide inſtr. Et ideo gl. in cap.ſi
hæredes.de teſta.tenet generaliter, ꝙ per negligentiam hæ-
redis non adimplentis voluntatem defuncti intra annum,
iuxta auth.hoc amplius.C.de fideicõ. deuoluitur executio
teſtamenti ad epiſcopum, tam in legatis pijs, quàm non
pijs, vt firmat Io.de Imo.ibi, & in c.tua nos. & Ant.de But.
in d.c.ſi hæredes.poſt Io.And.ibi.in nouel.licet aliud velit
ibi Abb.quoad legata ad non pias cauſas.ſed tenendo opi.
24 domini Antonij in c.Io.de teſta. † iudex eccleſiaſticus tam
legata pia quàm non pia exequitur, quia ſua intereſt, ꝙ oĩa
legata facta per defunctos exequantur. 13.q.2.c.vlt. volun
tas. Et eſt rõ, quia iudex eccleſiaſticus debet ſubuenire om
nibus oppreſſis, & miſerabilibus perſonis deſtitutis omni
auxilio.c.ſuper quibuſdam, de verb.ſign. 87.diſt. per totũ,
ſed defunctus, qui fecit legata poſt eius mortem, eſt miſera
biliſſima perſona, quia deſtituta eſt omni auxilio, nec ha-
bet aliud velle, vt in l.1.C.de ſacroſanct.eccl.meritò iudex
eccleſiaſticus eius legata profana, & ad pias cauſas exequi-
tur. Pium eſt enim ſatis exequi vltimas voluntates defun-
ctorum, vt in l.vel negare.ff.quemad.teſta.aper. Sed ſi age-
retur vigore teſtamenti facti per notarium apoſtolicum co
ram iudice ſeculari, nihil agens poſſet eius vigore cõſequi,
niſi ſeptem teſtes examinati deponerent in iudicio formi-
ter de voluntate, & ſolemnitate. Et aduerte, quia ego vidi
quandam apoſtillam magni Doctoris in libro conſtitutio
num magnifici compatris mei domini Ioannis Loiſij de
Artaldo vtriuſque iuris Doct.& regij Conſiliarij, in qua di
cebatur, ꝙ tempore Regis Caroli Secundi fuit cõuentum
inter eum & ſedem Apoſtolicam, ꝙ ſi notarius apoſtoli-
cus contrahat in regno in profanis cum iudice & teſtibus,
eius inſtrumenta faciant plenam fidem cum ſubſcriptione
iudicis & teſtium: ſed ſi ſine iudice ad contractus contra-
hat, tale inſtrumentum nullam fidem facit, & tene menti,
25 quia credo, ꝙ hoc ſit verum. † Duodecimò quæro, pone
producitur in iudicio vnum inſtrumentum, quod eſt vltra
libram, in quo eſt ſubſcriptio notarij, & iudicis ad contra-
ctus, & vnus tãtum teſtis de deſcriptis in inſtr̃o eſt ſubſcri-
ptus, quia alij teſtes deſcripti ſunt mortui, an tale inſtru-
mentum faciat fidem in iudicio? And.hic tangit iſtam qõ
nem poſt gl. & concludit, ꝙ tale inſtrumentum nullam fi-
dem facit, quia non habet requiſita de forma, ſecundùm i-
ſtam conſt. Et ſolemnitas, quæ eſt de forma, ſi omittatur,
reddit actum nullum.l.cum hi.§.cum prætor.ff.de tranſac.
& no.in l.5. C. de fide inſtru. & iu.hal.fiſca. lib.10. Et hoc
verum, niſi ſubito poſt celebratum contractum, puta infra
octo dies, illi deſcripti fuiſſent mortui, vt dicitur ſupra in
conſtit.baiulos omnes.quia tunc nulla poteſt imputari ne-
gligentia parti.nam hoc probato, tale inſtrumentum faciet
fidem, quia iſte caſus inopinatus abſque negligentia facit
excuſabile & probabile, vbi aliàs non eſſet.ff.de manumiſ.
teſtamento.l.qui potuerunt.ſecundùm Bal.in l.rectè poſſi-
26 denti.in 2.char.in 2.colum. C.vnde vi. † Et ideo dicimus,
ꝙ propter neceſſitatem ſuperuenientem ſtatutum efficitur
non ſtatutum, quia continet impoſſibilitatem, quod eſſe
non debet, quia lex debet eſſe poſſibilis & honeſta, ſecun-
dùm Bal.in l.diuus.ff.de petit.hæredit. Et alibi dicimus, ꝙ
propter periculum receditur à iure communi, vide Iaſ. in
l.de pupillo.§.ſi quis riuos. ff.de oper.noui nunc. cui adde
id, quod dicebat Bal.in l.omnes populi.in fi. ff.de iuſtit.&
iure.vbi dicit, ꝙ licet ſtatutum hoc non dicat, tamen ratio-
ne ſubiectæ materiæ præſtat omnibus ius interpretandi, vt
cle exiui.de verbo.ſignifi.vbi dicitur, quòd glo.rationabi-
lis non excluditur, vbi glo. excluditur. Accedat ad hoc id,
quod dicit Bal.in 1.volum.conſi.418. ꝙ ratio dat nobis vi
uendi modum, quia viuere ſub ratione, eſt viuere hominis
vt in Auth.de monachis, in prin.& homo eſt magis intelle
27 ctus quàm ſenſus, id eſt, ſenſualitas, ſecundùm Ariſt. † Sed
iuxta hanc quæſtionem occurrit mihi iſta dubitatio, vide-
licet, vtrum rex de poteſtate ordinaria, & rationabili poſſet
diſpenſare contra iſtam conſtitutionem, quæ eſt contra ius
commune, vt dicam infra in 3.not. ꝙ viuo vno teſte poſſit
fieri reaſſumptio inſtrumenti ex protocollo notarij mor-
tui, mortuis iudice, & alijs? Videtur ꝙ nõ propter ius quę-
ſitum alteri parti vigore huius conſtitutionis, & Rex non
ſolet tollere beneficium legis quæſitum ſubdito, vt in cap.
licet.de offi.ordina. & in c.cum inferior.in fine, de maior.
& obe. eius enim gratia non debet eſſe cum iniuria tertij,
l.1.§.ſi quis à principe.cum concord.ſuis.ff.ne quid in loco
publico. ad hoc accedant iura allegata per Alex. in 2. vol.
conſi.125.& in multis alijs conſilijs, & quæ dixi in cap.j.
qui ſucceſ.tene. Præterea ſi pars, quæ petit dictam diſpen-
ſationem à rege poſt ius quæſitum alteri parti, vigore præ-
ſentis conſtitutionis, non poteſt vllo modo tollere, vt in-
quit Bal.in l.ſi conſtante.in verſi.exceptis. C.de dona.ante
nupt.& Alex.in l.qui Romæ.§.Flauius. ff.de verb.oblig.er
go nec conuenit regi facere præiudicium parti, cui ius fuit
quæſitum ex ſua lege, vt dicit glo. 22.diſtinct.c.1. & idem
dicunt Inno.& Io.Andr.in c.innotuit. de elect. Item, ſi ius
regium debet interpretari ſine præiudicio tertij ſui ſubdi-
ti, vt in l.fi.C.de fuod.patr.lib.11. & in l.in nomine domi-
28 ni.C.de offi.præſ.vrb.quanto fortius dicendum eſt, † quòd
non conuenit regi tollere ſubdito ius quæſitum ex ſua le-
ge, maximè quia, vt dixit Lucas de Pen. in l.1. in 3.col. C.
de his qui in exilium.libro 10. poteſtas regia non trahitur
ad præterita.vbi multum in ſimili copioſè examinat iſtam
materiam. Sed in contrarium facit, quia rex poteſt tollere
obſtaculum iuris poſitiui, & reddere ſe conformem iuri
communi, vt probat multum egregie Pet.de Anch.in cap.
cum aliquibus.de reſcript.lib.6. & ſicut rex tollendo obſta
culum huius conſtitutionis, poteſt committere, ꝙ in reaſ-
ſumptione inſtrumenti ſeruetur ius commune, de quo in
capit.cum P.tabellio.de fide inſtrumen. præterea princeps
priuilegium à ſe conceſſum poteſt reuocare, gl. in cap.de-
cet.de reg.iur.lib.6.no.in c.quia plerique, de immun.eccl.
Angel.in l.Antiochenſium.ff.de priuileg.credito.ſecus ſi il
lud priuilegium tranſiſſet in contractum, vt nota. in l.di-
gna vox.C.de legi.& io c.2. de prob.per do. Alex.in 2.vol.
conſi.215.incip.nec arguendi ſumus.& patet, quia ſi prin-
ceps conceſſit priuilegium, vt res non præſcribatur niſi per
cen-

centum annos,poteſt hoc reuocare,& reducere ad tempus
ſecundùm ius commune,vt dicunt Saly.& Pau.de Caſt in
auth.Caſſa.C.de ſacroſanct.eccle.cum concord.allegatis p
Alex.in 2.vol.conſi.208. incip.ſtatutis accutatis. pro ſolu-
tione huius qõnis dico,prout dicit Lucas de Penna, in d.l.
29 s.in 4.col. C. de his qui in exilium &c. † ꝙ princeps ſine
graui & rationabili cauſa non debet tollere ius quæſitum
parti per ſuam conſtitutionem, licet regulariter contra ius
poſitiuum ſola voluntate,poſſit cum clauſula, non obſtan-
te,illud tollere,vt no.in c.propoſuit. de conceſ.præb. & io
cle.1.in verbo,infectis.de immu.eccl.& firmant Doct.in c.
quæ in eccleſiarum.de conſti.quia princeps habet liberum
arbitrium in his,quæ ſunt iuris poſitiui. ſed intelligitur,ꝙ
non debet facere alijs, quod ipſe non feciſſet pro ſe, ſecun-
dùm Bar.in l.1.ff.de ſolu.per illum tex.iuncta gl. in l.cæte-
rùm.in verbo,dictum.eo.tit.& Ang.& Bal.in l.1.2.opp.C.
de his quæ pœnæ nomine.Et ſic non debet rex vti arbitrio
cum præiudicio tertij,vt dicit Ant.de But.in c.3. de conſt.
& voluit Lapos de Caſtiliono alleg.135.rex enim licèt ha
beat cœleſte arbitrium,vt l.1.in fi. C.de ſum.Trin. tamen
debet ſuum arbitrium regulare iuxta laudabiles conſuetu
dines loci,vt no.in l.1. C.de ſum.Trin.præallegata, & in l.
s.C.de eman.lib.50.& in l.an inter. C.de ædif.pri. & ideo
dicebat Bal.notanter,ꝙ illud,quod eſt conſuetudinarium,
non eſt arbitrarium.non igitur debet rex ſine magna & ra
tionabili cā facere arbitrium contra iſtam conſti.in præiu-
dicium alterius partis,cui fuit ius quæſitum per ſuam legē
diu ſemper ſeruatam quæ habet vim veræ iuſtitiæ, ſecun-
dùm Bal.in t.rub.feud. in 2.col. & ad hoc faciunt ea, quæ
dixi in conſt.vſuratiorum.in 4. no.Et ideo ſcio,ꝙ rex Ferd.
Primus nunquam voluit ſuper hoc caſu diſpenſare,nec tol
lere impedimenmm præſentis conſtitutionis ſuper dubio
prædicto, nec vnquam ego conſulerem regi,ꝙ vteretur ar-
bitrio contra iſtam cõſtitutionem in caſu præſentis dubij,
nihilominus me ſubmitto iudicio alterius melius ſentien-
30 tis.† Secundò no.ex tex.ibi,infra libram,ꝙ in magnis quā
titatibus maior ſolemnitas requiritur,quàm in exiguis, &
paruis.nā vides hic, ꝙ in inſtro infra libram duo teſtes ſuf
ficiunt,vt ſe ſubſcribant inſtro,ſed vltra libram requiritur,
ꝙ tres teſtes ſe ſubſcribant.Ad idem in ſimili,& in l.ſin.C.
ſi cert.pet.& in Auth.de inſtr.cau. & fide. §.fi.voluit etiam
Bar.in l.Modeſtinus. ff.de do. vbi donatio in ſumma quin-
gentorum ducatorum non requirit inſinuationem,ſed vl-
tra ſummam ſic.Sic ēt dicimus,ꝙ in alienatione rei eccle-
ſiaſticæ reſpectu valoris ipſius ſunt neceſſariæ ſolemnita-
tes de quibus in auth.hoc ius porrectum. C.de ſacroſan.ec
cleſ. Nam ſi ſunt modici valoris , non requiruntur illæ ſo-
lemnitates,vt in c.terrulas.12.q.2.& no.in ca.cæterum. de
don.idem in alienatione rei minoris, quia ſi eſt prædium,
requiritur decretum , ſi ſunt res , quæ ſunt in periculo , vt
animalia,& aliæ res,quæ ſeruando ſeruari non poſſunt,nō
requiritur decretum, vt in l.& ſi ſine. verſic.in rebus, quæ
fortuitis &c.ff.de mino. & in l.fi. C.quando decreto opus
non ſit . Ideo ſolēnitas iudiciorum relaxatur in cauſis mo-
dicis, vt in auth. niſi breuiores. C. de ſenten.ex breui.reci-
31 tand.† Tertiò no. ex tex. ibi, duo teſtes bonæ , & probatæ
opinionis,ꝙ non poſſunt partes,quæ contrahunt,in contra
ctibus adhibere teſtes inhabiles , ſed debent adhibere te-
ſtes bonæ & probatæ opinionis, imò verius omni exceptio
ne maiores,contra quos nihil poſſit opponi, vt hic. Nam il
b le dicitur teſtis [b] omni exceptione maior, cui nihil poteſt
opponi, vt dicit glo. in ca.s. de conſang.& affinita.& glo.
Inſti.de inutil.ſtipul.§. item verborum. Bald.in l.optimam.
C.de contrahen.& committen.ſtip. Abb.Sic. in c.at ſi cleri
ci.4.colum.de iudi.Fel.in cap.cum Ioan.16.col.de fide in-
ſtrumen.Et ſic patet per iſtum tex.ꝙ contra inſtrumentum
publicum ſubſcriptum à teſtibus poteſt opponi,ꝙ nulla ei
fides eſt adhibenda,quia teſtes,qui ſe ſubſcripſerunt in in-
ſtrumentis,non ſunt teſtes omni exceptione maiores & ſic
32 caret debita ſolemnitate . † Quæ exceptio poteſt opponi
etiam,vbi ſtatutum diceret, ꝙ contra inſtrumentum nulla
admittatur exceptio,nā non excluditur exceptio,ꝙ inſtrm
eſt minus ſolemne,ſecundùm Bar.in l.j §.& parui.ff. qd vi
aut clam.& per hoc patet , ꝙ ſi p̄ſentetur inſtrm in magna
c Curia,ſuprà laudabilem ritum ipſius: [c] & opponatur, ꝙ te
ſtes non ſunt probatæ vitæ,nec omni exceptione maiores ,
& ſic ꝙ non eſt inſtrm,non poneretur in carcere,ſed debe-
ret audiri,& p̄ſtari fideiuſſio de ſtando iuri ſuper hoc,& ſi
poſtea non probaret ꝙ illi teſtes non eſſent probatę opinio
nis,tunc procederet ad interrogationem inſtrumēti, iuxta
dictum ritum.Et ſic per iſtam conſtitutionem in regno nō
habet locum id,quod dicit glo.in Auth. de teſtib.§. ſi verò
huiuſmodi. in verbo, ſupplicijs. quæ dicit,ꝙ ex quo teſtis
rogatus à partibus,eſto etiam ꝙ non ſit fide dignus, credit
ſibi ſine tormentis, & iſtam gl. reprobat Ang.ſingulatem
in l.j.C.de teſtam.& Bal.in l.parentes.eod.tit.& in l.ad te-
ſtium.§.j.ff. de teſta. & de intellectu dictæ glo. uide Alex.
in d.l. j.C.de teſtam.in 6.col. & in 1.vol. conſi.70.nec ob-
ſtat id,quod dicitur,ꝙ probatio per teſtes,quæ non debuit
admitti,tamen ſi eſt admiſſa per iudicē,valet, vt dicit Inn.
in c.cum Bertoldus.de re iudic.ſecundùm Bal.in l.illicitas.
§.veritas.ff.de offic.præſid.nec etiam id,quod dicitur,ꝙ te
ſtis,quem approbaui,non poſſum eius perſonam reproba-
re,vt dicitur in l.ſi quis teſtibus.C.de teſtibus. & per Abb.
Sicu.in c.præſentium. extrà eo.tit.nam vides hic,quòd ſi te
ſtis ſubſcriptus in inſtrumento de voluntate partium non
eſt omni exceptione maior, inſtrumētum deficit in ſolēni-
33 tate , † partes non poſſunt renunciare iſtis ſolemnitatibus
inductis per iſtam conſtit.ut in l.nemo poteſt.ff.de legatis
& fideicommiſſis 1.& C.de iuramen.calum.l.2.§.ſed quia.
& ff. de poſtulan. l. quos prohibet. Nam iſta conſtitutio
prohibet, ne fiant inſtrumenta ſine ſubſcriptione teſtium.
& vult,ꝙ illi teſtes ſint omni exceptione maiores, & ſi ali-
ter fiat,ꝙ inſtrumenta nullam fidem faciant, ergo huic iu-
ri renunciari nō poteſt,arg.l.pe. C. ne fideiuſſores dotium
dentur . Quartò no. ex tex.ibi,ſcientes literas. ꝙ teſtes,qui
adhibentur in contractibus, & in teſtamentis, debent eſſe
tales, ꝙ ſciant ſcribere ſe pro teſtibus in inſtrumentis, alio
quin ſi in loco,vbi fit rogitus,vel contractus,non reperian
tur teſtes literati , qui ſciant ſcribere, tunc poſſunt eſſe te-
ſtes in ſubſidium alij teſtes , qui neſciunt ſcribere, & hoc
importat illa verba hic poſita, alioquin alij aſſumantur.
Hoc bene declarat Bart.in l.j.verſi.4.quæro, de dictione ,
alioquin.ff.de conditionibus,& demonſtrationibus.& ui-
de de iſta dictione Salic.in l.2.in prin.ff.ſi certum petat.be-
nefacit ad hoc id,quod dixit Spec.in titu.de citatione.§.1.
verſic.ſed pone Papa,ubi dicit , ꝙ ſi Papa mandat mihi, ꝙ
moneam talem,ꝙ infrà 15.dies reſtituat tale beneficium,
alioquin citē eū,ut intra tres menſes compareat coram Pa
pa,ego uerò moneo ipſum,ut reſtituat beneficiū intra 15.
dies , alioquin ex nunc te cito, ꝙ uadas ad Papam,dicit ꝙ
Papa pronunciauit, ꝙ nō ualet talis citatio:debuit.n.expe-
ctare per quindecim dies,& poſtea citare,& ibi uide Ioan
34 nem Andream in additionibus. † Et ideo ſi præſentaretur
inſtrm, & ibi non eſſent ſubſcripti teſtes , ſed eſſet ibi ſcri-
ptum ſignum crucis talis teſtis neſcientis ſcribere, ſi poſſit
probari,ꝙ in illo loco erant homines, qui ſciebant ſcribe-
re,tales teſtes non habentur pro ſubſcriptis,quia teſtes de
bent ſcire literas, & neſcientes ſcribere recipiuntur in ſub-
ſidium. ſcias ergo iſta opponere, & probare contra inſtru-
mentum celebratum in ciuitate , ubi ſunt teſtes literati &
ſubſcriptio eſt facta , prout dicit hic gloſ. ſignum Crucis
talis neſcientis ſcribere , nam pauci ad hoc aduertunt . Et
aduerte , ꝙ quando teſtes, qui neſciunt ſcribere, adhiben-
tur in ſubſidium,quia non ſunt alij teſtes,qui ſciant ſcribe
re,tunc ille teſtis illiteratus, qui facit ſignum Crucis in in-
ſtrumento alio portante eius manum ad faciendum Cru-
cem, quia eſt ita groſſus, ꝙ cū calamo neſcit facere Crucē
debet conſtare per teſtes,uel per ſcripturam,ꝙ ipſe manda
uit illi , qui portauit eius manum, ut faceret ſignū Crucis
in dicto inſtrumento . ita dicit in effectu Lucas de Penna.
l.nulli.§. omnia.C.de numerarijs.in uerbo , mentionem.

lib.

lib. 11. & videtur mihi, q bene dicat, ne detur materia fa-
35 bricandi falſum. † Quintò no. ex tex. ibi, nullam habeant
firmitatem. q iſta conſtitutio annullat inſtrm, aut propter
vitium deficientis ſubſcriptionis duorum, vel trium teſtiū:
aut quia teſtes, qui ſe ſubſcripſerunt, non ſunt omni exce-
ptione maiores: aut quia in loco erant teſtes literati, & fue-
runt aſſumpti teſtes neſcientes ſcribere, & de iſtis cauſis an
nullantibus inſtrm non reperitur alibi, niſi in hac conſtitu
tione, & ſic eſt contra ius cõe. & propterea dicit hæc conſti
tutio, q hic augent ſolemnitates in inſtro, quæ non erãt de
iure cõi, vt dixi ſupra in conſti. baiulus omnes. in 1. not. po
tuit enim rex augere iſtas conſtitutiones in contractibus
ſubditorum. Sed iſtæ ſolemnitates non habent locum in
alienationibus bonorum eccleſiæ, quia ius ciuile non põt
addere alias ſolemnitates in alienationibus bonorũ eccle-
ſiæ vltra illas, quæ reperiuntur de iure canonico, & ſic non
poteſt addere ſubhaſtationes, vt dicunt Bald. in auth. hoc
ius porrectum. C. de ſacroſan. eccl. Ang. in l. 1. C. de fide in-
ſtrum. & in. baſ. fiſci. lib. 10. & And. de Iſer. in c. 1. qui ſuc.
ten. bene fateor, quòd in iſto regno alienationes bonorum
eccleſiæ inferiorum, quæ fiunt cum decreto prȩlati, non ali
ter valent, niſi præcedentibus ſubhaſtationibus, & hoc per
conſtit. legati de latere domini Girardi Cardinalis epiſco-
pi Sabinenſis, & incipit illa conſtit. quia nonnulli. ibi, dum
dicit, ſemper licitationibus apponant, & rex Carolus ſecun
dus poſuit dictam conſtitutionem inter ſua capitula, char.
36 30. † Sextò & vltimò no. ex tex. ibi, clerici cuioſcunq; ſint
ordinis, q iſte tex. inhibet protonotario, & viceprotonota-
rio, & alijs officialibus regijs, ne aſſumant in officium no-
tariatus clericum in quocunque ordine exiſtat, vt hic, & in
fra in 3. libro, in conſtitu. quæ incipit, conſtitutione præſen
ti. in fi. & dixi ſupra in conſtit. in locis demanij, & vide hic
glo. fi. quæ allegat iura communia ſuper hoc. tu verò con-
clude, q de iure communi clericus poteſt eſſe notarius Pa-
pæ, & archiepiſcopi, vel epiſcopi in cauſis eccleſiaſticis, ſed
non inter laicos, vt dicitur per Ioan. And. in nouella, & per
alios ſcribentes in c. ſicut. ne clerici, vel mona. ſecu. nego.
ſe immiſceant. Et ſi facerent inſtrumenta inter laicos, va-
lent inſtrumenta, ſed debent puniri, vt dicit Barto. in l. vni-
uerſis. C. de decu. lib. 10. & tangit Alex. in l. impuberem. §.
qui codicilli. ff. de falſis. ſed hodie in regno notarius apo-
ſtolicus faciens inſtrumentum inter laicos non ad pias cau
ſas non valet, vt dixi ſupra 7. no. in 11. q. An autem ſpurius
poſſit creari notarius? Conſtitutio prædicta, conſt. præſen-
37 ti. expreſsè inhibet, ne fiat notarius. † Sed pone, q eſt fa-
ctus notarius, an eius inſtrumenta faciant fidem? Gaſpar
de Calderinis conſuluit q. ſic, & illud conſilium eſt ſub ti-
tu. de fide inſtrum. & incipit, ſpurius notarius. In gl. 1. poni
tur ſummarium in hac conſtitutione. In glo. 2. multi ſunt
caſus, in quibus requiruntur teſtes vltra numerum duorũ,
vel trium, vide in Spec in titulo, de teſte. §. reſtat de nume-
ro teſtium videre. In glo. 3. quærit glo. an iſta conſtitutio,
quæ loquitur de contractibus, habeat locum in teſtamen-
tis. vide eam, quia bene arguit ad partes, & tenet, vt dixi ſu
pra in primo notab. In glo. quarta, ibi, etiam ſi ſit libra. hic
glo. quærit, quid ſi contractus nõ eſt infra libram auri, neç
vltra libram, ſed eſt de libra auri: vtrum ſufficiat, q duo te
ſtes ſe ſubſcribant, vel requiratur, q tres. & firmat gl. q in-
dicatur ſicut de infra libram, per l. ſi quis ſic dixerit. ff. de
verbo. obliga. & per alia iura, quæ allegat in argumentum,
ſed inquantum allegat in contrarium. l. 1. ff. manda. dic, q
hic eſt vitium ſcriptoris, nam debet dicere. ff. de manu miſ-
38 ſio. & ibi eſt caſus ſpecialis. † In glo. 5. in verbo, ſubſcribat,
vtrum teſtes debẽt de iure communi ſubſcribere ſe inſtru-
mento? Dicit hæc gl. q non. dic vt dixi ſupra in primo no.
in princ. In eadem ibi, item quæro de hac quæſtione. dixi
ſupra in primo notab. in 12. q. In glo. 6. opponit glo. contra
text. dicitur hic, q in contractu infra libram duorum tan-
tum teſtium ſubſcriptio in inſtrumentis eſt neceſſaria, con
tra. imò requiruntur tres, vt dicit conſtitutio infra, quæ in-
cipit, in cauſa depoſiti, vbi ſi depoſitum eſt, requiritur pro-
batio trium. ſi verò eſt vltra libram, requiritur inſtrumen-
tum cum ſubſcriptione notarij, & iudicis, & trium teſtium
omni exceptione maiorum. Solutio. ibi eſt ſpeciale in cau-
ſa depoſiti. In glo. 8. quȩrit hic glo. qualiter teſtes, qui ne-
ſciunt ſcribere, & adhibentur in teſtes in ſubſidium in in-
ſtrumento ſe ſubſcribant? Dic vt in ea, quia clarè loquitur,
& ita practicatur. & ſupple ad eam dicta per me ſupra in
4. notabili. In glo. fi. dic vt dixi ſupra in 6. not. In hac conſti
tutione poſſent tangi multæ quȩſtiones ab extra de mate-
ria inſtrumentorum, de quibus vide per Albe. de Roſ. in
rub. C. de fi. inſtr. & per ſummiſtas, tam iuris ciuilis, quam
iuris canonici ſub eadem rubr. ideo eas omitto, quia non
ſunt de pertinentibus ad hanc conſtitutionem.

ANNOTATIONES.

a Teſtes.] Adde, an hoc dictũ procedat in inſtrumẽto dotali, ſi reperiatur habere ſubſcriptionem duorum teſtiũ præter iudicẽ & notarium: cum alij teſtes ſint mortui? Vide Sali. in l. ſi. 4. not. C. de in. dotium. & per Matth ſupra in conſti. baiulos omnes. col. 15. circa prin. verſ. item duo. vide regiã pragma. reginæ Ioãnæ, quæ incipit, Ioanna ſecunda. fo. 7. lib. meo. Ant. Capicius, dec. 171. Batius.

b Quȩro.] Adde videndum eundem auctorem 10 dec. R. S. C. 151 & ritum magnæ Curiæ Vicariæ. Item ſeruat dicta curia. ſub rub. non datur fides inſtrumentis confectis extra regnum. Batius.

c Nam ille dicitur teſtis.] De hac materia vide, quæ addita ſunt ad eundem Affl. in conſti. ſi quis in poſterum. nu. 15.

d Adde videndum eundem auctorem ſupra in conſtitutione, in ciuilibus, colum. 3. Batius.

De aduocatis ordinandis. Rub. LXXX.

SVPRA proximè dictum fuit de ſolẽnitatib. quȩ requiruntur in inſtrumentis, quȩ in regno per notarios conficiuntur: uerum quia ad cognoſcẽdum, an inſtrumenta, quȩ producuntur in iudicio, ſint ſolemniter facta, & ad dirimendum dubia cauſarum ſunt valde neceſſarij aduocati, ideo poſt titulum de fide inſtr. ſequitur, de officio aduocatorum.

SVMMARIVM.

1 *Aduocati in republica non tam vtiles ſunt, quàm neceſſarij.*
Scholaris doctiſſimus non poteſt aduocare, niſi prius examinatus & approbatus.
2 *Aduocatus ſine licentia aduocans pœna falſi tenetur.*
3 *Doctor abſque iudicis licentia officium aduocationis exercere poteſt.*
4 *Licentia aduocandi à tribus poteſt concedi.*

ADVOCATORVM officium. Nullus poteſt gerere officium aduocationis
coram magiſtro iuſtitiario, uel iuſtitia-
rijs, niſi primò ſit examinatus, & appro
batus per magiſtrum iuſtitiarium, & iu
dices magnȩ Curiȩ, quando vult ad-
uocare in magna Curia Vicariȩ, & quando vult aduoca-
re coram iuſtitiario, per iuſtitiarium, & eius iudices, vel
1 fuerit approbatus per literas Regis. † Nota primò ex tex.
quòd aduocati non tam vtiles, quàm neceſſarij ſunt in re-
publica. Secundò no. quòd ſcholaris etiam doctiſsimus
non poteſt exercere officium aduocationis coram magi-
ſtro iuſtitiario; niſi ſit approbatus prȩuia examinatione
facta à magiſtro iuſtitiario, & iudicibus magnȩ Curiæ,
idem ſi eſſet approbatus per literas domini regis, & ſi vult
aduocare coram iuſtitiarijs prouinciȩ, oportet, quòd ſit
approbatus ab eis, vel à magna Curia Vicariȩ, aut habeat li
teras domini regis, q poſſit aduocare in omnibus curijs.
Idem dicit hic glo. allegando glo. Caroli de Tocco in Lon
gobarda, ſi quis cauſam. de offic. iudicum. Non oportebat
glo.

glo.remittere ſe ad gl. Langobardam, ſed debebat allegare
2 tex.io l.nemioem. C.de aduocatis diuer.iud.† & ſi aduoca
ret ſine licentia,teneretor pœna falſi, per l.eos. ff.de falſis.
aut pœna arbitraria,ar.l.pe. C.ad l.Iuliam Viſcelliam. Et ſi
ſine iuſſo præſtito adoocaret, puniretur pœna contenta in
conſt.ſeq.De iure verò Codicis, qui contra prohibitionem
præſtiterit patrocinium, alia pœna puoiatur, vt dr in l.fi.§.
pen.C.de poſtulan.Sic ẽt ſtatuit conſt.quæ iocipit,vtilitati
ſpeciali,de medicis, vt nullus poſſit artem medicinæ exer-
cere,oiſi fuerit approbatus. Bene fateor, q iſte ſcholaris, q
nõ eſt approbatus,poſſet ire ad iudicem, & petere pro ſuo
amico dilarionem in cã ad certum actum,oon dico allegã-
do in iure,ſed rogando iudicem, vel ei conſulere in came-
ra. Vel poſſit coram arbitro allegare, quia faciendo iſtos a-
ctus,non dr aduocare,ſecundùm Bar.in l.1.§.aduocatos.ff.
de varijs & extraord.cognitio.& in l.Pau. ff de leg. & ha-
betur,iu l.1.ff.de poſtulan.Luc.de Pen. in l.1. C.de his qoi
3 in exilium.lib.10.† Sed quærit hic And.quid ſi eſt doctor
approbatos in collegio, an oportet habere licentiam à re-
ge,vel à magna curia,vel à iuſtitiarijs de aduocando?Et cõ
cludit hic Andr.& bene, q non, & dicit ita fouſſet de facto
pronuotiatum,& bene dicit,qnia doctor habet aothorita-
tem interpretandi dubia iuris,ſecundùm Bart. in l.1.C.de
legib.per l.1.C.de profeſſo.qui io vrbe Conſtan. lib.11.Nã
doctor approbatur per eius ſapientiam dr aureus, & ſi eſt
eloquens,dicitur argenteus,ſecundùm Arch.23.q.4. c.qui
ſecuodùm.Et liogua eius vocatur argentea,vt dicit Nic.de
Lyra in lib.Iſaiæ ca.1.Doct. enim tenet primum locum in
eccl.Dei.c.cum ex iniuncto.§.cũ igitur.de hæret. lib.6. no.
Arch.in proœ.6.& in c.fi.de magiſtris.dicit, quòd doctores
4 ſunt velut ſtellæ in firmamento cœli. † Tertiò nota ex iſta
cooſtitutione,q tres ſunt,qui poſſunt dare licentiam adoo
candi,duo generaliter in regno, vt eſt rex & magna Curia
Vicariæ:& vous particulariter reſpectu certæ prouinciæ,vt
eſt iuſtitiarios prouinciæ. hodie hoc oon eſt in vſu,q a ſcho
a lares,qui ſtoduerunt [a] per quinqoennium,& vltra, docto-
raotur in ciuitate Neapolis per collegiũ doctorum nume-
ro quatuordecim,quod collegiom eſt approbatum per oẽs
reges huios regni.In gl. vnica,dic vt dixi in 2.no. ſupra.

ANNOTATIO.

a Studuerunt.] Vide Bar.in l.magiſtros & in l.ſi quis C.de profeſ-
ſoribus & medicis.li.10.qui dicit,q ſeptem Doct. requiruntur in
approbatione alicuius doctoris. & an filius alicuius doctoris de
collegio ſi doctoratur,teneatur ſoluere aliquid collegio,vide Fe.
lin.in rub.de maiori.& obed.col.6.& Bar in l Gal. § quidam re-
cte.col.ſi ff de lib. & poſthum gl in l.iubemus. in verbo,ſumptib.
C.de aduocatis diuerſorum iud quam glo allegat Matth. in rub.
de conſtit.de iure protomiſeos,col.10 ſol.5.nu. 15.lib.meo.dicẽs,
q licet regulariter volens doctorari debeat ſoluere collegio,non
tamen ſoluit volens doctorari filius doctoris collegiati, & ita di-
cit dicta glo. fuiſſe intellectum per Docto. collegij Neapolitani,
& de hoc fuiſſe factum ſtatutum in dicto collegio, de quo latè
per Matth. in dicto loco. Batius.

De præſtatione ſacramenti ab aduocatis. Rub. LXXXI.

NON expedit hanc rubricã contionare, qoia ſeipſam contionat. Nam ſupra dictum eſt, q aduocati debent prius examinari, & approbari per regiam Curiã, vt ſupra:hic dicit, quòd poſtquam ſunt examinati, & approbati pro ſufficientibus,debent iurare iſta,quæ continentur in hac conſtitutione.ideo ſequitur oigrum.

SVMMARIVM.

1 *Aduocati ſeptem iurare debent ſe ſeruaturos.*
2 *Clerici aduocare non poſſunt coram iudicibus ſecularibus in cauſis profanis.*
3 *Aduocati ſuper ſacroſanctis Euangelijs iuramentum præſtare debent.*
4 *Aduocatus in ſermone verax,& in iudicio iuſtus eſſe debet.*
5 *Aduocatus iuſtam cauſam habens, an poſſit vti dolo ad obtinẽdum in iudicio.*
6 *Recuperare licet quandoque rem ſuam furto.*
7 *Aduocatus bonus,quæ debeat obſeruare.*
7 *Aduocati iuuenes,in quale incidant vitium.*
8 *Aduocatus clientulum de iure inſtruere poteſt, & non de facto.*
9 *Principalis quando poſitionibus reſpondere teneatur, & cuius expenſis,ſi abſens ſit.*
10 *Aduocatus nihil contra ſuam conſcientiam allegare debet.*
Conſcientia legis,conſcientiam ſuperat hominis.
11 *Apices iuris in foro conſcientiæ non excuſant.*
12 *Aduocati cauſas iniuſtas, & à iure deſperatas non debent defendere.*
13 *Iudex an teneatur credere aduocato dicenti,clientulum non habere ius.*
Auaritia ſenſus humanos peruertit.
14 *Medicus an poſſit licitè promiſſionem ſalarij recipere ab infirmo infirmitate pendente.*
Aduocatus non debet paciſci cum clientulo de quota litis.
15 *Pactum aduocati cum clientulo de ſoluendis ſumptibus litis, & ſi vicerit, dabit ſibi tantam quantitatem,an ſit validum.*
16 *Aduocati ſingulis annis renouare debent iuramentum ſuum.*
17 *Aduocatus veniens contra iuramentum ſuum efficitur infamis.*
Clericus in iudicio ſeculari aduocare nequit.
18 *Clericus in ſacris conſtitutus pro negotijs profanis non poteſt eſſe aduocatus.*
19 *Clericus contra eccleſiam aduocare non poteſt, a qua beneficiũ habet.*
20 *Officiales puniuntur admittentes aduocatos non iuratos.*
21 *Conſuetudo notarium excuſat à pœna falſitatis.*
22 *Clericus non poteſt incidere in pœnam per dominum laicum conſtitutam.*
23 *Clauſula, quæ in fine ponitur,non ſemper ad præcedentia refertur.*
24 *Scholaris, qui non ſtuduit per quinque annos, an poſſit aduocare.*

a ADVOCATVS tam io curia.[a] Iſta con
ſtitutio eſt quaſi conformis cum iure cõ
muni in effectu,videlicet cum l.rem nõ
nouam. §. patroni autem cauſarum. C.
de iud. vbi datur forma, qualiter aduo-
cati debeant iurare, vt in l.quiſquis vult
eſſe caolidicus. C.de poſtulan.multa dicuntur de his,quæ
continentur in iſta conſtitut,vt videre poteris. Et miror
profectò,atteoto quod glo.io d.l.rem oon nouam. dicit, q
de ioramento præſtando per adoocatos,l.caoetur. ſed con
ſuetudine oon habetur, quòd iſte Imperator contra iſtam
conſuetudinem diſponat, quæ licet ſit bona, tamen dicit
Alber.de Roſ.in d.l.rem non nouam,quòd ſummus Ponti-
fex in compoſitione ſexti libri non poſuit decretalem Gre
gorij Decimi, quæ incipit, properandum. de poſtulando,
quæ non eſt incorporata, neque io decretalibus, neque in
6.quæ loquitur de iſto iuramento aduocatorom, qoia cre-
dit,q ideo non fuit incorporata in 6. quia multi incurre-
bant periuriom,eam non obſeruando. Et diuiditur hæc cõ
ſtitutio in quinque partes. Io prima parte ſtatuit,q illi qui
habent licentiam aduocandi, antequam incipiant exerce-
re officium adoocatioois,debeant iurare, tactis corporali-
ter ſacroſanctis euangelijs, iſta ſeptem, quæ hic continen-
1 tur,videlicet,iurabunt † in primis, q ſuum clientolum cũ
omni fide,& veritate iuuabuot,& ſine tergiuerſatione. Se-
cundò, q clientulum ſuum non inſtruent in facto contra
veritatem. Tertiò, q oon allegabunt pro eo contra ſuã con
ſcientiam. Quartò,q non recipient cauſas malas, & deſpe-
ratas

ratas ad aduocandum. Quintò, q̃ ſi in principio litis fuit
obiectum vel narratum mendacium, & poſtea in proceſſu
cauſæ appareat, q̃ in facto, vel in iure ſuus clientulus non
habet ius, deponent pro eo officium aduocationis, & nõ re
cipient patrocinium alterius partis. Sextò, q̃ nõ petent aug
mentum ſalarij, dum conficitur proceſſus. Septimò & vlti-
mò, q̃ non facient pactum de quota litis, & durat vſq; ibi,
quod ſacřm. Hic eſt ſecunda pars, in qua iubet, q̃ aduocati
non ſemel tantùm debent facere dictum iuřm coram ma-
giſtro iuſtitiario, vel iuſtitiarijs regionum, ſed debent om-
ni anno dictum iuřm renouare, & durat vſque ibi, ſi quis
aũt. Hic aſt tertia pars, in qua imponit pęnam aduocatis ve
nientibus contra formam dicti iuramenti in aliquo capi-
te, vt priuentur officio aduocationis cum nota infamiæ, &
ſoluant pro pœna regiæ Curiæ tres libras auri, & durat vſ-
2 que ibi, denique clericos. † Hic ſtatuit, q̃ clerici coram iu-
dicibus ſecularibus in cauſis profanis non poſſunt aduo-
care, quia eis eſt interdictum dictum officiũ, niſi pro pro-
prijs conſanguineis, & affinibus, & pro eccleſijs, & miſera-
bilibus perſonis ſine tñ ſalario. & durat vſque ibi, quiſquis
autem. Hic eſt, quinta & vltima pars, in qua imponitur pœ
na vnius libræ auri officialibus regijs, qui admittunt ad ad-
uocandum aduocatos, contempta regni conſtit. 1. ſine iuřo
prædicto regio fiſco applicandæ, & eandem pœnam ſolue-
re tenetur regio fiſco aduocatus, qui exercuit officiũ aduo-
cationis ſine iuřo, & eius renouatione, & durat vſque in fi-
nem, & breuiter hoc intendit. Tam officiales regis, quàm
aduocati puniuntur pœna hic deſcripta, ſi aduocatus exer-
cuit aduocationem abſque iuramenti forma hic contenta,
& eius omni anno renouatione. Et ſi aduocatus venerit cõ-
tra formam iuramenti, non pœna corporali propter periu-
rium, ſed alia pœna hic contenta punietur: clericis autem
non licet aduocare in curijs ſecularibus, niſi pro agnatis, &
affinibus, eccleſijs, & miſerabilibus perſonis, & ſine ſala-
3 rio. † Nota primò ex tex. ibi, ſacroſanctis euangelijs corpo-
raliter &c. q̃ hoc eſt de forma iuramenti aduocatorum ſu-
per euangelijs iurare, & in alijs iuramentis hoc non eſt de
forma. vide, quæ dixi in capite. 1. §. item ſacramenta. de pa-
ce iura. firmanda. & Doctor. in auth. ſacramenta puberum.
C. ſi aduerſus vendi. & Abb. in c. & ſi Chriſtus. in gl. in ver
bo, teſtis. de iureiuran. & glo. in clem. 1. de hæreticis. in ver-
bo, tracta. & de forma iuramenti, quod præſtare debet ad-
uocatus de iure communi, habetis tex. expreſſum in l. rem
non nouam. C. de iudicijs. licet gl. ibi dicat, lege cauetur,
conſuetudine non habetur. tamen, vt dicit Dominicus in
c. Romana. §. nec etiam. de foro compet. lib. 6. non valet iſta
conſuetudo, ſicut non valet conſuetudo, q̃ non iuretur de
calumnia, vt in c. cæterum. in fi. de iura. calum. imò fortius
ſunt compellendi aduocati, quia ſunt plus cauilloſi. l. ab
Anaſtaſio. C. manda. & in Auth. conſtit. quæ ex aſcript. in
princip. & ratio quare non valet iſta conſuetudo, eſt ſecun-
dùm eum, quia laxat & parat animarum pericula. c. penul.
& fi. de conſuetu. c. extirpandæ. de præbend. ſecundum Io.
Mona. & Ioan. And. in d. §. nec etiam. & hoc tene menti cõ-
tra iudices, qui non exigunt hoc iuramentum excuſantes
ſe cum conſuetudine. Nota ſecundò ex tex. ibi, cum omni
fide, & veritate. q̃ licèt hodie tempore meo fuerit in regno
ſeruatum, q̃ aduocati, qui ſunt Doctores, iurẽt illa ſeptem
quæ ſuprà dixi: tamen boni aduocati timentes Deum de-
bent pro clientulis præſtare patrocinium cum fide & veri-
4 tate. † Aduocatus enim debet eſſe verax in ſermone, iuſtus
in iudicio, & plenus in conſilio. Hinc eſt, quod dicebat Al-
bert. de Roſa. in l. ab Anaſtaſio. C. mandati, q̃ ſunt quidam
aduocati cauilloſi, & aſtuti, inuenientes argumenta contra
legis intentionem & diſpoſitionem, & ideo dicuntur ta-
les ad malitiam dediti, omnia mala inuenictes, vt in Auth.
vt hi qui obligat. ſe habe. per. res minoris, vltra principiũ.
& tales aduocati faciũt videre malam cauſam bonã, vt no.
gl. in l. quod ſi nolit. §. mancipium. ff. de ædi. edic. dicit ipſe
de talibus aduocatis, qui pro negotijs alienis, vt videantur
periti, perdunt eorum animam, interdum modico lucro in-
teruenięte. Recti & iuſti aduocati, & vtentes legibus, ſicut
debent, meliorem vitam faciunt, quàm fratres prædicato-
res, vel religioſi, ſm Hoſt. in procem. ſummæ ſuæ, in 4. col.
Sed hic quæro de vtili qõne. aduocatus bene ſcit, q̃ ſuus
clientulus habet iuſtam cãm, altera pars vtitur mendacio
in iudicio, quia examinatus vt principalis negat veritatem,
5 † vtrum aduocatus, qui habet iuſtam cauſam poſſit licitè
vti dolo, vt iuſtam cauſam obtineat? Io. An. in c. cupiẽtes.
de elect. lib. 6. in gl. in verbo, malignantium. dicit, q̃ cõſue-
uit dici, q̃ qui habet ius in principali, cauillationes & ma-
litias aduerſarij poteſt per alias repellere. Idem ſentit Arc.
23. q. 2. c. dominus noſter. ego hoc intelligo, dummodo nõ
vtatur mẽdacio, quia dicitur in pſalmo, Perdes omnes, qui
loquuntur mendacium. Hinc dicebat Pet. de Palude in 3.
ſent. diſt. 37. quicquid fit contra conſcientiam ex neceſſita
te, ædificat ad gehennam: non autem quicquid fit contra
conſcientiam faciendi ex honeſtate, & pro hoc vltra eos al
lego id, quod dicit Nicol. de Lyra ſuper euangelio Matth.
21. c. q̃ Chriſtus volens euadere cauillationes principum,
& ſacerdotum, quaſi retundens clauum clauo, propoſuit
eis aliam qõnem. ſ. de baptiſmo Io. & dicit Nic. q̃ Chriſtus
voluit oſtendere facto, q̃ licet vti cautelis contra cautelas
malorum inſidiantium bonis. Pro hoc facit illud, quod di-
6 cit Inno. in c. olim cauſa inter vos. de reſtit. ſpoliat. † q̃ licet
mihi rem meam recuperare etiam furto, dummodo ſine
ſcandalo. Idem ſequitur ibi Ant. de Butr. & Flor. de ſancto
Petro in l. itaque. ff. ad l. Aquiliam. An autem liceat aduo-
cato conſulere ſuo clientulo habenti iuſtam cauſam, occul
tare ea, quæ poſſent impedire eius proceſſum? Aſtenſis in
ſumma 1. lib. titu. 38. tenet q̃ ſic, dummodo non vtatur fal
ſitate. idem firmat beatus Tho. ſecunda ſecundæ. q. 71. art.
3. Et ſi aduocatus ſciat ea, quæ prodere non tenetur, eſt obli
gatus ad cælandum, ex hoc, q̃ ſibi committitur, etiam ex
præcepto ſuperioris, quia cælare ea tenetur de iure naturæ
ſcilicet q̃ non eſt prælatus, vt dicit Aſtenſis in d. ſumma, in
2. lib. Tertiò no. ex tex. ibi, ſine tergiuerſatione, q̃ aduoca-
tus non debet vti falſo pro ſuo clientulo, nam hoc impor-
tat verbum, tergiuerſor, vt in l. 1. §. planè. ff. de legit. tutor.
no. in c. fi. de collu. detegenda. item nec debet fugere labo-
rem in ſtudendo. nam vertere terga, idem eſt, quod fugere,
& pro hoc l. 1. ff. ad Tur. & l. ſed ad eos. ff. ex quib. cau. mai.
item, ſine tergiuerſatione, hoc importat, vt ſi videat ſe vi-
ctum rationibus, adhuc pugnet contra ſuam conſcientiam
& quibuſcunque rationibus conetur veritatem diſſimula-
re, & ſubterfugere. Item ſine calumnia debet defendere
ſuum clientulum, nec tergiuerſari, ideſt, calumniari, vt in
Auth. de iureiu. §. ſed ſi quidem. Item non debet diſſimula
re verum, nec publicare, quia id importat, ſine tergiuerſa-
tione, vt in c. ad apoſtolicæ. de re iud. libro 6. per Archidia.
7 † Heu quantos ego vidi aduocatos iuuenes incidentes in
hoc vitium, & quod peius, laudantur ab alijs idiotis, q̃ hoc
eſt ſcire vltra Doct. ſenes, & veridicos aduocatos. Ita q̃ do-
mus iſtorum aduocatorum iuuenum & inſipientium ple-
na eſt cliẽtulis, & xenijs, & pecunijs, & domus Doctorum
ſenum, & ſapientiſſimorum penitus vacuæ ſunt, unde poſ-
ſumus dicere cũ propheta, Verè terra malos homines pro-
ducit, & natura prona eſt ad malum, & homo cum in ho-
nore eſſet, non intellexit, ut dicit Lucas de Penna in l. 1. C.
de lucris aduocat. lib. 10. Quartò no. ex tex. ibi, de facto nõ
inſtruent. q̃ aduocatus non debet conſulere clientulo, quo
modo habeat reſpondere libello & poſitionibus, ſeu capi-
tulis, niſi q̃ dicat ueritatem, imò tempore, quo reus habet
reſpondere libello, iudex debet præcipere aduocato, q̃ ſtet
à remotis, ita q̃ non poſſint inſtruere reſpondentem, & ſic
aduocatus non poteſt dictare reſponſionem clientuli, & di
cit Bald. in l. cum & iudices. C. de iur. calumn. q̃ de hoc eſt
caſus in c. paſtoralis. de iudic. Subdens, q̃ dixit Spec. in tit.
8 de poſitio. §. 4. verſi. quòd ſi patronus. † q̃ ſi clientulus eſt ni
mis ſimplex, aduocatus poteſt aſſiſtere ſibi, ne clientulus
decipiatur in reſpondendo, inſtruendo eum de iure, non
de facto. Nam etiam teſtes poteſt aduocatus inſtruere de
iure,

iure, vt quod ſciunt, apertè deponant, & nõ decipiantur in
seddítione cauſę, ſm Roſtre. Beneuenta. in ti. de ſenatuſcõ
ſul. Liboniano, quod eſt menti tenendum, ſed in cauſis ci-
uilib. inuenies aduocatos, qui vt plurimũ potius curant de
honore mundano, quàm de timore Dei, & ſciunt inuenire
remedium. nam faciunt reſpõdere libello per procurato-
rem inſtructum cum ſpeciali mandato ad ſic reſpondẽdũ,
nã tunc iudex non poteſt dicere, ꝙ vult, ꝙ reſpondeat prin
cipalis, ut no. in c. 1. de iudicijs, lib. 6. firmat Ang. & Pau. de
Caſt. in l. fi. C. de procurato. poſt Barto. in l. qui bona. §. qui
alieno. ff. de damno infecto. & Bald. in titu. de pace Coſtã.
9 in verbo, animam noſtram. † & ſi iudex omnino vellet, ꝙ
principalis reſpondeat poſitionibus, quia melius ſcit ueri-
tatem, vt dicit Inno. in d. c. 5. de iudi. lib. 6. & Barto. in l. ſi
actor. ff. de procurato. aduocati prædicti cõſulunt clientu-
lo, ꝙ ipſe ore proprio petat terminum ad reſpondendũ po
ſitionibus, & tunc iudex debet dare terminum: & tunc ad-
uocatus cõſulit, quomodo reſpondebit, vt dicit Domini-
cus de S. Geminia. in cap. ponderet. l. di. & idem Io. And. in
addi. Spec. in tit. de poſitionibus. §. 6. verſi. ꝙ interrogatus.
Sed pone, prout de facto habui, ecce petitur, ꝙ principa-
lis examinetur, quia ſcit melius ueritatẽ, & ille eſt abſens à
loco iudicij, cuius expenſis debet deponere? Dicit, ꝙ expẽ-
ſis ipſius principalis abſentia, ita dicit Petrus de Anchara.
in c. ſtatutum. §. inſuper. de reſcript. lib. 6. quia per abſentiã
unius ex litigatoribus nõ debet effici conditio alterius de-
terior, ut in l. 2. ff. ex quib. cau. in poſſeſ. eatur. Idem expreſ
sè firmant Bal. & Ang. in d. l. ſi actor. allegant Guil. de Cu-
neo ibi, & Dyn. ff. ad Trebel. ſed ſciendum bene, quòd hoc
firmat Alber. de Roſa. poſt argumenta pro & contra, & ita
10 tenui in deciſionibus meis, deciſ. 172. † Quintò nota ex
tex. ibi, contra ueram conſcientiam nullatenus allegabunt.
quòd aduocatus nec in uoce debet allegare pro ſuo clien-
tulo contra ſuam conſcientiam, quia dominus noſter Ieſus
Chriſtus docuit Chriſtianos, vt nõ loquantur in ore niſi ſe
cundùm quod cor, & conſcientia dictat, ut expreſsè dici-
tur in c. & ſi Chriſtus. de iureiu. vbi etiam dicit Bald. quòd
ſal ſcientię ſemper fuit in mente rationis humanæ. & di-
xit maximus propheta Iſaias vlt. c. quòd vermis conſcien-
tiæ non morietur. tamen conſcientia legis vincit conſcien-
tiam hominis, vt dicit Bal. in c. clerici. de vita & hone. cler.
unde ſi aduocatus habet conſcientiam, ꝙ Titius interfecit
hominem, & ex proceſſu apparet, ꝙ non fuit ipſe, licet eũ
defendat, non dicitur facere contra conſcientiam legis. ſic
etiam iudex inferior debet iudicare ſecundùm allegata, &
probata, & non ſecundum ſuam conſcientiam, de quo per
ſcribentes in l. 1. C. vt quæ deſunt. & ibi concorda. & in c.
cum æterni. de re iudi. lib. 6. & in l. illicitas. §. veritas. ff. de
offic. præſi. In contrarium tamen facit, quod dicit Bal. in l.
11 unica. in 3. col. C. de confeſſis. † ubi dicit, ꝙ in foro cõſciẽ
tiæ apices iuris non excuſant, & de iſto dicto fuit memor
Iaſon in §. ſed iſtæ. in 10. char. Inſti. de actionib. ubi multa
dicit de materia conſcientiæ, ſed non allegauit Bal. in d. c.
clerici. ad ſupradictum propoſitum. Sed dictum Bal. in d.
l. vnica. in 3. colum. non eſt contrarium, quia aliud ſunt a-
pices iuris, de quibus. ff. mand. l. ſi fideiuſſor. §. quædam. &
aliud eſt conſcientia legis. nam ſi Papa committeret cau-
ſam iudicandam ſecundum conſcientiam propriam iudi-
cis, intelligitur de conſcientia ſecundum leges, vt no. in c.
iudicet. 3. q. 7. hoc expreſsè uoluit Bald. in ſua diſputatio-
ne, incip. ſtatuto cauetur, ꝙ fęneratur. in 8. col. verſi. & hoc
dico. vbi dicit, ꝙ ſi teſtator commiſit conſcientiæ executo
rum, ipſi non poſſunt leges tranſgredi, quia intelligitur de
conſcientia lege munita, non de ea, quam quis ſibi fabri-
cat, & iſtud dictum retulit Iaſ. in l. fin. in 8. col. C. vnde le-
git. Cui adde, ꝙ illud dictum primò retulit Alex. in 2. vol.
conſi. 228. inci. viſis verbis. in 2. col. Item adde id, quod di-
cit Aſtenſis in 2. lib. tit. 2. vbi concludit, quòd ſi quis habet
conſcientiam cõtra præceptum Dei, vel ſui ſuperioris, ma
gis debet obedire pręcepto Dei. & ſui ſuperioris quàm ſuę
conſcientiæ, & pro hoc facit illud Apoſtoli ad Epheſ. 4. c.

Deponite veterem hominẽ, qui corrumpitur, ſm deſide-
ria erroris. & facit illud Iſaiæ 5. c. vhe qui ſapientes eſtis in
12 oculis veſtris, &c. † Sextò no. ex tex. ibi, cauſas non recipiãt
deſperatas, ꝙ aduocati non debent defendere cauſas iniu-
ſtas, & deſperatas à iure, vt hic. concordat tex. in allegata l.
rem non nouam. in §. patroni autem. & ſi in prin. uidetur,
ꝙ clientulus habeat iuſtam cauſam, & poſtea in proceſſu
viderit, ꝙ non fouet bonam cauſam, debet ipſam dimitte-
re, etiam ꝙ collegis uideatur contrarium, dicitur in d. §. pa
troni, & hic. ibi, prout priſcis legibus eſt ſtatutũ, ſ. in d. §. pa
troni. Sed hic quæro, aduocatus cauſæ dicit clientulo, ꝙ ip-
ſe non fouet ius, clientulus rogat eum, ꝙ non deſerat cau-
ſam, quia ſperat à iudice obtinere ſentẽtiam in ſui fauorẽ,
deinde iudex profert ſententiam in ſui fauorem, vtrũ iſte
aduocatus, qui non deſeruit cauſam quæ ſecundũ conſciẽ-
tiam erat deſperata, ſed loquutus fuit contra ſuam conſciẽ
tiam, & obtinuit, peccauit mortaliter? Vſ ꝙ non, quia præ-
ſumitur, ꝙ poſtquam lata fuit ſentẽtia pro eo, ꝙ iudex me
liori conſcientia motus fuerit, ut dicit Bal. in l. rem non no
uam. verſi. item nota. in verbo, cauſæ. Potuit enim cõſcien-
tia aduocati eſſe erronea, & conſcientia iudicis veridica,
quia ſic ius præſumit, ut in l. Herennius. §. Caia. cum con-
cor. ff. de euict. Et hoc uerum puto, niſi aduocatus habuiſ-
ſet ſcientiam ex confeſſione ſui clientuli, uel aliter, ꝙ iu-
dex odio aduerſarij, vel amore, prece, pretio, vel xenijs fuit
corruptus, de quibus ſuprà in conſtitutio. capitaneorum.
13 in §. prædictis. † Sed pone, quòd aduocatus dicit iudici,
quòd clientulus ſuus non habet ius, an iudex debeat ei cre
dere? Dic, ꝙ non, ſed tanto magis debet diligenter ſtudere
proceſſum in facto, & in iure, quia poteſt eſſe, ꝙ aduocatus
errauerit, vel ꝙ fuerit corruptus. Niſi aduocatus eſſet ho-
mo eminentis ſcientiæ, & diligens, & bonæ conſcientiæ,
tunc poſſet ſibi adhibere aliquam fidem, ſed non ex toto,
ut non utatur ſua diligentia, ut bene ſentit Pau. de Caſt. in
d. l. rem non nouam. licèt dicat, ꝙ nunquam hoc uidit fie-
ri per aliquem aduocatum. Septimò no. ex tex. ibi, augmẽ
tum ſalarij, ꝙ non eſt licitum aduocato petere à ſuo clien-
tulo maius ſalarium, quàm illud, quod eſt taxatum per cõ
ſtitutionem ſequentem. damnatur ergo iſta cupiditas au-
gendi ſalarium lite pendente, cupiditas eſt in acquirendo,
ut dicit gl. in l. j. §. fi. ff. de ędil. edi. & ex ea oritur poſtea aua
ritia, quę facit humanos ſenſus peruertere. 11. q. 4. quatuor.
de quo per Albe. de Roſa. in l. ſi quis in ſuo. C. de inoffic. te
ſtam. Et tene menti iſtud impedimentum, quod præſtat li-
tis pendẽtiam inter clientulum, & aduocatum ſuper aug-
mento ſalarij, quia ex hoc dicitur lis pendere, ſi eſt lis con-
teſtata, & in l. 1. C. de litis conteſt. & in d. l. rem non nouã.
§. patroni. & habetur per Fely. in c. j. de litis conteſta. & ſic
patet, ꝙ lite pendente, etiam inter aduocatum & clientu-
lum, nihil eſt innouandum augmentatiuè ſuper ſalario à
principio debito, & hoc adde ad clem. j. ut lite pendente,
14 & ad c. j. eo. tit. lib. 6. † An autem infirmitate pendente li-
ceat medico recipere promiſſionem ſalarij ab infirmo? Al
be. de Roſa. in l. ſi quis aduocatorum. C. de poſtulan. dicit
quòd non per l. accuſati. C. de profeſſ. & medic. lib. 10. ſed
aliud eſt dicendum, prout dixi in meis deciſionibus, deciſ.
123. Octauò nota ex textu ibi, nec de parte litis, ꝙ non li-
cet aduocato facere pactum cum clientulo de quota parte
litis, ut hic. imò ſi facit punitur, non ſolùm per iſtam conſti
tutio. ſed etiam per leg. ſi qui aduocatorum. C. de poſtulã.
& ibidem de procuratore, ut in le. litem. C. de procurat.
& l. ſi remunerandi. §. Maurus. ff. mandati. Quid ſi inter
clientulum & procuratorem, uel aduocatum fiat pactum
quòd in caſu victoriæ debeat habere tantam ſummam pe-
cuniæ, uel certum quid, & ſi non uincat, nihil debeat, an ta
le pactum ualeat? Dicit Paul. de Caſt. in d. l. ſi qui aduoca-
torum, quòd tale pactum non ualet, quia ut uincat, utere-
tur omni calumnia, & falſitate, quibus poterit, & conabi-
tur per fas, & nefas uincere, & iſta eſt cauſa prohibitionis,
quæ colligitur ex d. l. ſi remunerandi. §. Maurus. & in l. ſala
rium. C. de man. niſi fuiſſet conuentum, ꝙ in caſu uicto-
riæ

riæ aliquid plus vltra ſalarium conſequatur loco palmarij,
ut in l. 1. §. ſed palmarij nomine. ff. de vatijs, & extrandi-
15 u.ar.cognitio. † Sed iuxta hoc quæro, quid ſi ꝓcurator, uel
aduocatus promiſit ipſe facere ſumptus litis, & ſi vicerit,
clientulus dabit ſibi tantam quantitatem, vtrum iſtud pa-
ctum valeat? Videtur ꝙ ſic, per glo. ſingularem in d. §. Mau
rus, à contrario ſenſu, & illam glo. ſequutus fuit ſimplici-
ter dnminus Antn. de Alexandro magiſter meus in l. ſum-
ptus. ff. de pact. ſed aduerte, quia illa gl. non meruit allega
ri ad hoc. primò, quia illa glo. hoc non dicit, niſi p ar. à con
trario ſenſu, quod non eſt ſumendum, quando lex dicit cõ
trarium, ut dicit Bal. in l. cum plures. C. de cõd. inſer. & ſcri
bentes in l. 1. §. huius rei. ff. de offi. eius. ſed lex dicit, quòd
tale pactum non valet, non diſtinguendo, an procu. promi
ſit de ſuo facere ſumptus litis, uel non promiſit, ergo &c.
Secundò illam glo. inquantum ſumitur ex ea argumentũ
prædictũ, non approbauit Sali. in d. §. Maurus. nec Doctor
magnæ ſapientiæ & ſcientiæ Ioannes Petrus de Monte ſpe
rello Peruſinus in d. l. ſumptus. qui dicunt, ꝙ maiori ratio-
ne dictum pactum non debet ualere cum interuentu pro-
miſſionis expenſarum. Tertiò de illa glo. in §. Maurus, tan
quam inutili gl. nullam faciunt mentionẽ Bar. Bal. Angel.
nec in d. §. Maurus. nec d. l. ſumptus. Quartò ſi illa glo. di-
ceret id, ad quod allegatur, eſſet contra d. l. ſumptus, ut di-
cit Io. Petrucius vbi ſupra, ex quo ibi dicitur, ꝙ ille procu.
bene poteſt paciſci de reddendis ſibi ſumptibus, ſed nõ de
quota litis, unde intelligendo in eodem caſu, quo facturus
erat expenſas, præbet tamen pactum de quota litis. & licet
quidam aduocatus pecunioſus illã gl. allegaſſet, tamẽ ego
iudicaui contrarium, & licet fuiſſet appellatum, adhuc lis
16 eſt ſub iudice. † Nonò no. ex tex. ibi, nõ tantum ſemel, ſed
anno quolibet renouabunt, ꝙ non ſufficit aduocatos ſe-
mel iurare illa ſeptem hic, ſed omni anno tale iuramentũ
debet per eos renouari, quia per iſtam renouationẽ melius
memoriæ retinetur, à quibus aduocatus debet ſe abſtine-
re. Hinc dicimus, ꝙ memoria nihil perdit, niſi id, ad quod
non ſæpe reſpexit, ut dicit Seneca in libro de beneficijs, &
Cicero in primo rhetoricorum. Hac enim ratione fit con
ceſſio ad renouandum ad certum tempus, ꝙ ſi non peta-
tur renouatio, cadat à iure ſuo, vt eſt glo. fin. cõmuniter ibi
approbata in cap. 1. de precarijs, quæ allegat cap. longin-
quitate. 12. q. 2. dicit ſecundùm Docto. communiter, quòd
non petens renouationem emphyteuſis ſtatim poſt tẽpus
cadit à iure ſuo, quia iſta renouatio reſpicit fauorem eccle
ſiæ. Idem firmant ibi Hoſt. Anto. de But. Petr. de Ancbat.
Abb. Sicu. & And. Barba. & dicit Alexan. in 5. uolum. conſi
lio 50. in fi. quòd non facta renouatione ad 29. annos, non
poteſt agi ex primo contractu, quia tot locationes eſſe de-
bent, quot ſunt tempora diſtributa, allegat Bal. in l. volun-
tas. la prima. C. de fideicommiſ. Et ad hoc uide Bal. in au-
then. ſi quas ruinas. C. de ſacroſan. eccl. ubi dicit, ꝙ ex qua-
tuor cauſis fit iſta renouatio, ſed Iaſon addit duas alias in l.
3. in 19. colum. C. de iure emphy. & uide Specu. in titu. de
inſtru. editio. §. 4. ver. breuiter. & in ver. in quibus. & Felyn.
in c. fi. poſt Abb. Sicu. de fide inſtrumen. & dicetur de reno
uatione facienda agnatis, quando feudum per mortem ſi-
ne filijs, vel agnatis ſucceſſibilibus venit ad regem, in con-
17 ſtitu. vt de ſucceſſionibus. in fi. † Decimò no. ex tex. ibi,
infamiæ nota, quod poſtquam aduocatus iurauit ſecũdùm
formam huius conſtitutionis, incidit in pœnam infamiæ,
& trium librarũ auri, quando uenit contra iuramentum
prædictum, ſed ſi nõ iurauit, licet delinquat in ſuo officio,
non punitur iſta pœna, & uide Albe. de Roſa. in l. vnica. C.
de ſuffragio. ubi enumerat 12. pericula, quæ communiter
contingunt in exercitio officij aduocationis, de quibus ibi
per eum, & nota iſtum tex. quia periurus non punitur hic
pœna manus, ſed alia pœna, ut uides. Vndecimò nota ex
tex. ibi, denique clericos, ꝙ clericus in iudicio ſeculari non
põt pro alijs aduocare, ſed ſi habet cauſam propriã, poteſt
pro ſe aduocare. facit cap. petitio. de procuratoribus. item
poteſt aduocare pro ſuis conſanguineis & affinibus, ut hic.

item pro cauſis eccleſiarum & eccleſiaſticarum perſonarũ,
ſecundùm An. hic. item pro cauſis miſerabilium perſona-
rum, dummodo præſtet patrocinium ſine ſalario, & ſic gra
18 tis, ut hic. † Sed pro clariori intelligentia ſuper iſto dubio,
an clericus poſſit pro alijs poſtulare, collige iſtas concluſio
nes ex theorica Abba. Sicu. in toto tit. de poſtula. Primò ꝙ
clericus in ſacris ordinibus, uel in minoribus ordinibus, &
beneficiatus in iudicio ſeculari non poteſt eſſe aduocatus
pro negotijs profanis, & ſecularibus, niſi pro prædictis
perſonis neceſſarijs, vt C. de exc. tu. l. humani. vel niſi bene-
ficium eſſet ita exiguum, uel eſſet ita pauper, quòd niſi ad-
uocaret, egeret, tunc poſſet uictum quærere ex patrocinio,
ut probatur in c. 1. de poſtulan. per glo. & Abb. ibi. Secun-
da concluſio, ꝙ conſtitutus in ſacris non ſacerdos põt ad-
uocare in negotiis ſecularibus coram iudice eccleſiaſtico,
vt probatur in d. c. 1. à contrario ſenſu. idem pro negocijs
eccleſiaſticis, & dicitur negotiũ eccleſiaſticum, aut ratione
perſonæ eccleſiaſticæ, aut rei eccleſiæ, item ratione delicti,
19 ut ſacrilegijs, ſecundum Inno. in c. 1. † Tertia concluſio, ꝙ
clericus contra eccleſiam, à qua habet beneficium gratui-
tum, non poteſt pro alijs aduocare, ut probatur in c. fi. eod.
tit. facit l. Papinianus. §. meminiſſe. in ratione ſui. ff. de inof
fi. teſtam. & quod no. Bar. in l. 2. C. de aduoca. diuerſ. iudi.
l. humanitatis. C. de excuſ. tuto. Quid in clerico in minori
bus, uel in ſacris, qui exercet officium procuratoris in iudi
cio ſeculari pro alijs laicis, an ſibi liceat? Dic, ut hic p And.
& per Abb. Sicu. in cap. in noſtra. de procurato. & in ca. per
uenerabilem. qui filij ſint legi. 1. col. & uide Inno. in c. vni
co. de obli. ad ratio. Abb. Sicu. in cap. 2. de poſtulando. Fed.
de Senis in conſi. 170. Archi. 81. diſ. cap. peruenit. & uide
Abb. in cap. ſopitæ. de cenſibus, ubi tangit, An unus Abbas
poſſit eſſe procurator pro alijs monaſterijs, & an teneat iu
dicium, ſi non fuit oppoſitum in caſu, ubi non poteſt eſſe
procurator. uide Abb. in cap. non iniuſtè. de procurator. in
20 3. col. & Fede. in d. conſi. 270. † XII. no. ex tex. ibi, præſen-
ti noſtra conſtitutione contenta, quòd puniũtur pœna hic
contenta, & ſupra in diuiſione expreſſa per iſtam conſtitu
tionem, omnes regij officiales, qui contemnunt iſtam con
ſtitutionem, ideſt admittunt aduocatos ad aduocandum
& poſtulandum coram eis abſque prædicto iuramento, &
abſque renouatione ipſius, uel admittunt clericos ad poſtu
landum in cauſis laicorum: dicuntur enim officiales con-
temnere iſtam conſtitutionem, ex quo nolunt ſubijci eius
ordinationi, facientes contra iſtam conſtitutionem, ut di-
cit Archidiaco. 81. diſt. cap. quicunque. & uide Fely. in ca.
cum quidam. de iureiurando. uerſi. in 5. declaratione. & in
cap. canonum ſtatuta. uerſicu. fallit 3. de conſtitutionibus.
ſecus ſi propter aliquam cauſam, puta, propter concupiſcẽ
tiam, uel propter iram adducitur ad aliquid faciendum
contra legis ſtatutum, tunc non dicitur peccare ex contem
ptu, ſecundùm Archi. in d. c. quicunque. An autem conſue
tudo iſta uetuſtiſſima excuſaret iſtos officiales ab iſta pœ-
na? Videtur ꝙ non, per ea quæ notantur in §. fi. & ibi dixi
in procœ. ſed ueritas eſt in contrarium in hoc caſu, ſcilicet
quòd conſuetudo iſta excuſat à pœna contemptus, quia ſi
21 cauſa concupiſcentiæ excuſat à contemptu legis, † multò
fortius conſuetudo, quæ eſt tantæ potentiæ, quòd excuſat
etiam notarium à pœna falſitatis, ut dicit glo. in c. cum ue-
nerabilis. de conſue. quam ibi notant Anto. de But. & Ab.
Sicu. qui allegat aliam gl. in c. denique. 4. diſt. & uide Fely.
in c. ex tenore. in 6. col. uerſi. declara etiam. de reſcri. & Bal.
in c. 1. de feud. cogni. Et dicit Pet. de Ancha. in conſi. 50. in-
cip. conſuetudo, ꝙ licet conſti. tollat conſuetudinem futu-
ram expreſsè, non tamen intelligitur tollere conſuetudinẽ
uetuſtiſſimam tanti tẽporis, in cuius contrarium &c. quæ
longiſſimo tempore reaſſumpſit uires, allegat gl. in c. ſtatu
tum. de elec. ſed de ueritate huius dicti dic, ut dixi in d. §.
fi. in procœ. iſtarum conſti. Vnde cum iſta conſuetudo non
faciendi iurare aduocatos ſit in hoc regno uetuſtiſſima ul-
tra centũ annos, meritò ceſſat pœna huius conſtõnis. Bene
conſulerem regi, quòd ipſam mandaret ſeruari, non ob-

ſtante

ſtante quacunque conſuetudine in contrarium, quia ceſſa-
rent, ſi ſeruarentur, multæ lites. & no. verbum quod dixi,
ꝙ iſta cõſuetudo facit ceſſare pœnam huius cõſtitutionis,
non tñ per hoc dico, ꝙ conſuetudo ſit valida, imò reproba
22 ta dicitur, vt dixi ſupra in 1. no.† Decimotertiò, & vltimò
no. ex tex. ibi, eadem pœna, ꝙ ex quo diuiſum imperium
cum Ione Cæſar habet, in hanc pœnam ſtatutam per dñm
laicum non incidit clericus aduocatus pro laico corã iudi-
ce ſeculari, ſed refertur iſta pœna ad aduocatos laicos ve-
nientes contra iſtam conſtitutionem. Et ſic patet, ꝙ licet
regulariter clauſula in fine poſita referatur ad omnia pce-
dentia, vt no. in l. ſi idem cum eod. §. ſi. ff. de iuriſ. om. iud.
tñ vt dicit ibi Alex. hæc regula fallit, niſi aliqua rõne refer
ri non poſſit ad ea, quia tunc refertur ſolùm ad pendẽtia,
ad q̃ referri poſſunt, vt hic, & in l. 1. §. deinde. cum ſi. ff. de
adop. Bene facit, qđ dicit Bar. in l. talis ſcriptura. ff. de lega.
1. ꝙ clauſula in fi. poſita non refertur ad negotium quali-
ficatum. idem Bar. in l. fi. ff. de reb. dub. & firmat Abb. in c.
cum dilecti. de donation. & in c. ſecũdò requiris. de appel.
Bene facit id, quod dicit Abb. in c. eccleſia veſtra. lo 2. de
23 elect. † ꝙ clauſula in fine poſita non refertur ad præceden
tia capitula, qñ ex tali relatione ſequeretur abſurdum, uel
aliud inconueniens, ſeu iurium correctio, vel ꝙ poſſit ra-
tio diuerſitatis reddi. Idem dicit Alex. in conſi. 213. in 2.
volum. In glo. 3. omiſſis duabus præcedentibus, dic, ut di-
xi ſupra in 3. no. In gl. quarta, quærit hic glo. quæ eſt rõ, ꝙ
hic iſta conſtitutio in plus punit officiales admittentes ad-
uocatos ad poſtulandum ſine iuramento, quàm ipſos ad-
uocatos præuaricantes in officio aduocationis. Et reſpon-
det glo. quia officiales plus deliquerunt, quia in contem-
ptum legis regiæ, ſed aduocati deliquerunt in ſuos clientu
los, & præiudicauerunt eorum animæ tantùm, ideo tem-
poraliter in minus puniuntur. ſed quoad Deum grauius
delinquunt, quia offenderunt præcepta legis diuinæ, & na
turæ. vide eam in glo. 6. in verbo, clericos, dic vt dixi in vn
24 decimo notabi. † In glo. fina. quærit glo. an ſcholaris, qui
non ſtuduerit per quinque annos, ſit habilis ad obtinendũ
licentiam, quòd poſſit aduocare. Et dicit, quòd non, quia
ſaltem debuit ſtuduiſſe per quinque annos, ut in procem.
ff. veter. in §. ſed quia ſolitum. & §. fina. & in l. iubemus. §.
nec decætero. C. de aduoc. diuer. iudi. idem dicit Abb. in
rubrica, extra de poſtulando.

ANNOTATIO.

a Ad materiam huius conſti. uide laté per Parid. de Puteo in tract.
ſyndicatus, in verbo, aduocati cauſarum, de exceſſibus aduocato-
rum. Ioannes Antonius Batius.

De ſalario aduocatorum. Rub. LXXXII.

CONTINVATIO rubri. patet ex
ſeipſa, quia dictum eſt in conſtit. ad-
uocatorum, ꝙ nedum officium aduo
catorum eſt utile, imò neceſſarium:
& ideo vult, quòd prius examinẽtur,
& poſtquam fuerint examinati, & ap
probati, debent iurare illa ſeptem, de
quibus in conſtit. præceden. & quia nemo debet in vanum
laborare, erat uidendum de eorum ſalario, ideo ſequitur
hæc rubr. de ſalario aduocatorum. vide in l. vnica. C. de ſuf
frag. & ibi concord. & in Spec. in tit. de ſalarijs. §. 3.

SVMMARIVM.

1 *Lex dicitur edictalis, quæ eſt generalis.*
2 *Præuaricationes legum à diabolo ſunt inducta.*
3 *Hæres non conficiens inuentarium in foro conſcientiæ non tene tur vltra vires hæreditatis.*
4 *Aduocati ſalarium recipientes, an teneantur ad reſtitutionem ſententiam contra ſe reportantes.*
5 *Aduocatus pro aliquo promittens per annum aduocare, an poſſit ſalarium petere, ſi illo anno nullæ fuerint illi cauſæ.*
6 *Aduocatus ſalariatus, qui infirmitate detentus non potuit poſtulare, an teneatur ſalarium reſtituere.*
7 *Aduocatus præſidens effectus, an teneatur patrocinium præſtare illi, cui ante promiſerat.*
Obligatio ex promiſſione contra legem facta non oritur.
8 *Salarium iudicis maius eſſe debet aduocati ſalario.*
9 *Salarium in quibus cauſis ſoluatur aduocatis arbitrio iudicis.*
10 *Cauſæ ſtatus quæ dicantur.*
Res ſacra quare æſtimari nequeat.
11 *Deformitas vulneris in homine non uenit in conſideratione.*

HAc edictali. Tria dicta cõtinet hæc con
ſtitutio. Primum dictum eſt, ꝙ ſalarium
aduocati ſoluendum per eius clietulum
ſi res, quæ deducta eſt in iudicium, po-
teſt de iure æſtimari, erit ſexageſima pars
æſtimationis rei, quæ litigatur, & durat
uſque ibi, cæterùm. Hic eſt ſecundum dictum, quòd ſi
cauſa eſt ſuper re, quæ non recipit æſtimationem, puta ſu-
per cauſa ſtatus, ideſt, natalium, vel ſuper re ſacra, vel in-
genuitatis, libertatis, vel ſeruitutis, vel ſuper cauſa crimi-
nali, ſuper pœna abſciſſionis membri, vel pœna mortis,
tunc ſalarium aduocati taxetur arbitrio iudicis, & durat
vſque ibi, præterquam. Hic eſt tertium dictum, in quo li-
mitat primum dictum, vt liceat cauſa iniuriarum recipiat
æſtimationem iniuriæ, tamen non debetur pro ſalario ad-
uocati ſexageſima illius æſtimationis, ſed eius ſalarium ta
xabitur iudicis arbitrio, & durat uſque in finẽ. Et breuiter
hoc intẽdit. Vbi res, quæ in iudicio deducitur recipit æſti
mationem, ſalarium aduocatis ſoluetur à ſuo clientulo uſ-
que ad ſexageſimã æſtimationis rei in iudicio deductæ, ſiue
ſit aduocatus actoris, ſiue rei. fallit in actione iniuriarum,
in qua iudex ſuo arbitrio taxabit eius ſalarium, & res, de
qua litigatur, non recipit æſtimationem, iudex ſuo arbi-
1 trio à clientulo præſtari faciet aduocato ſalarium. † Nota
primò ex textu ibi, hac edictali lege. quòd iſta conſtitu-
tio eſt generalis in iſtis duobus regnis; nam ſic exponitur
iſtud vocabulum, edictali, ideſt, generali, vt in le. hac edi-
ctali. C. de ſecun. nupt. Et ſic videtur, quòd non licet aduo
catis paciſci vltra ſexageſima partem rei æſtimabilis, quæ
a deducitur in iudicium, [a] & ſic de cauſa modica, puta, dẽ-
cẽ vnciarum non poterit paciſci, niſi de tarenis quinque.
profecto iſtud eſt exiguum ſalarium, credo, quòd pauci
reperiantur aduocati, qui uellent pro tam exiguo ſalario
aduocare. Et propterea credò, quòd iſta conſtitutio non
fuit in viridi obſeruantia ab annis centum, & vltra. Nec
obſtat, quòd conſuetudo futura, quæ eſt contra iſtas ſa-
cras conſtitutiones, eſt caſſata, & annullata, ut in §. fi. ſu-
pra in procem. quia poſſet dici, prout dixi ſupra in con-
ſtitutio. præceden. nam intelligitur de conſuetudine de-
cem, vel uiginti annorum, & de conſuetudine triginta,
vel quadraginta annorum, & non de conſuetudine, quæ
dicitur vetuſtas, ſcilicet tanti tẽporis, in cuius contrarium
memoria hominum non extat per ea, quæ ſcripſi in capitu
lo primo, §. præterea. de capitulis Corradi. ubi dicit tex.
qualibet præſcriptione non obſtante. nam intelligitur de
præſcriptione tanti temporis, in cuius contrarium &c.
Prima facie uidetur mihi, quòd hoc non eſt vſquequa-
que tutum, prout dixi in dicto. §. fin. Et audiui quoſdam
religioſos dicere, quòd aduocati, qui paciſcuntur vltra ſe-
xageſimam in iſtis regnis, ponunt eorum animam in ma-
gno periculo, quia ueniunt contra iſtam legem. Quia
lex ciuilis, etiam quòd dura ſit, debet ſeruari, ut in le.
2 proſpexit. ff. qui & à quibus. † Et præuaricationes legum
à diabolo inducuntur, ut trigeſimaquinta diſtinctione, ca-
pitulo, ſexto die. Et leges ciuiles ligant etiam in foro con-
ſcientiæ, ut habetur in cap. quia plerique. de immunitate

eccleſ.& Abbas Sicu.in proœmio decretalium, rex pacifi-
cus,in 2.col.per Felyn.in cap.canonum ſtatuta,in a 5.colu.
verſicu. contra prædictos caſus. de conſtitutio. Sed mihi
viſum fuit, quòd iſta lex non ligat aduocatos in foro con-
ſcientiæ paciſcentes ſalarium cum clientulis vltra iſtam cō
ſtitutionem , quia iſta cōſtitutio non ponit qualitatem in-
ter laborem aduocati,& ſalarium præſtandum per aduoca
tū in cauſis patuis,ubi ſeruatur ordo iuris , & ideo lex iſta
non eſt iuſta. Nam ut dicit Beatus Thomas de Aquino in
1.parte 2.q.96.artic.quarto, lex dicitur iuſta ex fine , ſcili-
cet quando ordinatur ad bonum commune,ideſt, quando
non excedit poteſtatem condentis, quando imponit ſubdi
tis onera ad bonum commune ſecundùm qualitatem pro-
portionis, aliàs ſi lex nō eſt proportionabilis ſecūdùm qua
litatem,eſt iniuſta,& iſta non ligat in foro conſcientiæ, ſe-
cundùm eum.& pro hoc faciunt ea,quæ allegant Ioan. An
3 dreæ,& alij in cap.quanquam.de vſuris.lib.6.† ubi conclu
dunt,ꝙ licet lex ciuilis velit, quòd hæres non cōficiens in-
uentarium teneatur ultra uires hæreditatis , non habet lo-
cum in foro conſcientiæ, vt ibi etiam per Petr. de Ancha.
verſicu. quartū quæro , allegant dictam authoritatem Bea
ti Thomæ,ubi ſuprà.pone enim, quòd litigans de hæredi-
tate ualente decem uncias,ubi occurrit facere multos ſum
ptus,& multas probationes,& occurrunt multa dubia , ut
aſſolet , non eſt iuſtum , quòd per tarenos quinque faciat
aduocatus omnia, quæ incumbunt. & ideo quia lex natu-
ralis in hoc reſiſtit , non peccat aduocatus recipere maius
ſalarium proportionale laboribus ſecūdùm eius facūdiam
contra iſtam conſtitutionem , per ſecundam regulā,quam
ponit Abb.Sic.in dicto capitulo,quia plerique. abſit, pro-
ut dicit Bal.in capitu.in omni.circa principium,extrà de te
ſtibus , quòd tot, & tanti aduocati præteriti, & præſentes,
qui recipiunt ſalarium pro laboribus à clientulis vltra ta-
xatum per iſtam conſtitutio.quòd ipſi ex hoc ſint damna-
4 ti. † Secundò quæro,quid de aduocatis, qui credunt eorū
clientulos habere ius,& recipiunt primam & ſecūdam pa-
gam,& poſtea habent ſententiā contra,& ſic perdunt cau-
ſam,utrum teneantur ad reſtitutionē ſalarij percepti ? Di-
co quòd non, quia hæc ſententia lata à ſuperiore contra iu
ſtam credulitatem aduocati,cēſetur caſus fortuitus , ut eſt
tex.in l.Lucius.ff.de euictio. quem ad hoc allegat Alexā.in
2. volum. conſilio 220. & aduocatus de caſu fortuitu ſu-
perueniente lucratur ſalarium,ut in l.pen.& fi. C. de con-
dictio.ob cauſam.bene facit ad hoc id,quod dicit Bal. in l.
vi pulſos, 2.col. C.de actiu.empti. vbi dicit,quòd iniurio-
ſa ſententia eſt caſus fortuitus,ad idem per eundē in l.quæ
fortuitis.C.de pignor.actio. Et bene dicit , quia interdum
iudices mouentur ad ſententiandam per rationem , quæ
parum,aut nihil facit,ut dicit Anto.de Butr. in cap. per tuas.
qui filij ſint legit.circa finem,ubi dicit , quòd cautus aduo
catus,qui habet iuſtam cauſam , debet allegare non ſolùm
motiua bona,ſed etiam motiua non ſufficientia,quia expe
rientia docuit, quòd iudices ſæpius mouentur per iura , q̄
minus faciunt in cauſa,& hoc ideo,quia uariæ ſunt homi-
num opiniones.ff.de arbit.l. non cogendum. §. principali-
ter.ſecundùm glo.fin.in capit. ſicut. de conſecratio. diſt.4.
5 † Tertiò quæro,aduocatus promiſit aduocare Titio per u-
num annum ſub ſalario conuento ſoluendo ſingulis qua-
tuor mēſibus,ille Titius nullas cauſas in illo anno habuit ,
an aduocatus licitè petat ſalarium ? Videtur quòd ſic,
quia non ſtetit per eum, ut in le.fin.C. de condictio. cauſa
data.& ff.locati.l.qui operas.§.fina.& bene facit, quod ſcri
bit Barto. in l. ſi uno. §. item cum quidam.eodem titu. In
contrarium facit , quòd non debeatur ſalarium, quia offi-
ciali non debetur ſalarium , ſi non adminiſtrauit , ut no.
Barto. in le.abſenti. ff. de donatio. ff. ad municip. l. Titio.
prima uerior, quia non ſtetit per aduocatum. & hoc tenet
Barto.in le.prima, §. diuus. ff.de varijs, & extraordina. co
gnitio. uerſicu. vlterius quæro &c. & in verſicu. ſed quæ-
ro. Quartò quæro, nunquid ſequenti anno debeat pro eo
poſtulare pro eodem ſalario,ſi in anno præcedenti non ſte-
tit per aduocatum.Bald.in le.liberti.5.colum. verſic. cum
quæritur,an ille,qui debet præſtare operas &c. C.de oper.
liber.dicit,quòd ſi tempus fuit limitatum reſpectu princi-
pij & finis,& ſit de forma contractus,& ſic tempus dat eſ-
ſe rei,non poteſt poni tempus pro tempore, argumen.l.pe
nul.C.de cond.ob cauſam.& leg.primę,C.de re mili.libro
duodecimo.Et hoc quando tractatur de obligando alterū.
& pro hoc bene facit,quod dicit Barto.in dicta l. ſi uno.§.
item cum quidam. in fi.ff.locati. dum dicit, ꝙ ex diuerſi-
tate temporis diuerſificatur obligatio. Idem dicit Abb. in
cap.fin.in 2. colum. de iudicijs. & Barto.in l. & ideo.ff.de
verborum obligatio. Hoc verum puto, ſi intereſt aduoca-
ti , aliàs ſi nihil interſit , puto ꝙ debeat ſequenti annu pro
eo poſtulare , facit pro hac diſtinct. Barto. in dicto §.itē cū
6 quidam.† Quintò quæro, quid ſi aduocatus propter infir-
mitatem ſuperuenientem non potuit poſtulare , & habuit
ſalarium, ita q. oportuit clientulum alium aduocatum aſ-
ſumere,an teneatur reſtituere ſalarium? Dic ꝙ non,quia p
eum non ſtetit,& pro hoc bene facit glo.in l. arboribus. §.
de illu.ff.de vſufruc. idem Bart. in d.§.item cum quidam .
& ibi vide apoſtillam Alex. de Imo. & idem firmat Spec.
in tit de ſalario.§.3. verſi.quid ſi aduocatus. & in l.prima,
§. diuus. per Barto. ff. de varijs & extraordi. cogni. Sextò
quæro , an aduocatus debeat habere integrum ſalariū,vel
conſtitui debeat, ſi cauſa finiatur per concordiam,vel tran
ſactionem. vide diſt.Cy. in lege prima, C.de ſuffrag. gloſ.
in l.fina.C. manda. Ioan. Andr.in regula,contractus.libro
ſexto,& Specu.in titu.de ſalario.§.primo,in verſic. ſed po-
ne.vbi videre poteris quęſtiones alias de materia ſalarij ad
uocati,& in libro Ruffredi Beneuentani,ſub rub.conſtitu.
de ſuffragio.& in tit.de officio iudicis,quo petitur ſalariū,
& per Barto.in l.prima,§.diuus.ff.de varijs & extraordi.co
7 gnitu.† Septimò & vltimò quæro,quid ſi aduocatus factus
eſt regius conſiliarius,vel præſidens magnæ cameræ Sum-
mariæ,utrum teneatur illi, cui promiſit aduocare,præſtare
patrocinium. Dic ꝙ non,quia conſtitutis in dignitate vili
ſimum reputatur exercitium aduocationis pro ſalario ha-
bendo, ut dicit Dominicus de Sancto Geminia. in cap.in-
famis.§. apud vrbem 3.q.7. Secundò nota ex tex.ibi,vel à
litigantibus ſtipulari . quòd ſi non licet aduocato paciſci ,
etiam ſtipulatione interueniente ultra ſalarium hic taxa-
tum per iſtam conſtitutio. ſi aduocatus haberet à clientulo
promiſſionem cum ſtipulatione de maiori ſalario, quàm
hic continetur,& ageret in iudicio contra eum uigore di-
ctæ promiſſionis ſtipulatæ,iudex non haberet ſententiare
ſecundùm illam promiſſionem , ſed ſecundùm quòd in
iſta conſtitutione eſt taxatum ſalarium, quia ſi non eſt li-
cita ſtipulatio de maiori ſumma , ſi fieret , eſſet contra le-
gem factum, & per conſequens habetur pro infecta , quia
eo ipſo quòd lex prohibet,cenſetur uelle,quòd ſit nullum,
ſi contrafiat , licèt expreſſè hoc tex. non dicat, iuxta no.in
lege.non dubium.C.de legibus, no. in cap.fina. de regulis
iuris,libro 6. & ſic non oritur obligatio ex promiſſione cō
tra legem , vt ff.de condictio. indebi. le.ſi non ſortem, ſe-
cundo reſponſu.nec etiam exceptio, ut in lege,contra iu-
ris.ff.de pactis.nec fideiuſſoris tenet acceſſio.ff. de fideiuſ-
ſoribus, lege, cum lex.& ff. de uerborum obligatio. l. pri-
ma,§.ſi quis ita.nec pœna ualet promiſſio. ff. de uerborum
obligatio.l.ſtipulatiu hoc modo.ſecundùm Alberi.de Ro-
ſa.in dicta lege, non dubium , per dictam legem , ſi quis
ita.hic caderent omnes illæ oppoſitiones , quæ fiunt in di-
cta lege, non dubium . ſed pro ſolutione uideatis ibi per
8 ſcribentes,& maximè per Paulum de Caſtro. † Tertiò no.
ex textu,ſexageſimam cauſæ , quòd iſtæ conſtitutiones ta-
xāt maius ſalarium præſtandum iudici à litigantibus ,
quàm ſalarium præſtandum per clientulum aduocato
ſuo , nam iudici debetur triceſima æſtimationis litis à liti-
gantibus,ut ſuprà in conſtitutio.cum circa.rubrica ſeptua-
geſimaprima , & aduocato taxatur ſexageſima æſtimatio-
nis eius,quod petitur.Sed quæ eſt rō diuerſitatis ? Dico,ꝙ
in iſtis arbitrarijs circa numerū ſtatuēdum à ſuperiore nō

poteſt

poteſt perfectè reddi ratio, ſed motus animi ſuperioris ha-
betur pro ratione. Faciunt ad hæc ea, quæ allegat Felinus
in cap. ſi quando 11. col. de reſcript. & ideo dicimus, quòd
non omnium quæ à maioribus inſtituta ſunt ratio reddi
poteſt, vt in le. non omnium. ff. de le. Vel fortè ideo tam di-
uersè ſtatuit, quia voluit magis honorare iudices quàm
aduocatos, vel conſiderauit, quòd ambæ partes ſoluunt iu
dici triceſimam, ſed aduocato ſoluit ſolùm ſuus clientu-
9 lus. † Quartò nota ex textu ibi, arbitrio. quòd iudicis arbi-
trio taxatur ſalarium aduocati in cauſis, in quibus non ca
dit æſtimatio eius, quod deductum eſt in iudicium, multa
quidem committuntur iudicis arbitrio, vt videre poteris,
quæ ſcripſi in capite primo, quibus ex cauſis feud. amitta.
Quintò nota ex textu ibi, cauſæ ſtatus. quòd cauſæ ſta-
tus, & cauſa rei ſacræ, & cauſa criminalis, vbi venit pœna
capitalis, vel vbi venit imponenda pœna corporis afflicti-
10 ua, non recipiunt æſtimationem, vt hic. † Quæro, quæ di-
cantur cauſæ ſtatus? Dic, quòd cauſa libertatis, vel ſerui-
tutis dicitur cauſa ſtatus, vt in le. eius qui in prouincia. ff.
ſi certum petatur. Item cauſa natalium, an ſit legitimus,
vel ſpurius, vt in capitulo, tuam. de ordi. cognition. & in
l. liber. C. de petitio. hæredi. & in l. prima, C. de Carbonia.
edic. & in l. prima, C. de ordine. iudicio. Secundò quæ-
ro, quæ eſt ratio, quòd res ſacra non poteſt æſtimari? Re-
ſpondeo, quia conſiſtit in re ſpirituali, quæ æſtimari non
poteſt, vt in le. ſacra. §. fina. ff. de rerum diuiſio. & ff. de con
trahen. emptio. l. ſed Celſus. & ideo calix, qui eſt res ſa-
cra, ſi eſt fractus, & non eſt ſacer, poteſt vendi, vt dicit glo.
in authen. præterea. C. de ſacroſanctis eccleſijs, de conſe-
cratio. diſtinct. prima, capitu. ligna, decima quæſtione ſe-
cunda, hoc ius. Tertiò quæro, hic dicitur, quòd vbi agitur
criminaliter ad pœnam capitalem, vel ad abſciſionem
membrorum, hæc cauſa eſt inæſtimabilis. & ratio eſt, quia
liberum corpus non recipit æſtimationem. textus eſt in le.
fina. ff. de his qui deiece. vel effude. quomodo iudex æſti-
mabit deformitatem vulneris in perſona hominis offenſi,
quando admittit ad compoſitionem, iuxta capitulum re-
11 gis Roberti, percuſſorem bonæ famæ? † Reſpondeo, quòd
de iſta deformitate nulla debet haberi ratio, ſed tantùm
de expenſis in alimẽtis, & medicis, & intereſſe operarum,
vt dicit textus in dicta le. fina. & in l. liber homo. ff. ad le-
gem Aquiliam, & ibi concord. & voluit Specul. in titu.
de iniurijs, & damno dato. §. ſequitur videre, & Roffred.
Beneuen. in Rubri. ad legem Aquil. §. opponitur. Sextò
no. ex textu ibi, præterquam in actione iniuriarum. quòd
quando agitur actione ciuili ſuper iniurijs, vt per conſtitu
tionem, varietates pœnarum. infra in tertio libro, ſalarium
aduocati taxetur iudicis arbitrio. Et ſic etiam, vbi pœna
pecuniaria imponitur pro debito in illa cauſa ſalarium ad
uocati taxatur per iudicem. & hoc importat illud verbũ,
& in cæteris. gloſ. hic non ſunt.

ANNOTATIO.

a Iudicum.] Et vide Specul. in titu. de ſalario Aduocatorum, qui di-
cit, quòd non liceat paciſci de certa parte litis, dummodo non
tranſgrediatur legitimum modum, ſcilicet ſummam centum au-
reorum, quantacunque ſit cauſa etiam de uno regno. vide Bart.
in l. prima, §. diuus Seuerus ff. de varijs & extraordinarijs cogni-
tio. vbi notat, quòd pro ſingulis cauſis poteſt aduocatus recipere
centum aureos, & non plus. & alibi hodie de iure nouiſſimo ad-
uocatus nomine ſalarij non poteſt in quacunque cauſa recipere
vltra viginti libras auro. & ſi vltra receperit, non tranſit in eius
dominium. & tenetur ad reſtitutionem, vt in cõſt. Grego. Deci-
mi. de poſtulando. c. properandum. §. cæterum. & hoc intellige ve
rum in cauſis ciuilibus. ſed in criminalibus, poteſt plus accipere,
vt vult idem Bald. in l. ſi patet. in fine, de donationibus, per illum
tex. & idem vult Bald. in l. prima, C. mandati, & an aduocatus
poſſit ſtipulari certum ſalarium? Vide tex. in l. prima, C. de ſuffra-
gi. & quid ſi non eſt conuentum de certo ſalario, an poſſit offi-
cio iudicis conſtitui? Vide tex. & ibi Docto. in l. prima, §. non in
honorarijs. ff. de varijs & extraordinarijs cognitionibus. & Spe-
cul. in dicto titulo, de ſalarijs aduocatorum. Batius.

De officio magiſtrorum procuratorum curiæ. Rub. LXXXIII.

CONTINVA ſic, dictum eſt ſuprà de aduocatis priuatarum perſonarũ, quomodo ſunt approbandi, & poſtquam fuerint approbati, quæ debeãt iurare, & quomodo eis ſatisfaciendũ eſt de eorum ſalario, erat videndum de procuratoribus rerum regiæ curiæ, qualiter ſunt creandi, & quid ſpectat ad eorum officium, ideo ſequitur hæc Rubri. Vel ſic, dictum eſt de perſonis gerentibus officium pro utilitate priuatarum perſonarum, verùm quia etiam regia curia habet res tanquam priuata perſona, & alias res demaniales, quæ debent procurari, & gubernari per procuratores conſtituendos per regem, de quibus non erat dictum, ideo ponitur hæc Rubrica, de officijs magiſtrorum procuratorum curiæ.

SVMMARIVM.

1 *Principes vt in pluribus circa temporalia ſolicitiores ſunt quàm circa ſpiritualia.*
2 *Res patrimoniales regis qualiter à rebus fiſcalibus differant.*
3 *Quaſi, & veluti dictiones, improprietatem quandam important.*
4 *Procurator pro regia curia in prouincia præſidi decreta, per regem ſolùm creatur.*
Procuratores fiſcales non debent grauare regios fideles.
5 *Cauſæ fiſcales tractari debent iuris ordine ſeruato.*
6 *Procurator fiſcalis vnus, & magiſter fundicarius vnus in qualibet regni prouincia per regem ordinari debent.*
7 *Procurator fiſcalis proceſſus contra tenentes bona demanij regis formare poteſt.*
8 *Contradictio, & negatio partis facit, vt poſſeſſione priuari non poſſit.*
9 *Titulum non habere, vel inualidum habere, paria ſunt.*
10 *Conſultatione, vel ad ſuperiorem relatione pendente, nil innouari debet.*
11 *Procurator fiſci bona vacantia capere debet pro regia curia.*
12 *Procurator fiſcalis pecunias fiſci pro vtilitate, & neceſſitate bonorum fiſcalium poteſt expendere.*
13 *Procurator fiſci non ſe intromittit de ſtipendijs officialium, vel ſeruientium.*

INTER multas. Hanc conſtitutionem diuido in ſex partes. In prima parte declarat Imperator animum ſuum, nam ipſe affectat, quòd res fiſcales, quæ veluti quodammodo res priuatæ cenſentur, bene & diligenter collocentur, & gubernẽtur, & ut bene collocentur, ordinat, ut conſtituantur procuratores idonei per regiam curiam, per quos iura regiæ curiæ reddantur, ideſt, reſtituantur, ſine tamen iniuria fidelium regis, & quòd in aliquo nõ grauentur, & durat vſque ibi, ſancimus. Hic eſt ſecunda pars, in qua ſtatuit, quòd in qualibet prouincia regni, ubi eſt vnus præſes, conſtituatur per regiam curiam vnus magiſter procurator rerum fiſcalium, & vnus magiſter fundicarius, qui iura fiſci percipiant, & percepta conſeruent. & durat vſq; ibi, qui magiſter procur. Hic eſt tertia pars, in qua determinatur vnum dubium, videlicet, vtrum iſte magiſter procurator rerum regiæ curiæ habeat aliquam iuriſdictionem, & dicitur hic, quòd ſic, nam ſi aliquis denunciauerit ei, quòd aliqua perſona detinet aliquam rem, quæ ſpectat ad regiam curiam, vel ſine denunciatione, ipſe poteſt inquirere ex officio, ſi eſt aliqua perſona, quæ tenet rem occupatam ſpectantem ad regiam curiam, & ſi inue-

nerit aliquam perſonam tenentem rem ſpectantem ad re-
giam curiam, ipſe vocabit eam per citationē, ꝙ veniat ad
allegandum cauſam, quare non debeat ipſam rem relaxa-
re regiæ curię, & ſi ſine partis contradictione apparet rem
ipſam ſpectare ad regiam curiam, ſtudeat ipſe procurator
uendicare, ideſt, ſine ordine iudiciario incorporare regio fi
ſco. Si verò pars citata venerit, & contradixerit, ipſum ad-
mittat ad ſuas legitimas defenſiones, & procedat iuris or-
dine ſeruato, & poſt cauſam inſtructam, & ſic poſt conclu
ſum in cauſa, ſi ipſe poſſeſſor perſiſtat in contradictione, re
lationem fidelem dicti proceſſus faciat regiæ curiæ, & ex-
pectet mandatum reſponſorium regiæ curiæ, & caueat, ne
poſſeſſorem amoueat à poſſeſſione lite pendente. & durat
vſq; ibi, prædicta autem. Hic eſt quarta pars, in qua ordi-
natur, quid habet facere iſte procurator rerum regiæ cu-
riæ, tam circa res legitimè reuocatas ad regiam curiam, tā
per prædeceſſores in dicto officio, quàm per ipſum procu-
ratorem, tam etiā circa res demaniales, quàm mercianias,
& excadentiales, granectarias, piſcarias, herbagia, q̄ ſunt
ad alimoniam animalium, & maxarinas, & animalia regię
curiæ, & circa alia, quæ per regiam curiam tenētur, & poſ-
ſidētur & dicitur hic in tex. quòd omnia iſta cum ſumma
diligētia faciat procurari per curatulor, ideſt per perſonas
habentes curam ouium, & animalium regiæ curiæ, & per
alios deputatos pro tempore, & durat vſq; ibi, & ex eorū.
Hic eſt quinta pars, in qua deciditur vnum dubium, videli
cet vtrum iſte magiſter procurator regiæ curiæ ſine ſpecia
li mandato regiæ curiæ poſſit de prouentibus venientibus
in eius manus de rebus regiæ curiæ, quæ per eos procuran
tur, facere expenſas vtiles & neceſſarias pro rebus regię cu
riæ, & pro reparationibus caſtrorum exiſtentium in pro-
uincia, cuius curam habet, & deciditur hic, quòd ſine alio
mandato poteſt dictas expenſas facere, dummodo accedat
iudicium magiſtrorum deputatorum prouiſorum, & per
regiam curiam ſuper dictis expenſis faciendis, & durat vſ-
que ibi, ſtipēdia autem. Hic eſt ſexta & vltima pars, in qua
quæritur, vtrum iſte magiſter procurator rerum regiæ cu-
riæ poſſit ſine ſpeciali mandato ſoluere de prouentibus re-
rum regiæ curię ſtipendia caſtellanis, & alijs ſeruientibus,
& perſonis in ipſis caſtellis. & hic dicitur, ꝙ non pertinet
hoc ad officium procuratoris rerum regiæ curiæ, ſed ad
officium magiſtri camerarij regionis, ad cuius officium
ſpectat eis dicta ſtipendia miniſtrare, ideſt, quòd vtatur mi
niſterio in faciendo eis ſoluere, & durat vſque in finem.
Breuiter hoc intendit. procurator rerum regiæ curiæ ha-
bet iuriſdictionem circa recuperationem bonorum occu-
patorum regiæ curiæ, in quorum recuperatione procede-
re poteſt per denuntiationem, & per inquiſitionem, & ſi
pars citata, quæ poſſidet, ſemper contradicit, ipſum admit
tat ad defenſionem, & inſtructa cauſa referat regi, & expe
ctet regium reſponſum nihil innouando, & res ipſas regię
curiæ diligenter procurari faciat. & pro eorum vtilitate,
& neceſſitate de prouentibus ipſorum bonorum cum iu-
dicio deputatorum ſine alio mandato debet expendere.
ſoluere autem ſtipendia caſtellanis, ſeruitoribus, & alijs
exiſtentibus in caſtro pertinet ad officium magiſtri came-
5 rarij. † No. primò ex tex. ibi, ſolicitudines noſtras. ꝙ ex hoc
tex. apparet, quòd iſte imperator fuit multum ſolicitus cir
ca res temporales, & hoc probat illud verbū hic poſitum,
ſatagimus, quod importat, quod ſatis agit, ideſt, quòd an-
xius eſt circa bona temporalia, quæ quidem ſolicitudo tē-
poralium, per quam omittitur ſolicitudo circa ſpiritualia,
eſt prohibita, vt patet in Euangelio Matthæi, decimotertio
capitulo. ſolicitudo ſeculi ſuffocat uerbum uerum. nam
primò ſolicitudo debet eſſe circa ſpiritualia, & deinde in
temporalibus, quia ſolicitudo temporalium ſuffocat ſpiri-
tualia. 49. diſtinction. capitulo, hinc etenim. & in Euange-
lio Lucæ ibi, quod autem cecidit in ſpinas, hi ſunt, qui au-
dierunt verbum, ſed à ſolicitudinibus & diuitijs & volu-
ptatibus vitæ ſuffocantur; & non referunt fructum. & fir-
mat Beatus Thomas in ſecunda ſecundę. quęſt. 66. articu.
ſexto. an autem iſte Imperator omiſerit ſpiritualia pro ſo-
licitudine temporalium, vide in decretali, ad apoſtolicæ. de
2 re iud. lib. 6. † Secundò no. ex tex. ibi, res noſtræ quodāmo
do priuatæ cenſentur. ꝙ res patrimoniales regis ſunt pro-
priæ ipſius regis. ſicut ſunt res priuatarū perſonarum, quæ
ſunt propriæ eorum, & ſic inter res patrimoniales regis, &
res fiſcales eſt maxima differentia, nam res patrimoniales
domini regis ſunt verè propriæ ipſius regis vt ſunt bona,
quæ obuenerunt regi, aut per rebellionem alicuius ſui ſub
diti, aut quia ſunt bona vacantia, quæ hac conſtitutione di
cuntur morticinia, quia deuenerunt regi, quia ſubditus nō
habet hæredem, aut quia ipſe rex emit aliqua bona ſtabi-
lia, ſeu immobilia, vel alio contractu acquiſiuit à priuatis
perſonis, omnia iſta dicuntur bona patrimonialia, de qui-
bus ipſe poteſt liberè diſponere, vt in l. apud Iulianum. §. fi.
ff. de leg. 1. Et dicit Lucas de Penna, in l. quicūque. in 1. col.
C. de omni agro deſerto. libro 11. ꝙ rex nouiter inueſtitus
de regno non debet habere bona patrimonialia regis præ-
deceſſoris, ſed ſunt eorū, quibus per dictos reges facta eſt
alienatio, vel conceſſio, quia iſta ſunt propria eorum & hę
redum ipſius regis prædeceſſoris, & ideo de iſtis bonis pa-
trimonialibus regis prædeceſſoris nouus rex nihil habet ſe
intromittere, ſed ipſe de nouo habet acquirere bona pa-
trimonialia, ſecundùm eum ibi. Bona autem, quæ ſunt quo
dammodo regis, impropriè dicūtur bona regis, & iſta ſunt
bona fiſcalia, de quibus rex eſt quaſi dominus, vt ff. ne qd
in loco publico. l. ſecunda. §. hoc interdicto. ibi, quaſi pro-
3 priè priuatæ. † dictio enim, quaſi, denotat improprieta-
tem, vt in l. prima, §. ſi quis ſeruum. ff. depoſiti. ſic etiam di-
ctio, veluti, de qua hic in tex. & in l. quoties. C. de iure do-
tium. & in l. tertia, C. de agric. & cenſ. lib. 11. & in l. ſi is qui
ducenta. §. vtrum. ff. de reb. dub. & voluit Arch. in cap. cum
contumacia. in fi. de hæret. libro ſexto. Idem de dictione
quodammodo, hic in tex. poſita, quæ denotat improprieta
tem, ſecundùm Bartol. in le. 4. §. Cato. in ſexta oppoſ. ff. de
verb. oblig. Et iſta bona fiſcalia ſunt illa, de quibus in capit.
primo, quæ ſunt regalia. quæ ſunt deputata pro ſupportan-
dis oneribus reipublicæ, quæ non ſunt alienabilia, ſicut ſūt
bona patrimonialia regis, ſecundùm Lucam in loco præal-
legato, & no. in capit. intellecto. de iureiur. & voluit Andr.
in l. imperialem. §. præterea ducatus. de prohib. feu. alien.
per Feder. Et ex prædictis infero, quòd iſta conſtitutio non
ſolùm vendicat ſibi locum in procuratore rerum fiſcaliū,
vt ſunt bona demanij regis, ſed etiam habet locum in pro
curatore rerum patrimonialium, quia loquitur de bonis
morticinijs, & de maſſaritijs animalium, & alijs rebus pa
trimonialibus, quandoquidem eſſent duo procuratores,
vnus circa patrimonialia, alius circa fiſcalia, prout erat de
iure, vt dicit Albericus de Roſate in rubrica. ff. de officio
procurato. Cæſaris. ſed in regno non conſtituitur, niſi pro
curator fiſcalis regiæ Curiæ, qui habet curam tam de re-
4 bus patrimonialibus regis, quàm fiſcalibus, vt hic. † Ter-
tiò nota ex textu ibi, præponere. quòd ad regem pertinet
a creare, vel conſtituere procuratorem pro regia curia [a] in
prouincia, vbi eſt præſes, & non ad ipſum præſidem.
Quartò nota ex tex. ibi, vt in eorum iuribus fideles noſtri
propterea non grauentur, quòd procuratores fiſcales non
debent ita res fiſcales procurare, quòd ex procuratione ip-
ſa fideles regij grauentur cōtra ius in eorum iuribus, quia
non debemus vnum lædere, vt alteri proficiamus, vt not.
glo. ſecunda. in capitulo, poſtulaſti, de voto. Et ſic patet ex
iſto tex. quòd in cauſa fiſcali inter procuratorem fiſcalem,
& priuatam perſonam conuentam debet ſeruari iuris or-
do, quia ſi non ſeruaretur iuris ordo, offenderētur iura par
tis, patet in hac conſtitutione etiam in quarta parte ibi, præ
dicta autem, poſtquam reuocata legitimè fuerint, & ibi,
data copia de ſuo contradicendi. Et pro hoc eſt capitu-
lum regni editum per regem Carolum Secundum, quod
incipit, item ſtatuimus, quòd ſi procuratores fiſci. char-
ta vigeſimaſecunda, vbi dicitur, quòd ſi procurator fi-
ſcalis prætenderit, quòd aliqua priuata perſona detineat

res,

res,vel iura fiſci occupata,conueniat ipſus coram compete
ti tribunali,& procedatur iuris ordine ſeruato, nec priuetꝰ,
antequam legitimè conuictus fuerit,& cōdemnatus. & de
hoc eſt hic gl.ordinaria,& in hoc concordat ius commune
vt dicit And.ſupra in conſt.violentias.in 3.col.ſub rub.24.
5 vbi dicit,† ꝙ in cauſis fiſcalibus debet procedi iuris ordi-
ne ſeruato,vt in l.omnes.C.de delato.lib.10. & ff.de iu.fi.
l.extat.Lucas de Penna.l.1.in verbo,ex legum. de conduc.
& procur.lib.11.facit c.1.de milite vaſallo,qui contumax
eſt. Nam, vt dicit hic And.fiſcus eſt diues, & non debet
apponere manus ad iniquitates,vt dicitur in c.Papæ Hono
rij. Sed aduerte, quia cauſæ fiſcales de ſui natura in hoc re-
gno ſunt ſummariæ in pœnis fiſco acquirendis, & patet in
c.regis Caroli Secundi, quod incipit, ab olim à curia no-
ſtra.char.30.& hoc verum, vbi agitur de pœna. ſed Andr.
hic dicit,ꝙ hoc eſt verum,ſi cauſa eſt modica, ſecus ſi ma-
gna.ſed non loquitur,an ſummariè debeat procedi, ſed di-
cit,ꝙ in cauſa magna fiſcali ſeruatur ordo. Lucas de Pen-
na in d.l.1.C.de conducto.& procu.lib.11.dicit, ꝙ contra
notorium debitorem fiſci proceditur ſummariè, maximè
in cauſa tributaria, ſecus in alijs: ſed in pœnis fiſco acqui-
rendis per dictum c.ab olim. proceditur ſummariè hodie
in regno,& iudex competens inter fiſcum & priuatum eſt
regia camera ſummariæ, & per iſtas conſtitutiones,quan-
do priuatus eſt actor,& fiſcus conuentus,vel reus, debet cā
agitari coram magiſtro camerario vt ſupra in conſt. præſi-
des.ſub rub.53.& ibi dictum fuit.Dicit tamen hic And. ꝙ
ſemper videri debet forma mandati dati procuratori fiſca-
li,& illa forma debet ſeruari.Et ſcias ꝙ rex Carolus I.con-
tra occupatores bonorum demanij impoſuit pœnam qua-
drupli omnium redditũum, & prouentuum, quos percepit
occupator ex re demaniali ſpectante ad regium fiſcum,
& incipit illud capitulum, prædeceſſorum noſtrorum re-
6 gum.char.11.† Quintò no.ex tex.ibi,vnus magiſter procu
rator, ꝙ in qualibet prouincia regni debet à rege ordinari
vnus procurator fiſcalis, & vnus magiſter ſundicarius, &
hoc eſt in viridi obſeruantia,& eſt de iure cōi,vt dicit Alb.
de Roſ.in rub.ff.de off.proc.Cæſa.Sextò no.ex tex.ibi, qui
iura fiſci percipiant,ꝙ magiſter fundicarius in prouincia
vna cum procuratore fiſcali habent percipere iura fiſci, &
percepta conſeruare,vt hic, & ſic vnus ſine alio hoc non a-
git,& per conſequens ambo tenentur ponere rationem de
perceptis,& ſolutis cum opportunis cautelis regis & came
ræ ſummariæ,& hoc verum, niſi aliter dñs rex ordinaſſet,
qui poteſt de re ſua facere vt vult, vt in l.in re mandata. cū
7 ſim.C.mandati.† Septimò no.ex tex.ibi,iuriſdictionis ſuæ
ꝙ procurator fiſcalis per iſtam conſtitutionem habet iuriſ-
dictionem conficiendi proceſſus contra tenentes bona de-
manij domini regis,vel bona,quæ ſpectant ad eum, & per
iſtam conſtitutionem poſſunt procedere,tam per viam de-
nuntiationis,quàm per viam inquiſitionis contra tenentes
bona ſpectantia ad regium fiſcum.Et miror, ꝙ Luc.de Pē.
in d.l.1.verſi.Secundò quæro.de condu.& procur. vbi alle
gat iura cōia ad hoc, quòd in iuribus principis poteſt pro-
cedi per inquiſitionem,non allegauit iſtam conſt. ſed con-
tra ipſos tenentes bona, & contradicentes non poteſt pro-
cedere ad ſentētiam diffinitiuam,nec ipſos priuare ſua poſ
ſeſſione, vt hic, & in hoc bene concordat capitulum regis
Caroli primi,quod incipit, item quòd magiſtri procurato
res,& portulani.char.18.niſi de excadētijs,& morticinijs,
& ſi aliter faceret,ponitur pœna cētum auguſtalium Octa
uò no.ex tex.ibi, ad conſcientiā noſtram. caſum,in quo de
neceſſitate iudex,qui compoſuit proceſſum, nō habet iuriſ
dictionem diffinitiue pronunciandi,ſed debet fideliter re-
ferre regiæ maieſtati,& iſta forma eſt ſeruanda,ſed de iure
cōmuni datur alia forma procedēdi ſuper iſtis bonis mor-
ticinijs,& bonis vacantibus,vt patet in l.prohibitum.C.de
iure fiſci,lib.10.& in l.fi.C.de bonis vacātibus, eodem lib.
8 † Nonò no.ex tex.ibi,ſi poſſeſſor contradicendo,ꝙ contra-
dictio & negatio partis facit taliter rem dubiam fiſci,ꝙ ꝓ-
curator fiſci non pōt eum priuare poſſeſſione ſua,neq; per
ſententiam,neq; de facto.quod uerum eſt ſm gl.hic,ſi cō-
tradictio & negatio partis fit cum cauſa legitima:aliàs
non eſt cum cā legitima,uel ſufficienti,perinde habetur,a
ſi non contradixiſſet,& per conſequens poſſet ipſum dict.
poſſeſſione priuare, ſubaudi, quando apparet,ꝙ poſſeſſi-
rē fiſci occupauit,allegat.l.j.§.pen.ff. quod cuiuſq; uniuer.
nomine, & ibi ſunt concor. in glo. cui adde id,quod dicit
Bal.in l.3.C.quib.ad lib.procla.non licet, ꝙ fit res dubia p
negationem quantum ad neceſſitatē probationis, non quā
tum ab onere releuandi.& ad hoc uide Io. Fab.Inſtit.de ſa
tiſd.§.ſin autem.& Abb.Sic. in c.ſi clericus.in 3.no. de fo.
compe. & dicit Lud. Bologninus Doctor moder. in l.3 §.
cauſæ.ff.de Carb.edic.ꝙ quando negatio,& ſic cōtradictio
9 eſt improbabilis,non facit rē dubiā. † ſic ēt paria ſunt,non
habere titulum, uel hēre inualidum.l.nec ullam.ff.de peti.
hæred.& uide multas fallentias,quas alleg And. in c.1.in §.
præterea. in 4.col. & quæ ibi dixi. quæ ſit prima cā beneſi.
amit.& Alex.in 3.uol.conſ.77.in 1.col. incip. uiſis dubita-
tionibus. ſic ēt paria ſunt,non eſſe factū, vel eſſe factum,&
non idoneè.l.quoties.ff.qui ſatiſ.cog. & Bar.in l.3.de fide-
iuſ. idem dicit Alex.in 3.uol.conſi.72.in 1.col.incipiente,
uſ prima conſideratione, ꝙ paria ſunt aliquid allegare, &
non probare, aut nihil allegare.& idem in 4.uol.conſi.55.
in fi.& conſ.127.in fi.& in 5.uol.conſ.71.in 1.col.& cōſi.
78.pen. col. & ideo ſi concluſo proceſſu iudex admitteret
partem ad probandum aliquid, eſſet tunc reuocata conclu
ſio,ſi probabit: ſed ſi nihil probabit, habetur,ac ſi nihil a-
ctum eſt per ſupradicta, & ſimiliter ſi peteretur reſtitutio
in integrum aduerſus ſententiam,quę petitio reſtitutionis
in integrū ſuſpendit executionē ſniæ,vt in l.uni.C.de in in
tegrum reſti.pe.nihil nouari. ſi tamen dato termino ad ꝓ-
bandum, nihil probatur, fiet executio ſent. ac ſi non eſſet
petita reſtitutio in integrum, quia uidetur calumnioſè pe-
tita,ut dicit Bart.in l.ait prætor.§.Marcellus.ff.de iud.& in
l.defendere.ff.de autho.tuto.Abb. in c.ſuſcitata, de reſtit.
in integ.Bal.in l.fin.C.ſi ex falſis inſtrumentis.Iaſ.in l.ſi cā.
10 C.de tranſac.† Decimò no.ex tex.ibi,mandatum receperit
ſpeciale. quòd conſultatione pendente, ſeu relatione pen-
dente ad ſuperiorem,nihil eſt innouandum. concordat de
iure communi,ut in Spec.de remiſſionibus.§.1.uerſi.gene
raliter autem.Vndecimò no.ex tex.ibi, quæ per prædeceſ-
ſores officij. quòd officiales præteriti dicuntur prædeceſſo
res, & ſic præſentes dicuntur ſucceſſores,ut in l. meminiſ-
ſe.ff.de off.procon. & leg.& tamen unum eſt officium, &
ſic eodem modo procedit ſucceſſor, & anteceſſor.ff.de iu-
dicijs.l.mortuus.C.de iudicijs.l. properandum,ſecundùm
Innocen.in cap.cuncta.in gl.in uerbo,renouatis.de conſti-
tutionibus. Faciunt ad hoc multa iura, quæ allegat domi-
nus Signorolus in conſil. 64. ꝙ quando quis repræſentat
perſonam primi officialis,perinde eſt,ac ſi ille eſſet. proſe-
quitur ergo nouus officialis factum non completum uete
ris officialis,ut hic,quia eſt idem officium,licet perſona ſit
mutata, ſicut eſt in dignitate eccleſiaſtica, ut in c.qm̄ Ab-
11 bas.cum concordantiis ſuis,de officio delegati.† Duodeci
mò no.ex tex.ibi,demania.quòd ad officium procuratoris
fiſci ſpectat prouidere, quòd bona demanii, & bona,quæ
deuenerunt ad regiam curiam per lineam deficientem,
quę dicuntur omnia uacantia, capiantur pro regia curia,
ſcilicet ubi non eſt contradictor,& hoc etiam poteſt face-
re dohanæ ſecretus,ut ſupra in conſti.dohanæ ſecreti.rub.
59. ſed hoc ultimum corrigitur per capitulū regni, quod
incipit, item eum inquirere de demaniis. charta decima-
octaua. ubi ſolùm permittitur inquiſitio de morticiniis &
excadentiis procuratori fiſcali, & non ſecreto: & ſi ſecre-
tus inquirat, non ualet inquiſitio,niſi procurator fiſci fue-
rit negligens.Et ſimiliter pertinent ad officium procurato
ris fiſci frumenta fiſcalia, & piſcariæ, & herbagia in locis
demanij,& pecudes,& boues,equi,& iumenta, & alia ani
malia regiæ curiæ per curatulos,ideſt,per illos,qui habent
curam animalium cum ſumma diligētia faciat procurari.
Et uolo,ꝙ ponderes iſtum tex.ibi dum dicit, herbas alimi

uis,ideſt,herbas quæ ſunt aptæ ad comedendom beſtijs, li
b cet aliqui libri [b] habeant aluminis, & eſt vitiom ſcriptoris
quia alumen non fit de herbis, ſed de lapidibus coctis, ut
dixi in capituln primo, in uerbo, argentariæ. qoæ ſint rega
12 lia.† Tertiodecimò nota ex tex.ibi, neceſſitatibus & utili-
tatibus: iúcto tex.ibi,ad requiſitionem prouiſotum.quòd
procurator fiſcalis de pecuniis prouenientibos ex bonis de
manij, & bonis morticiuijs, & bonis vacantibus, graneta-
rijs,& piſcarijs,& berbagiis,& ex animalibus maximè po
teſt expendere pro utilitate & neceſſitate dictorum bono-
rum regiæ curiæ,& caſtrorum exiſtentium in ſua prouin-
cia ad requiſitionem prouiſorum deputatorum ſine alio
ſpeciali mandaio uigore præſentis conſtitutionis, & ſic ſi-
ne tequiſitinne prouiſorum deputatorum nnn tenetur ex-
pendere vtiliter, & neceſſariè in rebus regii fiſci, & in ca-
ſtellis,niſi aliter habeat in mandatis a regia curia,ſed aliter
eſt prouiſum infra in conſtitutio.vt officialibus. ſub rubri-
13 ca 87.† Quartodecimò, & vltimò nota ex textu ibi, ſtipen
dia.qoòd de ſtipendiis debitis caſtellanis, & ſeruientibus,
& aliis perſnnis ſtatutis non habet ſe impedire procura-
tor fiſci,quia ſpectat ad magiſtrum camerarium eis mini-
ſtrare ſtipendia,non tamen ſnluere, ſed vti miniſterio, vt
eis ſnluantur ſtipendia. In gloſ. prima, tene menti iſtam
glnſſam ad ſciendum, quòd in cauſis fiſcalibus debet ſer-
uari ntdn iuris, uide eà, quæ dixi ſupra in quarto no. In
gloſ.tertia, dic, ut dixi ſupra in 9.oota. ſequentes gloſellæ
ſunt expoſitiuæ.

ANNOTATIONES.

a Curiam.] Adde, quòd iſte procurator, qui dicitur fiſcalis, vt hic, alibi dicitur procurator Cæſaris, ut toto titulo. ff. de officio procuratoris Cæſaris. Ioannes Antonius Batius.

b Libri.] Vide dec. per Matt. in deci. 362. Io. An. Batius.

Qualiter locandæ ſunt res fiſcales. Rub. LXXXIIII.

DICTVM fuit ſupra proximè de officio
procuratoris fiſci, etiam circa mortici-
uia,& excadentias: verùm quia nõ erat
dictum,an procurator fiſci res ipſas ex-
cadentiales poſſit locare, & quæ ſolem
nitas adhiberi debet in ipſorum exca-
dentialium lncatinne facienda in perpetuum per dictum
procuratorem, ideoſequitur hæc rubrica. & ſciendum,
quòd tota iſta cnnſtitutio lnquitur de locatinne rerum ex
cadentialium facienda per procuratorem fiſci, & nihil lo-
quitur de locatione rerum demanialium,ſed conſtitutio,
authoritatem, quæ eſt poſt iſtam immediate, loquitur de
locatinne rerum demanialium facicoda per magiſtrum
procuratorem regiæ curię.

SVMMARIVM.

1 *Procurator fiſci regis fidelibus locare poteſt res excadentiales, quæ fuerunt priuatarum perſonarum.*
2 *Locatarius rerum excadentialium qualiter confirmationem à rege poßit obtinere.*
3 *Procurator fiſcalis excadentialia locare poteſt ad poſtulationem fidelium regis.*
4 *Mandatum generale factum procuratori feuda comprehendit, niſi expreßè excipiantur.*
Mandatum ſpeciale in vigintiquatuor caſibus requiritur.
5 *Procurator fiſci res excadentiales regis deputatas ſolatijs locare non poteſt.*
Bona excadentialia regiæ curiæ non debent locari ei, qui in ſuis negotijs eſt negligens.
6 *Locatio rerum excadentialium per procuratorem fiſcalem facienda, quas requirat ſolemnitates.*
7 *Confirmatio regia non requiritur, quando procurator fiſci ſeruat ſeruanda in locatione perpetua rerum excadentialium.*
Confirmatio tria operari dicitur.
8 *Locationem factam per procuratorem fiſcalem confirmare, vel non, eſt in regis arbitrio.*
9 *Labor abſque fructu eſſe non debet.*

SI QVANDO. Diuiditur iſta conſti-
tutio in tres partes. In prima ponit regu
lam. In ſecunda ibi, vt procuratores, ab
ipſa regula excipit tres caſus. In tertia
ibi,in aliarum, dat formam in locandis
ipſis rebus excadentialibus in perpe-
1 tuum. † Regula eſt, quòd Procurator fiſci res excadentia-
les,quæ fuerunt priuatarum perſonarum poteſt fideliboa
regis locare, ſed iſta regola fallit primò in bonis feudali-
bus quaternatis, vel non quaternatis: quæ licet ſint exca-
dentialia,tamen procurator fiſci non poterit in ipſa appo-
nere manus. Secundò fallit, ſi ipſæ res excadentiales ſe-
mel eſſent deputatæ pro munitionibus caſtrorum. Tertiò
fallit,ſi ipſæ res excadentiales eſſent deputatæ pro ſolatijs
regijs.Forma autem data in locatione facienda per procu-
ratorem fiſci de rebos excadentialibus, hæc eſt, videlicet,
vt prius ipſe procurator regij fiſci inſtruatur de perſnnis,
quibus facienda eſt per ipſum procuratorem locatin de re-
bus excadentialibus,an ſint fideles,& bonæ conditionis,&
ſi ſit bonos cultor terrarum, ſi terræ eis locentur,& ſi de re
bus ſuis perſpicaciter diſponit. Item ꝙ ipſe locatarius non
propter aliquam maleuolentiam recipit dictas res titulo
locationis. Item inſtruatur de valnre rei prædictæ, quæ lo-
catur & cuius redditus,& prouentus ſit annuatim. Item ꝙ
prius res ipſas locandas faciat ſubhaſtari,& cum interuen-
tu aliarum ſolemnitatum, quæ à iure & conſuetudine re-
quiruntur. Item ꝙ interueniat conſilium magiſtri camera-
rij,& ſi prædicta omnia acceſſerint,poterit dictus procura
tor dictas res excadẽtiales in perpetuum locare dictis per-
ſonis,& ipſi locatarij erunt perpetuò ſecuri,& hæc eſt pri-
ma pars, quæ durat vſque ibi,at ſi eorum aliquis. Hic eſt ſe
2 cundã pars principalis, in qua quæritur, † quid ſi iſte lo-
catarius iſtarum rerum excadentialium à procuratore fi-
ſcali velit pro ſui & ſuorum ſoceſſorum cautela, quòd do
minus rex confirmet dictam locationem in perpetuum fa
ctam per procuratorem fiſcalem, quid babet facere iſte lo
catarius pro obtinenda dicta regia confirmatiooe. & dici-
tur hic in tex. quòd iſte locatarius debet portare literas ad
regem procuratoris fiſcalis cum ſubſcriptione magiſtri ca-
merarij.& iudicum illius loci,qui dederuot conſilium, ꝙ
dicta locatio fieret ſub ſigillis omnium prædictorum, in
quibus literis declarabitur locus, vbi ſitæ ſunt dictæ res lo-
catæ,& ſic vt ſint certæ, ponentur coofines. Item deſcribe-
tur valor ipſarum rerum locatarum, & earum quantitates
& qualitates,& quarum annuatim regia curia percipiebat
de dictis bonis excadentialibus locatis ante dictam loca-
tionem,& quantum nunc eſt augmentatus cenſus,ſiue pẽ-
ſio per dictam locationem factam, vt regia curia edocta
de prædictis valeat deliberare,an expediat facere prædictã
confirmationem, vel ipſam denegare, & durat uſque ibi,
certum. hic dicitur, ne procurator fiſci laboret in vanum,
prouidebitur ſibi per regiam curiam de ſufficientibus an-
noalibus expenſis.& durat vſque io finem. Et in ſumma
h.d. Rerum excadentialium locatio in perpetuum concedi
tur à procuratore fiſcali perſonæ idoneæ, exceptis feudis,
& rebus deputatis ad vſum caſtrorũ, vel ſolatijs regis, nec
tenetur rex ipſam expreſsè confirmare, & ipſi procuratori
3 prouidetur de expenſis annalibus ſufficientibus. † Nota
primò tex.ibi,poſtulari, quòd procurator fiſcalis ad poſtu-
a lationem fidelium regis [a] poteſt locare excadentialia, er-
go à contrario ſenſu, ſi non eſt aliquis, qui poſtulet ſibi
locari res excadentiales, ipſe procurator non debet in-
quirere, vt locentur, vbi viderit eſſe vtile regiæ Curiæ, ex

quo

quo valet argumentum a contrario ſenſu, vt in l.j.§.huius
rei.ff.de offic eius cui mand.eſt iuriſdi.ſed non eſt ſic,quia
vbi reſultat abſonus intellectus,non ſumitur argumentũ à
contrario ſenſu,vt no.in l.2.C.de condi. inſer. & in l.con-
uenticulam.C.de epiſc.& cleri.Sed intellectus iſte à cõtra-
rio ſenſu eſt abſonus, quia procurator dẽt utile negotium
domini gerere, vt no. in l. ſi quis pro eo.in fine.ff.manda.
Item ſi rea poſſet locare abſq; poſtulatione alicuius,ita po
teſt eius procurator,quia iura loquentia de domino vẽdi-
cant ſibi locum in procuratore, niſi aliter reperiatur deci-
ſum in iure, vt dicit Barto.in l.ſed & ſi vnus.§.ſeruus.ff.de
iniurijs.ſed non reperitur expreſsè deciſum, ꝙ procurator
fiſci non poſſit locare excadentias,niſi poſtulanti, ergo po
teſt locare etiam alteri non poſtulanti. Item gerens nego-
tium alienum ſi habet in mandatis, ꝙ non faciat expẽſas,
ſi facit contra mandatum expendendo, quia illæ expenſæ
erant vtiles & neceſſariæ,non dicitur feciſſe contra mãda-
tum, vt eſt tex. & ibi no.in l.fina. C.de neg.geſt.faciunt ad
hoc no.ibi per Alexan.& Lucam de Penna in l.per hanc.§.
ſuper his.de erog.milit.anno.lib.12.Sed poſito, ꝙ procura
tor fiſci non haberet mandatum, ꝙ locationem faceret de
excadentijs, niſi poſtulanti, tamen ſi videt,ꝙ erat vtile &
neceſſariũ locare nõ poſtulanti põt illud facere, & vide ad
4 hoc Alex.in l.quãuis.ulti.col.ff.ſol.matrim.† Secundò no.
ex tex.ibi, ſiue ſint quaternata,vel non.tex.probantem, ꝙ
in generali mandato dato procuratori comprehenduntur
feuda, niſi de feudis fiat ſpecialis exceptio. tex. eſt hic no.
nam hic fuit datum mandatum procuratori fiſci locandi
excadentias, & per conſequens veniebant bona excadẽtia-
lia feudalia,rea non vult,ꝙ veniant,& ideo ſpecialiter ex-
cepit.in legibus.n.comprehenduntur feuda,niſi tex.feudo
rum aliter dicat,vt in c. 1. de feu. cogni.ſed profectò rectè
conſiderando,iſte tex. procedit in mandato dato à lege vi-
ua,vel lege mortua,ſed in mãdato generaliter dato ab ho-
mine ſuper rebus, niſi expreſsè fiat mentio de feudis, ſub
appellatione rerum,vel bonorum non veniunt feuda,vt in
c.generali.ſi de feu. fue. cõtro.& ita ibi tenui per pulchras
rationes,quas hic non repeto. Tertiò no.ex tex.ibi,caſtro-
rum noſtrorum munitionibus. ꝙ ſi deuenerunt regiæ cu-
riæ per mortem alicuius Baronis, vel alterius priuatæ per-
ſonæ ſine filijs & agnatis res aliquæ ſtabiles, vel mobiles,
vt ſunt maximè Bombardæ,Baliſtæ, Armaturæ, & iſta rex
fecerit conſignari pro munitione caſtri procuratori regiæ
curiæ,non poteſt res illas alteri locare ſine alio mãdato re-
giæ maieſtatis. Et ſigna iſtum caſum,in quo requiritur ſpe
ciale mandatum, & non ſufficit generale,& adde ad Spe-
culator.in titu.de procuratoribus.§.1.verſic. item opponi-
tur contra procuratorem, ꝙ non habet, vbi ponit.24.ca-
ſus,in quibus requiritur ſpeciale mandatum, & ad Ioannẽ
Andream in cap.qui ad agendum.de procuratoribus, lib.
5 ſexto.† Quartò no.ex tex.ibi,vel noſtris ſolatijs,ꝙ procur.
fiſci res excadentiales deputatas ſolatijs regis non põt lo-
care.hinc dicimus, ꝙ commiſſarius datus ad reintegrãdũ
feuda non poteſt manus extendere ad bona, quæ ad ſola-
tia Principis ſunt deputata, & ad maiorem cautelam in cõ
miſſione reintegrationis exprimitur, quòd non apponat
manus ad ea quæ ſunt deputata pro ſolatijs regis. Quintò
no. ex tex. ibi, in aliorum.quia docet procuratorem fiſca-
lem, quid debet prius ſeruari,antequam veniat ad locatio
nem perpetuam bonorum excandentialium,quæ declara-
ui ſupra in diuiſione huius conſtitut. Et no.quòd facienti-
bus malefacta ſua non ſunt locanda bona excadentialia re
giæ curiæ, vt prohibet bene iſta conſtitutio. ibi,rebus ſuis
ſalubriter, & perſpicaciter &c. Nam caſus dementis,eſt
correctio ſapiẽtis, dicit Ioannes Andreas in capitulo, cum
olim,poſt medium, de dolo & contuma. & ſemper præca
uendum eſt,quod vituperari poteſt,vt in c.1.de ſeruis non
ordi.no.Ioan.And.in 2.col.in c.Ioannes.de cleri.coniuga-
tis.Et ideo dicimus, a fratre ambulãte inordinatè retrahẽ
dum eſt 26.queſt.7.cap.erga.Inde dicit Ariſto.ad Alexan.
qui ſibi cauſa perditionis eſt,multò leuius alij cãm perdi-
6 tionis impẽdit. † Sextò no.ex tex.ibi, ſubhaſtatione,ꝙ in
locatione perpetua rerum excadentialium facienda ꝑ pro
curatorem fiſcalem requiruntur ſubhaſtationes & aliȩ ſo-
lennitates ſm conſuetudinem.& de iſta materia ſubhaſta
tionum vide per Bart.in l.licitatio.ff.de publica. & ea quæ
ſcripſi in l.1.in 7.no.vbi poſui 30.quæſtiones.C. de fide in
ſtrumen.& iure haſtæ fiſca.lib.10.& ibi uide glo. quæ po-
nit,quæ ſunt iſtæ aliæ ſolemnitates,quæ requiruntur in vẽ
ditione rerum fiſcalium. Septimò no.ex tex.ibi, locationis
perpetuo iure. ꝙ ideo hic in tex.conceditur procuratori re
gis concedere res excadentiales titulo locationis in perpe-
tuum,ꝙ ſi hoc non fuiſſet expreſsè dictum in mandato ge-
nerali de locando,non cenſeretur data poteſtas locandi in
perpetuum. Quia iſta eſſet alienatio,ut firmat glo.in ver-
bo,locare.in conſti.conſtitutionem diuæ memoriæ. in 3.
lib. Et procuratori fiſcali de iure eſt interdicta alienatio re
rum fiſcalium, ut in l.1.ff.de offic. procur. Cæſar.facit ad
hoc conſilium Alex.3.vol.conſi.1. 3.col. Et licet procura-
tori fiſcali permiſſa ſit locatio rerum excadentialium ſub
forma hic contenta,tamen non eſt permiſſa alia alienatio,
ſed ſolùm locatio eſt permiſſa,ſicut dicimus in Barone, &
feudatario,qui poteſt locare in perpetuum res ſolitas, ſed
non vẽdere, uel aliter alienare, ut in d.conſt.conſtitutionẽ
7 diuæ memoriæ.in fi.† Octauò no. ex tex.ibi, confirmatio
nem. ꝙ quando procurator fiſci ſeruat ſeruanda in locatio
ne rerum excadentialium in perpetuum facta in neceſſita
te,non requiritur confirmatio regia, ſed põt peti à rege cõ
firmatio ad cautelam. & uide hic, quæ debent præcedere
ipſam confirmationem. Sed quæro, ad quid ſeruit iſta con
firmatio ad cautelã,ſi locatio prædicta legitimè facta fuit?
Reſpondeo ſm glo.cap.quia diuerſitatem.de conceſſ. præ
ben.ꝙ tria operatur cõfirmatio, videlicet,quia facit,ꝙ res
confirmata ſit maioris authoritatis. Item ſi conceſſio fuit
minus ualida,fit magis ualida per cõfirmationem. Tertiò,
ꝙ nullus poteſt de re illa iudicare,niſi confirmans, de quo
in cap.1.& 2.de confirm.uti.uel inuti. Item operatur,ꝙ ſi
rex reuocaret ex cauſa omnes conceſſiones titulo locatio-
nis factæ in perpetuum per procuratorem fiſci,non cenſe-
retur reuocata iſta locatio confirmata per regem, vt bene
hoc probat Felin. in cap.conſtitutus.pen.colum.ver.conſi-
dera.3.de reſcrip.& idem firmat Alex. in 4.uolum.conſil.
22. & uide alios effectus confirmationis per dominum Ia
ſo.in l.more.in 7.& 8.columna,ff. de iuriſdictione omniũ
8 iudicum. † Nonò no. ex tex.ibi,deliberare poſſumus.ꝙ eſt
in arbitrio regis concedere confirmationem petitam loca-
tionis factæ per procuratorem fiſci, & validè factæ,vel ip-
ſam denegare,& ſi denegat confirmare, non credas,quòd
per hoc videtur venire contra factum ſui procuratoris,nec
de iure poſſet conuenire niſi per uiam nullitatis, ſecus ſi
peteret reſciſſionem cõtractus, quia qui petit reſcindi con
tractum,uenit contra contractum,ut dicit Angel.in l. quæ
ſub conditione.§ primo.ff.de condit.inſtit.Quia ſi rex con
ceſſit ſibi officium procuratoris fiſci,videtur tacitè conſen
tire in executione ipſius officij, & ſic in ipſa locatione, ut
dicit notanter Bal.in l.fi.§.ſin autem. in fi. C. de bonis quæ
libe. per glo. 2.in l. Lucius Titius.ff.de admin. tut.ſi ergo
conſenſus regis ineſt de iure,non auditur volens impugna
re contractum, cui aſſenſum præſtitit.l. venditioni.C. de
vſuc.pro emptore.l.generaliter.C.de rebus creditis.Sed in
contrarium facit id,quod dicit Ang.in l. ſi quis ita hæredi
tatem.ff.de condi.inſti.ubi dicit, ꝙ qui cõſentit in præam-
bulo,non uidetur conſentire in omni eius ſequela,ſed non
ob.ut ipſe ibidẽ declarat. Decimò no.ex tex.ibi, in diſpen-
dium. ꝙ labor nõ dẽt eſſe ſine fructu, ut in c.charitatẽ. 12.
q.2.Et ideo procurator fiſci ſtatuit hic,ꝙ de curia regia ſibi
miniſtrentur ſufficientes expenſȩ,de iure uerò cõi datur ſa
larium pro mercede, ſeu remuneratione laboris,ut in l.ſa-
larium.ff.manda.& C.de agen.in reb.l.agentes. nam & ſi
ſexcenti aurei eſt ſalarium conſtitutum à iure aduocato fi
ſci per unum annum, ut dicit tex.in l per hanc legem. C.
de aduo.diuer. iudi. ſequitur, quòd ſalarium procuratori

fiſci erit trecentorum aureorum, tamen rex dat ſalarium prout ſibi placet. hic non ſunt glo.

ANNOTATIO.

a Regis.] Adde, quod de iſtis excadentialibus loquitur cap. regni, quod incipit, Item cum inquireretur. ubi etiam dicitur de mortuarijs. & dicuntur excadentialia bona quæ obueniunt fiſco propter excadentiam & lineam finitam, quæ aliàs dicuntur bona uacantia, vt l. 1. & ibi glo. C. de bonis vacantibus. lib. 10. quæ bona vacantia pertinent ad regem & ad regium fiſcum, vt d. l. 1. & l. fina. eod. tit. ff. de iure fiſci. l. prima & ſecunda. maximè quãdo quis non habet hæredem, & dicuntur bona uacantia, quando deficiunt agnati & cognati & legitimus ſucceſſor præter vltimum, qui non poteſt ſuccedere, ut eſt fiſcus, per tex. in c. 1. quæ ſint regalia. in §. bona uacantia, & in l. uacantia. C. de bonis uacantibus. & in conſtitutione, ſi quando. de uaſallo demanij. & an ſit aliqua differentia inter bona vacantia & hæreditatem iacentem? Vide latè per Matth. in d. verſi. bona uacantia. & ſupra in conſtitutione præcedenti, quæ incipit, inter multas. col. fi. uer. 1 a. no. latius.

De locatione demanij. Rub. LXXXV.

CONTINVATIO patet ex ſeipſa, quia ſupra dictum eſt de locationibus facieodis de rebus excadentialibus regiæ curiæ per procuratorem fiſci: erat videndum de locationibus faciendis per procuratorem fiſci de bonis, quæ ſunt de demanio domini regis, ideo ſequitur hæc rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Procurator fiſci authoritatem habet à rege locandi res demaniales.*

2 *Demanialia regis vſque ad quod, ſeu quantum tempus locari poßint.*

Prælatus alienare non poteſt ea, quæ ſunt de demanio eccleſiæ.

3 *Procurator fiſci qualiter res demaniales locare poßit.*

4 *Procurator fiſci locare non poteſt res regijs defenſis deputatas.*

5 *Conceßiones regiæ, rebus ſic ſe habentibus, ſunt intelligendæ.*

6 *Donatio bonorum immobilium facta à non habente liberos reuocari poteſt liberis ſuperuenientibus.*

7 *Literæ regiæ ipſum operari debent, quod ipſemet, ſi præſens eſſet.*

8 *Comites & Barones regni nouas foreſtas abſque regio aſſenſu facere non poſſunt.*

9 *Foreſta, per quantum tempus dicatur antiqua.*

Vita hominum ad centum annos protrahi præſumitur.

10 *Tempus antiquum quod dicatur, iudicis arbitrio remittitur.*

11 *Procurator fiſci res fiſcales cum fidelium conſilio locare debet.*

12 *Locatio rerum demanialium per procuratorem eſt nulla, ex qua nulla peruenit vtilitas.*

13 *Subhaſtatio requiritur in rebus demanij ſterilibus concedendis ſub annuo redditu.*

14 *Solemnitas per legem nouam introducta quando trahatur ad contractus præteritos.*

AVTHORITATEM. Diuido hanc conſtitutionem in quinque partes. In prima datur hic auctoritas procuratori fiſcali, vt poſſit fidelibus regis concedere titulo locationis per annos quinque tantùm bona, quæ ſunt de demanio regis ad bene culturandum pro certa parte fructuum. vſque ibi, paludes. Hic eſt ſecunda pars, in qua datur etiam authoritas procuratori fiſcali locandi paludes & nemora de demanio domini, quæ non ſunt deputata pro defenſa Domini Regis, vel pro publicis paſcuis, vel pro lignis incidendis, dummodo locet de conſilio fidelium Domini Regis, vt extirpentur, & colantur per ipſos locatarios ſub certo annuo cenſu, ſiue redditu, uel ſub certa parte prouentuum, prout melius uidebitur expedire, dummodo antiquus redditus in aliquo non diminuatur, & durat vſque ibi, quæ ſi ſubhaſtatione. Hic eſt tertia pars, in qua deciditur vnum dubium, vtrum procurator fiſci poſſit iſtas paludes, vel nemora concedere ad extirpandum, & colendum, & ſub certa parte prouentuum in perpetuum, & reſpondet hæc litera, quòd ſic, dummodo in hac conceſſione interueniant ſolemnia, ideſt ſubhaſtationes, & aliæ ſolemnitates, quæ de iure in ſimilib. perpetuis conceſſionibus requiruntur, & durat uſque ibi, præſertim. Hic eſt quarta pars, in qua ponitur ratio, quare datur magiſtro procuratori fiſci hæc authoritas locandi paludes, & nemora de demanio regis ad extirpandum, & cultiuandum ſub certa parte prouentuum, vel cenſuum, & dicitur, quod ratio eſt iſta, videlicet quia cum procurator fiſci nactus ſit hanc authoritatem à rege vigore præſentis conſtitutionis, illi, qui receperunt ipſas paludes, & nemora ad extirpandum, & colendum, laborauerunt & expenderunt eorum facultates in extirpando, & colendo, ſi regia curia vellet reuocare illas locationes, illi laboratores dolerent, & triſtarentur, quia uiderent ſe fruſtratos eorum laboribus & expenſis, & ſic deceptos, & durat vſq. ibi, quę in præteritis. Hic eſt quinta, & ultima pars, in qua ſtatuit, quòd in præteritis locationibus factis per procuratorem fiſci, vbi non ſunt factæ ſubhaſtationes, debeant fieri ſubhaſtationes, & ſeruari aliæ debitæ ſolemnitates, & durat vſq; in finem. Et breuiter hoc dicit. Procurator fiſci res cultas de demanio regis non poteſt locare niſi vſque ad quinque annos, dummodo non diminuatur antiquus redditus, ſed paludes & nemora de demanio poteſt locare ad extirpandum, & colendum in perpetuum, ſeruatis ſubhaſtationibus, & alijs ſolemnitatibus, quę in præteritis locationibus
1 etiam debent ſeruari. † No. primò ex tex. ibi, authoritatem indulgemus, quòd procurator fiſci recipit authoritatem, ideſt poteſtatem ex indulgentia regis, vt poſſit locare ad quinquennium res demaniales cultas, & paludes, & nemora in perpetuum. Indulgere hanc authoritatem eſt mollis & delicata permiſſio, & ſic videtur, quòd hæc authoritas conceſſa non vrget ipſum procuratorem ad dictas locationes. Iſte Petrus de Vinea fuit homo valde literatus, & eloquentiſſimus, & in iſtis conſtitutionibus, ut plurimùm proprijs vocabulis vſus eſt, & eum ſic commendat Archiepiſcopus Florentinus in ſuo hiſtoriali, in tertia parte, tit. 19. cap. quinto, in princ. bene facit id, quod dicit Angel. in l. fin. C. de ſenten. paſſis, quòd quando Princeps indulget, ſolùm duritiem pœnæ remittit, vt in le. ſecunda, eodem titu. & l. fina. C. de genera. abolitione. & ſic non trahitur ad bona, ſecundùm Bald. & Angel. in d. l. fina. & ex hoc infero, quòd regia camera ſummariè non poteſt impingere procuratori fiſci, quare non locauit bona de demanio regis, ſicut impingere negligentiam, quando per non locationem bonorum excadentialium fiſcus patitur intereſſe.
2 † Secundò no. ex tex. ibi, non vltra quinquennium. quòd locatio demanialium cultorum ad non modicum tempus poteſt fieri per procuratorem regij fiſci. & ſic patet, quòd non poteſt fieri in perpetuum: quia, ut dixi in con-
a ſtitu. præcedenti, locatio in perpetuum eſt alienatio, & procurator fiſci non poteſt alienare, vt in l. prima, ff. de officio procur. Cæſar. Sic etiam dicimus, quòd prælatus eccleſiæ non poteſt alienare ea, quæ ſunt de demanio eccleſiæ, uel de menſa eccleſiæ, vt in capitulo, ut ſuper. de rebus eccleſiæ non alienan. & ibi uide Ioannē de Imola, qui declarat quæ dicantur bona de menſa, & dicit in le. ſi vacantia. C. de bonis vacant. libro decimo, & in authen. qui rem. C. de ſacroſanct. eccleſ. & Alexand. de Imola in conſilio vltimo, in quarto volumine, & quæ dixi in capitulo
3 primo, epiſcopum, vel abbatem. † Tertiò no. ex tex. ibi, ad certam fructuum partem. quòd res demaniales cultas

procu-

procurator fiſci non poteſt locare, niſi ad certam partē fru-
ctuum,& ſic non ad pecuniā, quia forma mandati diligen
ter eſt obſeruanda,nec ab ea eſt recedendum. l.diligenter.
ff.mand.iuncta l.ſi quis in.§.ſi coram.ff.de acq.hær. tamen
ego dicerem,ꝙ poſſet etiam locare ad pecuniam, ſi eſt ſibi
conceſſum, ꝙ poſſit locare ſub certa parte fructuum, quia
licet mandatario recedere à forma mandati faciendo id,ꝙ
eſt vicinum mandato,per l.iam tamen.§.quid tamen.ff.iu-
di.ſolui.inde dicimus,ꝙ ſi mandatur eligi,poteſt poſtulari
quia poſtulatio vicina eſt electioni,vt in c.cum in cauſis,de
electione,vt dicit Lucas de Penna in l.per hāc. §. ſuper his.
4 C.de eroga.mili.anno.lib. 12.† Quartò no.ex tex.ibi, quæ
defenſis noſtris , ꝙ procurator fiſci non poteſt locare nec
terras,nec paludes,nec nemora,quæ ſunt deputata pro de-
fenſis regijs:idē ſi pro vſu, vel ſi pro venatione , & ſolatijs
regijs, nam tempore regis Ferdinandi erat in terra Labo-
ris quoddam magnum territoriū, quod erat nemoroſum,
quod vocabatur Gaudum , & illud erat deputatū pro ſuo
ſolatio pro venatione,& ſic nullus officialis aut eius procu
rator poterat illud concedere ad cultiuandum.hodie,quia
reges huius regni poſt eius mortem,ſunt abſentes à regno,
& ſic non curant de venatione, per eorum procuratores cō
ceſſerunt ad extirpandum & colendum ſub annuo cenſu
annuatim , quicquid erat de dicto demano regis in dicto
loco de Gaudo. An ſi poſtea quando rex erit in regno poſ-
ſit reuocare dictas conceſſiones pro eo, quia vult reducere
pro venatione ad ſuum ſolatium ? Videtur ꝙ ſic,quia à pri
mordio tituli poſterior formatur euentus.l.1. C.de impo,
5 lucra.deſcri.† item quia illæ conceſſiones intelliguntur, re
bus ſic ſe habentibus,iuxta no.in l.quod Seruius,& ibi cō-
cor.ff.de cond.ob cauſam,ſed quando fuerunt factæ dictæ
conceſſiones, rex erat abſens à regno , & ſic ſuperueniente
præſentia,& voluntate regis præſentis,dicentis,ꝙ vult ter-
ritorium ipſum ad vſum longo tempore deputatum, pro-
ut erat,quando rex erat præſens in regno , iure licito pote-
runt fieri per eum dictæ reuocationes, nam & iuramētum
intelligitur præſtitum durante eo,cui iuſtm eſt præſtitum,
in ſtatu ſuo,vt dicit Feder.de Senis in conſi.281.allegat de
oper.no.nunc.c.2.& c.venerabilem. in fi.de elec.bene facit
gl.in c.ne quis.22.q.2.faciunt ea quæ allegat And.Barb.in
conſi.11.in 3.char.& in conſi.38.pe.col.& Alex.in l.ſi con
uenerit.ff.de pign.act.& tantò magis, quando eſſent factæ
dictæ conceſſiones ſine ſubhaſtationibus,prout requiritur
6 de iure,& per iſtam conſtitutionem . † Et pro hoc facit il-
lud,quod dicitur , ꝙ ſi quis dedit eccleſiæ, cum filios non
haberet,bona ſua ſtabilia,ſeu immobilia,& poſtea procrea
uit filios,eccleſia debet illa bona reſtituere,vt 17.q.vlt.c.ſi.
hoc verum intelligit Arch.17.q.4.c.quicunque.quantum
ad legitimam,idem Iaſ.in auth.ex cauſa. C.de libe.præter.
Io.de Imo.in l.Titius.ff.de liber.& poſth.Et hoc verum,ni
ſi iſti,qui habuerunt iſtas conceſſiones, habuiſſent priuile-
gium à rege regnante,tunc ceſſant allegata in contrarium,
quia princeps poteſt bona demanij nedum locare in perpe
tuum, ſed etiam alienare, vt no.in l.prohibere. §. planè.ff.
quod vi aut clam.idem ſi ſpecificè mandaſſet rex alienare
huiuſmodi bona, ſecundùm Andr. hic in fi.dum allegat.l.
apud Iulianum.in fi.ff.de leg.1.quia tūc per ſcripturam ha-
betur, ac ſi rex eſſet præſens in regno , quia ſcriptura ſem-
per loquitur,gl.eſt in verbo,loquuntur.in l.inter.claras.C.
de ſumma Trin. & inter abſentes poteſt contrahi per lite-
ras, vt in l.Lucius. ff. de fideiuſ.& ita habetur in l.nuda.&
in l.abſenti.ff.de donat.& in l.qui abſenti.ff.de acq.poſſ.&
7 Bar.in l.ſi.ff.de conſtit.princip. † Item rex abſens à regno,
quod per ſcripturam mandat dari, habetur pro dato, vt in
l.fin. C.de anno.ciui.lib.11. & quod dicit ſe daturum,pro
dato habetur.21.diſt.ca.in nouo.in principio. hæc iura al-
legat ad hoc Lucas de Penna,in l.ſi. C.de loca.prædio.ciui
li.lib.11.iſtę conceſſiones regię non recipiunt dictam reſtri
ctionem,ſicut recipiunt conceſſiones factę à procuratori-
bus,& officialibus regis,quia beneficia principum ſunt la-
tiſſimè contra eos intelligenda.l.1.ff.de conſt.princip.cum

ſimilibus . licèt Ioan.Monach. & Ioan. Andr. poſt eum in
mercu.in regula,in generali. libro 6. ponant multas reſtri-
ctiones ſuper verbis generalibus,de quibus ibi per eos.Se-
cundò quæro,an liceat Baronibus in eorum Baronijs face-
re foreſtas,quas appellant defenſas,ſicut poteſt facere rex ?
Dico quòd, niſi eſſet ordinatum in regno per regem Ferdi
nandum primum,qui ordinauit, & iuſſit per ſuam conſti-
8 tutionem,quæ incipit,ad perpetuam rei memoriam. † ꝙ
Comitibus & Baronibus regni nō liceat facere nouas fore
ſtas ſine regio aſſenſu,& factas caſſat,poſſent Barones cum
conſenſu ſuorum vaſallorum , & omnium quorum inter-
eſt,ipſas facere, quia cuilibet licitum eſt iuri ſuo renuncia-
re.l.ſi quis in conſcribendo.C.de pac.cum concor.Sed iſte
conſenſus non præiudicaret, niſi cōſentientibus & eorum
hæredibus, non tamen ſucceſſoribus non hæredibus, qui-
bus eſſet licitum allegare,ꝙ eorum anteceſſores non potue
runt eis præiudicare,ſed quia annullantur præteritæ,nouę
foreſtæ factæ,& quæ fierent in futurum ſine aſſenſu regio,
conſenſus vaſallorum non poteſt operari validitatem con-
tractus,ſtante annullatione facta dicti contractus celebra-
ti ſine regio aſſenſu, ſicut dicimus, quando contrahitur in
feudis ſine regio aſſenſu,contractus non valet, vt in l.impe
rialem.cum concor.ſuis,de proh.feu.alie.per Fede.& infra
9 in conſt.conſtitutionem diuæ memoriæ. † Tertiò quæro ,
per quantum tempus dicitur foreſta antiqua,& non noua.
aliqui dicebant,cum excedit tempus 40.annorū, quia per
tantum tempus dicitur factum antiquum,ita dicebat Ant.
de But.in cap.veniens,el primo,de teſtibus,allegat Inno.in
c.veniens.de verb.ſign. & pro hoc bene facit c.peruenit.iū
cta gl.de emptio.& vend. quem allegant Modern. ad hoc
et l.ſciendum.ff.de verb.oblig.vbi ex curſu triginta anno-
rum dicitur factum antiquum , & ſequitur Alex. in 1.vol.
conſi.69.incip.circa primum.in 4.col.idem tenet in 2.vol.
conſi.40.incipiente,videretur inſpectis.in ſeptima colum.
& in quarto volumine,conſilio decimoſeptimo, incipien-
te,viſo inſtrumento.alij dicunt, quòd tunc factum dicitur
antiquum,quando excedit tempus cētum annorum , quia
tantum eſt vita hominis,vt in l.fina. C.de ſacroſan.eccl. &
pro hoc Innocent.in capit.veniens,& in capit.quid per no-
10 uale.de verbor.ſignificat.cum concord.ſuis. † Alij tenent,
quòd hoc remittitur iudicis arbitrio. vt dicit Ant.de Butr.
in c.illud.de præſumptionibus.circa penul.col. firmat hoc
Alexand.in 2.volum.conſil.186.incip.in hac cauſa & lite.
in 2.colum.& in 3.colum.conſi.9. incip.viſo themate.vlt.
colum.ego vidi deciſum in regia camera ſummariæ,quòd
vt factum dicatur antiquum in iſtis prohibitis , requiritur
curſus vltra centum annos . In iſtis foreſtis & paſcuis ſta-
tur antiquitati,ſecundùm Bald. in capit.1.§.nos Romano-
rum.in 3.colum.de pace Conſtantiæ.ſunt concor.allegatæ
per Bartho.Veronen.in ſuo tractatu,de ſeruit.ruſti. in cap.
de aquęductu,quæſtione quarta,idem dicit Andr. infra in
conſtitut.cum per partes Apuliæ . illud enim , quod indu-
xit antiquitas,ſemper eſt ſeruandum, dixit glo. ibi, tex. in
Authen.vt determinatus ſit numerus clericorum.§.1.in fi.
Et iden dicimus , quòd magna eſt authoritas antiquitatis,
cui etiam reuerentia debetur,vt in cap.quanto de tranſlat.
11 præl.& in cle.Romani.de elect.† Quintò no.ex tex. ibi,de
conſilio noſtrorum fidelium, quòd Imperator vult hic , ꝙ
ſuus procurator cum conſilio fidelium faciat iſtas locatio-
nes,& pondera iſtud verbum fidelium,quia dixit Cato.

Conſilium arcanum tacito committe ſodali .

nam & conſilijs nos inuicem adiuuamus.13.q.2. capit.in
præſenti,& ideo dicimus, omnia fac cum conſilio, & non
pœnitebit,vt dicitur in eccleſi.cap.32. & in Prouer.13.ca.
dicitur. Aſtutus qui omnia agit cum conſilio. & ex hoc in-
fero, quòd ex quo iſta conſtitutio in locationibus facien-
dis per procuratorem fiſci requirit hanc ſolemnitatem,
quòd præcedat requiſitio,& præſtatio conſilij à fidelibus,
quòd ſi omitteretur,ideſt, quòd ſine conſilio fidelium fie-
ret,irrita erit locatio,vt no.in capit.ex literis. de diuortijs.
accedant ad hoc multa,quæ ſcribit Lucas de Pēna in l.om
nes.

12 nes.la prima, 10.col.de decurio. lib.10. † Sextò no. ex tex.
ibi, veteri nollatenus diminuto, ꝙ ſi paludes, vel nemus demanij concederentur ad extirpãdum in perpetuum, & ad colendum per procuratorem, & haberetur minus vtilitatis, quàm antiquitus, qñ erant paludes, vel nemus ꝙ iſta locatio eſt nullius momenti, & ſic non tranſit vtile dominiũ in accipientem, ſed remanet penes fiſcum. l.ſi quis. §. dſta. ff.de acq.poſſ. & ſic fiſcus poſſet alteri concedere, quia nulla eſt prima conceſſio. & ex hoc infero, ꝙ auth. perpetua. C.de ſacroſan.eccl. & vnde ſumitur in Auth. de non alie. §. quia verò, quæ vult, ꝙ eccleſiæ res ſteriles concedi poſſunt in emphyteuſim cum diminutione ſextæ partis, non habet locum io rebus ſterilibus demanij, quia illæ debent concedi ſine diminutione, imò cum augmento per iſtam conſti-
13 tutionem. † Septimò no. ex tex. ibi, ſubhaſtatione, ꝙ etiam in rebus ſterilibus demanij concedẽdis in perpetuum ſub annuo reddito requiritur ſubhaſtatio, de qua materia ſubhaſtationis vide, quæ dixi in l.1.C.de fide inſtr. & iu.haſtæ fiſ.li.10. item nota ex eodem tex. ꝙ fundus ſterilis per procuratorem fiſci non poteſt locari in perpetuũ, niſi cum ſolemnitate à iure requiſita, vt hic. ad idem. l.1. ff.de rebus eo. & voluit etiam Bal.in l.fi.§.non autem. C.de bonis quæ liberis. Octauò no. ex tex. ibi, laborum & ſumptuum incõmoda. ꝙ propter expenſas, & labores factos per colonos in re ſtabili, ſeu immobili ſterilibus ſimplici verbo procuratoris fiſcalis, dominus rex vult, quòd eis non auferatur ita, vt perdant expenſas & labores, & pro hoc bene facit id, quod dicit Abb.Sic.poſt Ant.de Butr.in c.ad aures. de rebus eccle.non alie. ꝙ eccleſia potius debet concedere io emphyteuſim illis, qui extirpauerunt & laborauerunt ex ſimplici promiſſione in caſu permiſſo à iure, qoàm alijs, quia non debent fraudari ſomptibus, & laboribus factis, per illum tex. & ſatis concordat iſta conſtitutio. & dicit Ant. de But.
14 ibi, ꝙ hoc eſt priuilegium culturantium. † Nonò, & vlt. nota ex tex. ibi, quæ in præteritis, ꝙ ſi lex noua inducit certã ſolemnitatem in contractibus, & contractus præteriti non ſunt perfecti ex defectu ſolemnitatis, ꝙ ad illos contractus præteritos porrigitur ſolemnitas per legem nouam inductam, & hoc declarat iſta conſtitutio. & pro hoc bene facit l.contractus. de fide inſtru. & c.cum in cunctis. §.quæ ſanè, de elect. & tantò magis, quia ante iſtam conſtitutionem in alienatiooe bonorum fiſcalium requiritur ſubhaſtatio, & ſulemnitas, vt patet in d.l.j.C.de fide inſtr.lib.10. & in concord. ſecus ſi cõtractus eſſet perfectus ratione formæ, quia ad illom lex noua non porrigitur, vt in l.iubemus. C.de teſtam. & in l.fi.C.de cura.furio. & in l.1. in fi. C.de rei vxo. actio & l.lege 12.tabularum. C.de leg.hęred. cætera de iſta materia, an lex noua trahatur ad præterita, vide per Bar. & ſcribentes in l.omnes populi. in 5.q. principali. ff.de iuſt. & iu.per Fel.io c.fi.de conſt. Hæc conſtitutio non habet gl.

ANNOTATIO.

a Alienatio] Adde, quod idem eſt dicendum de locatione facta ad longum tempus, vt l.1 § qui in perpetuum. ff.ſi ager vectigalis, vide Iaſ.in l.3. columna trigeſimaſecunda, ibi, quarto quæro. C.de iure emphyteutico. Batius.

SVMMARIVM.

1 *Priuatus non debet cogi ad emendum res fiſci.*
Conſuetudo, quòd nullus vendat res ſuas, niſi prius venditis regiæ Curiæ bonis eiuſdem generis, eſt valida.
2 *Vendere res ſuas cuilibet quando vult, licet, ſi conſuetudo in cõtrarium non obſtet.*
Conſuetudo quando approbata dicatur.
3 *Conſuetudo an probata cenſeatur eo ipſo, quòd allegetur.*
Regi non creditur, vbi de contrario conſtare poteſt.
4 *Priuatus res ſuas vendere poteſt, antequam fiſcus ſuas vendat, niſi conſuetudo obſtet.*
5 *Rex ſtatuere poteſt, quòd prius vendantur res fiſci, quàm priuatorum.*

MAGISTRIS procuratoribus. Hæc conſtitutio duo habet dicta. primum dictum eſt ſatis iuſtum, & habet concomitantiam cum iure communi, quia prohibet, ne procuratores regię Curiæ compellant aliquem fidelem inuitum ad emendum res, vel iura regiæ Curiæ. ſecũdum dictum ibi, illud tamen. ſimiliter eſt iuſtum, vbi in loco viget conſuetudo, quòd nullus poſſit vendere res ſuas, vel iura, niſi prius regia curia vendiderit res, & iura ſua, ergo ceſſante dicta conſuetudine ceſſat dictum interdictum & durat vſque in finẽ. & in ſumma h.d. Nullus inuitus debet compelli ad emendum, nec prohiberi ad vendeodum ad tempus, niſi aliter ſe habeat conſuetudo, vel ſic. Nemo debet compelli ad emendum res, & iura regiæ Curiæ, & quilibet poteſt vendere res ſuas, etiam antequam regia Curia ſimiles res vendat, niſi ſit conſuetudo in contrarium.
1 † No.1. ex tex. ibi, inuitos compatent. quòd iniuſtè facit offi-
a cialis regis compellere aliquem priuatum ad emendum ᵃ iuſto pretio res, vel iura regiæ Curiæ. Ad idẽ in l.nec emere. C.de iure delib. fallit in certis caſibus notatis ibi per Iaſ. & ego dixi in c.1.§.poſt natale. de pace te.io uſibus feudorum. uide do.Abb.Sic.in c.1.in 1.col.de empt. & uendit. & Bal.in l.1.C.de epiſ.aud. Secundò nota ex tex. ibi, conſuetum, ꝙ ualet conſuetudo certi loci, ꝙ quis non poſſit uendere bona ſua, niſi prius uendantur bona eiuſdem generis regiæ Curiæ. Nam in multis partibus huius regni eſt iſta cooſuetudo uetuſtiſſima, ꝙ uaſallus non poteſt uẽdere frumentum, ordeum, uina, niſi prius uendantur frumenta, & uina Baronis, ſimiliter in multis partibus regni eſt cõſuetudo, ꝙ nullus poteſt coquere panem, niſi in furno Baronis, prout eſt in terra Cirignolæ in prouincia Apuliæ. Similiter in multis partibus eſt conſuetudo, quod nullus põt macellare carnes niſi in macello Baronis. Similiter eſt in aliquibus partibus conſuetudo, ꝙ nullus poteſt ire ad molendum, niſi in molendioum Baronis, & de iſtis conſoetudinibus uetuſtis loquitur tex. & ibi Ant.de Butr. in c.ſignificante. de appel. idem Bal.in l.de quibus. ff.de legi. & Abb.Sic. in c.ex parte Aſtenſis. de conceſ.præb. & Luc.de Pen.in l.1.
2 ut ruſt.ad nullum obſequ.deuo. C.lib.11. † ceſſante ergo conſuetudioe prædicta, cuilibet licet de iure uendere res ſuas, quãdo ſibi placet, ſicut ædificare in ſuo ſolo uſque ad cœlum, ut in l.altius. C.de ſeruitu. Niſi in certis caſibus, de quibus per Barth. Vero.in tract.de ſeruitutibus. in rubr.de ſolo & area.c.39. Et quod poteſt conſuetudo prædicta, poteſt etiam priuilegium regium, ut notatur in d.c.ſignificante. Sed quæro qualiter probetur iſta conſuetudo? Pone, ꝙ probatur, ꝙ ſemper fiſcus prius uẽdidit res ſuas, quàm priuatus, & hoc deponerent teſtes per annos.40. & ultra. item per quinquaginta, & ultra, utrum ſit probata conſuetudo? Dico quòd non, niſi in loco probaretur, quòd in dicto tempore aliqui uoluerunt uendere res ſuas, & fuerunt prohibiti, & illi acquieuerunt dictę prohibitioni, ita uolunt glo. & Docto.in l.qui luminibus. ff.de ſerui.urba.prædi. & in l.1. C.de ſerui. & firmat egregiè Barth. Veron. in tract.de ſeru. ſub rub.de furno.cap.50. & firmat Iaſ.in l.quominus.in 6. col. ff.de flumi.ubi pro hoc beoe allegat Bal. in l.item lapilli.in 3.q. ff.de acq.rer.dom. Fallit, niſi probaretur conſuetudo uetuſtiſſima tanti temporis, tunc illa habet uim conſtituti, etiam quòd non probetur de prohibitione, ut ſup.in c.ſuper qoibuſdam. §.præterea cum concord. de uerb.ſig. & in cap.1.in fi.de præſcrip.lib.6. firmat Iaſ.in d.l.quominus.
3 † Sed quæro ſecundùm And.hic, qoid ſi non probetur iſta conſuetudo, quòd nullus põt uendere bona ſua in loco, niſi prius uendantur bona regiæ Curiæ, an iſta conſuetudo intelligatur probata eo ipſo, quòd allegatꝰ pro eo, quia iſta cõſtitutio dicit, ꝙ ubicũque terrarum generaliter eſt conſuetum, ꝙ interdicta eſt fidelibus diſtractio bonorum ſuorũ priusquam diſtrahantur iura regiæ Curiæ. Dicit hic Andr. ꝙ ſi in aliquo loco probetur, ꝙ ſemper cuilibet fuit licitũ uẽdere quocũq; tpe res ſuas, antequàm uendantꝰ res & iu-

ra regiæ

r e regiæ curiæ, tunc non creditur regi teſtificanti de dicta conſuetudine generali totius regni, quæ non eſt, & ſic patet, ꝙ non creditur regi, vbi conſtat de cõtrario eius, quod ipſe dicit. Tene menti iſtud dictum And. hic, ꝙ non creditur regi in ſui vtilitatem, etiam legem condendo. idem in contractu, quia contractus principis habet vim legis, vt in l. Cæſar. ff. de publ. & ibi ſunt concor. ſed ſi aliquid non cõſtat contra id, quod dicit Rex in lege, vel in contractu, debet credi regi, quia ſunt multi, vt cãcellarius, & alij, qui ſubſcribunt, & ſic videntur eſſe teſtes, ſm And. hic, & in c. 1. in fi. de contro. feu. apud par. termi. idem dicit Andr. in cap. ſi quis. quo tempore miles, & in c. 1. qui ſucce. tene. & in c. 1. §. ſimiliter. de capi. qui cur. vendi. & Lucas de Penna in l. 2. C. de mancip. & colo. lib. 10. & Oldr. in conſ. 258. & Franc. de Zabar. Card. Flo. in conſ. 154. Alex. in 5. vol. conſi. 124. fallit in certis caſib. de quib. dixi in d. c. j. qui ſucceſ. tenean. vbi poſuit ad hoc decem limitationes, vt ibi videre poteris.

4 †Tertiò no. ex eod. tex. ꝙ vbi non eſt conſuetudo, ꝙ prius vendantur res fiſci, quàm priuatorum, priuati poſſunt vendere eorum res antequam fiſcus vendat ſuas, quia ius fiſci fundatur ſuper conſuetudine, qua ceſſante, remanet fiſcus abſque dicta conſuetudine, & remanet in obſeruãtia iuris communis. & ideo tunc ſeruabit ius cõe, vt quilibet ſit in libertate ſua vendendi. Item quia hęc conſtitutio facta fuit ad remouendum grauamina ſubditorum: ſi enim ceſſante dicta conſuetudine vellet fiſcus, ꝙ prius vendantur eius bona, quàm bona priuatorum, hoc eſſet inducere ſubditis grauamen, nec in dubio dicendum eſt, vt per illum inducatur grauamen, qui vult remouere grauamina, vt in l. meminerint. C. vnde vi. & in l. 2. C. de indic. vidui. toll. in glo. vnica, hæc gl. pro hac conſuetudine, vt prius vendantur fructus regiæ curiæ, quàm fructus priuatorum, facit l. præſes. C. de ſeruit. allegat ſimile de medico patrono, vt ipſe præferatur in præſtando opus medicinę infirmis ſuis libertis, vt in legibus in ea allegatis. 5 † An autem rex potuiſſet legem ſtatuere, vel ordinare, vt prius vendãtur fructus & res fiſci, quam vaſallorum, vel aliquibus Baronibus concedere hoc priuilegium? Non dubito, ꝙ poſſit, quia nõ eſt contra legem diuinam, nec contra ius naturale, ſed ſolùm contra ius poſitiuum, & hoc firmant cõiter ſcribentes in prædicto c. ſignificante. de app. & patet in d. l. quominus. ff. de flumini.

ANNOTATIO.

a Emendum.] Ad idem uide tex. in l. inoitum. de contrah. empt. & venditione. vide Bart. in l. annonam. ff. de extraordinarijs criminibus. hæc regula fallit in caſu l. ſi quis ſepulchrum. ff. de religio. & ſumpt. funerum, alias fallentias vide per Veſonenſem in tit. de ſepulchro. in tractatu de ſeruitutibus vrbanorum prædiorum, & per Matth. ſupra in prgludijs, in q. 3. & ibi dixi. Baius.

De officio magiſtrorum fundicariorum. Rub. LXXXVI.

QVONIAM ſup. in conſti. inter multas ſub rubr. 83. dictum fuit, ꝙ in quolibet regno debet eſſe vnus magiſter procurator regiæ curiæ, & vnus magiſter fundicarius, & de officio magiſtri procuratoris hucuſque Imperator fuit proſequutus, reſtabat videre de officio magiſtri fundicarij, ideo poſtquam tractauit de officio procuratoris fiſci, tractat de officio magiſtri fondicarij. Et eſt ſciendum, ꝙ iuris fundici ſolutio fuit inuenta per iſtum Imperatorem Federicum, cum ante ipſum non erat iſta ſolutio iuris fundici, & ſic fuit noua gabella. & ſic fuit inſtituta ſolutio hæc iuris fundici ſub hoc colore, vt dicitur in ritibus regiæ cameræ ſummariæ, de iure fundici. c. 2. ꝙ merces ponuntur in domo regia, & ideo erat aliquid ſoluendum regi pro iure albergi, quia in domo regia merces reponuntur, & cuſtodiũtur, & conſeruantur, & ſubditur ibi, ꝙ multum carum eſt hoc albergum, nã ille, qui emit merces, tenetur ſoluere granos quindecim pro qualibet vncia, quæ ſoluitur ꝓ pretio mercium, & ſoluitur tã à ciuib. quàm exteris, & ſemel tantùm, vt dicitur in dicta rubr. de iure fundici. c. 1. & ſoluitur ius fundici de omnibus mercib. pręterquàm de victualibus, & alijs rebus, de quib. ſoluitur ius exituræ, quod ius exituræ eſt pluſquàm ius fundici. Item non ſoluitur ius fundici de animalibus, vt dicit hic Andr. & in c. 1. in verbo, vectigalia. quæ ſint regalia. Sic etiam de ſeta non ſoluitur ius fundici ab emptore, quia habet ius ſpeciale, ſic etiam nec de poſſeſſionib. nec de lignaminibus, nec de biſcotto, nec de pane, nec victualibus quibuſcunque, nec de auro, vel argento vẽdito, nec de perlis, nec de lapidibus pretioſis, nec de veſtibus, nec burſis ſericis, vt dicitur ſub rubrica, de fundico flagelli, quod incipit, ſoluitur ius fundici, charta quinta. Item à ciue non ſoluitur ius fundici.

SVMMARIVM.

1 *Magiſtri fundicarij in negotijs ſuum tangentibus officium omnimodam ſeruare debent puritatem.*
Notarij regij probatæ vitæ debent eſſe.
2 *Ius fundici de quibus rebus debeat ſolui.*
3 *Tertiaria ferri, an debeatur regi, ſi non vendatur, aut exoneretur.*
4 *Propoſitum principale in omnibus negotijs eſt attendendum.*
5 *Deſtinatum quando pro facto ſit habendum.*
6 *Ius fundici quæritur regi omnium quæ ſunt in portu.*
7 *Salem regiæ curiæ nemo compellitur emere.*
8 *Campanæ appellatione venit etiam minima campanella.*
9 *Mercatores ſalem in regnum cum nauibus portare poſſunt.*
10 *Mercator fraudans ius fundici perdit merces ſuas.*
11 *Fundicarij & dohanarij non debent petere ius fundici de his, pro quibus non debetur.*
12 *Licita quandoque confiſcantur propter illicita.*

MAGISTROS fundicarios. Tota iſta longa conſtitutio diuiditur in nouẽ partes. In prima parte ſtatuit, ꝙ magiſtri fundicarij, id eſt illi, qui ſunt præpoſiti ad exigendum iura regij fundici, obſeruẽt puritatem omnimodam tam circa regiã curiam, quã circa fideles regis. & durat vſque ibi, ideoque. Hic eſt ſecunda pars, in qua præcipit, ꝙ iſti magiſtri fundicarij nihil emant, vt in fundicis regijs intromittãt, & ſi volunt emere, & mittere res emptas in fundicis regijs, hoc faciant mediante publico inſtrumento, & teſtimonio baiuli, & iudicis ciuitatis, & durat vſque ibi, procurabunt autem. Hic eſt tertia pars, in qua ordinat iſta conſtitutio, ꝙ magiſtri fundicarij in locis ſuæ iuriſdictionis debeant facere fundicos, vbi reponant ſalem, ferrũ, & azarios, & alias merces, pro quibus debet ſolui regię curiæ ius fundici, & durat vſque ibi, volumus autem. Hic eſt quarta pars, in qua iubet, ꝙ magiſtri fundicarij non inferant grauamen fidelib. regis, id eſt, ne compellant fideles regis ad emendum maiorem quantitatem ſalis, quàm ipſi voluerint emere, & durat vſque ibi, dummodo prohibeant. Hic eſt quinta pars, in qua prohibet, vt nullus audeat emere ſalem, ſiue in modica, ſiue in magna quantitate extra prouinciam, & ipſum ſalem immittat in prouinciam ſub pęna publicationis omnium bonorum, & hanc prohibitionem magiſter fundicarius debet diligenter obſeruari facere, exceptis duobus caſibus. primus, ſi quis habuerit à rege ſpeciale mandatum emendi ſalem extra prouinciam, & mittendi in prouinciã. Secundus caſus, quando quis in nauigijs de partibus vltramarinis defert ſalem in prouinciam, tunc non alteri, ſed regiæ curiæ debet aſſignare pro pretio, prout poterit conuenire cũ regia curia. Et durat vſq; ibi, mercatoribus. Hic eſt ſexta pars, in qua quæritur de uno dubio, videlicet, quid ſi portãtes ſalẽ cum nauib. de partib. vltramarinis in aliquam pro-

prouinciam regni, non poterunt conuenire de pretio cum regia curia, vel nolunt emere, quia non indigent dicto ſale, vtrum poſſint vendere alijs mercatorib. dictũ ſalem in prouincia. & hic deciditur, ꝙ ſic, dummodo ipſe emptor paratus ſit ſoluere iura tangentia regiæ curię, & tunc ſolutis iurib. tangentib. regiæ curiæ, ipſi emptores poſſunt intra prouinciam diſtrahere dictum ſalem emptũ, dummodo non faciant fundicum in certo loco, nec conſtituant certum vẽditorem ad diſtrahendũ ipſum ſalẽ emptum, nec homines compellant ad emendũ dictũ ſalem, & durat vſq; ibi, mercatores ẽt. Hic eſt ſeptima pars, in qua deciditur vnũ aliud dubium, videlicet an liceat mercatorib. qui exonerauerunt merces ſuas in fundicis ſtatim hoſpitari per ciuitatem, uel debeant hoſpitari in ipſis fundicis. & dicitur hic, ꝙ licitum eſt mercatoribus, exoneratis, & depoſitis mercib. in fundicis hoſpitari per ciuitates vbi, & quò voluerint, & durat vſque ibi, pœna publica. Hic eſt 8. pars, in qua puniũtur mercatores pœna publicationis mercium, quæ debent ſoluere ius fundici, ſi non deponunt in fundico regio, ſed in alio loco ſine licentia magiſtri fundicarij, idem ſi aliquo modo ius fundici defraudent, vel furantur, & durat vſq; ibi, dum tamẽ. Hic eſt nona pars & vlt. in qua præcipit magiſtris fundicarijs, ꝙ non compellant mercatores ad ſoluendum ius fundici pro rebus, quæ non tenentur ſoluere ius fundici, nec dohanæ, & durat vſq; in finẽ, & hæc diuiſio habeatur
1 loco ſummarij. † No. t. ex tex. ibi, puritatem omnimodam. ꝙ iſti magiſtri fundicarij debent in negotijs eis permiſſis, & ſic in ſuo officio ſeruare omnimodam puritatẽ. 5. q. 9. c. pœna. quæ verba important hic, ꝙ ſine dolo, tam circa regiam curiam, & fideles regis ſine malitia, & prauitate, & puri ab omni ſorde, & fęce ambitionis, & fideles, nec reſpicere debent ad propriũ commodũ. ita egregiè iſta verba exponit Bal. in conſilio ſciſmatis. 7. col. ibi, ſequitur in tex. puris & liberis mẽtibus, poſito. C. ſi quis aliquem teſta. prohi. Secundò no. ex tex. ibi, in fundicis intromittant. cõtra iſtos magiſtros fundicarios, qui faciunt mercãtias, & emũt res, & illas tenent in dohana, ſiue in fundicis regis: nam eis eſt hoc prohibitum, niſi adhibeant duplicem cautelam, videlicet inſtrumentum publicum, & teſtimonium baiuli, & iudicis ciuitatis, & hoc factum eſt propter fraudes euitãdas. & tene menti iſtas duas ſolemnitates, quia non eſt leuis ſolẽnitas, imò maxima, ſicut dicimus, ꝙ quãdo in actu requiruntur duo notarij, dicitur ille actus ſolenniter fieri, quia requiritur, ꝙ ambo ſint probatæ uitæ, ut dicit Bald. in c. tertiu loco. in fi. de probationibus, de quo per Alex. in l. ſi quis ex argentarijs. in §. cogentur. in a. col. ff. de eden. & Bald. in l. fi. §. cum igitur. C. de iu. delib. hæc duplex ſolemnitas probatoria inducta eſt per iſtam conſtitutionem ob publicam vtilitatem, ſm Bal. in l. fin. in prin. C. ſi cert. pet. & ideo non poteſt omitti, vt habetur in l. nemo poteſt. ff. de leg. t. cum
2 concord. ſuis. † Tertiò no. ex tex. ibi, fundicus ſalis, ferri, & azarij, & mercium, ꝙ ſoluitur ius fundici de ſale, ferro, & azario. & pro hoc bene facit c. item pro iuribus. & in tit. de
a iure [a] fundici. & in c. ſoluitur ius fundici. in rub. de fundico flagelli. Aduerte, quia ius fundici pro ferro & azario ſoluẽtur gra. t 5. pro vncia, ſed groſſiori modo, nam eſt tertiaria, vt patet in c. de iure decimi, quod incipit, ab extraneo &c. & no. ꝙ nullus poteſt emere ſalẽ niſi à regia curia, uel eius officialibus, & iſtud fuit ius nouum inductum ab iſto Imperatore Federico, vt dicitur in ritu, de iure ſalis. c. t. Tamẽ ſi priuatus habet ſalinam in ſuo prædio, poteſt vendere ſalem de ſuis ſalinis prouenientem, vt dicitur in c. Papæ Honorij, relatum in ritu de iure ſalis, quod incipit, ſalinæ etiã.
3 in fi. † Sed hic quæro de quadam quæſtione, quæ fuit de facto, videlicet vtrum ſit debita tertiaria ferri regiæ curiæ, ſi ferrum deſtinatum fuit portari Neapolim, cũ vaſello, ſeu nauclero maritimo venit Neapolim, ſed ꝓpter guerras ſuperuenientes noluit Neapoli exonerare ipſum ferrum, ſed fuit compulſus per officiales dohanæ ad exonerandum ipſum ferrum in dohana. Mihi viſum fuit ꝙ iſta tertiaria in
b hoc caſu ſit debita regiæ curiæ, [b] ſed differtur executio, donec ferrum venditur, quia tertiaria ferri non debetur, niſi quãdo ferrum venditur, vt dicetur in c. ſoluitur hoc ius de iure fundici. & pro hac opinione ego allegabam, nã principale propoſitum eſt attendendum. l. ſi quis nec cauſam. ff. ſi cer. pet. cum ergo principale propoſitum domini ferri fuit conduci facere ferrum Neapolim, licèt præter propoſitum ſuũ accidit guerra in regno, & propterea ipſe volebat mutare propoſitum, & alibi conduci facere ferrum, hoc non ſibi licet in damnum fiſci mutare propoſitum, poſtquam Neap. applicuit. Et pro hoc allegabã Bar. in l. cętera. §. ſed ſi
4 paruerit. ff. de leg. t. vbi dicit, † ꝙ ſtante ſtatuto, ꝙ nullus emat frumentum in platea, niſi pro ſuo vſu, ſeu victu: ſi ſcholaris emit à principio pro ſuo uſu, licet poſtea mutet propoſitum, & vendat frumentum, non incidit in pęnã ſtatuti, quia attẽditur principale propoſitũ, ſcilicet, ꝙ emit à principio pro ſuo vſu. idem firmat Bald. in l. vnde quæritur. ff. de exer. & Ioan. de Ana. in c. ſignificauit. 6. col. de Iudæis. Et ſic illud principale propoſitum in hoc eſt in maxima conſideratione. probatur in l. t. ff. de auct. tut. & no. gl. in l. non vetè. ff. ex qui. cauſis maio. vbi ſi aliquis eſt abſens cauſa reipublicæ, & iſtud eſt principale propoſitum abſentiæ, licet poſtea faciat propria negotia, attenditur principale propoſitum. idem Abb. Sicul. in c. cum pro cauſa. de appel. vbi ſi principale propoſitum fuit accipere iter pro appellatione ad Papam, licet faciat alia negotia, ſufficit principale propoſitum. Sic in propoſito, ſi principale propoſitũ domini ferri fuit cõduci facere ferrum ab extra regnum in regnum, & Neapolim, & iam applicauit cum naui, non
c licet mutare propoſitum, [c] videlicet alio portari facere in
5 damnum tertiariæ debitæ regiæ curiæ. † Item, quia deſtinatum pro Neapoli habetur pro effectu, poſtquã applicuit Neapo. l. & ſi non fuit. ff. de auro & argen. lega. l. fundi. §. fi. ff. de actio. emp. l. fin. in princ. in gl. C. de dotis promiſ. quæ iura ad hoc allegat Alex. in 3. volum. conſi. 98. in t. colum. in fi. ideo dixi, poſtquam venit, quia ſi non veniſſet ferrum Neapolim deſtinatum, non haberetur pro facto, ut dicit Alexan. in dicto conſilio, in a. colum. Item allegabam capitulum de iu. ſalis, in eiſdem ritibus regiæ cameræ, ubi dicitur. ſi portatur ferrum ab extra regnum in regnum, nõ poteſt immitti ſine licentia regiæ curiæ, aliàs capitur vnà cum vaſſello pro regia curia, niſi dixiſſet à principio dohanerijs, ꝙ portat ferrũ in uaſſello pro portando extra regnũ tunc non poteſt cogi ad exonerandum ferrum, vt vendatur, ſi illo ferro non eget regia curia. Item niſi vi ventorum veniſſet, vel alia iuſta cauſa, tunc ceſſante tempeſtate debet recedere, & nihil ſoluit, vt in ritu, de fundico flagelli, quod
6 incipit, ſi vaſſellus. † Sed ſi voluntariè remãſit, ſoluit fundicum, & ſi tamẽ eſt in portu, eſt quæſitum ius fundici, licèt non exigatur, niſi quando venditur. Item ſi portatur in vaſſello ferrum, & venit Neapolim, & ſtatim dicit dohanerio ꝙ portat ferrum, non pro Neapoli, ſed pro extra regnum, ſi dohanerius non eget dicto ferro, ꝙ non poteſt cogi ad exonerandum dictum ferrum. Ita audiui fuiſſe determinatum in regia camera. & pro hoc facit id, quòd dixit Alex. in 4. vol. conſi. 86. vbi dicit, ꝙ ſi ſtatutum prohibet, ne portetur ſal per extra regnum in regno, non cõprehendit portantẽ ſalẽ per tranſitum: ſecus, ſi portaſſet ex principali propoſito Neap. & cũ iſtas rationes ego allegaſſem tempore, quo eram pręſidens in regia camera ſummariæ, fuit die t a. Ianuarij. 4. indi. t 5oa. decretum, quòd dictum ferrum non extrahatur à dohana, niſi dominus ferri præſtet cautionẽ de portando per regnũ in terras fundici, aut ꝙ vendat Neapoli in groſſum, & ſoluat tertiariam, quãdo uendit, ſi vult extrahere per extra regnum, dimittat tertiam partem dicti ferri regiæ curiæ. Quartò no. ex tex. ibi, præter vænalia, quòd ſunt multæ res, quæ non ſoluunt ius fundici, de
7 quibus dixi ſupra in rubr. pręſentis conſtitutio. † Quintò nota ex textu ibi, non compellant. quòd magiſtri fundicarij non poſſunt compellere aliquem ad emendum ſalem regię curię, & hoc erat, quando non erat inſtitutum, quòd vniuerſitates ſoluant tarenos duos cum dimidio pro

quo-

quolibet thumulo ſalis in ianta quantitate, quot ſunt focu
latia. Sextò no. ex tex. ibi, dummodo prohibeant. ꝙ non eſt
d alicui licitum portare ſalem per extra regnum,[d] & immit-
tere in regno, ſiue in magna, ſiue in modica quantitate ſub
pœna publicationis omnium bonorum, vt dicitur in iſta
conſt. & ideo dicebat Bal. in l. 1. C. quæ res expor. nõ debẽt.
ꝙ ſi quis eſt prohibitus portare vinom extra ciuitatem, nõ
poterit portare vnam phialam cauſa guſtus, qnia quod mi
nimum eſt, in conſideratione eſt. Et pro hoc bene facit id,
quod dicit Bal. in l. æde. in 5. col. C. locati. ꝙ quandu parua
quantitas ſoluitur reſpectu honoris, tunc debet haberi ma
gna conſideratio. Item facit tex. in c. pe. de reſcr. vbi ſi ille,
qui impetrauit beneficium, dixit ſe nõ habere beneficium,
cum haberet beneficium exignum, non valet reſcriptum.
8 †Ad idem facit, ſi tempore interdicti non poteſt pulſari cã-
pana, appellatione campanæ venit ẽt minima campanella,
vt dicit Io. Cal. in tract. de eccl. interdicto. char. 169. p tex.
in c. de appellationibus. & c. maiorib. de præb. cum ſi. Item
dr̃ etiã medicus, qui medicat dentes, vel auriculas ſm̃ Bal.
in d. l. 1. C. mandati. Item modica interdum ſunt in conſi-
deratione, ſm̃ Bal. in l. 2. C. de reſcin. vend. Item reſtituitur
popillos pro modico, ſi læditur, ſm̃ Bal. in l. cum ipſe. C. de
contrahen. emp. Bene facit dictum Bal. in l. 1. §. de exercita-
toribus. ff. nau. cau. ſtabu. vbi appellatione nauis venit naui-
cula. Faciunt multa in contrarium, quæ dixi in c. 1. §. ſi quis
de manſo. in 3. no. de contro. inueſt. & in c. 1. §. pręterea. quę
ſit prima cauſa beneficij amitten. Concordat ſecundùm na
turalem iuſtitiam, vt dicit Bal. in d. l. æde. Fallit, niſi rex de-
diſſet priuilegium alicui vniuerſitati, ꝙ non obſtante conſt.
regni poſſit pro ſuo vſu immittere ſalẽ in ipſo loco. Et pro
hoc facit iſte tex. ibi, præter mandatum ſpeciale curiæ no-
ſtræ. & ſi non eſſet ibi clauſula, non obſtante conſtitutione
regni tale priuilegium non pręiudicaret diſpoſitioni huius
conſt. quia iſta eſt cõſtitutio in regno, quæ eſt facti, & prin-
ceps præſumitur ignorare factum. c. 1. de conſt. li. 6. Sed po
ne, ꝙ magiſtri fundicarij non fecerunt dictam prohibitio-
nem, an immittens ſalem per extra regnum in regno, pu-
niatur pœna huius cõſti. vel requiratur prohibitio magiſtri
fundicarij? Iſta conſtitutio dicit, dummodo prohibeant, ſci
licet magiſtri fundicarij, ergo ſi non fecerunt dictam pro-
hibitionem, non incidunt in pœnam. Et ideo vidi, ꝙ ſem-
per noui arrendatores ſalis impetrant à regia camera ſum-
mariæ banna, ꝙ nullus p extra regnum immittat ſalem in
9 regnum ſub pœna hic contenta. †Septimò no. ex tex. ibi, ni-
ſi vltramarinis partib. in nauigijs. ꝙ mercatores poſſunt cũ
nauib. portare ſalem in regnum, & illum uendere regiæ cu
riæ pro pretio, quo poterint conuenire, & ſi regia curia no-
luerit emere, poſſunt alijs perſonis vendere ad groſſum, nõ
tamen ad minutum ponere illum in certo loco, & deputẽt
venditorem, qui vendat. Concordat in hoc ritus magnæ ca
meræ ſummariæ de iure ſalis, qui incipit, magiſter ſalis.
Octauò no. ex tex. ibi, hoſpitari. ꝙ mercatores venientes cũ
mercib. non debent hoſpitari in ciuitate, vbi eſt fundicus,
niſi primò merces depoſuerint in fundicis, vel in alia do-
mo de licẽtia magiſtri fundicarij, & ipſis depoſitis in fun-
dico, vel alio loco, cum licentia magiſtri fundicarij, qui an-
notabit dictas merces, vt eſt ſtylus & obſeruantia, quia hoc
non dicit iſta conſt. licet eis liberè hoſpitari per ciuitatem.
10 Nonò no. ex tex. ibi, mercatoribus † etiam. ꝙ fraudans ius
fundici perdit merces, quæ applicãtur regiæ curiæ, imo per
iſtum tex. ſi attentauit fraudare, vel furari dictum ius fun-
dici, perdit merces, vt probat iſte tex. ibi, tentabunt. & ſic
ſufficit attentare furtũ iuris fundici, vt perdat merces. Paria
ergo ſunt furari ius fundici, & attentare furtum. Sicut paria
ſunt eſſe in fuga, vel eſſe in præparatione fugæ. l. quæſitum.
ff. de pigno. faciunt no. in l. ſi quis non dicam rapere. C. de
epiſc. & cler. Et tene menti hoc, quia regulariter eſt contra-
rium, ꝙ ſtatutum puniẽs delictum ciuiliter, intelligitur de
delictis conſumatis, vt patet in quadam epiſtola Feli. poſita
in fine tituli. de appellationibus. & vide in tractatu de ga-
bellis, infra allegãdo in 14. q. in vlt. parte. & ſic vides, quòd
fraudans ius fundici, imò attentãs fraudare, perdit merces
idem dicitur in dictis ritibus regię cameræ ſummariæ. hoc
eſt etiam de iure communi, ut in l. 1. & 2. C. de vect. & cõ-
miſſis. & in l. commiſſa. & ibi ſcribẽtes. ff. de publica. Et ſic
iſtud delictum eſt cauſa perditionis mercium, ſecuta ſentẽ-
tia, ſecundùm Bal. in l. ſi quis in tantam. pen. col. C. vnde vi.
verſi. ſuper quarto. Aduerte, quia dicit Bal. in l. 2. C. de vect.
& commiſſis, ꝙ fraudans gabellam, ſi moriatur intra quin-
quennium, fiſcus poteſt vendicare res, quæ inciderunt in
commiſſum, ſed elapſo quinquennio fiſcus non poteſt age-
re, ut ibi. Hic caderẽt. 33. quæſtiones, quas poſuit dominus
Io. Bertachinus de Firmo ſuo egregio tractatu de gabellis.
11 in vlt. parte, ideo pro nunc me ad eum remitto. † Decimò
no. ex tex. ibi, nullas res alias. ꝙ magiſtri fundici, & doha-
nerij debent totaliter abſtinere, ne petant ius fundici de il-
lis rebus, de quibus non eſt ſoluendum ius fundici. & per
conſequens nec exigere. & eſt ratio, quia hoc eſt in damnũ
regiæ curiæ, quia ſi gabellotus exigat vltra debitum, merca
tores poſſunt fraudare gabellam, ſecundùm Bald. in l. 3. C.
de nauti. fœnore. quia iſte non dicitur fraudare gabellam,
ſed euitare grauedinem, ut dicit Abb. Sic. in c. innouamus.
de cenſibus. Et dicit Bart. in l. cum pater §. Titio. ff. de leg. 2.
quòd qui fraudem excludit, non dicitur fraudem facere,
concor. ſunt ibi in glo. & dicit Bald. in cap. 1. 2. col. quæ ſint
regalia. quòd gabelloti non debent abuti gabellis & ſi abu-
tuntur licet fraudare, ſecundùm Bald. & Ang. in l. veluti. ff.
de iuſt. & iu. Bald. in l. vectigalia. ff. de publica. Bald. in l. 1.
2. col. C. de caducis tollendis. Abb. Sic. in proœ. decreta. rex
pacificus. in 5. colum. Iacob. But. & Bald. in l. penul. C. de iu
12 re anu. aureorum. † Nam ſicut propter illicita confiſcantur
licita, ut dicit Bald. in l. cum proponas. C. de nau. fœno. ita
propter exceſſum exactionis licet euitare licita. & ideo be-
ne fecit iſte Imperator prouidere, quòd iſti officiales non
exigant vltra debitam exactionem, & in hoc ſemper de-
bent eſſe vigilantes præſidentes regiæ cameræ, quia ſatis
lucratur rex, quãdo iura ſua conſeruantur, & ſi exceditur,
exceditur vt in ſimili dicit glo. in l. 5. C. de his quæ vi me-
tuſve cauſa fiunt. Et pondera, quia hic dicitur, fundicarij,
uel dohanerij, quòd iſta iura, ſcilicet fundici & dohanæ
ſunt iura diuerſa, nam (vt dixi) iura fundici mercium ſunt
groſ. 15. per vnciam, ſed ius dohanæ eſt groſ. 18. per vnciã,
& habet plura membra, & gabellas ſub ſe, & eſt ius anti-
quum regium & non nouum, ſicut eſt ius fundici, vt dici-
tur in ritu de iure dohanæ. cap. 1. Hic caderent multę quę-
ſtiones, quę tanguntur per dominum Goffr. de Gaieta ma-
gnum iuriſtam, qui fuit locumtenens magni camerarij, &
multum egregiè ſcripſit ſuper ipſis ritibus regiæ cameræ
ſummariæ, & maximè ſuper dicto titulo, de iure dohanæ.
ideo remitto me ad eum.

ANNOTATIONES.

a Iure.] Adde, ꝙ ſecũdùm ritum de iure fundici, ſoluitur fundicus,
quando venditur & traditur, qui ritus corrigitur per alium ritum
ꝙ incipit, nota ꝙ eſt litera, vbi ſoluitur ius fundici in loco, in quo
fit contractus venditionis pro pannis, rebus & mercibus venditis,
& non vbi fieret aſſignatio, ſeu traditio manifeſte & notorie, & ſic
etiam eſt contra ritum de iure dohanæ, qui dicit, ꝙ vbi ſunt tradi
tæ, ibi ſoluitur ius dohanæ. & hoc fuit propter fraudem illorum,
qui emebant, & uolebãt, ꝙ traditio fieret extra regnum in fraudẽ
curiæ. & pro iſto ritu facit prouiſio regiæ cameræ, quæ vult, ꝙ non
ſolùm vbi fit venditio, ſed etiam ſi habitus fuit tractatus de vendẽ
do, vel inter ipſas partes, vel etiam per nuntium, vel epiſtola, vel
verbo, vbi ſoluatur. Sed pone, quod eſt facta venditio tempore pri
mi fundigherij, & emptor ſignauit, non extraxit. vide Alexand.
conſil. 7. volum. 3.
b Curiæ.] Quòd ſoluatur hoc ius, eſt ritus regiæ cameræ, qui dicit,
ꝙ hoc ius fundici ſoluitur ab emptore, & ſic in loco, vbi fit vendi-
tio & traditio mercis. & nota, ꝙ de iure communi debet illud ius
ſolui, vbi fit venditio, & non attenditur locus traditionis, nec attẽ
ditur locus conditionis adimplendæ, ſed locus contractus, vt per
Alex. conſi. 49. in 5. volum. Batius.
c Propoſitum.] Adde, quòd mutare conſilium quis non poteſt in
alte ius detrimentum, vt in regula mutare, & ibi Dinus, de regu-
lis iuris. Batius.
d Regnum.] Vide ritum regiæ cameræ ſummariæ, qui incipit, extra
regnum

regnum de iure ſalis. vbi extra regnum, vel de alia prouincia non põt ſal immitti, quia amittitur ſal, & cedit lucro gabelloti capienti tam ſalem, quàm animalia, ſic ferrum, & azarū taliter miſſum & ſi per mare mittatur, vaſſellum & ſal eſt gabelloti capiẽtis, pſonæ captæ in eo debẽt curiæ aſſignari ad curiæ beneplacitū puniẽdæ. Adde, ꝙ rex Alfonſus Primus, anno 1449. ſtatuit, ꝙ ſi vltra vnum tumulū receptū à quolibet foculari indiguerit maiori, ꝙ poterit emi ẽt ab extra regnum. vide in libro cameræ, char. 69. & ꝙd de alijs mercibus extrahendis tam per extra regnum, ꝗ per infra regnum ad terras non habentes fundicum? Vide ritum regiæ cameræ, qui incipit, nemo innitus merces ſuas. Et adde, ꝙ rex Ferdinandus Primus, anno 1486. ſtatuit, ꝙ volentes extrahere à dohana pro vendendo Auerſæ, Capuæ, Summæ, Cauæ, ſancti Seuerini, Salerni, & in alijs locis, ꝙ tenetur ſoluere integros directus, ac ſi vẽditio fuiſſet in dohana facta. patet in libro cameræ. char. L. & ibi ẽt dicitur, ꝙ merces conductæ & venditæ Capuæ, Auerſę, ſeu in alijs locis ſubiectis fundico. Neap. & quæ demū fuerunt Neap. conductæ, ꝙ exigantur directi tam ab emptore, quàm venditore, vide ibi, ſed ſi merces. Ioan. Ant. Batius.

De prohibita curialium commercione. Rubr. LXXXVII.

DICTVM eſt ſup. proximè, à quib. debẽt ſe abſtinere magiſtri fundicarij, & dohanerij, erat videndum condecenti ordine, à quib. abſtinere debeant iuſtitiarij, camerarij, & omnes alij regij officiales in prouincijs regni annales, & non perpetui, de quib. non erat dictum, ideo ſequitur hæc rub. & in multis cum iſta conſt. concordat ius commune, vt in l. vnica. C. de contractib. iudicum. & facit l. ſi in emptione. §. fi. & in l. non licet. ff. de contrah. empt. & l. qui officij. eo. tit. & ff. de iure fiſci. l. aufertur. §. quod à præſide. q̃ iura ad hoc allegat And. in c. 1. de ſeudo guardiæ, in 3. col. & in d. l. vnica. C. de cõtractib. iudicū. eſt idem, ꝙ hic dicitur, præterquam ꝙ ibi non eſt pœna, de qua hic, ſed ſolum ibi annullantur contractus, etiam ſi acceſſerit conſenſus venditoris, vel donatoris poſt functum officium, vt ibi vide Albericū de Roſa. poſt Azo. in ſumma, qui bene declarant hanc materiam de iure communi, & vltra eos vide Andream in d. c. 1. in fi. de ſeu. guard. vbi ponit ſuam diſtinctionem, ſed ego poſui regulam, & nouem limitationes.

SVMMARIVM.

1 *Aſſeſſores & notarij non poſſunt contrahere officio durante, ſicut nec iuſtitiarius prouinciæ.*
Officiales regij non debent mercantias exercere.
2 *Contrahere prohibitus, an poſſit per vltimam voluntatem acquirere.*
3 *Officiales annales matrimonia, aut ſponſalia officio durante nequeunt contrahere.*
4 *Victus nomine quæ veniant.*
5 *Emptor quando in plus puniatur, quàm venditor.*
6 *Diſpoſitum in vno correlatiuorum in pœnalibus cenſetur diſpoſitum in alio.*

COMMVNITER. Diuiditur hęc conſtitutio in duas partes. In prima imponit pœnã publicationis omnium bonorum, & amiſſionis officij cum infamia, officialib. habẽtibus iuriſdictionem ad annum in prouincijs, ſi durante officio ipſi, vel eorum iudices, vel notarij actorum, aut familiares recipiãt mutuum in locis, vbi habent iuriſdictionem, vel ſi per contractum acquirant aliquas res ſtabiles aut immobiles, aut ſi matrimonia, vel ſponſalia contrahant, niſi circa ea, quæ concernunt neceſſaria victui. Et durat vſque ibi, quẽcunque contractum. Hic puniuntur omnes homines ſubiecti iuriſdictioni dicti officialis, qui quemcunque contractum celebrauerint cum dicto officiali de reb. mobilibus, vel ſtabilibus, vel ſeſe mouentibus durante officio, nam debent amittere pecuniã mutuã, ſeu pretiū, quod receperunt, ſiue dotem, quam promiſerunt, & omnia iſta applicantur regio fiſco, & durat vſque in finem. Et breuiter hoc intendit. Prohibiti ſunt officiales regij habentes iuriſdictionem annalem in prouincijs eis decretis, & eorum iudices, & notarij, & familiares, & contrahentes cum eis, vt non ineant contractus mutui, aut donationis, vel emptionis, & venditionis, aut in emphyteuſim conceſſionis, aut contractus dotis ſub pœna hic contenta, niſi circa ea, quæ victui ſunt ne-
1 ceſſaria. † No. primò ex tex. ibi, nec ipſi, nec iudices, aut notarij, nec familiares. ꝙ ſicut non licet contrahere durante
a officio [a] iuſtitiario prouinciæ, aut regijs capitaneis, aut baiulis, ita non licet aſſeſſoribus, & notarijs, & alijs familiaribus eorum. & in hoc concordat d. l. 1. C. de contractibus iudi. limita vt dixi ſup. proximè in rubr. poſt Andr. in d. c. 1. de ſeu. guardiæ. hoc facit contra officiales regios, qui in prouincia eis decreta faciunt mercantias emendo frumenta, oleum, vel alios fructus, quod peius eſt, interdum cum pecunia mutuata, nam fiſcus poſſet eos priuare omnibus bonis per iſtam conſtitutionem. Sed an iſta prohibitio, de qua in hac conſtitutione, extendatur ad locumtenentem magiſtri iuſtitiarij & regentem magnæ Curiæ Vicariæ, & & eorum notarios, & iudices? Dic quòd non, quia iſti non ſunt officiales prouinciales, & ſic appellatione prouinciæ terræ Laboris non continetur Neapolis, quæ eſt caput regni, & ſedes regalis, quia in odioſis, & pœnalibus non continetur caput, per ea, quæ allegat Fel. in c. cum non liceat, in princip. de præſcript. Et ideo reges & iudices magnæ curiæ Vicariæ, & actorum notarij emunt, contrahunt, & recipiunt dotes, quando vxorantur abſque pœna, de qua hic nec comprehenduntur ſub iſta prohibitione regij conſiliarij, vel præſidentes regiæ cameræ ſummariæ, quia iſti ſunt officiales perpetui, non annales, vt ff. ſi certum petatur. l. præſides. & notat Bald. in l. quiſquis. C. eod. tit. & quia iſta conſtitutio expreſsè prohibet officiales contrahere duran-
2 te officio in prouincijs: Quæro, quid in vltimis voluntatibus, pone ꝙ officialis inſtituitur hęres, vel aliquid ſibi legatur à ſubdito. Alberic. de Roſa. tangit iſtum paſſum in d. l. prima. C. de contra. iudic. & putat, quòd prohibitus contrahere, non eſt prohibitus acquirere per vltimam voluntatem, vt in l. ſi quis imperatori, & l. ſequenti. & l. non dubium. C. de teſtamen. An autem liceat officiali cum alio officiali emere gabellas ciuitatis ſibi ſubditæ ratione iuriſdictionis, vel per ſe, vel per interpoſitam perſonam? Dic quòd non, etiam publicè & palam, per glo. ſing. in l. prima. C. de contract. iud. ſecundùm Bald. in d. l. quiſquis. per rationem, vt ibi per eum. Iterum quæro, vtrum iſta prohibitio facta officialibus de non contrahendo, durante officio, extendatur ad contractum indemnitatis, quam recipiunt officiales à fideiuſſoribus, quando liberant aliquem carceratum, vel quando dant tutorem pupillis diuitibus? Dicit idem Alb. in l. 1. C. de magiſtra. conueni. ꝙ non, & dicit ibi Bald. ꝙ non videtur iudicem corrumpere, qui promittit eū ſeruare indemnem. allegat l. vxori. §. qui fugitiuum. ff. de fur. cui adde, ꝙ idem voluit expreſsè Bal. in l. 1. 2. col. C. de pœna iudic. qui malè iudi. Et quid operatur iſta promiſſio de ſeruando eum indemnem, vide Bald. in l. ſi pro ea. quarta columna. C. manda. & in l. eum qui. C. ſi certum petatur. & Barto. in l. ſi à reo. §. quod vulgò. ff. de fideiuſſor. & dixi
3 in l. prima. C. de conue. fiſci debi, libro decimo. † Secundò no. ex tex. ibi, nec matrimonia, ſiue ſponſalia. quòd Imperator prohibet matrimonia, ſiue ſponſalia contrahi per officiales annales ſub pœna publicationis bonorum. idem de iure communi eſt ſcriptum in l. prima. C. ſi rector prouin. & ff. de ritu nupt. l. ſi quis in ſenatorio. & l. ſi quis officium. Quæro, vtrum in hoc lex iſta ſit iuſta, cum ſit impeditiua matrimonij, quod eſt vnum de ſeptem ſacramentis eccleſiæ, in quibus Imperator ſe non poteſt intromittere, vt legitur, & notatur in cap. penult. de ſecundis nuptijs, cum concord. ſuis? Dico. quòd de iure canonico hoc non procedit, ut dicit Hoſtien. in ſumma, qui filij ſint legit. §.

qualiter

qualiter à quo, verſicu. ſi verò illegitimos. Idem dicit Goff. de Trano in ſumma de ſecundis nuptijs. & pro hoc faciunt omniã illa iura, quæ allegat And. de Iſer. in conſtitu. ſancimus. in 3. lib. in prima columna. & Lucas de Penna in l. mulieres. de incolis. libro decimo. & ideo intrepidè iudicatem, quòd præſes prouinciæ contrahendo matrimonium in prouincia cum ſubdita liberè, quòd non incidat
4 in hanc pœnam. † Tertiò no. ex textu ibi, præterquàm victui neceſſaria. quòd de iure communi appellatione victus, veniunt omnia, quæ ſunt apta ad comedendum & bibendum, & quæ ſunt ad viuendum homini neceſſaria, & ſic veniunt veſtes, & lecti, & tapeta, vt dicit tex. in l. verbo victus. ff. de verborum ſignificatio. & in l. quos nos. §. verbum viuere. eodem titulo. & ex hoc infero, quòd iſti officiales poſſunt in loco ſuæ iuriſdictionis emere res pertinentes ad vſum hominum, non ſolùm pro ſe, & familia ſua, quæ eſt in officio, ſed etiam pro familia, quam habent extra locum officij, quia ſine familia eſſe non poſſumus, & dicuntur empta ad vſum proprium. pro hoc bene facit id, quod legitur & notatur in capit. neceſſe. cum ſequen. 47. diſt. nam officialis habet duplicatã familiam, vnam, quæ eſt in miniſterio officij, & aliam, quæ eſt in exercitio domus, ſiue domicilij, vt patet in l. prima. §. familiæ. ff. de pu-
5 blicanis. † Quartò nota ex textu ibi, ſubiectis creditoribus, quòd in pœnis inferendis ratione contractus prohibiti in plus punitur emptor quàm venditor. nam ſi officialis contrahit durante officio, iure prohibente punitur publicatione omnium bonorum. Item priuatur officio cũ infamia vt hic, ſed de iure communi dicit Cy. & Bal. quòd officialis annalis emẽs in officio acquirit fiſco, in d. l. quiſquis. C. ſi certum petatur, per tex. in l. non licet. ff. de contrahen. empt. ſed venditor ſolùm perdit pretium, quod fiſco applicatur, vt hic. Et quæ ſit ratio. dic, quòd ideo mitius punitur venditor, quia in eo non cadit pœna priuationis officij cum infamia, ſicut cadit in emptore, & ſic propter factum non exiſtens in uno ex correlatiuis, diſpoſitũ in vno, non eſt diſpoſitum in alio, vt patet ex no. per Bart. in l. maritus. §. lex Iulia. ff. de adul. & ex hoc infero, quòd iſte tex. in hoc potius venit declarando, quàm de nouo
6 hoc ſtatuendo. † quia regulariter etiam in pœnalibus diſpoſitum in vno de correlatiuis cenſetur diſpoſitum in alio. vnde ſtatutum prohibens ſub pœna vendi certam rem; extenditur etiam ad emptorem, vt in l. prima, C. de cupreſſis, libro undecimo, & no. in l. fi. C. de indicta vidui. tollen. & no. in l. fi. ff. de acceptila. & de hac materia correlatiuorum me remitto ad ſolemnem & copioſum tractatũ de correlatiuis, quem fecit inſignis Doctor Dominus Baptiſta de ſancto Blaſio de Padua. hic non ſunt glo.

ANNOTATIO.

a Officio.] Adde ad idem tex. in l. principalibus. ff. ſi certum petatur, & tex. in l. quiſquis. C. ſi certum petatur, & an tales officiales poſſint accipere pecuniã mutuò pro ciuitate, vel dare. vide Bart. in d. le. principalibus. Ioan. Anto. Batius.

SVMMARIVM.

1 *Expenſæ neceſſariæ & vtiles inter regem & ſubditum eius æquiparantur.*
2 *Actores dici poſſunt, qui prouentus regiæ curiæ recolligunt.*
3 *Impenſæ factæ in reparationibus domorum regis, quando repeti poſſint per actorem.*
4 *Actor regius an teneatur ad intereſſe, ſi ob non expenſas cadat pars domus, vel caſtri.*
5 *Negotium vtiliter eſſe geſtum ſufficit, ſi mandatum ſit indeterminatum.*
6 *Mandato formaliter non impleto, ſufficit probabilem cauſam non implendi oſtendere.*

ET OFFICIALIBVS. Dicit hic Andr. quòd iſta conſtitutio eſt. §. conſtitutionis ſupra poſitæ ſub rubrica 41. quæ incipit, capitaneorum, poteſt eſſe, quòd in libro Domini Andr. iſta conſt. erat. §. conſtitutio. prædictæ, capitaneorũ. nos non legimus iſtam conſtitutio. & officialibus. ideo ipſam hic legam, & ipſam diuido in duas partes. In prima ſtatuit, vt remoueatur occaſio officialibus, & procuratoribus regijs negligendi, vel vt non deſinant res regiæ curiæ meliorãdi. & ſtatutum eſt tale, quia per iſtam conſtitutionem mandatur omnibus actoribus adminiſtratoribus, qui recipiunt introitus, & prouentus regiæ curiæ, vt ad requiſitionem officialium, & procuratorum regiæ curiæ debeant expendere ſufficientem pecuniam pro reparandis caſtris, & domibus regiæ curiæ, vel pro plantandis, & colendis vineis, vel procurandis poſſeſſionibus regiæ curiæ, & durat vſque ibi, cæterùm. Hic deciditur vnum dubium iuxta prædicta, videlicet, quid ſi dicti actores regiæ curiæ, qui ſunt quaſi procuratores ad requiſitionem dictorum officialium & procuratorum regiæ curiæ, nolunt expendere pro reparandis caſtris, vel domibus, vel pro plantandis, & colendis vineis, vel procurandis poſſeſſionibus regiæ curiæ, quid habent facere dicti officiales, & procuratores regis. & reſpondet hæc litera, ꝙ ſine alio mandato regis ſolùm vigore præſentis conſtitutionis debent dicti officiales & procuratores regis, vel caſtellani de prouentibus ſuę adminiſtrationis, vel de pecunia propria eorum dictas neceſſarias, & vtiles expenſas facere, quoniam Dominus rex offert hic, ꝙ de ſuo ærario faciet eis reſtituere abſque timore alicuius diſpendij, vel rationales, qui habent uidere eorum computa, ipſas expenſas excomputabunt in ſua ratione reddenda, & durat vſque in finem. Et breuiter hoc intendit. Neceſſarias & vtiles expenſas in rebus fiſci factas per officiales regis, rationales regiæ cameræ debent admittere, & computare, & non facere dubium, quod doceant de mandato, quia hęc conſtitutio dat eis mãdatum, vel ſic. Qui de ſua pecunia expendit in rebus fiſci neceſſariò, & vtiliter ſine ſpeciali mandato, recuperabit à regio ęrario, vel tenetur rationalis excomputare in ſuo ratioci-
1 nio. † No. primò ex textu ibi, negligendi res noſtras &c. vel meliorandi. quòd iſta duo parificantur inter regem & ſubditum eius, uidelicet expenſæ neceſſariæ, & expenſæ utiles, vt quod de vna ſtatuitur, idem de alia dicẽdum eſt, ut hic: ſed inter priuatum & priuatum eſt aliqua differentia, ut per Barto. in l. in fundo. in ſecunda colum. ff. de rei
2 vendi. Secundò nota ex tex. ibi, prouentuum noſtrorum.[a] ꝙ ille, qui habet prouentus & fructus Domini regis in manibus ſuis, poteſt ſumptus facere pro ipſis fructibus recolligendis, quia fructus dicuntur deductis expenſis, vt dicit hic Andr. & Bald. in l. prima. C. de fructibus & litis expenſis. fallit, ubi agitur de fauore diuino, puta in decimis, ut in c. tua nobis. capit. paſtoralis. & ſic expenſæ in arando, & cultiuando, & ſeminando terram, & in putando, & vindemiando deducit, ut in l. diuortio. §. impendia & l fructus. ff. ſoluto matrimonio, & in l. in inſulam. §. fructus. ff. eodem titulo. ſemper expenſæ factæ gratia quærendorum fructuum deducũtur, vt in l. qui fundum. ff. familiæ erciſ. no. glo. in §. ex diuerſo. Inſtitu. de rerum diuiſione. & alia
2 glo. eſt, & ibi Barto. in d. l. in fundo. ff. de rei vendicatio. † Tertiò nota ex textu, ibi, omnes actores. quòd iſti, qui recolligunt prouentus regiæ curiæ, dicuntur actores. regulariter actor dicitur, vel vniuerſitatis, uel collegij, uel a minore, vel à curatore minoris, & cum decreto iudicis, vt in l. vnica. C. de actore a tutore vel curat. dato. & C. de proc. l. neque. & uoluit Spec. in tit. de actore. per totũ. Quartò no. ex tex. ibi, de ſuo proprio. quòd ſi adminiſtrator prouentuum non habet in manu de prouentibus regiæ curiæ, vel pecuniam, debet expendere de ſuo proprio, ut faciat expẽſas neceſſarias, vel vtiles, quas omnino eſſet facturus ipſe rex, & tunc recuperabit à regio ærario, vel excõputabitur

in

in ſuo computo. Quæ autem ſunt iſtæ expenſæ vtiles, &
quæ neceſſariæ, & quæ voluntariæ, vide in tit.ff.de impen
ſis. & maximè Bar.in l.1.§.neceſſariæ. & in l.impenſæ.eo.
tit. & ibi vide quandam apoſtillam longam domini Alex.
quæ incipit, & ideò conſulo. & in Spe.de expenſis.§.1.&
3 in d.§.impendia. & in d.l.in fundo.per Doct. † Et quod ſi
iſtæ impenſæ in reparationibus caſtrorum, vel domorum
regiæ curiæ eſſent maiores, q̃ prouentus regij in manibus
actorum regis.Bar.in l.quod dicitur.ff.de impenſis. dicit,
ꝙ non debent repeti, ſed debent cum fructib.compenſari.
bene facit ad hoc id, ꝙ dicit Ang.in l.ſi vir vxori. in prin.
ff.ad l.Falc. vbi dicit, ꝙ vbi quis expendit ſumptus, qui ad
eum pro parte pertinebant, & pro parte ad alterum, in du-
bio ſemper intelligitur expendiſſe eo modo, quo teneba-
tur, non autem vltra, vel minus. Fallit hoc in adminiſtrato
re prouentuum regis per iſtam conſt. quę vult, ꝙ ſi non ha
bet prouentus regiæ curiæ in manib.ſuis, ꝙ faciat iſtas ex-
penſas neceſſarias de ſuo ſibi excomputandas in rationib.
ſuis, vel ſibi ſoluendas ex ærario regis. Iuxta hanc conſti.
quæro, quid ſi iſte actor requiſitus à procuratore fiſci vt
expendat in reparatione caſtri, vel domus de prouentib.re
giæ curiæ, dixit, ꝙ non habet pecuniam, & pars caſtri, vel
domus cecidit propter illas expenſas non factas, vtrum te-
neatur iſte actor ad intereſſe iſtius negligentię, vbi poterat
4 de ſuo reparare? † Videtur, ꝙ ſic, quia dicit tex. ꝙ etiam ceſ
ſationis ratio reddenda eſt, in l.pater.C.de hære.tuto. nam
qui non facit id, ad quod de iure tenetur ratione officij, vi
detur eſſe in dolo, dicit tex.in l.dolus eſt. & ibi no.ff.man.
& tex.in l.tutores qui.§.tutor datur.ff.de admi.tut. dicit, ꝙ
non videtur leuis culpa, mandatum tutelæ contra iuris au
ctoritatem detrectaſſe. Item quæro, ecce ꝙ iſte actor habet
per iſtam conſtitutionem mandatum ſub iſta forma, ꝙ ad
requiſitionem officialis, & procuratoris fiſci debet expen-
dere de prouentibus regię curiæ pro reparationibus caſtro
rum, & domorum, quid ſi iſte actor expendit in reparatio-
nib.caſtrorum, vel domorum neceſſariè & vtiliter ſine re-
quiſitione officialis & procuratoris fiſci, an idem ſit ac ſi
cum eius requiſitione? Videtur ꝙ non, quia forma manda-
ti diligenter eſt obſeruanda, vt in l. diligenter .ff. manda.
de reſcrip.c.cum dilecta.& ibi vide copioſitatem Fel. vltra
5 alios, & de off dele.c.venerabilem.cum concor.ſuis. † Item
quando mandatum eſt indeterminatũ, ſufficit negotium
vtiliter eſſe geſtum, ſed ſi fuit determinatum, debet forma
ſeruari, vt detur actio mandati, ſm̃ Bar.in l.3.ff.manda.&
Alb.in l.ſi quis pro eo.ff.eo.ti. Tertiò ad idem facit tex.ſu-
prà in conſti.inter multas.circa fi. vbi iſtæ impenſæ facien-
dę ſunt ad requiſitionem prouiſorum. In contrarium vide
tur dicendum, quia ſufficit mandatũ vtiliter conſummari,
quando præter formam exequitur in conſeruando ius ſu-
perioris, vt dicit Alb.in d.l.diligenter.per l.ſi cui.ff.quem-
admo.ſerui.amit. Præterea ſi in caſtro, vel domo immine-
bat periculum magnum, ſi celeriter non prouideretur per
actorem de expenſis in reparando, ita ꝙ non erat tempus,
vt certificaret procuratorem regis & officialis, puta, erat
abſens à loco, licet præſens in prouincia, ſi dicta expenſa
fuit vtilis, ita ꝙ dominus rex factus eſt locupletior, quia ſi
non eſſet facta dicta expenſa neceſſaria, erat maior impen-
ſa, dicit Bal.in l fi.C.de neg.ge. ꝙ dominus tenetur reſtitue
re huic actori. Præterea dicit B.Antoninus archiepiſcopus
Flo.in 2.par.ſuæ ſummæ.tit.4.c.25.quantùm ad ſecundũ,
6 † ꝙ vbi mandatum non eſt impletum ſecundum ſuam for
mam, ſufficit cauſam probabilem oſtendere non implen-
di, alle.c.ſi quando.de reſcri.& videtur hoc ſentire Alex.in
d.l.fi.in ſuis limitationibus. & in 2.vol.conſ.106.inci.per-
ſpectis, in 5.col.ſed non allegat dictum auctorem. Cæteras
etiam limitationes, ſed non iſtas, vide per Fely.in d.c.cum
dilecta. Hic non ſunt gl.

ANNOTATIO.

a Noſtrorum.] Deductis expenſis, intellige etiam deducto labore, ſecundùm Ang & eſt gl.in l.per diuerſas.C.manda. idem dicas de emolumentis, quia non intelliguntur niſi deductis expenſis, vt eſt caſus notabilis in cle.ſtatutum.de ele.& tex.in l.ſi a patre.§. fi.de peti.hær. vide Bar.in l.frater.ſol.mat. Batius.

SVMMARIVM.

1 *Angaria quid ſit, & quid perangaria.*
Vaſalli Baronum non poſſunt ſe obligare ad ſeruitia perſonalia perpetua abſque aſſenſu regio.
2 *Officiales pro ſeruitijs regis animalia ſubditorum capere abſque ſoluto debito non debent.*
3 *Officiales an poſſint capere animalia ſubditorum inuitorum pro exequenda iuſtitia.*
4 *Officialis fidelem regis pro ſeruitio perſonali angarians, qualiter puniatur.*
5 *Animalia pro ſeruitijs curiæ locata, ſi pereant, reſarciuntur à curia.*
6 *Animalia ſua vendere regiæ curiæ aliquo caſu quis tenetur.*

OMNES officiales. Iſta eſt vna bona &
vtilis conſtitutio pro ſubiectis regis, &
fuit renouata tam per regem Carolum
primum in c.quod incipit, grauamina,
quæ fidelibus, char.2.q̃ per regem Ca-
rolum ſecundum in c.quod incip. item
ſtatuimus, quòd theſaurarij, iuſtitiarij. char.22.& in alio
c.quod incip. ꝙ nullus officialis, vel ſubofficialis.char.42.
quàm etiam per regem Ferdinandum primum, vt infrà di
cam. Reuocat iſta conſtitutio grauamina, quæ inferebantur per præſides prouinciarum, vel officiales regis fidelib.
& ſubditis regis. Nam olim fideles domini regis graua-
bantur ab officialibus regijs, quia eos perangariabant pro
deferenda pecunia fiſcali ad regium ærarium, necnon &
pro alijs ſeruitijs regiæ curiæ, & non ſolùm ipſi peranga-
riabantur, ſed etiam recipiebant eorum animalia, & ſine
ſolutione alicuius mercedis hæc perangaria, præcipit iſta
conſtitutio, ꝙ caſſentur & annullentur, & ſi officialis con-
trarium fecerit, punietur duplici mercede, vna illi fideli,
qui fuit grauatus, & tantundem ſoluet regiæ curiæ. hoc di
cit iſta conſtitutio. & poſt iſtam ſequitur alia conſtitutio,
quæ incip. ſic noſtra ſeruitia perfici volumus &c. quæ con-
ſtitutio loquitur de eadem materia, & præcipit, ꝙ nullus
officialis, ſi ipſe equos habeat, compellat ſubditum, vt cõ-
modet equum, vel iumentum, aſinum, vel quodcunq; ve-
hiculum pro ſeruitio regiæ curiæ, & ſi ipſe officialis equos
non habeat, licentiam habeat pro ſeruitijs regię curię com
pellere habentes animalia, vt illa locent regiæ curiæ ad ra-
tionem tareni vnius per diem pro beſtia cum homine, &
ſine homine, pro dimidio tareno. Et ſi animalia locata ne-
gligentia ductoris mori contigerit, vel vltra ſtatutam dię-
tam per malitiam duxerit, regia curia debet ſoluere pre-
tium domino ipſorum animalium, prout æſtimata fuerint
ipſa animalia, quæ perierunt, per tres, vel quatuor probos
viros, tempore quo fuerunt locata. Idem prohibet, quòd
nullus officialis compellat aliquem ſubditum ad venden-
dum, niſi pro regia curia iuſto pretio, prout per quatuor
probos viros dicti equi fuerint æſtimati, hoc dicit vſq; in
1 fi. † Nota primò ex tex.ibi, & nec ipſi perſonis &c.expen-
a ſas &c. ꝙ iſtud grauamen erat perangaria,[a] quia faciebant
ſeruitia perſonalia ſine expenſis, & ſine mercede; angaria
eſt grauamen perſonale, ſed cum expenſis, vt no.Cy.in l.
neminem.C.de ſacroſ.eccl. & no.in l.munerum.ff.de mu-
ne. & hono.no.in l.1.C.quemadmodum ciui. mune. lib.
10.& no.in c.minus.de immu.ecc.& ibi per Hoſt.in ſum-
ma eiuſdem tit.& Bart.in l.1.C.de mul. & in quo loco. &
dixi in cap.1.in verbo, perangariæ, quæ ſint regalia. Et ex
hoc infero, quòd Barones non poſſunt compellere vaſal-
los ad præſtandum eis iſta ſeruitia perſonalia in perpe-
tuum, & ſic iſtas angarias, ſecundùm Baldum in l. fina.
in princi. C de bonis quæ liberis, allegat pro caſu legem
primam, ff.qui & à quibus. in lege, domini prædiorum.

C.de

C.de agr & cenſi.lib.11. Nec vaſalli poſſunt ad iſta ſeruitia
perpetua ſe obligare ſine regio aſſenſu, vt in conſt. quia fre-
quenter, de hominib. non detinendis. Et pro hoc facit tex.
in l.vnica. C.ne operæ à collect. exig. lib. 10. vbi ſoluentes
tributum Regi non poſſunt compelli ad ſeruitia perſona-
lia. & dicit Archid. 18.q.2.c.ſeruitium. ꝙ iſtæ angariæ non
quæruntur tempore. ſ.40. annorum, etiam allegato titulo.
ibi, dum dicit, niſi ſit contra formam eccleſiæ, vt angaria,
vel perangaria &c. & ſic oportet, ꝙ cócurrat tempus, in cu-
ius initij memoria nó exiſtat: nam tale tempus habet vim
conſtituti, vt pluries hic diximus. Secundò no. ibi, merce-
2 des diffinitas. ꝙ pro † ſeruitijs regis officiales non debent
capere boues, & animalia, niſi cum ſalario in ſequenti con
ſtitutione. ſed per c. Regis Ferdin. Primi. Item cum ex ipſa
longæua &c. ita prouiſum eſt, quod capitulum cum ſit pro
vtilitate omnium, hic ponam de verbo ad verbum. Item
cum ex ipſa longæua guerrarum turbatione inuenimus ha
ctenus introductum, ꝙ pro curiæ ſeruitijs fideles ipſi ad
proprios ſumptus mittebantur, ſeu ipſorum animalia ſine
cópetenti ſalario, & alia etiam ab eiſdem exigebantur ſer-
uitia, huiuſmodi abuſum extirpare volentes radicitus, vo-
lumus & tenore præſentium ſtatuimus, atq; iubemus, ꝙ
nullus officialis, aut familiaris eiuſdem, vel alius, quauis
auctoritate, fidelem aliquem ad proprios ſumptus, ſeu fi-
delium animalia ſine cópetenti ſalario mittere præſumat,
vel alia ab aliquo ex fidelibus noſtris ſeruitia exigere, niſi
forſan ius, vel antiqua conſuetudo permittat. ſalarium au-
tem competens eſſe volumus, atque decernimus, cum ali-
quem ex noſtris fidelibus pro ſeruitijs curiæ mitti contige
rit, denariorum quatuor pro quolibet miliari itineris per
eum faciendi, & denariorũ ſex, ſeu grani vnius ſi cum ani-
mali proprio fortè mittatur, & gr. quinq; ſi cum curru &
bob. proprijs mitti contigerit, in cæteris verò ſeruitijs id,
quod in loco, vbi ſeruitium fuerit iniunctum, pro ſimilib.
ſolui contigerit &c. & ſubditur, ꝙ ſoluatur eis de pecunia
regia, vel fiat excomputatio vniuerſitati in ratione redden
b da per ipſos officiales. Sed iuxta hoc quæro, [b] an officialis
3 pro iuſtitia † exequenda poſſet capere boues, vel iumentũ,
vel aſinum domini eo inuito? Dic ꝙ ſic, ſed debet ei ſolue-
re loherium, ſm Gul. de Cun. prout refert Alb. de Roſ. in l.
fi. §. Titius. ff. de pig. act. arg l. 2. C. ex quib. cau. ſer. pro præ.
liber. accip. Sed quid de bobus, qui accipiuntur per officia-
lem pro trahendo proditorem Regis per ciuitatem, quan-
do ducitur ad decapitandũ, vel ſuſpendendum, qui vt vul-
gariter dicitur, non valent vlterius ad arandum, quis de-
beat reſarcire iſtud damnum? Paris de Put. in trac. de ſyn-
dicatu, in ver. captura, verſ. an officialis poſſit capere. tangit
iſtud dubium, & determinat, ꝙ de pecunia publica ſolue-
tur iſtud intereſſe, arg. no. in l. diuus. & l. cum ratio. §. plu-
res. ff. de bo. dam. vbi dicit & quædam extrauagantia. Sed
quæro, an liceat officiali pro ſeruitijs curiæ capere anima-
lia priuatorum deputata ad centimulum. Dic ꝙ non, per
cap. Regis Caroli Primi, quod incipit, item iuſtitiarius &
ſubofficiales eorum. char. 57. & idem dicitur in cap. Papæ
Honorij, in c. quod incipit, animalia deputata molendinis.
Tertiò no. ex tex. ibi, tantundem ſoluere compellantur. ꝙ
4 leuis eſt iſta † pœna, quæ imponitur officiali angarianti fi-
dem Regis pro ſeruitio perſonali cum animali, vel ſine ani
mali, quia non punit eum, niſi vt ſatisfaciat de mercede, &
tantundem regiæ curiæ: & maximè hodiernis temporib.
cum Barones, qui quaſi omnes habent merum & miſtum
imperium in terris eorum, & ſunt officiales Regis, qui exi
gunt iſta ſeruitia ad libitum, eis tacentibus, ne deterius eis
contingat, cauſatur dicta taciturnitas. & quia ſcriptura ſa-
cra dicit, qui te angariauerit mille paſſus, vade cũ eo duo
millia, prout ego à plurib. fidelib. intellexi. & profectò iſte
exceſſus non erit impunitus iudicio Dei, quia dicit Domi-
nus in Prouerb. mihi vindictam, & ego retribuam. 23. q. 1.
c. 1. Quartò no. ex conſti. ſic noſtra ſeruitia. ꝙ ſi officialis
Regis, vel Barones habent boues, vel equos pro ſeruitijs re
gis, non debent mittere animalia ſubditorum, niſi in ſubſi
dium. ſ. quando ipſi officiales non habent animalia, & tũc
cum mercede ſupra taxata. Quintò no. ex tex. ibi, negligen
5 tiam. ꝙ ſi † ſtante negligentia ducentis animalia locata pro
ſeruitijs curiæ perirent, regia curia debet ſoluere pretium
domino animalium iuxta æſtimationem proborum viro-
rũ: ſed credo, ꝙ regius fiſcus poterit recuperare ab eo, qui
duxit, & ſi eius negligentia, vel dolo, vel culpa animal fuit
mortuum: & hoc ſentit hic And. dum dicit, eſt ſuper eum.
& hoc per tex. expreſſum in l. eum qui. & in l. fin. ff. com-
mo. ſed quæ eſt ratio, ꝙ regia curia debet prius ſoluere pre
tium domino animalis, & poſtea poterit recuperare à du-
ctore. Reſpondeo, ratio eſt in promptu, quia regia curia te
netur actione locati ad ſolutionem pretij animalis mortui
culpa, domino. Item quia facilius ſubditi locabunt anima-
lia eorum regiæ curiæ, quia ſi perierint in itinere, ſunt cer-
ti, ꝙ ſine lite recuperabunt à Rege æſtimationem. fortè.n.
qui ducunt pro ſeruitijs curiæ animalia, non ſunt ſoluen-
do, qui pauperes. Sextò no. ex tex. ibi, niſi iuſto pretio. ca-
6 ſum † ſpecialem, in quo quis habens equos, uel alia anima-
lia, ſi regia curia vult illa emere, tenetur dominus ipſorum
animalium uendere regiæ curiç pro iuſto pretio, taxando
per quatuor bonos viros. Et ſic iſte tex. probat, ꝙ ratione
publicæ vtilitatis potuit fieri hæc conſtitutio, ꝙ quis inui-
tus tenetur uendere ſua animalia regio fiſco. bene facit l. vẽ
ditor. §. ſi conſtat. ff. communia prædio. de cuius intellectu
dixi in c. 1. in verbo, argentariæ. quæ ſint regalia. cæteras li
mitationes ad regulam l. nec emere. C. de iure delib. vide
ibi per Iaſ. non habemus hic gl. Sequitur rubr.

ANNOTATIONES.

a Angaria.] Quæ ſint angaria, & perangaria, vide Andr. in conſtit. proſequentes. 2. col. Io. Ant. Batius.

b Quæro.] Et quando officialis poſſit capere animalia pro iuſtitia facienda, vel exequenda, ad ſaturitatẽ vide per Paridem de Puteo in tract. ſyndicatus. in verbo, an officialis poſſit capere. fol. 29. lib. meo. Io. Ant. Batius.

De officio caſtellanorum, & ſeruientium.
Rub. LXXXVIII.

DICTVM fuit ſupra proximo titulo, de quibus inter alia iuſtitiarij, & alij officiales debent abſtinere: verùm quia erat videndum à quibus caſtellani, & eorum ſeruitores debent abſtinere, ideo immediatè ponitur de officio caſtellanorum, &c.

SVMMARIVM.

1 *Caſtellani quid licitè poſſint à carceratis exeuntibus exigere.*
2 *Caſtellanus, qui vltra debitam exegit à carcerato, pœna nonupli punietur.*
3 *Caſtellanus vltra condignum recipiens à carcerato, punitur in nonuplo, & ad reſtitutionem ſimpli tenetur.*
Cuſtos carcerum qualiter puniatur, ſi eius negligentia carceratus euaſerit.
4 *Cuſtos carceris volens pœnam pati, quam paſſurus erat is, qui aufugit, an audiatur.*
5 *Cuſtos carceris an teneatur, ſi carceratus iniuſtè aufugerit.*
6 *Cuſtos carceris an ſit in culpa, ſi carcerati fregerint murum & aufugerunt.*
7 *Principes ſeculares ad tempus pro delicto carcerem dare poſſunt ad pœnam.*
Commentarienſis fraudulenter faciens fugere carceratum, qua plectatur pœna.
8 *Sententia capitalis intelligitur de morte ciuili, niſi de naturali appareat.*

CASTELLANI. Legam ſimul iſtas
tres conſtitutiones, quia loquuntur
de eadem materia. ſtatuit hic Impe-
rator, q ſi contingat, q regij officia-
les mittant ad caſtellanos aliquem, vt
carceratus cuſtodiatur, & eodem die
mandet officialis, q liberetur à carce-
re, nihil caſtellanus, uel eius familia recipiat pro carcere:
ſed ſi pernoctauerit, quando liberabitur à carcere, non exi-
gat ab uno ultra medium tarenum. hoc dicit vſque ibi, ſi
quis caſtellanorum. Hic eſt ſecunda conſtitutio, in qua im
ponitur pœna caſtellanis, & ſeruitorib. recipientib. à carce-
ratis vltra dictum medium tarenum, uam puniuntur pœ-
na nonupli eius, quod eſt exactum à carcerato, & tenentur
ipſi reſtituere, quod exegerunt. h. d. vſq; ibi, cuſtodes. Hic
eſt tertia conſt. in qua imponitur pęna cuſtodibus, per quo
rum negligentiam carcerati euaſerint. nam puniuntur pœ
na publicationis omnium bonorũ, & detruduntur in carce
rem per annũ vnum, ſed ſi doloſè, & fraudulenter cuſtodes
carceratorum permiſerint, carceratos fugere, capitali ſentẽ
tia condemnentur. h. d. vſq; ad conſtitutionem, culpã. No.
1 primò ex tex. q caſtellanis licet † à carcerato exigere gr. x.
pro carcere, quando liberatur à carcere, in quo pernocta-
uit, ſed hoc corrigitur per cap. Regis Caroli Secundi, quod
incipit, magiſtro iurato iuſtitiario caſtellanis. char. 105. &
de hoc c. facit mentionem hic Andr. An autem iuſtitiarijs
liceat à carceratis exigere dictos groſ. 10. quando liberan-
tur, dicit c. prædictum Regis Caroli Secundi, q non, immo
ſi contra fiat, punit eos pœna nonupli. ſed in magna Curia
Vicariæ à carcerato, qui pernoctauit, qñ liberatur, exigit
groſ. 13. pro regio fiſco: & hunc prouẽtum curia regia ſolet
vendere, vel in perpetuum, vel ad tempus, & ordinat cuſto
dem ipſorum carcerũ cũ poteſtate ſubſtituendi, ita q ipſe
teneatur de culpis & fraudibus ſubſtitutorum, prout ego
vidi priuilegium Regis Ferdinandi Primi, concordat pri-
uilegium conceſſum Neapolitanis per Reginam Ioannam
Secundam, char. 91. Sed profectò non video, quo iure ca-
pitanei terrarum poſſint ad ſe appropriare aliquam ſolutio
nem à carceratis, qñ liberantur, cum expreſsè per d. c. regni
ſit eis prohibitum, niſi oſtẽdatur priuilegium, vel id, quod
habetur loco priuilegij: ideo caueant officiales cum gagijs
à dicta exactione. Nec compellant vniuerſitates, vel ſingu-
lares earum perſonas ad captiuorum cuſtodiam, vt eſt pro
uiſum per capitula Regis Caroli Secundi. Et vt dicit Papa
Honor. in c. reformationis regni, in c. quod incipit, ad capti
uorum cuſtodiam. char. 68. Secundò no. ex conſtitutione, ſi
2 quis caſtellanorum in nouum. q † caſtellanus punitur pęna
nonupli ęius, quod exegit vltra granos decem à carcerato,
quando pernoctauit, & liberatur de iſta pęna nonupli, quã-
do officialis ſubtrahit. de introitu Regis loquitur cap. Re-
gis Caroli Primi, quod incipit, item ciues attenti. char. 5. &
concordat cap. in ritibus regiæ cameræ ſummariæ, quod
incipit, die 18. Maij. char. 23. & de iſta pœna nonupli, facit
etiam mentionem tex. 12. q. 2. c. cum deuotiſſimã. Sed Rex
Carolus Primus impoſuit pœnam quadrupli carcerarijs
exigentibus aliquid à carceratis pro debito fiſcali, quando
liberantur, ut patet in c. quod incipit, item à collectoribus.
3 char. 6. Tertiò no. ex tex. ibi, ſimplum. q † caſtellani, qui exi
gunt à carceratis vltra groſſ. 10. quando pernoctauerunt,
non ſolùm debent puniri pœna nonupli fiſco applicanda
eius, quod exactum eſt vltra groſ. 10. ſed etiam tenentur re
ſtituere ſimplum, quod acceperint à carcerato, ipſi, qui li-
beratur à carcere: hodie caſtellani hoc abutuntur, & nõ pu
niũtur, vnde opus eſſet noua regia prouiſione. Quartò no.
ex conſtit. cuſtodes. ibi, per negligentiã ipſorum euaſerint.
quòd officialis, qui habet curam carceratorum, tenetur vti
diligentia in eos cuſtodiendo, ita q ſi per eius negligẽtiam
carceratus aufugit, debet puniri pœna publicationis om-
nium bonorum ſuorum, & ſtare per vnum annum carcera
tus in carceribus: ſed de iure communi punitur ea pœna,
qua debebat puniri ipſe carceratus fugiens, vt in l. ad com-
mentarienſem. C. de cuſtod. reor. nec debet diſtingui inter
perſonam officialis & ipſum delinquentẽ fugientẽ, per gl.
ibi, quam ſingularem exclamat Bal. in l. 3. in fi. C. de fide in
4 ſtrumen. Sed an † ſi cuſtos carceris dicat iudici, ego ſum
paratus ſuſtinere illam pœnam, quam debebat ſuſtinere
fugiens carcerem ex mea negligentia, an euitabit pœnam
huius conſtitutionis? Andr. hic diſputat, & concludit, q in
leuibus delictis poteſt hoc dicere, ſed in grauibus delictis,
in quibus venit pœna mortis, ceſſat hoc dubium, quia per
iſtam conſtitutionem, commentarienſi, qui per fraudem,
vel dolum fecit fugere carceratum, imponitur pœna mor-
tis. Sed quæro ſecundò, quid ſi carceratus erat de proximo
liberandus, & ideo officialis vſus eſt negligẽtia in eum be-
ne cuſtodiendo, & aufugit, an puniatur iſta pęna. Vide Bar.
in l. ſi pecuniam. §. ſed ſi acceperit. ff. de cond. ob cauſam,
dicit, q non dicitur in culpa, ſi non ita diligenter cuſtodi-
uit illum, qui erat liberandus. Quod limitat Lud. Rom. in
l. lege Cornelia. ff. ad Syllan. niſi carceratus iſte aliàs aufu-
giſſet, per glo. ibi, in verbo, ex vinculis. quam ipſe reputat
ſingularem, quã glo. dicit Alex. in d. §. ſed ſi acceperit, pro-
cedere, quando ipſe aliàs de carceribus aufugiſſet tẽpore,
quo erat in caſu abſolutionis. aliàs ex diuerſis non fit illa-
tio, vt ibi per eum. bene facit glo. in l. ſi vt certo. §. cuſtodiã.
ff. commo. quæ probat, q diligentius ſunt cuſtodiẽdi iuue
5 nes quàm ſenes. Tertiò quæro, quid ſi iniuſtè † qs fuit car-
ceratus, & aufugit ex negligentia cuſtodis, an teneatur cu-
ſtos? Dicit Ang. in l. qui ſub conditione. §. de hoc. ff. de cõd.
inſtitu. q ſi carceratus, cuius carceratio non potuit de iure
fieri, aufugit, commentarienſis, & eius fideiuſſor non tenẽ-
tur. Pro hoc bene facit glo. in clem. paſtoralis. in uerbo, per
uiolentiam. de ſenten. & re iudic. vbi dicit, q ſi carceratus
iniurioſè fuit relaxatus ſub iuramento de redeundo ad car
ceres, non tenetur redire. Bene facit l. vis eius. C. de probat.
& ideo dicebat Bald. in l. plerique. ff. de in ius vocando. q
illicitè captus ante omnia eſt relaxandus, allegat l. qui uo-
que. ff. de verb. oblig. Et qui iniuſtè capitur, poteſt de iure
reſiſtere etiam cum armis, ſecundùm eum in d. l. plerique.
per l. deuotum. de meta. & in l. prohibitum. C. de iure fiſca.
lib. 10. Bene facit id, quod dicit Alexan. in 2. volum. conſi.
144. in 2. colum. incip. poſt redditum. quòd ſi indebitè car
ceratus aufugit à carcere, non debet affici aliqua pœna.
Quæro quartò de quæſtione, quam ponit Angel. in l. ſi à
bonę fidei. ff. de rei vendicatione. an ſi commentarienſis
non cuſtodiuit nobilem ſicut plebeium, & nobilis aufu-
git ſui negligentia ſit puniendus. & fuit in quæſtione facti
concluſum, quòd non ſit puniendus, licet fuerit in magno
6 periculo, vt ipſe ibi dicit. Quæro † quintò de quæſtione,
quæ fuit de facto, multi carcerati in magna Curia Vicariæ
fregerunt murum carceris, & aufugerunt, vtrum carcera-
rius dicatur in culpa, non prouidendo omni die parietib.
carceris, ita quòd poſſit puniri pœna, de qua in iſta conſti-
tutione. Remitto me ad ſcripta per Paridem de Puteo in
tractatu de ſyndicatu, in verbo, captura. in §. an ſi plures
carcerati. cui adde id, quod dicit Ange. in l. carceri. ff. de cu
ſtod. reor. vbi dixit, quòd cuſtos carceris dicitur negligens
in officio, ſi neſcit, an in carcere ſit ferrum, vel venenum.
Sextò quæro, quid ſi unus ex cuſtodibus fugit cum illis
carceratis, an teneatur cuſtos carcerum. Dic quòd non, per
l. non eſt ſimile. ff. de cuſtod. reorum. vbi dicit Ange. quòd
nemo poteſt humanitus à proditione cauere niſi diuini-
tus. Idem voluit Bald. in l. filio exhæredato. §. eius qui. ff. de
iniuſto teſtamen. & Ludou. in ſingul. ſuis, in verbo, cuſtos.
De alijs quæſtionibus tangentibus cuſtodes carcerum vi-
de Pet. de Ancha. in clemen. prima §. ſanè. de hæreticis. &
31. quæſt. tangentes ipſos carceratos, vide in repetit. mea
l. nemo carcerem. C. de exacto. tribu. libro decimo, in quin
to notab. & Paridem de Puteo in verbo, carcer. & in uer-
7 bo, captura. Quintò no. ex tex. ibi, per annum. quòd † prin-
cipes ſeculares habentes poteſtatem legis condendæ poſ-
a ſunt dare carcerẽ ad tempus in pœnam [a] pro delicto. tex.
eſt hic. regulariter autẽ de iure ciuili carcer nõ dat' ad pœ-

nam,

nam,ſed ad cuſtodiam,vt dixi in d.l.nemo carcerem. in 5.
not.eandem pœnam carceris per annum impoſuit Rex Ca
rolus Prjtuus pro primo furto facto per nobilem,vt in ca.
placuit.char.3.Sextò no.ex tex.ibi,per fraudem,ꝙ ſi com-
mentarieñſis per fraudem facit fugere carceratum, punitur
pœna capitali.ſubaudi,ſi ipſe carceratus erat capitaliter pu
niendus,vt in l.milites.& l.ſi.ff.de cuſtod.reor.Idem ſi do-
loſè,quia æquiparantur iſta fieri per fraudem , vel per do-
lum, licet aliud ſit fieri per frandem , & aliud per dolum,
vt habetur in l.iuriſgentium.§.de dolo malo.ff.de pact.per
Alb.de Roſ.& per Bar.in ead.l.§.ſed ſi fraudandi. & in l.ꝙ
Nerua.in princ.ff.de depoſiti.Septimò no.ex tex.ibi,capita
8 li ſententia. ꝙ † vbi in iſta conſtitutione ſimpliciter ſit mẽ
tio de capitali ſententia,niſi aliter appareat,ꝙ intellexit de
morte naturali, intelligitur de capitali, quæ eſt mors ciui-
lis,vt ſolitus ſum dicere per ea,quæ allegat Io.de Imo.in l.
2.4.col.ff.de pub.iud.Hic non habemus glo.

ANNOTATIO.

a Pœnam.] An carcer detur loco pœnæ vel ad cuſtodiam,vide tex.
in l.nemo carcerem.C.de exact. tribut.lib. 10. Io.Ant.Batins.

SVMMARIVM.

1 *Culpa non caret , qui rei ad ſuum officium non ſpectanti ſe immiſcet.*
2 *Immiſcens ſe rei ad ſe non pertinenti,dicitur eſſe in culpa.*
Aedificans in ſolo alieno non repetit expenſas via actionis.
3 *Caſtellanus caſtri & ſeruientes de terra negotijs nullatenus ſe intromittere debent.*
4 *Caſtellanus tractans negotia priuatorum terræ ,poteſt officio priuari.*
5 *Statutum dictans ſtandum relationi alicuius,qualiter ſit intelligendum .*
6 *Seruientes caſtrorum non debent exire caſtra abſque caſtellani licentia .*
7 *Caſtellani non præſtent licentiam ſeruientibus extra caſtra eundi vltra quatuor ſimul .*
Luere debet in corpore,qui non habet in ære .
8 *Commiſſio facta in certis capitulis interdicta cenſetur in alijs .*

CVLPAM. Hæc conſtitutio habet
1 quinque dicta.Primum † dictum eſt
ꝙ culpa eſt immiſcere ſe rei quæ ad
ſuum officium non pertinet . Secun-
dum dictum eſt ibi,præſenti cõſtitu-
tione ſancimus. In hac parte interdi-
citur caſtellanis,& eorũ ſeruitoribus,
vt de nullo negotio hominum terræ, vbi eſt caſtrum,palã,
ſiue occultè audeant ſe intromittere ſine ſpeciali mandato
regiæ maieſtatis.Tertium dictum eſt ibi , ſi quis autem de
prædictis.in hac parte puniuntur dicti caſtellani,& ſeruiẽ-
tes pœna priuationis officij,& quinquaginta auguſtalium,
ſi contrafecerint. Quartum dictum eſt ibi,ſeruientibus. In
hac parte iubet monendo ſeruientes caſtrorum, vt caueãt,
ne exeant caſtra ſine licentia caſtellani , & qñ oportet ſer-
uientes exire caſtra cũ licentia caſtellani, caueant, ne exeãt
ſimul vltra quàm quatuor.Quintum & vltimum dictũ eſt
ibi,ſeruitium aũt.In hac parte imponitur pęna quatuor au
guſtalium ipſis ſeruientibus caſtrorum,ſi cõtrafecerint , &
ſi non poſſunt dictam pœnam ſoluere , condemnentur ad
opus publicum per dimidium anni,& durat vſque in fi.&
breuiter h.d.Caueant caſtellani,& eorum ſeruientes, vt ſe
non impediant publicè, vel occultè de negotijs particulari
bus hoĩum terræ,vbi ſita ſunt caſtra ſub pœna hic conten-
ta.Caueant ẽt ſeruientes caſtrorum exire caſtra ſine licẽtia
caſtellani,& qñ exeunt,non vltra quatuor ſimul,ſub pœna
2 hic contẽta.No.1.ex tex.ibi, culpam, ꝙ † culpæ aſcribitur
alicui,ſi ſe immiſcet rei,quæ ad ipſum non pertinet,cõcor-
dantiæ ſunt in 1.gl. quam ſuper hoc oĩ modo lege, & hæc
eſt vna de reg.iu.quæ dicit,culpa eſt immiſcere ſe rei ad ſe
non pertinenti, vt ff.de reg.iu.l.culpa.& ibi vide gl quę po
nit plura exempla,& opponit, & ſoluit. facit illud Terẽtij.
Quid aliena curas,quæ tibi nõ pertinent? Et ideo cõis con
cluſio eſt,ꝙ ſi in ſolo alieno ego ædifico,& facio expenſas,
non poſſum iure actionis petere,vt dñs ſoli reficiat expen-
ſas,ſed ſolùm habeo ius retinẽdi proprietatem ſoli pro ex-
penſis,vt in Spec.de except.d.§.verſi.2.pone.& per Pau.de
Caſt.in l.ſi in area.& ibi per Alb.de Roſ.ff.de cond.indeb.
& idem Pau.in conſi.57.& Cy.in l.ſi quis ſciens. C.de rei
vendic. Secundò nota ex tex.ibi, de nullo negotio terræ.ꝙ
3 † caſtellanus caſtri, & ſeruientes in nihilo debent ſe intro-
mittere de negotijs terræ palam , vel occultè . Quod malè
obſeruant caſtellani noſtri temporis , nam præſtant fauorẽ
hominibus eos rogãtibus,& ẽt de vniuerſitatum negotijs,
vt in c. Regis Caroli I.quod incipit,caſtellani,& ſeruiẽtes.
char.19.& concordat aliud capitulum eiuſdem Regis,qd
incipit caſtellanis noſtrarum artium.in 1.char. & non ſo-
lùm eis non licet præſtare fauorem priuatis perſonis litigã
tibus,ſed de iure cõi ſub pœna iacturæ cauſæ omnibus liti
gantibus interdictum eſt, prout edictum eſt diui Claudij,
& non poſtulent patrocinium potentiorum ratione officij
necnon conſtituant eos procuratores, vt pro eis litigent,vt
4 in l.1.C.ne lice.poten.† Tertiò no.ex tex. ibi,ab officio ip-
ſo remotus.ꝙ hæc eſt iuſta cã priuandi caſtellanum ab offi
cio , ſi tractat negotium alicuius priuati terræ , vbi eſt ca-
ſtrum. Et verum intelligo, ẽt ſi caſtellania ſit conceſſa iure
contractus,puta pretio mediante,& in perpetuum,quia in
telligitur niſi iuſta cã priuandi ſuperueniat . Et pro hoc fa-
cit id,quod dicit Io.And.in regula,pro poſſeſſore.de regu.
iu.lib.6.in mercu.vbi dicit, ꝙ ſi ſtatutum punit homicidã
pœna mortis , non habet locum in eo, qui occidit habens
iuſtam cãm occidẽdi,puta,quia ſe defendit. & bene firmat
hoc Alex.in conſil.144. in 2.col. Sic ẽt non dr̃ periurus ex
iuſta cã,qui deſerit iuramentum, vt dicit Alex.in l.ſi.ff.qui
ſatiſd.cog.in 4.volum.conſil.39. incipien. viſo ſtatuto &c.
in 3.colum.Sic etiam ſi ſtatutum dicat ſtari relationi alicu
ius , intelligitur , niſi iuſta cauſa ſit non credendi , vt dicit
Angel.in l.diuus.ff.de teſtam.mil.Sic etiam ſi ſtatutum di-
5 cat,quòd † ius probandi per iuramentum tranſeat ad hæ-
redes,intelligitur niſi ſit iuſta cauſa : puta, quia non eſt in-
formatus de veritate.ita Bal.in c.j.ſi de inueſtit.inter dom.
& vaſal.lis or.Sic ẽt ſi ſtatutum dicat,ꝙ de damno dato ſte
tur dicto ſyndici,intelligitur niſi iuſta cauſa ſit non credẽ-
di:puta,quia probatur,quòd dixit falſum,ſecundùm Iaco.
But.in l.1.C.de re ind. & Bald.in l.1. C.ſi aduerſ.libert.&
Angel.in l.qui vas.in princip.ff.de furt.Bene facit id,quod
dicit Angel.in l.qui reſtituere.in 2.colum.ff.de rei vendit.
vbi dicit,quòd ſi dicat ſtatutum,quòd de damno dato ſte-
tur iuramento accuſatoris,ſicut eſt Perusii,intelligitur niſi
ex iuſta cauſa non ſit credendum: puta, quia immoderatè
iurauit, vel per calumniam iurauit,ſecũdùm Ang. in Aut.
de exhib.reis,in 1.col.idem ſi apparet per euidentiam nul
lum damnum eſſe datum, vt dicit Bal. in l.contra negantẽ.
in fi.C.ad leg.Aqui.& ibi per Azo.in ſum. & dixi ſupra in
conſtit.ſi quis in poſterum.in 10.no.& voluit glo. ſupra in
conſtitut.in quæſtionibus.& ibi dixi in fi. Quartò nota,ex
6 tex.ibi , extra caſtrum noſtrum non exiuit . quòd iſta † eſt
prohibitio , ꝙ ſeruientes caſtrorum non exeant caſtra ſine
licentia caſtellani ſub pœna hic contenta. concordan. ſunt
hic in glo.quas leges vide per te, quia ſatis conferunt in ar
gumentum. Sed iſta conſtitutio non debet extendi ad ſer-
uientes caſtellanis caſtrorum , Baronum, vel eccleſiarum ,
quia iſta conſtitutio expreſsè dicit,extra caſtrum noſtrum.
& ſic ſolùm loquitur de caſtellanis regis:& vbi verba ſunt
clara in conſtitutione,non debemus aliter interpretari , vt
no.in l.ſi ſic ſtipulatus,la prima.& ibi Io.de Imo. ff.de ver.
obl.ideo conſulo,ꝙ Barones prouideant ex ſpeciali pacto ,
quòd ſeruientes non exeant caſtra ſine licentia caſtellani.

Vel probent conſuetudinem, quia conſuetudo potuit inter
pretari hanc conſtitutionem, vt extendatur etiã ad ſeruien-
tes caſtellanis Baronum, vt dicit Alex. in 2. vol. conſi. 171.
in 2. col. Et facit iſte tex. ꝙ familiares domini non debent
a recedere ſine licentia [a] domini, vt no. in l. ſi quis decurio. li.
10. Quintò no. ex tex. ibi, plures quàm quatuor, ꝙ caſtella-
7 nus non † debet dare licentiã ſeruientibus caſtri, vt exeant
caſtrum pro aliqua iuſta cauſa ſimul, vltra quatuor. faciunt
in arg. leges allegatæ hic in gl. 2. & ſi daret licentiam, ꝙ vl-
tra quatuor exirent ſimul, puniretur arbitrariè, quia hic nõ
eſt ſtatuta certa pœna caſtellanis in hoc caſu, ſicut eſt ſtatu-
ta ipſis ſeruientib. Sextò no. ex tex. ibi, aut ſi non habent, ꝙ
qui non habet in burſa, luit in corpore, de quo in l. ſi quis
id quod. ff. de iuriſd. om. iud. & dixit Bart. in l. 1. in fi. ff. de
pœnis. ꝙ hoc non habet locum, niſi in vilibus perſonis. &
firmat hoc Alex. in d. l. ſi quis id quod. nam vt plurimum
iſti ſeruientes caſtellanis ſunt perſonę pauperes, & ideo iſta
conſtitutio dicit, ꝙ ſi non poſſunt ſoluere pęnam quatuor
auguſtalium, puniuntur & condemnantur ad opus publi-
cum per medium anni, & ſubrogata eſt pœna ſtandi in ga-
lea per ſex menſes loco publici operis, videlicet in galea re
gia ex conſuetudine vetuſta. Iſta conſtitutio habet tres gl.
de prima dic, vt dixi in 1. not. & vide eam, quia allegat bo-
8 na iura, & ſigna ipſam. Quia dicit, ꝙ vbi facta † eſt cõmiſ-
ſio in certis capitulis, in alijs intelligitur tacitè interdicta,
vt in concordantijs in gl. alleg. In gl. 2. dic, vt ſupra dixi in
4. not. cum ſeq. notab. In gl. 3. dic, vt dixi ſup. in 6. & vlt. no.

ANNOTATIO.

a Licentia.] Et quid ſi famulus, aut familiaris aufugit aut receſſit à domino ſine licentia, quòd omnia bona quæ deficiunt in domo patroni præſumantur à dicto ſeruitore fugiente furto fuiſſe ſubtracta, vide gl. no. in Auth. de exhib. reis. §. ſi verò. quem refert & ſequitur Paulus Girland. in ſuo tract. de relaxatione carceratorum, in c. de fuga incarcerati. Io. Ant. Batius.

SVMMARIVM.

1 *Caſtellani diuerſos habent iudices, ſecundùm exceſſuum diuerſitatem.*

Præſidentes & rationales regiæ Curiæ quibus ſubdantur iudicibus.

2 *Caſtellani delinquentes corriguntur per prouinciarum præſides.*

3 *Iuſtitiarius prouinciæ non poteſt punire caſtellanum, abſciſione membri, vel morte abſque Regis commiſſione.*

CASTELLANORVM. Hic declaratur, qui ſunt iudices competẽtes, quũ conueniuntur caſtellani. Nam ſi conueniantur pro cauſis ciuilibus, magiſter camerarius, q eſt hodie ſecretus, erit iudex competẽs, ſi verò conueniãtur pro cauſis criminalibus, durãte officio eorum, debent conueniri coram iuſtitiario prouincię & ipſe habebit eum emendare, & hoc ſit loco ſummarij.
No. primò ex tex. ciuiles exceſſus. ꝙ ſecundùm diuerſitatẽ
1 † factorum, ſic caſtellani habent diuerſos iudices. nam pro
cauſis ciuilib. conueniuntur coram ſecreto, pro cauſis cri-
minalibus coram præſide prouinciæ. Nihil dicit iſta conſti
tutio, an caſtellani coram dictis iudicibus ſint priuilegiati,
ſi agunt contra alios, vt conuenti non poſſint declinare eo-
rum iuriſdictionem, & ideo remanent caſtellani ſub regu-
la iuris communis, quæ vult, vt actor ſequatur forum rei,
vt in l. fi. C. vbi in rem actio. & in c. cum ſit generale. de fo-
ro comp. l. iuris ordinem. C. de iuriſd. om. iud. Non ſunt er-
go priuilegiati caſtellani ſicut præſidentes, & rationales re-
giæ cameræ ſummariæ, qui ſiue agant, ſiue accuſent, ſiue
conueniantur, ſiue accuſentur, non habent alium iudicem,
niſi regiam cameram ſummariæ, & etiam eorum familia,
vt patet in eorum antiquis priuilegijs. Secundò no. ex tex.
2 ibi, emendari. quòd caſtellani † corriguntur per præſidem
prouinciæ. Sunt ergo caſtellani in manifeſto errore dicen-
tes, quod ipſi non poſſunt corrigi pro cauſis criminalibus,
niſi per Regem, nam eorum iudices competentes ſunt præ
ſides prouinciæ, vel iuſtitiarij prouinciæ, vbi ſita ſunt ca-
ſtra. Et pondera illud verbum, emendari, quia non impor-
tat ſententiam abſciſionis membri, vel capitalem, ſed ſolũ
correctionem, vt patet in tit. C. de emendat. ſeruor. & C. de
emend. propinq. bene facit tex. in c. teſtimonium. ibi, crimi
ne emendatus. extra de teſtib. Et ſic patet, quòd iuſtitiarius
3 † prouinciæ non poteſt contra caſtellanum procedere ad
abſciſionem membri, vel punire eum pœna mortis per iſtã
conſt. ſine alia Regis commiſſione & mandato.

De filijs presbyterorum. Rub. LXXXIX.

IN multis libris, & in conſtitutionibus impreſſis, non eſt rubr. nec iſta conſtitutio, ſed in libro Andr. de Iſern. erat iſta rubr. & conſt. ſequens, quæ incipit, ſicut accepimus. ego habeo iſtam conſt. in fi. conſtitutionum, & incipit, Andreæ Regni noſtri Siciliæ logothetę, & iuſtitiario prouinciæ &c. ſicut accepimus. & in conſt. impreſſis eſt poſt conſt. vt de ſucceſſionibus. Et poterit hæc rubr. ad proxima continuari. Dictum eſt in præcedenti tit. de multis, quæ concernunt officium caſtellanorum, & qualiter iſti caſtellani habere ſe debeãt, & de eorum iudicib. competentibus. Erat videndũ de officio logothetę circa filios presbyterorum: ideo ſequitur hæc rub. Vel ſic. Dictũ eſt ſupra de locatione rerum excadẽtialium, & demanialium regiæ curiæ, & quomodo ſunt locandæ fidelibus regijs, non infamib. ſed habilib. & quib. cõceſſa eſt hæc poteſtas dicta bona locãdi, videlicet procuratori Regis. & poſtea dictũ fuit de offic. fundi. & caſtellanorum, verùm quia poterat dubitari, an bona excadentialia, quæ fuerũt ſacerdotis, & prouenerũt ad Regem tanquã bona vacantia, ſi poſſunt locari in perpetuum per officialẽ Regis filijs ſpurijs ipſorum ſacerdotũ, cum de iure ciuili ipſi nõ ſuccedũt patri ſacerdoti. Quia ſunt ſpurij & incapaces, vt in l. ſpurius. & in l. hac parte. ff. vnde cogna. & l. fin. C. de natur. lib. & Inſt. de ſucceſſ. agnat. §. vulgò. & in Auth. quib. mod. nat. effic. ſui. Inimo nec ſunt alendi de iure ciuili, vt dicit tex. in auth. licet. C. de nat. lib. Ideo ſequitur hæc rub.

SVMMARIVM.

1 *Reges ſubditorum debent ſeruitia ponderare.*

2 *Spurius matri non ſuccedit in bonis maternis.*

Spurius quando, & in quibus matri ſuccedere poſſit.

3 *Mater non ſuccedit ſpurio ex coitu damnabili nato.*

4 *Fiſcus ſuccedit clericis morientibus abſque agnatis, ſpurijs excluſis.*

Spurius an ſit à teſtimonio repellendus.

5 *Spurij non poſſunt eſſe notarij.*

6 *Notariatus eſt vile officium, & notarij dicuntur ſerui publici.*

7 *Infamis ab omni repellitur dignitate.*

Infamis infamia facti, non dicitur teſtis omni exceptione maior.

8 *Spurijs clericorum per licitationem locantur bona à regia curia.*

9 *Eccleſia ſacerdoti ſuccedit, & non fiſcus regius.*

10 *Succeſſionis nomine in beneficijs principum, intelligitur tam de titulo vniuerſali quàm ſingulari.*

Penſiones debitæ Regi ſolui debent in feſto natalis Domini.

11 *Locatarius non ſoluens penſionem, non ſemper illico expellitur à re locata.*

Res ad fiſcum reuerſa ob canonem non ſolutum, potius filijs eiuſdem pro eadem penſione conceditur quàm alijs.

SICVT

SICVT accepimus. Pro intelligẽtia præ
mitto vnum, ꝙ iſta conſt. habet caudam
ſcorpionis. nam ex vno capite præſuppo
nit, ꝙ deficiẽtibus agnatis ſacerdoti mo
rienti ab inteſtato non eius filij ſpu-
rij ſuccedunt, ſed regius fiſcus, ex alio
capite oſtendit ſe Imperator multum
gratioſum, quia vult, ꝙ bona, quæ fuerunt illius ſacerdotis
quę deuenerunt in fiſcum, locentur per regios officiales ip
ſis filijs ſpurijs ſub certo annuo reditu, cum ipſe Imperat.
non potuerit hoc ſtatuere cõtra ius canonicum, quod vult,
quòd ſacerdoti morienti ſuccedere debeat eccleſia, cui ſer-
uiuit, vt in c. 1. & 2. extra de ſucceſ. ab inteſt. & ſic non re-
gius fiſcus. & ideo bene dicebat And. ꝙ iſta conſtit. parum
valet, niſi quando ſacerdos donaſſet bona ſua regio fiſco,
vel inſtituiſſet regium fiſcum hæredem, tunc Imperator
fuit multum benignus locando filijs ſpurijs dicta bona,
quæ ſic peruenerunt ad eum, ſub annuo redditu, prout di-
cit iſta conſtitutio. hoc præmiſſo, diuido iſtam conſtitutio
nem in quatuor partes. In prima exorditur dicendo, ꝙ ipſe
Imperator inuenit ſubditos ſuos promptos ad regia ſerui-
tia, ideo eis eſt benefaciendum, & quia defectus naturę im
pedit vtilitatem fidelium, iure reſiſtente, ideo intendit pro
uidere, vt regia auctorit. eis procuretur vtilitas, & durat
vſque ibi, de noſtra igitur ordinatione. Hic eſt ſecũda pars,
in qua ponitur ordinatio regia, per quam præcipit, & man
dat, vt filijs clericorum ſpurijs, inhabilibus ad ſuccedendũ
bonis paternis, & maximè propter defectum natalium, lo-
centur per regiam Curiam bona ipſa paterna, & materna
ſub certa penſione, niſi quis meliorem conditionem regiæ
Curiæ fecerit. hoc importat illud verbum hic in tex. poſi-
tum, adijci faciat, & ipſos inducat in poſſeſſionem ſoluen-
dam in feſto natiuitatis Domini, & durat vſque ibi, quare
fidelitati tuæ. Hic committitur executio d. ordinationis iu-
ſtitiario prouinciæ, vt bona paterna, & materna regiæ Cu-
riæ deuoluta locent filijs clericorum iuxta ſupradictam or
dinationem, & ipſos inducat in poſſeſſionem, & durat vſq;
ibi, ita quòd. Hic eſt quarta & vltima pars, in qua quæritur
quid ſi facta fuit locatio bonorum paternorũ dictis filijs
ſpurijs ſub certa annua penſione per eos ſoluenda regio fi-
ſco in feſto natiuitatis Domini, & dicti locatarij non ſolue
rint ipſam penſionem, vtrum fiſcus debeat ipſos dicta poſ
ſeſſione dictorum bonorum priuare. Et reſpondet hæc lite
ra ꝙ non, ſed debet annotare in quaternis Curiæ, inquan-
tum eſt debitor dictę penſionis, & expectare eius mortẽ, &
dictam penſionem poſtmodum exigat à filijs dictorũ ſpu-
riorum, & poterit fiſcus res illas alijs locare in præiudiciũ
filiorum niſi quatenus legibus eſt permiſſum, ideſt niſi ipſi
vellent locare dictas res, prout ab alijs inuenitur, tunc po-
tius eis, quàm extraneis eſt facienda locatio, & durat vſque
in finẽ. & hæc diuiſio & declaratio ſit loco ſummarij. No.
1 primò ex tex. ibi, digna prouiſione penſare. ꝙ † Reges de-
bent ponderare ſeruitia ſubiectorum, & eos dignè remune
rare, quia obligatio naturalis eſt, vt bene nobis facientibus
bene facere debeamus, vt in l. ſed ſi lege. §. conſuluit. ff. de
pet. hær. vbi eſt optima gl. quæ alleg. concordantes. & in c.
cum in officijs. de teſta. Et aduerte, quia nõ eſt propriè iſta
obligatio, ſed eſt potius aſtrictio quędam, qua aſtringimur
ad benefaciẽdũ ei, qui nobis benefecit, & ideo nõ debet di
ci obligatio, quia obligatio dr̃ iuris vinculum, & hoc ſentit
gl. in l. ſi non ſortem. §. libertus. quæ incipit, ratione inſita à
natura. ff. de cond. indeb. & bene declarat Alb. de Roſ. in l.
ex hoc iure gentium. in 4. col. verſi. item oppono, ꝙ obliga-
tiones non ſunt de iure gentium &c. ff. de iuſtitia & iure. Se
a cundò no. ex tex. ibi, in maternis bonis.[a] ꝙ † filius ſpurius
2 non ſuccedit matri in bonis maternis, per iſtum tex. ſed ad
uerte, quia gl. in §. ſinautem. in Auth. quib. mod. nat. effic. le
git. quærit, vtrum filius ſpurius ſuccedat matri in bonis ma
ternis, & remittit ſe ad gl. Inſt. ad Orficianum. §. pen. vbi di
cit, ꝙ ſi filius eſt natus ex damnato, & accuſabili coitu, non
ſuccedit matri, ſecus ſi natus eſt ſpurius ex non damnato
coitu, & accuſabili, quia tunc ſuccedit matri. & iſta glo. eſt
communiter approbata. Ad idem glo. in l. quo tutela. ff. de
reg. iur. & Bal. in l. nutritoribus. C. commu. de ſucceſſio. &
ſic intelligo And. in c. naturalis. in fine, ſi de feu. fuer. con-
trouerſ. inter dom. & agn. vbi dixit, ꝙ ſpurius ſuccedit ma-
tri, quia in eo non eſt vitium, niſi mater ſit illuſtris. per au-
then. ſi qua illuſtris. C. ad Orficianum. & hanc concluſionẽ
firmauit Azo in ſumma. C. de legit. hær. circa fin. & Barto.
in l. ſi gener. ff. de his quibus vt indignis. & Bal. in auth. li-
cet. C. de natur. libe. Et idem dicendum eſt in matre, vt nõ
3 ſuccedat † filio ſpurio nato ex accuſabili coitu, ſecundùm
dictam glo. & Doct. prædictos. Idem firmat Odofred. in
d. auth. ſi qua illuſtris, & Hoſt. in ſumma, qui filij ſint le-
git. §. ſpurij autem. & Spec. in tit. de ſucceſ. ab inteſt. verſic.
ſed nunquid ſpurij. & Cyn. in auth. inceſtas. & in auth. ex
complexu. C. de inceſt. nupt. Io. Fab. Inſt. de ſer. cognatione.
& Abb. Sic. in c. tanta. qui filij ſint legit. Alex. in 4. vol con-
ſil. 57. in fi. Et ſic intelligo iſtam conſt. quãdo filius ſpurius
natus eſt ex damnato & accuſabili coitu, puta quia mater
commiſit adulterium, vel fuit monialis profeſſa, vel com-
miſit inceſtũ, ſecus quando fuiſſet mulier ſoluta, tũc filius
natus ex muliere ſoluta, & ex ſacerdote ſuccedit matri,
quia dicitur natus ex fornicatione, & non ex adulterio, uel
alio genere criminis, vt firmauit Matthæus, Rom. & alij, vt
refert Card. Flor. in cle. ad noſtrum. pen. col. de hære. & idẽ
ibi Io. de Imo. & idem videtur firmare Io. Bapt. de S. Seue.
in repet. dictæ authent. ſi qua illuſtris. col. 21. Tertiò no. ex
4 tex. ibi, à curia noſtra recognoſcat. ꝙ † quando moriuntur
clerici ſine agnatis, ꝙ fiſcus ſuccedit eis excluſis filijs ſpu-
rijs, & in hoc concordat, ſupra cõſt. dohanæ ſecreti. in ver.
præterea clericorum. ſub rub. 59. quam And. hic alleg. cor-
ruptè, vt videre poteris. ſed an hoc procedat de iure, dixi in
dicta conſtitu. dohanæ. in 4. notab. & ſupra eadem, in eui-
dentali. Quærit hic And. an ſicut ſpurij repelluntur ab hæ-
reditate patris & matris ſecundùm prædictam diſtinct. ita
etiam repellantur à teſtimonio, vt ſi ſint examinati, vt te-
ſtes eorum teſtimonium non faciant fidem. profecto hic
And. tenet, quòd ſpurij non repelluntur, quia ſpurius non
reperitur numeratus inter perſonas, quæ repelluntur à te-
ſtimonio, nam omnes perſonæ poſſunt eſſe teſtes, niſi illæ,
quæ prohibitæ ſunt ferre teſtimonium, & ſic intelligitur il
lud, quod dicit, quòd edictum de teſtibus eſt prohibito-
rium, eo quia certæ perſonæ prohibitæ ſunt teſtificari, de
quibus in l. 1. & 3. ff. de teſtib. & not. in c. 1. de teſtib. & no.
3. q. 5. in ſumma. not. in l. quoniam. C. de hæret. & in l. ge-
neraliter. de reb. credit. & in l. curent. de teſtib. inter quas
non eſt ſpurius, ergo ſpurius poteſt eſſe teſtis. & ideo Spec.
in tit. de teſtibus. §. 1. vbi ponit perſonas, quæ non poſſunt
5 teſtificari, nihil dixit de ſpurio. Nec obſtat, ꝙ † ſecundùm
iſtas conſtitutiones ſpurij non poſſunt eſſe notarij, vt infra
in conſtitutione, quæ incipit, conſtitutione præſenti. de ho-
nore militari. in 3. lib. & dixi ſupra in conſt. in locis dema
nij, quia non ſequitur, non poteſt eſſe notarius, ergo non
poteſt eſſe teſtis, quia notariatus eſt officium. Et licet ſpu-
rius repellatur ab officio iudicandi, & notariatus, non repe
ritur repulſus à teſtificando. Nec obſtat, ꝙ ſpurius ideo re-
pellitur ab officio notariatus, quia eſt infamis, vt dicit Azo
tit. in quibus cauſis infamia irrog. in pen. col. verſic. diuidi-
tur autem. & Alber. de Roſ. in l. nullam. C. de infamibus,
per l. generaliter. §. ſpurios. de decurio. & de elect. cap. inno
tuit. & refert Alex. in 2. volum. conſi. 80. incipiente, exami-
nato proceſſu. quia illa infamia repellit eum à dignitate of
ficij, non autem à teſtimonio. Item de iure ciuili ſpurij nõ
ſunt omnino incapaces ad officium notariatus, quia in de-
fectum legitimorum poſſunt eſſe notarij, vt in l. generali-
ter. §. ſpurios. & l. ſpurij. ff. de decurio. & tanto magis, quia
6 officium † notariatus eſt uile officium, ex eo quia appellã-
tur ſerui publici, vt in l. non enim. ff. de adoptio. ſecundùm
Angel. in conſil. 283. incipiente, præmitto ad euidentiam.
Item quia ſpurij non ſunt deſpiciendi, ſed iuuandi, dicit
glo. in Authent. quibus modis natura. efficiun. ſui. in verbo

vltimo. Item ſi ſpurij ſunt infames, ſecundùm Azonē, ſunt
infames infamia facti, quia ſpurij, & hæc non repellit à te-
ſtimonio, quia non procedit à crimine, cum ſpurius nihil
deliquit, ſed pater, vt dicit gl. in c. 2. de fil. presb. Bart. in l. 1.
in 6. col. C. de ſum. Tri. & magis claré Abb. Sic. in c. teſtimo
niū. 4. col. ver. circa hunc caſum quæro & c. de teſtib. Et hoc
verū in cā ciuili, ſecus in cā criminali, vel ciuili grauiori, ſe-
cundùm Abb. ibi, & Bal. in l. 1. 7. col. C. de ſum. Trinit. Nec
7 obſtat, ꝙ † omnis infamis repellitur à dignitate, vt in c. in-
famibus, de reg. iur. lib. 6. & in l. vnica. C. de infami. lib. 10.
& ferre teſtimonium eſt dignitas. 32. q. 5. c. præceptum, &
voluit gl. in d. c. teſtimonium. quia intelligitur de dignita-
te, quæ eſt dignitas propriè, non de dignitate, vt ferre teſti-
monium, quæ eſt impropriè dignitas, tamen infamis infa-
mia facti non dicitur teſtis omni exceptione maior, vt di-
cit Abb. in d. c. teſtimonium. & ibi vide Fel. copioſè de hoc
articulo, an infamis infamia facti poſſit eſſe teſtis, cui me re
mitto, quia articulus iſte eſt prolixus, & habet varias opin.
Doct. vt ibi poteris eum videre. Rurſus volens probare An
dr. ꝙ ſpurius nō prohibetur ferre teſtimonium, inducit, ꝙ
licet filij clericorum debeant remanere in ſeruitute eccle-
ſiæ, vt dicit tex. 15. q. 8. c. cum multi. & ſerui non poſſint eſ
ſe teſtes, vt ff. de teſtibus, l. ſerui. in fi. tamen in veritate non
ſunt ſpurij filij clericorū ſerui eccleſiæ, ſed ſunt ſerui, quia
ſeruire debent eccleſiæ. Et tamen hoc non eſt in vſu, & ſic
per contrarium derogatum eſt dicto iuri. iſtud eſt debile
argm̄ ad probandum, ꝙ ſpurius non repellitur à teſtimo-
nio, & tanto magis quia argm̄ eſt de vna ſpecie ſpurietatis
videlicet ſuperueniente ex ſacerdotio legitimo, & tamen
eſt dare ſpurietatē, vbi natus eſt ex legitimo matrimonio,
& tamen ille non eſt ſeruus eccleſiæ, nec in eius ſeruitio. te
ne ergo, quod ſupra dixi. Quartò nota ex tex. ibi, adijci fa-
8 cias, ꝙ † bona locanda per regiam curiam filijs ſpurijs cle
ricorum ſunt per licitationem locanda eis, idest quando
nullus reperitur, qui facit meliorem conditionem regiæ
Curiæ. Et pro hoc facit tit. ff. de in diem addict. & de hoc
vide Iaſ. in l. ab emptione. in 3. col. verſi. capio gl. in verbo,
cogaris. ff. de pact. & ibi alleg. Laur. Vallam ſuper hoc ver-
bo. tamen remittitur in arbitrio huius officialis Regis, vt
faciat id, quod commodius viderit expedire. ſed poteſt ali-
ter intelligi, videlicet, ꝙ officialis Regis adijci faciat, idest
faciat acquiri illa bona d. ſpurijs per locationem, prout cō-
modius uiderit expediri, & tunc non eſt opus deuenire ad
licitationem, & pro hoc l. 3. ff. de vſucap. Sed mihi occurrit
dubium, an ſi Regi bona ſacerdotum obuenerunt per con-
tractum donationis, vel quia fuit hæres inſtitutus ſacerdos
an iſta bona de neceſſitate filijs ſpurijs inſtātibus, eis locet
regius fiſcus, tenentur eis locare. Andr. hic vr̄ ſentire ꝙ ſic,
ſed non loquitur ad iſtum effectum ꝙ teneatur vigore hu-
9 ius conſt. Sed dicit, ꝙ ex quo eccleſia † ſuccedit ſacerdoti,
& non regius fiſcus, non pōt habere locum hodie iſta con-
ſtitutio, niſi quando ſacerdos donaſſet regi & c. tunc poſſet
filijs ſpurijs locare, & ſic non dicit, ſi vigore huius conſtitu
tionis officiales Regis iſta bona teneantur eis locare. Et cer
tè prima facie dicerem, ꝙ non, quia ſenſus huius conſtitu-
tionis eſt, ꝙ regius fiſcus ſuccedat ab inteſtato ſacerdoti. ſ.
iuxta diſtinctionem poſitam ſupra in conſt. dohanæ ſecre-
ti. ſ. in bonis patrimonialibus, & iſta bona quę obuenerunt
Regi, non veneruntr vt bona vacantia tit. vniuerſali, ſed per
cōtractum donationis, quo caſu appellatione ſucceſſionis
non intelligitur de ti. ſingulari, ſed vniuerſali. l. quædam. §.
nihil. & ibi concord. Alex. ff. de eden. quo caſu vr̄, ꝙ ceſſat
hæc neceſſitas eis locandi dicta bona. ſed in contrarium fa
cit, quia iſta conſtitutio dicit, ꝙ ſpurij amiſerunt ius ſucce-
dendi, intelligitur ſiue ab inteſtato tit. vniuerſali, ſiue titu-
lo reali, & ſic ſingulari, per tex. in l. fluminum. §. adijcitur.
ff. de dam. infec. vnde cum de poteſtate abſoluta reſtituit
hæc conſtitutio filios ſpurios in ſucceſſionem bonorum pa
tris clerici, vt eis locentur dicta bona, quæ peruenerunt ad
Regem tit. vniuerſali, vel ſingulari, tenetur vigore reſtitu-
tionis in integ. illa locare eis. Nec obſt. d. l. quædam. §. nihil.
10 quia in beneficijs principū † appellatione ſucceſſionis in-
telligitur tam de vniuerſali, quam ſingulari, vt firmat l. ſ.
in d. l. quædam. §. nihil. in 3. limit. Quintò no. ex tex. ibi, in
ſaiſinam paternarum rerum, ꝙ iſta poſſeſſio, quam habent
iſti filij ſpurij de bonis paternis, dr̄ vſurpata poſſeſſio, &
dr̄ vſurpata poſſeſſio, ēt ſi beneficio principis reſtituatur, ꝙ
alibi non memini me legiſſe. Quod facit ad excuſationem
accuſati actione iniuriarum, quia dixit, ꝙ talis habet bona
vſurpata, ex quo commiſit rebellionem, & poſtea princeps
eum reſtituit ad bona, nā excuſatur, ſi dixit, ꝙ bona tenet
vſurpata. Sextò no. ex tex. ibi, in feſto natalis Domini, ꝙ pē-
ſiones Regi debitæ debent ſolui in die natalis Domini no
ſtri. & ſic non in medio menſis Auguſti, prout eſt de cōſue-
tudine in priuatis pſonis in ciuitate Neapolis. in dubio. n.
penſio ſoluenda eſt ſ'm ꝙ conſuetum eſt, vt dicit Bal. in l.
11 ædē. C. locati. † Septimò no. ex tex. ibi, vſque ad obitum. ca
ſum ſpecialem, in quo locatarius non ſoluendo pēſionem,
non poteſt expelli à re locata, ſed expectatur eius mors, &
ab eius filijs poſtea petitur pēſio pręterita, hoc potuit Rex
facere in rebus ſuis, regulariter autem locatarius pōt expel
li à re conducta, ſi non ſoluit penſionem, vt dicitur in d. l.
ædē. C. locati. & ibi concord. Octauò & vltimò no. ex tex.
ibi, niſi quatenus legib. eſt permiſſum. ꝙ ſi reuerſa eſt res
ad fiſcum propter canonem non ſolutum, potius pro eadē
penſione concedenda eſt filijs ipſius, quàm priuatis, per id
quod dicit Bar. in l. 1. §. permittitur. in fi. ff. de aqua quot. &
æſti. & in l. ſi mihi & Titio. ff. de verb. obl. & in l. 1. ff. de pri
uil. cred. & no. in c. cum dilectus. de don. bene facit conſtit.
vt de ſucceſſionib. in fi. Limitatur hoc dictum duobus mo
dis. Primò, vt procedat, quando filij illius, cuius cauſa res
fuit reuerſa ad fiſcum, eſſent hæredes patris, ſecus ſi alius
eſſet hæres. Ita conſuluit Io. de Imo. in conſil. quod incipit,
quidam Renus de Panno. & facit ſecundùm eum id, quod
no. Bar. in l. ex facto. §. fi. ff. ad Trebe. & in l. vt iuriſiurandi.
§. ſi liberi. ff. de oper. lib. & ſentit gl. in d. §. permittitur. Se-
cundò fallit, niſi antequam filij peterent ſibi locari, fiſcus
alteri locaſſet, vt in ſimili dicit Lud. in conſi. 68. incip. viſo
themate. Et idem dicit in ſimili Alex. in 3. vol. conſil. 102.
incip. Domini redemptoris. in fine. & vide apoſtillam Ale-
xand. in d. § permittitur. & Iaſ. in l. prætor ait. §. fi. ff. de ope.
no. nunc. Non habemus hic glo.

ANNOTATIO.

2 Bonis.] An filius naturalis ſuccedat matri ex teſtamento vel ab
inteſtato. vide Martinum de Suzarijs in ſuo tractatu de legitima
tione, & quid ſi mater eſt illuſtr. vide tex. & ibi Doctores in l. ſi
qua. C. ad Orficianum. Batius,

De termino ponendo in citatione, et quā tum ſolui debet nuncio. Rub. XC.

SIc continuari poteſt. Dictum eſt ſupra proximè in conſtitut. culpam. de officio ſeruitorum caſtellanorum, qualiter ſe gerere debeant in cuſtodia caſtrorum regni. Et quoniam hucuſque nihil dictum eſt de nuncijs, & ſeruitoribus iudicum regni, ideo ſequitur hæc rubrica, de apparitoribus, & eorum ſalario, & termino apponendo in citatione exequenda per dictos ſeruitores, ſeu alguazerios, & nuncios.

SVMMARIVM.

1 *Agere volens actione ciuili, qualiter procedere debeat.*
Reus excipiendo actor dici poteſt.
2 *Curia baiulorum proprios apparitores habere debet.*
3 *Nuncio portanto literas iudicis ſigillatas præſumitur de commiſsione.*

Nuncio iudicis delegati abſque literis non creditur.
4 *Nuncius non iuratus an poſſit officium exercere.*
5 *Nuncio etiam de actu citationis non creditur ſine teſtibus.*
6 *Nuncio ſoluitur vnum granum auri pro quolibet citando.*
7 *Iudex quilibet peremptorium mittere poteſt.*
8 *Dies citationis & termini, an contineatur in termino.*
Citatio an ſit valida, in qua ad comparendum non eſt dies data.
9 *Citatus abſque termino, cum primum poteſt, comparere debet.*
10 *Subditus extra prouinciam citari poteſt.*
11 *Iudex extra territorium non poteſt inter ſuos ſubditos cognoſcere ſine licentia iudicis illius territorij.*
12 *Citatio extra territorium non valet, niſi in quinque caſibus.*

IN CIVILIBVS. Tota iſta conſtit.
loquitur de curia baiulorum, & diuidi-
tur in quinque partes. In 1. ponitur, quã-
do iudex cauſarum ciuiliũ decernit ad
inſtantiam agẽtis citationem, cui debet
cõmittere, ꝙ citet reum: & dicitur hic,
ꝙ debet committere nuncio iurato ſuæ curiæ, quia officia-
lis debet habere certum numerum nunciorum, prout qua-
litas loci exigit. In ſecunda parte ibi, appacitori autem. ſta-
tuit quantæ erunt mercedes ipſius nuncij pro actu citatio-
nis, & relationis: & dicitur, ꝙ intra ciuitatem, & locũ pro
quolibet citando erunt duo tornienſes, ſed extra ciuitatem
pro quolibet milliario duo tornieſes. In tertia parte ibi, &
erit quælibet citatio. hic ſtatuit, ꝙ quælibet citatio debeat
continere peremptorium. In quarta parte ibi, cõtinens ter-
minum, quæritur, quantum tempus debet apponi in cita-
tione, vt compareat citatus. & dicitur, ꝙ intra ciuitatem
debet poni tempus trium dierum, in quo cõputabitur dies
citationis, & dies termini: & ſic per iſtam conſtitutionem
corrigitur conſt. dilationes. quæ facta fuit poſt illam, quæ
vult, ꝙ duo dies ponantur in citatione, vt dicit ibi glo. Sed
extra ciuitatem & intra prouinciam, debet poni tempus
quatuor, aut quinque, aut octo dierum: ſed ſi citandus eſt
extra prouinciam, tunc ponetur tempus 30. dierum ad cõ-
parendum. In quinta parte ibi, his quæ per ſacras noſtri no-
minis. Quæritur, an in rationibus, quas facit magna curia
Vic. vel iuſtitiarius prouinciæ, debeat ſeruari ordo prædi-
ctus. & dicitur, ꝙ non, ſed ſeruabit magna curia, prout di-
citur ſupra in conſtit. literas. & iuſtitiarij ſeruabunt, prout
dicitur infra in conſtit. citatoriæ literæ, & breuiter hoc in-
tendit. Curia baiulorum citat per proprios nuncios iura-
tos cum peremptorio termino, ponẽdo in citatione, prout
hic diſtinguitur. h.d. No. primò ex tex. ibi, ad petitionem
1 agere volentis. ꝙ volens † agere contra aliquem actione ci-
uili, debet adire iudicem, & petere a iudice, ꝙ per ſuũ nun-
cium faciat citare ſuum aduerſarium, & iſte dicitur actor,
quia primò ad iudicium prouocat aduerſarium, ſecũdùm
Barto. in l. libertus. circa fin. ff. de in ius vocan. licet quò ad
alia dicatur partes rei ſuſtinere, vt ibi per Bart. & in l. de pu
pillo. §. meminiſſe. ff. de ope. noui nun. Et ſi poſt litem con-
teſtatam actor deſiſtat, reus poteſt petere à iudice, vt citet
actorem ad proſequendam inſtitutam litem, vt dicitur in
authen. qui ſemel. C. quomodo & quando iudex. & fiet ci-
tatio per proprium nuncium, ſicut in actore hic dicitur.
Et aduerte, quia iſtud verbum, agere volens, non capitur
ſtrictè, prout dixi, ſed capitur etiam pro reo, qui in excipiẽ-
do dicitur actor, ſcilicet quantùm ad effectum probandi
ſuam exceptionem, ſecundùm Bald. in l. fruſtra. C. de pro-
bat. & in l. 1. C. quando fiſcus, vel priuatus. & in authen. ſi
dicatur. C. de teſt. Secundò no. ex tex. ibi, per apparitores
2 ſuos. quòd † curia baiulorum debet habere proprios appa-
ritores, id eſt, ſeruientes curiæ, ſiue nuncios. Et iſti debent
eſſe iurati. i. ꝙ iurent in principio officij, ꝙ veridicè facient
officium citationis. & per conſequens relationis, quia qui
debet facere antecedens, debet facere conſequens: quid. n.
valeret citatio, ſi nuncius non refert iudici, ꝙ ipſe citauit
contentum in citatione emiſſa à iudice? Immo proceſſus
ruit, ſi non conſtat in proceſſu de relatione nuncij, ſecun-
dùm Bal. in l. 2. C. de ſpor. Et ſic nuncius non debet citare
aliquem ſine commiſſione, vel mandato iudicis, & citando
de eius mandato, ei creditur. Aduerte, quia quando iudex
committit citationem nuncio, debet in actis conſtare de
ipſa commiſſione de citando, vt eſt glo. in l. ſancimus. C. ad
Treb. & firmat Inn. in c. quoniam contra falſam. de proba.
Quia non creditur iudici dicenti, ſe commiſiſſe nuncio, ꝙ
citaret, vt dicit ibi Io. An. in nouel. dicens, ꝙ plus creditur
nuncio de actu citandi, quàm iudici de commiſſione cita-
tionis. & bene firmat d. Phil. de Franchis de Peruſ. in c. cum
3 parati. de appel. vbi dicit, ꝙ ſi † nuncius portat literas iudi-
cis ſigillatas, hoc ipſo probatur de cõmiſſione, licet in actis
non appareat aliter de commiſſione. Hoc verum intelligo
quando nũcius eſſet d. curiæ & iuratus, ſecus quando alius
nũcius citaſſet ſine commiſſione iudicis, quia fortè citatio
eſſet commiſſa vni apparitori. Et non ille, ſed alius appari-
tor citaſſet ſine commiſsione, quia tũc ex quo cõſtat, quòd
ſibi non fuit commiſſa citatio, ſed alteri, nõ valeret citatio,
quia facta ſine commiſsione iudicis, per l. ad peremptoriũ.
ff. de iudicijs. Idem firmat Bar. in l. nemine oi. C. de exhi. &
introd. reis. & firmat Alb. Sicu. in c. 1. in 15. col. de iudi. &
Bar. in extrauag. ad reprimen. in verbo, nuncium. Et tantò
magis ſi eſſet nuncius iudicis delegati, cui nõ creditur ſine
literis iudicis, vt in c. prudentiam. de offi. del. & in Spec. de
citat. §. 1. & vide præfatum Philippum in d. c. cum parati.
vbi tangit multas queſtiones concernentes materiam appa
ritoris, ſeu nuncij. Et quia ſupra dixi, quòd iſti nuncij debẽt
eſſe iurati, ſecundùm iſtam conſt. adde, quòd etiam de iure
dẽt iurare ſe facturum officium legaliter. Adde, quòd idẽ
notatur in d. c. cum parati. & Ang. in l. ſi vacãtia. C. de bon.
vac. lib. 10. idem dicit Bar. in d. extrauaganti, ad reprimen-
4 dum. in uerbo, per nuncium. Et putat, quòd † etiam ſine iu-
ramento poteſt exercere officium, ſed per iſtam conſti. de-
bet iurare, & ſic debet conſtare de iuramento, vel probare
quòd eſt in poſſeſsione exercendi illud officium, argum. l.
Barbarius. ff. de offic. prętor. ſecundùm Bar. in d. verbo, per
nuncium. & ſic quòd nuncius ſit iuratus, ſi non probetur
hoc pacto, non valet eius relatio: & ſic non ſtringit tantum
iuramentum nuncij, ſicut iuramentum teſtis, cuius dictum
non valet, niſi ſit iuratus, vt in l. iuſiurandi. C. de teſtib. Et
creditur nuncio de actu relationis, argum. l. magis puto.
§. ne paſsim. ff. de rebus eorum. & tenet Bar. in d. verbo, per
nuncium. & in l. 1. §. 1. ff. de offic. præfec. vrb. & Ioan. And.
in d. c. cum parati. Vide ad hoc additionem domini Augu-
ſtini in tractatu domini Ang. de Aretio de maleficijs. in ver
bo, Petro publico, & iurato nuncio. & Saly. in l. tres denun
5 ciationes. C. quomodo & quando iudex. In regnò iſto † nõ
creditur nuncio etiã de actu citationis, niſi adhibeat teſtes:
& ideo dicitur, vt referat diem citationis, & coram quib.
vt expreſsè dicit And. infra in conſtitu. citationis literæ. Et
hoc renouatum eſt hodie per pragmaticam Regis Ferdi-
nandi Primi, quando apparitor citat extra ciuitatem, re-
quiritur quòd citet in pręſentia duorum teſtium, & ipſos
nominatim deſcribat in relatione citationis, aliàs citatio
non arctat citatum. Non tamen creditur nuncio, ſi retulit,
quòd citatus dixit, ſe nolle venire, vt dicit Paul. de Caſt. in
conſi. 273. incip. viſis, & ponderatis allegationib. & Ioan.
And. in add. Spec. in tit. de contu. §. 1. Doct. in d. c. cum para
ti. & Ioan. de Imo. in l. ex conſenſu. §. fin. ff. de app. Ioan. de
Imo. in clem. ſi ante. de dolo & contu. vide Bar. in l. tres. C.
quomodo & quando iudex. Item ſi dixit, quòd fuit iniu-
riatus, ſm Pau. vbi ſupra. ſecus ſi dixit, quòd fuit verbera-
tus à citato, ut dicit Card. in d. cle. ſi ante. in 8. q. Tertiò no.
a ex tex. ibi, granum auri.[a] quòd † pro quolibet homine citan
6 do intra ciuitatem nuncio debent ſolui pro actu citationis
duo tornienſes, quia duo tornieſes eſt pretium grani vnius
auri, & extra ciuitatem eſt granum vnum pro quolibet mi
liario. Quod facit cõtra officiales, qui permittunt, quòd di
ctis ſeruitorib. plus ſoluatur: nã delinquunt, quia faciunt cõ
tra iſtam conſtit. Quartò no. ex tex. ibi, peremptoria. quòd

b in prima [b] citatione debet poni peremptorium. Idem no.
Card.in cle.1.in 1 5.no.de foro compet.Et aduerte,quia di
cit dom.Andr.hic,quòd iſte tex.poteſt dupliciter intelligi:
vno modo, quòd ſit ſpeciale in citatione, quæ fit per Cu-
riam baiulorum, vt ſemper præſumatur, quòd ſit perem-
ptoria, etiam ſi non dicatur per iſtam conſtitut. quæ dicit,
quòd quælibet citatio baiuli erit peremptoria. alio modo
intelligitur, quòd etiam citatio emiſſa à curia baiulorum
debet continere peremptoriam,ſicut citatio aliorum iudi-
cum.& dicit hic And.quòd hæc expoſitio verior eſt ſecun
dùm eum,pro qua opinione ego alle.tex. in c.cum Bertol-
dus.de re iud.& de offic.deleg. c.ex literis. ſecundùm glo.
in ca.de illicita.24.q.3.in verbo,peremptorio. vbi dicit,ꝙ
7 quilibet † iudex poteſt peremptorium mittere, & vide
Bartol.in l. conſentaneum. C.quomodo & quando iud.&
Bald.in l.vt perfectius.C.de annali except.& Spec.in tit.de
citat. §. viſo. Nec eſt facienda differentia inter citationem
emiſſam à baiulis, & citationem emiſſam à magna Curia
Vicar.vel præſide prouinciæ, quia ſemper in citatione de-
bet exprimi, quòd peremptoriè compareat in termino ſta-
tuto, & ita obſeruat magna Curia, ſecundùm eum hic.&
dicit infra conſtit.edictorum, quòd citatio peremptorium
continebit. Aliàs in cauſis vbi debet procedi iuris ordine
ſeruato,ſi fiat citatio,& non exprimitur in citatione, quòd
peremptoriè compareat, citatio non valet, ſi pars compa-
reat,& opponat,quòd citatio facta eſt ſine peremptorio,vt
in l.ad peremptorium. ff.de iud.& Bart. in l.ſi finita. §.Iul.
ff.de dam.infec.& no.gl.in clem.ſæpe.in verbo,peremptoriè.de
verb.ſig.& in l.2.C.quomodo & quando iudex.Fal-
lit in certis caſibus,de quibus dicam infra in d.conſtit.edi-
ctorum. ſed ſi non opponit, ꝙ non eſt ibi peremptorium,
valet actus ſecundùm gl.in c.cum cauſa.de off.deleg.& gl.
in d.c.de illicita.circa fi.& tenet Marian.Soc. in tract.de ci
8 ta.art.27.q.10.† Quintò no. [c] ex tex.ibi, computata die ci
c tationis. tex.contra illos ignorantes procuratores, qui di-
cunt,ꝙ dies citationis, & dies termini non computatur in
termino.nam hic eſt tex.expreſſus contra eos,& gl.infra in
conſtit.dilationis.in 2.lib.in verbo,pridie.ſed pro eis facit
dictum Bal.in l.à caligato.C.de nupt.per l.ratio.§.fin.ff.de
act.emp. & in c.1.§.decedenti.9.col.verſ.extra nota,quòd
in dilationibus & citationibus &c. ſed de iſto art. an dies
termini,computetur in termino,remitto me ad plenè ſcri-
pta per Alex.in l.1.in prin.in 2.col.cum ſeq. ff.ſi quis cau-
tio. An autem valeat citatio,in qua non eſt datus dies ad
comparendum? Bar.tenet,ꝙ non valet,in l.qui ante calen
das.ff.de verb.obl.& idem in l.liber homo.§.decennio.eo.
tit.Idem tenent Cyn.in l.fi.C.de ferijs, & Bal.in l.2. C.vbi
in rem actio. Sed Io.de Imo.in d.l.qui ante calendas.refert
Bal.ibi tenere contrarium,ꝙ citatio valet,& debet compa-
9 rere,cum † primum poteſt.& pro hoc Io.de Imo.ibi alleg.
tex.in c.cum dilecti.de dolo & cont.& dicit, ꝙ tenet Ioan.
And.in d.c.cum parati.& allegat Spe.in tit.de cita.§.ſequi-
tur.verſi.quid ſi non præfixeris.vbi diſputat hoc dubium.
Ang.in d.l.liber homo §.decem.idem tenet. Hanc partem
tanquam communem firmant Ino. in c.fin.qui matr.accu.
poſſ.Ant.de But.& Abb.Sic.in d.c.cum parati. & Angel.&
Lud.in locis infra allegandis.& vide Philip. prædictum in
d.c.cum parati. ego remitto me pro nunc ad quandam di-
ſtinctionem,quam facit d.Marian.Socin.in d.tract.de cita
tionibus.art.29.verſ.circa primum membrum. & in 20.ar
ti.in 10.q.Cui addo Angel.in l.1.§.hæc ſtipulatio. ff.ſi cui
pluſquam per leg.Falc.& in l.pen.C.de ann.except. & in l.
vetuſtiſſima. C. de iu.dom. impetran. & Ludo. in rubr.de
arbit.in 6.col.& in l.ſi ex legati cauſa.de verb.obliga.& in
l.1.§.nunciatio ff.de verb.oblig.& Ang.& Paul.de Caſt.in
l.per interualla.ff.de iud.Alias quæſtiones, quæ faciunt ad
hanc materiã,vide per ſcribentes in l.more. ff.de ferijs, &
in d.c.cum parati, & in d.l.qui ante calendas. poſt Bartol.
10 Sextò no.ex tex.ibi, extra prouinciã, quòd † in iſto regno
iudices cauſarum ciuilium poſſunt citare ſubditum extra
prouinciam,& ſic extra territorium ſuum,& ſic illa citatio
afficit ipſum citatum extra territorium. & ratio eſt, quòd
recipit hanc iuriſdictionem ab iſta conſtitutio. quam fecit
rex vniuerſalis dominus regni,qui potuit dare iſtam iuriſ-
dictionem: & ſic non requiritur conſenſus iuſtitiarij illius
prouinciæ,vbi eſt facienda executio citationis,quia omnes
præſides habent iuriſdictionem ab vno Rege, vt expreſsè
dicit Bartol.in l.præſides. ff. de requir.reis. & ex hoc infe-
ro, quòd ſi locus ille, vbi eſt facienda executio citationis
prædictæ,eſſet terra Baronis, in qua haberet à Rege merũ
& miſtum imperium,poſſet iudex ciuilis alterius terræ ci-
tare exiſtentem in terra Baronis ſine eius licẽtia,niſi in pri-
uilegio Baronis eſſet derogatum huic conſtitutioni, quia
eſſet dictum, quòd haberet iuriſdictionem, & merum &
miſtum imperium,& primas cauſas, non obſtantibus con
ſtitutionibus regni,tunc non poſſet fieri dicta executio ci-
tationis in d.terra Baronis, quia derogatum eſt huic conſti
tut.& per conſequens requireretur conſenſus iudicis loci,
vbi exequenda eſt citatio, quia tunc fieret in alieno terri-
torio, vbi nulla eſt iuriſdictio ipſius iudicis,qui fecit cita-
tionem,& pro hoc bene facit,quod dicit Innocent. in cap.
ut ſi clerici. de iudicijs,& tex.in clement.1.de foro comp.
11 vbi quando extra † territorium iudex inter ſuos ſubditos
vult cognoſcere,requiritur conſenſus illius iudicis, in cu-
ius territorio vult inter ſubditos ſuos cognoſcere,& iſto ca
ſu bene dicit hic Andr. quòd citandus extra territorium,
idest,extra prouinciam baiuli, reſcribet iudici illius pro-
uinciæ, quòd velit citare talem, vt veniat reſponſurus tali
ſuper tali: & ille iudex ſub dicta forma citabit illum per
ſuos nuncios,argumen.§.ſi verò quis comprehenſorum.in
Authent.vt nulli iudicum. cui addo tex.& ibi Bartol. in l.
præſides.ff.de requiren.reis.& iſto modo ſecundùm Doct.
in capit.fin.de foro competen. in capit.Romana. §.contra-
hentes. eodem titulo. libro 6. & in clement.paſtoralis.per
Paul.de Liaz.& Cardin.Florent.de re iudic.Ludou. in l.fi.
ff.de iuriſdict.omn.iud.& Bald.in l.omnes. §.ſi verò appa-
ritor. C.de epiſcop.& cler.& Spec. in tit. de compet.iudic.
adi.§.1.verſic.ſed quomodo iudex, & vide Ange.in diſpu
tatione ſua,quæ incipit, Bononienſis ſuæ ciuitatis. vbi fir-
12 mat regulam,quòd nulla citatio valet extra † territorium,
niſi in quinque caſibus,vt ibi per eum,quos refert Alex.in
apoſtilla ſua in d.l.præſides.ff.de requiren.reis. valebit cita
tio in actione ciuili extra territorium citantis. Item iudex
cauſarum ciuilium poterit abſentem exiſtentem extra pro
uinciam,ſi habet domum in ſua iuriſdictione pro cauſa ci
uili citare in domo, ponendo in citatione tempus vnius
menſis ad comparẽdum,vt dicitur infra in conſtitutione,
citationis literæ. in eodem libro. Vltimò nota,quòd iſta
conſtitutio.in nullo derogat conſtitutioni ſupra, quæ inci-
pit,literas. ſub rubrica trigeſimaoctaua, nec conſtitutioni
infra,edictorum,nec etiam conſtitutioni,citationis literæ.
ſub rub.95.vt dicit hic vnica glo.multa poſſem in hac con
ſtit.tradere,ſed eſſet detrahere dotibus legum & canonum
ſupra allegatarum, ideo omitto.

ANNOTATIONES.

a Anri.] Vide in capitulis Regis Ferdinandi Primi conceſſis Neap. in anno 1476.c.18.fol.23.num.18.lib.meo, confirmatis per Regẽ catholicum,vbi habet,quid debet conſequi algozerius pro quali bet intimatione intus ciuitatem,& quantum debet conſequi extra ciuitatem,& quæ capitula fuerunt confirmata per Regem catholicum, in c.4.dicti Regis catholici.fol.54.& de ſalarijs executorum vide regiam pragmat.quæ incipit, ſtatuimus, quòd nullus alguzinus,ſub rub.de ſolutionibus immoderatis. Bainus.

b Primam.] An in primis citationibus requiratur verbum peremptorium.& quòd non requiratur,facit tex.regiæ pragmat.quæ incipit,quilibet agere volens,ſub rub. de forma citãdi reum.& tex. cum gl.in clem.ſæpe,de verb.ſign.& ibi Imo.& per Spec. in tit.de officio iudicis.§ poſtremò. per Alex.in l.contumacia. ff.de re iud. & Pari.in tractatu ſyndicatus.in verbo,ſententia.3.char.in princ fi-nis.& per Matth.in conſt.inconſutilem. penult.col.& huius opin. fuit Troſius in gl.dictæ pragmaticæ. Bainus.

c Quintò] Nota,quòd dies citationis,& dies termini non computatur in termino,ad idem vide ritum magnæ Curiæ,obſeruat ipſa magna Curia,& Bart.in l.Gallus.col.3. de lib.& poſth. Bae.

Vt nullus officialis cogat aliquem ad oſtẽdendum titulum ſuæ poſſeſſionis, & quòd nullus occupet. Rub. XCI.

DICTVM eſt ſuprà de concernentibus
officium iudicum cauſarum ciuilium
inter priuatum & priuatum, erat vidẽ-
dum de officio iudicis inter priuatum,
& procuratorem fiſci petentem à poſ-
ſeſſoribus oſtendi ſibi titulum ſuæ poſ
ſeſſionis, an teneatur fiſco oſtendere ratione generalis do-
minij, quod Rex habet in regno, ideo ponitur hæc rub. vt
nullus &c.

SVMMARIVM.

1 *Procuratores fiſci quando ſuperſtitiosè agere dicantur.*
*Procuratores regij iniuſtè agentes contra regios fideles, non di-
cuntur regis fideles.*
2 *Titulum ſuæ poſſeſſionis quando quis oſtendere cogatur, &
quando non.*
3 *Spoliatus feudo non ſolito in feudum concedi non reſtituitur.*
4 *Rex in toto regno dominium habere cenſetur.*
5 *Iura fiſcalia occultans, vel ſupprimens, qualiter puniatur.*
Errans non dicitur conſentire.
6 *Occupans bona fiſcalia punitur in quadruplum.*
7 *Executio quando fieri poſſit in bobus & inſtrumentis arato-
rijs.*
8 *Agricultura nil melius, nil vberius, nil dulcius, nilque homini
libero dignius.*

AB OFFICIALIBVS. Hæc conſtit.
habet quatuor dicta. In primo dicto Im
perator reprehendit ſuos procuratores,
qui volunt eſſe magis ſoliciti, quàm
oporteat pro rege, contra iuſtitiam, con
tra fideles regis, & tunc non ſunt fide-
les, & durat iſtud primum dictum vſq;
ibi, quærendo. Hic ponitur ſecũdum dictum, in quo repre-
hendit procuratores regios in ſpecie, qui quærunt à poſſeſ
ſoribus bonorum ſtabilium, ſeu immobilium, vt oſtẽdant
titulum ſuarum poſſeſſionum, quia dicebant, ꝙ omnia, q̃
ſunt in regno, præſumuntur eſſe regis, nam dicit hæc con-
ſti. ꝙ hoc eſt iniuſtum, & ideo interdicit omnibus officiali
bus, ne decætero talia præſumant facere: ſed ſi quia iura fi-
ſcus prætẽdit habere contra vaſallos Cæſarianos ſuper eo
rum poſſeſſionibus, illa proſequatur, ſcilicet in iudicio, re-
ſeruatis priuilegijs fiſci. & durat iſtud ſecundum dictum
vſque ibi, nihilominus. Hic ponitur tertium dictũ, in quo
mandat omnibus fidelibus ſub pœna fidelitatis, quòd non
occupent, vel occultent bona domini regis, & ſi ipſimet
ſint delatores, ut ſua fidelitate compenſent ignauiam pro-
curatorum regis, & durat iſtud tertium dictum vſque ibi,
cæterùm. Hic eſt quartum dictum, in quo declarat illam
pœnam fidelitatis contra occupatores bonorum regis. Nã
per diffinitiuam ſententiã debent condemnari pœna qua-
drupli omnium fructuum perceptorum de dictis bonis oc
cupatis à die ſcientię, & durat vſque in finem. Et breuiter
hoc dicit. Nemo ad inſtantiam procuratoris fiſci tenetur
oſtendere titulum ſuæ poſſeſſionis, & caueat, ne aliquis oc
cupet iura fiſci, quia à die ſcientiæ condemnabitur ad fru-
1 ctus perceptos in quadruplum. † No. 1. ex tex. ibi, ſuperſti-
tioſę ſolicitudinis. ꝙ quando procuratores fiſcales petunt
res iniuſtas à fidelibus regis, dicuntur ſuperſtitiosè agere.
ideſt, cultum illicitum facere, ut dicit Arcbid. in c. 1. de re-
gula. lib. 6. Et pro hoc bene facit tex. in l. quandiu. C. qui
admi. ibi, ſuperſtitioſam geris ſolicitudinem. & in l. nec
maritus. C. ſolu. matri. Secundò no. ex tex. ibi, quã non ha-
beut. ꝙ procuratores regij, qui iniuſtè procurant contra fi-
deles domini regis, non dicuntur fideles regis, nec ſeruant
fidẽ regis, vnde caueant procuratores fiſcales petere iniu-
ſtè cõtra fideles regis, qui iure nõ faciunt ſeruitium regis,
& principium huius conſtit. deberet literis aureis ſcribi in
omni loco domus ſuæ, & ita obſeruare. Tertiò no. ex tex.
a ibi, quærendo eis titulum [a] poſſeſſionis. quod dr, † ꝙ nemo
2 cogitur oſtendere titulum ſuę poſſeſſionis, habet locum, ét
ſi fiſcus agat contra priuatum per iſtam conſtitutio. Fallit
primò, niſi quis poſſideret caſtrum in limite regni, tunc te
netur oſtendere titulum ſuę poſſeſſionis regio fiſco, tex. eſt
in l. quicunque. C. de fundis limi. lib. 11. Fallit ſecundò, ni-
ſi quis poſſideret ea, quæ ſunt de iurib. regalibus, tunc te-
netur oſtendere titulum ſuæ poſſeſſionis, quia iſta non poſ
ſunt poſſideri ſine commiſſione regia, vt ſ. in conſtitutio.
ea quæ ad decus. de iure rerum regalium. & ad hoc vide
multa iura, quæ alleg. Luc. de Pen. in d. l. quicunque. Fallit
tertiò, niſi quis poſſideret caſtrum vel terram, quæ ſemper
fuit de demanio regis, & non fuit ſolita concedi in feudũ,
tunc tenetur oſtendere titulum ſuæ poſſeſſionis. ſecus quã
do cõſtat, ꝙ iſtud feudum fuit ſolitum concedi in feudũ.
tunc non pōt aſtringi, ꝙ oſtendat titulum ſuę poſſeſſionis,
ſm Locã in d. l. quicunq;. Tu de iſta tertia limitatione vide
ſcripta multùm copioſe p And. in l. imperialem. §. illud. de
3 prohib. feu. ali. per Fede. † & ibi dixi, ꝙ ſi ſpoliatur quis
feudo, quod non fuit ſolitum concedi in feudum à domi-
no directo, non fit ſibi reſtitutio, niſi probet titulum à ſuo
ſuperiore, & domino directo, per tex. in l. a. §. quædam. ff.
de interdi. & l. 1. §. permittitur. ff. de aqua quoti. & æſtiua.
vbi in caſibus, in quibus poſſeſſio rei haberi non poteſt, ni-
ſi à ſuperiore, non poteſt obtinere in poſſeſſorio, niſi do-
ceat de proprietate. Et pro hoc bene facit c. ad decimas. de
reſti. ſpo. & ca. conſtitutus. de filijs presbyterorum. & 1. di-
ſtin. contra motem. facit glo. in c. ex inſinuatione. de procu
ratorib. ſic intelligo Bal. in l. inſtrum. C. de fideicommiſ. &
in l. vis eius. in fi. C. de proba. & in l. ceſſante. C. quomodo
& quando iudex. & vide quæ dixi in c. 1. in prin. in 7. no.
de contro. inueſti. vbi poſui viginti limitationes ad dictam
regulam. l. cogi. An autem vaſallus teneatur domino oſten
dere feudum, pro quo præſtat ſeruitium, vide And. in d. §.
illud & Lucam de Pen. in l. 2. in 5. col. poſt glo. C. quando
& quib. quarta pars debetur. & Bal. in c. vaſallus. in 2. col.
de contro. inter do. & agna. & ibi plenè per Iaco. de Belui-
4 ſio, & And. in c. 1. de contro. inter maſc. & fœm. † Quartò
no. ex tex. ibi, occaſione dominij generalis. ꝙ dominus Rex
dicitur in toto regno habere dominium generale, vt hic,
bene facit infrà in conſtitutione, quæ incipit, ſi dubitatio.
& omnia bona burgenſatica particularium hominum di-
cuntur eſſe eorum propria reſpectu dominij, ſed reſpectu
iuriſdictionis dicuntur eſſe ſub iuriſdictione domini re-
gis, vt no. in l. fin. C. de quadri. præſcri. & iſto modo Rex
dr in toto regno habere dominium generale, vt hic. bene-
facit infrà in conſtitutione, quæ incipit, ſi dubitatio. & om-
nia bona burgenſatica particularium hominum dicuntur
eſſe eorum propria reſpectu dominij, ſed reſpectu iuriſdi-
ctionis dicuntur eſſe ſub iuriſdictione domini regis, vt no.
in l. fin. C. de quadri. præſcri. & iſto modo Rex dicitur do-
minus rerum particularium hominum. ſic dicimus, ꝙ il-
le, qui te iudicat, dominus tuus eſt, vt dicit hic And. alle-
gando Apoſtolum ad Corinthios. 1. 4. c. licet ille tex. lo-
quatur de iudicio Dei in fine mundi, ut dicit ibi Nico. de
Lyra. Quintò no. ex tex. ibi, iura Cęſariani. quòd ſi procura
tor fiſci prætenderet ius pro parte regiæ curiæ habere ſu-
per poſſeſſionibus alicuius priuatæ perſonæ, debet iura il-
la proponere coram iudice competenti, & illa proſequi
via ordinaria, & ſic fiſcus debet vti iure communi, vt in l.
1. C. de peri. hæt. & ibi concordantiæ in 3. glo. & in l. quod
placuit ff. de iu. fiſ. ſaluis ſemper priuilegijs fiſcalibus. De
priuilegijs fiſcalibus uide Paul. de Caſt. in l. fi. C. de priui.
fiſca. vbi recitat 31. priuilegia, & Bal. in l. 1. C. de hære. vel
actio.

actio. vendi. & ego dixi in c.2. de fratribus de nouo bene.
inueſti. & Martinus de Laude multa alia priuilegia fiſca-
lia collegit in quodam tractatu, quem habeo cũ alijs ſuis
tractatibus.& alium tractatum de priuilegijs fiſcalibus fe-
cit d.Franc.Lucanus de Parma, qui incipit, maiorum no-
5 ſtrorum.vbi enumerat 140.priuilegia fiſcalia. † Sextò no.
ex tex.ibi,non occultent.ꝙ nullus debet occultare,vel ſup-
primere iura fiſcalia, ſub pœna hic deſcripta,nã omnes ſci
re debent,quod ſuum non eſt,huc ad alios pertinere debet
dicit tex. in l.cum quærebatur. C. vnde vi. ſed de iure cõi
imponitur maior pœna,vt patet in l.vnica. C. de his qui ſe
defe.lib.10.Septimò no.ex tex.ibi,ipſi ſe deferãt.ꝙ illi,qui
detinent res,vel iura ſpectantia ad fiſcum,non debent expe
ctare,ꝙ fiſcus illa petat,ſed vltro debent ſe deferre,& reue
lare,ꝙ res & iura,quæ habent,ſunt fiſci, & tunc notabitur
eius fidelitas,& negligẽtia procuratorum regis,& pro hoc
bene facit tex.in d.l.unica.C. de his qui ſe deferunt.ubi lex
dat etiam præmium ſe deferenti.Sed quid ſi iſte,qui ſe re-
uelauit tenere eius uel rem fiſci,errauit,quia in ueritate ha
bebat bona priuilegia, & ſcripturas, quas ignorabat,puta,
fuit hæres,qui habet iuſtam cauſam ignorandi, an poterit
recuperare a fiſco res,& iura illa per eum reſtituta,ſine cõ-
ſignata fiſco.Io.de Platea in d.l.unica,tangit hoc dubium,
& dicit, ꝙ ſic,ſi errauit in facto, quia error in origine facit
deficere conſenſum,ſecundùm Bal.in l.nõ idcirco. in prin.
C.de iur.& fac.igno. & ideo quia errauit per oſtenſionem
priuilegiorum,non præiudicat ſibi.l.4.§.ſubtilius. ff.de cõ
6 dic.ob cau. † Vltimò no.ex tex.ibi,in quadruplum omniũ
fructuum,ꝙ occupans bona ſpectantia ad fiſcum regium,
punitur pęna quadrupli, & omnium fructuum à die ſcien
tiæ perceptorum,ut hic,& infrà in conſtitutione, dignum.
in fi.in gl.unica,dic ut dixi ſupra in 4.not. In ea.gl.in fi.dic
ut dixi in ult.not.Et aduerte,quia And.hic dicit,ꝙ ipſe ha-
bet hic unam conſtit.quæ incipit,nolentes ſub rubr.ut bo-
ues domiti non pignorentur. Idem dicitur de aratris & pa
ratis ad ſeminandum,& hoc ne pereat agricultura, ut in l.
2.C.ferijs. ſecundùm And.in auth. agricultores. de ſtatu.
contra liber.eccl.editis,quam non habemus hic,ſed hoc in
telligitur,ſi habet alia bona, aliàs in ſubſidium poteſt fieri
pignoratio,& executio in bobus aratorijs, ſecundũ Andr.
hic allegat capitulum regis Caroli Secundi, quod incipit,
boues.Aduerte,quia rex Carolus Primus uoluit in c.quod
incipit,pridem contra inſolentiam. char 4. ꝙ etiam ſi nul-
la alia bona exiſtant ipſius debitoris niſi boues aratorij, &
alia inſtrumenta ad aratrum pertinentia,ad inſtantiam cre
ditoris non poſſunt pignorari,niſi pro debitu regiæ Curiæ
& hoc uerum eſt etiam ex conſtitutione Regis Caroli Se-
cundi,ut patet in conſtitutione, boues aratorios. char.27.
7 † niſi per expreſſam conuentionem actum ſit inter partes,
ꝙ poſſit fieri executio in bobus aratorijs, & aratro, & in-
ſtrumentis ad aratrum pertinentibus.ſed illud,quod dici-
tur in dicto capitulo regis Caroli Primi,quòd etiam ſi non
habet alia bona, non poſſit fieri executio in bobus arato-
rijs &c.eſt correctum per dicta capitula regis Caroli Se-
cundi, ubi uult, quòd ſi non habet alia bona, tunc per de-
cretum iudicis poteſt fieri executio in ſubſidium ſuper di-
ctis bobus.& ideo Andr.non fecit mentionem de dicto ca
pit.regis Caroli Primi.Item non mireris,ſi iſta conſtitutio,
uolentes agricultores, non reperitur impreſſa in conſtitu-
tionib.nec etiam in alijs conſtitutionib. quia iſta conſtitu.
Imperatoris Fed.poſita fuit in Codice, in tit.quæ res pign.
ob.poſſunt.auth.agricultores. & etiam fuit in li.ſen.in tit.
8 de ſtat.contra liber.eccle.editis,in fi. † & iſtud eſt in priui-
legium agriculturæ.Omnium autem rerum, ex quibus ali
quid acquiritur,nihil eſt agricultura melius,nihil uberius
nihil dulcius,nihil homini libero dignius, ut dicit Cicero
in primo de officijs.

ANNOTATIO.

a Titulum] Vide Bar.in l. 1.C de cond. & procurato. prædio.fiſci, lib.11. & Andream de Barulo.vide Bald.in l.2.in 2.colum.C.quo-modo & quando iudex.& Iaſo.in præludijs ſuper vſibus feudorũ. Ioannes Antonius Batus.

De numero officialium & vſq; ad quod tempus eorum adminiſtratio duret. Rub. XCII.

IN titulo precedenti dictum fuit de ſuperſtitioſa ſolicitudine officialiũ in requirendo contra ius & iuſtitiã à fidelibus regis titulum ſuæ poſſeſſionis,nec erat dictum,quot officiales regij debẽt eſſe in qualibet prouincia regni: nec quot notarij,nec etiam dictum fuit, quãto tempore durare debet eorum officium. Ideo ſequitur hæc rubr.

SVMMARIVM.

1 *Iudices requie vti debent circa iuſtitiam adminiſtrandam.*
2 *Regnum Neapolitanum cenſetur viridarium quoddam inter agros.*
3 *Officialium numerus confuſus materiam parit delinquendi.*
4 *Prouinciæ in regno ſunt certis terminis limitatæ.*
5 *Regnum totum pro vna prouincia habetur.*
Prouincia quid propriè dicatur.
Præſidatus vnus dicitur prouintia vna.
6 *Præſes vnus,camerarius vnus,baiulus vnus, & iudex vnus in qualibet prouincia ordinari debent.*
Conſortem habere nullus à natura deſiderat.
7 *Iudex & notarij quot ſunt neceſſarij in Neapoli.*
Meſſana, & Capua.
Magiſtri iuſtitiarij plures in regno eſſe nequeunt.
8 *Notarij non ad tempus creantur,ſed perpetui.*
9 *Officia non ad vitam eſſe debent,ſed annalia.*
Induſtria eminens in officiali facit, vt in officio continuetur.
10 *Officium notariatus apud præſidem, vel conſules quanto tempore duret.*
11 *Officialis ſyndicatu pendente ad aliud officium eligi nequit.*
12 *Procurator interuenire non poteſt in cauſa criminali,in qua eſt pœna corporalis infligenda.*

OCCVPATIS nobis. Feder. Imperator in principio huius conſtit.vſque ad verſiculum,ſtatuimus. declarat animũ ſuum ordinatis verbis,ꝙ per ſuas ordinationes prouidit circa officiales ſuos circa iuſtitiam miniſtrandam fidelibus regis, ꝙ ceſſabunt omnia impedientia iuſtitiam ipſam,& eius ordo per ipſum trahendus erit norma, & exemplum alijs regnis & principibus mundi.In 2. parte ibi, ſtatuimus. Hic ponuntur quinque ordinationes, prima ordinatio eſt,ꝙ in ſingulis prouincijs regni, quæ limitantur certis finibus,ordinetur vnus præſes,ſeu iuſtitiarius, & vnus magiſter cameræ, & quilibet iuſtitiarius habeat vnum iudicem continuum,& vnum notariũ ſeu grapharium actorum, & hæc durat vſque ibi,ciuitatibus ſingulis.Hic ponitur 2.ordinatio,videlicet, quòd in qualibet ciuitate regni per magiſtrum came. ordinetur vnus ſolummodo baiulus, & vnus iudex in cauſis ciuilibus per iuſtitiam terminandis, & per dominum regem ordinẽtur tres notarij,& tres iudices ad contractus, qui geſta conficiant, & hæc durat vſque ibi,ciuitatibus Neapolis. Hic ponitur tertia ordinatio,ꝙ attento ꝙ in ciuitatibus Neapolis, Meſſanæ,& Capuæ fiunt multa negotia,& tres indices,& tres notarij non ſufficiunt,ordinat,quòd in qualibet dictarum ciuitatum ſint tantummodo octo notarij,& quinque iudices ad cõtractus, & durat vſque ibi, ita quòd.Hic ponitur quarta ordinatio,videlicet, ꝙ in regno nõ ſit niſi vnus ma

giſter

giſter iuſti.& durat vſq; ibi,horum officialium. Hic poni-
tur quinta & vltima ordinatio, videlicet, ꝙ officiales regij
prædicti durent ſolùm per vnum annum, præterquam offi
cium notarij, quod eſt ad vitam, & præterquam ſi domi-
nus Rex aliud duxerit ordinandum ex cauſa,& durat vſq;
in finem. Et breuiter h.d. In regno vnus eſt magiſter iuſti-
tiarius, & in ſingulis prouincijs regni vnus debet ordinari
iuſtitiarius, & vnus iudex, & vnus actorum notarius, &
vnus magiſter earum, & in ſingulis ciuitatibus vnus p ma
giſtrum came. debet ordinari baiulus, & vnus iudex, &
omnia iſta officia durant tantummodo per vnum annum,
niſi aliud ipſe Rex ſtatuerit ex cauſa. Officium verò nota-
riatus durat ad vitam,& in ciuitatib. debet eſſe certus nu-
merus notariorũ,& iudicum ad contractus, ſecundùm ta-
1 xam poſitã in hac conſtitutione.† No.1.ex tex.ibi,requies,
ꝙ ſicut dicitur requies in rege,quando cogitat circa guber
nationem reipublicæ regni,ita iudices,qui recipiunt iuriſ-
dictionem à rege mediate,vel immediate, debent hanc re
quiem frequentare circa dirimendas lites fidelium regis,
quia iudices decet eſſe iuſtiſſimos,& vigilantiſſimos,dicit
tex.in l.3.C.de offic.recto.prouin.& ideo non præſumun-
tur negligentes, niſi probetur de proteſtatione partis con-
tra negligentiam iudicis,vt in l.quibus diebus. in princ.ff.
de condi.& dem.& videtur glo.in cap.cupientes.§.ꝙ ſi per
a o.in verbo,propoſita. de ele.lib.6. quam ad præſens pro-
poſitum alle.Felin.in cap.licet. in 1.colum.verſi.& ꝙ iſta
2 pars ſit verior.de probat.† Secundò no.ex tex.ibi, quoddã
viridarium inter agros.ꝙ iſtud regnum reputatur quoddã
electum viridarium inter agros, & ideo in proœ. harum
conſti.vocaui pomœrium has cõſtit.eſt enim regnum iſtud
fertile cunctis rebus ad vſum hominis in abundantia vltra
alia regna. poſſem hic multum laudare hoc regnum de
multis, ſed taceo, quia Seneca dicit,lauda parce,vitupera
parciſſimè,vt refert Specul.in tit.de aduocato.§.4. in prin.
Tertiò no.ex tex.ibi,admirantibus.ꝙ forma,& norma da-
ta per iſtas conſti. iudicibus regni circa adminiſtrationem
iuſtitiæ inducit maximam admirationem & inuidiã alijs
principibus ſeculi. profectò multa bona iura ſunt in iſtis
conſti.& ſatis optarem, ꝙ illi, qui ſunt iuxta latus princi-
pis,haberent iſtas conſtit.familiares, quia ſecundùm ipſas
conſulerent regi,ꝙ regeret regnum, & tunc profectò eſſet
regnum gubernatum, ſicut Abb. bonus gubernat ſuũ mo-
3 naſterium.† Quartò no.ex tex.ibi, confuſio numeri.quòd
confuſio numeri officialium parit materiam delinquendi,
intelligas, quãdo numerus officialium non eſt ordinatus,
nec officiales ſunt ſeparati,nam confuſio dicitur à commi
ſtione,vt no.glo. in l.frumentum.aliàs eſt l.idem Pompo-
nius.§.idem ſcribit.in fi.ff.de rei ven.& Inſti. de rerum di-
uiſi.§.ſi duorum. omne enim inordinatum dicitur confu-
ſum,vt in Auth.de hære. & falci.§.inordinatum. in verbo,
confuſum.Quintò no.ex tex. ibi, vel infinitas temporis, ꝙ
neque iuſtitiarius prouinciæ,nec baiulus, nec iudices cau-
ſarum,nec magiſtri actorum debent eſſe ad vitam eorum,
quia iſta infinitas temporis præſtat craſſandi licentiam, ca
pitur hic iſta infinitas temporis pro curſu vitæ hominis.
Quid dicam hodie,cum reges Aragonum conceſſerint me
rum & miſtum imperium in terris Baronum ipſis & eo-
rum hæredibus in perpetuum in eorum caſtris & terris,
ego volo ponere frænum in ore meo,& remitto me ad ea,
4 quæ ſcripſi ſupra in conſtitu. ea quæ ad decus.† Sextò no.
ex tex.ibi,terminis limitantur, quòd prouinciæ,quæ ſunt
in regno,ſunt limitatæ certis finibus,ſeu terminis.bene fa-
cit tex.in l.in nomine domini.C.de offi. præfec. præto. &
l.per prouincias.C. de ædi. priuat.item per iſtam conſtitu.
prouinciæ regni diſtinguuntur per præſidatus, vt dicebat
Petr. de Bellaper.vt refert Cy.in l.fin. C. de præſcrip. lon.
tempo. Et ſic non eſt verum indiſtinctè, ꝙ totum regnum
ſit vna prouincia, niſi quoad ſatiſdationem,vt ſi poſſideat
ſtabilia,ſeu immobilia in regno, licet non in loco iudicij,
liberatur à præſtatione fideiuſſoris de iudicio ſiſti, ſecun-
dùm Galiel. de Cuneo, & Ange.& Alex.in l.ſciendum.§.

poſſeſſor. ff.qui ſatiſ.cogan.item niſi in materia pſcriptio-
nis,vt dicitur per And.infra in 3.lib.in conſti.conſuetudi-
nem.de præſcrip.feud.tunc in materia præſcriptionis totũ
iſtud regnum habetur pro vna prouincia, quia dictum do
ctoris intelligitur,ſecundùm l.quam alleg.ſecundùm Bar.
ff.de lib.lega. l. nõ ſolùm.§.ſi liberationis verba.Sed And.
mouetur per iſtam conſtit. conſuetudinem, quæ loquitur
5 de præſcriptione.† & ita dictam conſt. alle. Lucas de Pen.
ad hoc,ꝙ totum regnum habetur pro vna prouincia, in l.
fi.C.de diſcuſſo.lib.10. ſed in alia materia prouincia dici-
tur,quæ habet unum iudicem,& unum metropolitanum.
probatur 23. q.4. cap. duo.ibi,iudici regenti prouinciam
ſuam. iuncto tex.in c.ſanctis.6.q.2. & ideo glo.in d.l.cum
longi.C.de præſcrip.lon. temp. dicit, ꝙ quoad tractatum
præſcriptionis,cum ſingulæ ciuitates habent ſua regimina
terræ, quæ reguntur ſub vno rege, dicuntur eſſe ſub vna
prouincia,ergo excepta materia præſcriptionis,illa dicitur
prouincia,quæ habet ſuos fines,& vulgus appellat illã pro
uinciam, vt dicit Hoſt.in c.nonnulli. & in ſum. in titu.de
ele.§.qualiter ſit facienda. uerſic. commodè.& ideo Cy.in
d.l.fi.dicit,ꝙ prouincia dicitur, ſecundùm quòd uulgari-
ter dicitur,ut Calabria,Apulia,& Terra Laboris, &c.& ſic
licet Apulia,& Terra Laboris ſint ſub uno rege, tamẽ ſũt
diuerſæ prouinciæ,& ſub diuerſis iuſtitiarijs reguntur. Et
dicit Abb.Sicu.in c.coram.de ele. ꝙ prouincia dicitur ſm
communem uſum,& communiter appellatur prouincia 2.
non autem debet intelligi,ꝙ una ſit prouincia, quæ habet
unum regem,ut ibi per eum.& dicit Bart.in extrauaganti,
ad reprimendam. in uerbo, prouincia,ꝙ unus præſidatus
dicitur una prouincia, ut patet in omnibus legibus, quæ
faciunt mentionem de præſide prouinciæ.& ibi dicit,ꝙ ſe
cundùm diuerſos effectus capitur prouincia, ut ibi latius
6 per eũ,& per Lucam in d.l.fi.C.de diſcuſſo.lib.10.† Septi-
mò no.ex tex.ibi,non plures quàm unus iuſtitiarius. ꝙ in
qualibet prouincia regni debet ordinari unus pſes, ideſt,
iuſtitiarius, & unus magiſter came. unus baiulus, & unus
iudex,concordat tex.ſupra in conſti.ſæpe, ſub Rub.69. &
conſtitutio,magiſtri camerarij.ſub Rub.60. & unus magi
ſter actorum,unus in apibus eſt rex.7. q.1.c.in apibus. ſic
etiam in mari unus eſt gubernator ſit, dicitur in d.c.in api
bus.una metropolis,& non duæ,in l.1. C. de metro. Beri-
to.lib.12.& ideo ſum ſolitus dicere, ꝙ in patrocinijs cau-
ſarum unus idoneus ſit aduocatus, & non plures, quia nul
lus à natura deſiderat habere conſortem.23.q.7.cap.quod
autẽ. inde dicit tex. 95.diſtin.c.eſto.& 24.q.1.c.loquitur.
unus dominus, unum templum, unum baptiſma, unum
miniſterium:princeps enim ſolus melius exercet imperiũ
quã plures, dicit Luc. de Pen.in l.uiros. in fi. 1.col.C. de
diuer.offi.per l.1.§.ulti.ff.de admini.tuto.cum ſi.ibi per eũ
allegatis.unus fructus percipitur in anno, licet diuerſis tẽ-
poribus percipiatur.l.diuortio.§.fi.ff.ſolu.matrim. & dico
unum hic deridendum ſolatij cauſa, ꝙ in hoc Surrentini
fuerunt decepti,quia(ut audiui) ſupplicauerunt Papæ, ꝙ
eis eſſet licitum bis in anno recolligere fructus.& Papa di
xit eis,faciatis annum durare 24.menſes.& illi de Surren-
to,magnas gratias egerunt.ita fertur. ſed non credo,quia
in ciuitate Surrenti ſunt peregrina ingenia. Et quando ex
unico actu aſſumat quis nomen, uide Bart.in l.legatis.§.it.
ex offic.de lega.3.Alex.in l.imperator.ff.ad Treb.Ioan. de
7 Ana.in c.1.de clerico percuſſore.† Octauò no.ex tex. ibi,
in ciuitatibus Neapolis,Meſſanæ,& Capuæ. ꝙ in dictis ci-
uitatibus octo notarij, & quinque iudices ad contractus
ſufficiunt propter contractuum multitudinem, qui cele-
brantur in dictis locis, in alijs uerò ciuitatibus ſufficiunt
tres iudices, & notarij ſex,ut dicimr ſoprà in conſtit. quæ
incipit, in locis demanij, ſub rub. 77.licet hic nihil dica-
tur de notarijs ſex,ſed bene dicitur in dicta conſtitutione,
in locis.& ſic iſta ſuppletur per illam. pondera,ꝙ in ciuita
tibus prædictis plures debent eſſe iudices ad contractus,
quàm notarij publici.Nonò no.ex tex.ibi,ita ꝙ nullus ma
giſter iuſtitiarius aliquatenus ſit in regno. tex. expreſſum,
quòd

VOLUMUS. In tres partes diuiditur
hæc conſti. In prima facit legem gene-
ralem in regno, vt nouus iuſtitiarius de
beat ſyndicare antiquum iuſtitiarium.
Et nouus camerarius debeat ſyndicare
antiquum camerarium. Et durabit iſte
ſyndicatus per ſpatium quinquaginta
dierum, infra quos cuilibet eſt licitum defectum ipſorum
in publicum deducere, & durat vſque ibi, quod circa. Hic
ponitur deciſio illius dubij, videlicet, an contra officialẽ,
qui ſtat in ſyndicatu, poſſit procedi per inquiſitionem, &
de quibus poteſt inquiri, & ſi delinquentes reperiantur,
quomodo puniantur, & dicitur, ꝙ non ſolùm per accuſa-
tionem, & delationem poteſt procedi in ſyndicatu officia-
lis, ſed etiam per inquiſitionem diligentem. Et poteſt in-
quiri, ſi circa iura fiſci fraudulenter, aut doloſè verſatus ſit.
Item ſi perperam proceſſerit, tam contra iura fiſci, vel con-
tra priuatos, vel ſi fuerit officialis in culpa, & ſi culpabilis
inueniatur officialis vltra damna, quæ tenetur reſarcire re-
gio fiſco, vel priuatis perſonis, quibus illatum fuit damnũ,
punietur arbitrio regiæ maieſtatis, & durat vſque ibi, nec
eos omittimus. hic duo facit. Primò dicit, ꝙ ſi querelam
exponens contra officialem reperitur, q. iniuſtè fecit quere
lam, ꝙ puniatur, ſecundùm quòd iura volunt. Secundò mã
dat, iuſtiſſimos & vigilantiſſimos officiales præmijs, deco-
rari, & publicis acclamationibus laudari. & durat vſque in
finem. Et breuiter hoc intendit. Nouus officialis ſyndica-
bit veterem, & tempus ſyndicationis erit quinquaginta
dierum, intra quod procedetur ad querelam, & per diligẽ-
tem inquiſitionem, & ſi in dolo, vel fraude, vel in culpa re-
periatur, vltra quòd tenetur ad reſarciendum damnũ paſ-
ſo, punietur arbitrio regis, & ſi reperiatur aliquis, qui iniu
ſtè querelam expoſuit, puniatur arbitrio iudicis, & iuſtiſſi-
mi, & boni, & vigilantiſſimi officiales ſunt digni laude, &
1 debẽt præmijs decorari. † No. 1. ex tex. ibi, iuxta formam
iuris antiqui. ꝙ officiales tam de iure communi, quàm per
conſtitutiones, & capitula regni finito officio debẽt ſtare
ad ſyndicatum, vt in l. vnica. C. vt omnes iudices tam ciui-
les, quàm militares. & in Auth. vt iudi. ſine quoquo ſuffra.
§. neceſſitatem. quia dignum & iuſtum eſt, vt quilibet te-
neatur reddere rationem ſuæ adminiſtrationis, vt dicit gl.
in l. orphanotrophos. C. de epiſ. & cler. 33. q. 5. cap. princi-
pes. benefacit gl. in verbo, abſentium, in l. 2. ff. de neg. geſt.
& in l. qui proprio. §. procurator vt in cæteris. ff. de procur.
& Inſtit. de obli. quæ ex quaſi delic. §. ſicut autẽ. inde dicit
eleganter tex. in l. ordinariorum. C. de cohortalibus, li. 12.
ibi, priuſquam primipili paſtum digeſta ratione compleue
rint. & gl. in l. ſolita. eod. tit. dicit, ꝙ ſicut homo primò co-
medit, & poſtea digerit: ita & officialis, dum eſt in officio
exercet officium, poſtea in fine debet digerere, ideſt pone
2 re rationem de geſtis, & reſpondere querelantibus. † Secũ
dò no. ex tex. ibi, commorentur. ꝙ officialis debet ſtare in
ſyndicatu poſt finitum officium in loco, vbi exercuit offi-
cium, & non alibi, vt hic, concordat tex. de iure communi,
vt in d. l. j. C. vt omnes iudices, & in l. 1. C. vbi ſenato. vel
clari. & in l. 1. C. vbi de crimine agi oportet, & in l. 1. C. ad
l. Iuliam repetundarum. Tertiò no. ex tex. ibi, apud ſubſti-
tutos. ꝙ non eſt verum illud, quod idiotæ dicunt, quòd ci-
uitas debet ordinare ſyndicatores ad ſyndicandum officia
les, quia (vt vides) iſta conſtitutio expreſsè vult, ꝙ nouus of
ficialis debet ſyndicare veterem. fallit niſi ciuitas ex priui-
legio regis habuiſſet priuilegium, quòd poſſet eligere ſyn-
3 dicatores officialium. † Quartò no. ex tex. ibi, per quinqua
ginta dies. quòd tempus limitatum eſt à iure, quanto tẽpo
re officialis debet ſtare in ſyndicatu. videlicet per quinqua
a ginta dies. ª & hoc non ſolùm eſt ſtatutum per iſtam con-
ſtitutionem, ſed etiam eſt de iure communi, vt in d. l. vni-
ca. C. vt omnes iudices, & in d. §. neceſſitatem, & in l. 2. C.
de aſſeſſo. dicit tamen Bal. in l. obſeruare. §. proficiſci. verſ.
tertiò quæro. ff. de offi. proconſ. & lega. ꝙ libelli querimo-
niarum debent dari intra 30. dies, & intra 20. dies debent
expediri, alle. l. 2. ad l. Iuli. repetun. ideo ſyndicatores debẽt
emittere bannũ, quòd querelatores dent ſuas querelas in-
tra 30. dies, hodie in regno eſt arctatũ hoc tẽpus, quia ſolũ
per capitulum regis Caroli ſecundi, qđ incipit, ſtatuimus,
quòd tam iuſtitiarij &c. char. 23. ordinatum eſt quòd per
quadraginta dies tantùm ſtet officialis in ſyndicatu. & de
iſto c. facit mentionem And. & dicit Paris de Puteo, ꝙ ipſi
quadraginta dies ſic diſpẽſantur, videlicet 20. dies dentur
in banno ad exponendum querelas contra officialẽ, & 20.
alij dies dantur ad expediendum ipſas querelas, & ſi ſtetit
per duos annos in officio, debet ſtare in ſyndicatu octua-
ginta dies, quia dictum c. regis Caroli ſecundi dicit, quòd
pro quolibet anno, quo ipſa officia exercuit, debet ſyndi-
cari per quadraginta dies, ego vidi, quòd interdum rex re
ſcribit arctandum hoc tẽpus, videlicet, vt ſtet in ſyndicatu
4 per 20. dies. † An aũt rex per ſuas literas poſſit remittere,
vt officialis non ſtet in ſyndicatu. Doct. & maximè Pau. de
Caſt. in l. mancipia. C. de ſer. fug. dicunt, ꝙ habentes arbi-
trium nõ poſſunt remittere ſyndicatum ꝑ illum tex. dum
dicit, nec beneficio principali. & ſi fieret talis litera, & cum
clauſula, non obſtante, intelligeretur, quòd ſit remiſſa ſyn-
dicatio ſcrupuloſa, non de baratarijs, & illicitè extortis, per
tex. in l. ſi ſeruus. ff. de legat. 1. & ibi hoc tenet Bal. & Bar.
in l. ſi quis rationes. ff. de libe. leg. & in l. ne quicquam. §. de
plano. ff. de offi. proconſ. & Alex. in 1. volum. conſi. 45. &
conſi. 47. & in 2. vol. conſi. 102. & conſi. 169. Et habet offi-
cialis hoc priuilegium qñ ſtat in ſyndicatu, vt ſtetur iura-
toriæ cautioni, ſi dicat, quòd non habet fideiuſſores, ꝑ tex.
in d. l. j. C. vt omnes iudices tam ciuiles, niſi eſſet capitali-
ter accuſatus in ſyndicatu, ut firmat Paris in d. ſuo tracta-
5 tu, ubi bene poſuit materiam ſyndicatus officialiũ. † Quin
tò no. ex tex. ibi, defectũ ipſorum, quòd licet fidelib. Regis
exponere querelam cõtra officialẽ qui ſtat in ſyndicatu de
omni defectu iuſtitiæ commiſſæ, vel omiſſæ per officialẽ,
& ſic ſi fiat querela, quòd emit officium, tenetur in ſyndi-
catu, quia cõmiſit delictum, quia contra l. Iul. de ambitu
acquiſiuit officium, ut in l. j. ff. ad leg. Iuliã de ambitu. Niſi
habuiſſet officium à rege mediante pecunia, per tex. in d. l.
j. ff. ad leg. Iul. de ambitu. Sed non eſt decens Principi uen-
dere officia, quia tunc diceretur mercari ſacratiſſimum mi
niſterium iuſtitiæ pretij uænalitate, ut dr̃ ſupra in conſtit.
magiſtri came. Item dicetur officialẽ committere defectũ
iuſtitiæ, ſi uel prece, uel odio, uel amicitia, aut aliquo dono
iuſtitiam ſit præuaricatus, per tit. ff. ad l. Iul. repetundarum,
& ſupra in conſti. capitaneorum. ſupra in conſtit. apud, ſub
Rub. 52. & tunc puniuntur ut fures pœna quadrupli, ut dr̃
in fine, in d. conſt. apud. Item dicitur officialis defectũ cõ-
mittere, ſi manus uiolentas extendit in ſubditum, ut in cõ
6 ſtit. eas, de iniurijs cur. illatis. † Item committit defectum,
ſi occupat doloſè, uel fraudulenter prouentus, qui ſpectãt
ad regem, per l. j. & 4. ff. ad l. Iul. pecula. Item committit
defectum, ſi aliquam pecuniam, uel rem habuit per con-
cuſſionem, ut in l. 1. ff. de concuſſionibus. Item committit
defectum, ſi denegauit, uel neglexit iuſtitiã facere, per tex.
in Auth. ut differentes iudices. collat. 9. & noluit Bal. in l. ſi
iudex. ff. de uarijs & extraordi. cogn. & habetur in l. mãci-
pia. C. de ſer. fugit. Hoc uerum, quando eſt unus iudex. ſed
ſi ſunt plures iudices, tunc ſi unus eſt negligens, debet ire
ad alium, & ille negligens non tenetur, tex. eſt ſing. & ibi
Bar. in l. 4. §. ſi tam uicinum. ff. de dam. infec. limita, ut ibi
per Ang. & Lud. Item committit defectum, ſi malè iudica
uit, ut in l. ex maleficijs. §. ſi iudex. ff. de actio. & obligat. &
in auth. nouo iure. C. de pœna iudicis, qui malè iud. & In-
ſti. de obl. quæ ex quaſi delic. Et ſcias id, quod dicit Ang. in
d. l. ſi ſeruus. ff. de leg. 1. quòd dr̃ ſcrupuloſa inquiſitio illa,
quæ fit in ſyndicatu de negligentia officialis, & ideo non
eſt admittenda. nunquam enim iudex per negligentiã per-
dit iuriſdictionem, niſi per ſententiam, ut no. in §. ſi uerò, in
Auth. ut differen. iudi. & in Auth. de man. princ. §. tibi quo
que, & in l. fi. C. de tempo. appel. & firmat And. in l. impe-
rialem. §. præterea inter duos. de prohi. feu. alie. per Fede.
& in

& in c.paſtoralis.de offi. ordi. Item dr̃ defectum commit-
tere,ſi componit in caſu,vbi nulla ſunt indicia,vt contine-
tur in quodam cap.regis Ladiſlai,de quo etiam facit men-
tionem Paris de Puteo in cap. loquitur, ne compoſitione.
& breuiter vbicunq; & quotieſcunq; non ſeruat iura, vel
conſtitutiones,& capitula regni,dicitur committere defe-
ctum, & perperam feciſſe, vt in l. ſi ſeruus quem.ff.de lib.
7 cau.pót de his ſyndicari,vt ibi. † Sextò no.ex tex.ibi,circa
mandata noſtra. ꝙ ad hoc vt officialis poſſit dici cõmiſiſſe
defectum circa mandata regis , requiritur, ꝙ defectus ille
fuerit perperam,aut fraudulenter commiſſus.Non.n.dici-
tur circa mandata defectum commiſiſſe, ſi pro vtilitate &
honore regis fecerit contrarium ipſi mãdato , vt dicit Bal.
in l.fin.C.de negot. geſt. Alexan.in 2.vol.conſi.106. in 2.
char.ideo dicit tex.in c.cum teneamur.de preben.ꝙ vbi iu
ſta cauſa eſt non adimplendi mandatum ſuperioris,æqua-
nimiter ſuperior debet ſuſtinere, ſi pro eo mandatum no-
ſtrum non duxeris exequendum . Fallit in duce belli, per
l.3.§.deſertorem.ff.de re mili.dicitur.n.tunc perperã,ideſt
malè contra mandatum feciſſe , quando non poteſt iuſta
cauſa aſſignari, quando mandato ſuperioris non obediuit,
vt ſuprà dixi.ſic.n.exponit gl.iſtud vocabulum perperam,
in l.cum quærebatur.ff.de re iudi.& in d.l.ſi ſeruus quẽ.ff.
de liberali cau. Idem ſi contra veritatem non obediuit mã
dato, vt probat tex.in l.qui interrogatur.ff.de interro.actio
nibus.Et ideo ſubdit hic in tex. fraudulenter,& ſic patet
ꝙ officialis regis,tam negotia regis ꝗ̃ priuatorum dẽt gere
re ſine fraude,& ſine mẽdacio,& cum veritate,& vbi ſciẽ-
ter per mendacium damnificatus eſt regius fiſcus , vel ali-
quis priuatus, tenetur in ſyndicatu ad reſtitutionem dam-
ni,& poterit arbitrariè puniri.Idem ſi commiſit dolum ad
decipiendum aliquam partem ex litigantibus , vt probat
hic iſta conſtitutio ibi , aut doloſus . dolus enim fit clam ,
fraus palàm,vt.C.de in litem iuran.l.2.in glo.in verbo,ne-
8 que dolus.† Septimò no.ex tex.ibi,ſeu priuatorum.ꝙ offi
cialis nihil agere debet perperam,aut fraudulenter,aut do
loſè contra partem litigantem, & ſi faceret,tenetur in ſyn-
dicatu ad damnum , quod ſequutum fuit ex illa fraude ꝑ
iudicem perperã . Et ideo vni ſemel dixi, ꝙ iudex magnæ
curiæ perperam fecit,dum oſtendit cuidam nobili petenti
debitum inſtrumentarium ex cauſa reſtitoris dotis a fratri
bus ſuæ vxoris , illi produxerunt quandã eius ſubſcriptio-
nem aſſertã, & ille iudex verſutè oſtendit illi nobili ſolùm
ſubſcriptionem,& interrogauit eum,ſi illa erat ſua ſubſcri
ptio,& ille nobilis ſimpliciter reſpondit ꝙ ſic,neſciens,ꝙd
continebatur in illa charta , quia occultauerat contentum
in dicta charta.deinde viſo per nobilem,ꝙ id,quod conti-
nebatur in illa char.non erat verũ, quia continebat annul-
lationem dicti inſtrumenti , ſtatim ſcripſit in actis , ꝙ illa
ſubſcriptio fuit contrafacta,& falſa,& ipſam conuentionẽ
reuocauit,tanquam erroneam,per l.non idcirco.C. de iur.
& fac.ignor.Et quia de facili poterat falſificari illa ſubſcri
ptio,ut in Auth.de inſtrumen.cautela & fide.ubi nõ inter-
uenerunt teſtes.ſi.n.fuiſſet oſtenſus tenor dicti ſcripti , ſta-
9 tim allegaſſet,ꝙ ſubſcriptio falsè fuit fabricata.† qui enim
errat,non approbat.l.fi.ff.hæred.inſtitut.l.2.de iudic.l.ſi ꝑ
errorem.ff.de iuriſdictio.omnium iudicum, & talis reco-
gnitio fraude iudicis exacta fuit, & ideo potuit erronea al
legari,argumen.l. qui ſe debere. ff. de condictio.ob cãm .
Item negari non pót,ꝙ iſta recognitio eſt confeſſio infor-
mis,ideſt,ſine cauſa,& tunc non oritur probatio , quia eſt
incerta,ut dicit Bal.in l.generaliter 5.colum.verſi. 2. quæ-
ro.C.de non nume.pecu. Item quia iſta confeſſio eſt incer-
ta, quia non habuit notitiam eorum, quæ confitebatur ex
recognitione,quia ſubſcriptio idẽ operatur, ac ſi totũ ſub-
ſcripſiſſet,ut plenè per Alex.in l.ita ſtipulatus.§.Chriſogo-
nus.ff.de uerb.obl. & per conſequens nõ operatur effectũ,
ut in l.certum. ff.de confeſſis.Nec obſtat,ꝙ confeſſio facta
in iudicio ſine cauſa ualet,ut dicunt Docto.in l.j.§.fi.ff. de
inter.actio & gl.in c.fi.de confeſſis,quia intelligitur de cõ
feſſione facta coram iudice,qui non fuit uſus fraude,nam
in omni diſpoſitione intelligitur fraus excepta . Item quia
dictus iudex abſente parte per fraudem exegit dictam co-
feſſionem,quam reuocauit ante partis aduerſæ acceptatio
nem,tunc dr̃ incontinenti fieri reuocatio, & non habet ne
ceſſe docere de errore,vt dixit Alex.in 1.vol.conſi.90.inci.
10 ferè omnis vis &c. in 1.col.† Nec obſt.ꝙ ſcriptura recogni
ta in iudicio plenè probat,vt in l.Publia.in fi. ff.depoſiti.&
in Auth. de inſtr.caute.& fi. §.ſi quis igitur. & in l.ſcriptu-
ras.C.qui potior.in pign.habe.quia illud procedit,niſi per
fraudem eſſet exacta.quia dicit tex.in l.3.C.de repudijs,ꝙ
ea quæ contra fas geſta ſunt, fructum calliditatis obtinere
non poſſunt,cum nobis huiuſmodi commenta diſpliceãt.
adhuc lis eſt ſub iudice,& ſic ẽt non ob.illud dictum Lau.
relatum per Dominicum de S.Gem.in c.ſacerdotes. 12.q.
4.vbi dicebat, ꝙ ſi cõfeſſio facta fuit per ſpecialem ſcriptu
ram,ꝙ non poteſt probari contrarium. nam non habet lo-
cum, vbi interuenit fraus.caueant ergo iudices in cauſis ad
hibere fraudes, quia nõ licet iudici vni parti magis quàm
alteri fauere, vt dicit Inn.in c.accedens. vt lite non conteſt.
11 † Octauò no.ex tex.ibi, inquiſitiones iuxta ſolitum. ꝙ no-
uus officialis poteſt procedere contra veterem officialem,
quando ſtat in ſyndicatu etiam per viam inquiſitionis , vt
hic,& in c.regis Caroli Secundi, quod incipit, item ſtatui-
mus.Idem dicit Ang.in l.ſi vacãtia.C.de bonis vac.per no.
Inn.in c.2.de offi.ord.& in c.qualiter & quando.de accuſa
tioni.& ſic procedendo antiquus officialis non poteſt ſe in
iuſtè querelare,quia iſta inquiſitio fit ex mandato ſuperio-
ris,vigore præſentis conſtitutionis.Et ideo ſi temere inqui
ſiuit,non probando ea, quæ viſus eſt inquirere , non tene-
tur,ſecundùm Inn.in c.cum oporteat. de accuſ.ſecundum
Bal.in l.nullus. C.ad l.Iul.maieſta. Sed vbi procedit ad in-
quiſitionem,non præcedente fama,ſine mandato ſuperio-
ris,& non probatur id,quod inquiritur , tenetur iudex re-
ſarcire parti,contra quam inquiſiuit, expenſas, ſecundum
Bal.in l.ſancimus.C.de iud. & Cyn. & Bald. in l.ſeueriter.
C. de excuſat. tutor. de hoc tamen artic. an in criminali-
bus iudex inquirens , & ſuccumbens teneatur reficere in-
quiſito expenſas . vide per Bar.in l.ſi poſtulauerit.in princ.
de adulter. Bal.in l.fi.C.de fruct.& litis expen. Cyn.& Sal.
in l.3.C.qui accuſa.non poſſunt. Anto.de But. in c.dilecti.
in fi. de dolo, & contuma. & de forma huius inquiſitionis
vide And.in d.l.ſi vacantia,& Paridem de Puteo in tracta-
tu ſyndicatus.char.16.in c.quod incipit,proceditur autem
12 in ſyndicatu &c.† Nonò no.ex tex.ibi , culpabilis,aut do-
loſus.ꝙ officialis,& iudex tenetur in ſyndicatu,non ſolum
de dolo commiſſo per eum, ſiue in rebus fiſci, ſiue in cau-
ſis priuatorum , ſed etiam de omni culpa , & tenetur parti
læſę reſtituere damnum,quod paſſa eſt propter dolum,vel
culpam iudicis,& poteſt puniri arbitrio regis,prout dicta-
uerit eius cõſcientia, vt hic.An autem teneatur de leui, uel
leuiſſima culpa,Bal.dicit,ꝙ ſic,ſi procurauit officium. in l.
quæ fortuitis . C.de pigno.actio. & in l. quanquam. C. de
ſenten.& in titu.de pace tenen. §.iudices. & uide Paridem
prædictum in d.tractatu. in uerbo, culpa. Decimò nota ex
tex.ibi,accuſari,ꝙ ille, qui iniuſtè fecit querelam ſyndica-
toribus de officiali,quia non probauit querelam,poteſt of
ficialis ipſe accuſare ipſum iniuſtè querelantem, & non de
clarat iſte tex.an coram ipſiſmet ſyndicatoribus,uel coram
iudice ordinario ipſorum iniuſtè querelantium . Ego cre-
do, ꝙ coram iudice ordinario eorum per regulã generalẽ
quia actor ſeqnĩ forum rei,nec declarat iſte tex. qua pęna
ueniat puniendus iſte,qui iniuſtè querelauit contra officia
lem ſtantẽ in ſyndicatu,ſed ſolùm dicit,cenſoræ noſtræ ui-
13 gore coercere mandamus . † quæ uerba important , ꝙ pu-
niatur ſecũdùm cenſuram, ideſt,legem per eum ſtatutam :
nam cenſura non eſt aliud , niſi reprehenſio & correctio,
uel lex.quę corrigit,ſed ubi iſte Imperator ſtatuit legem ſu
per hoc,neſcio,& propterea intelligo, ꝙ puniatur arbitra-
riè,quia appellatione cenſuræ intelligitur de iure non ſcri-
pto,ſecundùm ęquitatem,ut dicit ibi gl.& Ioannes de Pla.
in l.fi.in fi.ubi tex.facit mentionem de cẽſura.C.quemad.

cuilliã mune. indicuntur, lib. 1 n. erit ergo iudicio meo rex conſultandus, vt declaret, quam pœnam vult, q iſte iniuſtè querelans de officiali ſuſtineat. & tunc cenſura importat iuſſum, & ordinationem regis, tendens in correctionẽ delinquentis, & poſſet iſte officialis, contra quem data fuit querela, & nihil eſt probatum, agere actione iniuriarum contra illum, qui dedit illam querelam coram iudice ordinario, ſecundum Ang. in l. iniuriarum. §. ſi quis libellos. ff. de iniurijs. & Bar. in l. fi. ff. ad Turpilia. probatur in l. illud. ff. de appel. & firmat Paris in tractatu de ſyndicatu, ſuper verbo, iniuria. hic non habemus glo.

ANNOTATIO.

a Dies.] Vide c. regni, quod incipit, ſtatuimus, ubi officialis finito officio ſtare debeat ſyndicatui per quadraginta dies pro anno quolibet. & ita practicatur, uide Paridem de Puteo in tractatu ſyndicat. in verbo, officialis finito officio. uide c. regis Roberti, quod incipit, ueteris. & aliud quod incipit, ſimili modo. & Paridẽ de Puteo in d. tractatu, in verbo, & modo. Ioan. Anto. Banus.

De electione officialium. Rub. XCIIII.

CONTINVATIO huius rubri. facilis eſt, quia dictum fuit ſuprà proximo titulo, q officiales ad iuſtitiam faciendam in fine officij debeant ſtare ad ſyndicatum: & quoniam officiales, qui conſtituuntur debent eſſe viri induſtrioſi, ideſt, viri ſtudioſi, & uigilantes, & callidi, & fideles, iuriſperiti, & de regno, ſi inueniantur cum dictis qualitatibus in regno, & de huiuſmodi electione officialium non erat dictum, ideo ſequitur hæc Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Integritas præſidentium ſalus eſt ſubditorum.*
2 *Notarij & iudices acta publica contra eſſentiam veritatis facere non debent.*
3 *Iudices ordinarij baiulorum vbi cauſas audire debeant.*
4 *Iudicatura non debet in perpetuum, vel ad vitam concedi.*
Iudices periti in iure eſſe debent.
5 *Iudices non exteri, ſed de regno eſſe debent.*
6 *Literati ſupplicare poſſũt regi pro officio iudicaturæ obtinẽdo.*
7 *Conſtitutio quælibet humana ceſſat, ceſſante eius cauſa.*
8 *Iudex, qui promptè iuſtitiam adminiſtrauit, de facili ad officiũ promouetur.*
9 *Notarius & iudex falſum conficientes inſtrumentum morte plectuntur.*
Seruus nec iudex eſſe poteſt.
10 *Notarius extra iudicium faciens falſum non punitur morte.*
11 *Notarius, qui ſemel falſum condidit inſtrumentum, an poſſit alia conficere inſtrumenta valida.*
Iudices ſecundum quæ iura, & quo ordine debeant iudicare.
12 *Iudices ſecundùm veritatem & puriſſimam conſcientiam iudicare debent.*
Conſcientia iudicis legibus informata eſſe debet.
Iudices in quo loco ſententias proferre debeant.
13 *Iudex ordinarius inferior non poteſt in iure reddendo locum mutare conſuetum.*
14 *Conſenſus partium non dat iuriſdictionem iudici, ſed ipſe rex.*

IVDICES vbique. Hæc conſtitutio habet quinq; partes, & eſt multum in fauorem ſubditorũ domini regis, quia di
1 cit tex. in c. miramur. 61. diſtin. † integritas enim præſidentium ſalus eſt ſubiectorum. Statuit.n. primò iſta cõſtõ, q officiales, qui non debent eſſe perpetui, ſed annales, conſtituãtur per regiã curiam cũ iſtis qualitatibus, videlicet, q ſint viri ſtudioſi, vigilãtes, & callidi, & fideles regis, & iuriſperiti, & q ſint de regno, ſi tales in regno reperiantur. Et hæc eſt prima pars huius conſtitutionis, vſq; ibi, q ſi cõpetitores. Hic eſt ſecũda pars, in qua quæritur iuxta prędicta, quid ſi ſint duo cõpetitores ad vnum officium, quid faciendum ſit per regiam curiam? Et reſpondet hæc litera, q regia curia debet habere teſtimonium conciuium ſuorũ de eorũ qualitate. Et nõ dicit iſta litera plus, quia intelligitur tacitè, q ille, qui per dictam examinationem reperitur diſcretus, & in remora iuſtitiæ, ideſt, q eſt vir qui ſine mora & tarditate facit iuſtitiã, ipſe conſtituatur officialis. Et hæc eſt ſecunda pars, quæ durat vſque ibi, de notariorum. Hic
2 eſt tertia pars, in qua Imperator ſtatuit, q notarij actorum & iudices caueant, ne faciant acta publica contra eſſentiã veritatis, quia ſi in eis reperiatur falſitas cõmiſſa, vt corruptela, non punientur pœna mutilationis manus, ſubaudi, prout erat de iure Lõgobardo antiquitus, ſed punientur p ſententiam pœna mortis naturalis. Et durat vſq; ibi, iudices ſm formam. Hic eſt quarta pars, in qua monet iudices, vt iudicent, prout dictum fuit ſuprà in conſtitutione, puritatem. videlicet, vt primò iudicent ſm ſacras regni conſtitutiones, quibus deficientibus, ſecundùm conſuetudines approbatas, quæ non ſunt contra aliquam ſacram cõſtitutionem regni, & ipſis deficientibus, ſm iura communia, & q cauſas ipſas audiant ſm puriſſimam conſcientiam. Et durat vſq; ibi, vt tamen. Hic eſt quinta & vltima pars, in qua quæritur, vtrum iudices ordinarij baiulorum poſſint in locis priuatis cauſas audire, & conficere proceſſus, & ſenten-
3 tiare tam interloquendo, quàm diffiniendo. † Et reſpõdet hæc litera q non, ſed debent cauſas audire, & diffinire in loco prætorij, ideſt, in loco vbi eſt ſolitum ius dici. ibi.n. debent ius dicere, ſiue interloquendo, ſiue diffiniendo. Et quæ ſit ratio huius deciſionis, reſpondet hæc litera, q ratio eſt, ne videatur, q dicti iudices accipiant iuriſdictionem à partibus litigantibus, & ideo prouiſum eſt, q in præſentia baiulorum iudices in loco prętorij cauſas examinent, & fine debito ſtudeant determinare. Et durat vſque in finem. Et breuiter hoc dicit. Studium regis eſt eligere in iudices viros literatos, & ſapientes, & præferre in officio concernãte iuſtitiã magis idoneum minus idoneo, & iudex & notarius conficientes falſa acta puniuntur pœna mortis, qui iudices tenentur iudicare ſecundùm iura iſtarum conſtitutionum, & vbi non loquitur conſtitutio, ſecundùm conſuetudines validas, non contra aliquam regni conſtitutionem, & ipſis deficientibus, ſecundùm ius commune in loco publico, vbi ſolitum eſt ius reddi, & non in locis priua-
4 tis. † Nota primò ex tex. ibi, remotis perpetuis. q reges huius regni non debent concedere officia iudicandi in perpetuum uel ad vitam, & ſi concederent, non ualet conceſſio, niſi dicatur, non obſtantibus conſtitutionibus regni, quæ volunt, q officium iudicaturæ non concedatur in perpetuum, vt hic. & clarius patet ſuprà in cõſtitutio. occupatis. ſub rubri. 92. Facit lex, neminem. C. de ſuſcep. & archa. li. 10. Et de hoc eſt capitulum regni, quod incipit, electionẽ inſuper. char. 28. Secundò no. ex tex. ibi, induſtrij. expone, prout dixi ſupra in rub. præſenti, & in prima parte. Tertiò nota ex tex. ibi, iuriſperiti. q iudices, qui habent iudicare, debent eſſe iuriſperiti, vt hic. Idem dicit glo. in verbo, habentium experimẽtum. in Authen. de iudicibus. & ſubdit ibi alia glo. q præſides prouinciarum poſſunt eſſe etiam illi, qui ſunt ignari legum, quia habent aſſeſſores, quorũ cõſilio poſſunt iuſtitiam facere, vt patet in c. regis Caroli ſecundi, quod incipit, in accuſatis. char. 27. Et iſti poſſunt eligere commiſſarios habiles, & idoneos, vt dicitur in ca. regis Caroli primi, quod incipit, Item prædicti iuſtitiarij. char. 16. & in cap. regis Caroli ſecundi, quod incipit, item
5 ſtatuimus, quòd officiales regni. char. 23. † Quartò no. ex tex. ibi, ſi inquam in regno reperiantur. tex. expreſſum, q iudices debent eſſe de regno, & ſic non exteri, niſi in ſubſidium, quando nõ eſſent idonei iuriſperiti in regno. Et iſta nobilis ciuitas Neapolitana habet priuilegium à catholica maieſtate, vt in ea non ſint officiales, niſi viri de regno.

Sed

Sed quid in beneficijs eccleſiaſticis, an prælati debeāt cle-
ricis ciuibus potius prouidere de beneficijs q̃ extraneis?
Vide in c. ad decorem. de inſtitutio. Et an patroni debeāt
in eccleſijs patronatus potius præſentare clericos ciues q̃
cæteros? Vide gl. & ibi argumen. in c. arctamur. 71. diſtin-
ctio. & Abb. Sicu. in c. ſignificaſti. de iure patrona. & habe-
6 tur 16. q. 7. cap. monaſterium. † Quintò no. ex tex. ibi, q̄ ſi
competitores, q̄ licet uiris literatis ſupplicare Domino re-
gi pro habendo officium iudicaturæ alicuius loci, uel pro
uinciæ. Sextò nota ex eadem litera, q̄ ſi duo cōcurrunt ad
petendum unum officium, debet fieri examinatio, quis ſit
magis idoneus, ideſt magis diſcretus, & quis ſit magis fre-
quens in iuſtitia, nō dicit iſte textus, quis eſt magis doctus.
Quibus adde, q̄ ſi duobus petentibus officium, unus ſem-
per fuit bonus officialis, & alter de præterito fuit malus,
ſed de præſenti eſt bonus, debet præferri ille, qui ſemper
fuit bonus, arg. eorum quæ dicit Archi. 12. diſtin. c. nos cō
ſuetudinem. ubi ille præferendus eſt in eccleſiaſticis digni
tatibus, qui magis ſanctè uixit. Sed in contrarium tex. &
glo. 50. diſtin. c. fidelior factus. ubi potius eligitur, qui pec-
cauit & emendatus eſt, q̃ qui nunquam peccauit, ut patet
in beato Petro. Et hoc eſt, quia ſcit magis compati. Solu. ſe
cundùm Archi ibi, diſtingue inter publicè pœnitentem, &
occultè pœnitentem. Vel dic melius, vt dicit Abb. Sicu. in
c. dudum. lo ſecondo, ſuper glo. in verbo, electionis tempo
re, in fine, q̄ de correctione Petri & pœnitētia apertiſſimè
conſtitit. Et idem fieret hodie, ſi apertiſſimè cōſtaret de eo
7 rum contritione, † quia omnis conſtitutio humana ceſſat,
ceſſante eius cauſa. 61. diſt. in §. his omnibus. ſed nobis non
eſt licitum iudicare de occultis. c. 1. vt eccleſ. bene. Non p̄-
ſumitur ita vera pœnitentia in alijs ſicut in Petro. Et ideo
duobus prædictis concurrentibus ad vnum officium, præ-
fertur ille, qui nunquam peccauit. Et firmat hoc Præpoſi-
tus in d. c. fidelior. Item duobus concurrentibus ad idē of-
ficium, antiquior præfertur, vt dicit Abb. in c. dudum. lo
primo. de elect. Et vide Archi. in c. Domino ſancto. l. diſt.
qui vltra ponit, in quib. antiquior præfertur iuueni. Item ſi
duo cōcurrunt ad vnum officium, & vnus fuit repulſus ab
officio, vel in ſyndicatu fuit condemnatus, & alter nō, iſte,
qui fuit ſemel condemnatus, amplius ad illud nunquā dēt
eligi, ita dicunt Bal. & Pau. de Caſt. in l. mancipia. in fi. C.
8 de ſer. fugi. † Septimò no. ex tex. ibi, in remora. q̄ quando
iudex non committit moram & tarditatem in iudicando;
hic de facili promouetur ad officium. nec dicitur moram
committere, ſi per decem dies tardat negotium quodlibet
expedire, licet varia tempora dentur ad deliberandum, vt
dicit gl. in §. 1. in verbo, pleniſſimè. in Auth. de appellat. &
intra quæ tempora, col. 4. Tempore enim indigemus, vt
aliquid maturius agamus, dicit Specu. in tit. de requiſitio.
conſilij. Et Seneca dicit in prouerbijs. Deliberandum eſt
diu, quicquid ſemel ſtatuendum eſt. & laudo, q̄ iudex de-
liberet de mane digeſto cibo, quia tunc eſt clarioris intelle
ctus, vt dicit Abb. Sic. in c. 1. de teſtibus. Et recurrat primò
ad ſummum conſiliarium, videlicet Ieſum Chriſtum, ut ei
conſulat, quid agendum, & non ſemel, ſed ſæpius, quia per
frequētem meditationem generatur habitus, vt dicitur in
Pſalmo, Beatus vir. Et facto diligenti ſtudio, Deus erit in
corde ſuo, ſi mens ſua bene ſit diſpoſita ad iuſtitiam faciē-
9 dam. † Octauò no. ex tex. ibi, in quibus ſi falſitas fuerit, q̄ ſi
notarius & iudex fecerint inſtrumentum publicum, non
ſecundum veritatem, & ſic falſum continet, quia falſitas
eſt mutatio veritatis, vt in Auth. de inſtru. cau. & fide, in
prin. & in cap. licet, de crimine falſi. & de celeb. miſſa. c. in
quadam. q̄ non puniuntur pœna inciſionis manus, prout
dicebat lex Lōgobarda de eo, qui chartam falſam ſcripſit,
ſed puniuntur pœna mortis naturalis, vt dicit iſta conſtit.
Ego in expoſitione huius literæ intellexi hanc conſtitutio-
nem, q̄n notarius & iudex falſificauerunt acta publica, tñ
litera vř generaliter loqui, dum dicit, publicis documētis.
nec diſtinguit inter liberum & ſeruum, prout diſtinguit iu
reconſultus in l. 1. §. penul. ff. de falſis, quia ſeruus non po-
teſt eſſe notarius, nec iudex, vt no. in l. Barbarius. ff. de of-
fic. præſid. Et ſic non pōt intelligi iſta litera, dū dicit, ſed de
capitationis, de decapitatione, quæ dicitur mors ciuilis, q̃
eſt deportatio, propter ſequentia verba, quæ dicūt vltimū
ſupplicium, q̃ verba important mortem naturalē. Sed pro-
fectò, mea quidem ſententia, teneo (prout dixi in expoſitio
ne huius literæ) q̄a iſte tex. primò loquit̃ de iudicibus, & po
ſtea de notarijs & iudicibus ſcilicet actorum, & illud ver-
bum, publicis documentis, intelligitur in iudicio, quia de
iudicibus loquitur principium & ſubſequens litera, ſic &
medium debet intelligi, ut dicit And. in c. 1. in princ. q̃ ſint
regalia, dum allegat. ff. de hæred. Inſtit. l. ſed ſi ſub conditio
10 ne. & ff. de verborum obligatio. l. exiſtimo. † Et ſi notarius
fecit falſum contractum extra iudicium, non eſt pęna mor
tis, ſed pœna leg. 1. §. penul. ff. de falſis. Et in hoc nihil inno
uatur per hanc conſtitutio. Item punitur pœna mortis, qui
literas regis falſificat, vt infrà in 3. lib. de falſis, le. qui lite-
ras. Sic etiam notarius, qui falſum inſtrumentum immuni
tatis conſcripſit, eſt incendio comburendus, vt in l. 1. C. de
immunita. nemi. conced. lib. 10. & ibi vide Ioannem de
Platea. Si uerò notarius facit contractum de re illicita, pu-
nitur pęna manus, ut in l. imperialem. in prin. & ibi dixi in
19. no. de prohi. ſeu. alie. per Fede. Scias tamen, q̄ ſi eſſet
conſuetudo, q̄ notarius conficiens falſum inſtrumentum,
puniatur non pœna mortis, ſed pœna manus, dicit Bald. in
l. Rom. C. quæ res expo. poſſ. q̄ iudex poteſt reducere pœ-
nam de iure communi impoſitam ad pœnam conſuetudi-
nariam. Sed iſtud dictum non militat in hoc regno, quia
omnis conſuetudo præterita & futura, quæ eſt cōtra iſtam
conſtitutionem, eſt ſublata, ut in §. fi. & ibi dixi, ſupra in
11 prœm. iſtarum conſtitutionum. † An autem notarius, qui
fecit falſum inſtrumentum, poſſit facere alia inſtrumenta,
& ualeant? Certè ſic, donec non eſt prohibitus, ſecundùm
Inno. in c. fraternitatis. de hæreticis. Idem concludit Lucas
de Penna in l. ſi aliquid. C. de ſuſcep. & archarijs, lib. 10.
Ergo ſi eſt prohibitus, uel condemnatus, non poteſt facere
inſtrumenta, & ſi facit, non ualent, ut dicitur in d. l. ſi ali-
quid. & ibi glo. uide ſcribentes in l. ſiquis ex argentarijs. §.
cogentur. ff de eden. & ibi uide alias quotas per Alex. & ul
tra eum uide Bal. in l. 1. in fi. C. de apo. publi. Nonò nota ex
tex. ibi, ſecundùm formam noſtratum conſtitutionum. q̄
iudices primò debent iudicare ſecundùm ſacras regni con
ſtitutiones, quibus deficientibus, ſecundùm bonas conſue-
tudines, & illis deficientibus, ſecundùm ius commune, in-
tellige Romanorum, de quo dictum fuit ſuprà in conſtitu
tio. puritatem, & quæ ibi dixi, non ſunt repetenda. nunc
pōdero, quia ibi dicitur, q̄ debet iudicari ſecūdùm ius Lō-
a gobardum, & hic nihil dicitur de iure [a] Longobardo. † De
12 a cimò [b] no. ex tex. ibi, de puriſſima conſcientia. q̄ iudices in
b hoc regno debent iudicare ſecundum puriſſimam conſciē
tiam & ueritatem, ut in c. regni, quod incipit, deteſtantes.
Nec ad eccleſiæ præceptum debet uenire contra conſcien
tiam probabilem, quia tunc peccaret mortaliter, ut dicit
Abb. Sic. in c. literas. in 1. colum. de reſti. ſpo. Et ſic patet, q̄
cōſciētia iudicis debet eſſe legib. informata, ut habetur in
c. 1. de re iudi. lib. 6. & no. in glo. fi c. 1. de conſti. Vndecimò
no. ex tex. ibi, in curiæ noſtræ prætorio. q̄ iudices ordinarij
non debent ferre ſententias in domibus proprijs, nel in lo-
co priuato, ſed in loco publico, ubi ſolitum eſt ius reddi.
Pro hoc uide tex. in glo. in l. uoluit. §. fi. ff. de interr. actio.
Bene tñ fateor, q̄ iuſtitiarius prouinciæ pōt reddere ius p̄
arbitrio uoluntatis in quocunq; loco ſuæ prouinciæ, tex.
eſt in l. ſi ut proponis. la ſecōda. C. qūo & quando iudex. ſi-
cut epiſcopus in quocunque loco ſuæ diœceſis poteſt ius
dicere, ut in c. cum epiſcopus. de offi. ordi. lib. 6. & Hoſti. in
ſumma, de ſeu. §. apud quem. uerſi. nam is. & Feli. in c. pa-
ſtoralis, in 4. col. uerſi. 8. limita. de offic. ordin. Et uide An-
ge. in tract. malefic. in uerbo, poteſtas ſedens pro tribunali.
13 † Et ſic alius iudex inferior ordinarius non pōt mutare lo-
cū conſuetum in iure reddendo, ut in l. cum ſenten. C. de
ſenten. & interlo. omn. iudi. & Aug. in l. penul. ff. de iuſti. &

iu.

iu. Et in iſta conſt. in fi. aſsignatur ratio, prout dixi in ex-
poſitione huius conſtit. ſupra eo in vlt. parte. Sed iudex de-
legatus, qui non habet prætoriū, bene iudicabit in domo
propria, uel in loco priuato, dummodo ſit honeſtus, vt in l.
ſi cum dies. §. pen. ff. de arb. iunctis no. in c. ex parte. de app.
& no. Bar. in l. ſi ut proponis. la x. quomodo & quādo iud.
& eſt tex. in d. l. voluit. §. fi. ff. de interr. act. Nam iudex dele
gatus, qui non habet prætorium, debet in citatione expri-
mere locum, vbi citatus debet cōparere, vt dicit Bal. in l. 2.
C. de annali exceptione. allegat multa iura, ut ibi per eum.
14 † Vlnmò nu. ex tex. ibi, ex litigantib. fortè conſenſu, ꝙ con-
ſenſus partium non dat iuriſdictionem iudicibus. Concor
dat tex. ſupra in conſt. cum noua. ſub rubr. 78. & de hoc eſt
tex. de iure communi. l. priuatorum. & ibi concord. C. de
iuriſd. om. iud. Et tollenda eſt omnis occaſio, per quam poſ
ſit etiam apparere, ꝙ iudex recipit iuriſdictionem à partib.
vt probat iſta conſtitutio. quod tene menti.

ANNOTATIONES.

a Iure.] An iſtud ius Longobardorū ſit hodiè in vſu, maximè in hoc
regno Siciliæ, & an præferatur iuri Romano, de iſta qōne vide latè
per Marantā in ſua practica iudiciaria. fol. 15. nu. 71. lib. meo. Bar.
b Per iſtum tex. poteſt decidi illa quæſtio vulgata, quā late diſputat
ſanctus Tho. 2. 2. q. 62 art. 2. vbi concludit, ꝙ vbi iudex ſcit non tā-
quam iudex, ſed tanquam priuatus, ꝙ Titius, contra quē eſt pro-
batum de delicto, in veritate non cōmiſerit, ꝙ nihilominus ſi fert
ſententiam ſecundùm allegata & probata non peccat, per ratio-
nes, de quibus per eum. ſed contrarium probatur in iſto tex. cum
iudicare teneatur ſecundùm puriſſimam cōſcientiam & veritatē,
vnde adhibere debet remedium, de quo per Doct. in c. paſtoralis,
in § quia verò. vbi late traditur de materia, extra de offi. deleg. &
per Caietanum in addit. ad Thomam, vbi ſupra, qui late inſiſtit
circa declarationem huius quæſtionis.

De exordijs præparatorijs iudiciorum. Rubr. XCV.

SVMMARIVM.

1 *Citatio, iudiciarij ordinis fundamentum dicitur.*
Monitio iudicis pro tribunali ſedentis vim habet peremptorij.
2 *Exceptio reuocandi domum approbatur.*
Citatio eſt de proceſſu, & de iure naturali.
3 *Iudicium de iure ciuili incipit à litis conteſtatione.*
Litis conteſtatio initium eſt & fundamentum iudicij.
4 *Citatio circunducta an inducat pendentiam litis.*
5 *Citatio quando fieri poſſit die feriato.*
6 *Citationis data vt valeat fieri debet in die non feriata.*
7 *Iudex nominatum in petitione tantùm debet citare.*

DICTVM fuit ſupra proximè, ꝙ officia-
lis nouus debet ſyndicare officialem ve
terem: verum quia omne iudicium de-
bet incipere à citatione, quæ eſt potiſſi-
ma pars iudiciarij ordinis, ut in iuribus
hic in gl. ſuper iſta rubr. allegatis. Cui
1 adde Spe. in ti. de citatione. §. 1. in prin. † vbi dicit, ꝙ citatio
eſt fundamentum ordinis iudiciarij, allegat de prob. c. quo
niam contra. & c. inter quatuor. de ma. & obed. Idem dicit
Ab. Sic. in c. fi. de ferijs, & in c. eccl. S. Mariæ, in 3. col. in ver
bo, in gl. fi. de cōſt. allegat tex. in §. fi. Inſt. de pœ. teme. litig.
quem allegat hic gl. & cle. paſtoralis. de re iud. Fallit, ut di-
cit ipſe ſm quoſdam in notorijs, de quo ſe remittit ad c. ve
ſtra. de coha. cle. & mulie. & in c. cum olim. de re iud. Item
fallit, niſi pars ſit præſens in iudicio, quia monitio iudicis
ſedentis pro tribunali habet vim tertiæ citationis, & perem
ptorij, vt eſt gl. in c. conſuluit. de offi. deleg. & in l. 2. & ibi
Bar. C. quō & quando iud. Idem Fel. in c. cauſam. in 2. col.
de reſcr. vbi ēt tractatur de effectu perēptorij. Et interdum
magna curia Vic. vel alius iuſtitiarius in regno citat aliquē,
qui non habet domicilium in ſua decreta prouincia, cōtra
quā citationem poteſt opponi, ꝙ non debet trahi extra ſuā
prouinciā, vt 3. q. 6. c. non liceat. & c. vnaquæque. & c. nemi-
nē. & c. ſi quis clericus. no. in c. Romana. de fo. compet. li. 6.
2 † Et ſic cōpetit ſibi exceptio reuocādi domum, & de hac ex
ceptione contra ipſam citationem, quæ eſt exordiū, & præ
paratorium iudicij, non erat dictum. Ideo poſuit Rubricā
iſtā, quam glo. hic bene gloſſauit, ponendo tres concluſio-
nes. Prima, ꝙ citatio eſt de proceſſu, & eſt de iure natura-
2 li, [a] quia per eā datur defenſio, q̄ eſt de iure naturæ, vt in
le. vt vim. ff. de iuſt. & iu. l. defenſionis facultas. C. de iu.
fiſci. & ideo Deus citauit Adā, vt patet in lib. Geneſis. 1. ca.
Secunda concluſio eſt, ꝙ iudiciū incipit à citatione, & ſic
vſ innuere gl. ꝙ iudiciū incipit à citatione, ut probatur in
d. §. fi. Inſti. de pœna teme. litig. & probatur in l. hac lege. C.
3 de proxi. ſacr. ſcrin. lib. 12. & ibi per Luc. de Penna. † Sed
hoc de iure ciuili non procedit, quia iudicium incipit à li-
tis conteſtatione, vt dicit glo. in l. 1. in verbo, iudiciu. C. de
iud. per tex. in §. ſi non. in Auth. de litigio. quia litis conte-
2 ſtatio eſt initium, & fundamentū iudicij, ut no. in c. ſuper
qōnum. §. 1. de offi. deleg. & in c. ex parte. lo 2. de verb. ſig.
Bene tamen de iure canonico iudicium incipit à citatione,
ut in c. 2. ut lite pendente. lib. 6. & in cle. 2. eo. tit. pro ſaluā-
da iſta gl. dic, ꝙ iudiciū non dr̄ cœptum, niſi per litis cōte-
ſtationē, nā tunc iuratur de calumnia, ut in c. cum cā. de iu
ra. cal. Sed ad perpetuandā iuriſdictionē, vel interrumpen-
dā p̄ſcriptionē, incipit iudicium à citatione, & ſic ut indu-
catur litis pendentia, iudicium incipit à citatione, vt no. in
c. gratum. de offi. deleg. & in c. licet. & in l. ſicut. de p̄ſcr. 30.
4 annorum. & in d. cle. 2. ut lite pendente. † An autē citatio
b circunducta inducat [b] litis pendentiā, tangit hoc dubium
Fel. in c. illud. in 3. col. de præſcrip. & concludit, ꝙ non in-
ducitur litis pendentia, ſi citatio eſt circunducta, quia pe-
rinde habetur, ac ſi nunquam fuiſſet facta citatio, allegat
Inn. & Abb. Sicu. in c. conſuluit. 3. col. de offi. deleg. allegat
ēt Guliel. de Cu. in l. illud. de præſcri. 30. vel 40. anno. Cui
addo id, quod dicit Bal. in l. more. in fi. ff. de iuriſdi. om. iu.
& in l. poſt edictum. ff. de iud. ꝙ per citationē circundūctā
non perpetuatur iuriſdictio iudicis delegati. facit l. hos ac
cuſare. §. hoc beneficio. ff. de accuſatio. An autē ex proceſſu
c nullo inducatur litis pendentia, [c] tam in prima inſtantia,
q̄ in cā appellationis? Vide Philippum de Frāchis in c. dile
5 cto. de appel. col. 13. ver. 3. appellatio à ſnīa. † Tertia con-
cluſio eſt, ꝙ citatio de iure ciuili non dēt fieri die feriato,
niſi ſit negocium, quod p̄tor pōt expedire die feriato. vide
iura, quæ allegat hic glo. Cui adde, ꝙ ſi data citationis eſt
ſcripta die non feſtiuo, ut compareat die non feſtiuo, eſt iu
ridica, & executio ipſius citationis facta eſt die iuridico, &
non feſtino, licet dies, in quo debebat comparere incidat
in diē feſtiuū, valet citatio, & debet comparere prima die
ſequenti non feſtiua, vt dicit Inno. in c. fi. de feriis. An antē
citatio facta per executorem, die feriata ad diem non fe-
riatam, ſi data citationis facta fuit die iuridico, valeat? Vi-
de per Inn. & Abb. Sicu. in d. c. fi. & per Cy. in d. l. fi. C. de fe
rijs, per Bar. & Mod. in l. 1. §. nunciat. ff. de operis no. nun.
& per Spec. in tit. de citatio. §. 1. ver. item excipiatur, ꝙ ci-
tatio fit ad diem feriatam, & deciſ. Rotæ. 267. incipiente,
ſi committitur cauſa tempore feriarum, & Feder. de Senis
in conſiliis ſuis, ſub Rubric. de feriis. & Docto. iuris ciuilis
tenent, ꝙ non valet. Sed communis ſtylus curiarum eccle-
ſiaſticarū ſeruat contrarium, & ita dicit Bar. in tractatu de
citatione. in 7. q. & Albe. de Roſa. in d. l. fi. C. de ferijs, uide
6 ad ſaturitatem per ſcribentes, & Alex. in d. §. nun. † ſemper
ego dixi, ꝙ data citationis debet fieri die non feriato, quia
iudex, qui habet decernere, ꝙ fiat citatio, debet adhibere
cauſæ cognitionem, hanc videlicet, ut intelligat à petente
citationis cauſam, quare vult reum citare, ut ſi appareat, ꝙ
cauſa non ſit ſufficiens, ei non permittat citationē, & iſto
modo dicitur citatio ſententia iudicis. Hoc habui ab Odo
fre. in le. cum clericus. C. de epiſcopis, & clericis, & hoc
dicit Bal. eſſe no. dignum, & ita debent facere boni iudices.
Aliqui iudices faciunt citationem hoc modo, cites talem,
ut tali die veniat ad audiendam petitionē offerendam per

ialem. Et iſta practica non eſt bona, qnia poteſt eſſe, qnòd petitio illa non procedar, & reus fatigatur laboribus, & expenſis. Er melins eſt, quòd primò offeratur petitio iudici, & ſuper illa faciat citationem, vel citet eum ſecundùm tenotem petitionis. Er iſte modus citandi communiter obſeruatur.
7 † Et ſic patet, quòd index non debet citare niſi nominatum in petitione, ſecundùm Inn. in c. humilis. de maior. & obedien. & Bald. in l. ab eo. in fi. C. quomudo & quando iudex.

ANNOTATIONES.

a Naturali.] Vide Matt. in deciſ. 83. in fi. & Abb. in c. olim. penul. col. de ſent. & re iud. Batius.

b An autem citatio circundncta inducat.] Ad hanc quæſtioné vido Bal. in l. fi. verſi. in eadem glo. ff. de eo, per quem fact. erit. & in l. t. in princ. ff. de in ius voc. & Afflict in deciſ. 366. nu 24. Er an citatio ad omnes & ſingulos actus vſque ad ſententiam circnoducatur? Vide deciſ. Rotæ. 345. quæ incip. licet impetraui.

c Adde, q circunducere nihil alind eſt, niſi tollere. Ita Panor. in c. conſuluit. in gl. 2. de off. deleg. vide dom. de Rot. dec. 345. in nouis. & ad hoc vt citatio circundncatur, duo debent cócurrere. primû, q citatus pareat, & ille, ad inſtantiam cuius fit citatio decreta & eaequnta, nó pareat. l. & poſt edictum. §. 1. ff de iudicijs, vide Philippum Deciom in d. c. conſuluit. in 6. & de materia circunductionis, vide plene per Fel. Philipp. Dec. & alios in d. c. conſuluit. per Paul. de Caſt. & Ang. in d. l ad peremptorium. & l. & poſt edictû. ff. de iud. vide Matth. in conſtit. edictorum. q 8. nu. 27. infra, vbi dixit, q requiritur inſiſtentia actoris coram iudice, ne citatio circûducatur, & q hodie in magna curia Vicariæ eſt obſeruantia, q ſi actor accuſat primam contumaciam, & ſtat per menſem vnum, & nihil dicit, citatio eſt circunducta, per duos menſes ſimiliter circunducuntur. Batius.

d Pendentia.] Vt dicatur litis pendentia, quot requirantur, vide Zabarellam in clem. 2. no. quarto. vt lite pendente. Et an ille, qui ex cauſa teſtimonij vocatur, poſſit pro alia cauſa conueniri, vel pro repreſalijs capi, vel an habebit ius reuocandi domom? Vide Bar. in l. 2. §. legatis. ff. de iudicijs, & Bar. in conſ. 164. in vlt. oppoſi. Bal. in auth. qua in prouincia. C. vbi de crimine, & in l non plures. C. de ſacroſ. eccl. & an peregrini & ſcholares poſſint capi pro repreſalijs, vel conueniri, vel an habebunt ius reuocádi domum? Vide per eundem Bar. in d. §. legatis. & Inn. in c. fin. in fi. de foro compe. gl. & Bal. plene in authen. habita. Batius.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio reuocandi domum quando habeat locum.*
2 *Citatu forenſi pro ſingulis viginti miliarib. ſtatuitur vna dieta.*
3 *Citatus ad inſtantiam alicuius non habet exceptionem reuocandi domum, ſi ad magnam curiam venit ex cauſa voluntaria.*
Abſens ex cauſa neceſſaria habet ius reuocandi domum.
4 *Cauſam nullam fuiſſe, vel fuiſſe & eſſe nullam, paria ſunt.*
Appellatio pronunciatum ſuſpendit.
Vocatus in iudicium ob aliquam cauſam, ex cauſa neceſſaria veniſſe dicitur.
5 *Præſens in iudicio quando citatus præſumatur.*
6 *Citationem factam eſſe allegans, hoc ipſum probare debet.*
7 *Citatus præſumitur is, à quo ad iudicem nuncius mittitur.*
8 *Citatio iudicis cauſam continere debet.*
Citatio eſt indiſcreta, in qua non exprimitur cauſa.
Iudex ordinarius ſine cauſa citare poteſt.
Citatus ſine cauſa, etiam ſi contumax fuerit, non damnabitur ad expenſas.
9 *Citatus habens ius reuocandi domum, qualiter ſe tueri debeat.*
Vocatus in ius ad deliberandum debet habere aliquod tempus.
10 *Terminus peremptorius ſtatutus habenti ius domum reuocandi, qualis eſſe debeat, & quatenus.*
11 *Citatio in iudicijs eſt prima offenſio.*
12 *Terminus per edictum in citatione ponendus qualis eſſe debeat.*
13 *Terminus ſtatutus ad comparendum ei, qui ius habet reuocandi domum, peremptorius eſſe debet.*
14 *Citatio facta à iudice præſente cenſetur peremptoria.*
15 *Citatus pro ſingulis viginti miliaribus vnam habet diem, & pro qualibet hebdomada vnam diem pro quiete.*
16 *Impedimentum ſuperueniens citato quando eum excuſet.*
17 *Reus citatus ſtatim comparere debet.*
18 *Ius reuocandi domum habens, quando eo uti poſſit, & qualiter.*
19 *Curia magna remittés aliquem ad prouincia iuſtitiarium, an poſſit ei aſſignare terminum.*
Curia magna an ſit iudex competens miſerabilis perſonæ fori declinatoriam allegantis.

SI QVUM Noſtrorum fidelium. Ideo non diuido hanc longam conſtitutionê, quia in ea vnum ſolum dubium determinatur per qoandam diſtinctioné, quod tale eſt: pone, quòd aliquis de vna prouincia regni venit in magnam curiá Vicariæ, vel in aliquam prouinciam alicuius iuſtitiarij pro aliquibus ſuis negotijs, quidam volens agere, vel accuſare eum in magna curia, vel coram dicto iuſtitiario, eum citari faciat. iſte citatus comparet, & dicit, quòd ipſe habet domicilium in alia prouincia, & debet citari in loco ſui domicilij. & ideo opponit exceptinnem reuocandi domum.
1 † Quæritur hic, an talis exceptio ſit admittenda? Et reſpondet hæc litera diſtinguendo, q ſi quidem iſte citatus venit in locum, ubi regitur curia Vicariæ regni, vel in locum de iuriſdictione iuſtitiarij ex cauſa voluntaria, vel ex cauſa neceſſaria, ſed illud negotium, pro quo neceſſariè venit, eſt finitum, & tunc iſta exceptio non eſt admittenda, & ſic valet citatio, & procedi debet ad vlteriora, exceptione prędicta non obſtante. ſi verò iſte citatus venit in magnam curiam Vicariæ, vel venit in prouinciá iuſtitiarij ex cauſa neceſſaria, quia forte fuit citatus ciuiliter, vel criminaliter pro cauſa alis, & adhuc lis pendet, & non eſt finita, & tunc bene potuit opponere dictam exceptionem reuocandi domum: ſed ſi magna curia Vicariæ, vel ille iuſtitiarius, qui eum citari fecit, allegaret dictam exceptionem reuocandi domû, in hoc caſu debet ei ſtatui peremptorius terminus
2 ad cóparendum, & ſic debet ſcribi facere, eo præſente, † videlicet, ſi iſte citatus, qui habet domicilium in alia prouincia, diſtat à loco dictæ citationis per octo dies, vel infra, debet dicere, ſtatuimus tibi terminum condecentem in eundo & redeundo domum tuam, videlicet pro ſingulis 20. miliaribus vnam dietam, iuxta l. 1. ff. ſi quis cautio. & poſtea habeat terminum ſex dierum morandi in domo ſua. ſi aût domicilium ſuum diſtat per decem dies à loco citationis prædictæ, ſtatuimus terminum condecentem pro eundo, & redeundo, & habeat nouem dies morandi in domo ſua: ſi verò domicilium diſtet vltra decem dies, ſtatuimus condecenté terminum pro eundo & redeundo, vt ſupra, iux. d. l. 1. ff. ſi quis cautio. & habeat duodecim dies morandi in domo ſua. & ſi contempſerit venire non exiſtente iuſto impedimento, vel ſi de iuſto impedimento non docuerit, proceditur per iudices, prout iuris fuerit. Et iſta eſt mês huius cnnſtõnis, quæ in ſumma h. d. Citato, cui cópetit exceptio reuocandi domum, ſtatuitur per iudicem, qui eum citare fecit, peremptoria dilatio competens ſcd'm diſtantiam loci, & tempora hic expreſſa ad comparendum. & ſi cóparuerit & non docuerit de iuſto impedimento, contumax
3 reputabitur. † No. 1. ex tex. ibi, non veniſſe conſtiterit. q veniês ex cauſa volûtaria in locum, vbi regitur magna curia, uel in locum alicuius iuſtitiarij, non habet exceptionem reuocandi domû, ſi ad inſtantiá alterius citatur pro aliqua cá ciuili, vel criminali, vt hic. cócordat. l. & qui data. ff. ex qui. cau. maio. & l. 2. §. legatis. ff. de ind. & de iſta materia abſentiæ ex cá voluntaria, dicitur p gl. & Bar. in l. fi. ff. de in integ. reſti. & Bal. in l. ab eo. C. quomodo & quando iudex. Secundò no. ex eo. tex. q abſens ex cauſa neceſſaria habet ius reuocandi domum, ut hic, & in d. §. legatis. ſed aliter cópetit hoc ius reuocandi domum de iure communi, & aliter per
4 iſtam conſtitutionem, vt patet ex poſitione caſus. † Tertiò no. ex tex. ibi, ea perfecta. quòd paria ſunt nullam fuiſſe cauſam, vel fuiſſe aliquá, & eſſe finitam, ſecundû glo. 3. hic quæ ad hoc bene allegat tex. in l. 1. ff. de condictio. ſine cauſa, & l. nihil inter ſe. ff. de nau. fœno. Et idem eſt, quia ceſſante cauſa ceſſat effectus. l. generaliter. C. de epiſc. & cler. cum concor. ſuis. nec dicitur perfecta cauſa per ſentétiam,

ſi

ſi ab ea fuit appellatum, & pendet appellatio, quia appel-
latio ſuſpendit pronunciatum, vt in l. 1. §. fin. ff. ad Turpil-
lia. & in l. fin. C. de tempo. appellat. Bal. in l. generaliter. C.
de iureiur. Abb. Sic. in c. ad audientiam. de reſcrip. Quartò
no. ex tex. ibi, ob aliam ſpecialem cauſam. ꝙ ille, qui venit
in iudicium vocatus ob aliam cauſam, dicitur veniſſe ex
cauſa neceſſaria, & tunc ſi citatur ex alia cauſa, habet ius
reuocãdi domum ad tempus hic limitatum ſine aliqua ci-
tatione, & ſic non tenetur tunc reſpondere in iudicio eum
citanti, niſi ꝙ debet comparere, & allegare ius reuocandi
domum, & ſi hoc non allegat citatio afficit eum, quia præ-
ſens in iudicio ex vna cauſa poteſt citari ex alia cauſa, vt
hic, nec habet exceptionem, niſi prout limitat ad tempus
hæc conſtitutio, facit l. necnon. §. ſi cum in prouincia. ff. ex
5 quib. cauſis maior. † Sed iuxta hoc quæro. pone, ꝙ aliquis,
qui eſt de prouincia Calabriæ, vel Aprutij, habet cauſam
ciuilem, vel criminalẽ in magna curia Vicariæ: venit Nea-
polim voluntariè, tamen ſe præſentat regenti, vel iudicib.
& alloquitur eos de cauſa ſua, venit alius, & reperit ipſum
in magna curia, & citatur de mandato magnæ curiæ, quia
venit, & ſic non habet ius reuocandi domum. dicit iſte ci-
tatus, ꝙ ex quo eſt præſens in iudicio, præſumitur ꝙ fuit ci
tatus, licet de citatione nõ appareat. Et ideo opponit, quòd
habet ius reuocandi domum ſecundùm formam huius cõ
ſtitutionis, quæritur, q̃d iuris. Bart. in l. furioſo. ff. de re iud.
in fi. dicit, ꝙ licèt ſoleamus dicere, ꝙ ille, qui eſt præſens in
iudicio, præſumatur citatus, tamen hoc eſt verum, quando
actus, qui fit in iudicio reſpicit fauorem ipſius præſentis;
arg. l. qui paritur. ff. manda. Secus quando actus tendit con
tra eum, quia licèt ſit præſens, non præſumitur citatus, arg.
l. hæredes. § in teſtamentis. ff. de teſta. & ff. de procu. l. filius.
§. inuitus. Vnde cum non appareat ipſum ad inſtantiam ad
uerſarij ſui fuiſſe citatum, neque iudex dicit eum citaſſe,
ſeu monuiſſe, ſed pars dicit eum citatum eſſe, non credimus
6 ei, † quia qui allegat citationem eſſe factam, debet proba-
re, vt in c. quoniam contra. de probat. & no. Abb. in c. cum
parati, de appell. & in cap. bonæ. in glo. in verbo, ſingulares,
de elect. & tantò magis, quia non apparet, ad quem effectũ
præſumi debet, propter eius præſentiam eſſe citatum, po-
tius præſumam ipſum dicere mendacium, cum non appa-
reant concomitantia ad veritatem, quæ ſemper debet ſer-
uari, ſiue quis agat, ſiue conueniatur, & veritas eſt illud,
quod lex habet pro veritate, vt dicit Bald. in l. ſi pecuniam.
C. de non num. pec. vnde cum non appatet citatus, nec mo
nitus à iudice, nec accedunt veriſimilia ad citationem alle-
gatam, illam allegationem ſemper habebo pro falſa, quia
illud, quod valde diſtat à veriſimili, eſt imago falſitatis, ſe-
cundùm Baldum in l. 1. in 2. colum. C. de ſeru. fug. & in cõ-
ſilio ſciſmatis. pen. char. & ibi adducitur aliquid, quod nõ
eſt admittenda probatio, vt no. in c. quod ſuper. de fide in-
7 ſtrum. bene tamen fateor id, quod dicit Andr. † ꝙ ille, qui
miſit nuncium ad iudicem, præſumitur citatus, licet ne-
get ſe citatum, allegat tex. in d. c. bonæ memoriæ. & ibi per
Abb. qui etiam allegat Archid. 82. diſt. c. propoſuiſti. Item
quærit hic Andr. vtrum ea, quæ dicuntur hic de citatione
facta contra eum, qui habet ius reuocandi domũ ſub qua-
litatibus contentis in iſta conſtitutione, habeant locũ, ſi ſi-
ne citatione iuſtitiarij præſentis in iudicio datur præſenti
in iudicio libellus. Et bene dicit, quòd non, quia iudicium
incipit à citatione, & non à conſignatione libelli dati par-
ti, & non iudici, & ſic patet, ꝙ libellus primò offerendus eſt
iudici, vt dicit Roffredus in rubrica, in prima parte, apud
quos debet offerri libellus. & deinde iudex citat partem
ad dicendum contra libellum, & ſic debet dari primò li-
bellus iudici, & non parti ſine iudice. vide ad hoc Ludou.
in l. 1. in 2. col. ff. de edendo. vbi allegat Gulielmum de Cu
neo in l. editá, C. de edendo, & Anto. de But. in c. 1. de libel-
8 li oblat. & ſcribentes in rubr. C. de in ius vocando. † Quin-
tò no. ex eodem textu, ꝙ citatio iudicis debet cõtinere cau
ſam, vt dicit hic Andr. & probatur infra in conſtitutio. ſe-
quenti. Cui adde Bald. in l. conſentaneum. in 2. col. C. quo-
modo & quando iudex. vbi dicit, quòd ſi citatio poſt litem
conteſtatam fiat, proceſſus ad vlteriora, licet non dicat ad
quem actum, valet, allegat Innoc. in c. conſuluit. de offi. de-
lega. ſecus ſi in nube citatur aliquis, & nõ apparet ad quid,
neque quare, ſeu ob quam cauſam, quia non valet citatio
ſine cauſa, quia eſt indiſcreta, vt dicit Cyn. in l. quoties. C.
de fideicom. Hinc eſt, quod dicit Bald. in auth. offeratur. 5.
colum. C. de litis conteſt. ꝙ prima citatio, licet fiat ſiue di-
ſcuſſione cauſæ, tamen non fit ſine cauſæ propoſitione, vt
in l. ex quacunque cauſa. ff. ſi quis in ius vocan. non ierit. nã
cum commiſſio citationis ſit interlocutoria debet habere
in ſe cauſam. ff. de lega. 1. l. filiusfam. §. diui. & prædicta pro
cedunt in iudice delegato, vt in c. cum in iure. de offi. dele.
Ordinarius autem iudex poteſt citare ſine cauſa, ſecũdùm
Bal. in d. l. conſentaneum, dummodo ſit citatus ad petitio-
nem actoris ſecundùm eum, vt no. in l. fin. C. de anna. ex-
cept. & firmat Bart. in extrauaganti, ad reprim. in verbo, ſu-
per dicto crimine, niſi quando citatur ad ſynodum, vt ibi
per eum. dicit tamen Bald. in l. præſcriptione. a 1. colum. C.
ſi contra ius vel vtil. publ. ꝙ ſi citatus ſine cauſa eſt contu-
max, non eſt condemnandus in expenſis, allegat Innu. in c. di
lecti. de exceptio. ſed ipſe ſe remittit ad l. ſancimus. C. de
iud. & adde ad hoc Marian. Soc. in tractatu de citationib.
9 in 20. artic. in 5. quæſtio. † Sextò no. ex tex. ibi, protinus cõ-
queratur. ꝙ citatus, qui habet ius reuocandi domum, ſta-
tim ꝙ eſt citatus, debet comparere, & allegare, ꝙ habet ius
reuocandi domum. & ſic antequam ad aliquem actũ pro-
cedatur, debet hoc allegare, tamen per iſtam conſtitutio-
nem, ſi venit in iudicium ob aliam neceſſariam cauſam, &
citatur ab alio ciuiliter, vel criminaliter, habet hoc ius re-
uocandi domum limitatim, ſcilicet vt vadat ad domum
ſuam, & reuertatur intra tempus contentum in iſta conſti-
tutione, quia non venit ex iſta cauſa cum ſacculo paratus
ad ſoluendum, ſecundùm And. hic, arg. l. quod dicimus. ff.
de ſolutio. & l. ratam. ff. eod. tit. Melior ratio eſt, quia voca-
tus in ius debet habere iſtud tempus, ut poſſit deliberare,
vt dicit tex. in auth. offeratur. C. de litis conteſt. & Roffr. in
10 prima parte. in ti. quid ſit libellus. in fi. † Septimò no. ex tex.
ibi, recepto prius termino peremptorio. ꝙ terminus perem
ptorius, quem ſtatuit iudex illi, qui habet ius reuocandi
domum, debet eſſe talis, ꝙ ſecundùm diſtantiam loci poſ-
ſit ad domum ire, & redire, & habere ſpatium ſtãdi in do-
mo hic diſtinctum, aliàs dicetur nullus ille peremptorius
terminus aſſignatus, quia non ſeruauit formam traditam
per iſtam conſtitutionem, arg. l. non dubium. C. de legi. Et
pro hoc facit id, quod dicit Bart. in l. aut qui aliter. ff. quod
vi aut clam. vbi dicit, ꝙ quando citatio fit tali tẽpore, quo
ille naturaliter non poteſt venire, non valet ipſa citatio. fa-
cit l. continuus. §. cum ita. ff. de verb. oblig. hoc expreſsè vo-
luit Abb. Sicu. in cap. cum dilecti. de dolo & contum. Inde
dicit Oldr. in conſi. 43. incipien. quæritur vtrum, ꝙ in cita-
tione conſiderantur duo, ſcilicet effectus, intentus, & ad ip
ſum perueniendi modus, effectus, intentus, & ſcientia cita-
ti, & facultas defendendi, ſicut eſt permiſſa defenſio aduer
11 ſus violẽtiam extraiudicialem, ſic aduerſus iudicialem † in
iudicio prima offenſio eſt citatio, & contra eam non poteſt
fieri defenſio, data ignorantia, de impoſſibilitate naturali
ſe defendendi, puta, quia ſacta infra tempora anguſta, &
captioſa, puta, citaretur in magna curia exiſtente Neapoli
ille, qui eſt in ciuitate Regij, ꝙ intra octo dies compareat,
certè iſta citatio erit nulla, quia intra octo dies non poteſt
venire de Regio Neapolim, vt dicit Spe. in ti. de citatione.
§. 1. ver. Item ꝙ eſt facta intra nimis anguſta tempora &c.
& eo. ti. §. 2. ver. ſed nunquid. vbi dicit, ꝙ iudex conſiderata
locorum diſtantia, & qualitate perſonarum, & uiarũ, & ne
gotij, moderatũ tempus debet ponere in citatione, ut hic,
& in cap. quod ad conſultationẽ. de re iudi. & de appellat.
12 c. paſtoralis. & c. cum ſit. & c. oblatæ. & ff. de iudi. l. nonnun
quam. & ff. de re iud. l. nonnunquam. & de in integrũ reſti.
cap. ex literis. bonus eſt tex. in c. ſi ægrotans. in fi. 5. q. 3. vbi
dicitur, intra ſpatiũ duorum, vel trium mẽſium, vel eo am

Ff a pius,

plius, vt cauſa dictabit. pro hoc bonus tex. in l. ſi verò non
remunerandi. §. fi. ff. man. & quod no. Cy. in l. 1. C. de dilat.
idem dicit Bar. in extrauagan. ad reprimen. in verbo, per
12 edictum. ubi dicit, † ꝙ terminus ponendus in citatione ꝑ
edictum debet eſſe congruus, vt poſſit peruenire ad noti-
tiam eius, cuius intereſt, & comparere, ne contineat citatio
per edictum impoſſibile. Ideo ſecundũ eum debet prius
iudex examinare, vbi eſt ille, qui eſt citandus per edictum,
& in hoc ſufficit ſola fama, vel vulgi opinio, vbi eſt citan-
dus. Citatio ergo minus legitimè facta habetur pro nulla,
ſecundum Bal. in l. properandum. §. & ſi quidem. 3. col. C.
de iud. fallit, niſi citatio fieret per extra regnum cum ter-
mino ſexaginta dierum, iuxta cõſtitutionem edictorum,
Rubri. 96. & illi. 60. dies non ſufficerent, quia citandus eſ
ſet in loco valde remoto, valet citatio, ſed iudex ſupplebit
vt dicit And. in c. 1. de cõtrouer. inter me, & vaſal. & illum
de beneſi. & infrà, in conſti. edictorum. in 4. col. arg. l. 3. §. ſi
quis. ff. de re iudi. Sed iuxta prædicta quæro pro declara-
tione, an poſtquam citatus oppoſuit exceptionem, ꝙ habet
ius reuocandi domum, & iudex ſtatuit ſibi terminum ad
comparẽdum, prout in hac conſtõne, debeat ipſum de no-
uo citare, ſi non comparuerit, vel reputabit eum contuma
cem ſine alia requiſitione? Dic, ꝙ reputabit eũ cõtumacem,
13 & hoc probat finis huius conſtõnis. † Octauò no. ex eo. tex.
ꝙ iſta conſtitutio requirit, ꝙ terminũ quem ſtatuit iudex
ad cõparendum illi, qui habet ius reuocandi domũ, debet
ſtatuere cum perẽptorio, ſubaudi, ad petitionẽ partis, ſm
Bar. in l. ceſſante. C. quomodo & quando iudex, per l. ad pe
remptorium. ff. de iudi. & ita eſt de forma tradita per iſtã
conſtõnem, aliàs ſi non exprimit iudex iſtud verbum pe-
remptoriè, nihil agit. facit auth. iubemus. C. de iudi. quæ
loquitur de dilatione ad allegandum, quæ debet eſſe pe-
remptoria. Itẽ quia ſumus ante litem conteſtatam, ſed ſi eſ
ſemus poſt litem conteſtatam, tunc omnis dilatio iudicis,
maximè probatoria, cenſetur peremptoria, etiam ꝙ nõ di-
catur, ut dicit Bar. in l. fi. ff. de ferijs. & Bart. in l. mancipio-
rum. ff. de optio. leg. & in l. ſi finita. §. Iulianus. ff. de damno
infec. Ang. in d. l. fi. qui allegat Spec. in tit. de dila. §. viden-
dum, poſt principium. Item dilatio expectatoria ad ueniẽ
dum de iure cõi eſt peremptoria, etiam ꝙ non dicatur, ſm
14 Bar. in l. ceſſante. C. quomodo & quando iudex. † Item, li-
cèt de iure communi, ſi nuncius citat partem præſente iu-
dice, apud acta de mandato iudicis, etiam quòd non dicat,
peremptoriè intra talẽ terminum, cenſetur peremptorium
eſſe dictum, ſecundùm Bar. & Bald. in d. l. ceſſante. ſed hoc
non procedit in regno, per iſtã conſtitutionem ante litem
conteſtatã, quia iudex, qui ſtatuit terminum, prout in iſta
conſtitutione, debet dicere peremptoriè, quia iſta eſt dila-
tio expectatoria de ſe, nec vim peremptorij habet, niſi dica
tur, ut dicit Ang. in d. l. ad peremptorium. per l. in perem-
ptorio. ff. eo. tit. Et uides hic, quòd prima citatio, ſiue moni
tio iudicis debet eſſe cum peremptorio, regulariter con-
tra, ut in l. conſentaneum, & in auth. qui ſemel. C. quomo-
do, & quando iudex. Et uide ad hoc Card. Floren. in cle. 1.
in §. ſanè. verſi. tertiò quæro. de foro comp. Item pondera,
quòd terminus conſtitutus per iſtam conſtitutionem illi,
qui habet ius reuocandi domum, debet ſtatui miniſterio
iudicis, & ideo ordinat hic lex, ꝙ ſtatuatur cum expreſſo
peremptorio, quia ſi eſſet ſtatutus à iure, eſſet perempto-
rius ſine expreſſione, ut in c. pia. de excep. lib. 6. & in c. fre-
quens. de reſti. ſpo. lib. 6. ſm Bal. in l. in contractibus. C. de
15 non nume. pecunia. † Nonò no. ex tex. ibi, per ſex dies, ꝙ
licet de iure communi pro quibuslibet 20. miliaribus de-
tur vna dies, ut in l. 2. ff. de verbo. ſignifi. & in l. 1. ff. ſi quis
cautio. & etiam vna dies pro quiete pro qualibet ſeptima-
na, ut dicit glo. in c. cupientes. §. 1. in verbo, commodè, de
electio. lib. 6. & Ludo. & Alexand. in d. l. 1. ff. ſi quis cau-
tio. & Ioan. de Imo. in l. continuus. §. cum ita. ff. de verbo.
oblig. tamen hic ſi domus citandi diſtat à loco iudicij per
octo dies, aut pauciores, habet de requie in domo ſex dies,
Et ſi domus citãdi diſtat per decem dies à loco iudicij, ha-
bet de requie in domo nouem dies. Et ſi domus citandi di
ſtat ultra decem dies à loco iudicij, habet de requię in do-
mo ſua duodecim dies. & tene menti, quia nunquam me-
mini me iſta alibi legiſſe, & non credo, ꝙ dies iſti ad quie-
ſcendum in domo dentur in alio caſu, ꝙ̃ in caſu huius con
16 ſtitutionis. † Decimò & ultimò no. ex tex. ibi, impeditus. ꝙ
impedimentum ſuperueniens infra terminum ſtatutum à
iudice ad comparendum excuſat eum, ſi non comparet, à
pœna contumaciæ, & hoc importat illud uerbum hic in
tex. poſitum, procedatur quantum de iure. ſimile in l. 2. §.
ſi quis in iudicio. ff. ſi quis cautio. & in l. ſi cũ dies. §. ſi quis
ex litigatorib. ff. de arbi. & durante impedimento, de quo
iudex habet notitiam, non poteſt ad vlteriora procedere,
& ſi procedit, non valent acta, per l. quæſitum. ff. de re iud.
& ideo Bart. in d. §. ſi quis in iudicio. conſulit impedito, vt
deducat ſtatim impedimentum ſuperueniens in notitiam
iudicis & ſic patet, ꝙ dies, quib. eſt impeditus, non compu
tantur in termino dato à iudice, vt in l. quib. dieb. in prin.
ff. de cond. & demon. Et de iſta materia impedimenti quo
modo probetur, & de alijs quæſtionib. in materia impedi-
menti, vide per Phil. Doc. Moder. in c. ex ratione, de app. In
gl. 1. hæc gl. declarat tex. prout ſuprà dixi in diuiſione hu-
ius literæ. In gl. 2. dic, vt dixi ſuprà in 3. no. In gl. 3. iſta glo.
vitio ſcriptoris eſt incorrecta. debet enim dicere. l. 2. §. om-
b tio per edictum,[b] vt dicitur in c. fi. de dolo & contuma. & in l. prohibere. §. planè. ff. quod vi aut clam. & Bar. in extrauaganti, in verbo, per edictum. & Doctores in cle. 1. de iudicijs. Sed in hoc regno fit citatio ad ipſam domum, licèt nullus in ea habitet. In glo. 7. dic ut dixi ſupra in 8. & 9. notabili. In gl. 8. in verſi. non vt iudex. dic, vt dixi in dicto. 8. & 9. nu. In gl. 9. dic, vt dixi in dicto. 8. & 9. notabili. Duæ aliæ gloſſellæ ſunt expoſitiuæ.

ANNOTATIONES.

a Fecit deſtruere eius domum.] De hac materia uide Afflic. in conſtitu. Iuſtitiarij nomen, in 9. col. in 7. no. & Par. de Put. in tract. ſyndica. in verbo bannum, & in verbo, pœna, in 4. q. & Aret. in tracta. malef. in uerbo. & eius bona publicamus. col. 7. in fi. & ibi Aug. de Ari. in add. li. quæ incip. tu autem in hac materia, cum alijs additis ad Afflict. ſup. in proœ. conſt. in prin. nu. 42.

b Per edictũ.] Adde, q citatio per edictũ, de qua in c. regni. quod incipit. finis præcepti. eſt citatio uoluntaria, & citatus pro ſuo intereſſe non arctatur ad cõparẽdũ, & uoluntariè comparere dicitur actor & non reus, ut per Matth. dec. 2. & dec. 24. col. ult. Batius.

De pœna contumaciæ in ciuilibus cauſis. Rub. XCVII.

CONTINVATIO patet ex fine præcedentis conſtitut. ubi fuit dictum, quòd ſi citatus non compareat legitimè, uel nullus eum excuſas legitimè, quòd iudex reputabit eum contumacem, & non fuit dictum, qua pęna puniatur citatus exiſtens contumax, ideo immediate ponitur hæc rub. de pœna contumaciæ in ciuilibus cauſis.

SVMMARIVM.

1 *Lex non debet eſſe ſeuera, ſed modeſta.*
2 *Vnciæ duodecim vnam libram auri conſtituunt.*
Proſcribere quid ſit.
Pœna contumaciæ quæ dicatur hodie.
3 *Iudex præcipiens aliquid ſub pœna, an poſſit illam pœnam infligere illi contumaci.*
4 *Præceptum iudicis ſub comminatione pænę incerta an ſit validum.*
5 *Iudex vnum eligens remedium, ſi illud non ſufficiat, ad aliud redire poteſt.*
6 *Condemnatus ad tertiam bonorum partem, an debeat citari ad dicendum, quare ſententia non ſit executioni mandanda.*
Contumax mulctari poteſt abſque vlteriori citatione.
7 *Delegatus à rege, an poſſit contumacem in tertiam bonorum partem condemnare.*
8 *Iudex à rege delegatus mulctare debet in minus, quàm iudex ordinarius.*
Veritas occultatur quandoque per teſtis contumaciam.
9 *Pœna contumaciæ, an poſſit augeri per iudicem ordinarium.*
10 *Pęnam legalem augere & minuere qui poſſit.*
Rex etiam poſt ſententiam poteſt remittere pęnam.
Leges tranſgredi licet quandoque ob caſus emergentes.
11 *Priuilegium fori an impediatur per contumaciam præcedentem licèt purgatam.*
Contumacia an debeat per partem accuſari, antequam iudex condemnare poſſit in tertiam partem bonorum.
12 *Executio contra contumacem fieri poteſt illico, cum facta eſt eius condemnatio.*
13 *Mulcta quid ſit, & quid pœna.*
Vigor etiam in iudicio cadere dicitur, eo quòd officiales vigoroſi eſſe debeant.
Princeps vigor iuſtitiæ cenſetur eſſe.
14 *Conſtitutio principalis qualis eſſe debeat.*
Baiuli citatos contumaces ad tertiam bonorum mobilium partem condemnare non poſſunt.
15 *Baiulus qualiter & quoties contumacem punire poſſit.*

PŒNAM nouem vnciarum, Quatuor dicta continet hæc conſtitut. Primum dictum eſt, quòd olim ille, qui erat citatus ante litis conteſtationem & erat contumax, pœna contumaciæ erat nouem unciarum auri, & tertiæ unius unciæ, & durat vſq; ibi, contumacem. Hic ponitur ſm dictum, videlicet q d. pœna nouem vnciarũ, & tertiæ vnius vnciæ eſt hodie ſublata per iſtam conſtitutionem, per quam ſtatuitur, ut pœna pro contumacia citati, ſiue pro cauſa ciuili, ſiue pro cauſa criminali per magnã curiam Vica. ſiue per iuſtitiarium ante litis conteſtationẽ

ſit

ſit tertia pars omnium bonorum ſuorũ mobilium fiſci cõ-
modis applicanda, ſic augetur vigor iudicij, & inducitur
diſcretio hominum,ſ.vt ſint iudici obediẽtes,&durat vſq;
ibi,pleruuque. Hic ponitur tertium dictum & ratio,quare
fuit correcta dicta pœna nouem vnciarum,& tertiæ,& di-
citur,ꝙ ratio correctionis hæc eſt,lex iuſta debet ęqualiter
omnib.prouidere,ſed dicta lex,quæ imponebat pœnã præ
dictam nouem vnciarum,& tertiæ,non prouidebat omni-
bus æqualiter : nam aut in illam pœnã incidebat pauper,
qui non habebat tantum in bonis, & ſic eludebatur dicta
pœna, aut habebat tantum, quantum erat dicta pœna, &
ſic per contumaciam priuabatur omnibus bonis ſuis, &
1 ſic † excedebat pęna delictum, & per conſeqnens diceba-
tur ſeuera, & non modeſta lex: aut in illam pœnam incide
bat diues, & tunc pœna ratione ſuarum facultatũ erat exi-
gua,& ſic pœnam ipſam eludebat, & ideo conſtitutio iſta,
quæ imponit pœnam tertię partis bonorum mobilium cõ
tumaci pro contumacia, ſatis eſt vniuerſalis diuitibus, &
pauperibus,& durat vſque ibi,in ciuilib. Hic ponitur quar
tum dictum,videlicet, ꝙ curia baiulorũ pro cõtumacia nõ
imponit pœnam prædictam, ſed tantum vnum auguſtalẽ,
& ſemel tantum in uno menſe, quo durauit contumacia,
& durat vſque in fi. & breuiter hoc intendit. Hodie ſubla-
tis pœnis antiquis iuſtitiarij pro contumacia ante litẽ con-
teſtatam non imponunt pœnam niſi tertiæ partis bonorũ
mobilium,ſiue cauſa ſit ciuilis,ſiue criminalis, ſiue contu-
max ſit pauper,ſiue diues : baiuli verò pro contumacia nõ
puniunt contumacem, niſi in vno auguſtali in vno mẽſe.
2 No.primò ex tex.nouem vnciarum & tertiæ,ꝙ † iſtę nouẽ
vnciæ erant de auro : duodecim.n. vnciæ faciunt vnam li-
bram,dicit glo.de pœn.diſt.1.qui domum. & no. in l.1.C.
de metallis &c.lib.11.libra autem auri eſt ducatorum 72.
vt no.in l.quoties.C.de ſuſce. & archa. lib. 10. & ſic vncia
eſt quinque aureorum,vt in l.1.C.de ar.pretio.lib. 10. Et
quia hæc pęna non ſeruatur,non inſiſto ſuper hoc. Secun-
dò no.ex tex.proſcribentes, ꝙ ſemper pœna pro contuma-
cia applicabatur fiſco regio. Itẽ no.ꝙ etiam quando ſolui-
tur fiſco pœna pecuniaria,dr̃ fiſcus proſcribere, ſicut quan
do publicantur omnia bona, vt in ſumma Azo. C. de bon.
proſcri.proſcribere eſt in publicum ducere,vt in l.ſed ſi pu
pillus.§.proſcribere.ff.de inſti.Tertiò no.ex tex.ibi, contu-
macem,ꝙ hodie pœna contumacis,ſiue pro cauſa ciuili,ſi-
ue pro cauſa criminali eſt tertia pars omnium bonorũ mo
bilium tantùm : & hoc quãdo citat magna curia Vica. vel
aliquis iuſtitiarius regni,vt dicit vlt.gl.hic. Et ĩtelligo idẽ,
ſi dominus Rex Baroni in terris ſuis faceret eũ iuſtitiariũ
puta, quia conceſſit ſibi merum & miſtum imperium, vt
poſſit ponire contumacem in tertia parte bonorum mobi
liũ pro contumacia, de iure verò Romano iudices pro con
tumacia imponebant mulctam eorum arbitrio,ſecundùm
magnitudinẽ,vel paruitatẽ cauſæ & perſonarum,vt in l.v-
nica.ff.ſi quis ius dic. non obtemp. Potuit ergo Rex huius
regni feciſſe hanc legem vniuerſalẽ,vt pro contumacia an-
te litem cõteſtatam contumax puniatur in tertia parte bo-
norum mobiliũ,vt dicit Bar.in d.l.vnica.in prin.in 2.colu.
dum allegat.l.non ambigitur.C.de legib. Sed iuxta hoc q̃-
3 ro,quid ſi † iudex faceret præceptum in cauſa ciuili,ut ſub
pœna decem vnciarum,vel vltra illud faciat : & ſi ſenſerit
ſe grauatum,compareat, ille eſt contumax, an mulctabit
eum ad pœnã comminatam, vel condemnabit ad tertiam
partem bonorum mobilium? Ego dicerem,ꝙ in regno pro
contumacia non poterit eum punire niſi ad dictam tertiã
4 partem bonorum mobilium, *ſed extra regnũ poterit illã
pœnã augere,vel minuere,per l.interlocutio.& l.program-
ma.C.cõmi.vel epiſtolas. ſecundùm Barto. in d. l.vnica.in
prin.in 2. col. quia pœna in mandato iuſtificata non habet
vim ſententiæ,quia factum ſine cauſæ cognitione nõ tran
ſit in rem iudicatam,etiam ſi non appelletur,ut dixit And,
ſupra in conſt.edictorum. in 5.col.& clarius Inn.in c.cũ ue
niſſent.in 6.col.in verbo,inhibitionẽ,de reſt.in inte. & fir-
mat Pau.de Caſt.poſt Bar. in l.nõ ſolùm.§.meminiſſe.ff.de
ope.no.nun.& firmant Doct.in l. 2. ff.ſi quis in ius uoc.nõ
ier.& ſi non fuiſſet appoſita clauſula iuſtificatiua,eſſet ipſo
iure nullũ,quia fuit factũ parte abſente,& nũ citata, cui iu
dex non potuit præiudicare,p l.prolatam.C.de ſent.& l.de
vnoquoque.ff.de re iud.& voluit Bal. in l. nequicquam.§.
vbi decretum.ff.de off.procon.Secundò quæro, quidã iu-
4 dex ordinarius fecit† præceptum ad pœnã iudicis arbitrio
inferendã, ille non paruit,ſed fuit contumax,credens, ꝙ ta
le præceptum non valeret pp incertitudinem pœnæ.iudex
ille condemnauit ad tertiam partẽ bonorũ mobilium, u-
trum valeat talis condemnatio?Bar.in d.l.vnica.in 2. colu.
ff.ſi quis in ius voc.non ier.dicit, ꝙ pp incertitudinẽ pœnę
præceptum non vitiatur,alleg.l.3.in fi.ff. vbi pup.edu. dẽt.
Tn pro hoc alle.l.eos.C.de modo mul. ſm intellectũ Old.
in conſi.15.inci.circa proceſſum &c.ubi dicit,ꝙ d.l. loqui
tur, qñ à principio in præcepto non fuit ſubmiſſa certa pę
na: tunc iudex ordinarius non excedet ꝓ contumacia mul
ctam ibi contentã,ergo valet præceptum,vbi non eſt appo
ſita certa,ſed incerta pœna : & ideo potuit iudex condem-
nare ad tertiam partem bonorum mobilium per iſtam cõ
ſti. & pro iſta opi.alle. Old.ibi tex.in l.ſi quis reum. iuncta
gl.fi.ff.de cuſt.reo. quæ uidetur apertè dicere, ꝙ limitatio
mulctæ,de qua in d.l.eos.locum habet, quando in præce-
pto iudicis non erat quantitas pœnæ, vel mulctæ inſerta:
Et dicit, ꝙ hoc ẽt videtur ſentire Hoſti.in ſum. de ſent. &
re iudi.§.& pro quibus.& ſic tranſit Alex.in d.l.unica.§. is
uidetur,in 3.col.ff.ſi quis ius dicen.Et pro iſta opinione fa
5 cit,ꝙ † ſi iudex elegit vnum remedium cõtra contumacẽ,
& illud non ſufficiat,poteſt redire ad aliud,ut vr̃ tex.& ibi
Bart.in l.1.verſic.quid ergo.ff.de vent.inſp. & firmat Bart.
in l.conſentaneum.vlti.col.ver. vtrum pro hoc præiudice-
tur.C.quomodo & quando iud.& ibi uide apoſtil.Alex.&
Pau.de Caſt.in l.quamuis.ff.de pign.acti.& Bal.in l.1. 2.co
lu.ff.ſi quis ius dicen.faciunt multa,quæ ibi alleg.Iaſ. in 8.
col.Item facit id, quod dicit hic And. ꝙ ſi iudex citat ſub
pœna maiori,quàm debeat,valet citatio,ſed non pœnę im
poſitio,per l.qui repertorium.§.ſolent.ff. de admin. tut. &
ſic valebit dicta citatio, & poterit contumacem condem-
nare ad tertiam partem bonorum mobilium. Tertiò quæ-
6 ro,ecce ꝙ quis eſt condemnatus ad tertiam† partem bono
rũ mobilium pp contumaciã, an debeat de nouo citari, ꝙ
veniat ad dicendum, quare non debeat exequi dicta con-
demnatio? And.tangit hic,& remittit ſe ad ea, quæ ipſe di
xit in conſtitu.edictorum. ſupra in fi.ibi etiã tetigi hoc du
bium,in vlt.quæſt. Sed vltra ibi dicta dico, ꝙ ſemper fuit
ſeruatum, ꝙ facta condemnatione ad tertiam partem bo-
norum mobilium pro contumacia,ſine alia citatione, cu-
ria mittit executores ad exequendum.Pro hoc allego Bar.
in d.l.1.in prin.circa fi.ſi quis ius dicen.non obtemp.& ibi
Iaſ.pro iſta practica allegat Bal.in c.grauis.7.col. de reſti.
ſpol.ubi dicit, ꝙ contumax poteſt mulctari abſque eo, ꝙ
amplius citetur. allegat Inno. in c. calumnia. de pœnis. &
eundem Bal.in c.cum dilecti.in 4.col. de dolo & contu.&
vltra Iaſ.alleg. Petrum de Ancha.in c. cupientes. §. quòd ſi
per viginti.de electio.lib. 6. vbi dicit, quòd iudex uerum
contumacem poteſt mulctare ſine alia citatione.c.1. de iu
di. Immo prouiſum eſt per ritum magnæ curiæ,ꝙ mulcta
tus ad tertiam partem bonorum mobilium per contuma-
ciam, ſi non comparet intra menſem perſonaliter ad pur-
gandum contumaciam, elapſo menſe ſine citatione capi-
tur de perſona, & incipit, Item ſi aliquis, uel aliqua. in 5.
7 charta. Quartò quæro,an iudex† delegatus à Rege in cau
ſa ciuili,uel criminali poſſit condemnare contumacem ad
tertiam partem bonorum mobilium? Glo.tangit iſtud du-
bium in mulcta,in l fi.C.de modo mulcta. & dicit, ꝙ non
poteſt mulctare. Idem tenet Bar.& Doct.in d.l.1. in princ.
ſi quis ius dicen.per l.2.§. fi. ff. de iudicijs. ſed loquitur in
delegato ab ordinario, ſed in delegato à principe dicit Ale
xan.in d.l.1.ꝙ põt mulctare,quia cenſetur maior quolibet
ordinario.c.paſtoralis.in fine.& c.ſanè.lo ſecondo. de offi-
cio delega.& c.paſtoralis.§.1.de offic. ordi. & idem dicen-

dum eſt, vt poſsit condemnare ad tertiã partem bonorum
mobilium pro contumacia, ſicut poteſt iudex ordinarius,
ex quo iſta conſtitutio non diſtinguit. Item iſta conſtitutio
dicit, uigor iudiciorum, ſed iudicium etiam dicitur corã
iudice delegato à rege, quia iudicium eſt in eo, quia habet
à Rege iuriſdictionẽ. l. non à iudice. §. ſi quis alio. ff. de iu.
4. q. 4. c. 1. Et pro hoc facit gl. 3. hic, quæ dicit, ꝙ iudex de-
legatus poteſt augere iſtam pœnã tertiæ partis bonorum
mobilium, & alleg. tex. in conſtitu. in pecuniarijs. Ego pu-
to contrarium, quia conſtitutio iſta loquitur de citationib.
quæ fiunt per iuſtitiarium, vt dicit hic glo. 2. & fi. & ſic nõ
loquitur de iudice delegato. Iudex ergo delegatus à Re-
8 ge † mulctabit de iure communi in minus, quàm ordina-
rius, vt refert Alex. ubi ſupra, & ſic iudex delegatus à Re-
ge non poteſt condemnare contumacem ad tertiam partẽ
bonorum mobilium, ſed mulctabit in minus, quàm ordi-
narius. Nec ob. tex. & glo. in d. l. in pecuniarijs. ad quam ſe
remittit hic glo. 3. quia loquitur in caſu ſpeciali, videlicet
quando iudici commiſſa eſt audientia teſtium, tunc ille iu-
dex delegatus in cauſa ciuili ſuper teſtibus recipiendis po-
terit teſtes contumaces condemnare ad tertiam partẽ bo-
norum mobilium, vel ad maiorem, ideo non eſt exten-
denda aliũ casum. Et ratio ſpecialitatis eſt, quia per con-
tumaciam teſtis veritas occultatur, vt eſt glo. in prologo
Hieronymi, c. 3. in fi. argue eos, qui veritati contradicunt.
Et ad veritatem inueſtigandã iudex procedit omnibus mo
dis, quibus poteſt, vt in Auth. de tabell. in prin. C. de eden-
do. l. 2. ſm Ange. in præludijs iſtarum conſtitutionum, in
7. col. & Bal. in l. teſtamentum. 9. col. C. de teſtibus. dicit, ꝙ
multis modis veritas debet defenſari. Ideo Paulus ad Ti-
moth. 2. c. ibi, cum modeſtia corripe eos, qui reſiſtunt veri
tati. quæ ratio non militat in citatione ante litem conteſta
9 tam contra principalem. Quintò quæro, vtrum † pro con-
tumacia iudex ordinarius poſſit augere iſtam pœnam ter-
tiæ partis bonorum mobilium. Dicit hic And. ꝙ glo. hic,
& in conſtit. in pecuniarijs, tenet, quòd ſi iudex delegatus
poſſet augere pœnam iſtam, ergo & iudex ordinarius po-
terit iſtam pœnam legalem augere, & dicit And. quòd ita
vidit ſeruari, quia iudices alias pœnas infligunt criminoſis
quàm legales: remittit tamen ſe ad ea, quæ ipſe dixit in c.
1. in verbo, inceſtas nuptias, ſcilicet in additione, quæ inci
pit, & hoc eſt verum &c. quæ ſint regalia. Ipſe tamẽ Andr.
hic videtur tenere, quòd non augebit iudex iſtam pœnam:
& ſi in citatione exprimit maiorem pœnam, valebit cita-
tio, ſed non pœnæ impoſitio, ut dixi ſupra in ſecunda quæ
ſtione. Bene tamen dicit, quòd iudices in ſumma admini-
ſtratione conſtituti poſſunt maiorem pœnam infligere in
arduis negotijs, ut no. in l. certa forma. C. de iure fiſci. & l.
ſi ad magiſtratum. C. de decur. li. 10. Cui adde id, quod di-
10 cit Bar. in l. acta. §. 1. ff. de re iudi. quòd † habentes iura re-
galia, & alij non recognoſcentes ſuperiorẽ, poſſunt dimit-
tere pœnam legalem. Nihil tamen dicit de augmento pœ
næ legalis. intellige hoc, ſcilicet, quòd poteſt minuere pœ-
nam legalem, prout dicit Andr. in c. 1. in verbo, bona com-
mittentium crimen maieſtatis, quæ ſint regalia, ſcilicet cũ
cauſa, ut in l. & ſi ſeuerior. C. in quibus cauſ. infam. irrog.
& in l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui notan. infa.
& in l. aut facta. §. fi. ff. de pœnis. Et hoc ante ſententiam, &
non poſt ſententiam, vt dicit Alexand. in d. l. acta. & An-
dreas in verbo, bona committentium crimen læſę maieſta
tis. vbi dicit, quòd Rex etiam poſt ſententiam poteſt re-
mittere pœnam, prout videmus de facto. & vide And. in
dicto verbo, inceſtas nuptias. in additione prædicta, ubi di
cit, quòd iudices in poteſtate conſtituti, contumaci poſ-
ſunt imponere pœnam omnium bonorum. Et hoc pro ma
gna cauſa, & enormi, & incõſueto delicto, quia delicta in-
ſolita exigunt inſolitam pœnam, aliàs quis non debet exce
dere ordinariam pœnam à lege ſtatutam. Ideo dicebat In-
nocen. in cap. 1. de conſtitutio. quòd ratione caſuum emer-
gentium licet leges tranſgredi. Et ſequitur Bald. in dicta
l. & ſi ſeuerior. & in l. prima. C. de precibus Imper. offer.

& in l. 1. C. de iuramen. calum. & in authen. hodie. C. de iu
dic. Et ad prædicta accedant multæ allegationes & indu-
ctiones, quas adducit ad præſens propoſitũ Dominus An-
dreas Barbat. famoſiſſimus Doctor in d. c. 1. in 25. colum.
de conſtitutio. Sextò quæro de quadam quæſtione, quam
habui de facto, quidam fuit contumax reputatus pro cau-
ſa criminali, deinde comparet, & expurgat contumaciam,
& allegat declinatoriam fori virtute priuilegij. quæritur,
11 an † ex contumacia purgata poſtea poſſit allegare priuile-
gium fori? Ang. in l. eum qui. ff. de priuil. credit. dicit, quòd
Bart. de hoc dubitauit in l. ſi pupillus. §. defendere. eod. tit.
ſed ipſe determinat in d. l. eum qui. quòd non in pœnam
ſuæ contumaciæ, per gl. in l. ſi finita. §. item videamus. ff. de
damno infecto. & per tex. in l. de die. §. planè. ff. qui ſatiſd.
cogan. Hoc uerum intellige ſecundùm Ioã. de Imo. in d. §.
item videamus. ſi ille, qui fuit contumax, erat talis perſo-
na, quę potuiſſet renunciare ſuo priuilegio fori, aliàs ſecus,
per cap. ſi diligenti. de foro competenti. Septimò & vltimò
quæro, an ad hoc, vt iudex poſſit procedere ad hanc con-
demnationem tertiæ partis, requiratur, quòd pars accuſet
contumaciam, vel ſufficiat, ꝙ conſtet, ꝙ fuit citatus, & non
comparuit? Dic, ꝙ de neceſſitate requiritur, ꝙ ſit eius con-
tumacia accuſata. Ita firmat Petr. de Anchara. in capit. cu-
pientes. §. quòd ſi per viginti. de electio. libro ſexto, per no
ta. per Bartol. in l. properandum. §. & ſi quidem. C. de iu-
dic. fallit in cauſis fiſcalibus, ut in l. ſecunda. §. ſenatus, ff.
de iure fiſci, qui textus eſt mirabilis ſecundùm Bartolum
ibi: & ita practicatur, vt dicit etiam Bartol. in l. conſenta-
neum. in fi. C. quomodo & quando iudex. Quartò nota
ex tex. ibi, tertia parte bonorum mobilium. quòd eo ipſo,
12 † quòd contumax eſt condemnatus ad tertiam partem bo-
norum mobilium, ſiue pro cauſa ciuili, ſiue pro criminali,
ſtatim poterit in ipſa tertia parte fieri executio pro fiſco, &
ſic ne fiſcus decipiatur, debent omnia bona mobilia per
commiſſarium fiſci deſcribi, & annotari. Nam iſta deſcri-
ptio eſt antecedẽs ad executionem tertiæ partis: & ſic qui
vult conſequens, pręſupponit quòd fiat antecedens. l. il-
lud. ff. de acquirenda hæreditate. Et notauit Baldus in l.
item. §. qui habet. ff. de ſeruit. ruſticorum prædio. & in l.
prima. C. ſi rector prouinc. Faciunt iura allegata in gloſ. in
l. ſecunda. ff. de iuriſdictione omnium iudic. & ideo vide-
tur mihi inquantum in glo. fin. hic credit, ꝙ hæc annotatio
non debet fieri, niſi quando quis eſt contumax pro cauſa
criminali, prout declarat text. infra in ſecundo libro, in
conſtitutione prima, quæ incipit, grandis vtilitas. & ſic nõ
fit annotatio, quando pro cauſa ciuili fuit contumax, & cõ
demnatus ad tertiam partem, non perfectè conſiderauit,
quomodo fiſcus habebit tertiam, ſi non vult venire ad cõ-
poſitionem, niſi fiat deſcriptio omnium bonorum mobi-
lium. Tamen nunquam vidi, ꝙ pro cauſa ciuili citatus,
& contumax, & condemnatus ad tertiam partem bono-
rum mobilium, quòd fiat deſcriptio, & annotatio bono-
rum. ſed ſi fiſcus vellet facere, non video rationem in con-
trarium, niſi conſuetudo non faciendi annotationem ha-
beret denegare, ꝙ non fieret. Et quia iſtæ annotationes
ut plurimum ſunt iniurioſæ pro cauſa ciuili: propterea
credo, quòd glo. credidit, quod pro cauſa ciuili non fit an
notatio bonorum mobilium, & curia ſemper procedit ad
compoſitionem, habito reſpectu ad qualitates perſonarũ.
13 Quintò no. ex tex. ibi, mulctari cenſemus, quòd iſta † tertia
pars bonorum mobilium, quæ applicatur fiſco propter cõ
tumaciam uigore huius conſtitutionis, dicitur mulcta: &
tamen impropriè, ſed propriè dicitur pœna, quia ſi eſſet
mulcta, poſſet appellari, vt in l. aliud eſt fraus. §. inter mul
ctam. & l. ſi qua pœna. ff. de verbor. ſignifi. & tamen ab iſta
taxatione tertiæ partis non poteſt appellari, quia eſt pœna
impoſita à lege, à qua non poteſt appellari, vt in d. l. ſi qua
pœna. no. glo. in capit. cupientes. in §. inſuper. in uerbo, pri-
uatos. de electio. lib. 6. Bartol. in l. fin. ff. de appellation. re-
cipien. Abb. in cap. ex literis. ſecunda colum. de conſtitu-
tio. & in Specu. de iuramento calumniæ. §. fin. in princip.
& not.

& not. in c. quia nos. de appell. Bene fateor, q; à declaratione iudicis declarantis eum inciſiſſe in dictam pœnam tertiæ partis, poteſt appellari, ut firmat gl. in dicto verbo, priuatos. & Abb. Sic. in c. parochianos. de ſen. excomm. Sextò no. ex tex. ibi, & iudiciorum vigor. q; etiam in iudicio cadit vigor. ſ. propter officiales, qui debent eſſe vigoroſi. i. firmi, & robuſti, & vigiles: & ſic non dormientes, ſed quia in vigore ſuo eſt, & tunc dicitur ſtare iudicium in vigore ſuo. & ideo glo. in l. prohibitum. in fi. C. de iure fiſci. dum tex. ibi dicit, iuſtitiæ vigorem. dicit glo. i. principem, qui eſt uigor iuſtitiæ: & ideo dicitur lex animata &c. Alibi dicitur vigor iuſtitiarius. C. de defenſo. ciuit. l. penul. in fi. alibi dicitur vigor officij præſidis, in l. 1. C. de ſuſce. & arc. libro 12. Cætera de iſto nomine, vigor, vide per Lucam de Penna in d. l. prohibitum. in fi. Septimò no. ex tex. ibi, plerunque. q; † conſtitutio principis ita debet eſſe vniuerſalis, quòd diuitibus non ſit eluſoria, & pauperibus non ſit oneroſa, & incomportabilis, ſiue impoſſibilis. Bene facit tex. in Auth. de hæred. & falc. §. pen. vbi Imperator facit legem omnibus communem, ideſt honeſtam, iuſtam, poſſibilem, & communem, vt dicit tex. 4. diſt. c. erit autem lex. Octauò no. ex tex. ibi, in ciuilibus verò cauſis coram baiulis, q; baiuli non poſſunt punire citatos contumaces ad pœnam tertiæ partis bonorum mobilium. Item no. ex eodem tex. quòd pro contumacia baiulus non poteſt punire vltra vnum auguſtalem. Ad idem ſupra in conſtit. ad officium. ſub rubr. 64. & ibi vide quæ ibi ſcripſi. & dicit iſte tex. q; ſemel tantum in menſe, ita quòd contumacem in vno menſe duobus, uel tribus vicibus non poterit iudex, ſeu baiulus punire, niſi in vno auguſtali, & ſi in ſecundo menſe fuerit contumax, in alio auguſtali. De iure verò Romano dicit hic

15 Andreas, quòd † baiulus punit pro contumacia vnum ter in anno contumacia durante, vt eſt tex. expreſſus in l. fi. C. de mo. mulctar. Item baiulus in citatione non ponit terminum, ſicut facit iuſtitiarius, ſed ponit terminum primæ diei ante comparitionem, vt patet infra in conſtit. dilationes in iudicijs. de dilatio. In glo. 1. in fi. tene menti iſtam glo. quia limitat iſtam conſtitutionem, ut non habeat locum, niſi in prima citatione, tunc ſi citatus eſſet contumax poteſt condemnari ad tertiam partem bonorum mobilium, vnde ſi contumacia contrahitur poſt litem conteſtatam, nõ poteſt fieri iſta condemnatio ad dictam tertiam partem, & ita vidi fuiſſe ſeruatum in contradictorio iudicio. In glo. ſecunda, dic de prima parte gloſ. prout dixi ſupra in tertio notab. & in ſecunda parte, dic vt dixi ſupra in octauo notab. In glo. 3. hanc quæſtionem, quam tangit hic glo. examinatu ſupra in tertio not. in 5. q. In eadem ibi, quia delegatus. intellige iſtam gl. prout dixi ſupra in 3. not. in 4. q. In gl. fin. ibi, ſed credo, quod illa loquitur in criminali, dic vt dixi ſupra in 4. no. In eadem ibi, quòd intelligo, idem dixi ſupra in 3. notab. in princ. In eadem in fi. dic ut dixi ſupra in octauo notabili.

ANNOTATIO.

a Bonorum.] Quid ſi iudex impoſuerit maiorẽ pœnã citato, quàm tertiam mobilium, an talis citatio valeat? Vide Andr. de Iſer. hic, col. 1. & quid ſi iudex in cauſa ciuili, vel criminali, nõ tamẽ in cauſa criminis læſæ maieſtatis, vel hæreſis impoſuerit maiorem pœnam abſorbentem omnia bona contumacis, an teneat dicta impoſitio pœnæ. & videtur q; non, vt hic per auctorem, & And. de Iſer. pro quibus facit c. Regis catholici conceſſum Neap. & eſt ſextum cap. fol. 38. Ioan. Ant. Batius.

SVMMARIVM.

1 *Contumax in regno duplici pœna afficitur.*
Contumax parti omne intereſſe debet reſarcire.
2 *Remedia quatuor parti conceduntur aduerſus contumacem.*
3 *Contumace condemnato, iudex primum decretum interponit, vt ponatur actor in poſſeſſionem rerum ipſius contumacis.*
4 *Miſſus in poſſeſſionem ex primo decreto non cenſetur ipſa bona poſſidere.*
5 *Prædo tuendus eſt in ſua detentatione.*
Poſſidens ex primo decreto non facit fructus ſuos.
6 *Iudex ex cauſa iuſta poteſt poſſeſſorem de poſseſſione expellere.*
7 *Miſsio in poſſeſſionem ex primo decreto quãdo locum habeat.*
8 *Res burgenſatica an dici poſsint hæreditariæ.*
Miſsio ex primo decreto fieri poteſt in vſufructu.
9 *Reus poſſeſsionem, quam actor habet ex primo decreto, quando recuperare poſſit.*

CONTVMACEM. Quando quis citatur ciuiliter actione perſonali, & fuit contumax reputatus ad tertiam partem bonorum ſuorum mobiliũ, iuxta præcedentem conſtitutionem, condemnatus ad inſtantiam actoris, iudex debet ipſum actorem mittere in poſſeſſionem bonorum hæreditariorum, ſeu burgenſaticorum ipſius rei citati, & contumacis pro menſura debiti, ſubaudi, ex primo decreto, donec reus contumax tædio affectus compareat, & purget ſuam contumaciam, vt latius dicitur hic in ſecunda glo. Et in defectum bonorum burgenſaticorum iudex mittat in poſſeſſionem bonorum feudalium ex primo decreto tantùm, vt tædio affectus cõpareat. Et iſte eſt ſenſus huius conſtitutionis, & breuiter hoc intendit. Duplici pœna affligitur contumax in actione perſonali, quia condemnatur ad tertiam partem bonorum mobilium. Secundò, quia mittitur reus in poſſeſſionem ſuorum bonorum ſtabilium pro menſura debiti ex primo decreto. Vel ſic, conuentus actione perſonali, & condemnatus ad tertiam partem bonorum mobilium pro contumacia, patitur etiam primum decretum, quod exequitur pro bonis burgenſaticis, & in ſubſidium in ſuis bonis feudali-

1 bus. No. primò ex tex. ibi, contumacem. quòd etiam † in regno contumax punitur duplici pœna. Vna, quæ applicatur fiſco, ſcilicet tertia pars bonorum mobilium. Alia, quæ applicatur parti, id eſt, quia pars ponitur in poſſeſſione ſuorum bonorum, ſcilicet ex primo decreto. Sic etiam eſt de iure communi. nam contumax tenetur parti reſarcire omne intereſſe paſſum pro contumacia, & poteſt per iudicem mulctari, vt in l. 1. in fi. ff. ſi quis ius dicen. non obtemp. & etiam expenſas, vt in l. eum quem temere. ff. de iudicijs. & plenè firmat Spe. in tit. de contu. §. nunc dicamus. ſed de iure canonico ſufficit vna pœna, ſcilicet miſſio in poſſeſſionem ex primo decreto, & non mulctatur de æquitate canonica, vt in c. 1. de do. & contu. & in c. fi. §. in alijs. vt lite conte. fallit, niſi eſſet vehemens, & perſiſtens contumacia, tunc etiam mulctabitur, ſecundùm Abb. Sicu. in d. cap. 1. & in d. §. in alijs. Et dicit idem Abb. in d. cap. fi. §. in alijs. quòd contra contumacem in actione perſonali ſunt qua-

2 tuor remedia. Primum, quia † actor mittitur in poſſeſsionem ſuorum bonorum ex primo decreto, videlicet primò in mobilibus, quibus deficiẽtibus in ſtabilibus, ſeu immobilibus, quibus non exiſtentibus, in nominibus debitorum, ſecundùm Inno. in cap. 1. de eo qui mittit. in poſſeſ. cauſa rei ſeruandæ. Licet gl. in Authent. de exhiben. reis. in verbo, rerum. dicat, quòd iſte ordo non ſeruatur in iſtis miſsionibus. Secundum remedium eſt, quia poterit mulctari, & pignorari. Tertium remedium, quia ſi perſiſtit in contumacia, faciet eum iudex capi de perſona, vt in conſtitutio. ſequenti dicitur. & in d. l. conſentaneum. C. quomodo & quando iudex. & ibi Bald. & dicit gloſ. & Andr. in ſequenti conſtitut. & hoc eſt in viridi obſeruantia: nam contumax per vnum, aut per duos menſes, ſi non purgat contumaciam, capitur de perſona. Quartum remedium, quia in contumacia poteſt procedere ad diffinitiuam ſecundùm merita probatorum, vt not. in dicta lege, conſentaneum. Sed ex quo in regno ex defectu litis conteſtationis in proceſſu poteſt procedi ad ſententiam diffinitiuam, vt in capitulo regni, quod incipit,

deteſtantes.char.54.poteſt procedi in contumacia citati:et
non comparentis,etiam ad diffinitiuam lite non conteſta-
ta. Hic caderent omnes illæ quæſtiones,quæ tanguntur in
materia primi decreti, de quib.in locis præall.& in Spe.in
ti.de primo & ſecundo dec.§.ſequitur videre. & per Alex.
in l.ſi finita.§.Iulia.& ibi Bar.ff.de dam.infe.& Albe.in l.ſi
finita.§.ſi plures. & ibi remiſſiones multæ. Bal.in auth. ei
qui C.de bon.auth.iud.poſſ.& per Cy.in l.cum proponas.
eo.tit.& Rol.Beneuen.in tit.in quib.actionib. primum &
ſecundum decretum interponitur. & Bal.& Albe.in l.ele-
ctio.§.ſi abſente.ff.ſi ex no.ex.cauſa agatur. Albe.de Roſ.in
l.iubere.ff.de iuriſd.om.iudi.ſed omitto vt ſim breuis. Se-
3 cundò no.ex tex.ibi,ciuili,& perſonali actione,ꝙ † conuen-
tus actione perſonali, ſi reputatus eſt contumax ad inſtan-
tiam actoris,ſubaudi, implorantis officium iudicis ſecun-
dum Cy.in l.cum proponas.C.de bon.auth.iud.poſ.iudex
interponit primum decretum, vt ponatur in poſſeſſionem
rerum dicti contumacis, & eum mittit in poſſeſſionem di
ctorum bonorum pro menſura debiti, vt hic. Quod intel-
lige, ꝙ antequam iudex interponat dictum decretum,de-
bet videre acta, ſi conſtat ſibi de citatione facta, & ꝙ fuit
contumax,tunc dicet in decreto prædicto,viſa citatione et
relatione nuncij & cõtumacia, vt dicit Bar.in l hęc autem.
§.1.ff.ex qui.cau.in poſſ.eat.& Spe.in tit.de contumacia.§.
ſequitur.in fi.& idem Bar.in l.multum.ff.de cond.& dem.
& debet iudex dicere in dicto decreto, ſm gl.2.hic, acto-
rem ponendum eſſe in poſſeſſionem bonorum ipſius con-
uenti cauſa rei ſeruandæ,donec tædio affectus veniat in iu
4 dicium reſponſurus.Et ſic patet,ꝙ † miſſus in poſſeſſionem
bonorum conuenti ex primo decreto,non dicitur poſſide-
re ipſa bona,ſed tantũ dicitur cuſtodire,& per conſequens
ipſe conuentus etiam poſſidet, vt bene hic declarat glo. Et
verba iſta gl. habuit à Spe.in ti.de primo & ſecundo decr,
§.fi.verſ.porrò in perſonalibus &c.Cui adde tex.in l.3.§.fi.
verſi.ꝙ autem.ff.de acq.poſſ.vbi miſſus in poſſeſſionem ex
primo decreto non poſſidet, ſed ſolùm habet tenutam &
cuſtodiam.Ad idem in l.cum lega.ff.ex qui.cau.in poſ.eat.
& firmat Bar.& Alex.in 53.col.in §.Iulia.præalleg. & vide
tur tex.in l.is cui.ff.vt lega. nomine caueat.& ideo non ha-
bet interdictum vti poſſi. vt in l. ſi duo.§.creditores.ff. vti
poſ.& Bal.in l.conſentaneum.in pen.col.verſ.ſextò opp.C.
quo & quando iud.& Bar.in l.ſi finita.§.Iul.vlt.col.& Pau.
de Caſt.in l.1.§.per ſeruum.ff.de acq.poſſ.Item non habet
beneficium l. ſi quis in tantam. ſi eijciatur de poſſeſſione
vt dicit Bal. in addi. Spe.in tit.de primo & ſecundo decre.
ver.ſi quis mittatur. ſed bene habet remediũ.c.reintegran-
da.3.q.1. quod datur etiam detentatori ſpoliato, vt dicit
Alex.in l.1.in prin.in 8.cha.in 4.col.dicens, ꝙ ita etiam te
net Ant.de Bu.in c.ſępe.de reſt.ſpo.Item quia prędo in ſua
5 detentatione † tuendus eſt.c.in literis. de reſt.ſpo.l.1.§.qui
vi à me.ff.de vi & vi ar.Item habet remedium implorandi
officium iudicis,quod datur detinenti rem mobilem,ſi ab
illa detentatione decidit, vt dicit glo.in l.& ideo.§.fi.ff.de
condi.fur.& gl.in l.Aquilius.ff.de don.& in l.non tantùm.
in prin.ff.de pet.hęr.Item habet interdictum ne vis fiat ei,
ſm Bar.in l.1.in prin.ff.ne vis fiat ei.Et inquantum dixi,ꝙ
poſſidens ex primo decreto in actione perſonali non dici-
tur poſſidere,ſed habere tenutam,& cuſtodiam: infero,ꝙ
non facit fructus ſuos ſm Bar.in d.§.Iul.& Alex.ibi in 54.
col.Fallit in duob.caſib.Et primò niſi ex conſuetudine,vel
ſtatuto miſſus in poſſeſſionem ex primo decreto lucretur
fructus,tunc dr̃ poſſeſſor, quia commodum fructuum ſpe
ctat ad poſſeſſorem.l.Fulcinius.§.fi.ff.ex qui.ca.in poſ.ear.
ſed Bar.in d.l.Iul.dicit, ꝙ non valet conſuetudo ꝙ miſſus
in poſſeſſionem ex primo decreto faciat fructus ſuos, ſed
aliqui tenent contrarium,vt per Alex.in d.§.Iul.in 54.col.
Et ſic patet,ꝙ ceſſante ſtatuto,vel conſuetudine, miſſus in
poſſeſſione ex primo decreto in actione perſonali non fa-
cit fructus ſuos,vt dicit Spe.in ti.de eo,qui mit.in poſ.cau.
rei ſer.& Bar.in d.l.ſi finita.§.Iul. Fallit in caſu l.pen.& ibi
Bar.ff.vt in poſ.leg.Fallit ſecundò,niſi iudex ex nimia con-
tumacia rei ex primo decre.declaret eum verum poſſeſſo-
rem,gl.eſt ſing.cõiter approbata in l.4.§.ſi fortè. in ver.de-
cipiatur.ff.de dam.infe.vbi hoc dicit Ang.& Pau.de Caſt,
& Alex.in d.§.Iul.in 54.col.Alex.in 2.col.ꝙ ex iuſta cauſa
6 † poteſt iudex expellere reum cõtumacem de poſſeſſione,
poſtquam actor eſt miſſus in poſſeſſionem ex primo decr,
ſm lec.gl.ibi.Sed ſine cauſa hoc facere non debet,vt in l.ſi
finita.§. ſi quis autem.eod.titu. & dicit hoc eſſe ſingulare,
ſm Pau.de Caſt.in d.§.ſi fortè.& vide Bar.in d.§.ſi quis au
tem.vbi ponit,quę ſit iuſta cauſa expellendi:& hoc expreſ
ſè firmat Cy. in d.l.cum proponas.17.q.ſm Iac.de Are.vt
ipſe refert. Sed iuxta hoc quæro,creditor,qui egit actione
perſonali contra debitorem, miſſus fuit in poſſeſſionem
ex primo decreto in certis vegetibus vini græci,vtrum iſte
creditor poſſit alteri concedere, vt ſuo nomine detineat.
Dicit Bar.in l.is cui.§.ſeruandorũ.ꝙ ſi creditor non habet,
ubi teneat, permittitur ſibi alij dare,vt teneat: ſecus ſi ha-
bet,vbi teneat.Et ideo dicebat Bal.in auth.ei qui.C.de bo.
auth.iu.poſ.in 16.col.ꝙ res mobilis debet eſſe apud miſ-
ſum ex primo decr.vel ſequeſtrari,ſi eſt ſuſpectus.Idem di
cit Bar.in l.ſi finita.§.ſi quis aũt. vt dicit Alb.in apo.in d.§.
qui ſeruandorum. Sed pone,ꝙ cõparet debitor cõtumax,
& purgat contumaciam,& ſoluit expenſas actori factas in
lite, & in bonis ipſis, iuxta tex.in l.ſi actor.§.quid autem.ff.
de bo.auth.iu.poſ.& no.in d.auth. ei qui.& d.§.Iul.& ibi
Alex.45.col.& Io.And.in c.cum veniſſent. de eo qui mit.
in poſ.cau.rei ſer.an recuperet poſſeſſionem quam habuit
ex primo decr,creditor,ſi non ſoluit debitum? Dic,ꝙ ſi de
cretum primum fuit interpoſitum ex contumacia,recupe-
rat poſſeſſionem,non ſoluto debito,vt in d.auth.ei qui. ſe
cus ſi fuit facta miſſio in poſſeſſionem pro debito. ita di-
cit Bar.in l.is qui.§.ſi antipherna.ff.de pign. Et vide ad hoc
Alex.in d.§.Iulianus.in 36.col.Tertiò no.ex tex.ibi,ante li.
7 conte. ꝙ † in actione perſonali miſſio in poſſeſſionem ex
primo decreto cauſa rei ſeruandæ, qn̄ actum eſt perſonali
actione, non habet locũ,niſi ante li.cont.contrahatur con-
tumacia. Sed ſi contrahatur poſt li.cont.deueniendum eſt
ad diffinitiuam ſniam, ſi liquet de cauſa,vt expreſsè patet
in conſti.ſeq. vide Spe.in ti.de contu.§.ſequitur.ver.ſi uero
agitur.cum ſequẽti. Quartò no.ex tex.ibi,pro menſura de
biti declarati. ꝙ iudex antequam interponat primum de-
cretũ in actione perſonali, debet ſummatim videre, quid
ſibi conſtat de debito, ut in c.quoniam.§.ꝙ ſi ſuper. ut li.
non conte.& ſic uidebit ſcripturas,& recipiet informatio-
nem ab uno teſte,ſi dicit,ꝙ nõ habet ſcripturam,ſed teſtes,
ut in l.2.C.ubi in rem actio.debet recipere ab actore iuſm
calumniæ,ut dicit Spe.in ti.de primo & ſecundo dec.§.ſe-
quitur uidere.Hodie in regno prouiſum eſt per conſt.quę-
ſtiones iuriſperitorum.quæ eſt poſt conſt.ſequentem,ꝙ ſta
tur iuſo ad certam quantitatem, ſm conditionem perſo-
narum,ad effectum interponendi primum decretum, etiã
ꝙ aliter non conſtet de debito,& ſi in plus prętendit ſe cre
ditorem, oporteat ſummariè conſtare de ipſo debito, ut in
illo pluri poſſit interponi primum decretum.Et ſic miſſio
in poſſeſſionem ex primo decreto non fit in omnibus bo-
nis,prout erat olim,ut patet in l.j.ff.quib.ex cau.in poſ.ea.
& in l.cum proponas.C.de bo.auth.iud.poſ. ſed pro men-
ſura debiti declarati.i.petiti,ſm gl.in auth.ei qui iurat.uel
ſummatim probat,ut ibi.Et hoc non ſolùm eſt per iſtã con
ſti. ſed per tex.in d.auth.ei qui iurat.C.de bo.auth.iu.poſ.
quæ ſumpta fuit ex corpore Auth.de exhib.& introd.reis.
§.ſi uerò etiam. colla.6.& ſi modum exceſſiuum excedit
miſſio ultra debitũ poteſt appellari, ut habetur in l.ab exe
cutore.C.quorum appel. non recip. ſecus ſi modicum ex-
ceſſit, ut dicit gl.in d.auth.ei qui iurat.Quinto no.ex tex.
8 ibi,hæreditariarum rerum.quod † res burgenſaticæ appel
lantur res hæreditariæ. Et tene menti iſtum ordinem, ut
miſſio in poſſeſſionem ex primo decreto pro menſura de
biti declarati in actione perſonali,primo fiat in bonis bur-
genſaticis, & allodialibus, & in ſubſidium, quando illa
non reperiuntur, fiat in bonis feudalibus, & ſic patet per
iſtam

iſtam conſti. ꝙ pro debito, quod petitur actione perſonali, poteſt creditor mitti in poſſeſſionem ex primo decreto in bonis feudalib. in ſubſidium. Idem eſt etiam de iure communi, vt dicit Spe. in ti. de primo & ſecundo decre. §. reſtat videre. ver. quid ſi reus non habet niſi vſumfructum &c. al leg. l. is qui vſufr. & l. obligatione generali. ff. de pign. Nam & in vſufructu poteſt fieri miſſio ex primo decreto, ſecundùm Bar. in l. ſi prius. 6. q. ff. de ope. no. nun. Et in iurib. incorporalibus, vt per Bar. in l. ſi finita. §. ſi de vectigalibus. ff. de dam. infe. ſcm autem decretum in feudalib. ſine regio aſſenſu non poteſt interponi, vt dicitur infra in cõſti. ſequenti. In gl. e. dic ut dixi ſupra in 3. no. In gl. 2. hęc gl. ponit formam interponendi primum decretum, quãdo conuentus actione perſonali eſt contumax, & dic vt dixi ſupra in 2. no. In eadem, in actione reali. no. iſtam glo. ꝙ quando agitur actione reali, & cõuentus eſt cõtumax, & petit actor ſe mitti in poſſeſſionem ex primo decreto, nõ ponitur in decreto, ꝙ poſſideat cauſa rei ſeruandę, imò poſſidet rem petitam, ut uerus poſſeſſor. hoc bene probat gl. in conſt. rei vendicatione. licet poſſeſſio ſit reuocabilis infra annũ, tamen poſt annum eſt uerus poſſeſſor, & lucratur fructus, ſed non lucratur fructus ante annum ſecundùm Bart. & Ange. in d.

9 §. Iulianus. Et ſic patet, ꝙ † reus poteſt poſſeſſionem quam actor habuit ex primo decreto, recuperare, purgando contumaciam intra annum, ſatiſdando, & ſoluendo expenſas. Idem firmat Spe. in ti. de primo & ſecundo decr. §. nunc uideamus. uerſ. ſed utrum miſſus. per c. qm̃. §. in alijs. ut lite non conte. & C. de pręſcr. 30. uel 40. ann. l. ſi quis emptionis. §. pe. & per totum ti. de eo qui mit. in poſſ. cau. rei ſeru. uide Alex. in l. 3. §. genera. ff. de acq. poſſ. Poteſt ergo reus conuentus actione reali intra annum comparere, & pręſtare ſatiſdationem, & ſoluere expenſas, & recuperare poſſeſſionem, niſi in certis caſib. notatis per Alex. in l. ſi prius. ff. de ope. no. nun. & in §. Iulianus. pręallegato, col. 34. ubi inter alias fallentias dixit ex auctoritate Pau. de Caſt. in d. §. Iulianus. ꝙ ſi ille, qui miſſus eſt ex primo decreto ſuper actione reali in re petita incontinenti, quando reus uult purgare contumaciam, & oſtendere de iure ſuo, reus non recuperabit poſſeſſionem, ſed Alex. & bene impugnat hoc dictum, ut latius ibi per eum in 35. col. Cętera de iſta materia uide per Albe. in d. §. Iulianus. ubi multas quęſtiones annectit circa iſtam materiã miſſionis ex primo decreto.

ANNOTATIO.

a Suos.] An miſſus in poſſeſſionem ex primo decreto faciat fructus ſuos in actione perſonali? Dic quòd ſic, ſed excomputat in ſortẽ, per tex. in l. is cui. §. quęri poteſt. vt in poſſeſſione legatorum, & ita tenet Bart. per dictum tex. in d §. Iulianus. col. 9. & quid in realibus, dic ut per Bart. in d. §. Iulianus. Batius.

SVMMARIVM.

1 *Iudex non poteſt interponere decretum, quòd bona feudalia vendantur.*
2 *Cauſa quando ſit liquida, ſeu quando dicatur liquere de cauſa.*
3 *Contumax quando appellare poſſit à ſententia contra eum lata.*
4 *Contumax verus quis propriè dicatur.*
5 *Citatus contumax non auditur appellans.*
6 *Latitare quis dicatur, & quot modis.*
Latitatio quid ſit.
7 *Creditor quod reportet commodum ex latitatione probata ſui debitoris.*
8 *Decretum primum obtinens actione perſonali contra ſuum debitorem, quando poßit petere à iudice ſecundum decretum interponi.*
9 *Debitum an debeat plenè conſtare in ſecundi decreti interpoſitione.*
10 *Decretum ſecundum interponi non poteſt, quòd feudum vendatur pro debito.*
Feudũ alienari non poteſt abſq; ſpeciali Domini Regis aſſenſu.
11 *Decretum primum quare in feudalibus interponi poſſit, & non ſecundum.*
12 *Decretum ſecundum an poſſit interponi, vt de feudo fructibus ſatisfiat creditori.*
Obligatione principali ruente, cadet obligatio fideiuſſoria.
13 *Fructus feudi an abſque aſſenſu Regis poſſint alienari.*
14 *Iudex ad modicum tempus in feudis decretum ſecundum interponere poteſt in ſubſidium.*
15 *Tempus modicum dici poterit, quod decennium non excedit.*
16 *Miſſus in poſſeßionem feudi ex primo decreto, de eiuſdem fructibus deducit &c.*
17 *Succeſſor in feudo quando teneatur ad debitum per prædeceſſorem contractum.*
18 *Hæres in feudo paterno, qua cautela deludere poßit creditores patris.*
19 *Decretum primum non niſi in ſubſidium in bonis feudalibus interponi poteſt.*
20 *Filius ſuccedens patri in feudo, quando teneatur de fructibus feudi ſatisfacere creditoribus patris.*
21 *Rex quibus caſibus teneatur conſentire alienationi feudorum.*
22 *Rex alienationi feudorum conſentire tenetur, niſi iuſta obſtet cauſa.*
23 *Iudex decretum in feudis poteſt interponere in caſibus, quibus Rex alienationi poteſt conſentire.*
24 *Debitorem latitare, vel eſſe expreſſum contumacem, quando paria ſint.*
25 *Contumax perſeuerans poteſt perſonaliter capi, & carceri mancipari.*
Antichriſtus, iuxta Baldi theologiam, tanto prædicabit tempore, quanto prædicauit Chriſtus ipſe.
26 *Nullum eſt ipſo iure, quod ſit contra formam traditam à lege.*
27 *Debitor poſt triginta annos contumaciam quandoque poteſt purgare.*
28 *Tempus quantum interuenire debeat inter primum & ſecundum decretum.*
29 *Delegatus à Principe realiter citare poteſt, ſicut ipſe ordinarius.*

SI QVIS poſt litem. Tota iſta conſtitutio loquitur, quando reus poſt litem conteſtatam in actione perſonali eſt cõtumax, quid ſit faciendum. & dicit litera diſtinguendo, aut liquet de cauſa, quia poſtquam concluſum fuit in cauſa, reus ſe abſentauit: & tunc iudex debet procedere ad proferendum ſententiam diffinitiuam ſecundùm iuſtitiam, vel abſoluendo, vel condemnando. & ſi feratur ſententia contra ipſum contumacem, denegatur ſibi remediũ appellationis: ſi uerò non liquet de cauſa, quia fortè non eſt facta publicatio, nec concluſio, & ſic ordo iudicij non eſt adimpletus, tunc actore inſiſtente, & petente, iudex debet actorem mittere in poſſeſſionem bonorum ipſius contumacis pro menſura debiti declarati ex primo decreto cauſa rei ſeruandę. Et hoc facto, actor vt poſſit conſequi ſuum debitum, ex quo illa poſſeſſio cauſa rei ſeruandę capta parum utilitatis ei infert, poterit de duobus remedijs alterum eligere. Primum debet adire iudicem, & narrare in ſua petitione, quòd dictus ſuus debitor contumax fuit reputatus, ob cuius contumaciam fuit ipſe creditor poſitus in poſſeſſionem bonorum pro menſura debiti dicti ſui debitoris, qui uadit latitando, & animo, & propoſito ſubterfugiendi iudicium ſe abſentauit, ideo petit, quòd conſtito de dicta latitatione, velit procedere ad venditionem dictorum bonorum, in quibus ipſe miſſus fuit ex primo decreto, & iudex, conſtito ſibi de dicta latitatione, & contumacia, interponet decretum, quòd dicta bona uendantur, & pretium conſignetur dicto creditori. Et ſi hoc remedium non poſſit facere, quia non habet probationes de latitatio-

ne, vel non vult facere, poterit facere iſtud aliud remediũ,
videlicet ꝙ poſtquam eſt inductus in poſſeſſionem bono-
rum dicti contumacis ex primo decreto, expectet ipſum
contumacem per vnum annum, quo tranſacto adeat iudi-
cem, & exponat eius cõtumaciam, ob quam fuit inductus
in poſſeſſionem ſuorum bonorum, & ꝙ iam annus eſt ela
pſus, ideo petit, ꝙ interponatur, ꝙ dicta bona vendantur,
& iudex conſtito ſibi de cõtumacia annali interponet de-
cretum, ꝙ dicta bona vẽdantur, exigente ſua contumacia.
Et ſum ibi in feudalibus. Hic remouet vnũ dubiũ, videli-
cet ſupra dictum fuit in conſtit. præced. in fi. ꝙ creditor a-
gens actione perſonali contra ſuum debitorem, ſi eſt con-
tumax ante litem conteſtatam, ꝙ poterit mitti in poſſeſſio
nem ex primo decreto in ſubſidium, ſi nõ habet bona bur-
genſatica, in bonis feudalib. pone, ꝙ creditor ob contuma-
ciam ſui debitoris pdicti conuenti actione perſonali fuit
poſitus in poſſeſſionem ex primo decreto in bonis feudali
bus, quia non habebat bona burgenſatica, an ſi vſus fuerit
aliquo ex dictis duob. remedijs in iudicio, iudex poterit in
terponere decretum, ꝙ dicta bona feudalia vendantur, &
pretium conſignetur dicto creditori. Et dicit hæc litera, ꝙ
3 ſuper bonis feudalibus non † poterit interponere ſm de-
cretum, quòd bona prædicta vendantur, quia ſine volunta
te Domini Regis non poteſt iudex interponere ſm decre-
tum. Et ſum ibi, eadem cenſura. Hic remouet ſm dubium,
pone, ꝙ creditor non probauit, ꝙ ſuus debitor contumax
latitabat, ſed probauit ipſum fuiſſe verum contumacem,
quia probauit, quod dixit, quòd non vult comparere, qñ
fuit citatus, vtrum intra annum poſſit à iudice obtinere de
cretum, quòd bona, quæ detinet ex primo decreto, vendã-
tur, ſicut qñ probauit, quòd ipſe contumax latitat. & reſpõ
det litera iſta, ꝙ iudex ſimiliter poteſt interponere decre-
tum, quòd dicta bona vendantur intra annum, ſicut quan-
do probatur, quòd latitat. Et hoc caſu, qñ debitor eſt verus
contumax, iudex ſi commodè eum poteſt capere de perſo
na, ipſum capere debet, & detrudatur in carceres, & ipſum
carceratum teneat per tantum tempus, quantum durauit
eius contumacia, & ſi aliter perueniatur ad venditionẽ di-
ctorum bonorum habitorum ex primo decreto, venditio
eſt ipſo iure nulla. & iſte eſt ſenſus huius prolixæ conſtitu-
tionis. Et breuiter hoc intendit, ſi ciuili perſonali actione
conuentus poſt lit. conteſt. ſit contumax, ſi de cauſa liquet,
procedetur ad diffinitiuam, à qua contumax nõ poteſt ap-
pellare, ſi nõ liquet, interponitur primum decretum, ſicut
ante litem cõteſtatam, & ſi probetur intra annum de eius
latitatione, vel vera contumacia, quia dixit, nolo venire, in
terponetur ſm decretum, quòd dicta bona, in quibus miſ-
ſus fuit in poſſeſſionem ex primo decreto, vendantur, & ſi
non probatur de latitatione, nec quòd citatus dixit, nolo
venire, poſt annum interponetur ſm decretum, exceptis
bonis feudalibus, in quib. non poteſt interponi ſm decre-
tum ſine ſpeciali mandato regis. Et iudex poteſt ipſum cõ
tumacem, data commoditate capere, & detinere carceratũ
tanto tempore, quanto ſtetit contumax, aliter facta vendi-
tio eſt ipſo iure nulla. No. primò ex tex. ibi, poſt litem con-
a reſt. ꝙ † ſi contumacia a contrahitur poſt litem conteſtatã
a in actione perſonali, & de cauſa liquet, quia concluſum eſt
in cauſa: tunc enim dicitur de cauſa liquere, vt dicit glo. in
c. ſignificauerunt. in verbo, liquere. de teſtibus. Fallit in cer
tis caſibus, in quibus dicitur liquere de cauſa etiam ſine
concluſione in cauſa, de quib. ibi per Fel. ꝙ contra contu-
macem poteſt ferri ſententia diffinitiua. Bene fateor, quòd
Spec. in tit. de contu. §. ſequitur. verſ. ſi verò agitur. dicit, ꝙ
ſi actum eſt actione reali, & fuit lis conteſtata, & poſtea
reus eſt cõtumax, ſi liquet de cauſa, poteſt procedi ad diffi
nitiuam, ſed quãdo poſtea Spec. dicit, ſi verò actũ eſt actio
ne perſonali, & lis conteſtata, & poſtea reus eſt contumax,
non diſtinguitur prout in actione reali, & propterea dico
ꝙ neſcio alibi iſtum tex. Secundò no. ex tex. ibi, appellatio
[illegible] remedio. ꝙ † contumax poſt citationem cum perẽpto-
[illegible] hendam ſententiam, ſi liquet de cauſa, & ſenten-
tia feratur contra eum, non poteſt dictus contumax ab ea
b appellare, b vt hic. Concordat tex. in l. & poſt edictũ. ff. de
iudi. & in cle. ſi ante. de dolo & cont. Bonus eſt tex. in l. ex
conſenſu. §. fi. ff. de appella. & ſic loquitur ille tex. in vero
contumace, qui dixit nolo venire, ſm vnam opinionẽ glo.
ibi. An autem iſta conſtitutio in hoc intelligatur, ſecũdùm
dictam gl. fin. videtur ꝙ ſic, quia dicit Andr. infra in con-
ſtit. in aliquibus. in 2. col. ꝙ per generalia verba cõſtitutio-
nis non debemus dicere, ꝙ iura communia corrigantur, ni
ſi expreſsè appareat, ꝙ vult corrigere ius commune, vt in
Auth. quib. mod. nat. effic. ſui. §. tribus. ſed ius commune
vult, ꝙ tunc demum contumax perdit beneficium appellã
di, quando dicit nolo venire, ſecundùm vnam opin. glo. in
d. §. fin. Eadem ratione debet intelligi iſta conſtitutio, ne vi
deatur corrigere ius commune, quod vult, vt fictus contu-
max, qui citatus eſt ad domum, poſſit appellare. In contra-
rium, ꝙ iſta conſtitutio non intelligitur ſecundùm glo. in
d. §. fin. quia iſta conſtit. dicit, ꝙ ille, qui eſt contumax ſecũ
dùm conſtitu. regni, non auditur appellans à ſententia diſ-
finitiua: cõſtitutio autẽ, citationis literæ, vult ꝙ citatus in
domo, ſi non cõparet, poteſt declarari contumax, etiam ꝙ
citatio ad eius notitiam nõ peruenerit, ut ibi dictum fuit:
ergo expreſsè tenet, ꝙ citatus in domo, ſi eſt contumax, &
liquidata cauſa fertur ſententia contra eum perdidit bene
ficium appellãdi, & ſic corrigit ius cõe. Solutio ſecundùm
4 Io. de Imo. in d. §. fi. opinio illius gl. quæ dicit, ꝙ verus † cõ
tumax ſit ille, qui citatus dixit ſe venturum, & non venit,
dr fictus, & non verus contumax qui citatur ad domum,
quãuis notitiam habuerit citationis. Sed iſtud eſt falſum,
quia tex. in d. §. fi. uult apertè, ꝙ ſufficit ad cauſandum ue-
ram cõtumaciam, ꝙ citatus cognouit ſe legitimè citatum
& nõ uenerit, cum potuerit, qui tex. eſt melior de iure, ſecũ
dùm eum ibi. Et ideo ſecundũ eum uerior eſt ſecunda opi
nio gl. ibi, quæ uult, ꝙ ille dr uerus contumax, qui perſona
liter fuit citatus, & non uenerit. & hoc ur tenere glo. ibi, &
in l. 1. C. quorum app. recip. & in l. 1. §. fi. ff. quando appel.
ſit. & Bart. in l. fi. in 2. col. ff. de in integ. reſti. ver. pro huius
declaratione. & uide ad hoc Card. Flor. in cle. 1. de dolo &
cont. in 9. q. & iſte taliter citatus perſonaliter, uel ꝙ habue
rit notitiam citationis, ſi non comparet, excluditur à bene
ficio appellandi. Sed quando quis eſt citatus in domo, &
non habuit ſcientiam citationis, iſto caſu de iure cõi talis
contumax auditur appellans, ut declarat ibi Io. de Imo. ſed
5 de iure conſtitutionum † regni citatus in domo iuxta con
ſtit. citationis literæ, ſiue habuerit notitiam citationis, ſiue
non, ſi reputatus eſt contumax, non auditur appellans per
iſtam conſtitu. Et intellige, ꝙ iſte contumax fuit liquidato
proceſſu, & deinde fuit cum peremptorio citatus ad audiẽ
dum ſententiam, ut dixi ſupra in cõſti. edictorum, ſiue per
ſonaliter, ſiue in domo, ut in d. conſtit. citationis literę. tũc
non auditur appellans per iſtam conſtit. & in hoc iſta con-
ſtitutio corrigit ius cõe. Et dicunt notabiliter Anto. de Bu.
& Io. de Imo. in c. tenor. de re iud. ꝙ iſte uerus contumax
non poteſt appellare etiam à ſententijs, quæ non tranſeunt
in rem iudicatam. An autem iſta exceptio, ꝙ uerus contu-
max non põt appellare, ſit peremptoria, uel declinatoria.
Vide Bal. in l. diffamari. C. de inge. & manu. & Phili. in ca.
Nicolao. in fi. de appel. Tertiò no. ex tex. ibi, latitationẽ pro
6 bare. quòd † ille dr latitare, qui ſpecialiter animo & propo
ſito ſubterfugiẽdi iudicium ſe abſentauit. Et ideo dicebat
Spe. in ti. de primo & ſecundo decr. §. nũc dicamus. in uer.
illud autem. quòd tunc dr debitor latitare, quãdo turpiter
& fraudulenter ſe occultat, ut euitet curſum creditorum.
& pro hoc l. Fulcinius. §. quid ſit. & §. utrum. ff. ex qb. cau.
in poſ. eat. & l. cum proponas. & l. pro debitore. C. de bon.
aucto. iud. poſſid. Item ille dr latitare, qui in fraudẽ aduer-
ſarij & iudicis non comparet ſecundùm Inn. in c. conſulta
tionibus. de offi. del. & Bal. in d. §. Iulianus. Et probatur, quòd
latitat, ſi pbetur, quòd dixit ſe nõ cõpariturum in tali cau-
ſa, ut dicit Bald. in d. l. cum proponas. Dicit tamen Bald. in
auth. ei qui iurat. præallegata, in 1 S. colum. quòd latitatio
eſt

eſt occultatio ſui à facie iudicis, vera, vel p̃ſumpta, vt l. Ful-
cinius. §. adeo. & dicit Bal. in l. 4. §. prætor ait. ff. de dam. in-
fec. ꝙ ex cõiecturis præſomitur latitare. Et dicit Dominus
And. Barb. in c. conſultationibus. in 8. col. ꝙ eoipſo, ꝙ quis
fuit in iudicio, & poſtea ibi nõ repetitur, p̃ſumitur latitare.
Et dicit, ꝙ ſentit gl. ibi, quo caſu ſufficit citatio in domo. &
allegat ad hoc duo dicta Inn. de eo qui mit. in poſſ. cap. fin.
videlicet, ꝙ ſi maritus non habitet cum vxore, præſumitur
latitare Et clericus, qui debet reſidere in beneficio, & non
reſidet, p̃ſumitur latitare: ſed ipſe iſta duo dicta bene con-
futat per tex. in c. quooiam. §. porrò. vt li. non cont. & per l.
eum. §. boc autem. ff. de fideic. liber. vt ibi per eum. Quartò
7 no. ex eadem † litera magnum commodum, quod conſe-
qoitur creditor ex latitatione probata ſui debitoris, quia ſi
eſt poſitus in poſſeſſione bonorum eius pro menſura debi
ti petiti actione perſonali, nõ expectato anno, põt petere, ꝙ
interponatur ſm decretum, ꝙ booa ipſa vendantur, & pre
tiom ei conſignetur. Facit, quod dicit Inn. ꝙ raro interpo-
nitur ſm decretum, vt vendantur bona capta ex primo de
creto, niſi contra latitantem, io c. dilecto. de verb. ſig. tamẽ
Bald. in d. §. Iulianus. in fi. dicit, ꝙ iudex interponit ſm de-
cretum, vt res capta ex primo decreto vendatur, vt in l. Ful
cinius. §. 1. ff. ex quib. cauſ. in poſſeſſ. eat. & io l. eum propo-
nas. C. de bon. aotb. iod. poſſi. Sed quæro, vtrum iſta conſti
tutio reſtringat ins commune, qood vult, ꝙ quãdo ſit miſ-
ſio ex ſecundo decreto, iudex in ſecũdo decreto põt deter
minare, vel ꝙ bona poſſideantur per actorem, & faciat fru
ctus ſuos, quouſq; aduerſatius probauerit indebitũ, vel ſi
adhuc minos vult grauare abſentem, fortè quia minus li-
quet ei de debito, tõe reſeruet onus probãdi debitum illi,
qui miſſus eſt in poſſeſſionem, vt dicit Inn. in c. dilecto. vel
dare in ſolutum creditori, vt efficiatur dominus, tunc de-
bitor audietur infra biennium, ſoluendo debitum recupe-
rabit bona ipſa data per decretum iudicis inſolutũ, vel de-
cernere, ꝙ vendãtur, vt dicit iſta cõſtit. Itaq; ſi in iudicis ar-
bitrio eſt declarare effectum ſecundi decreti: Dico, prout
dicit Inno. in c. dilecto. circa fi. ꝙ ſi per iſtam conſtitu. per-
miſſum eſt iudici interponere decretum, ꝙ bona capta ex
primo decreto vendantur ſtante dicta latitatione intra an-
num; vr ſibi permittere id, quod eſt minus. ſ. ioterponere
ſm decretum, vt poſſi leat, & faciat fructus ſuos, vel teneat
inſolutum, quia plus eſt permittere, ꝙ vendantur dicta bo
na, q̃ vt teneantur (vt ſupra dixi.) Et qui permittit id, quod
eſt plos, vr permittere id, qood eſt minus. c. ex parte. de de-
cim. l. relegatorum. ff. de inter. & rele. & no. Io. And. in c. 1.
de ſeot. excom. li. 6. Et ſcias, ꝙ in interpoſitione huius ſecũ-
di decreti debet omnimodo pars, quę fuit contumax, iterũ
citari, vt dicit glo. in l. 4. §. ſi fortè. ff. de dam. infec. quam ad
hoc allegat Bart. in d. §. Iulianus. in 5. col. uerſ. quæro quali
ter ad ſecundum decretum. Quintò no. ex tex. ibi, tunc vſ-
8 què ad annum. quòd † ille, qui egit actione perſonali [c] con
c tra ſuum debitorem, & contra eum obtinuit primum de-
cretum ante litem conteſt. vel poſt litem conteſtatam, quia
non liquet de cauſa. Ad idem gl. in l. properandum §. ſinau
tem reus. C. de iud. quam ad hoc allegat Bart. in d. §. Iulia-
nos. in 2. col. verſ. quæro dixi. debet expectare per vnum
annum, & poſtea poterit petere à iudice, ꝙ interponatur ſe
cundum decretum, ꝙ bona ipſa capta vendantur: & ſic an
te annum decurſum à die primi decreti interpoſiti non po
teſt petere, quòd interponatur ſecundum decretum prędi-
ctum per iſtam conſtit. ſed in hoc eſt innouatum, quia per
pragmaticam Regis Ferninandi Primi ſtatutum eſt, ꝙ quã
do actor fuit miſſus in poſſeſſionem bonorum rei cõtuma
cis ex primo decreto, elapſis tribus menſib. poteſt petere, ꝙ
interponatur ſecundum decretum, & iudex debet citare
iterum ipſum reum ad videndum interponi decretum ſm
intra terminum iudicis arbitrio ponendum: & ſi non cotu
paret interpoſito decreto ſecundo, poterit intra mẽſem po
ſtea comparere, & ſoluere debitum, & expenſas, & recupe-
rare poſſeſſionem dictorum bonorum, & incipit iſta con-
ſtitutio, reo in eius contumacia &c. Sed iuxta hoc quæro,
9 vtrum in † interpoſitione huius ſecundi decreti, debeat in
actis cõſtare plenè de debito, vel ſufficiat iuſm creditoris,
ſicut quando interponitur primum decretum vſq; ad ſom
mam taxatam infra in conil it. quæſtiones iuriſperitorum.
quæ eſt ſequens conſtitutio. Reſpondeo, ꝙ licet iſta cõſtit.
nihil dicat de hoc, tamen in l. Fulcinius. §. cum hoc. ff. quib.
ex cau. in poſſ. eat. dicitur, ꝙ ad hoc, vt poſſit perueoire ad
venditionem, requiruntur quatuor. Primò, ꝙ miſſio ex pri
mo decreto proceſſerit legitimè. Secundò, ꝙ reus latitet.
Tertiò, ꝙ ſit lapſum tempus legitimum. Quartò, ꝙ conſtet
de debito ſaltem ſummatim, vt in l. cum proponas. C. de
bonis auct. iudi. poſſ. & dicit, ꝙ ſi qoid iſtorum defecerit,
venditio noo valet. Sed aduerte, quia per iſtam conſtitutio
nem non reqoiritur illud ſecundum. ſ. ꝙ reus latitet, quan
do poſt annum petitur ſm decretum, ſed ſufficit eius con-
tumacia: ſed tunc requiritur, ꝙ reus latitet ſecũdùm illam
conſtitutionem, quãdo petitur, ꝙ interponatur decretum,
vt bona vendãtur intra annum, vt ſupra dictum eſt. Sextò
10 no. ex tex. ibi, io feudalibus autem. quòd † nullus iudex po
teſt interponere ſecundum decretum, quòd feudum pro
debito uendatur contracto per feudatariom, quia uẽditio
feudi etiam ex cauſa neceſſaria ſicut non poteſt fieri p illũ,
qui tenet feudum, ſic nec per iudicem, quia alienatio feudi
non poteſt fieri ſine ſpeciali aſſenſu Domioi Regis, ut hic,
& in conſtitutione, diuæ memoriæ. & in l. imperialem. in
princ. de prohib. feu. alie. per Federicum, & ibi poſui mul-
tas quęſtiones ſoper materia regij aſſenſus. Si ergo prohi-
bita eſt alienatio feudi ſine regio aſſenſu, ergo omoe illud
per quod peruenitur ad alienationem feudi: & per conſe-
uens prohibitum eſt interponi ſecundum decretum in feu
dis ſioe ſpeciali aſſenſu regis. & ſi fortè ſecundum decretũ
fuiſſet interpoſitum in feudis ſine regio aſſenſu, eſſet ipſo
iure oullum, ut dicit iſta conſtitutio in fine, & in præalle-
gatis iurib. & firmant Doctores in l. commodis. ff. de re iu
dic. & Andr. in c. 1. §. 3. de inueſti. de rẽ alieoa facta. Bart. in
l. ſi finita. §. ſi de uectigalibus. ff. de dam. inſec. Bal. in dicta
authenti. ei qoi iurat. in 8. & 11. colum. & Spec. in tit. de
primo & ſecundo decr. §. reſtat. & Docto. in §. Iulia. licet a-
liud uelit Alber. de Roſ. io l. in uẽditione. ff. de bon. auctor.
iud. poſſid. dixi in c. 1. §. inde. de alien. feu. & Alexan. in 5.
uolum. conſi. 11. Ioan. And. in tit. de execut. ſenten. §. ſequi
11 tur, circa finem. Et quæ eſt ratio † diuerſitatis, ꝙ in ſubſidiũ
in feudalibus poteſt imponi primum decretum, & non ſe-
cundum. Dic, quòd ratio eſt manifeſta, quia miſſus in poſ-
ſeſſionem ex primo decreto non poſſidet, ſed poſſidet ip-
ſe feudatarius, habet tamen ipſe miſſus detentationem ali-
ninam, vt moleſtet ipſum feudatarium, ut tædio affectus
compareat, & purget ſuam contumaciam. Et ſic miſſio ex
primo decreto non eſt alienatio. Sed ſecundum decretum,
ut feudum uendatur, operatur otilis dominij tranſlationẽ,
quod non poteſt facere iudex ſine regio aſſenſu, & ſic l. à
Diuo Pio. §. ſi pignora. ff. de re iud. non poteſt habere locũ
in feudalibus. Sed iuxta hoc quæro de una otili, & quoti-
diana quæſtione, quidam Baro, uel nobilis babens feuda
quaternata contraxit debitum, & obligauit omnia bona
ſua burgenſatica, & feudalia, & non ſatisfecit io tempore,
& creditor ſuus fuit miſſus in poſſeſſionem ex primo de-
creto caoſa rei ſeruandæ, demum elapſo anoo, uel hodie
elapſis tribus menſibos ioſtat, ot interponatur decretum,
ut ponatur in poſſeſſione dicti feudi, ot de fructibus feudi
ſatisfiat, utrum iudex poſſit interponere decre. ut de fruct.
12 feudi creditori ſatisfiat. uidetur ꝙ non, quia † fructus feu-
di pars ſoli eſſe cenſentur. l. fructus pendentes. ff. de rei uen
di. l. fundi. ff. de peti. hær. l. fin. §. fi. ff. de his qui in fraod. cre
dit. Sed ſolum feudi non poteſt alienari ſine aſſenſu, ergo
nec fructos. Item feudatarius habet ſeruire Regi pro feu-
do, quomodo ſeruiet, ſi fructus conſignentur creditori per
decretum iudicis: & ideo ſine regio aſſenſu oon interpo-
oet decretum ſuper fructibos. Item ſi principale non eſt
obligatum pro debito, ideſt, ipſum feudum: quomodo poſ
ſunt obligari fructus ex feudo, qui ſunt acceſſorij ad feu-

dum, & ſic ſine principali non venit acceſſorium, vt dicie
Bald. in l. ſi is quem. C. de prædijs, & alijs reb. minn. Faciũe
ad hoc multa ſimilia, quæ allegat Iaſ. in l. eius qui. §. quas
verò. ff. ſi cert. pet. ideo ſi obligatiu principalis ruit, non te-
net obligatio fideiuſſoria. l. obligari. §. fideiuſſor. cum con-
cord. de fideiuſſo. In contrarium allegatur, quia dicit hic
And. ꝙ creditur habebit feudũ in ſubſidium in vita ipſius
feudatarij debitoris. ſed magis clarè idẽ Andreas in cõſtit.
conſtitutionem duæ memoriæ. in fi. colum. dicit, ꝙ habens
feudum poteſt concedere fructuum præſtationẽ, quia con
cedere fructus feudi non eſt alienatio feudi, per iura ibi ꝑ
eum allegata. idem firmant Docto. in l. commodis. pꝛæal-
legata. & Ange. in l. pro hærede. §. ſeruos hæreditarios. ff. de
acquir. hæred. & Io. de Imo. in l. ſi finita. in 4. colum. ff. de
dam. infec. Bar. in ead. l. in § ſi de vectigalibus. Alexan. in 4.
volum. conſi. 124. in 3. col. & Bald. in c. j. §. donare, quali-
13 ter olim feud. ali. poteſt. & ſic poſſunt alienari † fructus ꝑ
Dominum feudi ſine regio aſſenſu, vt firmat etiã Io. Fab.
Inſti. de actio. §. itẽ Seruiana. Dum. meus Do. An. de Alex.
in recollectis ſuis in l. ſi conſtante. ff. ſol. matr. & Alex. in 5.
vol. conſi. 18. ſi ergo poteſt habens feudũ alienare fructus
pro tempore, quo feudum eſt apud eũ, ſine regio aſſenſu:
ergo idem poteſt per ſm decr. facere iudex, quia poteſtas
contrahentium & iudicis & legis æquiparatur, vt habetur
per Bald. in l. fin. C. de fideiuſſor. & eſt tex. in l. 1. verſ. cum
enim. C. comm. de leg. cum ſim. allegatis per Lucã de Pen.
in rub. C. de decr. decur. lib. 10. & in l. 1. C. de imponen. lu-
cra. deſcrip. lib. 10. Solutio. Dico, ꝙ ſicut feudatarius po-
teſt ſine conſenſu Regis ad modicum tempus alienare fru
ctus feudi, & non dicitur alienatio feudi, vt dicit Bald. in l.
14 voluntas. 2. col. C. de fideiuſ. ita † iudex poteſt interponere
decretum in ſubſidium, quñ non ſunt bona burgenſatica, vt
pro modico tempore fructus feudi conſignentur credito-
ri, dummodo non diminuatur ſeruitium debitum Regi,
quia illud ſemper intelligitur reſeruatum, quia illud debe
tur ex re, & ſequitur poſſeſſorem, vt dicit tex. & And. infra
in conſti. ſiue reali. Item ꝙ remaneat tm̃ de fructib. feudi,
ꝙ ipſe Baro poſſit viuere, argum. eorum, quæ dicit Bald. in
l. ſi maritum. ff. ſol. matr. intra illud modicum tempus, arg.
l. miles. ff. de re in. Nam in vſibus feudorum feudatarij, vt
plurimum vocantur milites, & vt plurimum Barones ſunt
milites, vel vt milites reputantur, quia tenentur militare
pro Rege, vel ſoluere adhuam pro arbitrio Regis, ſm And.
in c. 1. §. ſed nec eſt alia. quæ ſit prima cauſa beneficij amit.
& in c. 1. §. ſimiliter. de capi. Corradi, & in c. 1. in fi. quis di-
catur dux. & ibi dixi, & in l. imperialem. §. firmiter. de pro-
hi. feu. ali. per Fede. & de hoc vidi dubitatum per magnos
Doctores, tamen concluſerunt, vt ſupra dixi. Et pro hoc al-
lego Bald. in l. 2. C. quod cum eo. ꝙ ſi iudex condemnet
eum, qui habet priuilegium. d. l. miles. videtur condemna-
tus ſaluo dicto priuilegio, vt ibi latius per eum, quicquid
15 dixerit Io. de Imo. in d. l. commodis. ff. de re ind. † Itẽ fuit
dubitatum, quantum erit iſtud modicum tempus? fuit di-
ctum, ꝙ debet eſſe tm̃, quod non excedat tempus decẽ an-
norum, quia tunc eſſet alienatio, quod fieri non poteſt, vt
dicunt Doct. in l. filiofam. §. ſi vir in quinquennium. ff. ſol.
mat. & in c. fi. ne prælati vices ſu. & firmat Bald. in cap. quæ
in eccleſiarum. de conſt. & quia non reperitur iure cautũ,
quantum eſt illud modicum tempus, remittitur iudicis ar
bitrio, vt in c. de cauſis. de offi. del. & in l. j. §. ait prætor. ff.
de iure delib. Item fuit dubitatum, vtrum creditor debeat
capere dictos fructus feudi à manib. villici Baronis, vel de
beat creditor per ſe & ſuos exigere? Quidam dicebant, ꝙ à
manib. villici Baronis debet recipere, ne videatur Rex ha-
bere alium in vaſallum pro ipſo feudo, q̃ ipſe velit pro eo
tempore ſine eius aſſenſu, quia intereſt Regis, ꝙ feudum
nõ transferatur in alterũ ſine eius cõſenſu, vt dicit And. in
d. l. imperialẽ. in prin. in 2. col. & maximè, ꝙ feudatarius de
bet nutriri de dictis fructibus, vt ſupra dictũ eſt. Sed ego
dixi, ꝙ conſtitutio infra, quæ incipit, ſiue reali, ſentit, ꝙ ille
16 qui † miſſus eſt in poſſeſſionẽ in feudo ex primo decreto

cauſa rei ſeruandæ, deducit de fructib. feudi id, quod ipſe
ſoluit pro ſeruitio feudi regiæ curiæ: & ſic ille, qui poſſi-
det, ſeu detinet feudum, ſoluit ſeruitiũ tale, quia creditur
conſenſit, quod à manib. villici Domini feudi recipiat fru-
ctus feudi in ſatisfactionem debiti contracti per feudata-
rium ſine regio aſſenſu: & quod recipiat fructus à manib.
villici Baronis. Fuit concluſum, ꝙ ſi nõ acceſſiſſet cõſenſus
illius creditoris, creditor per ſe, & ſuos poſſet recolligere
fructus feudi viuente debitore feudatario. Sed dubitatur,
quid ſi ipſe feudatarius debitor, ſine regio aſſenſu, ſit mor
tuus, ſuperſtite filio, vel agnato, antequam creditori ſit ſa-
tisfactum, vtrum poſſit interponi decretum per iudicẽ ꝙ
pro modico tempore ſibi ſatisfiat de fructibus feudi ſicut
ſi viueret ipſe debitor. And. hic diſtinguit, aut feudũ eſt ex
pacto, & prouidentia acquiſitum ꝑ anteceſſores pro ſe &
liberis, vel pro ſe, & deſcendentibus, & tunc feudum trãſi-
bit ad ipſos deſcendentes virtute inueſtituræ & pacti, vt be
ne declarat Paul. de Caſt. in l. apud Iulianum. §. ſi quis ali-
cui. ff. de leg. 1. & Alex. in 5. vol. conſi. 28. Et deſcendentes
habebũt feudum præcipuum, & nõ vt hæredes debitoris,
& ſic non tenetur ſoluere debita de fructib. feudi, vt hic ꝑ
eum, & latius ꝑ eum in c. 1. an agnatus. & ibi latè dixi ſm
17 diſtinctionem poſitam per And. aut eſt filius, & dẽt † face-
re inuẽtarium. Aut eſt agnatus, & non tenetur eſſe hæres:
& ſic non facit inuentarium, & per conſequens non tene-
tur ad debitum, ut concludit And. in ca. 1. an agnatus, cum
concor. ſuis. Et eadem ratione ſm And. hic, ſi feudum re-
uertitur ad Dominum, Dominus nõ tenetur ad debita feu
datarij. Si verò feudum eſt hæreditarium, acquiſitum per
patrem, vel anteceſſores pro ſe, & hæredib. ex ſuo corpore
legitimè deſcẽdentibus, prout eſt cõis forma in regno, quo
caſu iudicatum fuit pluries in ſacro conſilio, ꝙ talis inue-
ſtitura cõis facit feudum eſſe hęreditarium: & tunc quia fi
lius, uel agnatus eſt hæres patris, & feudum eſt in hæredi-
tate, ut in l. non tm̃. ff. de peti. hær. quia illud uerbum, filijs,
& hæredibus, importat qualitatem, ꝙ ſit hæres, ut dicit
Alex. in 2. uolum. conſi. 16. in 1. col. ſed uide eundem in 1.
uol. conſi. 91. in 10. col. ubi dicit, ꝙ feudum non eſt hære-
ditarium, licet ueniat in petitione hæreditatis, quia aliud
eſt, ꝙ res ſit hęreditaria, quantum ad petitionem hæredita
tis; & aliud, ꝙ ſit in hæreditate. tunc tenetur hæres, ſicut ip
ſe debitor, cuius eſt hęres, arg. l. cum a matre. C. de rei uẽd.
& in l. quæ à patre geruntur. ff. de reſtit. mil. & quemad-
modum poſſet fieri executio in fructib. feudi pro debito
feudatarij ſine regio aſſenſu, pro modico tẽpore deductis
prædictis, firmat Alex. in 4. uol. conſil. 123. in 3. col. ita eo
mortuo ſuperſtitibus eius filijs, & hæredib. poteſt fieri exe
cutio præuia decreti iudicis interpoſitione ſuper fructibus
18 feudi hæreditarij. Datur tamen cautela † ipſis hæredibus,
ut cum conſenſu regio transferant in alterum poſſeſſionẽ
feudi, quia tunc creditores patris defuncti non poterũt pe
tere, quòd fiat executio ſuper fructibus feudi, quia fructus
feudi etiam ſeparati à ſolo, poſtquam tranſiuit feudum in
tertium, non ſunt obligati, tum quia ſicut non eſt obliga-
tum feudum pro debito ſine aſſenſu, ita ẽt non ſunt obliga
ti fructus futuri quñ feudum eſt penes tertium, ut in l. j. §.
cum prædium. & ibi gl. & ſcribẽtes. ff. de pi. & in l. Paulus.
§. j. en. ti. & uoluit Cy. in l. quãuis. eo. ti. Et ſcias, ne erres, te-
nẽdo. ſ. quòd ſicut põt fieri executio in fructib. feudi hære-
ditarij uiuẽte debitore, ita contra eius hęredẽ. hoc proce-
dit, quñ filius, uel agnatus eſſet hæres ratione alterius hære-
ditatis: puta, quia eſſet hæres in bonis burgenſaticis, tũc de
iure communi poteſt grauari in fructib. feudi, ſicut poſſet
principalis debitor. ſed quando eſſet hæres ratione feudi
tantùm, tunc non poteſt grauari in fructib. feudi. Iſta ſunt
uerba Bal. in c. 1. §. donare. uerſi. fortè poſſet ſaluari. 2. col.
qualiter olim feu. alien. pote. & quia per iſtam conſti. non
19 poteſt primum decretum † interponi in bonis feudi, ni-
ſi in ſubſidium: clarum eſt, quòd in ſubſidium in fructib.
feudi, ſi ſunt bona burgenſatica debitoris defuncti, quæ
iure hęreditario peruenerunt ad ſucceſſorem, non pote-
rit

rit fieri executio ſuper fructibus feudi. Et iſtu modo limi-
to Andream hic. Et pro iſta limitatione vltra Baldum alle-
go vnum dictũ ſingulare, & incognitum, quod dicit Iac. de
Belu. qui fuit regius conſiliarius tempore regis Roberti, vt
dicit Bal. in l. 1. C. de dot. promiſſ. & legit feuda per octo vi
ces, vt dicit ipſe in 1. Rub. ſeu. qui Iac. dicit in c. Titius. ſi de
feu. contro. inter dominum & agnatum, q ſi filius feudata
rij nihil habet de hæreditate patris, & pater alienauit feu-
dum antiquum hæreditarium, ẽt cum cõſenſu regis, filius
in ipſo feodo hæreditario antiquo venit contra factum pa
tris. Et eadem ratione idem putat, qñ creditores vellent ſa-
tisfieri de fructibus feudi, ſi filius hæres non habet alia bo
na burgenſatica, licet feudum ſit hæreditarium, tum etiam
quia illi fructus futuri non erant pro tempore debitoris, tũ
quia debitor non obligauit fructus futuros feudi, tũ quia
filius & hæres nihil habet de bonis burgenſaticis ipſius de
bitoris, vt dicunt Bal. & Iac. de Bel. vt ſupra dixi. & hoc vr̃
mihi eſſe ſanctum & iuſtum. Tamen vidi iudicatum per
Sacrum Conſilium contrarium in hoc caſu, quando filius
20 nihil habet de bonis burgenſaticis † ſed ſufficit, q vt hęres
patris ſucceſſit in feudo hæreditario, de fructibus feudi
fuit iudicatum, q ſatisfaciat debitum paternum, non tamẽ
fuerunt tunc allegatæ dictæ authoritates, quæ obſiſtũt præ
dictæ authoritati Andreæ de Iſer. & credo ſecundùm meã
conſcientiam, q fuit erratum. Rurſus quęrit hic And. ecce,
q feudatarius contraxit debitum, & obligauit omnia bo-
na ſua, & etiam feudalia ſaluo regio aſſenſu, quo ad feuda,
creditor fidelis regis vadit ad regem, & petit, q interponat
aſſenſum ſuper obligatione feudorum, vtrum rex de iuſti-
tia poſſit denegare aſſenſum? Dicit And. hic q ſic, quia aſ
ſentire eſt gratia, & ad faciendum gratiam quis nõ eſt aſtri
ctus de iure, vt no. in c. gratia. de reſcript. lib. 6. & in cle. gra
tiæ. eod. tit. Vnde ſi alicui conceditur ex gratia, non dicitur
iuſtitia, ſi alteri denegatur, quia gratia non poteſt vni fieri,
& non alteri, & non eſt iuſtitia, vt probatur in euangelio,
Matth. 20. c. & Exodi. 33. c. 2. in epiſtula Pau. ad Rom. 9. c.
niſi eatenus, quatenus ipſe feudatarius eo viuente contra-
here poſſit, in illis tenetur conſentire rex, ſecundùm Andr.
e hic, vt patet ex infraſcriptis caſibus, in quibus rex * tene-
21 tur aſſentire, vt dicit hic And. † Primus caſus eſt, ſi feudata
rius contraxit debitum propter dominum, videlicet vt ad
iuuaret dominum regem. Secundus caſus eſt, ſi contraxit
debitum pro faciendo ſeruitium militare. Tertius caſus eſt
ſi contraxit debitum pro maritanda ſorore vel amita, ad
quarum dotationem tenebatur, vt patet infra in conſtit. in
aliquibus. in hoc ſunt contradictiones ſapientum, quia idẽ
And. in d. conſtitut. in aliquibus. dicit, quòd non reperitur
iure cautum, quod pro dote ſororis ſit obligatum feudum
de quo vide And. in d. l. imperialem. in princ. in 8. col. & ea
quæ ibi ſcripſi. Quartus caſus eſt. quando feudum datur in
dotem, tunc princeps tenetur aſſentire, per capitulum re-
gis Caroli Secundi editum in planitie ſancti Martini, inci-
piente, item ſtatuimus. & ſapientes regni extenderunt di-
ctum c. quando feudatarius recipit dotem ab vxore in pe-
cunia. & obligat ſe, & hæredes ſuos, & bona omnia ſua, &
ſuorum hæredum burgenſatica, & fudalia in caſu reſtitu-
tionis dotis, tunc rex dictæ obligationis tenetur præſtare
aſſenſum, & rex Ferdinandus catholicus omnibus obliga-
tionibus bonorum feodalium pro iuribus dotalibus mu-
lierum Neapolitanarum generaliter interpoſuit ſuum aſ-
ſenſum in capitulis conceſſis huic nobili ciuitati Neapol.
Ego addo alium caſum, videlicet: nam illud, quod dixi,
22 † q regulariter princeps non tenetur aſſentire obligationi,
vel alienationi feudorum, intelligitur quãdo rex habet iu-
ſtam cauſam denegandi aſſenſum, aliàs ſi rex non habet iu
ſtam cauſam denegandi aſſenſum, faceret ei iniuriam, quia
licet aſſenſus ſit gratia, tamen ſi ſine cauſa denegatur gra-
tia, ſit iniuria. Et probatur in poſtulatione, quæ eſt gratia.
& ſi non admittitur ſine cauſa, ſit iniuria, vt in ca bonæ. in
primo, de poſtu. præl. & iſto caſu gratia eſt debita, vt no. gl.
1. q. 7. c. exigunt. & Abb. Sic. in d. c. bonæ, in primo. Itẽ ad-
do alium caſum, quando rex conceſſit feudum cum pote-
ſtate alienandi, ſaluo ſuo aſſenſu, tunc tenetur cõſentire in
alienatione, vt firmat Alb. de Roſ. C. de nouo Co. compo.
in vlt. col. ego diſputaui hoc vltimum in c. feudũ ea lege, ſi
de feu. fue. contro. inter dominum & agna. audiui, q domi
nus Frã. de Aretio ad inſtantiam Comitis Altauillæ conſu
luit regi Ferdinãdo primo, q ſtantibus dictis verbis in in-
ueſtitura feudi caſtri Gammatiſſæ, rex ſi non habet cauſam
denegandi aſſenſum in alienatione dicti feudi de iuſtitia
23 debet conſentire, & ſic dictus rex aſſenſit. † Et in iſtis caſi-
bus, vbi rex debet conſentire, in eiſdem iudex poteſt inter-
ponere in feudis ſecundum decretum, vt dicit hic And. ibi
dum dicit, in iſtis, & ſimilibus caſibus rex debet conſenti-
re, & iudex ſecundum decretum interponere. Hoc non pu
to verum, q iudex ſine aſſenſu poſſit interponere ſecũdum
decretum in feudis per iſtam conſtitutionem, & conſt. di-
uæ memoriæ. Item quia ſi in dictis caſibus non valet con-
tractus ſine aſſenſu, idem dicendum eſt, q non valet ſm
decretum iudicis, vt executio poſſit fieri in feudis ſine re-
gio aſſenſu. Sed pone, q aliquis impetrat aſſenſum ſuper
obligatione bonorum feudalium, demum agit hypotheca
ria contra poſſeſſorem feudi obligati, & petit ſibi adiudica
ri feudum iure dominij, & in aſſenſu regio nihil explicitè,
vel implicitè dicitur, q poſſit feudum ſibi inſolutum reti-
nere, an requiratur aſſenſus alius ſuper decreto interponen
do, quod iure dominij poſſidet? Videtur q ſic, quia ſi aſſen
ſus eſt præſtitus in obligatione feudorum, non cẽſetur præ
ſtitus in adiudicatione, ſicut in ſimili dicit And. ſi eſt præſti
tus aſſenſus, vt vendat, non poteſt pignorare, pro quo bene
facit tex. in l. ſi pupillorũ. §. ſi prætor. ff. de reb. eorum. Sed
reperio Bal. in l. ſi pupilli. §. ſi pupillus. ff. eo. tit. dicentem, q
conſenſus ſuperioris in obligatione rei extenditur ad eius
alienationem, & hoc vr̃ ſentire And. hic. & pro hoc facit il
lud, quod dicit Bal. in l. poſtquam. C. de hære. vel act. vend.
vbi dicit, q ſi conceditur aliquid, vr̃ concedi, quicquid eſt
24 eius ſequela. † Septimò no. ex tex. ibi, eadem cenſura, q ad
effectum interponendi ſecundùm decretum, & vt vendan-
tur bona, in quibus creditor miſſus eſt in poſſeſſionem ex
primo decreto cauſa rei ſeruandæ intra annum ad inſtan-
tiam creditoris: paria ſunt, debitorem latitare, vel eſſe cõtu
macem expreſſum, puta, quia dixit, ſe nolle venire, nam ta-
lis ſic contumax æquiparatur debitori latitanti, vt hic pa-
tet. Bene facit tex. in l. ſi eum ſeruum. §. hæc autem verba.
ff. de fideicom. liber. & in l. ſi legatario. §. fi. eo. tit. Et ſi con-
ſtat, quòd dicit, nolo venire, non eſt vlterius citandus in ali
quo alio actu dictæ litis, ſecundùm Specu. in tit. de citatio-
ne. §. 3. verſic. item ſi conſtare poteſt, idem Ant. in c. conſu-
luit. de officio deleg. habetur in l. contumacia. ff. de re iud.
iſte enim qui dicit, nolo venire, eſt expreſſus & verus con-
tumax per iſtam conſtit. & firmat Bar. in l. fi. 2. col. verſ. pro
huius declaratione. ff. de in integ. re. & ſubdit, q non eſt vl-
terius citandus. & vide de hoc copioſè dominum Car. Flo.
25 in cl. ſi ante. verſi. nonò quæro. de dolo & contu. † Octauò
no ex tex. ibi, re ipſa, & perſonaliter. q ille, qui perſiſtit in
contumacia, etiam pro cauſa ciuili, poteſt per iudicem pro
uideri, q capiatur de perſona, & detrudatur in carceribus,
vt hic, & dictum fuit ſupra in conſtit. contumacem. ſub eo
dem ti. in 1. not. Et in quantum hic dicitur, q taliter carce-
ratus detinebitur in carceribus tanto tempore, quanto fuit
contumax, bene facit ad hoc c. regis Caroli ſecũdi, de quo
faciam mentionem infra in conſtit. clementiæ. in 1. not. in
12. q. dicit Bal. in l. vſuras. C. de vſu. q tanto tempore præ-
dicabit Antichriſtus, quanto prædicauit Chriſtus. & dicit
hic glo. q de iure Longobardo, quanto tempore quis iuſti-
tiam non fecerit, tanto tempore ei denegabitur iuſtitia, vt
in Longob. de off. iud. & dicit Vincentius, prout refert Ab.
Sicu. in c. venerabili. in 2. col. de offi. deleg. q ſpoliatus non
ſolùm debet prius reſtitui, antequam impetretur, ſed de-
bet ſtare tanto tempore in pacifica poſſeſſione, quanto ſte-
tit ſpoliatus, fallit tamẽ in certis caſibus ibi poſitis per Ab.
idem dicit Spec. in tit. de dilatio. §. 1. verſic. reſtitutoriæ. &

Lucas

26 Lucas de Penna in l. 1. C. de filijsfa. lib. 10. † Nonò & vltimò ex fine nota. quicquid fit contra formam traditam à lege, & maximè qñ lex expreſsè annullat, vt hic dicit, eſſe nullum ipſo iure, vide ad hoc Alb. de Roſ. in l. nõ dubium. C. de legi. & Bar. in l. cum lex. & ibi concor. ff. de fideiu. In gl. 1. in fi. Quæritur hic, vtrum ſi contumax latitet poſt litem conteſt. patietur ſm decretum, ſicut qñ latitat ante litẽ conteſt. Dicit glo. q̃ hæc conſtitutio nihil dicit de hoc, & ideo remittit ſe ad gl. in l cum proponas. & ibi dicitur, q̃ ſic. In glo. 2. quærit gl. an iſta conſtitutio habeat locum in contumace in non comparendo. & dic, vt in ea. In gl. 3. in verbo, conſt. noſtræ, dic vt dixi in 1. not. In glo. 4. in verbo, adire. Quærit glo. ſi non eſt iudex ordinarius, qui citauit, ſed delegatus, & citatus fuit contumax, & vadit latitando, quomodo conſuletur actori, vel creditori. & dicit, q̃ adeat delegantem, ideſt eum, qui conſtituit illum iudicem ordinarium regia authoritate, quia in regno omnis iuriſdictio dependet à rege, vt in c. 1. in verbo, poteſtas. quæ ſint regalia. In gl. 4. in verbo, venditionem. Pone, q̃ creditor egit cõtra debitorẽ ſuum actione perſonali, & ille fuit contumax, & in contumacia fuit creditor poſitus per iudicem in poſſeſſionem ex primo decreto, & elapſo anno creditor non impetrat ſm decretum, ſed tenuit & poſſedit per plures annos, & fortè ſunt elapſi anni triginta, & ſic poſt annum factus fuit verus poſſeſſor, vt no. in cap. qm̃ frequenter. §. in alijs. per Abb. in 4. no. vt lite non conteſt. ſed ibi loquitur, quando actum fuit reali: ſed qñ actum fuit actione perſonali, ſunt opiniones, vt ipſe refert in d. §. in alijs. in ſeq. col. finaliter tamen vr̃ tenere, q̃ donec non ſit interpoſitum ſm decretum, dr̃ detentator, & non poſſeſſor, & poſt annum,
27 vt dicit Bar. in l. 3. §. fi. ff. de acq. poſſ. † vtrum poſt triginta annos debitor volens purgare contumaciam poſſit recuperare poſſeſſionem illorum bonorum. Gl. iſta dicit q̃ ſic, & iſtam opinionem tenuit ẽt Guido de Suza. vt refert Abb. & Io. And. in nouella, in d. c. qm̃ frequenter. §. in alijs. & vr̃ tenere Bar. in l. cum notiſſimi. C. de præſcrip. 30. vel 40. annor. & Dy. in §. ſi plures. prælleg. Sed contrarium. ſ. q̃ poſt triginta annos non poterit recuperare poſſeſſionem, niſi vſque ad triginta annos, voluit expreſsè gl. in l. 2. C. vbi in rẽ act. & Roffre. in tit. de 2. decre. & hoc tenet Nic. de Matth. in d. l. 2. & dicit Albe. de Roſa. q̃ ita communiter tenetur. hanc opinionem firmat etiam Albe. de Roſ. in l. ſi finita. §. ſi plures. 7. col. ff. de dam. infe. Sed mihi videtur, q̃ ex quo creditor mala fide poſſedit, licet habuerit detentationem, non poteſt dici, q̃ poſſederit legitimè, & ſic nullo tempore præſcribit poſſeſſionem, quia eſt in mala fide, vt in c. fin. de præſcrip. & in regula, malæ fidei. lib. 6. & habetur in l. ſequitur. §. ſi viam. per Doct. ff. de vſucap. & in hac opin. videtur eſſe Iaco. de Arena, & Petrus, vt refert Cy. in l. cum proponas. C. de bonis auth. iu. poſſi. & iſtam opin. ſequutus eſt Cy. in d. l. 2. C. vbi in rem actio. & hoc dicit tenere Azo. in ſumma. C. vbi in rem actio, in §. porrò. in fine, & ſic gl. iſta eſt vera. An autem iuri offerendi poſſit præſcribi, vide per ſcribentes in l. cum notiſſimi. C. de præſcript. 30. vel 40. anno. In glo. 6. in verbo impetrabit. no. glo. iſtum tex. ad deci-
28 ſionem illius dubij, videlicet, † q̃ ſpatium temporis debet eſſe inter primum & ſecundum decretum, nam de iure ciuili non reperitur deciſum. & ideo Doctores tenent prout refert Abb. Sic. in d. c. quoniam. §. in alijs. col. 22. q̃ ſit arbitrarium. Sed in regno per iſtam cõſti. eſt determinatum, q̃ ſit annus: ſed, vt dixi ſuprà in 5. no. eſt trimeſtre tempus. In gl. 7. in verbo, cenſemus, dic, vt dixi ſuprà in 6. not. In gl. 8. in verbo, contumacia, dic vt dixi ſuprà in 7. not. In glo. 10. in verſiculo, iudex viderit. quærit hic gl. vtrum iudex delegatus poterit citare realiter, ideſt, vt capiatur perſona, & ducatur coram eo, & an ipſe poterit mandare, vt carceretur? De hoc vide plenius per Alex. in l. 2. & l. iubere cauere. 2. col. ff. de iuri. omn. iud. & in l. 2. in 3. col. ne quis eum,
29 & eundem in conſi. 35. in penul. col. in 2. vol. † iudex enim delegatus à principe poteſt citare realiter, ſicut iudex ordinarius, ſecũdum Ang. Paul. de Caſt. & Lu. in d. l. 2. ff. de iuriſd. omn. iud. In glo. pen. dic vt dixi, ſuprà in 8. not. In glo. fin. quæro, an per ſolam citationem dicatur iudicium eſſe cœptum ad effectum, vt à tempore cœpti iudicij cõtumax debeat ſtare in carceribus, quanto tempore durauit eius contumacia. Et dicit, quòd n tempore citationis, licet regulariter iudicium dicatur cœptum per litis conteſtationem, pro opinione glo. bene facit tex. in clementina ſecunda, vt lite pendente. & ibi me remitto de iſta materia.

ANNOTATIONES.

n Contumacia.] Vide oo. in c. cum dilectus. de fide inſtrumentorũ & Matth. deciſio. 312. Batius.

b Appellare.] An contumax perdat priuilegium declinãdi forum? Vide Matth. deciſ. 133. & an contumax ſi vult purgare contumaciam, teneatur reficere expenſas, & præſtare cautionem? Vide regiam pragma. quæ incipit, relatione citationis. ſub rubr. de forma procedendi. Batius.

c Actuum.] Vide regiam pragma. quæ incipit, reo in eius contumacia. & ad materiam vide Spec. de primo & ſecundo decreto. Bat.

d Regio aſſenſu.] Adde, quod dicit idem Affl. in conſt. diuæ memoriæ, nu. 32. vbi voluit, q̃ promiſſio de vendendo ita prohibita eſt ſicut venditio, quia per talem permiſſionem deuenitur ad vẽditionem, vide Soc. in l. 1. ou. 3. ff. de cond. indc. & Affl. in deciſ. 293. col. 1. & hoc per tex. in l. ratio. ff. de ſponſ. de quo vide Deci. & Ia. in l. 2. ff. de iuriſd. omn. iud. & Dec. in l. iubere. 3. col. co. tit. & Nicolaus. in tract. de pign. tertio membro ſecundæ partis, nu. 75. & vide Alex. conſi. 194. col. fi. vol. 1. & Dec. conſi. 46. col. 1. num. 5.

e In quibus rex.] Adde eundem Affl. in deciſione 275. num. 68. & in conſtitut. fratribus.

SVMMARIVM.

1 *Qualitas perſonæ auget probationem in qualitate.*
Qualitas perſonæ delictum minuit quandoque.
2 *Iuramentum actoris probationem facit ſufficientem pro obtinendo primo decreto.*
Iuramentum quid operetur.
3 *Iuramentum, ſeu ius probandi per ſacramentum, quando tranſeat ad ſucceſſorem.*
4 *Agens ex delicto cenſetur creditor.*
5 *Iurans in commiſſione ex primo decreto debet eſſe diues & bonæ opinionis.*
Credulus nimium, leuis corde cenſetur.
6 *Probatio facta per iuramentum partis quem & quando operetur effectum pro obtinendo primo decreto.*
7 *Verbum nullum in lege ſuperfluum.*
8 *Decretum primum non interponitur, niſi conſtito de debito.*
Summarie diti poteſt quatuor modis.
9 *Depoſitiones teſtium omni exceptione maiorum inſtrumentis publicis æquiparantur.*
Teſtes qui ſit omni exceptione maiores.

QVÆSTIONES Iuriſperitorum. Tẽ in conſtitut. contumacem. ſuprà, quam in conſtitut. præcedenti, dictum fuit, q̃ miſſio in poſſeſſionem ex primo decreto debet fieri pro menſura debiti declarati. Et olim erat magnum dubium, qualiter debet conſtare de debito, tam ante litem conteſt. quàm poſt, quando petitur interponi primum decretum. Nunc per iſtam conſtitut. dicunt, quòd debet conſtare de debito per iuramentum ſecundùm qualitatem perſonarum, & ſummarum infraſcriptarum ad effectum obtinendi primum decretum. Nam Comes agens actione perſonali, ad debitum contrà ſuum debitorem citatum, & contumacem ad effectum obtinendi primum decretum, ſufficit quòd iuret, q̃ dictus debitor citatus debet ſibi vncias centum, uel infra, tunc non requiritur iſta probatio ad effectũ prædictum. Si uerò nõ ſit Comes, ſed Baro, ſufficit q̃ iuret q̃ ille citatus eſt debitor ſuus in uncijs 50. uel infra. Si uerò ſit miles, ſufficit, quòd iuret, q̃ ille citatus eſt ſuus debitor in unc. 20. Si uerò ſit burgenſis bonæ opi. & diues, ſufficit q̃ iuret, q̃ ille eſt ſuus debitor uſq; ad ſummam unius libræ auri. Si uerò ſit creditor alterius conditionis, ſufficit

proba-

probare debitum per iuramentum vſque ad ſummam triũ
vnciarum. Vltra tñ dictas ſummas fiat probatio per inſtrã,
vel per teſtes ſecundùm diſpoſitionem iuris ciuilis.h.d.vſ-
que in finem. Vel ſic,ad effectum obtinendi primum de-
cretum pro menſura debiti declarati,ideſt, petiti in actio-
ne pſonali,ſufficit,ꝙ probetur debitum proprio iuſo acto-
ris,vſque ad ſummam hic contentam,ſecundum varietatẽ
conditionis perſonarum,vltra verò dictas ſummas fiat pro
batio per inſtrumẽta,vel per teſtes,prout vult ius commu
1 ne.† No.ex tex.ibi, ſi quidem Comes. ꝙ qualitas perſonæ
auget probationem in quantitate. Sicut dicimus,ſecũdùm
qualitatem perſonarum verba intelliguntur, vt in l.plenũ.
§.equitij.ff.de vſu & habi.Bene faciunt ſcripta per Bar.in l.
librorum.§.quod tamen.ff.de leg.3. Et ideo hæc qualitas,
ꝙ ſit Comes,vel Baro,vel miles,vel burgenſis,debet proba
ri,ut dicit Ioan.And.in ſimili in nouella,in c.1. de homici-
dio.lib.6.bene facit l.4.§.docere.ff.vi bon.rapto.& in l.1.§.
ait prætor.& ibi Bar.ff.ne quid in flu.pu. Bal.in l.1.6.q.C.
de cond.indeb.Alex.in 2.vol.conſ.172. Et per conſequens
permittit hæc conſtitutio,ꝙ probatio huius qualitatis poſ-
ſit fieri ante litem conteſtatam contra communem regulã,
de qua in c.1.& 2.& c.quoniam,vt lite non conteſt. Secun
dò no.ex eod.tex.ꝙ qualitas dignitatis actoris facit iuramẽ
tum eius habere maiorem effectũ reſpectu quantitatis de-
biti, alibi qualitas perſonæ minuit delictum. l.1. C.ſi quis
imper.maledi.no.Bal.& ibi dixi in c.1.ex quib. cauſis feu.
2 amit.& Alex.in 4.vol.conſi.127.3.col. † Tertiò no.ex tex.
ibi,ſacramento, ꝙ ad obtinendum primum decretum vſq;
ad ſummam hic taxatam, iuramentum agentis facit ſuffi-
cientem probationem. Et ſic ſimplex aſſertio partis ſine iu
ramento non ſufficeret, quia iuramentum fuit introductũ
ad confirmationem veritatis de re aliqua, de qua poterat
dubitari Et per iuramentum vocatur Deus in teſtem illius
rei.Et ideo iurans profitetur Deum eſſe infallibilem, ideo
iurare eſt actus latriæ,vt dicit Nic.de Lyra ſuper Exo.c.23.
in glo.in verbo,non iurabis. quia iuratur per Deum,& nõ
aliter,vt in Auth. vt iudices ſine quoquo ſuffragio. §.ſic igi
tur. An autem de neceſſitate ſit iurandum per Deum, ad
ſancta Dei euangelia,tactis ad minus ſcripturis. tangit hic
And.ego dixi poſt gl.in c.1.§.item ſacramenta,de pace iur.
fir.in 1.not.Et ſic ſit differentia inter ſimplicem loquelam,
& iuramentum,vt hic. Ad idem in c.debitores. de iureiur.
Nec obſt.id,quod dicitur in c.iuramenti.22.q.5. vbi dici-
tur,ꝙ Deus non facit differentiam inter ſimplicem loque-
lam,& iuramentum:quia vt dicit ibi Arch. ſi Deus non fa-
cit differentiam, eccleſia facit differentiam, & in plus pu-
nit mendacium per iuramentum,quàm dicentem ſimplex
mendacium,vt latius ibi per eum. Probatio ergo per iura-
mentum partis iſto caſu habetur virtute huius conſt.pro le
3 gitima probatione,ſicut in cap.paſtoralis.de exce.† Et iſtud
ius probandi per ſacramentum trãſit ad ſucceſſorem, ſi ſuc
ceſſor iurare poſſit,quia informatus de veritate. Ita dixit
Bal.in c.1.in prin. ſi de inueſti.inter dominum & vaſal. lis
ori. Et tene menti iſtum text. ꝙ propter contumaciam par-
tis defertur iuramentum aduerſario, ita Bal. in d.c.1. in 3.
col. Veritas eſt,ꝙ iſta probatio per iuramentum partis non
eſt probatio, ſed releuatio ab onere probandi, vt dicit Bal.
In c.1.§.conuenticulas.in 3.col.de pace iuramento firman.
Sed iuxta hoc quæro, an idem ſit, quando quis prætendit
ſe creditorem alicuius in certa pecuniarũ ſumma ex cauſa
iniuriarum,vel ex aliquo delicto,& ipſum debitorem cita
re fecit, & ille fuit contumax. & petit, ꝙ mittatur in poſ-
ſeſſionem ex primo decreto in illa quantitate petita ſibi de
bita ex delicto,vel iniuriarum.& petit ſibi deferri iuramẽ-
tum ad probationem dicti debiti, ſecundùm formam hu-
ius conſt.And.hic tangit hoc dubium,& dicit,ꝙ idem eſt,
ſicut quando agitur actione perſonali ciuiliter. Et pro hoc
primò allegat Roffr. Beneuentanum in tit.de bonis autho.
4 iud.poſſ.in princ. † Secundò allegat,quia agens ex delicto
creditor dicitur,vt in l.ſi cui.& l.creditorum.ff.de verb. ſi-
gnifi. Tertiò,quia ille, qui agit actione iniuriarum, & petit
iniuriantem condemnari,iuxta conſt.uarietates pœnarum.
agẽs dicitur creditor, & poteſt actionem iniuriarũ cedere,
ut in l.iniuriarũ,& ibi per Bar.la tertia. ff.de iniurijs. & in
l.ſi nomẽ. ff.de hære.uel act.uend.& in l.fi.C.de hær.actio.
& ibi per Bald. Sal. & Andr.hic, & eſt tex.& glo.in l.ꝙ ſi in
diem. §.Iulianus.ff.de pet.hære. Idem uidetur tenere Ioan.
And.in addi.in Spec.in tit.de ceſſione actionis. incipit, de
actione iniuriarum. licet aliud uelit Bald.in l.per diuerſas.
in 16.q.C.man. Sed an trãſmittatur ſucceſſori,ſi non eſt lis
conteſtata?Dic ꝙ non tranſmittitur Secus ſi eſt lis conteſta
ta,ſecundùm Andr.hic, & Bar.in d.l.iniuriarũ. & uide Bal.
in d.l.per diuerſas.16.q.Fallit,ſi iniuria facta eſſet Abbati,
tunc ſucceſſor non agit iniuriarum, ſecũdùm Bal.in l.cum
5 non ſolum.§.neceſſitatem. C.de bonis quæ liberis.† Quar-
tò no.ex tex.ibi,bonæ opinionis,& diuiti.ꝙ ut habeat locũ
probatio per iuramentum partis ad effectum miſſionis ex
primo decreto,requiritur,ꝙ iſte,qui habet iurare,ſit bonę
opinionis,& diues,ita ꝙ non ſufficit quòd ſit bonæ opinio
nis & non diues.Et ſic patet,ꝙ melius præſumitur de ditio
rib.quam de pauperib.ut hic.ad idem in l.ad ſubeunda.C.
de decur.& in l.5. C.de prædi.curia.lib.10. & in l.2. C.de
debito ciuita.li.11.Nam hominibus bonæ opinionis diui-
tiæ ſunt adiuuamenta uirtutis,ut dicit beatus Ambr.ſuper
euangelio Lucæ 19.c.quapropter dicitur in eccl.c.41.curã
habe de bono nomine: hoc enim magis permanebit tibi,
quàm mille theſauri magni, & pretioſi, bonæ uitæ nume-
rus dierum,bonum aũt nomẽ permanet in æuum. Faciunt
ad hoc multa,quæ dicit Lucas de Penna in l.3.in 3.colum.
C.de digni.lib.12.debet prius de iſtis duabus qualitatibus
iudici cõſtare, ne incidat in errorẽ,quia q̃ cito credit,leuis
eſt corde,ut dicitur in eccl.c.19.Et tunc his probatis, rectè
poteſt ſeipſum commendare de bona opinione, & bona fa
6 ma,ut in l.2.§.quæ omnia.C.de ue.iu.enuc.† Quintò no.ex
tex.ibi, nulla alia probatione in poſterum, quòd probatio
facta per iuramentum partis uſque ad quantitatem in iſta
conſt.contentam,pro obtinẽdo primo decreto ſuper actio-
ne perſonali cauſa rei ſeruãdæ operatur effectum etiam in
poſterum,& ex interuallo,ut in l.pacta conuenta.ff.de con
trah.emp.Et ſic uidetur,quòd iſta probatio per iuramentũ
ſufficiat ad interponendum ſecundum decretum, propter
iſtud uerbum, in poſterum, quod ſignificat tempus poſt,
ubi exigitur probatio ad actum ſequentem.licet Bar.dicat
quòd iſtud uerbum,poſtea,ſit ambiguum,utrum intelliga
tur incontinenti,uel ex interuallo,in l.fructus. in fi.ff.ſolu.
matri.& in l.ab hoſtibus. §.ſed quòd ſimpliciter. ff.ex qui.
cau.maio.in prin. dicit, quòd iſta dictio refertur ad modi-
cum tp̃s poſt.Tu dic,ut dixi,quòd in interpoſitione ſecũdi
decreti nulla alia probatio requirit̃ ad probandũ debitum,
7 ſm taxatam quantitatem in hac conſtitutione, † alràs iſta
uerba nihil importarent, quod non eſt dicendum, quia in
l.nullum uerbum eſt ſine uirtute aliquid operandi, ut di-
cit Bald.in rubr. C.de contrahen.empt. & in l.falſus. C.de
furtis.no.in l.ſi quando.ff. de lega.1.& ibi concord.Abb.in
cap.cum dilecta.de reſcript.Sed iuxta hoc quæro,ecce bur
genſis, qui conueniri uult facere ſuum debitorem, habet
eum obligatum in duabus libris auri, & ipſum conueniri
fecit pro una libra auri, & fuit contumax & iurauit, quòd
eſt debitor ſuus in una libra auri,& ſic interponitur decre
tum primũ pro una libra auri, an pro alia libra auri poſſit
dare libellum & inducere teſtes, ſi procurator rei dicat, ꝙ
nõ tenetur recipere particularẽ libellum, ſicut creditor nõ
tenetur recipere particularem ſolutionem, ut in l. quidam
æſtimauerunt.ff.ſi cer.pet. ita debitor non tenetur recipere
particularẽ libellum. Dic,quòd actor põt petere liquidum
in uno libello & non liquidum in alio,ita dicunt Alber.&
Guil.de Cun.in d.l. quidam æſtimauerunt, & ibi uide re-
miſſiones per Alex.circa finem. & latius per eum in l.cum
8 quædam puella.§.fi.in fi.ff.de iuriſd.om.iud.† Sextò no.ex
tex. ibi, iuris probatio exigitur. ꝙ in interpoſitione primi
decreti ultra quantitatem hic expreſſam debet iudex uide
re,ſi per inſtrumenta, uel teſtes ſaltem ſummariè cõſtet de

debito

debito petito,prout dicitur in auth. ei qui iurat. C. de bo-
nis auth.iud.poſ.& probatur in l.theſaurus. ff.ad exhiben-
dum.& voluit Bat.& ſcribentes in d.l.ſi finita.§.Iulia.ff.de
dam.inſec.& dictum fuit ſuprà in conſti.contumaciam.&
in conſt.ſi quis poſt litem.Et ita firmat etiam gl.hic & Au.
dicens,quod ſummariè dicitur quatuor modis.primò quo
ad probationem,vt in d.l.theſaurus.Secundò, quando co-
gnoſcitur non dato libello,vt in auth.niſi breuiores. C. de
ſent.ex breui.reci.& in l.de ſubmerſis. C.de nau.libro 11.
Tertiò quantum ad exequendum , in l. cum proponas. C.
de bo.auth.iud.poſſ. Quartò quando ſumus in executione
ſententiæ,vt in l.à diuo Pio.§.ſi ſuper rebus.de re iud. vt la
9 tius hic per eum.† Septimò & vlt.no.ex tex.ibi,omni exce
a ptione maiores.q pare vim habent [a] depoſitiones teſtium
oī exceptione maiorum cum inſtr̄is publicis. ad idem in l.
in exercēdis. C.de fide inſtr.Et dicuntur m̄ exceptione ma
iores illi,quibus nihil legitimè pōt opponi, vt habetur per
Bal.in l.optimam.C.de contrah.& cōmit.ſtip. & per gl.de
conſang.& affin. præterquam in factis antiquis, in quibus
magis creditur publicis, & auth.inſtr.quam teſtibus,vt di
cit Bal.in l.ſi in alterius.C.ſi minor ſe maio.dixe.& eſt bo-
na gl.in c.3.loco.de prob.& voluit Abb.Sic. in c.cū Io.ere.
de fi.inſtr.& gl.4.q.3.§.ſi teſtes.In 1.gl.dic, vt dixi in poſi-
ſione caſus.In eadē ibi,ſed per auth.ei qui iurat.dic vt dixi
in 6.no.In gl.quæ eſt finalis, dic vt dixi ſupra in vlt.notab.

ANNOTATIO.

a Habet.] In quibus caſibus ſcriptum ſeu inſtrumentum prævalet teſtibus,vide gl.in c.1.in §.poſtquam.extra de cenſibus.quibus caſibus ſit neceſſaria ſcriptura,vide etiam per dictam glo.& an in teſtamento nuncupatiuo ſit neceſſaria ſcriptura? Vide tex.in l.hac conſultiſſima.§.per nuncupationem,& ibi Pau.de Ca. C.de teſtamentis.& tex.in l.hac conſultiſſima.iuncta gl.1.C.qui teſt.facere poſſunt.& tex.in § cæcus.iuncta gl. ſeſſituro. quibus non eſt permiſſum facere teſtamentum. Baſius.

SVMMARIVM.

1 *Miſſus in reali non detentator,ſed verus poſſeſſor debet dici.*
2 *Contumax conuentus rei vendicatione,quas ante litem conteſtatam patiatur pœnas.*
3 *Contumax conuentus actione reali in decem differt à conuento actione perſonali.*
4 *Miſſus in poſſeſſionem ex primo decreto per lapſum anni efficitur verus poſſeſſor.*
Agens rei vendicatione dua debet probare.
5 *Contumacia in actione reali grauior eſt poſt litem conteſtatam commiſſa,quàm ante.*
6 *Debitum quando per præſumptiones conſtare debeat, vt primum decretum interponi poſſit.*
7 *Miſſus in poſſeſſionem ſi ſpoliatur,quando poſſeſſorio recuperanda poſſit agere.*
8 *Miſſus in poſſeſſionem ex primo decreto,quando dicitur poſſidere,& quando tantum cuſtodire.*
9 *Conuentus actione perſonali duplicem patitur pœnam,ſi contumax fuerit.*
10 *Contumacia commiſſa poſt conteſtationem litis grauius punitur,quàm quæ ante.*
11 *Agens rei vendicatione quid teneatur probare.*
12 *Contumax non punitur in tertiam partem bonorum, ſi iuſtam habeat cauſam non comparendi.*
13 *Retentio ei competit, cui & actio.*
14 *Baiuli in poſſeſſionem mittere poſſunt ex primo decreto.*

REI vendicatione. Hucuſque à conſtitu-
tione contumaciæ vſque huc dictum
fuit , quando interponitur primum de-
cretum contra contumacem cōuentum
ciuiliter actione perſonali . Nunc loqui-
tur,quando conuenitur reus rei vendica
tione ad rem , cuius actor dicit dominium eſſe ſuum , &
poſſeſſionem eſſe penes conuentum,& petit ipſum cōuen-
tum ad reſtituendum rem illam declaratam, & ille conuē
tus fuit contumax,& propter contumaciam fuit condem-
natus ad tertiam partem bonorum mobilium,debet iudex
dictum actorem mittere in poſſeſſionem rei petitæ cauſa
rei ſeruandæ ex primo decreto,ideſt,q poſſit intra annum
1 contumax recuperare poſſeſſionem ipſam. † Quia miſſus
in reali dicitur verus poſſeſſor,& non detentator,ſicut miſ
ſus in poſſeſſione , quando actum perſonali actione . Et ſi
citatus in contumacia perſiſtit per annum , actor efficitur
verus & perpetuus poſſeſſor ipſo iure in interpoſitione ſe-
cundi decreti.Et hæc procedunt lite non conteſt. Si verò
citatus comparuit ſuper libello rei vēdicationis , & fuit lis
conteſtata, & poſt litem conteſtatam fuit reus contumax ,
& de cauſa non liquet,aſſignatur per iudicem vera & per-
petua poſſeſſio rei petitæ dicto actori , nec licet contumaci
recuperare poſſeſſionem,& intra annum volendo purgare
contumaciam, ſi non liquet de cauſa,feratur ſentētia, pro-
ut de iure erit.hoc dicit vſque in finem. Vel ſic breuius.Cō
uentus rei vendicatione ſi eſt contumax ante litem conte-
ſta.poteſt pro actore interponi primum decretum,& mitti
in poſſeſſionem rei petitæ reuocabilem intra annum,ſi cō-
paret contumax,& purget contumaciam , ſed ſi eſt contu-
max poſt litem conteſtatam, & non liquet de cauſa mitti-
tur in poſſeſſionem rei petitę,& eſt verus,& perpetuus poſ
ſeſſor, ſi verò liquet de cauſa , debet ferri ſententia iuſtitia
2 mediante.† No.primò ex tex.ibi,contumax fuerit . q con-
tumax conuentus rei vendicatione ante litem conteſtatam
patitur iſtas duas pœnas,quāndo conuenitur coram haben
te merum & miſtum imperium . Primò condemnatur ad
tertiam partem bonorum mobilium . Secundò mittitur
aduerſarius in poſſeſſionem rei petitæ , & eſt verus poſſeſ-
ſor.Et illa verba,quæ dicuntur in hac conſtitutione , cauſa
rei ſeruandę.intelligūtur ſecundùm gl.hic,quia contumax
ſi comparet intra annum,purgabit contumaciam, & recu-
perabit poſſeſſionem, & ad hūc effectum dicitur poſſeſſor
cauſa rei ſeruandæ,ſed ſi non comparet intra annum actor
miſſus in poſſeſſionem ex primo decreto erit verus, & per
petuus poſſeſſor,ideſt,quia contumax non poterit recupe-
rare poſſeſſionem, ſed oportet, q ipſe agat de proprietate,
& ſic non eſt neceſſe,q interponatur ſecundum decretum,
vt tenet hic gl.Hinc ſumpta occaſione quæro,quæ ſunt dif
ferentiæ inter contumacem conuentum actione perſonali
& contumacem conuentum actione reali , ſcilicet rei ven-
3 dicatio.Et dic quòd ſunt decem differentiæ. † Prima diffe-
rentia eſt , quia quando reus eſt contumax in actione per-
ſonali , actor mittitur in poſſeſſionem bonorum conuenti
cauſa rei ſeruandæ,pro menſura debiti declarati , vt tædio
affectus compareat,& ſic miſſus non dicitur poſſidere, ſed
detinere,vt dictum fuit ſupra in duabus proximis conſtitu
tionibus præcedentibus.Sed quando reus eſt contumax in
actione reali, actor mittitur in poſſeſſionem rei petitæ , &
eſt verus poſſeſſor: verùm ſi reus comparet intra annum,&
purget contumaciam,recuperabit poſſeſſionem,vt hic,ſed
elapſo anno efficitur actor verus,& perpetuus poſſeſſor,id
eſt, quia non poterit vlterius contumax recuperare poſſeſ-
ſionem,licet poſſit agere rei vendicatione, vt in l.conſenta
neum.C.quomodo & quando iud.& in ca.prout . de dolo
& contu.& in c.quoniam. §. porrò . vt lite non conteſta.&
in c.contingit.de dolo & contu.Alber.de Roſa. in l.à quo
fundus.ff.de dam.infec.Et voluit Spec.in tit.de contu. §.ſe
quitur.ver.ſi verò agitur ciuiliter.& in §.vlt. verſic.eod.tit.
Secunda differentia eſt,quando reus eſt contumax in actio-
ne perſonali,& actor miſſus eſt in poſſeſſionem bonorum
rei pro menſura debiti declarati ex primo decreto, & per-
ſeuerat in contumacia per annum,ut efficiatur poſſeſſor il
lorum bonorum,uel ut uendantur illa bona, requiritur ſe-
cundum decretum iudicis.Sed quando reus eſt contumax
in actione reali ante litem conteſtatam,& actor eſt poſitus
in poſſeſſionem rei petitæ ex primo decreto , poſt annum
non requiritur ſecundum decretum,quia factus eſt uerus
& perpetuus poſſeſſor ipſo iure,ut hic, & notatur in dicto
capit.

cap.prout,& in cap.contingit.eod.tit.& Inno.in c.dilecto.
de verbo.ſignifi. Et firmat Abb.in d.§.in alus.22.col.uerſi.
ſed ultra Doc.&c.Spec.in titu.de primo decreto.§.iam de
4 effectu.verſicu.ſi uerò agitur reali.glo.in d.§.Iulianus.† Et
ſic lapſus anni facit eum uerum poſſeſſorem,ut dicunt hic
glo.& And.per l.2.in fi.C. ubi in rem actio. Poterit tamen
interponi ad cautelam,ut in cap.1.de eo qui mit.in poſſ.ſe
cundùm Abb.in d.§.in aliis.in 22.col.Et ratio diuerſitatis,
ſecundùm gl.hic eſt, quia quando actum eſt actione perſo
nali,actor petit debitum ſibi,ſed quando agitur reali,petit
rem,quam dicit eſſe ſuam. nam agens rei vẽdicatione duo
debet probare, videlicet dominium ex parte agentis,ut in
l.in rem.ff.de rei uendicatio.&poſſeſſionẽ ex parte conuẽ-
ri,ut in l.officium.ff.de rei uendicatione,& in l.1. C. de a-
lie.iud. mutan.cauſa fac. ſed de iſta ratione uide latius in
Spec.in tit.de 2.decre.§.uidendum reſtat. uerſic. ſed quæ
eſt ratio.& iſtam rationem recitat etiam gl.in l.ſi finita, in
gl.magna.ff.de dam.infec.& in glo.in c.contingit. de dolo
& contu. & Goff.in ſumma,de eo,qui mit.in poſſeſ. cauſa
rei ſeruan. in prin. tantum ergo operatur in actione reali
lapſus anni, quantum in actione perſonali, ſecundum de-
cretum,ſm Spec.in d.§.iam de effectu.verſi. ſi verò agitur
reali &c. † Tertia differentia eſt, quando creditor in actio
5 ne perſonali poſt litem conteſtatã non probat, quòd reus
latitat,& de cauſa non liquet, & actor eſt poſitus in poſſeſ
ſionem ex primo decreto cauſa rei ſeruan. intra annum,
reus comparens recuperat poſſeſſionem, ut dicitur in con-
ſtitutio.ſi quis poſt litem,in verſi. quòd ſi latitatione. Sed
contumax in actione reali poſt litem conteſt. ſi actor miſ-
ſus eſt in poſſeſſionem rei petitæ intra annum comparens
non recuperat poſſeſſionem,ut hic, & uoluit Abb. Sicu.in
dicto cap.prout.& tene menti, quia grauior eſt contuma-
cia commiſſa in actione reali poſt litem conteſta. quàm ſi
ſi eſſet commiſſa ante litem conteſta.nam ſi commiſſa eſt
poſt litem conteſta.non poteſt contumax intra annum cõ-
parere in iudicio,& recuperare poſſeſſionem , quia factus
eſt reus uerus,& perpetuus poſſeſſor,vt hic,& in d. c. prout,
& ibi per Abb.Sicu. ſed ſi eſt contumax ante litem conte-
ſtatã,ſi comparet intra annum, recuperat poſſeſſionẽ,quã
habet ex primo decreto actor,ut hic,& in d.c.prout.Quar
ta differentia eſt, quia qñ actor miſſus eſt in poſſeſſionem
bonorum conuenti in actione perſonali ex primo decreto,
non præſcribit,quia non eſt poſſeſſor,ut dixi in conſtitu. ſi
quis poſt litem,ut patet in l.cum notiſſimi C. de præſcri.
30.vel 40.anno.ſed ſi actor miſſus eſt in poſſeſſionẽ ex pri
mo decreto in re petita,præſcribit dominium , quod erat
penes contumacem,vt firmat gl.in d.c.quoniã.§.in alijs,&
ibi per Io.An.& communiter Doctores,& ibi per Abb. Si-
co.colum.17.Quinta differentia eſt , quia creditor miſſus
in poſſeſſionẽ bonorum debitoris cõuenti in actione per-
ſonali ex primo decreto, ſi conuenitur ab alio rei vendica
tione,nõ poteſt dominum uidelicet illum contumacẽ,no-
minare in iudicio, & illud euitare , quia eſt uerus poſſeſ-
6 ſor.† Sexta dña eſt,quia quando agitur actione perſonali,
& reus eſt contumax,& petitur interponi primum decre-
tum,non aliter iudex dẽt illud interponere, niſi prius ſum
mariè conſtet de debito per præſumptiones,& non per ſo-
lum iuramentum actoris, niſi in caſu conſtitutionis præce
dentis vſque ad certã ſummã ibi expreſſam. Sed quãdo a-
ctum fuit actione reali, interponitur primum decretũ con
tra contumacem ſine illa ſummaria cauſæ cognitione, ſed
ſolum ſtante iuramento actoris,ut clarè firmat Abb.Sicu.
in d.c.quoniam.§.in aliis.colum.16. in quæſtione , quæro
hic dicit,ꝙ domino.Septima differẽtia eſt , quia miſſus ex
primo decreto in actione perſonali etiam poſt annum nõ
lucratur fructus, niſi iudex expreſſè hoc dicat in decreto
propter nimiam contumaciã rei,ſm Inno.in d.c.quoniam,
& in d.c.dilecto.de uerbo.ſigni.& Abb.Sic.in d.§. in alijs.
7 in 19.col.& Bar.in d.l.ſi finita.§.Iulianus. † Sed miſſus ex
primo decreto in actione reali lucratur fructus poſt annũ,
quia efficitur uerus,& perpetuus poſſeſſor, ut hic. Octaua
differentia eſt,quia miſſus in poſſeſſionem ex primo decre
to in actione perſonali, ſi ſpoliatur poſſeſſione, non poteſt
agere poſſeſſorio recuperandæ,quia non poſſidet, vt dictũ
fuit in conſt.ſi quis poſt litem.Sed miſſus in poſſeſſionem
in actione reali, ſi ſpoliatur, poteſt agere poſſeſſorio recu-
perandæ,quia poſſidebat,vt in l.ſi quis emptionis.§.pe.C.
de præſcrip.30.vel 40.ann. & in l.1.§.hoc interdictum.ff.
de vi & vi ar.& firmat Spe. in tit.de primo & ſecundo de-
creto.§.iam de effectu.verſi.ſed quid ſi miſſus in poſ.ex pri
mo decreto,dicitur &c.per Inno.in c.contingit.de dolo &
contu. Nona differentia eſt,quia in actione perſonali,quã-
do iudex interponit primum decretum,debet dicere,acto
rem mittendum in poſſeſſionem cauſa rei ſeruãdæ &c.ſed
in actione reali in primo decreto nõ debet dicere cauſa rei
ſeruandæ,vt dicit Spe.in tit.de primo & ſecundo decreto.
in §.ſequitur.ver.ſed non videtur in prædictis formis. Sed
de iure canonico non eſt differentia,quia ſiue agatur actio
ne perſonali , ſiue reali, in primo decreto debet dici cauſa
rei ſeruandæ,vt dicit Abb.in d.§.in alijs, in 8.col. & cũ ille
tex.velit,ꝙ cauſa rei ſeruandæ actor in actione reali in cõ-
tumaciam rei,mittatur in poſſeſſionem,videtur,ꝙ iſta cõ-
ſtitutio reſideat cum canoniſtis , & pro canoniſtis faciunt
8 iura,quæ allegat Abb. in d.8.col.† Sed gl.hic tenet contra-
rium, ꝙ illud verbum, cauſa rei ſeruandæ, intelligitur, ꝙ
poſſidet reuocabiliter, ſi contumax comparet infra annũ ,
prout eſt communis concluſio,ꝙ actor miſſus in poſſeſſio
nem ex primo decreto in re petita poſſidet, ſed reuocabili
ter. Et hanc opinionem communiter ſequuntur Doct.poſt
glo.in l.ſi quis emptionis. §.ſed ſi quis. C.de præſcr.30.vel
40.ann.& in l.conſentaneum. C.quomodo & quãdo iud.
& Bar.in l.3.§.fi.ff.de acqu.poſſ.firmat Roffre.Beneuen.in
tit.de bonis auct.iud.poſſi.vltra medium,& Docto.in d.§.
Iulianus.& Spe.in d.§.ſequitur.verſi.ſed non videtur.cum
ſeqnẽ.Niſi actor in actione reali petijſſet ſe poni ex primo
decreto cauſa rei ſeruandæ , tunc iudex ita interponendo ,
actor non habebit niſi cuſtodiam, ſecundùm Spe.in d.§.ſe
quitur.ver.quid ſi hoc fuit petitum.Decima & vltima dif-
ferentia eſt , quia in actione perſonali primum decretum
interponitur ſuper bonis contumacis pro menſura debiti ,
vt ſupra in conſt.contumacem, & conſt. ſi quis poſt litem.
& in auth.ei qui iurat. C.de bonis auto.iud.poſſid. Sed in
actione reali interponitur primum decretũ ſuper re , quæ
9 petitur per actorem,vt hic. † Secundò no.ex tex.ibi, tertiã
mobilium. ꝙ ſicut conuentus actione perſonali, ſi eſt con-
tumax , punitur duplici pœna, videlicet, quia condemna-
tur ad tertiam partem bonorum mobilium, & patitur ad-
uerſarium mitti in poſſeſſionem ex primo decreto: ita con
uentus actione reali patitur duplicem pœnam , quia puni-
tur in tertia parte bonorum mobilium , & punitur, quia
priuatur ex primo decreto poſſeſſione rei petitæ , & hoc
eſt contra ius canonicum,ut dicit Abb.in d.c.quoniam fre
quenter.in §.in alijs.in 3.colum.in verſi.nota iudicem. niſi
magna ſit contumacia,ut ibi per eum,& dixi ſupra in d.cõ
ſti.contumacem. & vide glo. ſuper hoc verbo, contumax.
Tertiò no.ex tex.ibi,cauſa cuſtodiæ.ꝙ in regno iudex,quã
do interponit primum decretum contra conuentum con-
tumacem actione reali, debet dicere, cauſa cuſtodiæ . Sed
iſta uerba intelliguntur, prout dixi ſuprà in 9. differentia .
Et ideo infero,ꝙ ſi dictum verbum,cauſa cuſtodiæ,dicitur
à iudice , importat , ꝙ tradatur poſſeſſio reuocabilis infrà
annum: ſed ſi pars petit , ꝙ primum decretum interpona-
tur in actione reali cauſa cuſtodiæ , importat, quod verbũ
ſonat,& tunc ſi iudex illud interponit cauſa cuſtodiæ,non
habebit poſſeſſionem, ſed detentationem , vt expreſsè vo-
luit Spec. in d.§.ſequitur.verſic. quid ſi hoc fuit petitum .
10 † Quartò no.ex tex.ibi,lite verò conteſtata. ꝙ magis puni-
tur contumacia contracta poſt conteſtationem litis,quàm
contumacia contracta ante litis conteſtationem, quia con-
tumax poſt litem conteſtatam, & interpoſito primo decre
to, & eius vigore, actore miſſo in poſſeſſionem rei petitæ,
quando non liquet de cauſa,ſtatim eſt verus, & perpetuus
poſſeſſor ,

poſſeſſor, ita q; infra annum reus nõ poteſt recuperare ſuã
poſſeſſionem vt hic, concordat tex. in c.prout.de dolo, &
contuma. ſed ſi eſt contumax ante litem conteſtatam recu
petat poſſeſſionem,comparẽdo intra annum,ut hic.Quin-
tò no.ex tex.ibi,prout videbitur de iure, q; quando liquet
de cauſa,ſi reus eſt contumax, ſiue actum fuit actione rea-
li,ſiue perſonali , tunc in nullo punitur ipſe contumax, vt
hic,ad idem ſuprà in conſti.ſi quis poſt litẽ.& tex.in l.pro-
perandum.§.ſin autem reus.C.de iudi.In gl. 1. iſta conſtitu
tio pro maiori parte eſt ſm ius commune,& eſt bene gloſ-
ſata, & ego in dictis decem differentijs pro maiori par-
te conſtrinxi glo. huius conſti. tamen in particulari eas ſi-
11 gnabo. † Quæro vnà cum gl. ille qui agit rei vendicatione
a quid debet probare? Reſpondet gl.q; duo [a] videlicet,q; do
minium rei petitæ ſit ex parte agentis, & quòd reus poſſi-
deat rem illam, ut in legibus per eum alleg.& per leges,
quas ſupra allegaui in ſecunda differentia, vel q; dolo de-
ſijt poſſidere.Nam qui dolo deſijt poſſidere, habetur pro
poſſeſſore,& tunc datur vtilis rei vendicatio, ut in legibus
in glo.allegatis.Cui adde,q; tunc dicitur dolo deſijſſe poſ-
ſidere,vt in l. q; ſi dolo,& l.qui reſtituere.cum ſeq.ff. de rei
ven.quando poſtquã fuit citatus,deſijt poſſidere, tunc ha-
betur pro poſſeſſore,& pro hoc allego Dy.in regu.pro poſ
ſeſſore.lib.6.licet Dy.dicat,oblato libello, tamen idem eſt
facta citatione,per clem.2.vt li.penden. Et hoc expreſsè di
xit noſter Neapodanus in conſuetudine prima,de iure cõ-
grui.in ver.poſſidet.in fi. vbi dicit, q; fraudem committe-
re uidetur, ſi præuentus citatione alienauit,argumen.l. ſi
quis poſt.ff.de iud.Bar.in l.qui peremptorio.ff. de rei ven-
di.dicit,q; dicitur dolo deſijſſe poſſidere reus,ſi poſtquam
actor dixit,ſe daturum libellum,alienauit. Idem,& clarius
uoluit Bar.in l.Fulcinius.§.quid autem.ff. ex quib. cauſ. in
poſ.eat.In glo.2.dic,ut dixi in poſitione caſus. In glo. 3. in
b verbo,cõtumax.Quærit hic gl.quis dicatur cõtumax.[b] dic
ut in ea. & in l.contumacia. ff. de re iudi. † An autẽ pœna
12 tertiæ partis bonorum mobilium ob contumaciam hẽat
locum,quando citatus nõ contempſit venire, ſed habebat
cauſam iuſtam non comparendi.gl.dicit, q; non. Andreas
ponit aliud exemplũ, quàm illa exempla, quæ ponuntur p
ſcrib.in l.quæſitum. ff. de re iudi. uidelicet, quando patri
mortuus eſt filius, dicitur tunc iuſta cauſa, ſi citatus pater
non comparuit,quia ex mœrore, qui durat per nouẽ dies,
ut no.in l.2.ff.de in ius uocan.& C.de ſepul.viola.auth.ſed
nec. in Auth.ut defuncti,ſeu funera eorum.§.1. dicit tamẽ
And.q; malè ſeruant iudices. In eadem ibi,& tunc. dic ut
dixi in ſecundo notab. In eadem,in fi.dum dicit, q; melius
eſt fauere retentioni,quàm lucro,vt in legibus in ea allega
tis. Adde de iſta materia, an & quando habeat locum ius
retentionis,uide pulchram diſtinctionem,quam recitat Al
beri.de Roſa.in l.1.C.etiam ob chyrographariam pecuniã
pignus reti.poſ.& in l.fin.C.commo. & Iaſ. in l.ſi non ſor-
13 tem.§.ſi centum.ff.de condi.indeb.† Item cui competit a-
ctio in rem, multò magis competit retentio, ut in l.1.§.
quod autem.ff.de ſuperfici.& l.cui damus.ff.de regu.iuris.
& Bal.in l.cum ſoluta.C.de condi.indebiti. In gl.5.no.iſtã
gl.quæ dicit, q; Barones non poſſunt contumacem punire
ad tertiam partem bonorum mobilium, ſed tamen puni-
re poſſunt in vno auguſtali,ſicut baiulus,ut ſuprà in conſt.
pœnam.in fi Ego credo, q; glo. bene dicat, prout erat ſuo
tempore,in quo Barones non habebant iuriſdictionẽ ciui-
lem in terris eorum. Sed ex quo hodie ex priuilegio qua-
ſi omnes Barones regni habent merum & miſtum impe-
rium,poſſent condemnare ad tertiam partem bonorũ mo
bilium pro contumacia,quia Barones ſunt hodie quaſi iu-
ſtitiarij in eorum terris.Item nota iſtam gloſſam ad aliud,
14 quia dicit † q; baiuli poſſunt mittere in poſſeſſionem ex
primo decreto,ſiue agatur actione perſonali,ſiue reali, de
hoc vide Cy.in d.l.cum proponas.C.ex quib. cauſis in poſ
ſeſſ.eat. dum quærit,quibus magiſtratibus competit mitte
re in poſſeſſionem ex primo decreto.Bart. & ſcribentes in
d.l.ſi finita.§.Iulianus.In gl.4.in uerbo,cauſa cuſtodiæ,dic,
vt dixi ſupra in primo no.in nona differentia.Cætera, quæ
in glo.tanguntur,tetigi in dictis decem differẽtijs,ideo vi-
deatis per uos,quia in dictis differentijs omnia ſunt com-
præhenſa,quæ in ſequentibus glo.recitantur.

ANNOTATIONES.

a Duo.] Adde,quòd in rei uendicatione duo ſunt neceſſaria verifi-
care, uidelicet dominium ex parte agentis, & poſſeſſionem ex
parte rei conuenti,per tex.in l.1.C.de alienatione iudicij mutan
di cauſa facta. Batius.

b Contumax.] Vide Bar.in l.conſentaneum.C.quomodo & quan-
do iudex. Bar.in l.ſi finita.ff.de damno infecto.Io.c. calumniam.
de pœnitentijs. Anto.de But.in c.1.de iudicijs.

SVMMARIVM.

1 *Adoha dicitur ſeruitium, quod ratione feudi præſtatur.*
2 *Agens rei vendicatione, ex primo decreto miſſus in poſſeſſio-*
nem quando dicatur poſſidere.
3 *Actor actione perſonali miſſus in poſſeſſionem feudi, ipſum di-*
citur detinere, & non poſſidere.
Decretum non interponitur ſuper feudis titulatis.
4 *Contumax volens poſſeſſionem perditam recuperare,debet acto*
ri ſatisfacere.
5 *Poſſeſſor, ſeu detentor feudi adobam regiæ curiæ pro feudo tene*
tur ſoluere.
6 *Baiulationes omnes regni ſunt regiæ curiæ.*
7 *Extenſio in pœnalibus non fit ex identitate rationis.*

SIVE reali,ſiue perſonali. Quoniam ſu-
prà in conſti.ſi quis poſt litem.in verſic.
in feudalibus,dictũ fuit, q; in ſubſidiũ,
quando debitor cõuentus actione per-
ſonali non habet bona burgenſatica, &
eſt contumax,poteſt iudex interponere
primum decretum, ut creditor mittatur in poſſeſſionem
feudi cauſa rei ſeruãdę,ut feudatarius tædio affectus com-
pareat: non autem poteſt interponi ſecundum decretum,
ut uendatur feudum, ut ſatisfiat creditori ſine ſpeciali con
ſenſu regia. Hic quæritur, pone, quòd actor actione rea-
li, ſiue perſonali contra feudatarium fuit miſſus in poſſeſ-
ſionem feudi ex primo decreto, & eo detinente contin-
1 git, † quòd dominus Rex impoſuit adobam in regno: &
iſte, qui detinebat feudum ex primo decreto ſoluit adohã
regiæ curiæ, quia ille, qui detinet, vel poſſidet feudũ de-
bet ſoluere ſeruitium pro feudo. deinde intra annum ille
reus comparet, & purgat iſtam contumaciam, & ſic recu
perat poſſeſſionem feudi,utrum ille actor, qui ſoluit ado-
ham,poſſit retinere tantum de fructibus dicti feudi, quan
tum ipſe ſoluit de ſeruitio, ſeu adoha, & ſi pro tempore
ſuo non recipit aliquos fructus, vtrum id, quod ſoluit pro
adoha poſſit recuperare ab ipſo dominio feudi? Et dici-
tur hic, quòd ſeruitiũ feudi regiæ curiæ debet ſoluere de-
tentor,ſiue poſſeſſor feudi. Et ideo ſi ſoluit adoham,pote-
rit retinere tantum de fructibus, quantum de adoba ſolu-
ta,& ſi nullos fructus receperit, recuperabit ſeruitium ſo-
lutum ab ipſo domino feudi,qui purgauit ſuam contuma
ciam; & recuperabit poſſeſſionem feudi. Et ſum ibi, illud
nihilominus.Hic ſtatuit Imperator,vt ille, qui fuit contu-
max, & vult purgare contumaciã, & recuperare poſſeſſio-
nẽ traditam actori ex primo decreto, non aliter iudex fa-
ciat ſibi reſtituere poſſeſſionem amiſſam ex primo decre-
to intra annum, niſi primò ſoluto auguſtali,uel auguſtali-
bus baiulo,qui reputauit illum contumacem, & immiſit
in poſſeſſionem actorem ex primo decreto, aliàs baiulus
de ſuo reſarciet regio fiſco.h.d.Vel ſic,& breuiter. Contu-
max in actione reali,uel perſonali ante lit.conteſt.ſi uult re
cuperare intra annum poſſeſſionem feudi, quã habuit ex
primo decreto agens,qui ſoluit ſeruitium pro feudo, non
aliter recuperabit poſſeſſionem feudi, niſi reſtituto eo, qđ
ſolutum fuit pro ſeruitio feudi per ipſum detentorẽ, uel
poſſeſſorem etiam,niſi ſolutis auguſtalibus baiulis ꝓ con-
tumacia.

2 tumacia.† No.1.ea tex.ibi,ſiue reali, ꝙ ſi actũ fuit actione
reali.ſ.rei vendicatione ad feudum, & conuentus fuit con
tumax,& ideo actor fuit poſitus in poſſeſſionem ex primo
decreto , ꝙ iſte actor dicitur poſſidere feudum, vt probat
iſte tex.ibi,a poſſeſſore.& ſic appellat poſſeſſorẽ illum,qui
egit actione reali,& fuit miſſus in poſſeſſionem ex 1.decre
to.Faciunt ad hoc ea,quæ dicta ſunt ſupra in conſti.proai.
perijt.n.ipſe agẽs feudũ,quod dixit eſſe ſuum,& in iſto ca-
ſu potuit interponi primum decretum. Et ſi liquebit de iu
re ſuo, poterunt iudices competentes ferre diffinitiuã ſen-
tentiam pro eo, & non requiritur aſſenſus regis in ſnia ſe-
renda,quia iſta ſententia & eius executio nõ eſt alienatio.
Et ideo firmum erit iudicium , vt eſt tex.in c.ſi vaſallus de
ſuo feudo agat. de controuerſ. inter domi.& agnat.& in l.
Imperialem.§. pterea inter duos. de prohi.feud.aliena.per
3 Fede cum multis ſimilib.† Secundò no.ea tex.ibi,perſona
li actione . ꝙ actor actione perſonali contra feudatarium
miſſus in poſſeſſionem feudi ex 1.decreto ob ſui contuma
ciam,dicitur feudum detinere,& non poſſidere,& probat
iſte tex.ibi, detinere noſcũtur, referẽdo ſingula ſingulis,&
vt cõcordet cum regulis iuris communis, de quibus dictũ
eſt in conſti.præcedenti.& in conſti.ſi quis poſt litem. Sed
a vltra ibi dicta quæro,[a] vtrum miſſio ex primo decreto,qñ
actum eſt actione perſonali in feudo in ſubſidiũ, quia non
ſunt bona burgenſatica, poſſet fieri in feudis titulatis ? Dic
ꝙ non,ita dicit Bal. in d.auth.ei qui iurat. 8.colum. verſic.
ſed nunquid. C.de bon.auth.iudic. poſſid.& pro hoc vide
meam deciſionem 265. & ego nunquam vidi interponi
4 primum decretum ſuper feudis titulatis . † Tertiò nota ex
tex.ibi,recuperare voluerit, ꝙ reus contumax,qui intra an
num vult purgare contumaciam , & recuperare poſſeſſio-
nem feudi datam actori ex primo decreto,debet in primis
ſatisfacere actori miſſo in poſſeſſionem feudi ex primo de
creto , & totum illud, quod actor tẽpore,quo poſſedit,vel
detinuit feudum , ſoluit pro ſeruitio feudi domino dire-
cto,ideſt,regi. Item debet ſoluere pœnam pro contumacia
impoſita.Item vltra iſtam conſtitutio.debet ſatisfacere ex-
penſas,vt in c.quoniam frequenter. §.in alijs. vt li.non cõ-
teſt. & in c.contingit. de do.& contu.& eſt glo.in l.ſi fini-
ta.§.Iul.& ibi Bar.in 6.quæ.incipit,ſeruis.ff. de damno in-
fec. & habetur in c.finem litibus.de dolo & cõtuma. & in
auth.ei qui iurat. Item præſtare cautionem de ſtando iuri,
vt in l.ſi quis emptionis. §. ſed & ſi quis.C. de præſcr. 30.
5 vel 40.anno.& in auth.ei qui iurat. † Quartò no. ex textu
ibi,tantum minus. ꝙ quilibet poſſeſſor,ſeu detentor feudi
tenetur ſoluere ſeruitium,ſeu adoham regiæ curię pro feu
do . Et ſic ſeruitium feudi debet præſtare ille,qui poſſidet
feudum,& ab eo exigitur,& non ab alio, qui habet domi-
nium ſine poſſeſſione, quia feudũ eſt,quod tenetur ad ſer-
uitium, & ſic tenens pro eo, vt dicit hic Andr. facit l. Im-
peratores.ff.de iure fiſci,& pro hoc etiam facit l.1. & 2.C.
ſine cenſu,vel reliquis.vbi ad tributa tenetur poſſeſſor præ
dij.Et non valet pactum,ꝙ venditor teneatur ad ſolutionẽ
tributi,& non emptor , qui poſſidet, vt dicitur in d.l.2. &
ibi per Bal.no.Docto.in l.cum mulier.ff. ſoluto matrimo-
nio.& facit lex ſecunda & tertia.C.de prædijs,& omnibus
rebus nauicula.lib.11.Et hac ratione attenta, ſi clericus te
net feudum,quod debet præſtare ſeruitium,poteſt conue-
niri à iudice laico, vt præſtet adoham,vel poteſt iudex lai-
cus mittere ad feudum,& recipere ſeruitutes feudi pro ſer
uitio,vt expreſsè dicit Bar.in l.de his.C.de epiſ.& cler.plus
dicit Bal.in c.1.de contro.feu.apud pares termi.quòd con-
ſuetudo generalis feudorum diſponit de iure feudorum ,
ergo & de iuriſdictione. Vnde natura cauſæ trahit perſo-
nam ad ſe,& non perſona naturam. & ideo clericus habẽs
feudum ratione feudi non declinat iudicem feudi . Et pro
hoc cap.cæterùm. de iudicijs.Idem tenet Guliel.de Cuneo
6 & Bald. in l. clericus. C. de epiſcopis & clericis.† Quintò
no. ex tex. ibi , auguſtalibus. ꝙ omnes baiulationes regni
ſunt regiæ curiæ,quia iſta cõſtitutio vult,ꝙ pœna vnius au
guſtalis per cõtumaciam triũ menſium, vt ſupra in conſti.
pœnam nouem vnciarum:in fine,debet eſſe regię curiæ,&
ſi remittit baiulus,debet de ſuo regiæ curię reſarcire.Et ſic
patet,ꝙ priuatus non poteſt habere baiulationem , niſi ha-
beat priuilegiũ a rege,vel id, quod habetur loco priuilegij
regij,quod tene menti.Et licet iſte tex.non dicat,ꝙ in pur-
gatione contumaciæ debeat cõtumax, antequam reſtituat
poſſeſſ. in qua miſſus fuit actor in poſſeſſionem ex primo
decreto, ſe concordare cum fiſco de tertia parte bonorum
mobilium,tamen idem dicendum eſt,ſicut in pœna augu-
ſtalis , quia nulla ratio diuerſitatis reddi poteſt,ergo idem
7 ius,vt in l.illud.ff.ad leg. Aquil.† Nec obſtat, ꝙ in pœnali-
b bus ea identitate rationis non fit extẽſio,[b] vt no.in c.odia.
de regu.iur.li.6. cum ſi.allegatis per Alex. in 2. vol.conſil.
113.in 2.vol.quia hoc fallit, niſi tractetur de intereſſe pu-
blico.ſicut eſt iſta pœna,ꝙ applicatur regi,tunc fit in pœna
libus extenſio ex identitate rationis, vt dicit Ale. in 5.vol.
conſi.68 in 3. col. allegat glo. & Doct.in l. ſi conſtante. in
princ.ff.ſolu.matrimonio. & l.miles.in princ.ff.de re iudi.
Hic eſt vna glo. quæ ſummat hanc conſti. & dat remiſſio-
nem ad materiam miſſionis in poſſeſsionem ex primo de
creto.tamen vide remiſsiones , quas poſui ſupra in conſti-
tutio.contumacem.in 1.notabi.

ANNOTATIONES.

a Quæro] Ad idem uide ſupra per eundem auctorem in conſtitu.
contumacem. col 3.& an requiratur aſſenſus regius, quotieſcun-
que quis ex ſecundo decreto mittitur in poſſeſſionem rei feuda-
lis?Vide per eundem auctorem ſup. in conſtit.ſi quis poſt litem.
col.3.in 6.& col.4.in princ. Batius.

b Extenſio] Vide Alex.in l.cætera.§.ſed & ſi quis.ff.de leg. 1. & per
glo.& Bart.in l.2.§ exercitum.ff. de his qui no.inſa. & Bart. & Io.
de Platea in l.quemadmodum. C.de agricolis & cenſi. lib.11.&
Io.de Imo.in l.cum quidam.de liberis & poſthu.& Bald. in l.1.in
4.q.C.de liberis præteritis. Alex.in d.l.cum quidam.in fine. Phi-
lipp.Fran.in regula,odia.de regulis iuris,lib.6. Batius.

De partibus prorogantibus,ſeu elongantibus terminum ſibi datum à iudice. Rub. XCVIII.

CONTINVA ſic iſtam rubricam, dictũ fuit ſupra titulo proximo de pœna citati, & non comparentis imponenda,ſiue conueniatur actione perſonali , ſiue reali in iudicio ciuili. Verùm quia iudex interdũ dat terminum vtrique parti ad aliquid faciendum poſt litis conteſtationem , ita ꝙ poſt terminum ipſæ partes compareant coram iudice.Et in termino dato, partes non comparent,vel ſibi ipſis terminum datum a iudice prorogant ſine licentia iudicis,& ſic deludunt terminum datum a iudice , de pœna huius deluſionis non erat dictum.Ideo poſt tit.de pęn. contuma.ponitur iſte titulus, de elongantibus terminum datum à iudice,vti puniuntur pęna hic cõtenta. Et in ſequenti conſtitut.ſtatuitur,ꝙ mulieribus ſponte perſonaliter venientibus in iudicio denegetur audientia,niſi ſint paupercule.Sequitur nigrum.

SVMMARIVM.

1 *Partes in cauſis ciuilibus abſque licentia iudicis à lite poſſunt diſcedere.*
2 *Partes finito termino per iudicem dato, debent coram iudice ſe præſentare.*
3 *Conſtitutiones eatenus ſunt interpretandæ , quatenus non ſint inanes,aut vacuæ.*
4 *Iudicium non dicitur,non facta litis conteſtatione.*
5 *Iudicium de iure canonico incipit à citatione.*
6 *Iuriſdictio perpetuatur quandoque per reſcripti præſentationem .*

CONTIN-

CONTINGIT. Si iudex poſt litē
conteſtatam in cauſa mere ciuili de-
dit terminum partibus ad aliquid ſa
ciendum, puta, ad probandum, & de
fendendum, & in fine dicti termini
ipſe partes non comparent coram iu
dice, vel de earum voluntate ipſę ſibi
ipſis prorogant terminum datum a iudice ſine conſenſu,
vel licentia iudicis, actor & reus puniuntur in 10. parte di
ctæ litis pro ęquali portione. hoc dicit in effectu iſta conſti
a tutio. † No. primò, quod dixi in ſummario. Sed hæc conſti
tutio eſt contra ius commune, quod vult, q partes in cauſa
ciuili tam an. li. cont. q̃ poſt, poſſunt diſcedere à lite ſine li
centia iudicis, vt no. in l. poſtquam liti. C. de pac. nam reo
volente, actor poteſt cedere liti, vt voluit gl. in l. 1. C. de prę
ſcri. lon. temp. & ſic auth. qui ſemel. C. quomodo & quan-
do iudex. quæ dicit, q actor dato libello, li. conte. non po-
teſt deſiſtere à lite, non habet locum, ſi de voluntate amba
rum partium recedatur à lite. Sed per iſtam conſt. ſine iudi
cis licentia non licet partibus poſt li. conte. etiam poſt ter-
minum datum à iudice ad probandum, non comparere in
fi. termini coram iudice, nec licet partibus ſibi ipſis termi-
num prorogare ſine iudice. Et ſi contrarium faciunt, pu-
niuntur in decima parte litis. Et ſi in fraudem iuris regiæ
curiæ faciunt tranſactionem ſecundùm conſtit. infrà ſcri-
ptam, quæ incipit, ſponte volentibus, puniuntur pœna ter-
tiæ partis eius, quod datur, vel ſoluitur per tranſactionem.
a † Secundò no. ex tex. ibi, ad iudicium non venitur. q par-
tes finito termino dato à iudice ipſis partib. debent coram
iudice præſentare. Tertiò no. q partes non debent illudere
iudicem poſt li. cont. ſed debent auctoritate iudiciaria ho-
norem exhibere. Sed quęro pro declaratione, quare hodie
iſta conſtitutio non eſt in vſu. Puto, q ratio ſit iſta, quia iu-
dex, quando dat terminum poſt li. conte. non dicit, q par-
tes vltima die termini debeant comparere coram eo, quia
ſi hoc diceret, & partes non comparerēt, militaret pęna hu
ius conſti. iſta commitatio haberet in ſe iſtam pęnam con-
tentam in iſta conſti. & iudex poſſet dare terminum cum
comminatione de mulctando, vt dicit Pet. de Anch. & Io.
de Imo. in c. conſtitutus. de fideiuſ. & hoc refert Alex. in l.
1. in prin. vlt. col. ff. ſi quis ius dicen. non obt. Procedit er-
go hodie præſens conſtitutio, ſi iudex fecit dictam commi
nationem, & non aliter. Et hoc per interpretationem, quia
in tex. nulla fit mentio de iſta comminatione. talis enim
conſuetudo poteſt interpretari ſic conſtitutionem iſtam,
vt dicit Alex. in 2. vol. conſi. 171. incip. viſis, & opportunè
3 diſcuſſis, in 2. col. † Item quia conſtitutio debet interpreta
ri taliter, vt non ſit inanis, & vacua, vt dicit Bar. in l. 4. §.
prætor. verſi. quæro, quid ſi ſtatutum dicat, q citetur. ff. de
dam. inſe. Alex. in 3. vol. conſi. 519. in 4. col. Sed quando in
ciuilibus cauſis tranſigunt in fraudem regię curiæ, puniun
tur pęna tertiæ partis eius, quod datur per tranſactionem,
vt dicta conſtitutione, ſponte volentib. & ſic illa eſt diuerſa
ab iſta. Quid autem in cauſis criminalib. an liceat partibus
deſiſtere à lite criminali? Vide in cōſtitutione, priuſquam.
ſub Rub. 53. Et qua pœna puniantur partes eludentes ter-
minum datum à iudice in cauſa criminali, vide infrà in 2.
4 li. conſtu. quæ incip. ſępe contingit. † In gl. a. ſigna iſtam gl.
a q non dicitur iudicium, niſi facta li.[a] conte. cui adde Bal.
in c. 1. de li. conte. in 1. col. vbi dicit, q li. conte. dicitur lapis
angularis iudicij, & eius fundamentum. & Bar. in l. 1. ff. de
furtis. dicit, q iudicium habet tres partes, ſcilicet, princi-
pium, quod durat vſq; ad li. conte. medium, quod durat vſ
que ad concluſionem. finem, qui durat poſt concluſionem
vſq; ad ſententiam. hoc quod dicit gl. hic, verum eſt, per l.
cum fundus. ff. ſi cer. peta. & ibi Alex. & in l. fin. ff. de triti.
& ibi no. & eſt tex. in auth. qui ſemel. C. quomo. & quan.
iud. citatione dicitur iudicium præparari, ſecundùm Bal.
in l. cleri. C. de epi. & cle. cum concor. alleg. per Alex. in d. l.
cum fundus. Bene tamen per citationem inducitur pręuen
tio, quando ſunt plures iudices, vt dicit Bart. in l. vbi cœ-
5 ptum. ff. de iud. † de iure canonico per citationem dicitur
cęptum iudicium ad effectum litis pendentiæ, vt in cle. 2.
vt li. pend. Item ad effectum perpetuandi iuriſdictionem
ſufficit, q citatio exiuit à iudice, licèt non peruenerit ad
partem, vt eſt glo. in d. cle. 2. idem Abb. Sic. dicit in c. gra-
tum. in ſecundo no. de offi. dele. ſed Alex. in l. & quia. ff. de
iur. om. iud. allegat alias notas ad præſens propoſitum. &
poſtea ſubdit, q ad perpetuandum iuriſdictionem delega-
tam reſpectu partis requiritur, q citatio perueniat ad par-
tem. Nec dicitur perpetuata iuriſdictio per ſolam præſen-
tationem libelli, vt firmat Alex. ibi, & Ang. in l. a. C. de iud.
per quos autem actus citra citationem dicatur perpetuata
iuriſdictio iudicis delegati ſuccedente morte delegantis,
vide Abb. Sic. in c. relatum. in 2. col. de offi. dele. & Hoſt. &
alios in c. licet vndiq;. eo. tit. & Luc. de Pen. in l. hac l. C. de
6 proxi. ſacro. ſcrin. lib. 12. vbi etiam dicit † q per illam præ
ſentationem reſcripti dicitur perpetuata iuriſdictio, alleg.
Spe. in tit. de compe. iudi. adi. §. pen. in fi. præſentatio reſcri
pti operatur etiam vim petitionis per iura, quę alleg. Alex.
in 2. vol. conſi. 200. inci. in cauſa, & lite. in principio.

ANNOTATIO.

a Litis.] Adde, q in regno datio termini ad probandum habet vim litis conteſtationis, ſecundum Io. Antonum in ſua practica iudiciaria. c. 35. alleg. Bar. in l. nulla. C. de procuratoribus. ad idem vide Bar. in conſti. ad reprimendum. in §. ſine figura. ver. item an ſic conteſtanda lis. vbi dicit, q articuli vtriuſque partis habent vim conteſtationis. Batius.

SVMMARIVM.

1 *Mulier in iudicio agere volens non auditur, ſed per virum iudicem adire debet.*
2 *Caſtitas mentis ſolo perdi poteſt mulieris aſpectu.*
Comitiſſa coram Principe cauſam ſuam deducere poteſt.
3 *Priuilegia & incommoda paupertatis multa ſunt.*

MVLIERES. Fœminæ non debent ve
nire coram aliquo officiali Domini re-
gis, & ſi venerint in eius pœnam, vt ſer-
uetur honeſtas, debet ſibi denegari au-
dientia, donec reuertantur & redeant
ad domum ſuæ habitationis, niſi ſit ita
paupercula, quòd oporteat perſonaliter laborare, uel niſi
talis ſit mulier, quæ paupertate laboret, id eſt, malè ſe hà-
beat, quia pauper: ſicut dicimus, iſte laborat podagra.
h. d. Iſta conſt. ſapit magnam honeſtatem, periculoſa enim
eſt ſexuum commixtio. 18. q. 2. cap. diffinimus. Ideo dicit
tex. in c. mulieres. de iudi. lib. 6. mulieres vagari non con-
uenit, nec virorum cœtibus immiſceri. Inde dicit beatus
Ambro. in homi. ſuper Euang. Luc. cap. 1. diſcite uirgines
non circumcurſare per alienas ædes, non demorari in pla-
teis, non aliquos in publico miſcere ſermones. Et uide
Spec. in prima parte, in titu. de procu. §. 1. uerſi. regularia.
ubi ponit. 37. caſus, in quibus mulier eſt peioris conditio-
nis quàm uir. Et uide glo. in cap. noua. de pęniten. & remi.
& in l. in multis. ff. de ſta. homi. & per Alber. de Roſa. in l.
filia. C. de inoffi. teſtamen. & ego cumulaui in rubri. C. qui
accuſ. non poſſ. & in quibus mulier eſt melioris conditio-
a nis quàm uir,[a] uide glo. 34. q. 6. cap. mulierem. & uide Lu
cam de Penna in l. prima, C. de mulie. & in quo loco. lib.
1 10. ubi ponit uirtutes & uitia mulierum. † Nota primò,
quod iudex non debet dare audientiam mulieri in iudi-
cio, uel in camera ſua propter generalitatem huius litte-
tæ, ſed per uirum debet adire iudicem pro ſuis neceſſa-
rijs, quod malè ſeruant aliqui iuuenes iudices, nam li-
benter audiunt pulchras mulieres in iudicio, & in ca-
mera, & malè faciunt, niſi eſſent pauperculæ, quæ non
habent uirum, qui eas defendat, ut dicit iſta conſtitutio.
& melius eſſet eis, quòd per uirum tractentur eorum

negocia cum iudicibus, quia vt plurimùm fœminæ contra propria commoda habent conſilium, vt dicit tex.in l.ſi pater.in fi. C.de ſponſ. & melius eſt pro conſcientia iudicis, quia confabulatio, & conuerſatio cum muliere, præcedente ſuſpicione de incontinentia, augmentant, & confirmãt ipſam ſuſpicionem, vt dixit Ioan. de Imo.in cap.ſi quis. de
2 cohabit. clericor. & mulierum. † imò ex mulierum aſpectu, & viſu perditur caſtitas mentis, vt in c.ex ſolo.32.q.5. Ideo dicit Beatus Hieronymus, 32.diſtinct.c.hoſpitiolum, in fi.ſi bonum eſt, mulieré non tangere, malum eſt ergo tãgere. & anta hoc dicit, neſciant fœminæ nomen tuum. & non illaudabilis erat illa vetuſta conſuetudo, ꝙ mulieres coniugatæ non deberent ſe aſpectibus aliorum virorũ præſentare, ut dicit Nicolaus de Lyra ſuper lib. Heſter, primo capitulo. Fallit etiam iſta conſt.niſi mulier eſſet Comitiſſa, tunc poteſt cauſam ſuam coram principe deducere, tex.eſt in cap.ſignificanit.& ibi And.Barbat.de reſcrip. Sed utrum iudex poſſit mulieram renunciantem huic priuilegio admittere ad iudicium pro ſua cauſa? Dico, ꝙ non, quia iſtud priuilegium eſt conceſſum propter honeſtatem ſexus. & ideo non poteſt tolli renuntiatione, ſecundùm Bald.in l.1. C.qui bo.ced.poſ.quem ad hac allegat idem Andr.Barba.
3 in capitulo, lator. 2.col.de pigno. † Secundò no.ex fi. huius conſtitutionis unum priuilegium paupertatis.alia priuilegia paupertatis, videlicet 44. poſuit Lucas de Penna in l.fi. C.de his qui numero liberorum, & ibi etiam ponit 17.incommoda paupertatis, hic non ſunt gloſ. nec Andr. aliquid ſcribit.

ANNOTATIO.

a Vir] Vltra gl. & deciſiones allegatas hic per auctorem, vide Phil. Decium in regula, fœminæ. ff.de reg.iur. vbi enumerat octodecim caſus, in quibus mulier eſt melioris conditionis quàm maſculus, & in quibus mulieres ſunt peioris conditionis quam viri, vide latè per Syluam nuptialem, non eſt nubendum, & quòd mulier ſit probibita comparere coram iudice, vide tex in l.j.§.item notauit perſonas.ff.de poſtulando.& ibi gl.& Doct. Batius.

De tranſactionibus inter partes. Rubr. XCIX.

CONTINVATIO huius rubricæ patet ex ſeipſa. nam ſupra titulo proximo dictum fuit, quòd non licet partibus poſt litis conteſtationem prorogare terminum datum à iudice ſine licentia iudicis: erat videndum, an liceat partibus per uiam conuentionis, uel tranſactionis recedere à lite ciuili ſine licẽtia iudicis, ideo ſequitur hæc rub. Quid autem ſi cauſa eſt criminalis? vide ſup.in conſtitutione, priuſquã, & infra in conſt.ſæpe contingit.& in conſtit. accuſatorum temeritatem.& in conſtit.accuſatorem poſt litem, & in capit.regis Caroli ſecundi, quodincipit, ad audientiam.char. 30. de quo feci mentionem in dicta conſt. priuſquam.

SVMMARIVM.

1 *Litigantes in cauſa ante litis conteſtationem à lite poſſunt recedere.*
2 *Tranſigentes in fraudem fiſci quando puniantur.*
3 *Litigantes à lite non gratuita recedentes grauius puniuntur, quàm ſi prorogarent terminum &c.*
4 *Actor non comparens in termino quo ſit afficiendus damno.*
5 *Mendacium diuerſis in iure punitur pœnis.*
6 *Stellionatus pęna plectitur is, à quo viris bonis per mendacium imponitur.*
Mendaciorum octo ſunt ſpecies.
7 *Prædicatores nullum in concionibus ad populum fingere debent ſomnium, etiam quòd nemini noceat.*

SPONTE volentibus. Ante lit.conteſtatam licitum eſt litigantibus de cauſa ciuili à lite recedere, vel pacto gratuito, vel per tranſactionem abſque pęna alicuius contumaciæ contractæ. Sed poſt litem conteſtatam nõ licet ſine licentia curiæ, vbi lis vertitur, & ſi cõtrafactum fuerit in fraudem iuris fiſci, puniuntur partes in tertia parte eius, quod actori ſolutum eſt ex cauſa tranſactionis. Si uerò reus aliquid per tranſactionem dederit actori, & fuit mendax, quia dixit nihil dediſſe, vel minus dediſſe eius, quod in vero dedit, in diſpendiũ fiſci, tunc in pęnã mendacij ſoluere tenetur duplũ dictæ partis, & de his fraudibus vult, ꝙ diligenter inquiratur per regios officiales, hoc dicit. Vel ſic, ſine licentia iudicis poſt litem conteſtatam non licet litigantibus recedere à lite, pacto, uel tranſactione.& ſi hoc fiat, & illa tranſactio tendat in fraudem fiſci, puniuntur tranſigentes in tertia parte eius, quod ſolutum eſt actori, ſubaudi, vel promiſſum. Et ſi reus mendax fuerit, quia dixit nihil, uel minus dediſſe, comperta veritate, punitur in duplum dictæ tertiæ partis. Et de hoc mandat diligenter inquiri per iudicem. Et ſic loquitur tota iſta conſtitutio in ciuili, ſed in criminali loquitur conſtit.ſæpe contingit. & conſtitut. quæ incipit, poſt citationem.& conſti.accuſatorum temeritatem.& conſti.accuſatorem poſt litem.
1 † No.ex tex.ibi, ante litem conteſtatam. ꝙ ante litem conteſtatam licet litigantibus de cauſa ciuili recedere à lite pacto gratuito, vel tranſactione. Secundò no.ex tex.ibi, abſq; nullius contumaciæ. ꝙ ſi reus in cauſa merè ciuili fuit contumax, & condemnatus fuit per contumaciam ad tertiam partem bonorum mobilium, & poſtea actor & reus recedunt à lite, iudex, conſtito quòd partes receſſerunt à lite, non poteſt eligere pœnam prædictam à reo propter contumaciam contractam, ſecus in cauſa criminali, vt dictum fuit ſup.in conſtitu.priuſquam. ſub rubr.54. Tertiò no.ex tex.ibi, poſt conteſtationem, à contrario ſenſu, quòd impune tranſactio fieri poteſt in cauſa ciuili inter partes, & ſine licentia iudicis, coram quo cauſa pendebat ante litem conteſtatam, ſecus ſi fiat tranſactio poſt litem cõteſtatam ſine licentia iudicis, quia tunc eſt punibilis, ſecus eſt de iure Romano per l.poſtquam liti.C.de pac.cum ſi. hic allegatis in gl.1. † Quartò no.ex eadem litera, ꝙ ſi d.tranſactio facta a
